

BEATI  
ALBERTI  
MAGNI,  
RATISBONENSIS EPISCOPI  
ORDINIS PRÆDICATORVM,

DE ANIMA Lib. III.  
METAPHYSICORVM Lib. XIII.

Recogniti per R. A. P. F. PETRVM IANVM, sacre Theologiae Doctorem, Conuentus  
Gratianopolitani, eiusdem Ordinis,

NUNC PRIMVM IN LVCEM PRODEVNT.

Operum Tomus Tertius.



LVGDVNI,

Sumptibus


CLAVDII PROST.  
PETRI & CLAVDII RIGAVD, Frat.  
HIERONYMI DELAGARDE.  
IOAN. ANT. HUGVETAN.

Via Mercato-  
ria.

M. DC. LI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





# I N D E X

Tractatum & Capitum, in libros  
de anima.

## LIBER PRIMVS

D E A N I M A.

### TRACTATVS I.

*De modo quo cognoscenda est anima.*

- Cap. 1. **E**ST digressio declarans, quod scientia naturalis est de anima; & quid eius ordo. fol. 1.
1. De nobilitate & utilitate scientie de anima. 2.
  2. De qua sitis quid sit subiectum huius scientie & de difficultate ipsius. 3.
  3. Quae oportet inquirere ad inuestigandum propriam animae definitionem. 4.
  4. Quo ordine oportet procedere quarentem de his quae spectant ad scientiam de anima. 6.
  5. Quod oportet tractantem de anima inquirere verum habeat aliquas rationes proprias aut non. 7.
  6. Qualiter differenter considerat physicus de eis quae hic quaeruntur, a dialectico & mathematico, & metaphisico & mechanico, in quo est digressio quadam. 9.

### TRACTATVS II.

*In quo agitur de anima secundum  
opinionem aliorum.*

- Cap. 1. **D**E his qui diffiniabant animam per hoc quod ipsa est motuum quoddam. 12.
1. De opinionibus eorum qui animam per cognoscitium diffiniendam esse dixerunt. 14.
  2. De opinione quae & motuum & cognoscitium animam dicit esse diffiniendam: in quo etiam est de opinionum collatione. 16.
  3. De tribus in summa per quae anima ab antiquis diffiniabatur, quae sunt motuum, cognoscitium & incorporeum. 18.
- Index in libros de anima.*

4. De contradictione opinionum in communi, quae diffiniabant animam per motuum sui-ipsius. 19.
5. Et est digressio declarans difficultates quae oriuntur ex praedictis de motu animae. 21.
6. De disputatione contra opiniones Democriti & Platonis de motibus animae quibus mouetur in corpore & mouet corpus. 23.
7. De improbatione opinionis, quae dixit animam esse harmoniam corporis commixti. 27.
8. De solutione obiectionis qua viderur ex alterantibus probari, quod anima mouetur per se & physice: & in illo est bona demonstratio de intellectualis animae immortalitate. 29.
9. De improbatione opinionis, quae dicit animam esse numerum seipsum mouentem. 31.
10. De improbatione opinionis eorum qui diffiniabant animam per cognoscitium, dicens simile simili cognosci: & ideo animam esse principium omnium. 33.
11. Verum cognoscatur simile simili, sicut dixit Empedocles. 35.
12. De causa illius opinionis, quae dixit animam esse ex elementis & specialiter ex aere: & est digressio in eo declarans diuersas causas & tres opiniones circa hoc. 37.
13. Et est digressio declarans causam dicti antiquorum, quo dixerunt simile simili cognosci. 39.
14. Verum anima diuersa agat per unam substantiam & diuersas potentias, vel per plures substantias & plures potentias: in quo etiam habet verum vegetabilis & sensibilis & rationalis vna sit substantia in homine. 41.
15. De dubitatione quae mouetur de eo quod vnit potentias animae, virtus ratio communis vel substantia realis, cuius vires animae sunt partes. 44.

# Index tractatum & capitum

## LIBER II.

*De anima secundum substantiam & partes eius, quae sunt vegetabilis, sensibilis & rationalis.*

### TRACTATUS I.

*De substantia animae secundum se*

- Cap. 1. **Q**uæ sit libri intentio, & qualiter diffinitionem animæ venari contingit. 46.
2. De vniuersali animæ diffinitione quæ dicit quid est anima vniuersaliter. 48.
3. De datæ diffinitionis explanatione, & est digressio quædam. 49.
4. In quo ex prædictis demonstratur quæ anima separabilis sit, & quæ non. 50.
5. In quo probatur, quod oportet quæretæ aliam adhuc diffinitionem quæ dicit causam superius habitam. 51.
6. De diffinitione animæ dicente propter quid. 53.
7. Verum qualibet virium animæ sit anima, & vtrum sit tota in toto. 54.
8. Qualiter intellectus est alterum genus animæ & separabilis: & qualiter est umbra intellectus, & sensibilis est umbra intellectus, etiam vegetabilis est umbra sensibilis. 55.
9. Quod formaliter & non materialiter vnitur anima, & quod ipsa est primus actus huius corporis & non cuiuslibet. 56.
10. De enumeratione potenciarum principalium quæ sunt potentie animæ. 56.
11. Ex quibus partibus componitur anima, & eadem est ratio animæ & figuræ. 57.

### TRACTATUS II.

*De potentiis animæ vegetabilis sigillatim, & primo de ordine procedendi, & quot sint, & quæ potentia animæ vegetabilis.*

- Cap. 2. **Q**ualiter anima est viuents corporis causa & principium. 61.
3. De improbatione erroris Empedoclis circa motum & causam nutrimenti. 62.
4. De improbatione erroris eorum qui dicunt augmentum & alimentum fieri per virtutem ignis. 63.
5. De alimento quod est obiectum nutritiæ & vegetatiuæ. 64.
6. De officiis nutritiæ & augmentatiuæ. 65.
7. De officiis vidualis generatiuæ. 66.
8. Et est digressio declarans quatuor virtutes materiales dictis tribus virtutibus deseruientes. 67.
9. De comparatione trium virtutum animæ vegetabilis ad inuicem & ad seipsam animam vegetabilem. 68.

10. De duplici motore nutrimenti. 69.

### TRACTATUS III.

*De sensibus.*

- Cap. 1. **I**n quo genere potentie sit potentia sensitiva. 70.
2. De distinctionibus potentie passiuæ in apprehendendo. 71.
3. De aptatione dictæ distinctionis potentie ad potentiam sensitivam. 73.
4. Et est digressio declarans gradus & abstractionis modum. 74.
5. De sensatis in communi quæ sunt per se & proprie, & secundum se & commune, & per accidens. 75.
6. Et est digressio declarans vtrum sit aliquid mouens vnum in sensibilibus: & est de duplici esse sensibilis quod sit in materia & abstractione. 76.
7. De visibili quod est color, qualiter secundum actum lucidi mouet visum. 78.
8. De natura diaphani, & qualiter lumen est actus eius. 80.
9. De improbatione opinionis Democriti, qui dixit lumen esse defluxum corporis. 81.
10. Et est digressio declarans errorem eorum qui dicunt lumen esse corpus indiuisibile. 82.
11. Et est digressio dicens defectum aliarum quatuor opinionum superius enumeratarum de luce & lumine. 84.
12. Et est digressio declarans veram sententiam de luce & de lumine & de natura. 85.
13. De medio visus, & quot modis dicatur visibile: in quo etiam est de his qui aspiciunt lumen. 86.
14. Qualiter color in lumine videtur & non sine lumine, & de quantitate visorum. 87.
15. Quod per vacuum non potest videri, & de visu in speculo. 89.
16. De visu luculentium. ibid.
17. De auditu, & primo de bene sonantibus & male. 90.
18. Qualiter sonus generatur in aëre & aqua. 91.
19. De echo qui est sonus reflexus. 92.
20. Qualiter sonus venit ad auditum auris, & qualiter auris generalitatem habeat ad audiendum. 94.
21. De differentiis sonorum quæ non sunt nisi in sono secundum actum factio. 94.
22. De voce qualiter fiat. 95.
23. Quod homo non bene odorat, sed bene tangit, & ideo prudens. 96.
24. Qualiter odorum differentie per analogiam ad differentias saporum accipiuntur. 98.
25. Qualiter odor se habet ad olfactum & ad medium, & vtrumque sit euaporatio fumalis. 98.
26. Qualiter olfactus est in respirantibus & non respirantibus. 100.
27. De gustu secundum quod est in medio secundum esse naturale ipsius. 101.
28. Qualiter saporis differentie se habent ad gustum, & e conuerso. ibid.
29. De differentiis saporum secundum speciem, & qualiter

# In libros de anima.

- & qualiter se habent ad gustum. 102.
30. De tactu, vtrum sit vnus, an plures. 105.
31. Quod caro non est organum tactus. 104.
32. Vtrum tactus indigeat aliquo medio extrinseco. 105.
33. Et est digressio dicens intentiones Alexandri, Themistij, Auerrois & Auicennæ. 106.
34. De medio tactus, quid sit, & quot modis dicatur. 107.
35. Qualiter se habet tactus ad rangibilia. 108.

### TRACTATUS IV.

*De communibus sensuum.*

- Cap. 1. **Q**uod omnis sensus susceptivus est specierum sensibilium. 109.
2. Vtrum aliquid non habens sensum pariatur a sensibus. 110.
3. In quo est probatio, quod non est sensus præter quinque, per naturam mediorum. ibid.
4. In quo probatur non esse nisi quinque sensus, per naturam organorum. 112.
5. In quo probatur, quod nullus deest sensus ipsis sensibilibus. 112.
6. Quod sensorum omnium non potest esse aliquis sensus a prædictis. 113.
7. Et est digressio declarans quinque vires animæ sensibilis interiores. 115.
8. De eo quod sensu communi nos sentimus videre & audire, & secundum alios operari. 116.
9. Qualiter sensitivum sensibileque idem in actu sunt & diuersa in esse, & qualiter correlatiua. 117.
10. De probatione sensus communis per hoc quod componit & diuidit inter sensata diuersorum sensuum. 118.
11. In quo declaratur qualiter sensus communis est vnus & indiuisibilis, & qualiter diuersus. 119.
12. Et est digressio declarans qualiter sensus communis est medicus omnium sensuum. 120.

## LIBER III.

*De apprehensiuis viribus deintus.*

### TRACTATUS I.

*De viribus animæ sensibilis.*

- Cap. 1. **E**t est digressio declarans libri intentionem, & de imaginatione. 122.
2. Et est digressio declarans ea quæ conueniunt ex æstimatione. 123.
3. Et est digressio declarans materiam phantasiae. 124.
4. Et est digressio declarans, quod omnes vires animæ sunt organice & agunt mediante corpore. 125.
5. De improbatione erroris antiquorum qui dixerunt quod intelligere & sentire sunt idem. 126.

*Index in libros de anima.*

6. Quod imaginatio vel phantasia, neque sensus sunt neque opinio cum sensu. 126.
7. Quod imaginatio vel phantasia, neque sensus sunt neque opinio cum sensu. 127.
8. Quid sit phantasia secundum veritatem, prout communiter agitur de imaginatione phantasiae. 129.
9. De ratione nominis phantasiae & vtilitate eius. 130.

### TRACTATUS II.

*De parte rationali.*

- Cap. 1. **Q**ui tractatus est qualiter intellectus possibilis est. 132.
2. Qualiter intellectus possibilis sit natura quædam immixta receptibilis omnium eorum quæ sunt. 132.
3. Et est digressio declarans dubia quæ consequuntur ex dictis de intellectu possibili. 133.
4. Et est digressio declarans opinionem Alexandri & eius improbationem. 135.
5. Et est digressio declarans opinionem Theophrasti & Themistij, & improbationem eiusdem. 136.
6. Et est digressio declarans opinionem Auenpace & Abubacher, & improbationem eiusdem. 137.
7. Et est digressio declarans opinionem Auerrois & improbationem eiusdem. 138.
8. Et est digressio declarans opinionem eorum qui dixerunt nullam partem animæ esse intellectualem, & errorem eorumdem. 140.
9. Et est digressio declarans opinionem Auicennæ & errorem eiusdem. 140.
10. Et est digressio declarans opinionem Platonis & Gregorij Niceni & eius errorem. 141.
11. Et est digressio declarans opinionem Latinorum & errorem eorumdem. 142.
12. Et est digressio declarans veram sententiam de omnibus inductis dubiis Peripateticorum. 143.
13. Et est digressio declarans solutionem quarum questionum difficultium restatarum ex prædictis. 146.
14. Et est digressio declarans propter quid intellectus est separatus & immixtus. 147.
15. Quo probatur, quod intellectus non est mixtus corpori per hoc quod sua passibilitas non est similis passibilitati sensus. 148.
16. Quod vnus intellectus est qui distinguit inter sensibile & intelligibile. 149.
17. Qualiter intellectus est subiectam receptionis & non transmutationis, & qualiter intelligit se. 150.
18. De natura intellectus agentis, & qualiter anima est composita. 152.
19. De comparatione intellectus possibilis & agentis & speculatiui. 154.

TRACT



# Index tractatum & capitum

## TRACTATUS III.

De actionibus intellectus possibilis.

- Cap. 1. **D**E intellectu indivisibilem diuersimode dictorum. 155.
2. Et quis intellectus est semper verus: & quis aliquando verus, aliquando falsus: & quod actus sensus & intellectus sunt actus perfecti & motus simplices. 157.
  3. Quod est idem intellectus componens & diuidens intelligibilia, sicut est idem sensus communis. 158.
  4. Quod eadem est analogia phantasmatum ad intellectum, quae est sensibilibus ad sensitiuum. 159.
  5. De intellectu mathematicorum & diuinarum. 160.
  6. Qualiter intelliguntur diuina quae sunt separata: in quo est digressio declarans hoc quod dixit Alexander, & improbationem eiusdem erroris. 161.
  7. Et est digressio declarans opinionem Themistij & Theophrasti in solutione quaestionis inductae. 162.
  8. Et est digressio declarans solutionem quaestionis Aucupae & Alpharabij, in quo errauerunt. 163.
  9. Et est digressio qualiter Auicenna & Algazel solunt inductam quaestionem: & quaestio dubitationis est in dictis eorum. 164.
  10. Et est digressio declarans quorundam modernorum solutionem. 165.
  11. Et est digressio declarans veram causam & modum conunctionis intellectus agentis nobiscum. 166.
  12. Quomodo anima est omnia quodammodo quae sunt. 168.
  13. Et est digressio declarans, quod anima non moritur morte corporis, & quod non fuit antecorpus. 169.
  14. Et est digressio declarans errorem eorum, qui dicunt de omnibus animabus tantum unam remanere post mortem. 170.

## TRACTATUS IV.

De motibus viribus.


- Cap. 1. **Q**ua pars animae sit motiua. 171.
2. Quod vegetatiuum secundum se & sensitiuum secundum se non sunt motiua secundum locum. 172.
  3. Quod nec intellectiuis, nec operatiuis secundum se sunt causa motus secundum locum, sed duo horum vel tria simul. 173.
  4. De differentiis intellectus practici & speculatiui. 175.
  5. Qualiter vnum specie sunt mouentia & plura secundum subiectum. ibid.
  6. Quod intellectus semper est rectus, ille scilicet, qui est mouens: phantasia autem & appetitus recta & non recta. 177.
  7. Quod omnia mouentia sunt vnum specie & diuersa numero, & ad quem numerum, & ad quam speciem. ibid.
  8. Qualiter est motus successiuus secundum quod fit a motore immobili secundum locum. 178.
  9. Quid est mouens in animalibus perfectis, & quando vnum mouet aliud, & e conuerso. 179.
  10. Et est digressio declarans suas diuersitates secundum Platonicos & Theologos. 180.

## TRACTATUS V.

De comparatione potentiarum animae ad animata.

- Cap. 1. **Q**uod omne animatum habet vegetabile, sed non necessario habet sensum. 183.
2. Quod sensus qui sunt per media extrinseca, non nutriunt, & qualiter sunt per media extrinseca. 184.
  3. Qualiter sit animalis corpus, vtrum simplex aut compositum. 185.
  4. Et est digressio declarans, quod sensibile & vegetatiuum & rationale in homine sunt vna anima. 186.

# INDEX



# INDEX

## Tractatum & Capitum, in libros Metaphysicorum.

### LIBER PRIMVS.

QUI TOTVS EST DE STABILITATE HUIVS scientiae & stabilitate principiorum quae sunt cause.

#### TRACTATUS I.

De stabilitate huius scientiae & nobilitate.

- Cap. 1. **T**EST digressio declarans, quod tres sunt scientiae theoriae: & quod ista inter tres est principalis & stabiliens alias scientias. fol. 1.
2. Et est digressio declarans, quid sit huius scientiae proprium subiectum: & est in eo de tribus opinionibus disputationum Philosophorum, quae sunt de subiecto. 3.
  3. Et est digressio declarans, qua vnitatem, & qualiter haec scientia sit vna. 5.
  4. De primo principio generatiuo scientiae ex parte nostra, quod est naturale sciendi desiderium. ibid.
  5. In quo disputatur quid sit naturale sciendi desiderium a quo scire: & vnde provenit tota diuersitas studiorum. 6.
  6. De principiis secundum quae insit primo scientia in scientibus, quae sunt sensus, memoria & ratio. 7.
  7. De formaliter scientiam generantibus, quae sunt experimentum & vniuersale. 8.
  8. Et est disputatio de solutione dubitationis praedictae. 9.
  9. De comparatione artis & scientiae & experientiae secundum conuenientiam & differentiam. 10.
  10. De differentia & conuenientia artis ad artem in admiratione qua imitatur sapientiam, & ab aliis distinguentem. 12.
  11. De conuenientia artis cum sapientia & scientia & differentia artium in maiori & minori similitudine. 13.

#### TRACTATUS II.

De proprietatibus sapientiae istius secundum se.

- Cap. 1. **Q**ualiter dicitur sapientia, & per rationes sapientiae & sapientiae. 14.
2. Et est per solutionem dubitationum digressio declarans quae videntur esse contra inducta de definitione sapientiae. 15.
  3. Qualiter haec sapientia sit antiquior & prima & ordinans & suadens omnes alias. 16.
  4. Qualiter prima philosophia est maxime doctrinalis & maxime desiderata. 17.
  5. Qualiter ista scientia per hoc quod est de eo quod vere bonum est, principalis est & princeps scientiarum. 17.
  6. In quo ostenditur, quod ista scientia non est actiua, sed contemplatiua. 18.
  7. Quod haec sola sapientia sit libera omnino, & quot modis dicitur scientia liberalis. 19.
  8. Quod ista scientia est diuina, & diuinae possessionis, & non humana, neque humanae possessionis. 20.
  9. Quod ista sapientia sola dupliciter est honorabilissima. ibid.
  10. De ordine doctrinae sapientiae huius, & qualiter per contrarium inchoat omnem admirationem. 21.
  11. Et est digressio declarans quatuor, de quibus est haec sapientia, & in quo conuenit cum topica & sophistica, & in quo differt ab ipsis. 22.

#### TRACTATUS III.

De causis & principiis secundum antiquorum Epicureorum opinionem.

- Cap. 1. **D**E acceptione specierum & causarum. 23.
2. De opinione & rationibus dicentium vnum solum. 23.

# Index tractatum & capitum

- solum esse principium, quod est materia in communi sumpta non determinata ad hanc vel illam, nec ad vnam rem vel plures. 24.
3. De opinione Thaletis Philosophi qui aquam omnium dixit esse principium, & de rationibus eius. 25.
4. De opinione antiquissima eorum qui aquam & terram dixerunt esse omnium principium, stigem eam vocantes. 26.
5. De opinione Anaximenes & Didgenis aërem dicentium vniuersorum esse principium. 27.
6. De opinione Hippii & Heracliti ignem dicentium esse vniuersorum entium principium. 28.
7. De opinione Empedoclis, de principio materialis. ibid.
8. De opinione Anaxagoræ de principio materiali. 29.
9. De ratione per quam coacti sunt ponere aliquam causam mouentem cum materiali. 30.
10. De Anaxa. & Hermonij opinione, quam prædicti determinant de principio efficiente. 32.
11. De opinione Hesiodi & Parmenidis dicentium amorem deorum & naturalem esse mouens principium. 32.
12. De opinionibus & rationibus Empedoclis, qui dicit contraria esse mouentia principia. ibid.
13. Qualiter Anaxagoras utitur intellectu ut principio mouente. 33.
14. De dictis Empedoclis circa diuisionem principiorum mouentium & materialium. 34.
15. De positione Leucippi & Democriti & Zenonis, qui ponebant inane & atomos. 35.

## TRACTATVS IV.

### De opinionibus Stoicorum de principis.

- Cap. 1. **D**E Pythagoricis, quare dicebant numeros mathematicos esse principia. 36.
2. Et est digressio declarans, qualiter principia numerorum secundum Stoicos sunt principia cunctorum. 37.
3. Qualiter Pythagoras numeros entibus adaptavit, & quæ elementa esse dicebat, & per quam rationem. 39.
4. De esse coelementationum quas principia posuerunt quidam Pythagorici. ibid.
5. De his in quo Alcmaeon Coroniarum conuenit cum Pythagora in positione principiorum. 41.
6. De tribus positionibus in naturalibus, quæ omnes in hoc conueniunt quod vnum dicunt omne esse quod est, & sunt Parmenidis & Melissi. 41.
7. Et est digressio declarans rationem Zenophanis, qua omnia dicit esse vnum Deum. 42.
8. Et est digressio declarans improbationes & solutiones rationum ipsius Zenophanis. 44.
9. Et est digressio declarans opiniones & rationes & solutiones rationum Melissi. 45.
10. Et est digressio declarans positionem Parmenidis, & rationes eius, in quo peccauit. 47.

11. Quid in summa colligitur ex omnibus opinionibus & questionibus inductis tam Epicureorum quam Stoicorum: & hoc est quod non ponit alia præter prædictas causas. 48.
12. De causa positionis Platonis, & modo quo colligit eam ex Heraclito & Socrate Philosophis, & qualiter posuit ideas, & quid ideas esse dicit, & qualiter vnam, & qualiter plures dixit esse ideas. 48.
13. Qualiter Plato posuit mathematica & principium materiale & formale, & in quo conueniebat cum Pythagoricis, & in quo differat ab eis. 50.
14. Quod non est addere quintam causam præmemoratis quatuor causis ex omnibus dictis intentionibus Philosophorum. 52.

## TRACTATVS V.

### De contradictione opinionum inductarum de principis.

- Cap. 1. **D**E contradictione Epicureorum, qui ponebant corporum materiam esse omnium, vnum corpus dicentes eam esse. 53.
2. De contradictione Empedoclis plura materialia ponentis, & de contradictione eius quod dicit de mouentis principio. 54.
3. De contradictione ad positionem Anaxagoræ. 55.
4. De contradictione ad positionem Pythagoricorum de numeris quos ponebant esse principia. 56.
5. De contradictione contra Platonem, qui posuit ideas, & sumitur contradictio ex hoc quod separatæ ideas non possunt esse substantiæ rerum sensibilium formales, per quas sensibilia numerantur & ponuntur in numeris, sicut numeratur res per suam formam. 57.
6. Et est secunda contradictio contra Platonem ex hoc quod ideas ponuntur non esse præter proprium rei intellectum, per quem de re syllogizatur. 58.
7. Et est tertia contradictio contra Platonem accepta simul ex veritate & ratione opinionis ponentium ideas. 59.
8. Et est contradictio sumpta ex hoc quod sunt inutiles ideas ad morum & scientiam, & est ratio sensibilium. 60.
9. De contradictione contra Platonem sumpta penes ideas secundum quod dicunt esse exemplaria opificis. 61.
10. De contradictione contra positionem Platonis, quod numerus idearum est principium. ibid.
11. De contradictione contra Platonem de reductione substantiarum ad principium numerorum. 63.
12. De contradictione contra Platonem secundum quod ideas dicuntur esse causæ generationis. 64.
13. De contradictione contra Platonem in hoc quod formas eadem secundum esse separatum & distinctum dicit esse in omnibus & in pluribus. 65.
4. De

# In libros metaphysicorum.

14. De contradictione contra Platonem in hoc quod dixit ideas principium scientiæ. 66.
15. Et est digressio declarans positionem Platonis, ut melius intelligatur contradictio contra ipsum. 67.
16. Quod non sunt inuentæ ab antiquis nisi quatuor causæ extra superius dictas. 68.

## LIBER II.

### De scientia veritatis, & quomodo consideratio de veritate vno modo est facilis, alio modo difficilis.

- Cap. 1. **D**E comparatione intellectus, quomodo se habet ad res cognoscendas. 69.
2. De causa difficultatis & facilitatis in theoria veritatis. 70.
3. Quod grates omnibus referendæ sunt, qui in tanta difficultate ad veritatem conati sunt. 71.
4. Quæ sit scientia veritatis, & quod à verissimo causatur omnis veritas. ibid.
5. In quo inducendo probatur, quod ad rectam theoriæ causæ non procedunt in infinitum. 72.
6. Qualiter demonstratiue probatur, quod causæ efficientes secundum speciem non vadunt in infinitum, & hoc per syllogismum. 72.
7. Qualiter demonstratur, quod causæ materiales stant in deorsum. 74.
8. Quod causæ finales non possunt abire in infinitum. 75.
9. Quod causæ formales non vadunt in infinitum. 76.
10. Quod causæ non sunt infinitæ secundum speciem casualitatum. ibid.
11. Qualiter consuetudinis habitus impedimentum est theoriæ veritatis. 77.
12. De impedimento materiali ad veritatis theoriæ. ibid.
13. De remediis contra impedimenta inducta. 78.

## LIBER III.

### De questionibus à principio querendis.

## TRACTATVS I.

### De intentione libri, & numero conclusionum.

- Cap. 1. **D**E ratione, quare in hac scientia rationes proponuntur simul. 79.
2. De numero questionum in primis ponendarum, & quæ sint ipsæ questiones. 80.
3. Et est digressio declarans numerum & ordinem questionum inductarum. 82.

Index in libros metaphysicorum.

## TRACTATVS II.

### De disputatione questionum inductarum.

- Cap. 1. **D**E disputatione primæ questionis & quartæ. 83.
2. De disputatione secundæ & tertiæ questionis, & questionis septimæ quæ est affinis cum tertiâ. 85.
3. De disputatione quintæ & sextæ questionum. 87.
4. De disputatione 13. questionis, & est digressio declarans qualiter eadem sunt principia essendi & cognoscendi, & qualiter definitio substantiæ data per componentia substantiæ particularia & data per vniuersalia formalia, est vna eadem & non diuersa. 88.
5. De hoc quod queritur in 14. questione, & est in eo de generibus & speciebus & differentis. 89.
6. De duabus conclusionibus ad intellectum præcedentium introductis. 90.
7. De disputatione questionum 15. & 16. & 17. 91.
8. De disputatione questionis 18. principaliter inductæ. 92.
9. De disputatione questionis 19. inductæ. 93.
10. De dissolutione questionum 20. & 21. secundum Hesiodistas & secundum Empedocle & Peripateticos. 93.
11. De dissolutione questionis 22. 96.
12. De disputatione 26. questionis. 98.
13. De solutione vitiæ questionis prius inductæ. 100.
14. De questionibus 24. & 25. 101.
15. De solutione questionis 23. prius propositæ. ibid.

## TRACTATVS III.

### De iterata disputatione 27. inductarum questionum, & est totus digressio declarans ante habita.

- Cap. 1. **D**E disputatione questionis primæ & determinatione eiusdem. 102.
2. Et est digressio declarans disputationem & determinationem questionis quartæ. ibid.
3. Et est digressio declarans secundum quæ situm ex rationibus posterioribus Peripateticorum. 105.
4. Et est digressio declarans iteratam disputationem & determinationem questionis tertiæ. 106.
5. Et est digressio declarans septimum questionem aliter quam superius disputatum est. 107.
6. Et est digressio declarans determinationem 8. 9. & 10. questionum prius inductarum in ante habitis. ibid.
7. Et est digressio declarans disputationem & determinationem 11. & 12. questionum. 108.
8. Et



# Index tractatum & capitum

- 8. Et est digressio declarans 13. loco quaesitum. 119.
- 9. Et est digressio declarans intellectum 14. quaestionis prius propositae. ibid.
- 10. Et est digressio declarans intellectum 15. quaestionis prius inductae. 110.
- 11. Et est digressio declarans intellectum 16. quaestionis. 111.
- 12. Et est digressio declarans intellectum 18. quaestionis. 114.
- 14. Et est digressio declarans intellectum 19. quaestionis. 114.
- 15. Et est digressio declarans intellectum quaesiti 20. ibid.
- 16. Et est digressio declarans intellectum 21. quaestionis. 116.
- 17. Et est digressio declarans intellectum 22. quaestionis. ibid.
- 18. Et est digressio declarans intellectum 23. quaestionis. 117.
- 19. Et est digressio declarans intellectum 24. quaestionis. 118.
- 20. Et est digressio declarans intellectum quaestionis 25. ibid.
- 21. Et est digressio declarans intellectum quaestionis 26. 119.
- 22. Et est digressio declarans ultimae quaestionis determinationem. 119.

## LIBER IV.

*De principiis huius scientiae quae sunt passio, subiectum, & dignitas.*

## TRACTATUS I.

*De quo sit ut de subiecto, & de quibus passionibus.*

- Cap. 1. **Q**uod haec scientia est vniuersalis, & nulli scientiarum particularium eadem. 120.
- 2. In quo probatur, quod haec scientia est de ente secundum quod ens, & tolluntur obiectiones quae sunt contra hoc. 121.
- 3. Qualiter scientia quae considerat ens in quantum ens est scientia vna. 127.
- 4. In quo declaratur, quod haec eadem scientia est de his quae insunt enti secundum quod ens, & conuertuntur cum ipso, sicut est vnum 125.
- 5. Et est digressio declarans solutionem rationum sophisticarum inductarum ad hoc quod ens & vnum non sunt vna & eadem natura. 124.
- 6. In quo ex praedictis declarantur partes & ordo prima philosophiae. 125.
- 7. In quo probantur ea quae dicta sunt in praecedenti capitulo. 127.
- 8. Et est digressio declarans coelementationem contrariorum ad priuationem & habitum: quare vnum in genere & extra genus habent negationem. 128.

## TRACTATUS II.

*De stabilimento principiorum demonstrationis*

- Cap. 1. **Q**uod vnius & eiusdem scientiae est tractare de primis principiis demonstrationis, & de ente primo quod est substantia. 129.
- 2. Quod principium firmissimum congruit dictae primae philosophiae, & quae sint principij firmissimi proprietates & differentiae. 130.
- 3. Quod non conuenit simul affirmare & negare, per probationem sumptam ex hoc quod sermo aliquid significat. 131.
- 4. Quod si contradictoria sunt simul vera, sequitur nihil dici secundum substantialem praedicationem, sed omnia secundum accidens. 133.
- 5. Quod ad dicere contradictoria esse simul vera de eodem secundum idem, sequitur omnia esse vnum & idem secundum idem. 135.
- 6. In quo per consequentiam affirmationis & negationis, & e contra probatur, quod contradictoria non sunt simul vera. ibid.
- 7. In quo probatur, quod contradictoria non simul verificantur propter mutationem & fugam de ipsis: quod est secundum susceptionem cui acquiescunt homines. 137.

## TRACTATUS III.

*De opinionibus dictorum Philosophorum dicentium simul vera esse contradictoria.*

- Cap. 1. **D**e opinione Pythagorae, & sequentium in eadem opinione. 138.
- 2. De medea harum corruptionum quae prius inductae sunt a nobis. 139.
- 3. De ortu erroris eorum qui ex sensibilibus motu dicebant simul esse contradictoria vera, & de medela erroris eorundem. 140.
- 4. De errore eorum qui verum esse dixerunt, quod apparet secundum sensum. 141.
- 5. De medela erroris eorum qui contradictoria simul esse dicebant, & non esse dicebant propter motum sensibilibus. 143.
- 6. De medela eorum qui contradictoria simul esse dicebant, ideo quod ponebant verum esse, quod apparet sentienti & estimanti. 144.
- 7. De reuictione eorum qui ista ratione non persuasi, sed ex contentione dicunt querentes victoriam in conflictu orationis. 145.
- 8. In quo vterius concluditur, quod contraria eodem simul esse non possunt. 146.
- 9. Et est digressio declarans qualiter esse secundum formam manet in re mutata secundum materiae quantitatem, & ideo res non simul est & non est, & est perfecta solutio dubitationis antiquorum qui dixerunt simul esse contradictoria.

TRACTAT

# In libros metaphysicorum.

## TRACTATUS IV.

*Qui est ostensiuus, quod contradictio est oppositio non habens medium secundum se.*

- Cap. 1. **I**n quo multis rationibus probatur, quod inter duo extrema contradictionis non est medium aliquod. 149.
- 2. De aegritudinibus vnde contingunt istae opinionones & hominibus contra eas, & quae sunt ipsae opinionones & auctores earum. 151.
- 3. De improbatione opinionumanaxorae & Heracliti & sequentiam secundum eundem modum de contradictoriis. 151.
- 4. Et est digressio declarans vtrum veritas huius principij, quod est contradictoria non esse simul vera, sit ab aeterno. ibid.
- 5. Et est digressio declarans, quod maior est oppositio contradictionis quam aliqua aliarum. 153.

## LIBER V.

*De nominum distinctione.*

## TRACTATUS I.

*De distinctione nominum principiorum entis.*

- Cap. 1. **D**e distinctione principij suae initij. 154.
- 1. De distinctione huius nominis quod est causa. 156.
- 2. De distinctione huius nominis quod est causa. 156.
- 3. Et est digressio declarans numerum causarum & modorum aliter quam prius. 158.
- 4. De modis elementis. 161.
- 5. De modis naturae. 162.
- 6. De modis necessitatis. 164.
- 7. De modis vnius. 165.
- 8. Et est digressio declarans quidditatem vnius secundum quod est principium numeri. 169.
- 9. De modis vnius indivisibilis quantitate aut specie siue forma. 170.
- 10. Et est digressio declarans esse numeri, & qualiter vnum constituit numerum, & qualiter duo est multitudinis principium, & qualiter multitudo quaedam est numerus, & qualiter non est numerus. 172.
- 11. De modis entis quod nec diffiniti nec describi potest. 173.

## TRACTATUS II.

*De substantia & sibi adiunctis.*

- Cap. 1. **E**t est digressio declarans generaliter quid est substantia, & quae sunt diuisiones eius generales & primae. 175.
- 2. Et est digressio declarans esse substantiae cor-

*Index in libros metaphysicorum.*

- poralis in eo quod est corpus. 176.
- 3. Et est digressio declarans vtrum materia prima, quae est substantia, separata esse possit a forma corporeitatis. 178.
- 4. Et est digressio declarans qualiter forma causa sit, quare actus sit materia, & quae sit causa vnitatis materiae, & quod forma propriam artet vnitatem. 179.
- 5. De diuisione substantiae secundum modos magis communes. 180.
- 6. De modis eiusdem quod causantur ab vno in subiecto sumpto. 180.
- 7. De modis diuersi & differentis, &c. 190.
- 8. De modis simili & dissimili. 191.
- 9. De modis oppositorum & maxime de modis contrariorum. 191.
- 10. De modis diuersi & contrarij & eiusdem, quae sumuntur penes modos entis & vnius. 192.
- 11. De modis priorum & posteriorum. 193.
- 12. Et est digressio declarans radicem ex qua sumitur diuersitas potentiae. 194.
- 13. De modis potentiae & impotentiae, & possibilis & impossibilis. 195.
- 14. De potestate agere & de potestate pati. 196.
- 15. De modis impotentiae, & quis modus principalis potentiae. 197.
- 16. Et est digressio declarans differentias potestatum secundum posteriores Peripateticos, ibidem.

## TRACTATUS III.

*De generibus accidentium.*

- Cap. 1. **D**e modis & natura quanti & quantitatis. 199.
- 2. Et est digressio declarans esse & naturam quantitatis. 201.
- 3. Et est digressio declarans an qualitates sunt substantiae quaedam. 203.
- 4. Et est digressio declarans esse aliarum qualitarum, quae sunt habitus & dispositio. 204.
- 5. Et est digressio declarans esse formae & circa aliquid constantis figurae. ibid.
- 6. De modis qualitatis. 206.
- 7. Et est digressio declarans quale ens sit relatio, &c. 207.
- 8. De modis relatiuorum. 208.

## TRACTATUS IV.

*De consequentibus ens.*

- Cap. 1. **D**e modis perfecti. 211.
- 2. Et est digressio declarans modos perfectionis, & plus quam perfecti, & vltra plus quam perfecti, & deficientis, & abundantis. 212.
- 3. De modis termini. 213.
- 4. De modis eius quod est per se, siue per ipsum, siue secundum quod vel non quod. 214.

# Index tractatum & capitum

## TRACTATVS V.

*De partibus entis, quarum esse est in habitudine & relatione siue comparatione quadam.*

- Cap. 1. **D**E dispositione siue positione & situ, &c. 215.
2. De modis habitus secundum quod continet predicamentum actionis & habitus & speciem qualitatis, quae dicitur dispositio vel habitus. ibid.
3. De modis passionis. 216.
4. De modis priuationis quae opponitur habitui, ibidem.
5. De habere & modis eius. 217.

## TRACTATVS VI.

*De consequentibus ens secundum modos quibus ens principiatum est ex principio secundum omne genus entis.*

- Cap. 1. **D**E modis eius quod dicitur ex aliquo. 218.
2. De distinctione modorum partis. 219.
3. De distinctione modorum totius. 220.
4. De differentia totius & vniuersi, quod minus proprie dicitur omne. ibid.
5. Et est digressio declarans quor modis dicitur vniuersale. 221.
6. Et est digressio declarans originem & causam vniuersalis. 222.
7. Et est digressio declarans naturam ipsam quae est vniuersalis, & accidentia genera ipsius, per quae efficitur in anima & in rebus, & vnum & multum, & commune & proprium, per quae omnia concluditur ipsius differentia totius & vniuersalis. 223.
4. De eo quod dicitur colobon, quod quidem toti opponitur. 224.
5. De modis quibus determinatur generis multiplicitas. 225.
6. Et est digressio declarans naturam generis, & distinctionem eius a materia & a differentia.
7. De his quae sunt in potestate generis, & sunt vere differentiae ipsius. 227.
8. De modis quibus dicitur diuersum genere. 228.
9. Et est digressio declarans superius inductos modos multiplicitatis generis, & secundum quem modum differentia sit qualitas generis, ibidem.
10. De distinctione modorum falsi. 229.
11. De modis eius quod est secundum accidens. 231.

## LIBER VI.

*Qui est de accidente.*

## TRACTATVS I.

*De inquisitione propria prima philosophia, & de modo diffinitionis quo utitur.*

- Cap. 1. **Q**UAE sit inquisitio ipsius propria. 233.
2. Quod tres sunt theoriae essentialis. 234.
3. Quod haec scientia sit diuina & honorabilissima & vniuersalis & prima. 236.

## TRACTATVS II.

*De eo quod accidit per accidens.*

- Cap. 1. **Q**UOD de eo quod accidit per accidens, non est aliquo modo speculatio practica vel thetica. 237.
2. Quod accidens secundum aliquem modum est non ens, & ideo non est perfecte icibile.
3. De principio & causa eius quod sit secundum accidens per accidens. 238.
4. Quod de eo quod est per accidens, non sit scientia. 239.
5. Quod non omnia sunt ex necessitate: quia quaedam sunt per accidens, si negatur quaedam fieri per accidens, tunc sequitur omnia ex necessitate fieri. ibid.
6. Et est digressio declarans, quod omnia reducuntur in causam vnam, & quantum accidens per accidens est in rebus. 240.

## TRACTATVS III.

*De vero & falso.*

- Cap. 1. **I**N quo ostenditur, quod verum & falsum sunt in anima primo, & sunt ens animae potius quam ens rationis extra animam. 242.
2. In quo ostenditur, quod huiusmodi ens est relinquendum, sicut & ens per accidens: eo quod non est in aliquo genere entium, nec aliter quam modo dictum est potest determinari. 243.

## LIBER VII.

*Qui est de substantia prout ipsa est rei quidditas & totum esse.*

## TRACTATVS I.

*De principalitate substantiae.*

- Cap. 1. **E**T est digressio declarans quae est intentio, & quae sunt ipsius substantiae acceptiones, & qualiter accidens est substantiae. 244.

# In libros metaphysicorum.

- Substantia modus. 244.
2. Quod substantia quae est principium substantiae prima: prima est omnium entium. 245.
3. De modis quibus substantia est prior aliis accidentibus. 246.
4. Qualiter questio de quidditate substantiae sensibilis conducit ad notitiam primae causae: & ideo ab omnibus queritur qualiter & diuersimode ponatur secundum opiniones antiquorum. 247.
5. A quibus modis multipliciter dicitur substantia, & quomodo magis dicatur substantia. 249.
6. Qualiter procedendum est ad quidditatis inquisitionem. 251.
7. Quod nec accidens per accidens, nec accidens per se est de quidditate substantiae. 252.
8. Quod accidens verum non potest habere diffinitionem. 253.
9. Secundum quem modum accidentia possunt habere diffinitionem. 254.
10. De solutione erroris quorundam qui dicebant accidentium nullam esse diffinitionem, & de differentia accidentis ad speciem veram & differentiam veram. 256.
11. De determinatione erroris aliorum qui dicebant accidentium per se esse diffinitionem veram sicut & substantiam. 258.
12. De distinctione diffinitionis & quidditatis, & de vero intellectu quidditatis & diffinitionum accidentis. 259.

## TRACTATVS II.

*De comparatione quidditatis & diffinitionis ad aliquid cui attribuitur quidditas & diffinitio secundum idem vel diuersum.*

- Cap. 1. **D**E eo de quo est intentio, & sunt in eo solutiones sophismatum Platonis. 261.
2. De rationibus quibus probantur quidditates non esse diuersae ab aliis quorum sunt quidditates. 262.
3. De improbatione positionis idearum per hoc ipsum, quod ponuntur esse substantiae subiectorum & principia scientiae ipsorum. 263.
4. De solutione sophisticorum elenchorum ad positionem istam inductorum. 264.
5. De his quae de principis eorum quae sunt, praemittuntur ad ostendendum ideas ad generationem non prodesse: ostenditur etiam in hoc capitulo, quod generatio est a conuenienti. 265.
6. Quod omne quod fit, ex conuenienti fit secundum efficiens & secundum materiam. 266.
7. In quo ostenditur, quod non fit nisi compositum. 268.
8. In quo probatur, quod ideae nihil profunt ad generationem. 269.
9. De verificatione huius propositionis, conueniens fit a conuenienti in naturalibus. ibid.
10. Quod propositio quae dicit, id quod fit a conuenienti, non habet instantiam in his quae. *Index in libros metaphysicorum.*

- sunt ab arte & natura, neque in his quae sunt ab arte vna simplici, neque in his quae a duobus sunt artibus. 271.
11. Quod syllogismi quid est scire facientes & generationes ab eodem procedunt principio. 272.
12. Quod tam in substantia quam in aliis predicamentis quod fit, est compositum, sed in aliis accidentibus non semper fit hoc quod fit a conuenienti. 273.

## TRACTATVS III.

*De comparatione partium diffinitionis ad partes diffinitio.*

- Cap. 1. **D**E duabus questionibus quae sunt circa hoc, & rationibus questionum illarum. 273.
2. De solutione secundae questionis. 274.
3. De solutione instantiae quae datur circa solutionem inductam. 275.
4. De manifestatione & declaratione solutionis inductae. 276.
5. Quod diffinitio non est nisi vniuersalis & non particularis nisi per posterius & aequiuocum. 277.
6. De modo respondendi questionibus factis a principio. 278.
7. De inquisitione distinctionis partium formalium & speciei a partibus materialibus & materiae. ibid.
8. De solutione inductae questionis secundum dicta Stoicorum, Pythagoricorum, & Platoniorum. 279.
9. De vera solutione praeductae questionis. 280.
10. Qualiter differenter mathematica & physica concepta sunt cum materia. ibid.
11. In quo est recapitulatio dictorum & continuatio dictorum ad dicenda. 281.

## TRACTATVS IV.

*Quare diffinitio sit vnum & non multa.*

- Cap. 1. **D**E ipsius questionis disputatione. 282.
2. Qualiter ex natura diuisionis primum perpenditur quare diffinitio est vnum, & non multa. 283.
3. Qualiter per diuisionem inuestiganda est vniuersalium specie conuertibilis differentia. 284.

## TRACTATVS V.

*In quo ostenditur, quod vniuersale non est causa formalis substantiae simpliciter, neque aliqua pars ipsius.*

- Cap. 1. **D**E distinctione substantiae & de diffinitione vniuersalis. 285.
2. In quo ostenditur pluribus rationibus, quod impossibile est. 286.



# Index tractatum & capitum

- impossibile sit quorumlibet substantiam esse de numero vniuersaliter dictorum. 280.
- De solutione dubitationis exorta ex predictis, ex qua solutione arguitur contra ponentes ideas. 288.
  - Quod idea sensibilium sunt singularia, de quibus non est definitio, neque demonstratio: ex quo sequitur, quod non vniuersalia sunt. 290.
  - De causis erroris ponentium ideas, &c. 291.
  - Quod ens & vnum & principium & causa & elementum non sunt substantia existentium. 292.
  - In quo recte & in quo non recte dixerunt ponentes formas. 293.
  - De intellectu quidditatis & substantia per determinationem per quaestionem quare, siue propter quid. ibid.
  - De probatione, quod in omni composito aliquid est forma substantialis praeter componentia. 295.
  - De natura formarum accidentalium, & qualiter distinguuntur a forma substantiali. 296.

## LIBER VIII

*Qui est de substantia secundum quod quod ipsa est forma & actus & natura.*

### TRACTATVS I.

*De manifestatione, quod materia est substantia, & quod forma est talis substantia.*

- Cap. 1. **Q**uare sit libri intentio, & quis sit modus in ipso. 297.
- De diuersitatibus substantia quae est natura rei, &c. 298.
- De substantiis quae sunt vera rei natura, & qualiter probatur, quod materia talis sit substantia. ibid.
- De opinione Democriti de substantia quae est forma & natura sensibilium, &c. 299.
- Quod substantia quae est actus eius cuius est substantia, proportionalis debet esse potentia & praedicatur de materia. 301.
- Qualiter id quod est substantia rei, significatur per nomen: & est in eo digressio declarans qualiter omne nomen significat substantiam cum qualitate. 302.
- Et est conclusio ex his quae dicta sunt, quae sit vera & perfecta cuiuslibet substantia sensibilis definitio. 304.
- De similitudine vel analogia definitionis ad numerum, propter eos qui dicebant numeros substantiam eorum quae sunt. 205.

### TRACTATVS II.

*De modis consequentibus substantiam quae est natura & actus sensibilis substantia.*

- Cap. 1. **D**e modis materialis principij, quibus comparatur ad factum sensibile. 306.
- Quales & quot causa debent reddi ad quodlibet quaesitum de substantia sensibili. ibid.
- Qualiter idem subiectum est diuersimode susceptibile contrarium. 307.
- De declaratione dubitationis & solutionis quare definitio est vnum & non multa. 308.
- De errore antiquorum male soluentium inductam quaestionem, & de causa erroris. 309.
- Et est digressio ponens rationem eorum qui materiam & formam dicunt esse vnam essentiam, & ideo definitionem esse vnum & non multa. 310.

## LIBER IX.

*Qui est de potentia & actu.*

### TRACTATVS I.

*De multiplicitate potentia & actus.*

- Cap. 1. **Q**uare sit libri intentio, & quae causa introductionis. 312.
- De multiplicitate potentia & de reductione multiplicatis ad vnum primum. 313.
- De distinctione priuationis quae potentia actus opponitur. 314.
- De distinctione potentiarum rationabilium & irrationabilium. ibid.

### TRACTATVS II.

*De contradictione eorum qui negant potentiam praecedere actum.*

- Cap. 1. **I**n quo est erroris illius explanatio, & persuasio per quam in errorem sunt inducti: & haec est digressio. 315.
- De inconuenientibus quae sequuntur ex illa positione Megaricorum. 316.

### TRACTATVS III.

*De conditionibus potentia & actus.*

- Cap. 1. **D**e conditionibus potentiarum praecedentium vel sequentium suos actus. 318.
- De modis & dispositionibus quae conueniunt actui. 319.
- De 319.

# In libros metaphysicorum.

- De modis quibus aliquid dicitur esse in aliquo, sicut in potestate. 320.

### TRACTATVS IV.

*Ex quo comparatur actus potentiae secundum rationem prioris.*

- Cap. 1. **I**n quo probatur actus prior esse potentia, substantia & ratione, & aliquid esse prior tempore secundum aliquem modum. 321.
- In quo probatur adhuc actus esse prior potentia, tempore, & substantia. 322.
- In quo probatur actus praecedere potentiam per resolutionem ad actionem sempiternam: & est in ipso correlarium contra ponentes ideas. 323.
- In quo declaratur, quod actus in bonis nobilior est potentia, sed in malis est posterior: & correlarium est, quod in perpetuis non est malum. 324.
- In quo probatur, quod in mathematicis actus nobilior est quam potentia. ibid.
- In quo per naturam vere scitorum probatur actus esse nobilior potentia & ante ipsam. 325.

## LIBER X.

*Qui est de vno & multo & differentiarum eorum.*

### TRACTATVS I.

*De modis multiplicatis vnius, & qualiter sit metrum vniuscuiusque, & qualiter se habeat ad ens.*

- Cap. 1. **D**e quatuor modis vnius, & qualiter isti reducuntur ad vnum, & qualiter reducuntur ad duos: in quo primo est digressio declarans tres rationes, quare haec agendum est de vno & multo. 327.
- In quo probatur, quod non est vniocum de omnibus vnius vnum, sed ad vnum primum aliquid est multiplicitas eius relata, & illud dicitur primum & principaliter vnum. 328.
- Quod vnum quod est metrum & principium in quolibet genere, est quiddam indiuisibile ad modum vnius quod est metrum & principium in numeris. 329.
- In quo probatur secundum quem modum sit vnum, quod est metrum in quolibet genere. 330.
- In quo probatur, quod vnum quod est metrum in quolibet genere, est cognatum illi generi: & est in eo digressio tres excludens errores qui ex hoc oriuntur. 331.
- In quo per rationem Pythagorae ostenditur quid sit primum mensurans in entibus. 332.
- In quo determinatur quae sit vna natura in quolibet genere prima, vtrum separata, vel coniuncta: & si coniuncta, quae sit illa. 333.

### TRACTATVS II.

*De oppositione vnius & multi, & eiusdem & diuersi, & aequalis & inaequalis, & similis & dissimilis.*

- Cap. 1. **D**e oppositione vnius & multi: & est in eo digressio declarans quatuor genera oppositorum. 335.
- De oppositione eiusdem & diuersi, & similis & dissimilis, & aequalis & inaequalis. 336.
- De differentia & diuersitate & contrarietate. 337.
- Quod tantum vnum vni est contrarium secundum oppositionem verae contrarietatis. 338.
- De oppositione priuationis & habitus, & qualiter contraria sunt priuatione opposita. ibidem.
- De mediata & immediata oppositis, & qualiter vnum vni vel duobus vel pluribus opponitur. 339.
- De solutione dubitationis quae est de oppositione vnius & multi. 341.
- In quo probatur, quod media eiusdem generis sunt cum extremis, & quod componuntur de ipsis. 342.
- De oppositione differentiarum primarum quae sunt in eodem genere. 344.
- De solutione duarum quaestionum, quare mas & femina non differunt specie, & quare non omnis contrarietas facit differentiam secundum speciem. 345.
- Quod corruptibile & incorruptibile differunt secundum genus. 346.

## LIBER XI.

### TRACTATVS I.

*De substantia in communi, & diuisionibus eius.*

- Cap. 1. **D**e intentione libri, & quare theoria ista est tota de substantia. 348.
- De diuisione substantia in vniuersale & particulare, & quae sit magis substantia & principium, & de conceptione quae est in illis. 349.
- De trimembri diuisione substantia in corruptibilem mobilem, & incorruptibilem mobilem, & in eam quae est separata: & est in eo digressio declarans qualiter differenter vtritur causis physicis & primis Philosophus. 349.
- De diuisione substantia separatae, & de his quae conueniunt substantia sensibili. 350.
- Quod secundum ea quae dicta sunt, soluantur dubitationes antiquorum. 351.
- De principijs substantia sensibilis mobilis & corruptibilis, & quod non sit nisi compositum, & non materia, neque forma secundum se. 352.
- De differentia trium substantiarum, quae sunt forma, 352.



# Index tractatum & capitum

- forma, materia & compositum. 353.
8. Et est digressio declarans qualiter secundum diuersa dicta Philoſophorum diuerſorum vniocum ſit ab vnioco. 354.
  9. An aliqua forma poteſt eſſe extra compositum, cuius ipſa eſt forma: & oſtenditur, quod nulla niſi intellectus. 356.
  10. Vtrum eadem ſint principia & elementa diuerſorum numero vel genere, aut diuerſa. 358.
  11. Quod ſenſibilem ſubſtantiarum principia que dicuntur caute & elementa, ſunt ſecundum analogiam eadem, & ſecundum appropriatum modum diuerſorum ſunt diuerſa. 360.
  12. De tertio modo qualiter ſunt omnium eadem principia ſecundum analogiam, & hoc modo quo ſubſtantia eſt principium accidentium, & principia ſubſtantie ſunt principia aliorum. 361.
  13. Quod quarto modo ſunt ſecundum analogiam eadem principia omnium, que ſunt anima & corpus, & intellectus & deſiderium. 362.
  14. Quod ſecundum analogiam ſunt eadem principia omnium ſive extra ſive intrinſe, & ſive communicantia cum materia ſive non communicantia. 362.
  15. Qualiter principia referuntur ad principia vniuerſaliter & particulariter, & qualiter ſunt prima & qualiter non. 363.

## TRACTATVS II.

### De ſubſtantia inſenſibili & immobili.

- Cap. 1. **I**n quo oſtenditur iſtius tractatus introductio & ordo: & quod neceſſe eſt aliquam ſubſtantiam inſenſibilem & immobilem eſſe. 364.
2. Quod hæc ſubſtantia eſt actus purus, nihil habens admixtum de potentia. 365.
  3. Qualiter prima ſubſtantia eſt immaterialis & vbi que & ſola ſemper: & eſt id quod neceſſe eſt eſſe ſecundum ſubſtantiam & ſecundum potentiam. 367.
  4. In quo deſtruitur error eorum qui dixerunt potentiam præcedere actum in prima ſubſtantia. 368.
  5. In quo probatur per modum generantium & corruptentium, quod vnum eſt primum mouens ſemper, & actu exiſtens, nihil habens de potentia. 369.
  6. Qualiter primum motor immobilis mouet ſicut deſiderium & amorem. 370.
  7. Et eſt digreſſio declarans qualiter prima ſubſtantia eſt ſimplex & ſuper omne nomen. 371.
  8. Et eſt digreſſio declarans quatuor que primæ ſubſtantie conueniunt, quod videlicet non eſt in genere, quod non habet vniuerſale & particulare, & quod multiplex eſt in reſolutione, & quod diſtinctior eſt ab aliis quanto perfectior aliis. 372.
  9. Qualiter mouet vt bonum, & per id quod mouet ad aliud quod eſt motum, mouet omnia alia. 373.
  10. Et eſt digreſſio declarans opiniones Peripateticorum de animabus caelorum. 374.
  11. Quod primo motori & aliis motoribus caelorum motus ſui ſunt delectabiliſſimi. 375.
  12. Qualis vita ineſt ſubſtantie ſeparatis & caelis, & quod animæ eorum dicuntur æquiuocè ad animas animalium inferiorum. 377.
  13. Et eſt digreſſio declarans qualiter intellectus ſeparati dicuntur vniſi corporibus. 378.
  14. De excluſione erroris Peripateticorum & Pieuſippi. 379.
  15. Quod prima ſubſtantia nec eſt corpus, neque virtus in corpore: & eſt digreſſio, declarans errorem Auiceton de materialitate intellectus. 379.
  16. Et eſt digreſſio declarans ſolutionem Ioannis Grammatici. 380.
  17. Qua arte inuenienda eſt pluralitas motorum ſeparatorum. 381.
  18. Quod neceſſe eſt planetarum motus à diuerſis eſſe motoribus, quorum quilibet eſt ſubſtantia quædam ſeparata immobilis motu quem mouet. 382.
  19. Et eſt digreſſio declarans qualis ſit natura ſubſtantiarum ſeparatorum inferiorum, que ſunt poſt primam ſubſtantiam. 383.
  20. Et eſt digreſſio declarans exitum intelligentiarum in eſſe à cauſa prima, & exitum caelorum in eſſe ab intelligentia & à prima cauſa. 384.
  21. Et eſt digreſſio declarans modum per quem vna intelligentia eſt ab alia. 385.
  22. Qualiter ex moribus ſphærarum colligitur motorum numerus ſecundum Eudoxum. 386.
  23. De numero ſphærarum ſecundum Calippum. 387.
  24. Et eſt digreſſio declarans opiniones moderorum de numero orbium & motorum caelorum. 389.
  25. Et eſt digreſſio declarans numerum motorum ex propriis primæ philoſophie & per rationem. 391.
  26. Et eſt digreſſio declarans dubitationes que oriuntur circa prædicta. 390.
  27. In quo eſt probatio, quod numerus ſeparatorum ſubſtantiarum non aliter poteſt accipi quam dictum eſt. 391.
  28. Qualiter caelum ſit vnum & multa, & qualis ſit multitudo ſubſtantiarum ſeparatorum. 392.
  29. Quod ſecundum eos qui fabuloſè loquuntur de caeleſtibus, numerus motorum accipitur ſecundum auiceton mobilium, ſicut ſecundum eos qui loquuntur de eis phyſicè. 393.
  30. De modo intellectus ſubſtantiarum ſeparatorum. 393.
  31. Et eſt digreſſio declarans naturam intellectus ſubſtantiarum ſeparatorum. 395.
  32. Et eſt digreſſio declarans modum qualiter intellectus diuini ſe habent adinuicem. 396.
  33. Et eſt digreſſio declarans quis ſit modus intelligendi ſubſtantiarum diuinarum. 397.

34. Et

# In libros metaphyſicorum.

34. Et eſt digreſſio declarans modum cognitionis diuinarum ſubſtantiarum ex parte cogniti. 398.
35. Et eſt digreſſio declarans vtrum intellectus ſubſtantiarum diuinarum dependet ad id quod intelligit, vel e conuerſo, & quid ſit illud quod omnes homines ſcire deſiderant. 399.
36. In quo determinatur de primo motore ſecundum rationem ſinis prout ipſum eſt omnino boni bonum, & omnia ad ipſum ordinantur. 399.
37. De opinionibus & erroribus antiquorum qui aliter dicunt quam prædictum eſt. 400.
38. Et eſt de inconuenientibus que ſequuntur ad præductos errores. 401.
39. Et eſt digreſſio declarans qualiter eſt vnus dominatus ſummi boni in omnibus bonis. 403.

## TRACTATVS III.

### Qui totus eſt digreſſio declarans ſubſtantiam incorruptibilem ſenſibilem mobilem.

#### Cap. 1. De elementalibus principiis ſubſtantie caeleſtis, que ſunt forma & materia.

1. Declarans qualiter motus caeli eſt actus caeli, in quo perfectè ſalvatur eſſe eius ſecundum quod ipſum eſt caelum: & quod id eſt continuus & ſemper permanens ſecundum naturam. 404.
2. De ſolutione dubitationis que ſit circa prædicta. 405.
3. De improbatione erroris Auiceton. 406.
4. De improbatione erroris eorum qui dicunt caeli motum proximum eſſe animam imaginariam, & motum primum eſſe intelligentiam, & de improbatione erroris eorum qui dicunt, quod non mouetur niſi à natura. 407.
5. De improbatione eorum qui dicebant caelos & animas caelorum & intelligentias conſiſtere ex tribus modis conſiderandi. 408.
6. De duabus viis quibus proceſſerunt antiqui Philoſophi in cognitione principiorum ſubſtantiarum. 409.

## LIBER XII.

### De principiis ſubſtantie ſenſibilis ſeparatis.

## TRACTATVS I.

### De poſitionibus eorum qui Mathematica ponunt eſſe principia.

#### Cap. 1. De quo ſit intentio, & de diuifione opinionum hæc introducendarum.

1. Et eſt diſputatio contra eas qui Mathematica

- separata eſſe & ſubiectum habentia dicebant eſſe in ſenſibilibus. 412.
2. Et eſt conſuſio ex inductis, quale eſſe habeant Mathematica, & quod non ſint principia ſenſibilium ſubſtantiarum, & qualiter orationes & demonſtrationes ſunt de ipſis. 415.
3. Qualiter Mathematicæ ſcientie conſiderant bonum & agathon, quod eſt ſpecies & ordo & commensuratio & determinatum eſſe. 417.
4. De explanatione opinionis eorum qui ponebant ideas, & in quo diſcrebant à Socrate & Pythagoricis. 418.
5. Et eſt diſputatio contra eos qui ponunt ideas eſſe eadem que poſita ſunt in libro primo philoſophie huius. 419.
6. In quo oſtenditur, quod idea nec poſuit ad ſcientiam, nec ad generationem. 420.

## TRACTATVS II.

### Qui eſt de diſputatione contra eos qui ponunt, quod numeri ſunt ſubſtantie ſeparate & principia entium.

#### Cap. 1. Quis ſit iſta poſitio, & quot ſunt numeri.

1. In quo illi qui dicunt vnitatem eſſe principium, conueniunt cum iſtis. 421.
2. Et eſt diſputatio contra inductæ quaſtionis hoc membrum, quod ſi ponantur primi numeri, vnitates eſſe diſtinctas. 422.
3. Et eſt diſputatio contra illam partem diuifionis que eſt vnitates vnus & eiuſdem numeri eſſe indiſtinctas abinuicem, ſed eſſe diſtinctas ab vnitatibus aliorum numeri. 423.
4. Contra eos qui dicebant, quod numerus à numero diſtinctus partitione quantitas vnitatum. 424.
5. Contra eos qui dicunt numerum ſpecierum eſſe mathematicum. 425.
6. De contradictione Pythagoricorum, qui mathematicos numeros ponebant non eſſe ſeparatos, & ſimilium hoc contra Platonem, qui ponebat ſeparatas ideas numerorum. 426.
7. Vtrum vnum ſit vnus ſpecies numerorum ſecundum eos qui numerum ſeparatum eſſe ponunt. 427.
8. De dubitationibus que ſequuntur dicta eorum qui ſeparatos numeros dicunt eſſe caulas & continuorum mathematicorum & ſenſibilium. 428.
9. Vnde & qua de cauſa inducti ſunt antiqui in errores. 429.
10. De contradictione poſitionis idearum ſecundum quod ponuntur primæ cauſæ & primæ elementa. 430.

LIBER



# Index tractatum & capitum

LIBER XIIII

TRACTATUS I.

*De principiis eorum ex quibus generatur substantia.*

- Cap. 1. DE his qui dixerunt vnum & æquale & inæquale esse principia, & æqualiter entia diuersa procedere dixerunt. 435.  
2. De comparatione opinionum induratum & improbatione earum. 436.  
3. De improbatione eorum qui dixerunt ideas ex numeris componi, & cetera entia ex passionibus numerorum, & quomodo multa procedunt ex vno. 438.  
4. De collatione opinionum quæ sunt de numeris & improbatione earum. 440.


TRACTATUS II.

*Qualiter præinducta principia se habent ad bonum & optimum.*

- Cap. 1. IN quo ponitur opinio eorum qui bonum & optimum non dicebant esse principia, sed potius potentia æquali regnare bonum & malum. 443.  
2. Qualiter malum participatur ab entibus, & est regio & locus boni secundum opiniones aliquorum. 444.  
3. Et est contradictio contra eos qui dicunt mathematica esse in loco, & contra eos qui dicunt, quod ea quæ sunt ex elementis prima, sunt numeri discreti. 445.  
4. Quod numeri nec sunt causæ formales, nec efficientes, nec finales entium. 446.



D. ALBERTI



## PRIVILEGE DV' ROY.

**N**OVYS par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre, à Nos Amez & feaux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlements, Maistres des Requestes ordinaires de nostre Hostel, Baillifs, Seneschaux, Prcuosts, leurs Lieutenans, & à tous autres de nos Iusticiers & Officiers qu'il appartient, Salut. Nostre cher & bien Amé JEAN ANTOINE HUGVETAN, le fils, Marchand Libraire à Lyon, Nous a fait remonstrer qu'il desireroit imprimer les *Oeuures d'Albert le Grand*, ce qu'il ne peut faire sans grand frais, desquels il craindroit d'estre frustré s'il n'auoit Nos lettres sur ce necessaires, lesquelles il nous a tres humblement suppliés de luy accorder. A CES CAUSES, Nous auons permis & permettons par ces presentes, à l'Exposant d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter en tous les lieux de nostre obeissance ledit liure, en vn ou plusieurs Volumes, en telles marques, en tel Caractaire, & autant de fois qu'il voudra, durant vingt ans entiers & accomplis, à compter du iour que chaque Volume sera acheué d'imprimer pour la premiere fois: & faisons tres-expresses deffences à toutes personnes de quelle qualité & condition qu'elles soyent de l'imprimer, faire imprimer, vendre ny debiter en aucun lieu de nostre obeissance sous pretexte d'augmentation, correction, changement de titre, fausses marques ou autrement, en quelque sorte & maniere que ce soit, sans le consentement de l'Exposant ou de ceux qui auront droit de luy, à peine de quinze mille liures d'amande, payables par chacun des Contreuenans, & applicables vn tiers à Nous, vn tiers à l'Hostel Dieu de Paris, & l'autre tiers audit Exposant, de confiscation des Exemplaires contrefaits, & de tous depens dommages & interets, à condition qu'il sera mis deux Exemplaires dudit Liure en nostre Bibliotheque publique, & vn à celle de nostre tres-cher & Feal le Sieur Segurier Cheualier, Chancelier de France, avant que l'exposer en vente à peine de nullités des presentes. Du contenu desquelles Nous voulons que vous fassiez iouir plainement & paisiblement l'Exposant, ou ceux qui auront son droit, empeschant qu'il ne leur soit donné aucun empeschement, Voulons aussi qu'en mettant au commencement ou à la fin de chaque Volume dudit Liure, vn Extraict des presentes, elles soient tenuës pour dûement signifiées, & que soy y soit adioustée & aux coppies, collationnées par l'un de nos Amez & feaux Conseillers & Secretaires, comme à l'Original. Mandons au premier Nostre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles tous exploits necessaires.

necessaires sans demander autre permission. CARTEL EST NOSTRE  
PLAISIR, nonobstant Clameur de Haro, Chartre Normande, & au-  
tres lettres à ce contraires. Donné à Paris le neuvième iour de Novembre,  
l'an de grace mil six cens quarante-quatre, & de nostre Regne le second.

Signé par le Roy en son Conseil.

CONRART.

Ledit Huquetan a associé au susdit Privilege Claude Prost, Pierre & Claude Rigand,  
Freres, & Hierosme de la Garde, pour en iouyr avec luy durant le temps porté  
par iceluy, conformément à leur Scrit du 7. Feurier 1644.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 26. d'Aoust 1650.



D. ALBERTI



D. ALBERTI MAGNI,  
RATISBONENSIS EPISCOPI,  
ORDINIS PRÆDICATORVM  
LIBER PRIMVS

De anima.

TRACTATUS I.

De modo quo cognoscenda est anima.

CAPVT I.

Et est digressio declarans, quod scientia  
naturalis est de anima, & quis  
eius ordo.



INIBVS quæ de corpore mobili, & de mobili secundum locum dicenda erant expeditis, traditis etiam eis quæ de mobilibus ad formam tam simplicibus quam mixtis in vniuersali videbantur esse dicenda; determinatis nihilominus his quæ de mixtura lapidum & minerarum commemoranda esse videbantur: nunc tandem stilum ad tractandum animatorum naturas conuertimus, ordinem quem in principio nostrorum librorum præscripsimus, per omnia insequendo. Cum autem omnium animatorum principium sit anima, non poterunt animata cognosci nisi per cognitionem suarum animarum, sicut & vniquodque aliorum non cognoscitur nisi per formam suam, eod quod forma est & principium esse & cognitionis. Oportet ergo hanc de necessitate nos de anima facere inquisitionem, antequam de corporibus animatorum aliquid possumus disserere. Sunt autem animæ opera & passionēs, sicut sentire, dormire, & vigilare, & nutrire, & spirare, & mors, & vita, de  
D. Alb. Mag. lib. 1. de anima.

quibus omnibus & similibus, sicut est reminisci & mouere, debet sciri, post scientiam de anima; quia ex illis plurimum dirigere videtur in scientia animatorum corporum.

Licet ergo anima & opera eius & passionēs non sint corpus mobile quod est subiectum philosophiæ naturalis, est tamen anima principium essenziale talis corporis: & ideo in scientia naturali oportet inquiri de ipsa. Et hoc quidem de vegetatiua & sensitiua non habet dubitationem. De rationali anima fortasse videtur alicui esse non verum, quod ipsa sit corporis animati principium & forma: eod quod principia & formæ corporum operationes habent quas non explent, nisi per corporum motus & operationes, sicut visus non videt sine oculo, neque vis ambulatiua ambulat sine pedibus: vires autem rationalis animæ operantur sine aliquo corporis instrumento, propter quod & circa omnia vniuersaliter operantur. Intellectus enim de omnibus intelligit, & ratio de omnibus ratiocinatur, & voluntas libera est conuertendi se ad quod voluerit: & hanc generalitatem & libertatem non habet aliquod principiorum, neque aliqua formarum neque virium corpori affixarum & obligatarum. Videtur ergo rationalis anima cum suis viribus non esse principium & forma vel perfectio, quam endelechiam Græci vocant, alicuius corporis vel partis corporis esse, & sic non pertinere ad physicum tractare de ipsa.

Sed intelligendum est animam rationalem esse in corpore hominis, & esse perfectionem suam

Occurrit tacta obiecti.

Vide pro hac instantia philosophum secundo de generatione animalium. c. 3.

Animæ rationalis est phy-



ita confi-  
rionis ut est  
minus per-  
fectiva.

luzra secundum quod est homo. & secundum quod est hominis perfectio, non habet affixionem cum hominis aliqua parte, sed potius in eo quod liberè & vniuersaliter intelligit & vult, diuiditur ab omnibus aliis cum quibus in natura generis communicat, & in quantum talis anima perfectio est animati, venit in considerationem naturalis Philo. ophi. Et hoc est quod præclarus Philosophus ait in ethicis suis distiguens uiam illam naturalia homini ex genere, & quadam ex differentia, quæ constitutiuæ est ipsius hominis. Communicareque dicit etiam concupiscere & sentire hominem cum aliis animalibus secundum communionem generis: esse tamen hominis in quantum homo est, solum intellectum est. Qualiter autem hoc sit, melius scietur cum secundum huius scientiæ librum tractabimus.

Nec mouere debet aliquem, quod nos scientiam de anima tractamus & explanamus, qui forte occasionem erroris accipit ex eo quod videt omnem nostram scientiam oriri de sensu, animam autem & præcipue intellectiuam nullo sensu nobis manifestari. Ex quo etiam occasionem acciperent hæretici nullam huiusmodi animam esse concedentes: quoniam nobis ad hoc rationem & intellectum Deus gloriosus dedit, ut ratio & intellectus reflexi ad sensum, non tantum sensibilia, sed etiam quæ sub sensibus latent, accipiant & pertactent. Latent autem sub sensibus substantiæ insensibilia, & per operationes innoscunt nobis. Sic etiam insensibilem causam insensibiles, quando comparamus sensibilia ad suas causas, & aduertimus oppositas esse proprietates sensibilibus effectuum, & insensibilium efficiendum. Licet ergo sic omnis nostra cognitio à sensibilibus incipiat, tamen profundata circa ea quæ sensibilibus quocumque modo attribuntur, non semper stat & terminatur circa sensibilia, sed extollitur vehementer in immensum ad ardua & remota à sensibilibus, sicut causam primam & intelligentiam & seipsum: eo quod aduertit circa sensibilia negotiando, ratiocinando, & intelligendo sensibilibus quidditates: ac per hoc incipit quærere de seipsa, & de seipsa habere scientiam nobilissimam.

Ordo istius scientiæ.

Cum autem iam certum sit nobis de anima esse scientiam, & quod hæc scientia est pars naturalis scientiæ, facile aduertere possumus ordinem istius inter libros scientiæ naturalis. Cum enim à communibus omnis incipiat speculatio, & communius sit mixtum tantum quam mixtum & animatum, scimus quod animati notitia est tradenda post notitiam mixtorum in specie consideratorum. Mixta autem secundum species suas sunt considerata in libro mineralium. Tradenda ergo erit notitia animatorum continuè post illam. Anima autem notitia est prior notitia corporis animati. Congruè igitur ordinamus hanc scientiam post scientiam mineralium, & ante scientiam corporum animatorum, quæ in vegetabilibus & animalibus erit terminanda.

CAPVT II.

De nobilitate & utilitate scientiæ de anima.

Cientiam esse de numero bonorum honorabilissimam, eo quod omnis scientia de se expectabilis est quæ verè scientia est, tamen magis vna quam altera est de numero honorabilium, propter alteram duarum causarum, ac propter duas causas simul: quarum vna est certitudo quam facit de suis conclusionibus per demonstrationes firmissimas, quæ procedunt ex primis & veris, vel ex his quæ per prima & vera sumpturunt fidem, sicut videmus arithmetica & geometria in mathematicis omnes alias excellere. Altera autem est, quod meliorum subiectorum & mirabiliorum est. Meliora autem vocamus nobiliora, sicut incorruptibilia sunt meliora corruptibilibus. Mirabiliora verò, quæ altiores & magis difficiles & remoras habent casualia enim omnibus sapiens miratur & inquit, sicut in mathematicis videmus astronomiam omnes alias scientiis excellere, eo quod incorruptibilis est subiecti, cuius passionis, & passionum causas omnes mirantur, ut luna & solis eclipses. Nec miretur aliquis, quod dicimus etiam scientiam siue notitiam esse de numero bonorum honorabilium: quoniam sunt quedam scientiæ, quas non quærimus propter se, sed ut nobis adminiculentur ad alia, sicut scientiam topicorum problematum, & scientiam de instrumentis scientiarum quæ est syllogistica, & vniuersaliter scientias seimocinales. Et illæ non sunt veræ scientiæ, sed modi scientiarum omnium, sicut in principio librorum logica dixisse nos meminimus. Et notitia illorum notitorum sciendi non verè est de numero bonorum honorabilium, sed potius de numero noticiarum & bonorum vtilium. Honorabile quippe est, quod propter seipsum quærimus: vtile autem, quod volumus propter alterum. Adhuc autem honor premium virtutis est, & præcipue virtutis quæ hominis ut homo est, quæ est contemplatiua virtus, ut scientia, & sapientia, & intellectus, & prudentia, & ars, ut dicit Philosophus in 6. suorum ethicorum: vtile autem quod est sicut instrumentum quo aliquid præter ipsum intenditur per ipsum adipisci. Cum igitur propter dictas duas causas vna scientia sit super alteram, aut propter alteram ipsarum, dicimus nos in prioritate dignitatis debere ponere scientiam de anima propter vtramque istarum causarum: nobilioris enim subiecti est quam aliqua scientia corporum, & mirabilioris: quoniam omnis sapiens admirabitur de causa lucis intellectus animæ & passionibus eius, & qualiter est omnia quodammodo intelligibilia, & quantum ad facere omnia intelligibilia, & quantum ad fieri omnia intelligibilia, & vtrum sit separabilis omnis anima vel non. Et est certissima demonstratorum: quoniam licet quoad

Sci. nat. 1.

Quæ differentia est inter leuissimum honorabile, & inter bonum vtile.

Nota quomodo scientia de

anima est certissima demonstratorum

nos sit occulta habens principia, eo quod nostri oculus intellectus se habet ad ea quæ manifestissima sunt secundum naturam, sicut solus vel per se ad lumen solis, tamen nihil manifestius est in natura quam solis & origo omnis cognitionis, quod est lumen intelligentiæ in nobis. Ad illud enim lumen certificatur quicquid certè scitur, & tunc sciri iudicatur quando illi conueniens inuenitur: Sic enim medium virtutis moralis quod non est idem omnibus, examinatur & proportionatur illi medio, quod natura intus est in quolibet: & est tunc satis quando illi congruit. Sic necesse est absque dubio primum lumen ad quod examen refertur verorum & intelligibilium, intus esse à natura: propter quod egregiè dicit Aristotel. principia nobis quodammodo esse innata, sicut innata est quodammodo forma materiæ. Cum igitur sic sit anima certificans ad seipsam quicquid certificatur, oportet ipsam scientiam de anima fore certissimam, & firmissimam esse demonstrationum: Et hoc lumine deceptus Platonem putauit omnium intelligibilium cognitionem esse intus, neque aliquem aliquid discere, sed in memorem recordari. Sed de hoc inferius differemus. Licet autem sic in prioritate dignitatis animæ scientiam ponamus, tamen in ordine doctrinæ inter scientias naturales non ponimus eam primam: quia ordo doctrinæ non sequitur prioritatem dignitatis, sed rationis ordinem tenet, in quo communicationibus prior est speculatio, sicut diximus superius.

Quomodo de intentione philosophi principiorum cognitio quodammodo sit nobis innata, & quomodo discipulus a Platone in hoc.

Tex. & eod.

Cum autem propter sui honorabilitatem sic in priori dignitate ponenda sit notitia animæ, non amittit etiam vtilitatem: eo quod, sicut dicit Tullius in libro de amicitia, omne honestum plurimas sibi habet adiunctas vtilitates, licet neque nomen neque definitionem sortiatur ex illis. Vtilitatis autem eius præcipua est, quod ad omnium scibilium veritatem cognoscendam maxime proficit, & præcipue ad notitiam veritatis rerum naturalium, cum ipsa sit principium formale & essentiale animalium, & non nisi per notitiam animæ poterunt cognosci corpora animatorum. In corporibus autem animatorum & commixtis est simplicium & ipsa simplicia: & sic vterius scientia animæ proficit ad notitiam omnium corporum naturalium. Ad veritatem autem omnium proficit propter modum quem diximus superius, in quo videlicet apud se habet lumen quod est veritatis examen, tribus modis; non simul, sed diuisis: quorum vnus est: quia proficit ad naturalem veritatem, eo quod ipsa pars nobilissima est scientia naturalis. Alio autem modo proficit ad diuinam: quia in ista scientia manifestatur nobilior pars subiecti scientiæ diuinæ. Manifestatur etiam in ista scientia, quod intelligentia est, & quod separata est, & qualiter agit intelligibilia: de quibus omnibus primus Philosophus inquit, licet non inquirat de eis in quantum sunt hæc opera animæ & partes animæ. Ad quasdam autem proficit: quia dat eis plurima principia, sicut ad moralem cui dat elegantiam & rationem rectam & probam.

Quomodo scientia de anima pluribus scientiis principia tribuit. Vide eius Commentarium hic eod.

D. Alb. Mag. lib. 1. de anima.

resim & multa alia, per quæ reguntur ciuitates in moribus.

CAPVT III.

De quæstione quid sit subiectum huius scientiæ, & de difficultate ipsius.

EA autem quæ de anima cognoscere per demonstrationem, & considerare per signa inquirimus, sunt natura ipsius, quæ ipsius animati corporis naturam constituunt, & substantia ipsius quæ ipsa est secundum se. Et hoc quærimus de anima primò & principaliter: eo quod vnum istorum conuenit animæ secundum quod est forma, & alterum secundum quod est substantia, quædam incorporata distincta à natura corporis. Postea autem secundario inquirimus etiam cognoscere quæcumque accidunt circa ipsam animam per se & non secundum accidens. Accidentia enim per accidens sunt casualia, neque possunt per ea certificari: & animalibus inest certificari per causam. Sed accidentia per se quocumque modo accidunt, causas habent per se determinatas: & ex his demonstrantur: & ideo quærimus cognoscere illa. Accidentium autem per se animæ duo sunt genera. Quedam enim ipsorum sunt propriæ passionis animæ secundum quod ipsa in substantia consideratur non cointellecto corpore, sicut intellectus, & voluntas, & ratio. Alia autem accidentia communia sibi & corpori quod habet animam, tamen accidunt corpori non secundum quod est corpus tantum, sed potius ex eo quod ipsa anima est in tali corpore animato quod est corpus animalium. Et illorum accidentium adhuc sunt duo genera. Est enim passio quæ incipit ab anima & expletur per corpus, sicut visus, & auditus, & omnino sensus, & vegetatio omnis. Alia autem est passio quæ incipit in corpore & redundat ad animam, ut somnus & vigilia, quæ incipiunt ab euaporatione cibi, & efficiuntur ligamentum vel solutio virium animæ. Hæc autem duo quærimus cognoscere de anima, ut perfecte sciamus eam: quoniam sciendo naturam ipsius & substantiam, scimus quid ipsa est: sed quid potest scimus ex passionibus & viribus eius. Cum autem propria passio dicatur dupliciter, hoc est, quæ est recepta in proprio subiecto quod est causa eius, & quæ solam propriam sibi formalem infert passionem animæ, utroque modo quærimus cognoscere animæ passiones: patitur enim Græcè. Latine sonat recipere. Quæcumque igitur subiecta sola & semper & vbi que quædam proprietates recipiunt, sicut linea curuam & rectam, & numerus par & impar, illa dicuntur propriæ passionis subiecti illius: & sic anima suscipit sensum, & imaginationem, & phantasiam, & intellectum, & huiusmodi. Similiter autem quedam sunt agentia actione quæ est propria formæ, sicut lucis lucere: & horum formæ actiua necessario sunt in aliquo passio sibi appropriato & non in alio: eo quod om-

Tex. & eod.

Nota quæ accidentia animæ propria sunt quæ communia dicuntur.

A 2 nis



de anima  
com. 4 &  
26

nis actio transit in passum. Et hoc est quod dicitur in secundo de anima ab Aristot: quod actus actiuorum sunt in patiente: & talia agentia in animam inferentia ei passionem sunt, sicut color agit in visum, & sonus in auditum, & omnino sensibile in sensum, & intelligibile in intellectum. Et de tali propria passione oportet etiam determinare in libro vel scientia de anima: quia absque talium scientia vires animæ nescirentur.

Tex. & cō. 4.

Cum igitur ista in genere cognoscere queramus de anima, omnino & penitus de numero difficillimorum est, & quantum ad quaerita, & quantum ad modum inquisitionis accipere aliquam fidem firmam & certam de ipsa anima. Cum enim, sicut in logicis determinatum est, sit vna communis via & methodus ad sciendam substantiam, quæ demonstratio est. Quare querendum est si sit secundum scientiam istam quæ quod est esse rei dicit, & vocatur definitio, per quam methodum declaratur quaestio quæ querit quid est esse rei in anima, & multis alteris rebus, quarum definitiones querimus scire. Fortassis videbitur alicui illa methodus sufficere de omnibus, tam de anima, quam de aliis, de quibus querimus definitionem quid est. Dicit autem istam methodum sufficere propter duas rationes, quarum vna est: quia cum multo plura dicantur de aliquo per accidens quam substantialiter, sufficit vna via quæ dicitur in secundo topicorum, ad sciendam omne quod per accidens inest alicui. Munit ergo magis, vna via distinctionem venandi, quæ docetur in secundo posteriorum analyticorum, videtur sufficere ad cognoscendum substantiam & definitionem omnium. Alia ratio est: quia proprium quæcumque cognoscere volumus, vna methodus quæ est demonstratio passionis de subiecto, sufficit: & tunc à simili iterum prædicta via & scientia videbitur sufficere ad habendam scientiam quid est omnis res per definitionem. Si igitur dicat hic aliquis: oportet querere si substantia & quod est esse ipsius animæ sit secundum doctrinam illius scientiæ vel non: & hoc erit valde difficile: cum illa definitio sit per genus & differentias componenda, & nobis occultum sit genus & differentia spiritualium rerum, difficillimum erit inuenire definitionem animæ secundum doctrinam illius methodi.

Tex. & cō. 5.

Si autem quis dicat, quod non est communis vna scientia in secundo posteriorum determinata sufficiens, vt per eam cognoscatur omne illud cuius querimus quid est, & definitionem substantialem: tunc erit magis difficile negotium ad venandam animæ definitionem: quia tunc oportet primo circa quodlibet genus rei inuenire propriam viam, quam difficile est inuenire. Et cum manifestum sit, quod est aliquis modus proprius cuiuslibet rei ad sciendam substantiam ipsius, tunc querendum quis sit ille modus, vtrum ex prioribus ex quibus est demonstratio, sicut dixit Hippocrates: aut ex posterioribus sicut procedit diuisio, sicut dixit Plato: aut est aliqua alia via quæ est collectio differentiarum per diuisionem & compositio eorum, sicut dixit

Nota tres  
vias de inue-  
stiganda dif-  
finitione.

Aristot. quoniam multas habet dubitationes & errores, ex quibus propriis principiis oportet querere animæ quidditatem: quoniam rerum diuersarum diuersa sunt principia essentialia, sicut alia sunt principia numerorum, & alia planarum superficialium, & secundum illa propria variantur definitiones. Hoc autem necessarium est potissimum in anima querere quæ cum aliis nullam penitus videtur habere conuenientiam, sicut in sequentibus erit manifestum, vbi ostendetur, quod neque omnino in vno genere cum aliis est substantiis, neque omnino remouetur à genere aliarum substantiarum.

CAPVT IV.

Quæ oportet inquirere ad inuestigandum animæ definitionem.

Tex. & cō. 6.

Definitionibus autem omnibus existentibus ex genere & differentia constitutis, si conueniens autem definitio debet haberi, oportet primo querere, in quo genere sit fortassis: quoniam forte non est res quæ sit in genere directe sicut genus, vel species, vel indiuiduum: & forte est in genere sicut principium generis: potentia enim & actus principia sunt generum & eorum quæ sunt in genere, & ipsa non sunt directe in genere: quoniam principium alicuius non directe constituitur sub ipso, sed est ante ipsum. Ille autem in genere est esse sub genere, sicut manifestum est ex determinatis in prædicamentis. Querendo autem vtrum quocumque modo sit in genere, queremus vtrum sit hoc aliquid quod est substantia, aut sit quantitas, aut sit aliud aliquod diuersorum prædicamentorum, licet omnes conueniant ipsam aut substantiam, aut quantitatem esse: & idem non est nobis necessarium vt reliqua genera inducamus. Habito autem genere ipsius animæ, oportet nos querere de differentia animæ, qualiter scilicet sit in genere, vtrum sit aliquid eorum quæ sunt potentia, sicut dixerunt illi qui posuerunt eam humorem quandam: aut sit de numero eorum quæ Græcè vocantur endelechia, quod Latine sonat perfectiones siue actus, sicut sunt formæ essentielles actus & complementa rerum naturalium. Hæc enim duo magnam habent differentiam.

Tex. & cō. 7.

Habitis verò genere & differentia animæ considerandum erit nobis vtrum anima sit partibilis an impartibilis: quoniam quidam dixerunt in omnibus corporibus animam vnam specie & numero, quæ tamen pro diuersitate corporum diuersa operatur: & alij etiam, vt Plato, dixerunt in vno corpore plures esse animas specie differentes, sicut quod intellectiua sit in cerebro, & concupiscibilis siue appetitiua sit in hepate, & irascibilis sit in felle, & vitalis sit in corde, & generatiua in testiculis. Hæc autem sequentia declarabunt. Si verò consentiatur in hoc quod sit indiuisibilis, tunc oportet querere, vtrum sit similis speciei omnis animæ, & tantum diuidatur per indiuidua,

Idem imponit  
Commentator  
Platonis hic  
com. 7.

indiuidua, aut non sit similis speciei omnis anima. Et si consentiatur, quod anima non est similis speciei, tunc oportet querere, vtrum sit tantum speciei differens, & sint omnes species animæ sub vno & eodem assignato genere, aut cum hoc differat etiam genere. Hoc autem inquirere est necessarium: quoniam quidam supponentes omnium animatorum esse eandem animas specie, quando tractant de anima, de humana solum loquuntur & inquirent. Et per hoc credunt se sufficienter de omni anima terminasse: eò quod omnes animæ, vt dicunt, in specie conueniunt cum animabus hominum. Et in hoc peccatò dicitur fuisse Plato, quid dixit omnem animæ speciem esse in corpore hominis, & in corpore humano plures esse species animarum subiecto differentes & formæ. Hæc autem non est sententia Aristotelis & Peripateticorum, sed potius, quod anima hominis vna sit substantia & subiecto, & habet pluralitatem in viribus & potentibus in se potentibus suis. Et hoc in sequentibus declarabitur.

Tex. & cō. 8.

Videndum est ita, quod nullo modo lateat nos vtrum sit vna ratio omnis animæ, sicut est vna ratio generis secundum species suas, aut sit altera & altera ratio specierum. Cum enim nos quaerimus, vtrum anima sit vnum genus ad omnes animas, vel non, sed sit specie differens tantum, tunc oportet nos cauere, ne ignoremus vniuocationem vel æquiuocationem suæ definitionis: vt sciamus vtrum definitio data de anima, sit vniuoca tribus animabus, vegetabili scilicet, & sensibili, & rationali, sicut est vna ratio animalis sine vni ad ea quæ continentur sub eo, aut non est sic, sed est altera ratio secundum vnamquamque trium animarum, sicut est altera ratio equi, & canis, & Dei Iouis vel Esculapij. Hæc autem ideo dico: quia animal vniuersale vt vniuersale, aut nihil est de quidditate particularis & realis animalis, aut est posterius ipso. Et similiter est de omni communi quod vniuersaliter predicatur de aliquo. Causa enim animalis quæ est principium esse huius vel illius animalis, est in ipso animalis esse, & est particularis, & non præcedit ipsū tempore, sicut dicebat Plato: quoniam si præcederet ipsum, non possemus habere notitiam particularis nisi per ipsum, sicut modo non cognoscimus res naturæ, nisi scitis causas ex quibus sunt. Natura ergo formæ generis vel differentia quæ est in ista re demonstrata in esse naturæ, est in vno, & non est in alio. Sed cum intellectus noster accipit intentiones essentialium principiorum huius rei demonstrata, quæ sunt potentia & actus, & abstrahit eas à materia, & ab indiuiduantibus aliis, tunc agit in eis vniuersaliter: sic vniuersale posterius est quoad vt vniuersale accipitur, & non sicut prius dixit Plato, quod præcederet secundum esse omnis sua particularia. Hæc tamen natura quæ principium est essentialis huius particularis demonstrati, prius est secundum causam & intellectum, quam res principata per ipsam: quia aliter non esset causa essentialis. Quod autem hæc vera sint quæ dicta sunt, testatur Aristot. translatio Arabica quæ

Nota quomodo  
de animalis  
vniuersale aut  
nihil est aut  
posterius ipso.  
Vide calcem  
com. 8.

D. Alb. Mag. lib. 1. de anima.

sic dicit: Et debemus preferre nos ne ignoremus vtrum definitio eius sit eadem vt definitio vini, aut sit alia in quolibet, verbi gratia definitio equi & canis & hominis & Dei: vnum autem vniuersale, aut nihil est, aut est posterius. Et hoc exponit Auerroës, sicut hic dictum est. Græca autem translatio discordat ab hac: & (vt puto) est mendosa. Habet enim sic: Videndum autem quatenus non lateat, vtrum vna ratio ipsius sit, an sicut animalis est secundum vnumquodque altera. Et si deberet concordare cum Arabica, sic deberet ordinari. Vtrum vna ratio ipsius sit sicut animalis, aut sit secundum vnumquodque altera: tunc enim plana esset. Sed quia in multis inuenimus Græcas emendationes quam Arabicas translationes, ideo & hoc iustitantes dicimus, quod animalis est vna ratio vt generis. Si autem animal secundum esse sumitur in vnoquoque, tunc variatur esse eius differentis specierum sibi adiunctis: & tunc sic variatum habet alteram & alteram secundum esse diffinitionem: & licet hoc sit verum, tamen primum magis conueniens ad propositum est.

Vniuersale secundum  
Platonem triplex  
est.

Et vt melius intelligatur, sciendum est, quod Plato posuit in omni re triplex esse vniuersale. Vnum quidem ante rem, quod erat causa rei formalis secundum esse præcedens, quia separatim ipsum esse posuit. Secundum in re, quod erat forma adhaerens ei vna in multis: de multis: & hoc vnum dixit Plato in essentia esse vnum & in esse naturæ & formæ in omnibus. Aristot. autem in ratione dixit vnum, & in essentia & esse plura. Tertium autem dixit esse post rem, quod est intentio vniuersalis in anima: & sic dixit etiam, quod anima communis & vniuersalis erat ante omnes animas, & erat causa ipsarum per quam habent definiti & esse: & secundum hoc esset vna vniuersalis illius ratio de omni anima. Et hoc esse non potest: quia in philosophia prima habet ostendi id vniuersale nihil esse omnino, sed omne vniuersale vt vniuersale sumptum esse aut nihil rei præcedens rem, aut esse post rem, sicut est intentio abstracta de particularibus.

His autem omnibus relictis tanquam his quæ nobis hic, sed alibi sunt determinanda, dicimus nobis esse necessarium inquirere, vtrum vna communis ratio sit de anima in compuni danda, quæ vniuersaliter conueniat tribus animabus, scilicet vegetabili, sensibili, & rationali, aut sit nobis querenda propria ratio secundum quamlibet trium animarum. Hoc enim necessarium est: quia inferius apparebit, quod ratio data de anima, quæ est endelechia corporis physici potentia vitam habentis, non omnino secundum vnam rationem conuenit tribus animalibus, nec vnius est & altera altera ratio secundum vnamquamque animam, secundum quod est altera & altera equi & canis & hominis: quia ista diuidentur sicut habentia oppositas differentias, quarum vna non est in alia. Sed ratio animæ in partibus suis est sicut figuræ: quia sicut vna figurarum secundum potentiam est in alia, sicut trigonum in tetragono, sic vna animarum

A 5 videtur



videtur esse in alia, sicut vegetatum in sensu, & sensuum in rationali. Est igitur necessarium nobis subtiliter ista disquirere, quatenus non lateant quæ dicta sunt.

CAPVT V.

Quo ordine oportet procedere quærentem de his quæ spectant ad scientiam de anima.

Inquisitis autem his omnibus quæ de subiecto scientiæ huius & diffinitionibus animam inquirenda esse videntur, & si consentiatur in hoc quod in vnoquoque corpore hominis vel alterius animalis non multæ sunt animæ, sed vna in substantia, & plures in partibus potentibus: tunc videndum erit de ordine quæstionum, utrum scilicet prius oportet inquirere de tota anima secundum se, vel de partibus eius. Cum autem multæ sint partes, difficile erit determinare differentias partium ad invicem quales aptæ natæ sunt habere: quia inferior semper clauditur in superiori, sicut minor potestas in maiori clauditur eiusdem generis potestate, sicut potestas præditi & tribuni clauditur in potestate Cæsaris sive Imperatoris. Est tamen in hoc magis difficile quam in aliis.

Dubium autem iterum est, utrum partes animæ quæ sunt potentie, prius querendæ sunt, aut opera sive actiones potentiarum, verbi gratia, utrum prius querendum sit de intelligere & sentire quæ sunt opera sive actiones potentiarum, vel de intellectu & sensu potentia prius sit inquirendum. Similiter autem & in aliis. Et si constiterit, quod de operibus potentiarum prius sit inquirendum, tunc iterum dubitabit aliquis an oportet primo querere de oppositis, hoc est, obiectis circa quæ sunt opera, aut de ipsis operibus prius, & postea de obiectis. Verbi gratia, quoniam possumus querere, utrum de sensibili prius sit querendum quam de sensu & sentire, & de intelligibili prius quam de intellectu & intelligere, vel e converso.

Hæ enim quæstiones necessariæ sunt propter duas causas, quarum vna est: quia in quibusdam magis est nobis nota natura totius quam partis, & notior est nobis potestas quam actus eius, & quam id circa quod operatur, sicut in corporibus quæ sensui subiiciuntur, se habet. Nos enim scimus naturam ignis in toto, & per eam discimus potentiam partis & operationis, & eius circa quod operatur. Quædam autem super quæ non cadit sensus, sunt occulta nobis in substantia & partibus, sed sunt manifesta nobis ea circa quæ operantur, & per illa devenimus in opera, & per opera in potentias particulares, & per illas potentias coniecturamus de toto, sicut nos investigamus substantias separatas, etiam ipsam animam.

Alia autem causa est: quia etiam in ipsis quæ spiritualia sunt & non sunt subiecta sensibus nostris, duo sunt genera potentiarum

partialium: & vnum quidem genus est actuum potentie, aliud autem potentie passivæ. Actuum quidem sunt factuum formarum & motuum, sicut intellectus actiuus, & potentie moventes cor & organa motus. Passivæ autem sunt receptivæ formarum, ut sensus, & intellectus possibilis. Et in actiuis quidem scimus, quod potentia causatur ab essentia formæ, & operatio non dat speciem, sed operatio specifiatur à forma, sicut dicimus operationem lucis esse lucere: & si agit in aliquid quod obicitur actioni suæ, illi etiam imprimat speciem & formam suam, sicut lux lucendo illuminat, & dat speciem lucis illuminantis: & in talibus rectus ordo doctrinæ est incipere à forma totius agentis, & deuenire in partem & operationem, & sic in obiectum circa quod est operatio. In passivis autem ordo naturæ est e converso: quoniam passiva per se carent specie, sed obiecta magis in eis speciem suam, sicut nos videmus oculum nullam habere visionis speciem, sed esse potentia omnia visibilia. Sed cum videt in actu, tunc coloratum illuminatum immutat ipsum & imprimat ei speciem. Et in talibus secundum rationem diffinitionum obiecta quæ primo dant speciem operationi & potentie passivæ, sunt secundum naturam prævia actibus, & actus potentis, & postea visio, & postea visus, & deinde potentia tota sensitiva: & hoc patet per diffinitionem ab Aristotele datam de visu, quod visus est susceptivus coloris secundum actum lucidi, ubi visus diffinitur per colorem.

Cum igitur utrumque genus potentiarum istarum in anima inveniantur, oportet querere de utraque viarum prædictarum in doctrina de anima. Non solum autem oportet hoc inquireri, sed etiam de accidentibus inseparabilibus quæcumque sunt propria animæ vel partibus eius.

Non solum enim videtur utile esse in doctrina ut cognoscamus substantiam per essentialia ipsius, quæ sunt quidditas eius, ut per illam cognoscamus causas eorum quæ accidunt per se subiectis illis, quorum quidditates accepimus: sed etiam e converso cognitio eorum quæ per se accidunt alicui substantiæ, multum confert ad sciendum quidditatem substantiæ. Sicut verbi gratia, si volumus cognoscere quot numero anguli trianguli rectilinei sunt æquales rectis, utile est nobis, ut cognoscamus tam quidditatem substantiæ quam quidditatem passionis, ut verbi gratia, sciamus quidditatem recti & quidditatem obliqui, quæ sunt passionis: & quidditatem lineæ & quidditatem plani sive superficiæ, quæ sunt subiecta in geometria: tunc bene concluderemus, quod triangulus qui est planè trigonum rectilinum, habet tres numero angulos æquos duobus rectis & non pluribus. Et sic est in multis, quod aliquando posteriora sunt magis nota nobis quæ sunt accidentalia rei, & aliquando e converso substantia sunt magis nota quæ sunt priora. In omnibus enim mathematicis priora in natura & re sunt magis nota, & ex illis certificamus posteriora: & idè scientiæ illæ certissimæ sunt. In physicis autem frequenter sunt occulta

Nota differentiam inter potentias activas & passivas per ordinem procedendi in doctrina.

Tex. & com. 11.

culata nobis quæ priora sunt secundum naturam & rem, & accidentia nobis magis manifestantur: & oportet nos tunc ex posterioribus incipere, & venire in principia: & idè scientiæ physice in quibusdam non habent veram certitudinem sicut habent mathematicæ. Sed quando incipimus ab accidentibus, oportet quod illa accidentia sint per se convenientia & nota nobis ad sensum & phantasiam & imaginationem: quoniam in illis primò accipimus physica: & idè quando canque bene & expedite sciverimus tradere rationem accidentium, ad phantasiam & imaginationem nobis notorum & cognitorum, tunc etiam expedite erimus ad tradendum rationem de substantia & de ea quid est: quia per accidentium cognitionem statim deuenimus in rationem & cognitionem substantiæ. Sed cum procedemus à priori in posteriora, tunc procedemus per demonstrationem. Omnino autem demonstrationis principium est sicut medium ipsa diffinitio dicens rei quidditatem.

Nota quomodo diffinitio subiecti potest esse medium in demonstratione & quomodo non.

Verum autem illa sit diffinitio subiecti vel passionis, determinatum est in posterioribus: quoniam cum medium debeat esse secundum naturam medium in demonstratione, & debeat esse posterius primo, & prius secundo, videtur debere esse diffinitio passionis quæ probatur de subiecto. Et si aliquando per diffinitionem subiecti scitur passio, oportet quod illa diffinitio non sit data de subiecto tantum, in quantum est substantia quædam vel subiectum, in comuni ratione subiecti, sed in quantum est causa & subiectum passionis: hoc est, quod sicut ex ipso talis passio: per illam enim scitur qualiter & quare passio inest subiecto. Sicut verbi gratia, si diffiniatur anima in quantum absolute substantia intellectualis incorporea, non cognoscuntur accidentia eius & opera & obiecta. Similiter autem si diffiniatur secundum totum & non secundum partes, & diffinitio totius datur secundum quod animalium corpus, ut dicatur perfectio corporis physici potentia vitam habentis, non cognoscuntur sufficienter passionis & opera & obiecta: & diffinitio totius datur secundum quod animalium corpus, ut dicatur perfectio corporis physici potentia vitam habentis, non cognoscuntur sufficienter passionis & opera & obiecta: & diffinitio totius datur secundum quod animalium corpus, ut dicatur perfectio corporis physici potentia vitam habentis, non cognoscuntur sufficienter passionis & opera & obiecta. Si autem dicatur anima esse principium sensus & motus in toto, & in partibus corporis secundum congruentiam componentium vnumquodque membrum, cognoscuntur omnes operationes & accidentia partium & obiecta, quando fuerit diffinitio aptata cuilibet parti: sicut in secundo libro declarabitur. Similiter autem est in diffinitione accidentium: quæ est principium demonstrationis, sicut diximus. Si enim datur de essentia passionis tantum per ea quæ formalia sunt in ipsa, non dicitur tamen quare sunt accidentia, aut accidentia talibus subiectis: sicut si diffiniendo dicam, eclipsis est defectus luminis: adhuc autem si apponam subiectum & dicam, eclipsis est defectus luminis in luna, adhuc autem non dicitur diffinitio quare hoc lunæ accidit, & quomodo soli lunæ convenit per se. Si autem dicatur sic, eclipsis est defectus luminis in luna, ex terra interpositione ad rectam diametrum inter so-

lem & lunam, ex motu ipsius in capite vel in cauda, draconis, infra gradus eclipticos proveniente: tunc diffiniendo sic dico quid est passio, & cuius est, & propter quid inest, & quare soli lunæ convenit: & per hanc diffinitionem scitur passio inesse subiecto: idè hoc certificatur, & hoc est principium demonstrationis. Et similiter est in passionibus animæ. Si enim dicam sic, ira est appetitus contrarij doloris ex accensione sanguinis circa cor proveniens, dico quid est, & cuius est, & propter quid inest: quia cordi inest, & propter hoc quod sanguis accensus est ex molestia, protrahatur spiritus ad repellendum iniuriam vel illatam vel opinatam, & idè conturbatur passio. Et idè siue subiectum diffiniatur, siue passio, & per diffinitionem non scitur quod passio est propria passio, hoc est, cui inest, & quare inest, vel ex diffinitione hæc de facili coniecturari non possunt: sic diffinitiones dantur ex communibus essentialibus subiecto vel passioni, quæ communia sunt per intentiones dialecticas collecta, & sunt vana, eò quod non inducunt ad certitudinem veram demonstrationis.

CAPVT VI.

Quo oportet tractantem de anima inquirere utrum habeat aliquas operationes proprias, aut non.

Operationem autem habent etiam passionibus animæ, utrum sint omnes communes sibi & corpori, vel sibi & habenti corpus, aut sit aliqua passionum sibi propria, quæ neque communicet corpori neque communitur habenti corpus: hoc enim necessarium est accipere ex doctrina animæ ad sciendum utrum ipsa separetur à corpore, vel non, sed tamen non est leve. Ut autem melius intelligatur hæc quæstio, sciendum, quod aliud est communicare corpori in actione vel passione animæ, & aliud communicare ei quod communicat corpori. Communicat enim corpori in actione vel passione quæ non expritur neque sit nisi instrumentum corporali per virtutem affixam organo, sicut ambulatio, vel visus, quæ sunt motu vel passione corporis, & per virtutes affixas ipsis membris, quorum vnum motu explet operationem, alterum autem passione, quia recipit speciem coloris. Communicare autem ei quod communicat corpori, est quod licet aliqua operatio non fiat motu vel passione alicuius partis corporis, tamen non expritur sine alia operatione: quæ sit vel motu vel passione alicuius partis corporis, sicut est intelligere sensibilia & mathematica. Quia licet intelligere non expritur motu vel passione alicuius membri corporalis, tamen non fit sine accensione formæ sensibilis & imaginabilis per phantasiam, quæ communicat corpori in hoc quod operatio ipsa non expritur sine motu & passione membri corporalis, quod est organum phantasie. Oportet enim formas imaginationis &

Tex. & com. 12.

Aliud est communicare corpori in actione vel passione animæ, & aliud communicare ei quod communicat corpori.



phantasia fieri per motum à sensu factum in spiritu animali deferente formas huiusmodi, & recipi easdem oportet in parte cerebri, quæ est organum phantasiae virtutis: & ideo aliud esse diximus communicare corpori, & aliud communicare ei quod communicat corpori in operatione. Possibile enim est, quod substantia incorporea existens in corpore ut actus corporis communicet corpori. Et possibile ut non communicet corpori, sed communicanti corpori. Et possibile est ut neque isto neque illo modo communicet, sed habeat operationes quæ nullam ad corpus habeant dependentiam. Et hoc inquirere de anima est necessarium valde ad sciendum utrum separata est in agendo vel non: & est ista quæstio vna quam maxime desiderant homines scire de anima.

Videntur autem in pluribus suis passionibus & partibus nihil omnino sine corpore pati, vel facere: neque enim sine motu & passione corporis irascitur, neque confidit, neque desiderat, neque sentit vniuersaliter secundum omnem sentium. Ita enim est accensio sanguinis cum euaporatione fellis. Confidentia autem est ex protensione spiritus & sanguinis ex corde ad exteriora. Sentire autem fit recepta sensibili forma in organo sensus. Quæ omnia dicuntur motus & passiones corporales. Sed maxime proprium & separatum opus esse videtur intelligere, eò quod vniuersale intelligitur, quod est simplex & denudatum à materia & appenditiis materia: & ideo non est forma impressa alicui membro corporali, cuius motu expleatur intelligere, sed potius est simplex conceptus mentis sine hic & nunc, sed ubique & semper in eadem ratione manens: quod non est conditio alicuius forme corporali. Si autem hoc ipsum intelligere quod est operatio possibilis intellectus quando in actu sit, est in phantasia, aut non sine phantasia: tunc neque hoc opus vtrique contingit esse sine corpore quod mouetur vel patitur in ipsa operatione: & tunc non erit separatum conueniens animæ secundum se. Dico autem intelligere possibilis intellectus aliquando esse phantasia, & aliquando non sine phantasia, non simpliciter intelligens quod intelligere vnam sit phantasia, sed quia possibilis intellectus accipit formam quæ est ex phantasmate, oportet quod phantasiae motus ad intellectum terminetur. Sunt autem quidam homines idiotæ non discernentes vniuersale à particulari, sed prosequuntur rationem vniuersalem in particulari permixtam, & illorum intelligere est phantasia formalis, eò quod innixtum est ei. Alij autem distinctum accipiunt vniuersale à particulari, quod est in phantasia formali, & illorum intelligere, eò quod oritur à phantasia, non est sine phantasia formali. Phantasia enim duplex est: quia & ipsa virtus animæ quæ phantasmata recipit, phantasia est, dicimus quod operatio intellectus possibilis est phantasia vel non sine phantasia. Taliter autem distinguendo communicans corpori, & communicans ei quod communicat corpori, euitabimus errorem Alexan. qui dicebat in omnibus animam

Item Alexan. hic c. 12.

Nota differentiam hominum in apprehensione vniuersalis.

communicare corpori, & ideo non esse separabilem à corpore. Nos enim ostendemus in sequentibus, quod id quod communicat non corpori, sed ei quod est communicans corpori, secundum se est separatum, neque corrumpitur nisi secundum se & simpliciter non, vel nisi secundum quid & non simpliciter.

Siquidem igitur est aliquid animæ operum aut passionum proprium, vtraque communicatione exclusa, tunc continget vtrique animam esse separatam nunc in operatione, & aliquando separari à corpore & esse per se. Si vero nulla est propria ipsius, tunc non continget ipsam separari secundum esse & substantiam: licet forte secundum diffinitionem aliquam non coexistens corpori & in corpore intelligatur. Erit enim tunc de anima sicut de mathematicis quæ non habent esse nisi in hac sensibili materia, & tamen accidunt eis quædam non in materia intellectus, sed acceptis: sicut est videre in recto: quia linea recta multa accidunt quæ non conueniunt ei secundum quod est in materia sensibili, sicut est quod sphaera ænea tangit ipsum in puncto, quæ tamen sphaera ænea nunquam tangit ipsum separatam in puncto secundum actum, sed potius tangit ipsum coniunctum cum materia sensibili, non in puncto, sed in superficie: & tamen secundum intellectum acceptum rectum, & non in materia lineæ, vel cuprea, vel alia materia sensibili, non tangitur à quacunque sphaera nisi secundum punctum. Et sic erit de anima. Si enim in omnibus partibus suis, aut communicat corpori, aut communicat communicantibus corpori, tunc potest accipi separatam secundum intellectum in quantum agit operatione quæ non expletur motu alicuius partis corporis: sed tamen secundum esse & veritatem naturæ nunquam erit separata, quia semper indiget vel exigit illius cooperationem quod corpori communicat: sicut sphaericum quod separatam intelligitur & diffinitur, sed tamen secundum esse inseparabile est à corpore sensibili. Et nos quidem in sequentibus ostendemus, quod anima humana multas habet operationes separatas, sed modo iudicemus rationes quorundam probantes, quod habet communicantes.

Videntur enim animæ passiones omnes esse cum corpore communicantes, licet in vna sit plus quam in alia communicans: quia quædam sunt sine motu locali partium corporis & sine physica alteratione, sed tamen non sunt sine receptione formæ, vel intentionis formæ, quæ est alteratio communiter dicta. Cum motu autem & alteratione corporis sunt desiderium, mansuetudo, timor, confidentia. Adhuc autem gaudium, & amare, & odire. In omnibus enim his mouetur cor secundum diastolem vel systolem, & compatitur animæ corpus. Hoc autem indicat diuersitas hominum in passionibus his: quædam enim in duris & manifestis periculis passionum coincidentibus in eos nihil ad iram prouocantur propter complexionem frigidam & stantem in eis: & aliqui eorum non timent in talibus, sicut habentes multum sanguinem

Tex. & com. 13.

Tex. & com. 14.

sanguinem, & corda calida. Aliquando autem aliqui à paruis causis & infirmis periculis mouentur & prouocantur ad iram, quando corpus irascibile & ita dispositum est ac si nascatur: sicut est in cholericis calida habentibus corda, & sanguinem leuem, qui facile dirigitur rursus. Adhuc autem magis manifestantur hæc in his qui rimentes sunt ex suis corporis dispositionibus quando nulla causa terroris est in passionibus, sicut accidit multis viris, qui sicci sunt, & frigidi, pauci spiritus, & pauci caloris in corde.

Tex. & com. 15.

Manifestum est ergo ex dictis, quod passionum sunt rationes quædam & intentiones, quæ in physica materia sunt mota & alterata physico motu & alteratione. Sensus autem & imaginatio & cætera animæ sensitiuæ apprehensiones non sunt sine receptione formarum in organis corporum, quæ receptio quædam est alteratio, licet non sit alteratio physica. Et ideo harum passionum sunt tales rationes, ut si dicatur, irasci est motus huius corporis cuius sanguis accensus est: aut parsi huius, sicut cordis quod mouetur primo in irâ secundum systolem quando conturbatur, & post secundum diastolem quando petit vindictam: aut potentia quæ coniuncta est huic corpori, aut parti corporis, & ab inuentum orillato: & propter hoc malum inferendum in vindictam. Cum autem omnia hæc in physica materia scripta sint, physici erit considerare de anima, aut omni si omnis anima est talis, aut de anima huiusmodi quæ talium est operum & passionum.

## CAPVT VII.

Qualiter differenter considerat physicus de eis quæ hic quaruntur, à dialectico & mathematico & metaphysico & mechanico, in quo est digressio quadam.

Tex. & com. 16.

Physicus autem & dialecticus diffiniunt differenter vnumquodque istorum quæ diximus esse animæ opera & passiones. Si enim querimus, quid est ira, intendentes de diffinitione querere, dicit dialecticus, quod est appetitus contrarij doloris, aut aliquid huiusmodi diffiniens per intentiones communes formales, quæ non sunt vera causa rei propria, sed intentiones communes inueniuntur in pluribus & nulli propria: & ideo diffinit per formam quæ forma de se communis est, & non appropriatur ad esse rei nisi per propriam materiam vniuersalemque rei. Physicus autem dicit, quod ira accensus vel ascensus & calefactio sanguinis circa cor, tangens propriam causam efficientem, quæ est ascensus & calefactio sanguinis, & propriam materiam quæ est sanguis cordis bulliens, & subiectum quod est cor. Et horum quidem alius reddit materiam propriam, scilicet physicus: alius autem reddit speciem & intentionem formæ simplicem & communem quæ est rei ratio communis. Hic enim conside-

rat rationem siue intentionem communem rei, eò quod non descendit ad propria: ille autem considerat principia realia quæ dant esse rei. Necessarium autem est, quod ista realia principia sint in materia huiusmodi quæ determinata & propria est, si erunt & habent esse in natura. Sicut etiam demonstratio differens est assignata & considerata à dialectico & mechanico, qui naturalem imitatur, sicut ars imitatur naturam. Dicit enim dialecticus, quod demonstratio operimentum siue receptaculum prohibens aeris corruptiones, quæ sunt excellentia frigoris & excellentia caloris, & corruptiones imbrium & caumatum. Mechanicus autem dicit, quod lapides & ligna sic compaginata vel ligata. Alius vero ab vtroque istorum est, qui in his materialibus determinatis præbet in diffinitione sua speciem quæ est, intentio domus propter finem qui dicitur est, hoc est, ut prohibeat corruptiones. Queramus igitur, quis horum diffinitionum sit physicus: utrum ille sit physicus, qui considerat materiam & ignorat rationem intentionis formæ, aut ille qui solum est circa rationem quæ est communis rei intentionis & conceptus, aut ille qui est ex vtrisque. Quoniam ex inducta differentia mechanici ad dialecticum possumus cognoscere cum qui perfectus est physicus: quoniam diximus, quod quidam illorum quodammodo vterque est: quia & præbet formam rei propter determinatum finem inductam, & præbet eam in hac determinata materia in qua habet esse secundum rem. Queramus etiam, quod si nos concesserimus, quod physicus perfectus vtrumque facit, utrum ipse sit circa alias formas quam sint formæ quæ sunt passiones materiae determinatæ, quæ nomine suo & diffinitione concernunt materiam corporis mobilis ut mobile, & non separantur ab ipsa per nomen & diffinitionem siue rationem: & ipse physicus considerat tales in quantum non separantur, etiam si secundum aliam aliquam rationem separari possent. Verbi gratia, quoniam physicus & considerans carnem, quæ nec nomine nec ratione separatur à physica materia, quæ est corpus transmutabile in quantum est transmutabile: & si in alia materia carnis & nomen & species esse ponatur, erit æquiuocum nomen, & species carnis secundum veritatem non est in alia, sed secundum similitudinem solam. Considerat etiam mathematicus quantitatem quæ non est forma sequens transmutabile corpus in quantum transmutabile, sed potius sequens corpus in quantum est corpus. Sed physicus non considerat sic quantitatem, sed potius secundum quod non separatur à transmutabili corpore in quantum est mutabile: quia considerat quantitatem non secundum quod est quantitas, sed secundum quod est terminus magnitudinis augmenti vel diminutionis, aut secundum quod est dispositio mobilis localiter.

Physicus igitur circa omnia illa est, quæcunque sunt physici corporis in quantum est sic transmutabile, & considerat omnia opera talis materiae & omnes passiones eius. Quæcunque

Nota quomodo differenter de quantitate physicus & mathematicus considerat: pro quod vide phys. 1. com. 12.

Tex. & com. 17.



Quæcunque autem sunt quidem in physico corpore & non sunt his similia, quod scilicet sunt formæ & opera & passiones ipsius physici corporis in eo quod est physicum, sed potius à voluntate & arte inducuntur in physica corpora, illa sunt alterius qui mechanicus dicitur, sicut est mechanicus qui dicitur instructor siue architector, qui structuratur: siue etiam medicus qui circa corpus humanum facit clysterium & embora & huiusmodi instrumenta. Scire enim causas corporis humani, physici est, non medici: sed formæ quæ secundum esse non sunt separabiles à physico corpore, sed semper inveniuntur in eis, & tamen non sequuntur corpus physicum in quantum physicum est, eò quod non sunt physici corporis in quantum mobile est, sed sunt secundum rationem ante ipsum, & sequuntur corpus in quantum est corpus, & ideo dicantur esse physici corporis ex remotione, quia sunt eius quod abstrahit à physico corpore: omne enim physicum corpus est corpus, sed non convertitur: & ideo abstrahit corpus à physico corpore. Quæcunque igitur sequuntur ad corpus secundum quod abstrahit à physico corpore, sunt ante principia physica: & ideo de illis erit alius philosophus qui mathematicus vocatur, cuius tamen omnia considerata sunt in physico corpore, sed tamen non trahunt rationem ab ipso: & ideo non concipiunt in nominibus suis materiam sensibilem & mobilem, sed intellectualem magnitudinem tantum. Et huius ratio est: quia nihil diffinitur per ea quæ consequuntur ipsum secundum materiam, sed potius per ea quæ ipsum secundum partem antecedunt. Et cum omnia quæ sunt transmutabiles coporis principia, consequantur secundum naturam ea quæ sunt principia corporis simpliciter accepti, oportet necessario, quod nihil eorum quæ sunt physici corporis, ut est physicum, concipiatur in ratione eorum quæ sunt corporis ut est corpus. Non sunt tamen illa separata omnino: quoniam concipiunt in rationibus suis subiectum intellectualem, quod est magnitudo, quæ secundum naturam antecedit corpus ut est corpus. Sicut autem diximus, quod corpus per naturam antecedit physicum corpus, ita ens & substantia & huiusmodi per naturam antecedunt corpus & magnitudinem, & sunt ista secundum se separata, & per accidens coniuncta cum materia corporum quæ sunt quanta & mobilia: quoniam ista secundum se esse realiter inveniuntur ante hæc in intelligentiis & substantiis separatis: & de his est primus philosophus secundum quod in præcedentibus diximus libri physicorum. Diximus etiam multa de his in secundo physicorum: cum certitudine autem habent in prima philosophia determinari.

*Digressio.*

Dubitabit autem fortasse aliquis an verum sit quod diximus, dialectici diffinitionem per solam formam esse datam: cum forma pars sit rei & non totius, videtur fortasse non prædicari de toto, sicut neque dicere possumus, quod homo est anima: prædicantur

autem ea quæ sunt dialectica de toto: non ergo videntur esse formæ simplices quæ prædicantur in logicis, sed potius potentia & actus coniuncta videntur esse, præcipue cum simplex de composito verè non prædicetur. Adhuc autem cum potentia & actus sint principia cuiuslibet generis, sicut in physico declaratum est, & præcipue principia substantiæ, & logicus sumat prædicata genera vel species, videbuntur omnia illa esse composita ex potentia & actu, & non esse solius formæ & speciei intentiones. Amplius autem omnino diffinitio composita est: & nullum simplex diffinitur: cum simplex sit vnum solum, & omnis diffinitio contineat plura, videbitur fortè alicui ex his & similibus verum non esse quod dictum est, logicum solam formam considerare & speciem. Similiter autem non videtur physicum considerare materiam solam: quia materia principium cognoscendi rem non est: & probatum est in secundo physicorum, physicum debere inducere omnes causas.

Omnes autem huiusmodi rationibus respondententes dicimus quod forma rei dupliciter potest considerari, sicut dicit Avicenna. Vno enim modo consideratur ut est actus rei & pars esse eius, & hoc modo non de re prædicatur. Alio autem modo ut est intentio rei abstracta à re, & sic prædicatur: quia est intentio totius & non partis: totum enim significatur sub qualitate forma quæ in ipso est, siue sit generis, siue differentiæ, siue speciei, siue proprii, siue accidentis: & secundum quod significatur stans sub aliqua illarum formarum, sic abstrahitur ab ipso vniuersale, & est illud vniuersale intentio totius sui: & ideo prædicatur de toto. Et has intentiones totius considerat logicus: & quædam earum sunt acceptæ ut simplices, & quædam sicut compositæ. Intentio accepta à toto secundum quod significatur sub forma generis ut genus est, & intentio accepta de toto secundum quod significatur sub forma differentiæ, & intentio accepta de toto secundum quod significatur sub forma proprii, & intentio accepta siue abstracta de toto secundum quod significatur sub forma accidentis, simplices sunt & intentiones sunt totius: & ideo de toto, sicut dictum est, prædicantur: quia, sicut diximus, totum potest optimè significari stans sub forma quæ est essentialis & accidentalis: & si est essentialis, potest esse pars, dummodò illa forma simpliciter & secundum totum insit & non secundum partem, sicut sunt quædam accidentia quæ secundum partem insunt, ut æthiops qui dicitur esse albus dentem. Forma autem speciei composita est: quia diffinitio dicit quidditatem rei vel speciei, ideo & ipsa plura continet, sed non est composita ex materia & forma, sed potius ex genere & differentia, quorum genus est loco materiæ, & differentia loco formæ: tamen illud quod est loco materiæ, non est materia, sed est forma generalis abstracta, non à qualibet materia, sed à materia propria quæ est proportionata formæ quæ est differentia. Et si propriè velimus loqui, dicemus, quod est abstracta.

*Solutio.*  
Forma ex intentione Avicenne dupliciter sumi potest.

*Forma totius potest sumi ut simplex, & potest sumi ut composita.*

*Nota subtilem modum abstracta.*

abstracta, non à materia, sed à toto, secundum quod significatur totum nomine materiæ proxime: sicut si dicam significari hominem secundum quod est animatum sensibile corpus: sic enim est materia proxima homini: & quod abstrahitur ab eo secundum quod sic significatur, est forma generis quæ est animal. Sic igitur patet qualiter intentiones communes abstractæ à rebus aliquando sunt simplices, & aliquando sunt compositæ: & tamen semper prædicantur de toto: & quando sunt compositæ, non sunt compositæ nisi ex genere & differentia, & non ex materia & forma: quorum genus est sicut materia, differentia verò ut actus: & hoc modo intelligitur, quod potentia & actus sunt principia generum.

Si autem quis obiicit, quod secundum hoc si potentia est genus, & potentia est principium generis, quomodo ergo erit principium generis, dicemus, quod potentia simplex non est genus, sed potentia contracta per differentiam: & si illa differentia est intrinseca ita quod faciat unum in vna ordinatione prædicabilium, tunc facit generalissimum, eò quod ante illud nihil est quod vniocè prædicetur. Sed si differentia est quasi extra, & ponit in partem prædicamentorum vniocorum, tunc facit genus subalternum vel speciem. Verbi gratia sicut si dicam, ens prædicatur vniocè. Si autem addam differentiam quæ non coarctat in prædicabilibus vniocè, sed in his quæ prædicantur æquiuocè secundum analogiam, ut si dicam, ens per se existens: tunc facio genus generalissimum: vel si dicam, ens in alio non per se, ut mensura entis per se, vel ut dispositio entis per se. Si autem dicam, ens per se animatum: tunc facio eius subalternum, vel speciem subalternam: & similiter est in aliis generibus accidentium.

Dicimus igitur, quod potentia simplex determinata per differentiam coarctantem analogiam entis, est principium generis, & simplex est intentio. Quæ autem coarctatur in genere prædicabilium vniocè prædicatorum, illa non est in genere, nisi actus in potentia: & non est principium generis, nisi fortè generis quod alia consideratione est species. Ex his igitur patet qualiter logicus solas considerat formas intentionum, communes. Similiter autem ex opposito physicus

*Nota quomodo*

non considerat materiam, solam: sed si considerat materiam, illa erit huius physice formæ materia: & ideo materia secundum quod concipitur à formæ nomine & ratione, erit principium cognitionis & non per se: sicut & mechanicorum nullus ligna & lapides considerat, nisi secundum quod inducitur in eis forma domus: quia aliter non esset vnquam materia diffinitio, neque aliquod principium cognitionis. Sed quia physicus considerat formas transmutationis secundum esse, & esse habent transmutationis à physica materia, & ab his quæ in sunt physice materiæ, ideo dicitur, quod physicus materiam considerat. Considerat tamen omnem causam secundum quod refertur ad esse quod habet in materia, quod solum est esse naturæ & reale. Et considerat mouentem siue efficientem secundum quod mouet materiam, & formam secundum esse quod habet in materia, & finem secundum quod est terminus motus quo mouetur materia, & materiam ipsam secundum quod est subiecta formæ secundum esse quod habet forma in materia. Et sic patet solutio eorum quæ in hac quaestione generabant difficultatem. In logicis autem de ipsis planè dictum est vel plenius.

Sed nunc redeundum vnde nostra ratio erat prius. Dicebamus autem prius, quod passionibus animæ non sunt separabiles à physica materia animatorum secundum quod sunt huiusmodi, timor, desiderium, quorum diffinitiones concernunt materiam sensibilem, & non sunt sicut linea & planum quæ sunt per naturam ante physicum corpus, sicut diximus, eò quod sequuntur magnitudinem ut magnitudo est, & non physicum corpus secundum quod est physicum corpus.

Sic ergo physice intendentes de anima determinare, necessarium est ut simul cum his quæ intendimus, dubitemus de his de quibus oportet dubitare bene volentem tractare de anima. Et hoc est ut attendamus diligenter opinionem priorum antiquorum recitantes omnium illorum sententias, quicunque de ipsa aliquid contulerunt, ut bene quidem dicta accipiamus. Si verò aliquid ab aliquo non bene dictum est, hoc vereamur & abnuntiemus, licet & hoc ipsum dignum sit narratione: quia nobis dat occasionem, & abundare nos facit.



## TRACTATUS I.

De anima secundum opiniones aliorum.

## CAPVT I.

De his qui diffiniunt animam per hoc quod ipsa est motuum quoddam.

**P**RINCIPIVM autem questionis est secundum artem demonstrationis in posterioribus analyticis determinatam, quod opponatur in principio ea quae maxime conveniunt videntur animae secundum se ipsam: quia ex his manifestantur nobis ea quae sunt posterius, & secundum aliquid convenientia. Animatum autem differt ab inanimato in hoc quod habet animam duo operantem in ipso, quae sunt motus processivus secundum locum, & sensus: vegetativa enim à quibusdam non dicuntur habere animam, sed partem animae, ut in libro de plantis habetur. Anima autem rationalis non videtur à quibusdam secundum eandem rationem nomen animae participare cum aliis. Animatum ergo quod perfectam habet animam, & quae verè anima est, differt ab eo quod non est animatum tali anima, in eo quod est motuum secundum locum, & in eo quod est sensivum. Et haec duo dicta de anima à progenitoribus nostris qui patres nostri in philosophia fuerunt, accepimus.

Dicunt enim quidam & maxime quantum ad communitatem omnis animae: & primo quidem quantum ad substantialiter inesse omni animae: animam enim esse id quod movet secundum locum, & corpus & membra, non quidem sicut natura movet ad unum & eodem modo, sed quod movet ad plura & multis modis, sicut vegetativa ad digerere, nutrire, & augere, egerere, & generare: sensibilia autem ad plura quae parent. Et hoc dixerunt qui existimabant, quod nihil movet aliud quod ipsum in seipso non moveatur: putabant enim non posse aliquid alij dare dispositionem quam in seipso non habet, hoc est, qua non disponitur. Et ideo putabant id quod non moveatur in seipso, non posse movere aliquid alterum: & quia movet anima corpus, arbitrati sunt animam esse aliquid de numero eorum quae moveantur à seipsis. Et quia eorum quae moveantur, primi nisi causam materialem & corporalem non viderunt, omnino nihil distinguentes de causa efficiente formali & finali, ideo ponebant, quod id quod maxime motuum est in corporibus, est anima. Est autem hoc calor ignis: & ideo Democri-

tus animam dixit esse ignem quendam aut calorem. Cum enim iste ponat omnium principia esse atomos, quae sunt infinitarum figurarum, sicut diximus in primo libro peri geneleos, dicit illos atomos constituere animam, quae sunt speciei suae formae rotundae & figurae. Et quia animam dicit esse ignem aut calorem, eod quod vidit calorem naturalem esse instrumentum animae, ideo dicit quod illae atomi quae sunt rotundae, constituunt ignem & calorem & animam. Atomus autem illa sunt sicut defensionem minutissime quae discurrunt in aere, quae videtur in radiis solis, quae ingrediuntur per portas & fenestras domorum. Harum enim defensionum omne semen Democritus dicit esse elementa omnium rerum naturalium. Idem autem dixit collega Democriti Leucippus: & nos ipsorum rationes posuimus in primo libro peri geneleos. Inter haec autem illa quae sunt rotundae formae & figurae, dicunt esse animam propter id quod haec figura omnino vel per omnia, ut asserunt, potest penetrare, praecipue quando circumferentia est minima. Cuius sunt duae causae simul iunctae. Una quidem: quia id quod secundum punctum tangit, secundum minimum tangit & maxime penetrat. Circumferentia autem sphaerici quocumque vertatur, non nisi secundum punctum tangit, siue tangat planum, siue sphaericum in eo quod est circumferentia. Figura autem alia etiam secundum punctum qui est in angulo, & secundum latus possunt tangere, & ideo non semper maxime penetrant. Alia autem causa iungenda isti est, quod linea circularis citius obliquatur quam aliqua linea recta versus eandem partem protrahit, ad quam curvatur circumferentia: & ideo minus resistit penetrationi. Quia igitur videntur animam ubique adesse corpori, ponebant ipsam esse rotundam indivisibile penetrans per totum: & quia rotundum est volubile de se, eod quod non est status alicuius super punctum, cum punctus non sit locus alicuius, sed superficies, & rotundum quocumque voluatur, semper est in vno puncto tantum, & ideo suum non est stare, sed perpetuo moveri, ponebant arbitrantes animam esse rotundam perpetuo movens seipsum, & ideo potens movere omnia reliqua: & hoc dixerunt, sicut diximus, quia arbitrati sunt, quod anima est id quod adhibet animalibus motum localem in toto & in membris.

Propter quod dixerunt, quod terminus & distinctio vitae est per respirationem: quoniam positio eorum fuit, sicut veritas est, quod omne animal habet cor vel membrum aliud quod habet in corpore vices cordis: & hoc motu

motu diafoles & systoles exsufflat ex se spiritum vitalem: ex motu autem incenderetur, nisi esset spiritus refrigerans vel interior in corpore existens vel exterior, sicut in respirantibus, tamen spiritum quocumque modo in corpore hominis factum dicebant esse respirationem, animam huiusmodi spiritum esse dicentes. Dicebant enim, quod nullum aliud auxilium sit caelesti virtute, ad vitam per quam anima infundatur, nisi quod aer qui continet corpora animata, attractus in respiratione conducit secum figuras sphaericas, per quas reprimat eas figuras quae interiora penetrant, ne exeant quae praebent animalibus motum, sic principia per se mota, eod quod nunquam contingit quiescere propter ipsas per se ipsas motas, ut dictum est. Dicunt enim, quod ingredientibus in animalia huiusmodi figuris in respirando prohibent illas quae ingrediuntur illas, quae fuerunt disgregari: prohibent autem haec cooperantes, hoc est, opera sua facientes aërem conduceant atomos rotundas & condensant eas intus, ut vnde que impleant, & penetrant, & moveant. Dicunt autem, unumquodque animal vivere tandem, quousque haec potest perficere.

Tex. & com.  
22.

Videtur autem, quod id quod invenitur à Pythagoricis dictum de anima, eandem habeat intelligentiam quoad hoc quod ponitur substantialiter esse motuum animae, & quod propter illud habet diffiniri. Et ideo quidam Pythagorici ponentes principia prima esse indivisibilia secundum quantitatem, aliquando dixerunt, quod anima erat atomi rotundae, sicut & Democritus dicebat. Et huius causa fuit: quia non poterant videre compositionem aliquam in rebus, nisi eam quae est quantitatis: & cum illam in principia resolvere vellent, parabant quod divisio staret in atomis. Alij autem posteriores Pythagorici subtilius aliquid intelligentes viderunt utrumque: quia idem indivisibile non poterat esse movens & motum: neque poterat esse, quin multa momenta unius figurae rotundae haberent quandam unam materiam communem, quae moveret in omnibus eis: & videbant bene, quod hoc movens non fuit figura: & figura est de consequentibus naturam & esse secundum rationem, licet concomitetur secundum tempus: & ideo quasi corrigentes dictum antiquorum patrum suorum, dixerunt quod illud quod est per se movens omnes atomos rotundas, est anima: tamen dixerunt convenientes cum antiquis, quod prima moventia mota sunt atomi: eod quod continuè moveantur etiam si sit tranquillitas nimia. Huius autem causa physica est: quoniam atomi causantur ex reliquiis vaporum eleuatorum dupliciter: quoniam quando eleuantur vapores, sunt quaedam minima minus commiscibilia propter terrestritatem quam alia, & illa euadunt in aërem, quando caetera partes vaporum eleuantur. Similiter autem quando resoluntur vapores, terrestris magis sicca separantur & manent in aëre: & hoc quia habent in se calorem, eleuantur à loco, ubi eleuata sunt, moventur sursum: & per naturam grauis quae est ex terrestritate, moveantur deorsum.

Quare corpus illa que videntur in sphaera: solis, continuè moventur.

Tex. & com.  
21.

sum: & aliquando ex motu ipso calefiunt, & tunc velocius resurgunt sursum: & sic habent motus incertos in aëre.

In idem autem feruntur quoad dicti causam omnes illi qui dicunt animam esse aliquid motuum seipsum movens. Omnes enim isti conveniunt in hoc quod motuum esse magis sit proprium & substantialius animae, & quod omnia alia moveantur propter animam, & animam moveri per se ipsam: eod quod supponebant, quod nihil movet per se, nisi & ipsam moveatur: sicut nihil calefacit per se, nisi & ipsum sit calidum: & ideo ponebant isti omnia corpora physica esse plena animabus moventibus ea continet. Ratio autem istorum fuit, quae posita est in octavo physico. Videbant enim omnia mota & moventia reduci ad unum movens seipsum primum, & putabant, quod esset in moventibus, sicut in aliis causis formalibus & efficientibus, quae per se & univocè referuntur ad effectum. In omnibus enim illis eadem est forma in causa & effectu secundum rationem & speciem: & ideo putabant, quod motus quem largitur primum movens: & quod moveatur, esset per speciem & rationem in forma moventis: & ideo dixerunt primum movens necessarium moveri. Hoc autem non est necessarium in his quae per essentiam suam totam movent: quoniam in illa essentia nihil potest esse motuum. Et est simile ac si diceremus calorem simplicem esse calefacientem, in ipso nihil esset calidum neque disponderetur per calorem: & hoc illi discutere nescierunt: videbant autem, quod movens seipsum non est nisi animatum, & ideo credebant, quod anima esset principium movens seipsum. Et qui primo ponebat numeros inter Pythagoricos, quemadmodum fecit Plato, qui dixit prima continua & solida proportionibus numerorum facti, sicut patet in secunda parte Timaei, dicebant animam esse numerum seipsum moventem. Haec igitur positio antiquorum verissimam habuit causam dicti sui, licet falsa sit in eo quod dicit, sicut patebit in sequentibus.

Tex. & com.  
23.

Similiter autem & Anaxa animam dicit per se & essentialiter esse moventem omne quod movetur, & cum Anaxa convenit quicunque alius dixit, quod intellectus agens purus & immixtus omne movet quod est in natura. Haec enim positio est Anaxa, & est subtilior quam praehabita, licet minus sit certificata per determinationem dictorum Anaxa. Non enim dixit Anaxa, animam penitus idem esse cum intellectu, sicut dixit Democritus. Democritus enim dixit idem omnino & penitus esse animam omnem quod intellectum: eod quod ex eisdem atomis constituitur. Cum enim intellectus sit virtus apprehendens & distinguens verum secundum quod verum est ad aequationem rerum ad intellectum, dixit Democritus verum esse quicquid videtur & sentitur. Et cum idem obiectum sit eiusdem virtutis, erit secundum eam eadem virtutis sensus & intellectus. Et ideo laudat Homerum, & verum dicit eum dicere in heroicis, ubi dixit quod Hector sapiens iacet: quoniam, sicut

B dixit

D. Alb. Mag. lib. 3. de anima.



dixit Aristoteles in libro de problematibus, Hector pariebatur aliquando utique ad sensus amissionem & amentiam: & tunc quia caruit etiam intellectus visu. Et hoc dixit Democritus Homineum ideo dicere, quod sensus & intellectus essent omnino idem. Non enim Democritus utebatur intellectu tanquam potentia quadam quæ est circa veritates simplices rerum at tractas à materia & materia appendicis, sed omnino idem dicit esse animam & intellectum.

Tex. & com.  
24.

Anaxagoras autem minus certificat de dictis suis quæ sit sua intentio. Multoties enim inuenitur in dictis suis, quod causam veritatis & motus bene & recte dicit intellectum simplicem, & alibi confundit sensum dictorum suorum, & dicit esse intellectum idem cum anima sensibili: & hoc sequitur ex dicto suo, ubi dicit, quod intellectus est in omnibus animalibus magnis & paruis & honorabilibus, quæ discernunt per intellectum vel honestum, & in honorabilibus quæ de honesto in moribus nihil discernunt. Et ratio fuit Anaxa. quia vidit omnem multitudinem quæ est sub specie vna, exire ex vna natura generis: & ideo potuit omne mouens per scientiam & cognitionem exire ab vno mouente primo per intellectum, & non esse differentiam nisi tantum secundum esse quod habet in hoc & in illo: & ideo dicebat sensum in substantia idem esse cum intellectu, sed per esse differentem, & esse causa est adumbrationis eius. Et peccabat iste: quia licet vna natura prima sit ex qua exire, tamen sunt differentia, huic naturæ aduenientes, & alias essentias constituentes: quia nos videmus, quod intellectus qui denominatur à prudentia, & informatur virtutibus intellectualibus, non videtur omnibus animalibus inesse: & licet natura intellectualis participetur ab hominibus, tamen virtus intellectualis ad actum relata, non æqualiter ab omnibus participatur: quia videmus vnum multo magis esse dispositum ad intelligendum quam alium.

Tex. & com.  
25.

Hoc igitur modo quicumque antiquorum considerant quidditatem animæ per id quod mouetur, dicunt animam esse aliquid quod maximè & primò & essentialius motum est, siue hoc sit atomus, siue numerus, siue intellectus, sicut diximus.

## CAPVT II.

*De opinionibus eorum qui animam per cognoscitimum definiendam esse dixerunt.*

Quicumque autem dixerunt animam esse definiendam penes cognoscere, & sentire ea quæ sunt, attribuendo cognoscitimum esse velut magis essentialè & motiuum esse sicut potentiam quæ consequitur essentiam animæ, isti dicunt animam esse principia rerum naturalium materialia vel agentia: quia alia principia non viderunt. Et differunt quia alij inter eos dixerunt ista principia esse

plura, & alij dixerunt ea esse vnum. Empedocles enim qui dixit sex esse principia, materialia quatuor, & duo agentia, dixit animam esse ex omnibus his elementis, & animam esse vnumquodque istorum. Et ratio quidem inducens istos, fuit subtilis: videbant enim, quod nihil est quod sit potentia omnia fieri, & nihil eorum secundum actum in natura, nisi materia prima: & cum hanc proprietatem in cognoscitiua potentia animæ inuenissent, & præcipue in intellectu potentiali, arguerunt cogitativam potentiam & intellectum potentialem esse aliquid à materia primæ, sicut adhuc hodie multi errantes faciunt ne ym & materiam idem arbitantes. Cum adhuc aliam inducunt rationem fortiores, dicentes nihil contingere potentiam materiam, nisi formam: propter quod videmus materiam determinatam quantitate & contrarietate esse pauciorum formarum capacem, quam sit materia determinata quantitate tantum. Similiter autem materia non determinata quantitate, esset amplioris capacitatis formarum, quam illa quæ quantitate determinata est. Hoc autem est: quia ex formis non habet nisi formam primam: forma autem prima est, quæ constituit essentiam primam in ordine rerum naturalium: hoc autem est intellectualitas, sicut probabitur in philosophia prima: hic igitur est potentia capiens omnes formas inferiores per amplitudinem potentia materialis quæ est ipsa. Amplius autem vna potestas natura erit in omnibus in quibus est per principium vnum & idem. Sed potentia recipere formas, & actu non habere, quadam est potestas natura, quæ est in materia & in anima: inerit ergo ratione vnius & eiusdem principij: hoc autem principium non est nisi materia: ergo oportet, quod materia prima faciat hoc in anima. Ista rationes & similes quæ adhuc detinent multos, induxerunt primos Philosophos ad hoc quod dixerunt, quod anima est ex principiis materialibus natura. Adhuc autem ipsi supposuerunt, quod cognitio non existit animæ nisi per assimilationem cognoscentis & cogniti, sicut & verum est. Adhuc autem ponebant aliam propositionem veram, quod nihil cognoscitur nisi à principijs suis, sicut etiam probatur in principio physicorum, quod intelligere & scire circa omnes scientias, non est nisi ex principiis, causis, & elementis rerum. Et posuerunt iterum tertium verum, quod anima cognoscat omnia. Et syllogizabant, quod cognoscentis omnia, simile est in forma cum principiis omnium: nihil autem est simile cum principiis omnium, nisi quod est ipsa principia prima, vel ex ipsis principiis primis: igitur anima aut erit principia prima, vel ex ipsis principiis primis constans. Hæc igitur sunt quæ induxerunt antiquos ad dicendum animam esse principia rerum vel ex ipsis.

Et propter paucitatem exercitij in studio non sciuerunt, quod alia est potentia cognitionis, & alia materia: quoniam illa quæ est intellectus possibilis & cognoscitiua potentia, proportionatur vniuersali & particulari quibus

Vide 3. de anima com. 28. differentiam inter receptionem materiae & intellectum.

quibus perficitur secundum actum: potentia autem materia proportionatur formis secundum esse quibus secundum actum efficitur & perficitur: propter quod in anima non est materia vel intelligentia, sed potentia in aliquo materiae similis, & in aliquo dissimilis. Similiter autem quando antiqui videbant, quod cognitio non existit in anima nisi per assimilationem cognoscentis & cogniti, si vidissent, quod hac assimilatio fit per intertiones rerum, & non per essentias earum, eod quod intentio lapidis est in anima, & non ipse lapis, non errassent. Sed nesciuerant illud, & posuerunt assimilationem non posse fieri nisi secundum formam esse perficientem & dantem: & ideo in errorem induciti sunt. Sed de omnibus his nobis inferius erit inquirendum. Sed ea quae hic dicta sunt, ad excusationem antiquorum sunt dicta, ut sciamus quoniam subtiles rationes fuerunt quae eos induxerunt. Sic igitur Empedocli dixit animae assimilationem fieri cum omnibus: quia ex principiis est omnium: & ideo terra cognoscit terram, & aether quem aetrem esse voluit, cognoscit aethera, & aquam aqua: & quia spiritualior est ignis, ideo dixit hoc manifestum esse, quod anima igne cognoscit ignem: & in efficientibus principiis idem dixit, quoniam concordia cognoscit concordiam, & discordia cognoscit discordiam. Haec igitur est opinio Empedocli de anima. Eodem autem modo, hoc est, per eandem rationem Plato in Timaeo animam dixit esse ex elementis, non quidem ex eisdem quae dixit Empedocli, sed ex aliis quae Plato omnium posuit elementa: habuit enim idem inducens quod habuit Empedocli, quantum ad similitudinem intellectus possibilis cum materia, & quantum ad hoc quod est cognitionem fieri per assimilationem cognoscentis & cogniti, & quod non sit cognitio rerum nisi per principia rerum: & ideo dixit cognosci simile simili, & res esse ex eisdem principiis ex quibus sunt cognita. Et verum in hoc dixit Plato, sicut patet ex praedictis. Sicut autem dixit in Timaeo, ita etiam determinavit in dictis suis de philosophia prima, ubi loquitur de primis rerum principiis. Ibi enim dixit, quod ipsum animal quod est forma separata, & est genus continens in se species animalium existens ante hoc, constituitur ex ipsa idea unitatis & prima longitudine & latitudine & altitudine. Et alia quae sunt in alia coordinatione alterius generis, constituantur simili modo. Et non fuit Platonis intellectus irrisorius quemadmodum multi crediderunt. In omnibus enim veritas est a forma, & oportet, quod in quolibet genere vno fuit vna forma prima secundum intentionem de potentia in actum, constituit species diversas secundum quod reduplicatur ad diversos actus. Hanc igitur formam quia separatam posuit Plato, vocavit ideam, quod Latine sonat forma, eod quod omnia sequentia formae. Separatam autem posuit, eod quod per essentialia sibi non dependet ab aliquo posteriorum. Nullo enim animali existente in spe-

cie & individuo, adhuc remanet substantia animata sensibilis, eod quod non trahit essentiam ab eis, sicut iam dictum est. Quia autem idea est substantia corporea, ideo prima principia corporum posuit cum idea prima esse principium animalis. Fuit autem punctus ex unitate, & linea ex binario, & superficies ex ternario, & corpus ex quaternario. Quoniam si ego accipiam primum indivisibile, in hoc conveniet & punctus & unitas: si si autem addidero, dicens primum indivisibile habens positionem in continuo, tunc genero punctum: punctum igitur addit supra unitatis rationem. Quodcumque autem sunt duo in genere vno, quorum vnum se habet ex additione ad alterum, illud quod ex additione est, principiat a simplici. Et hac ratione dixit Plato punctum principari ex unitate. Et hac ratione discreta quantitas est ante continuum: Linea autem oritur a binario: quoniam linea constituitur in esse ex fluxu puncti in continuum: fluxus autem omnis vnus & eiusdem indivisibilis necessarius est ab vno indivisibili puncto in aliud indivisibile punctum: & sic linea duo indivisibilia puncta habet actu, quorum ytrumque oritur ab unitate sicut binarius & perfectus in duabus unitatibus. Haec igitur ratio quare linea orta ducatur a binario. Superficies autem oritur a ternario: quia tria puncta poni secundum actum non possunt in continuo in linea vna prima simplici. Dico autem lineam primam simplicem esse rectam lineam: quoniam curva compositionem habet in partibus diversis, & circularis habet compositionem in formis duabus, quae sunt convexum & concavum, sicut in physicis, & in lib. de cael. & mundum dictum est. Tria ergo puncta posita a tribus unitatibus orta, si secundum actum sunt positionem habentia, non continuabit ea linea vna simplex quocumque modo protrahatur. Sed primum continuans ea est superficies. Igitur superficiei continuans primum est in tribus punctis secundum actum positus in continuo. Si autem puncta quatuor ponantur, ita quod quartum differentiam ponat a tribus, oportet quod quartum figam in profundum continui: quoniam si ponam in latum, non faciet differentiam ad tertium: & si ponam in longum, non faciet differentiam ad secundum. Si autem positis quatuor punctis nulla superficies vna continuabit ea: oportet igitur, quod corpus continuet haec quatuor puncta discreta a quatuor unitatibus exorta. Sicut autem dictum est, quod vna forma idealis est in omni vno genere, sicut dixit Plato, & verum dicebat, quod est resolvere omnia genera subalterna ad generalissimum, & illius forma reduplicata per differentias, format & constituit omnia alia inferiora, & contingit generalissima resolvere in ens & vnum quae sunt omnium principia: vnum autem nihil dixit addere supra ens secundum tem: & ideo unitatem idealem primam dixit esse omnium principium formale, sed magnitudinem ab unitate per dimensiones fluentem dixit esse principium materiale: eod quod physica materia est illa quae tres habet indetermi-

*Terra  
nam terra  
lympham cog  
noctamus in  
uani.*  
*Aetheria  
que aethere,  
sane ignis di  
gnoscitur.*  
*Sic et a  
more amor ac  
tristitia delecta  
dia luc.*  
*Tex. & com.  
16.*

*Nota qua  
liber imelle  
tus Platonis  
non fuit irri  
sorius.*



natas dimensiones, sicut nos ostendimus in fine primi physicorum. Hoc igitur modo dixit Plato principium omnium & formale & materiale esse numeros, & supponbar rem cognosci ex principiis suis: cognoscitur ergo ex talibus numeris, qui sunt essentialia rerum principia: & cum anima cognoscat omnia, oportet quod anima sit ex primis numeris, qui sunt essentialia rerum principia.

Tex. & com. 27.

Adhuc autem probabat hoc Plato ex ipsis habitibus perfectioribus vires animæ: quia intellectus qui conceptio principiorum est, quæ sunt rerum simplices quidditates, stat in vno non fluens ex vno in aliud. Scientia autem quæ conclusionum est, & effectus est de demonstratione, necessario est duo: quoniam exit ab habitu extremorum ad medium in conceptione conclusionis: & sic de perfectione eius sunt duo, quorum vnum efficitur ab altero, & est sicut vanitas terminata vel sicut punctus fluens in continuum per directum vel discretum: & ideo singulariter stat fluxus eius in vno, non obliquatus ad aliquid quod sit extra situm eiusdem rectitudinis. Opinio autem est eius, sicut sit plani numerus, quia numeri plani primi siue superficiei est ternarius: opinio autem cum sit acceptio duplicis, exit quidem ex vno, sed non stat singulariter in vno, sed dilatur ad timorem contradictorij, cum certa ratione non sit probata conclusio. Sensus autem firmissime corporis est: quoniam acceptus est corporalis formæ: neque hoc facit sensus exterior tantum, sed etiam sensus interiores, qui particularium formis informantur, quæ ab indiuiduantibus non sunt separata. Cum igitur omnis acceptio siue conceptio animæ, aut sit vniuersalis, aut particularis: & si quidem vniuersalis, tunc aut simplex, aut complexa: & si est complexa, aut est certè stans in vno, aut dilata ad formidinem oppositi, & non possunt esse plures, oportet quod omnia quæ sunt in anima, sint per hæc quatuor. Cum autem omnis cognitio sit per similitudinem cognoscens & cogniti, sicut diximus, oportet quod ipsa anima similitudinem habeat ad ista quatuor. Cum igitur vnitas formæ, & binarius, & ternarius, & quaternarius sint ipsæ species ideales, quæ sunt principia rerum & sunt de numero elementorum primo res elementarum, oportet quod anima sit ratio elementalis istorum numerorum, eod quod omnes res iudicantur & cognoscuntur, aut intellectu, aut scientia, aut opinione, aut sensu, sicut dictum est. Isti enim numeri sunt formæ primæ & species & principia rerum. Et Plato quidem in Timæo dicit animam esse quasi naturam mediam inter intelligentias & naturam: & si sic sit media, oportet quod sit numerus idealis ab intelligentia quidem secundum ordinem naturæ productus & ante naturam existens. Hæc igitur dicta sunt de Platonis opinionibus.

Tex. & com. 27.

CAPVT III.

De opinione qua & motiuo & cognoscitio animam dicit diffiniendam, in quo etiam est de opinionum collatione.

**H**abitibus autem his quæ mouerunt anti-  
quos ad dicendum, quod anima diffinienda erat per motiuum. Itemque habitibus eis ex quibus aliis videbatur, quod esset diffinienda per cognoscituum, fuerunt quidam vtrumque istorum complectentes & diffinientes animas per vtrumque, dicentes animam esse numerum seipsum mouentem. Dicebant autem ipsam esse numerum propter Platonis rationes: quia numerum ponebant esse principium omnium rerum, vt ex illo potentiam cognoscitiuam omnium haberet: & per seipsum mouentem dicebant, vt ex illo mouerentur corpora per rationem superius introductam. Et in hanc animæ diffinitionem plurimi consenserunt antiquorum Stoicorum: quia ex ista videbatur eis, quod animam probarent immortalem esse, sicut inferius ostendemus. Licet autem omnes conueniant in hoc quod omnia sunt ex principiis primis, tamen differunt in duobus, quorum vnum est quæ sint illa principia prima, & secundum quot sint numero. Maxime autem differunt hoc quod dicunt quidam ex eis principiorum esse corporea. Quidam autem dicunt ea esse incorporea & miscet principia ex his: & ad hæc vtraque referenda dicunt esse principia. Et in multitudine principiorum differunt: quoniam quidam eorum dicunt esse vnum, & quidam plura his principiis quæ ponunt, tradunt animam esse corpoream vel incorpoream, & vnum, vel plura.

Tex. & com. 28.

Quod enim dicunt, quod natura principiorum est motiuo, non est irrationabile, sicut nos superius ostendimus: & quia quidam putabant, quod primum motiuum omnium & incorporeum est ignis, ideo dixerunt, quod anima est ignis quidam: hoc enim est subtilissimum corporum specie secundum partes suas, & inter omnia elementa maxime est incorporeus & spiritualis, & mouet alia, sicut videtur, cum ipse sit maxime mobilis.

Tex. & com. 29.

Sed licet Democritus falsum posuerit, tamen dulcius cæteris dixit: quia ex positione sua cuncta cavit, quando retulit propter quid est vnumquodque operum animæ generalium: dixit enim animam quidem & intellectum idem esse, sicut superius diximus: & cum intellectus sit essentia prima quæ capacitate amittit omnes alias, dixit quod habet ex eo quod atomi rotundæ prima sunt principia rerum, & sunt motiuo sicut anima; eod quod habent figuram quæ omnibus figuris nobilior est, & propter partes subtilissimas: figura autem hæc est forma rotunda: talem autem dicit esse intellectum & animam: eod quod velociter transit ab vno in aliud: & ignem dicit esse eiusdem speciei rotundæ: & ideo animam esse ignem vel ex igne.

Tex. & com. 30.

Anaxago.

Tex. & com. 31.

Anaxago autem licet melius posuerit quam Democritus, tamen non adeo dulciter secundum philosophiam dixit, quod minus certificauit: alicubi enim videtur quidem alterum dicere animam & intellectum, sicut superius diximus: alicubi autem videtur vtrumque vtrumque vna natura: & ideo & intellectum posuit omnium esse principium maxime, & solum eundem dicit esse inter omnia quæ sunt, simplicem & immixtum & purum. Et nos iam ostendimus quare dixit ipsum esse principium: quoniam scilicet in eo est omnium capacitas sicut in principio primo materiali. Simplicem autem dicit esse: eod quod non extenditur corporeitate & contrarietate. Immixtum autem: eod quod non commixtus est organo alicuius corporis per suam operationem, sed remanet separatus. Purus autem est: eod quod capit essentias puras rerum & non esse ipsarum in materia & materiæ appendicis. Et hæc positio in paucis peccat, sed non certificat: quia dicit, quod ab eodem habet & cognoscere & mouere: eod quod dicit intellectum omnia mouere. Et hoc esse non potest: quia idem eodem modo se habens, non potest esse materiale & efficiens: est autem materialis & passiva potentia cognoscitiua & motiuo eorum quæ sunt efficiens.

Tex. & com. 32.

Ex antiquis autem Philosophis Italicis, de quibus extat parua remiscencia, fuit Melissus, qui opinatus est animam per motiuum esse diffiniendam: quia dixit magnetem habere animam per quam ferrum trahit. Diogenes autem, sicut & alteri quidam dixerunt animam esse aërem quendam: eod quod cognitiuo & motiuo dicebant eam diffiniri: & aërem dixerunt principium omnium, & ita esse principium cognitionis in anima: & eundem dixerunt esse subtilissimum, & ita esse in anima eundem aërem principium motus quo mouet anima. Heraclitus autem cuius Ephesus omnium principium dixit esse vaporem, & ex ipso constitui omnia alia, & eundem dixit esse incorporalissimum & mobilissimum, eod quod semper fluat: & dixit, quod nihil entium est, quod non continet mouetur: & ideo cum cognitio sit per assimilationem, eod quod cognoscens omnia sit mobilissimum: & ideo ipse & multi alij fumum cordis & vaporem dixerunt esse animam. Similem autem his causam inducentem habuit Alcmaeon, qui a quibusdam Thales, qui vnus de septem sapientibus fuisse creditur: hic enim licet non diceret animam esse vaporem vel fumum, tamen dixit, quod est quoddam diuinum, quod mouetur semper mouens seipsum: & ideo etiam immortalem dixit esse animam: quia sit principium mouens primum. Si enim daretur non moueri, tunc etiam non moueret, sicut dixerunt. Si autem primum non mouet, tunc nihil secundorum mouet vel mouetur, sicut habitum est in 8. physicorum: & sic cessat motus iam in tota natura, quod est inconueniens: oportet igitur, quod se semper moueat. Est igitur immortalis. Hæc autem ratio scripta est in Phædro Platonis. Et ideo dixit Thales animam comparari diis celestibus immortalibus, qui sunt intelligentiæ motiuo.

D. Alb. Mag. lib. I. de anima.

uentes: quia mouere inest animæ sicut intelligentiis immortalibus: quia ex se mouentur celestia, sicut & animalia. Moueri enim vidit omnia diuina continere ex seipsis, sicut solem, lunam, & astra, & cælum totum. Alcmaeon autem talem dedit de anima philosophiam, propter hoc quod vidit animam mouere per intellectum, sicut & cælum mouetur: & ideo animam dixit esse principium motus primum, & non posse non moueri & non mouere, sicut neque prima possunt à motu cessare. Diximus autem rationem huius in physicorum libro ultimo. Magis autem grossi non adeo efficaces rationes habuerunt inducentes eos ad ponendum. Hippus quidam vulgaris Philosophus dixit animam esse humorem aqueum, & videtur sibi quod hoc persuaserit à semine generationis: quia semen omnium generatorum est humidum aqueum, quod cito recipiat membrorum effigies. Fuit autem causa dicti: quia vidit virtutem formativam esse in humido retentam viscositatem spermatis, quæ format membra omnia: & hanc putauit esse humidam naturam in semine, quod nullam causam considerauit nisi materialem. Dixit ergo primo humorem formare in seipso organum, & postea humorem feminalem radicaliter illis organis imbibitum esse animam animalium: & ideo redarguit eos qui sanguinem dixerunt esse animam, dicens quod humor spermatis non est sanguis: sperma autem generationis primam dicit esse animam, quæ format omnia membra & infundit, sicut prius dictam est. Adhuc autem grossiores sanguinem esse animam dixerunt. Illa ratione inducitur dixerunt sentire magis esse proprium animæ, & per illud dixerunt animam esse diffiniendam, quemadmodum dixit Critias: & cum videretur corpus exanguis propter frigiditatem obstupescere in sensu, & ad reditum sanguinis redire sensum, putabant vim sensitivam sedem habere in sanguine, & esse sanguinem: & quia sensum & animam dixerunt idem esse, ideo dixerunt animam esse sanguinem. Et vt breuiter dicatur, omnia elementa iudicata sunt esse anima ab aliquo antiquorum præter terram: hanc enim nulli retulerunt solam esse elementum vel animam, nisi forte aliquis diceret eam esse ex omnibus elementis, aut omnia elementa, quemadmodum Empedocleus autem causa fuit: quia cum duo sint in quibus conualescit vita, calor scilicet & humor, neutrum est in terra: & ideo etiam à paucis elementum esse terra ponebatur, sed dicebatur esse sæx distillans ab omnibus aliis elementis, & sic ex aliis esse composita. Vnde etiam illi qui sanguinem animam esse dicebant, primas operationes animæ vegetabilis & sensibilis in sanguine vel humore esse, quem loco sanguinis esse dicebant vel videbant. Est enim vltimum nutrimentum sanguis intra venas, ex quo est cibus & augmentum & generatio & in anima sensibili sensus. Quoniam etiam spiritus animalis in quo deferuntur formæ ad vires animæ apprehensivas, resoluitur à sanguinis humore: & ideo sanguinem priorem esse dicebant illi. Et quoniam tam sanguis quam sperma opera-

Nota rursus quare nullam naturaliter loquentium possit solam vitam materiale principium.



tionem quas habent, in humido habent, quod formatur ad membra corporis, que in generatione, siue post, & causas formales & efficientes videre non poterant, ideo animam primam humidam & omnium humorum principium esse dicebant. Animam enim propter potentiam que est in ea ad omnia, quodammodo, materiale & primum principium esse credebant, sicut superius dictum est.

CAPVT IV.

De tribus in summa, per que anima ab antiquis diffiniebatur, que sunt motuum, cognoscituum, & incorporeum.

Tex. & com. 33.

VT autem ad summam reducamus omnia & diffiniri, dicimus quod tria sunt que dixerunt ei inesse substantialiter, hoc est, motum, sensum, & incorporeum. Et nos quidem iam ante ostendimus rationes bonas & subriles, que induxerunt eos ad hoc quod dixerunt ei inesse motum, quo seipsum mouet, & sensum, quia sensum in ea idem reputant cum intellectu, omnem virtutem apprehensam siue cognitiuam sensum vocantes. Sed incorporeum inesse eidem dicebant hac ratione: quia videbant, quod omnis forma que determinat & perficit materiam, post corporeitatem secundam naturam sibi adueniens, diuisibilis & corruptibilis est. Animam autem videbant indiuisibilem & incorruptibilem, & ideo incorporeum dixerunt ei inesse per naturam. Amplius autem nullum corporum moueri seipsum, sicut probatum est tam in physicis quam in celo & mundo: animam autem dixerunt moueri seipsum: & ideo dixerunt incorpoream. Amplius nulla potentia determinata corporeitate est potentia omnia fieri: igitur necessarium est incorporea. Adhuc quicquid secundum esse in corpore est, quantitatem habet per se vel per accidens: formam autem que sunt in anima cognoscens, simplices sunt, nullius omnino quantitatis existentes: igitur anima non potest esse corporea. His igitur rationibus & similibus inducti dixerunt animam inesse per substantiam incorpoream, & per ipsum animam diffiniri, nihil inconueniens in hoc dicentes. Sed in supposito incorporei multum errabant propter notitiam eorum in Philosophia: quoniam incorporeum esse dicebant rarum, quod tactui & visui non manifestatur: & sic inciderunt in errores diuersos, aerem vel vaporem dicentes esse animam. Horum autem trium que dicta sunt quodlibet reduxerunt ad aliquod naturam principium, ed quod animam videbant habere proprietatem primi principij alicuius in mouendo & quiescendo vel cognoscendo, sicut supra manifestatum est: & ideo illi qui animam in cognoscendo dixerunt esse diffinendam, ponebant animam esse aliquid materie primæ: etiam id quod ipsi supposebant esse materiam primam, dicebant esse

se animam, & ideo dixerunt eam esse aut elementum primum, aut id quod propria compositione componitur ex primis elementis: quoniam, sicut dixi, primum determinans potentiam materie primæ est intellectualis & cognoscitiua natura. & in hoc similiter omnes præter vnum dixerunt quoad causam dicti, licet valde essent dissimiles in determinando suppositum elementi quod animam esse dixerunt. Causa autem dicti fuit, quod simile simili cognoscitur: ed quod omnis cognitio est per assimilationem: & quia anima cognoscit omnia, & cognitio rerum est per principia rerum, ideo dixerunt eam constitui ex primis principiis rerum.

Tex. & com. 54.

Et quicumque inter eos dixerunt tantum vnam esse causam que materialis est ens, sunt elementum aliquid dicentes esse principium vnum, illi etiam animam vnum illud esse dixerunt, vt ignem, vel aerem, vel aliquid aliorum elementorum. Plura vero dicentes causas & principia materialia, dicunt animam esse plura, vel propria compositione componi ex pluribus, sicut ex superius habitis facile potest patere. Anaxagoræ autem solus considerans alius, impassibilem & immaterialem dicit intellectum, & nihil habere commune in esse cum aliis elementis corporalibus: vniue enim Anaxagoras duo esse principia & causas, quorum vnum esset efficiens, reliquum materiale. Et vnum quidem dicebat esse intellectum omnia agentem secundum formas quas habet apud se & distinguentem. Reliquum autem dicit esse chaos primum, ex quo intellectus format & distinguit res, & lucem substantiatam & substantem huius intellectus dixit esse animam, & ideo non habere communem materiam cum aliis: & ideo esse impassibilem omnino in esse: sed agere dixit eum formas suarum passionum vel apprehensionum in his que intelligit, sicut primus intellectus agit formas in rebus. Et iste subtiliter dixit: propter quod laudat Ariston eum in multis locis: quoniam absque dubio veritatem dixit de intellectu agente. Sed tamen quia non perficitur intelligere & cognoscere in animatis nisi ex intellectu possibili & cognitione sensibili, ideo non sufficienter dixit: & cum intellectus materialis sit, & nulli habeat aliquid commune, qualiter cognoscat res, & propter quam causam determinata & distincta cognitio fit in eo, cum ipse non sit nisi lux communis intelligibilium, Anaxagoræ non dixit, nec perspicuum est ex his que dicta sunt ab eo vel ab aliis.

Quare Arist. laudat Anaxagoram in multis locis.

Quicumque autem in principis ponunt esse contrarietates, ed quod non totam materiam dixerunt esse principium, sed contraria agentia dicebant, illi propter eandem causam quam diximus, constitui dicunt animam ex contrariis. Quicumque autem non dicunt duo contraria agentia, sed vnum primum esse agens, siue illud dicant calorem, siue frigus, siue aliquid huiusmodi de contrariis primis, consequenter etiam dicunt animam esse illud vnum quod ponunt esse principium contrarium. Et videntur, quod consequantur hanc rationem ex ipsis nominibus animæ & operationum

CAPVT V.

De contradictione opinionum in communi, que diffiniebant animam per motuum suipsum.

IN contradicendo autem istis opinionibus, quoniam in veritate in multis errabant, primum considerandum est de motu quod dicitur animam esse diffinendam, & non obiciamus contra hoc quod ipsa dicitur esse motua, sed contra hoc quod ipsa dicitur moueri à seipsa, & hoc esse ei substantiale & intrinsecum diffinitionem eius. Hoc autem considerandum ideo est: quia magis animam videtur repugnare quam alia duo: quoniam non tantum fortassis falsum est moueri inesse sibi, siue substantiale inest ei de cuius est substantia, sed vnum etiam impossibile est, quod ipsa per se moueatur, sicut mobile de cuius essentia non est motus. Si enim de essentia sua esset motus, ipsa in esse non saluaretur neque constitueretur, nisi per motum, sicut ventus secundum diffinitionem qua diffinitur, quod ventus est aer motus à quo si auferatur intellectus motus, iam non esset ventus: & sic procella diffinitur, quod procella est aqua mota: tunc enim si intelligatur auferri ab aqua motus, iam non erit procella. Similiter igitur si anima diffinitur per motum, intellecto quod motus auferatur ab anima, non erit iam anima: sed hoc est irrisorium: igitur impossibile est animam diffiniri per motum. Amplius motus est actus imperfectus & imperfectus, sicut in physicis probatum est: erit igitur hoc maxime imperfectum, in quo motus iam non est solum vt in subiecto, sed etiam intrinsecum in essentiam ipsius, sicut diffiniens intrat in essentiam diffiniti: esset igitur anima imperfectissima inter omnes res, si motus esset diffinitionem eius. His igitur rationibus probatur animam non debere diffiniri per motum. Quod autem dicunt necessarium esse omne mouens per se moueri, nos in 8. physicorum ostendimus non esse necessarium: quia in quolibet ordine rerum primum mouens non mouetur: & ita etiam in motibus animalium in quibus inuenitur mouens motum, & inuenitur motum tantum, ac perinde necessarium est in ordine inueniri id quod est mouens tantum. Motum enim mouens est cor: & motum tantum forte manus, aut pes. Nullum autem corporum aut pars corporis potest esse mouens tantum, vt in physicis probatum est: ergo non corporeum est id quod est mouens tantum: & hæc est anima. Non igitur inest ei motus sicut subiecto: quoniam id cui inest motus sicut subiecto, id mouetur.

Tex. & com. 36.

Velimus autem ostendere, quod impossibile est animam moueri: omne enim quod mouetur, altero dporum modorum motus mouetur, vel vtroque: aut enim mouetur secundum seipsum & per se, aut secundum alterum.

operationum eius. Quidam enim dicunt ipsam esse calorem: quia propter calorem naturalem viuere est in viuentibus, cum anima sit secundum suam substantiam principium vite, sicut in secundo huius scientiæ ostendimus. Alij autem dicunt eam esse frigus: ed quod videtur in respiratione attrahi frigus, vt temperetur calor cordis in quo est sedes vite.

Documentum primum.

Et scias, quod subtiliores omnibus fuerunt, qui diffiniuerunt eam incorpoream & mouentem seipsam, & dicebant eam esse cognoscitiuam, hæc non diuisum, sed simul animæ attribuentes. Et de incorporeo quidem & cognoscitiuo satis ad præsens patet per antedicta. Mouens autem seipsum qualiter dixerunt, iam prius diximus. Sed adiungendum, quod hæc tria Philosophi dixerunt ex tribus que sunt in anima. Est enim in anima quod est similitudo lucis primæ causæ, & imago eius: & est in ea quod est sub ipsa in ordine tertio: quia secundum ordinem naturæ inter animam & primam causam est intelligentia: & quoad hoc est anima in potentia aliqua. Est item in ea, quod ipsa est forma ante corporeitatem secundum naturam existens: & hoc voluerunt dicere summi Philosophi, quando dixerunt eam esse ante materiam, & post intelligentiam in horizonte æternitatis & temporis: quoniam tempus accedit ad mutabilitatem subiecti, & materie naturalis, que determinata est quantitate. Æternitas autem est in ipsa causa prima, & intelligentiæ quantum ad statum immutabilitatis, licet inceperint per creationem intelligentiæ in momento temporis. Sciuerunt ergo, quod cum prima causa sit primum mouens, quod immobile quidem est per substantiam, sed mouet se in omne quod est per largitionem esse & bonitatem suarum: ed quod ipsum procedit in omne quod est, sicut causa immobilis dicitur in effectum procedere, quando largitur ei esse simile causæ, quantum potest recipere secundum analogiam cuiuslibet effectus, ita intelligentia fluens ab ipso largitur & procedit vniuersaliter & minus vniuersaliter, secundum quod est intelligentia aliorum & inferior. Et tertio anima sic mouet se in suam vniuersam, quod est corpus, vnicuique organo dando de vita & bonitatibus eius quantum potest recipere: & hoc dicebant motum animæ quo mouetur, & non dicebant sibi conuenire motus physicos. In quantum autem distat in tertio ordine existens est ipsa potentia quicquid est, & sic fit in ea potentia cognitionis omnium ad modum materie primæ. Sed ex ordine ad tempus & ad physicam materiam corporis cuius est ipsa, perfectio est incorporea: & hoc præcipue conuenit animæ rationali, cuius animæ ceteræ sunt vmbre quedam, sicut in sequentibus patebit. Hæc autem scientia perfectæ colligit animæ diffinitionem, secundum quod ipsa est exiens à causa prima, ad similitudinem accedens materie, & recipiens corpus, quod dicitur esse motuum suipsum & cognoscitiuum & incorporeum. Hæc quidem igitur tradita sunt ab antiquis de anima, & propter quas sic dicant causas,

Documentum secundum.

Nota qualiter in anima sunt tria consideranda.

Nota quo motu antiqui dixerunt moueri animam.



alterum. Secundum autem alterum dicitur moueri adhuc dupliciter. Aliquid enim dicitur moueri alterius motu, eo quod inest illi quod mouetur, sicut contentum in contingente, sicut nauis motu mouetur aut inest ei sicut pars est in toto, sicut manus mouetur motu totius corporis: & utrumque istorum separatum ab eo cui inest, potest moueri per se. Quod autem nauis in nauis non moueatur proprio motu & per se, manifestum est: quia nauis cum sit homo, non habet motum conuenientem sibi per se, nisi motum pedum qui est ambulatio. Hoc autem quando est in nauis & mouetur motu nauis, non utitur, sed potius navigatione. Non ergo tunc mouetur per se. Secundum autem alterum etiam dicitur moueri, quod mouetur motu alterius, & cum separatur ab eo, nullo modo potest moueri, sicut mouetur albedo & scientia Sortis motu Sorte, licet secundum se nunquam moueri possit.

Tex. & com.  
18.

Cum autem sic dupliciter dicat aliquid moueri per se & per accidens, nunc non intendimus inquirere si anima mouetur per accidens, sed potius si mouetur per seipam, & si participant motum sicut intransientem distinctionem suam: & iam probauimus animam non participare motum sicut distinctum participat sua distinctio. Restat ergo ut probemus animam non per se moueri. Cum autem quatuor sint motus species, si secundum generales terminos numerentur, licet tres tantum sint secundum genera, sicut ostendimus in 5. physicorum, hoc est, loci mutatio, & alteratio, & augmentum, & diminutio, oportet concedere, quod si anima mouetur, quod ipsa aut secundum unam istarum specierum motus mouetur, aut secundum plures eorum, aut secundum omnes. Si igitur non mouetur anima secundum accidens, tunc oportet quod naturaliter sit mobilis, & ut naturaliter inest ei motus: ergo & locus conuenit ei per se: quia omnes isti motus sunt in loco secundum aliquem modum: & hoc planum est de loci mutatione recta: quia illa de loco ad locum est. Similiter autem planum est de augmento & decremento: quia ibi incrementum fit in locum maiorem, & decrementum in locum minorem. De alteratione etiam physica palam est: quoniam illa non fit nisi qualitatibus actiuis & passiuis transmutantibus corpora physica. Qualitates actiue & passiuæ dissoluant vel constringant partes materię quas mouent: & hæc dissolutio & constructio non fit sine motu locali partium, que aduicem accedunt in locum minorem, quando constringuntur, & recedunt ab inuicem in locum maiorem, quando dissoluantur. Anima igitur erit in loco circumscripta, ita quod principium, medium, & finem est ei assignare in loco: ergo ipsa erit corpus: & ex hoc sequitur, quod non sit primum mouens: quoniam omne corpus est motum ab alio distincto ab eo per essentiam caprum, vel distincto ab eo per essentiam & locum: ut probatum est in 3. physicorum, & in 7. Sequitur autem etiam, quod ipsa non sit cognoscitiua omnium: quoniam

iam probauimus superius, quod potentia determinata corporeitate non potest fieri omnia. Sequitur etiam, quod ipsa non sit incorporeum, sicut per se patet. Et sic ex illa sola positione omnia que animam distinguunt, sunt destructa. Quare autem quilibet istorum motuum sit per se & per accidens, in 5. physicorum à nobis est ostensum.

Si autem, sicut dicunt, mouere seipsam est substantia animæ, sicut distinguens est substantia distincti: tunc oportet, quod non inest secundum accidens, ut diximus, album vel tricubitum moueri: hæc enim mouentur secundum accidens, ut diximus, ex eo quod insunt ei quod per se mouetur, quod est corpus. Et ideo non sequitur, quod albedo vel mensura tricubiti per se sit in loco. Sed hoc sequitur de anima que secundum naturam & substantiam ponitur participare motum: non enim potest dici, quod circulariter mouetur: quoniam hoc modo anima animalium non mouet corpus, neque talis motus manifestatur in ipsa.

Tex. & com.  
39.

Amplius omne quod mouetur aliquo motu, quodcumque sit illud, moueri etiam potest motu secundum locum. Queramus ergo de anima, quoniam si ipsa mouetur naturaliter, tunc etiam mouetur uolenter, & e conuerso si mouetur uolenter, tunc etiam mouetur naturaliter. Eodem autem modo se habet de quiete. In quocumque enim loco mouetur naturaliter, in eodem quiescit naturaliter. Et ad quocumque locum mouetur uolenter, in eodem quiescit uolenter, sicut monstratum est in 5. physicorum, & primo gal. & mun. In quibus autem locis anima habeat motus naturales & naturales quietes, & in quibus habeat motus uolentes & quietes uolentes, non erit facile assignare etiam si licentiam habeant fingendi: quia neque simile aliquid poterit inuenire. Amplius ex quo locales habet motus omne quod physice quocumque motu per se mouetur, & ea sunt eiusdem nature, quorum motus est ad locum unum eundem, si detur anima sursum moueri, ipsa erit ignis, vel igneæ nature. Si uero detur deorsum moueri, ipsa erit terra, vel terræ nature: quoniam isti motus sunt istorum corporum. Eodem autem modo sequitur, quod aliquid sit de natura mediorum elementorum, si dicatur ad loca mediorum elementorum moueri per naturam. Quoniam autem omne quod est primum mouens seipsam, mouet se secundum motum localem, ut in physicis determinauimus: & anima est primum mouens seipsam in suo ordine, oportet, quod anima moueat seipsam loci mutatione.

Tex. & com.  
40.

Quoniam autem etiam dicitur mouere corpus, rationale est, quod moueat ipsum corpus speciebus motum, quibus & ipsa mouetur quando mouet seipsam. Si autem hoc concedatur, tunc e conuerso uerum est dicere, quod anima mouetur motibus quibus mouetur corpus: & ex hoc sequitur, quod anima mouetur in corpus, sicut in locum, & non sicut in id cuius est ipsa perfectio. Cum igitur corpus moueatur de loco ad locum, oportet quod

Tex. & com.  
41.

quod anima transitus & motus sit de corpore ad corpus sicut de loco ad locum quoad vegetabile & sensitivum & rationale, aut ad minus secundum partes illas transferatur quae dicuntur mouere seipsas. Si ergo sit transitus de loco ad locum, etiam potest redire quando vult ad locum vnde exiit primo: ergo potest iterum ingredi corpus quod mortuum fuit ex hoc quod exiit ab eo anima: & sequitur ex hoc quod eadem corpora saepe resurgunt, & saepe moriuntur, quod est absurdum.

Ter. & com.

22.

Si autem dicant, quod secundum accidens mouetur de corpore in corpus, sicut dixit Plato, quando dixit à comparibus stellis deprimi animas in haec corpora: quando autem de corpore ad corpus veniunt in secunda & tertia, & sic deinceps transcorporationem, tunc depelluntur violentia mali meriti quod gesserunt in corpore, sicut aliquando depellitur animal motu impulsione violenta: tunc sequitur, quod non naturaliter in se ei motus: & sic per motum diffiniri non debuit. Cui enim naturaliter inest motus sicut diffinitus ipsum, oportet secundum hunc motum non ab alio aut secundum accidens moueri, sed per seipsum: sicut neque dicimus, quod id quod est per se bonum & propter se appetibile secundum eandem bonitatem & appetitum, sit propter aliud bonum aut ex alia causa appetibile, quae sit sibi extrinseca.

Ter. & com.

43.

Si autem concedatur anima ab extrinseco moueri aliquo, hoc non erit sicut motus impulsione violenta, sed sicut dicimus eam moueri à sensibilibus, secundum quod obiecta sunt mouentia & sensus patientes, quia sentiunt in se suscipiendo speciem sensibilem. De hoc autem motu nos in secundo huius scientiae libro determinabimus. Amplius autem si mouet anima seipsam naturaliter & substantialiter, tunc utique mouetur à seipsa: omnis autem motus facit distare mobile ab aliqua natura alicuius generis in quo est motus, secundum quod conuenit secundum generis diuersitatem: aut enim facit distare ab ubi, ubi à forma, aut à quantitate. Si igitur animae motus est in substantia eius, ut dicit aduersarius, anima per motum illum distabit à substantia ipsius in qua est, & per quam inest ei motus secundum ipsam animam: hoc enim absque dubio sequitur, nisi dicatur ei motus secundum accidens inesse: hoc autem non ponitur, sed potius, quod motus sit secundum substantiam ipsius. Motus autem essentialiter est distantia eius quod mouetur: quia cum motus sit enelechia existentis in potentia secundum quod est in potentia, oportet quod omne quod mouetur, distet ab eo in quo mouetur: ergo si motus inest animae, ut substantia ipsius, oportet quod anima substantialiter distet ab aliquo substantia suo: & hoc non est verum, cum ipsa sit actus corporis. Haec autem omnia sequuntur, nisi dicatur animam mouere seipsam secundum accidens: tamen & si hoc concedatur, adhuc non sequitur, quod ipsa per accidens sit in loco sicut alia per accidens sunt in loco: quia ipsa non est pars alicuius quod per

se est in loco, per quam partem & partes eius illud referatur ad locum alias totum. Est enim pars anima vel animati essentialis, & non quantitativa. Cum dicitur, quod pars per accidens est in loco, intelligitur de illa parte quae per se potest esse in loco. Cum autem dicitur, quod albedo per accidens est in loco, quia album corpus per se est in loco, est albedo forma situata in albo & quantitativa, quorum est locus per accidens. Anima autem non determinatur quantitate per accidens: ideo etiam neque hoc modo est in loco, sed est in loco, quia extra locum corporis sui non inuenitur: & haec autem vocatur à quibusdam diffiniri in loco, & hoc modo per accidens potest dici in loco. Haec igitur sunt quae probant animam non moueri localiter, vel alio motu secundum se. Sed dicit forte aliquis, quod si non est in loco per se, neque per accidens proprie loquendo: tunc forte videtur etiam non debere moueri per accidens secundum locum, praecipue cum ea quae mouent immobilia existentia, non moueantur per se neque per accidens, ut probatum est in 8. physic. & in cael. & mundo. Sed sciendum, quod ipsa mouetur per accidens motu corporis: quia mouentibus nobis mouentur & omnia quae in nobis sunt: & ideo corpore translatio, necessarium est eam transferri. Neque est simile de motoribus sphaerarum & animabus animalium: quia sphaera manet super idem centrum, & motor quia non est actus alicuius partis sphaerae, non mouetur secundum locum neque est in loco: sed corpora animalium transeunt de loco ad locum: & ideo anima diffiniri, in loco corporum existentis, motu corporum mouetur per accidens de loco ad locum.

## CAPVT VI.

*Et est digressio declarans difficultates, quae oriuntur ex praedictis de motu animae.*

**S**unt autem qui ea quae dicta sunt, calumniantur dicentes, quod non est necessarium, quod si aliquid mouet motum, quod moueat eo motu quo ipsum mouetur. Illud enim quod mouetur localiter, potest mouere alterando, sicut sol accedens & recedens: & id quod mouetur secundum alterationem, potest mouere motu locali, sicut phantasia & concupiscentia, & ratione delectabili vel tristabili mouente alias motu processiuo: & illud est in aliis multis. Similiter autem dicunt quidam, quod non sunt tantum quatuor genera motus, secundum quae aliquid mouetur, sed multo plura: & ideo dicunt nos forte non sufficienter probasse, quod non mouetur anima cum moueat. Sed ad omnia haec soluenda sufficiens habetur doctrina ex libro physicorum ultimo: quoniam in ordine illo in quo distinguuntur mouens tantum, & mouens & motum, & motum tantum, necessarium



farium est, quod illud quod est mouens motum, moueat eo motu quo ipsum mouetur: & hæc fuit positio eorum qui dixerunt animam mouere motam: & hoc apparet ex rationibus eorum. In Phædro enim ponuntur rationes istæ, quod mouens per se non mouet nisi secundum sui similitudinem: suam: est autem anima mouens per se: mouet igitur secundum similitudinem suam: de cuius substantia est motus, illud mouetur: ergo mouens per se mouetur: non autem mouetur ab alio cum sit mouens per se: oportet igitur, quod moueat seipsum. Adhuc nihil dat sibi quod non habet, sed dat quod habet: dat autem mouens motum: ergo mouetur: ergo habet motum in seipso: & cui inest motus, illud mouetur: mouetur ergo omne mouens per seipsum. Adhuc omnis forma quæ est in alio ab alio, prius est in alio per se quod est causa quare forma illa existat in alio, sicut calidum quod est in frigido ab alio, oportet quod prius sit in igne qui est causa caloris in frigido. Similiter motus est in corpore, sicut in recipiente formam motus ab alio. Oportet igitur, quod sit in alio prius sicut in causa: hæc autem est anima: ergo anima inest motus: cui autem inest motus, illud mouetur: ergo anima mouetur in eo quod mouet, & motu quo mouet. Adhuc omnis causa motus quæ est inter primam mouens & ultimum motum, mouetur: anima est talis causa motus: ergo mouetur mota. Adhuc motus est actus mouentis & actus mobilis: ergo sicut motum est subiectum eius & mouetur: ita & mouens est subiectum eius & mouetur. Adhuc autem quicquid ex harmonicis mouet numeros, componitur ex motore & mobili: anima autem mouet ex harmonicis numeris: ergo componitur ex motore & mobili: sed quod componitur ex motore & mobili, mouet motum: anima igitur mouet mota: componitur autem anima ex harmonicis numeris quemadmodum supra ostensum est.

Hæc & his similia in Phædro colliguntur, ubi Plato hoc dicit sparsim, non per verba, sed per sensum, quorum quædam Macrobius ponit super somnium Scipionis, & quædam dimittit. Et sunt ad soluendum facillima si quis bene in memoria habeat quæ diximus in libro physicorum. Ibi enim diximus, quod quicquid mouet motum per se, est corpus, & quod mouens primum in ordine motus est immobile, & ab ipso est motus & non in ipso: & hoc ideo quod ipsum per essentiam suam, quæ non est motus, mouet efficienter & non formaliter: & hoc ignorabat Plato. Unde licet anima sit inter primam causam mouentem & ultimum motum quoad productionem in esse, tamen ipsa in ordine motus corporis est primum mouens, & non ordinatur ad illud quod ultimo mouetur in corpore animato. Et cum Plato dicit, quod ignis est causa calidi, non sumit ipse nisi causam compositam: sed calor est prima causa caloris per substantiam suam formalem: & similiter anima est causa motus, non quidem formalis, sed efficiens: & ideo haud quaquam mouetur ex hoc quod mouet. Et si obiciat Macrobius, si corpus mo-

uetur propter animam: ergo anima magis mouetur: quoniam propter unumquodque tale est, illud est magis tale: est irriforium: quoniam illud non est in efficientibus & effectiuis, sed in participantibus secundum eandem formam.

Sed hoc solum quod dicit de harmonicis numeris, mouet plus secundum Plat. quam aliquid aliorum: quia constat, quod secundum harmoniam aptatur corpori, & secundum harmoniam est ipsa mouens & cognoscens ea quæ cognoscit. Quoniam non nisi sibi proportionatum mouet, & non nisi sibi proportionatum cognoscit. Proportio autem primum in numeris est: & ita videtur esse secundum harmonicis numeros instituta anima, & secundum illos habet in se plura, quorum unum est mouens & alterum motum: & sic videtur esse mouens mota: plura enim ut mouentia tantum, ad idem constituendum non conueniunt: neque etiam plura ut mota tantum. Si ergo plura conueniunt ad eundem rei constitutionem, oportet quod quoddam istorum sit mouens, & quoddam motum. Sed dicendum ex harmonicis numeris formalibus non constitui animam, sed ex harmonicis numeratis, siue numeris materialibus: hæc autem habent proportionem sicut est proportio potestatis secundæ ad partes & subiecta & ad potestatem præcedentem in ordine natura: sic enim proportionatur anima intelligentiæ ut recipiens illuminationes eius, & proportionatur viribus suis ut patitur suis potestatiuis, vel sic potestatiuis, & proportionatur corpori & organis corporis sicut subiectis potestati suis. In tali autem proportionatione mouetur quidem anima ab intelligentia & causa prima: sed isto motu non mouet corpus: & mouet una potestas aliam, quando superior mouet inferiorem: sed hoc est per imperium, & non sicut anima mouet corpus: sed comparando eam ad corpus, omnes partes eius mouent corpus organicum & partes eius ad prosequenda desiderata & fugienda ea quæ constant: & hoc modo non mouetur: seruatur tamen in omnibus illis proportio, sicut in sequentibus istius libri manifestabitur. Sed hæc proportio non est in harmonicis numeris: sed potius in his quæ harmonicè sunt composita & numerata. Et si dicat aliquis proportionata in numero numerato esse ordinata à proportionatione quæ est in numero numerante: & sic oportet adhuc iuxta sententiam Platonis principia animæ & aliorum principia esse numeros formales & proportionem quæ est in istis: dicemus, quod non sunt principia rerum secundum quod numerata sunt & sub proportionatione numeri existunt, sed potius secundum quod conaturalia sunt unicuique generi quod constituit: & ideo materia & forma non constituunt substantiam secundum quod numerata sunt, aut in proportionatione numeri existunt, sed potius secundum quod sunt prima principia conaturalia substantiæ: & simile est de constituentibus quatuor generis & quodlibet generis. Et his accidit numerari, & in proportionatione numeri esse. Et hoc Platonem decepit: quia etiam sapientes decipiuntur

com 7. ostendit metaphysica, quomodo intelligitur propter quod unumquodque tale, &c.

Nota quomodo ex harmonicis numeris anima componitur, & quomodo non, & in qua peculiariter Plato.

Rationes Platonis in Phædro.

Solutio ad rationes Platonis.

Uide pro hoc

CAPVT VII.

De disputatione contra opiniones Democriti & Platonis de motibus animae, quibus mouetur in corpore & mouet corpus.

Quidam autem eorum qui diffiniunt animam per motum esse, dicunt eam mouere corpus in quo est localiter in eo quod ipsa localiter mouetur, ut Democritus qui dicit similem causam esse motus animati corporis, qualem dixit Philippus quidam Didascalus siue doctor comediarum: dicebat enim comicos conuocare in villis homines ad carmina audienda, per hoc quod fierent imagines deorum mobiles, propter quarum spectaculum homines confluunt, referens Dadalum antiquitus fecisse ligneam imaginem Mineruz, mobilem in omnibus membris, ita quod videbatur cantare per motum linguæ & tripaniare. Causa autem motus fuit: quia in concauo imaginis fuerunt infixa organa in argento viuo, & ad motum illius moueri videbant, sicut adhuc in cellis & imaginibus: pedes etiam stabant super rotulas paruulas, in quibus arcus concaui fuerunt & distincti per cellulas: & cum argentum viuum descendebat in anteriori arcu per cellulas, tunc posterior arcus eleuabatur & conuertebatur tota: & tunc imago moueretur de loco ad locum: quia necesse habuit, quod ad eandem partem moueretur ad quam mouebatur fuisse siue argentum viuum. Et similem causam motus animalium ponit Democritus: dicit enim, quod indivisibiles sphaeræ in se mouentur: quod apte natæ sunt non manere siue quiescere propter causam superius indictam: & cum sic mouentur sphaeræ illæ, tunc trahunt secum & mouent totum corpus in eandem partem, ad quam ipsæ mouentur. Et hoc leue est destruere: primo enim quaeremus à Democrito, quæ sit causa, quod quiescunt animalia quando volunt: huius enim causa non est sphaera indivisibilis quæ nunquam quiescere potest. Constat autem, quod idem est causa processui motus & quietis in animalibus. Quia si enim indivisibilis sphaera faciat quietem, vel difficile vel impossibile est dicere Democrito: difficile quidem si fingat constitutionem atomorum facere quietem, quando sunt in pleno: impossibile autem, si nunc velit adaptare causam: Democritus enim in pleno dixit has sphaeras quiescere, & in vacuo moueri. Vniuersaliter autem loquendo ex his quæ apparent ad sensum, non ex tali causa causatur animalium motus processuius quasi sit ex necessitate alicuius quod quiescere non potest, sed potius ex voluntate libera & intellecta causatur, quæ non necessitudo mouent, sed quando volunt.

Eodem autem modo & Timæus philosophus, volens reddere causam naturalem quare anima mouet corpus, & ostendit causam ex necessitate mouentem & non ex voluntate dicit

Tex. & com. 44

Nota causam motus imaginis ligneæ à Datalo fabricatæ, & quo ingenio fuerit constructa.

tur secundum accidens, quod inuitabiliter sequitur numeros esse prima principia rerum, si possent haberi quod principia rerum configurerent eas, secundum quod in proportionem numerali existunt: & hoc quidem modo dictum multum valet ad intellectum omnium sequentium, ubi agitur de opinionibus Platonis.

Si autem aliquis nobis obiiciat, quod nos ipsi superius concessisse videmur animam mouere se, quando agit se in vniuersum corpus: dicemus non esse illud proprie mouere se ipsam: & ideo re vera sic mouit se anima & alij motores per effectus ratione effectuum qui ab ipsis sunt, & tamen simpliciter manent immobiles. Et hoc etiam modo primus motor in quolibet ordine inducit motum immobile: quia motus est actus mouentis ut à quo est motus, & non ut in quo est sicut in subiecto, & est actus mobilis sicut in quo est sicut in subiecto. Et ideo motor non mouetur, sed mobile quando inest ei motus, tunc mouetur licet igitur multi sint modi quibus aliquid mouetur per accidens in quolibet genere prædicamenti, tamen motor per se non est nisi in tribus generibus: & quia in quantitate non est contrarietas nisi secundum quod quantitas est terminus physicorum corporum, in quo conuenit ei perfectum & imperfectum esse, ideo duos oportet esse motus in quantitate, & in utroque aliorum generum tantum vnum secundum genus: & ita sunt quatuor generales motus: & omnes illos ab anima per rationes necessarias seclusimus, sicut patet ex prædictis. Est igitur necessario concedendum animam physico motu per se vel per accidens proprie nequaquam moueri: & sic manifesta est solutio omnium eorum quæ inducta sunt ex Platonis opinionibus.

Sed id quod omnino destruere disputationem istam videtur, est quod ab antiquo Trismegisto & Socrate & nunc à diuinis & incantatoribus conuenienter asseritur, quod scilicet in corpore existentes quos angelos vel demones vocant, & animæ exiunt à corporibus, moueantur de loco ad locum: cuius etiam veritatem nos ipsi sumus experti in magicis. Sed de his nos disputabimus in scientia de natura deorum, quæ philosophiæ primæ pars quædam est, & ab Aristotele edita. Quod si tales substantiæ mouentur, motus erit omnino æquiuocus ad motum physicum: tales enim substantiæ non sunt proportionales spatio per quod est motus per aliquam quantitatem vel indivisibile quantitatis quod sit in eis. Et ideo neque mensura motus ipsarum, neque motus ipse ex principiis physicis causari potest. Hic autem de physicis loquimur tantum ostendentes physicè immobilem esse animam contra eos qui ex principiis quæ ipsi physica esse dicebant, causare voluerunt motum animæ, & dixerunt animam mouere se ipsam.

Nota quomodo in magicis expertus est doctor animas exiunt à corporibus & demones de loco ad locum moueri.

Tex. & com. 45



dicit enim, quod in eo mouet corpus in quo ipsa in seipsa mouetur. Ipsam autem in seipsa dicit necessariò moueri. Mouet autem corpus: quia complexa ad ipsum sicut forma incorporata corpori & connexa eidem secundum omnes vires suas. dicit enim Pla. quod anima constituitur ex harmoniis numeris, & dispartitur per numeros in partes corporis, quos numeros vocat Plato elementa: & ideo dicit eam componi ex elementis siue constitui, hoc est, ex primis numeris elementarum. Constituitur autem sic ex elementis, quatenus habeat sensum & potentiam cognoscitivam omnium ex numeris harmonialiter compositis eam: quia, sicut diximus superius, nisi componeretur ex numeris primordialibus, non cognosceret omnia: quia non esset in potentia respectu omnium, nisi talem haberet harmoniam, quod esset tertij ordinis: quia tunc ex illuminatione fluente percipit causam primam & intelligentias quæ præcedunt eam ex ordine naturæ, & sequentia percipit eam ex capacitate potentie, quæ est ante formam corporalem: & per hos numeros fert totum mundum quasi in seipsa: eò quod habet motus consonantes ad principales partes mundi. Dixit enim Plato, quod Deus deorum opifex deorum omnium, primò fecit orbem rectum, quando dedit ei naturam ignis, qui est rectarum dimensionum & recti motus, sicut diximus in secundo cæl. & mun. & in primo. Deinde ut ordinatè & æqualiter accederet & recederet causando generationem & corruptionem reflexit rectitudinem dimensionum eius in circulum: eò quod rectum cum sit vnus simplicis formæ, principium est linea circularis quæ est duarum formarum, quarum vna est concavitas, & alia conuexitas. Habita autem figura & motu circularibus, non fuit sufficientia in motu circulari qui est super polos mundi ab Oriente in Occidentem, & per Occidentem regyando in Orientem: quoniam vno modo se habens non accedit & recedit, sed oritur & occidit super easdem partes eodem modo. Sic in diuersis locis non diuersa causantur: propter quod dixit Plato, quod circulum vnum Deus deorum dominus diuisit in duos circulos dupliciter coordinatos, quorum vnus est æquinoctialis, qui mouetur super polos mundi, faciens motum diurnum, qui est motus orbis primi. Secundus autem est circulus signorum, qui habet polos proprios mobiles in duobus parallelis, quorum vnus est Aquilonaris poli, & alter Meridionalis, super cuius polos omnes stellæ mouentur: & isti circuli sunt rerum coordinati: quia vnus facit longitudinem in omnibus his quæ generantur ab orbè, alter autem latitudinem: & motus qui est super polos eius, est à Meridie in Aquilonem, & e conuerso inter duos solstitiales circulos. Alterum autem illorum circulorum, qui est circulus signorum, diuisit in 7. circulos planetarum, hoc est, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Mercurij, Veneris, & Lunæ, quorum omnium motus est à Meridie in Septentrionem super polos orbis signorum: & hos motus dixit & bene principia omnium motuum naturalium: animam autem po-

suit, sicut superius diximus, in confinio æternitatis & temporis, & præcipuè animam mundi, cuius particulares animæ sunt tanquam imagines: & ideo dixit etiam in anima secundum naturam esse aspectum rectum, eò quod cognoscendo egreditur directe super rerum rationes & numeros, quibus ipse res constituuntur. Hunc autem aspectum reflexit in motum animæ in circulum: quia anima à se incipit, ut dicebat, habens in se omnium rerum rationes, & quæ excitata à rebus extra efficiuntur principium scientiæ: & ideo dixit Plato, quod cum anima progreditur rectè in res extra, reflectitur cognitio rerum in seipsa: quoniam in se cognoscit eorum quæ sunt rationes, & recordatur. Dicit enim Boëtius in consolatione philosophiæ, quod si Platonis musa personat verum, quod quisque dixit immemor recordatur: & sic per reflexionem recti in circulum causatur in anima veritatis intellectus. In superioribus autem sunt duo ordines motuum & motorum in genere. Vnus quidem primus motus & motor, qui est aplanus vocatus, quasi sine errore existens: & rectus, qui est motus diurnus. Alter autem motus est siue ordo intelligentiæ secundi ordinis, & motus latitudinis zodiaci, qui dicitur motus planetæ, quasi erraticus: quia in eo sunt digressiones in multa diuersorum planetarum: & sic etiã est in anima; in qua mouet semper intellectus rectè & sine errore. Phantasia autem & concupiscentia & rectè & non rectè, sicut probatur in sequentibus: & ideo in anima dixit esse duos primos circulos sicut in cælo, & duos primos motus. Alterum autem dixit in 7. diuisi, qui est sub phantasmatibus, & mole carnis prægrauatur: vnde dicit animam in sphaera Saturni accipere memoriam longam, & in sphaera Iouis accipere rationationem probabilium siue opinionum, in sphaera autem Martis irascibilem, & in sphaera Solis sensibilem illustrationem, in sphaera autem Mercurij estimationem nociui & conuentionis, & in sphaera Veneris concupiscentiam, & in sphaera Lunæ motus quos mouet in sequendo naturam corporis, ut attrahendo, nutriendo, augendo, & generando: omnes enim isti 7. gyrouagi quasi sunt motus aliquando recti, aliquando non recti, & omnes in circulum reflectuntur incipiendo ab anima, & in animam terminari: quoniam Plato dixit, quod omnium species sunt in anima, quod non nisi excitatur à rebus extra. Dicebat etiam animas ab initio factas in generibus & in comparibus stellis, & quando descendunt, tunc per incorporeum descendunt, & in orbe quidem sunt rectorum motuum, & in descensu per orbes planetarum accipiunt vires & motus quos diximus, & paulatim vsque ad onus carnis deprimuntur: & ibi inebriata cratere lacteo, qui est dulcedo carnis quasi carnales efficiuntur, & obliuiscuntur superioris harmoniæ, cuius tamen similitudinem & species in se habent. Quando autem excitata redeunt in corpore ad proprium bonum & innatum sibi secundum scientias & vires, tunc reascendunt per geminas ad stellas compares. Si autem sunt mali meriti, in secunda transcorpore

di esse in confinio æternitatis & temporis.

Et nota quomodo in anima, secundum Platonem, est aspectus rectus, quem Deus deorum flexit in circulum.

Tex. & com. 46.

Quare anima mundi secundum Platonem intelligibilis sit.

Tex. & com. 47.

portatione efficiuntur fera, vel bestia alie mortuus eorum congruentes: & de hoc alibi in numeris nostris locuti sumus. Dicebat autem omnia hæc Plato, tanquam cæli motus essent animæ motus, & e conuerso.

Nos autem disputantes contra hæc quæ dicta sunt, primò dicimus, quod non bene contingit dicere, quod anima sit magnitudo vel virtus in corpore quæ magnitudinem habet existens: & hoc tamen sequitur ex dictis Platonis, vbi dicit, quod anima secundum harmoniacos numeros aptata est corpori. Si enim connaturalis est corpori sicut vis oculo, vel quantitas magnitudinis, oportet quod aut sit magnitudo vel virtus aliqua in magnitudine existens. Dico autem, quod hoc non bene dicitur, & tamen dicitur: Plato enim vult, quod anima huius omnis mundi talis sit, sicut est anima illa quæ aliquando, hoc est, in quibusdam vocatur intellectus: dixit enim animam mundi esse intellectualem. Causa autem quare hoc à Platone dicitur, est: quia intellectualis anima non est vt anima sensibilis vel desideratiua, & non possunt eis aliquo modo proprietas circuli: quia non reuertuntur supra se sicut intellectualis anima quæ incipit à se quærendo de intelligibili, & reflectitur supra se, quando non inuenit ipsum: nec est anima sicut hæc sensibilis terra quæ non habet nisi motum rectum per distantiam sui à oculo. Sed anima intellectualis est imago æternitatis, & quodammodo causa temporis: & ideo superiorum motus inueniuntur potius in ea quam in alia: quia ipsa est quasi quoddam principium naturæ: & ideo motus primi in natura in ea inueniuntur. Sed contra hoc obuiantes dicimus, quod si tales sunt motus intellectus, tunc sunt motus intellectus corporales: & sequitur, quod ipse intellectus aut sit corpus, aut virtus in corpore, quæ non explet motus suos nisi per corpus: quia circularis forma est corporalis actus, & actus corporalis est alicuius operantis virtutis corporis.

Dicamus igitur, quod si intellectus debet habere continuitatem, quod rationabile est, quod debet habere continuitatem talem qualem habet operatio eius, quæ vocatur intelligentia siue intelligere. Similiter autem & ipsa actio intellectus siue intelligere rationale est, quod debet habere formam eorum quæ intelliguntur, quæ vocantur intelligentia siue intellectua vel intellecta: eò quod actus sunt prauij potentis secundum rationem & obiecta actibus. Sunt autem intellecta consequenter & non continua, & sunt magis similia numero quam continuo: ergo intellectus non est sic continuus vt circulus: sed oportet, aut sit imparabile, aut non continuum, sicut magnitudo siue quantitas est continua. Si enim dicitur, quod intellectus est magnitudo quædam continua, tunc queratur à Platone, qualiter possit intelligere magnitudinem mathematicam, vel aliam quamcumque quantitatem continuam: aut enim intelligit eam accipiendo tota simul, aut accipiendo partes, & si intelligit accipiendo partes, aut hoc est ita quod accipiat partes indiuisibiles quæ sunt

D. Alb. Mag. lib. 1. de anima.

puncta, si tamen puncta oportet partes vocare, quia de hoc non facimus modo mentionem aliquam, eò quod ab aduersariis supponitur puncta partes esse, ex quibus componitur magnitudo, quia hoc ipsi assererant: aut accipit partes diuisibiles, quæ sunt vera partes magnitudinis. Quocumque autem istorum modorum fiat acceptio intellectus, non est nisi tactus quidam quo magnitudo quæ est intellectus, tangit magnitudinem quæ intelligitur quando simul sunt in vltimis. Et siquidem intellectus accipiendo magnitudinem intellectam, tangit puncta ipsius, cum puncta sint infinita in qualibet magnitudine est infinita tangendo quodlibet non contingat pertransire tangentem, sequitur quod intellectus nunquam finiet quantumcumque paruum magnitudinem intelligendo quam scimus esse finitam. Si autem tangit secundum partes quæ magnitudinem habent, hoc dupliciter potest fieri: aut casum illæ sunt aliquotæ partes quæ numerant totum, vt decem decimæ, vel duæ mediæ, vel quatuor quartæ, & sic de aliis: aut non sunt aliquotæ, & sic non numerant totum. Et si tangit aliquotas intelligendo magnitudinem; tunc multoties intelligendo tangit idem: Si autem intelligendo tangit eas quæ non sunt aliquotæ, cum tales infinitæ sint in qualibet magnitudine, oportet intellectum intelligendo infinites tangere idem: licet enim tangat diuersas partes in numero, ipse tamen omnes sunt idem ratione & intellectu: quia omnes sunt vnus speciei & formæ secundum quod sunt partes continui. Hæc autem omnia falsa esse experimur in intellectibus nostris: quia videmus, quod quando intellectus noster intelligit magnitudinem aliquam, intellectus noster non tangit eam prout intelligitur, nisi semel. Si autem dicat aliquis, quod quia omnes partes magnitudinis intellectæ sunt vnus rationis, ideo sufficiens est vnquamquamque tangere partem, & non oportet ipsum tangere alias, quia omnes intelligit per illam quamcumque tangit: tunc queramus, quare secundum hoc oportet ipsum esse sicut circuli aut etiam omnino, siue etiã vniuersaliter esse alicuius magnitudinis: quia si forma circuli bene tangeret partem illam, & sine magnitudine existens, bene esset acceptius speciei magnitudinis, sicut & in veritate modo est.

Redeamus autem ad partes primæ diuisionis, & dicamus, quod circularis intellectus non tangit intellectam magnitudinem secundum partes, sed necessarium est vt totum totum tangat: & cum totum non sit extra partes suas secundum quod tangitur, non potest tangi totum, nisi secundum partes & in partibus suis omnibus: & tunc queramus sicut prius, quis erit partium tactus, quando sicut totum tangit intelligendo circularis noster intellectus? Si autem forte dicat quis, quod intellectus noster non est circulus, neque circularis forma: contra hoc est: quia in veritate oportet, quod intellectus sit hic circulus de quo diximus. Iam enim sciamus est, quod actio & motus intellectus est intelligentia siue intelligere, & intelligentia est circularis, vt dicitur

Tex. & com. 48.

C. cit



cit Plato, siue motus circuli: ergo oportet, quod intellectus sit circulus: motus enim circuli circulus est. & motus intellectus intelligentia est. Sicut igitur se habet motus ad motum, ita mobile ad mobile: sed dicit Plato intelligentiam esse circulationem: ergo necesse habet dicere intellectum esse circulum. Si autem hoc concedatur: contra oportet, quod intelligentia intellectus semper aliquid intelligat idem, & continue reflectatur super illud: & hoc oportet propter illud, quod noster intellectus dicitur esse sicut perpetua circulatio, quae semper in idem reuertitur. Et hoc quidem falsissimum est: quia nulla est intelligentia circularis: si enim esset aliqua circularis, oporteret quod esset aut practica quae est sicut artes mechanicae, quae ratiocinantur de operibus: aut speculatiua, quarum finis est veritas scita: & nos videmus, quod omnes practicae directe vadunt ad finem suum, quid est id quod operatum & constitutum est per artem, sicut domus, aut lectus: & non reuertantur. Speculatiuae vero terminantur rationibus definitionum, quae sunt principia in ipsis, & procedunt directe ad conclusionem. Ratio enim omnis quae certa est, aut est incomplexi, aut complexi. Et si est quidem incomplexi, per ipsam habemus scientiam quidditatis rerum quae vocatur scientia quid: & illa est definitio. Si autem est complexi, per ipsam acquirimus scientiam propter quid aliquid est in subiecto: & haec est demonstratio: & in scientiis intellectiuis non habemus aliud: quia probabilius est opinio, & non intellectus: demonstrationes autem sunt finitae: quia sunt a principio quod est causa dicens propter quid, quae est medius terminus in eis: & finem habent determinatum ad quem procedunt, qui est aut conclusio, aut syllogismus. Si enim concludantur vitia conclusiones, tunc est status in eis. Si autem non concludantur illae, tunc conclusio sumetur in alio syllogismo pro propositione, & adiungetur aliud medium & alia maior extremitas, & concludetur alia conclusio: & ideo non reuertantur in idem omnino a quo inceperunt, sicut facit circulatio circuli. Accipiunt enim semper medium aliud, & ultimam extremitatem aliam, & procedunt ad finem determinatum. Ultimum autem est extremitas: quia extremum & ultimum sunt idem: & sic ab hoc procedit in finem quo erit status. Circulatio autem reflectit se in principium unde incipit. Definitiones autem omnes quibus nos scimus quid est res, sunt finitae: quia differentia in generibus primis stant: eo quod extra genus primum nihil vniuocum inuenitur, quod in definitione possit poni: ergo intellectus non est circulus. Amplius cum circulatio sit circuli reuolutio, quae multoties fit, sicut reuolutio caeli, tunc multoties intelligit idem, & deueniet ab eodem in idem intelligendo. Cum autem id a quo procedit intellectus, sit motum per se: id autem in quod procedit, non sit motum per se, erit idem motum per se, & non motum per se: & sic contradictoria de eodem verificantur.

Si autem forte aliquis dixerit, quod Plato non loquitur secundum veritatem, sed secundum metaphoram, & assimilauit intellectum motui circuli: est quidem hoc peccatum in problematibus: quia contra metaphoras non contingit, uti rationibus obuiantis. Tamen si neque fiat vis hoc modo peccatum adhuc est: quia intellectus magis assimilatur quieti quam motui: & similiter est de syllogismo. Diximus in 5. physicorum, quod si nos confideremus id in quo quietitur, tunc id est forma quae intenditur per motum totum, & est perfecta, cum motus sit actus imperfectus. Intelligere autem non est imperfectus actus, sed perfectus: & similiter syllogismus: & ideo ei in quo quietitur a motu, magis assimilatur. Nihil enim perfectius est in anima, quam intelligere secundum actum, & considerat e per syllogismum: quoniam hoc est perfectius quam potentia intelligens, & quam habitu intelligens: & ideo illa operatio beatitudinis pars est, & optimum animae intellectus, admirabilis habens delectationes, quibus nihil est contrarium. Et ideo etiam diximus in 7. physicorum, quod in sedendo & quietendo sit anima sciens & prudens.

Si autem forte aliquis dicat, quod intellectus est numerus complexus corpori & non corpus, tunc sequitur ad minus, quod sit virtus operans in corpore, sicut visus in oculo: quia virtus complexa ad corpus & proportionata est sic corpori immixta, quod non operatur sine ipso: eo quod ipsa virtus est actus corporis vel partis eius: & tunc intelligere non est beatum & felicitas: quia id non est bene, sed est quasi motum ex obligatione corporis in quo non est aliquid beatitudinis. Naturae autem est intelligere intellectus si est virtus complexa ad corpus. Si enim motus eius, qui est intelligentia vel intelligere, est extra naturam intellectus, & est a corpore in quo est: tunc laboriosa est actio, sicut videre, & audire, & operationes quae in organis sunt corporalibus. Laboriosum enim est committeri corpori in operando, neque posse habere operationem a corpore absolutam. Adhuc autem cum anima intellectualis secundum Pla. descendat per capricornum a compere stella, & sit in desiderio eius incorporari, ut dicit, oporteret intellectum fugere incorporationem. Melius enim est intellectui non esse cum corpore ita quod sit immixtus ei, & separatam habeat actionem, quam esse cum corpore & incorporatum & immixtum & intantum quod non agat sine ipso. Et hoc quidem sic esse consuetum est dici, & multis videtur: quia etiam notum est, quod intellectus nullius corporis est actus, & habet operationem a corpore liberrimam.

Peccauit autem Plato adhuc: quia cum diceret caelum circulariter moueri, non dedit huius causam manifestam, praecipue cum poneret caelum esse naturam ignis, cuius est recte moueri, nisi reflectatur in circulum iussu Dei deorum: & tunc accidit ei circulariter moueri, & non conuenit ei per se, neque etiam animae secundum Platonem substantialiter conuenit circulariter ferri, sed secundum accidens

7. physico. te. com. 2. c. Tex. & com. 49.

Tex & com. 50.

cidens sic mouetur, in quantum aspectus eius qui natura est rectus, in circulum est reflexus. Nec potest dici, quod causa motuum anima sit corpus: quia anima ponitur mouere & magis cauere motum in corpore, quam e contrario. Igitur ex omnibus his quae dicta sunt animam male dici esse mouentem se circulariter, & per hoc mouere corpus. Adhuc Plato non assignauit aliquam causam, quare melius dicitur & magis congruit Deum deorum animam sic fecisse ut moueretur, quam ut quiesceret. Nec assignauit causam, quare melius est ipsam circulariter mouere seipsam, quam alio motu locali: & ideo dictam suam sine causa est, & sine consideratione philosophi: quia Philosopherum est causas ostendere eorum quae dicuntur.

Quoniam autem haec intentio qua quaerimus, qualiter anima a Deo deorum exiit in esse & qualis sit in seipso, vtrum quiescens vel mota, magis propria est alteris rationibus quas in prima philosophia inducemus, dimittamus iam nunc, & quaeramus physicas opiniones circa istas passiones animae & causas. Dicamus igitur & huius opinioni & pluribus aliorum opinionibus accedere vnum commune inconueniens: & hoc est, quod omnes conueniant in hoc quod anima copulatur corpori sicut motor & actus eius, & nihil determinat de corpore, propter quam scilicet causam & qualium dispositionum corporis sit anima motor & actus.

Et tamen absque omni dubio videtur hoc esse necessarium: quia non quodlibet agens agit in hoc patiens, neque hoc agens in quodlibet patiens: & similiter non quilibet motor mouet quodcumque mobile, sed propter communicationem quae est & proportionem inter hoc agens & hoc patiens, illud agit, & hoc patitur, & hoc mouet, & illud mouetur. Licet autem materia & forma non communicet in aliqua alia forma, vel in aliqua alia materia, quae sit media inter ea, eo quod non per medium formam iungitur materiae, tamen haec materia propter appropriatam praeparationem quae est in ea, efficitur propria materia huius formae: & similiter hic motor proprius efficitur huius moti: & haec priuatio in essentia est idem forma, licet secundum esse sit differens: & in subiecto est idem materia, licet in essentia sit differens. Et horum explanationem perfecimus in primo physicorum circa finem: Similiter autem dicimus animam non per medium vniuersi corpori: & hoc patet in vegetabili. Sed vegetabilis non est medium quo sensibilis anima corpori vniatur: quia si esset medium, esset dispositio materiae: & adhuc sequeretur necessario ipsum esse accidens in animalibus: & hoc non est verum: sed dicimus essentiam animae sensibilis immediate esse coniunctam corpori animalis: sed haec essentia habet de se manentes virtutes plurimas, quarum quaedam sunt vegetatiuae, & quaedam sensibiles: & ideo vegetatiua est in sensitio sicut potentia & pars potentiae eius, & non praecedit ipsum dispositio. Eodem autem modo penitus est de vegetatiua & sensitio per comparisonem ad

Priuatio in essentia est idem forma, sed differens ab ea secundum esse. Et materia priuatio est idem subiecto, sed secundum esse differens ab ea.

D. Alb. Mag. lib. 1. de anima.

intellectualem animam in homine: & haec in sequentibus demonstrabuntur per rationes necessarias & physicas. Hic autem supponamus communicationem esse huius animae secundum speciem ad hoc corpus, & non ad aliud secundum speciem & huius animae secundum individuum ad hoc corpus, & non ad aliud secundum individuum. Et ideo si esset coniunctio animae ad corpus, vel agentis ad patiens contingens, & non essent dispositiones determinantes eam alii, non esset communicatio inter vnum & aliud.

Et ideo videntur quidam loqui de anima ac si sit aequaliter aptatum ei quodlibet corpus: dicunt enim tantum in communi quid sit anima, quod videlicet sit aut sphaera indivisibilis, aut numerus mouens se, ac si omnis anima omni anima sit eiusdem naturae & eiusdem speciei: & nihil dicunt de natura corporis quod susceptibile est animae, quare hoc habeat figuram equinam, & hoc humanam. Est istam differentiam quam videmus in figura & situ organorum & membrorum diuersificari in omni animali, ac si ipsi arbitrentur fabulas Pythagorae in legibus suis dictas esse veras. Volens enim Pythagoras facere ciues colere pietatem & iustitiam, fabulatas est animas malorum ciuium exire de vno corpore in aliud deterioris conditionis, ita quod anima hominis ingrediebatur corpus leonis vel asini. Quod nullo modo fieri potest secundum naturam: quoniam non est diuersitas in figuris & organis corporis, nisi propter diuersitatem animarum: quia diuersitas materiae est propter diuersitatem formae. Sicut enim videmus in artibus mechanicis, quod quaelibet quaerit sua propria instrumenta, per quae expleat suas operationes, & non potest explere per alia: ita est de animabus diuersis in specie & numero. Architectonica enim quae struit domos, quaerit securam & dolabram, & non potest perficere opus suum per fistulam, vel alia instrumenta alterius artis. Ita est etiam, quod anima leonis quaerit membra leonis sibi, per quae & non per alia potest explere operationes suas. Determinatum igitur est de corpore cuiuslibet animae, si debeat se bene de animarum diuersitate: & qui non determinat de anima prout exigit hoc corpus, vel illud, facit ac si aliquis in artibus patet, quod technica quae est constructiua domus, instruat sibi instrumentum tibicinum, sicut fistulas & folles, & per illas faciat opus domus.

Tex & com. 53.

Tex & com. 54.

CAPVT VIII.

De improbatione opinionis qua dixit animam esse harmoniam corporis commixtae.

Alia autem quaedam opinio traditur de anima, quae & ipsa conuenit cum aliis praehabitis in aliquo, & illa multis fuit creditibilis, neque habet minorem probabilitatem quam aliqua dictarum opinionum: quia

C 2 rationes



rationes directe physicas prebet inter omnes opiniones, quando rationes omnium opiniorum conferuntur in communi. Dicunt autem isti, quod contraria que conueniunt, dupliciter se complectuntur: aliquando enim complectuntur se non saluatis qualitatibus eorum que complectuntur, sicut faciunt miscibilia in mixto: & hac vocatur mixtio, sicut diximus in fine libri peri geneleos: aliquando autem complectuntur, ita quod saluantur species & qualitates complexorum, sicut homogenia conueniunt ad heterogeniorum constitutionem, sicut os, nervus, & huiusmodi in constitutionem manus. Dicebant igitur isti, quod harmonia & proportio & temperamentum commixtionis & compositionis est anima: eo quod videbant omnia commisceri & componi secundum medietatem geometricam, sicut alibi diximus: & hanc medietatem rationem siue proportionem temperamenti & compositionis & mixturam animam esse dicebant. Cuius sententia Empedocles fuit defensor primus, qui nullam omnino formam in entibus esse dicebat.

Tex. & com. 55.

Et licet ita dicat, tamen de facili improbat: quia harmonia non habet in se nisi duo: aut enim harmonia dicitur ipsa ratio proportionis, qua commiscetur & componitur commixta & composita: aut etiam ipsa mixtio vel compositio vocatur harmonia: anima autem neutrum istorum est: quod de facili patet, cum anima habeat operationes que non sunt secundum numerum alicuius commiscibilium vel compositorum. Mixtio autem & compositio non habent virtutem agendi aliquid quod non reducatur ad miscibilia vel composita in communi vel in speciali. Adhuc mixtio autem & compositio non agunt aliquid nisi vnum, quod est secundum actum in quem mixta sunt vel composita: anima autem omnis agit multa. Amplius autem mouere localiter non est harmonia: quia aliter omnia mixta ad harmoniam, haberent motum localem, quo ipsa seipsa mouerent. Animam autem maxime sensibilem videmus esse motuum secundum processuum motum. Et ideo omnes ferè antiqui dixerunt animam esse diffiniendam per motuum esse: quia viderunt plantas non habere animam, sed partem partis animæ: animalium autem videbant esse animas perfectas.

Tex. & com. 56.

Conuenit autem magis de sanitate dicere, quod sit harmonia quam anima, & vniuersaliter de virtutibus & potentis siue habitibus corporeis, qui sic sunt in corpore secundum quod ipsum mixtum est ex contrariis vel compositum: illi enim sunt in corpore diffusi secundum quantitatem corporum, & secundum componentium qualitates & quantitates est vnus sanior alio. Hoc autem modo non inest aliqua anima corpori, quod vna sit animantior alio secundum qualitatem & quantitatem mixtorum vel compositorum: quia licet anima vegetabilis & sensibilis sint virtutes operantes in corpore & non explet operationes suas, nisi in corporis aliqua parte: tamen non sunt corporeæ virtutes per modum qui dicitur esse: & ideo habitus corpo-

ralis virtus corporea est vel qualitas. Anima autem vegetabilis & sensibilis secundum vires suas sunt quidem virtutes in corpore, sed non corporeæ. Intellectus nec virtus est corporea, nec virtus in corpore, sed separata, sicut nos in multis locis ostendimus in physicis libris physicorum ca. & mun. Hoc autem facile manifestatur ei qui tentat reddere causas operationum & passionum animæ, quare vna sit visiva, & altera auditiva, & tertia imaginatiua, & quarta intellectiua. Causa illa harmonia non conueniunt: quia non possunt dicere, quod ex abundantia phlegmatis super choleram oculi compositio habeat visum, & quod abundantia cholera super sanguinem in aure sit auditus, & sic de aliis diuersis harmoniis mixtorum & compositorum. Non enim differt imaginatio à reminiscencia in hoc quod plus habeat ossis quam carnis, vel è conuerso.

Tex. & com. 57.

Amplius autem nos sciemus harmoniam non esse animam, si diuidimus harmoniam in duo, considerantes primo maxime ea que sunt propria harmonia: & hoc est vt videamus propria magnitudinum que habent motum & positionem siue situm, & consideremus compositionem ipsius harmonia, que est ex talibus: quia illa tales magnitudines sic compositæ consonant: ideo non contingit accipere aliquod mixtorum vel compositorum proximum: quia in tali compositione non est ignis iuxta ignem proximum, ita quod non sit aliquid medium: quia plurimum cuiuslibet elementi cum plurimo alterius est: & ideo vbicunque ignis est iuxta aquam & cætera elementa, & è conuerso quodlibet cum quolibet: & hæc est vna intentio harmonia, & est propria. Ab alia autem parte dicitur harmonia proportio que est in rebus miscibilibus & componibilibus antequam misceantur: oportet enim, quod proportionata sit quilibet cuiuslibet: quia aliter neque misceri, neque componi possent ad aliquid vnum constituendum: & hæc harmonia est in vnoquoque miscibilium & componibilium respectu alterius, & non est omnium simul mixtorum & compositorum: & ideo non ita proprie dicitur harmonia sicut priori modo dicta. Sed neutro istorum modorum rationale est animam dicere harmoniam esse. Mixtura enim & compositio corporis multum facile inuestigatur qualis sit in quolibet membro simili vel dissimili. Multæ enim diuersæ sunt diuersarum partium corporis compositiones, & insunt: quia in ossibus plus esse terreitatis, in carne autem plus esse sanguinis, & sic de aliis. Quæritur ergo, cuius membri commixtio vel compositio est intellectus, & cuiusmodi alia commixtio vel compositio sit sensitiva potentia, & cuius sit appetitiua: & non erit assignare.

Tex. & com. 59.

Similiter autem ex ista opinione sequitur, quod inconueniens est animam dicere esse rationem & proportionem temperamenti vel mixturæ. Non enim vna & eadem ratio est harmonia temperamenti, secundum quam est os, & secundum quam est caro. Cum ergo multæ & diuersæ sint huiusmodi contempe-

contemperamenti rationes in vno corpore animato multoties, sequitur multas inesse animas in corpore eodem: ponitur siquidem anima esse ratio & harmonia contemperamenti: corpus autem organicum in partibus dissimilitus multas habet tales harmonias. Hæc igitur communiter dicta sint contra eos qui harmoniam dicebant esse animam.

Tex. & com. 59.

Sed specialiter ab Empedocle opinione inuestigabit aliquis, que harmonia specialiter anima sit? Dicit enim Empedocles quodlibet corporum mixtorum rationem & harmoniam esse quandam secundum formam. Quæramus igitur ab eo, vtrum anima sit illa proportio siue ratio contemperamenti, que est in singulis membris corporis, vel sit in anima in mixtis corporibus & membris ex tali mixtura, cum tamen alterum sit aliquid à mixtura & proportio? Si enim, sit mixtura singulorum membrorum tunc inuitabiliter sequitur multas esse animas in vno & eodem corpore. Si autem sit alterum aliquid causatum à mixtura, ad minus ab Empe. differentia debuit assignari. Amplius autem si dicat Empe. animam non esse mixturam ipsam, sed causari ab ea in membris, tunc quæramus ab eo, vtrum concurs mixtura cuiuslibet membri est causa animæ, aut simpliciter aliqua que est secundum quandam rationem & proportionem? Et si concedatur, quod concurs mixtura quilibet est causa animæ, tunc adhuc sequitur in vno corpore esse multas animas. Si autem aliqua specialis est causa, tunc debuit illa assignari ab Empedocle. Amplius autem si anima dicatur esse alterum à mixtura membrorum, tunc quæramus de ipsa anima, vtrum ipsa sit ratio quedam & proportio mixtionis cuiusdam causata à mixtura membrorum, aut est aliquid alterum extra rationem harmonia? Et siquidem dicat, quod est mixtura & ratio contemperamenti causata ab harmonia corporali membrorum, tunc est consequens compositionem corporis secundum naturam & secundum esse. Ex hoc non conuenit: quia anima est agens & mouens & continens: corpus autem est patiens & motum & rectum: agens autem & mouens & regens in omnibus est ante patiens & motum & rectum. Si autem dicat, quod est alterum extra rationem membrorum harmonia existens, tunc sibi ipsi contradicet: & præter hoc debuisset assignare quale quid est illud.

Agens prius est patiente. Vnde pro hoc 3. de anima. tex. com. 19.

Tex. & com. 60.

Hæc igitur opinio tales quales dictæ sunt habet contra se oppositiones. Paræ autem & pauca sunt rationes que inducunt Empe. quod creditur animam esse harmoniam: quantum vna est, quod videbatur Empe. mirum, quod si anima non est harmonia carnis & ossis & huiusmodi, quare per subtractionem carnis & ossis anima deficit in animali. Adhuc autem si dicatur anima non esse in quolibet parte, ita quod quilibet partium habeat animam, eo quod anima non est ratio & proportio compositionis vel mixturæ, que est igitur causa, quod illa membra corrumuntur quando deficit anima & expirat? Hæc autem rationes indigne sunt vt soluantur: quoniam

D. Alb. Mag. lib. 1. de anima.

anima ideo deficit subtrahita carne, aut aliqua tali parte: quia destruitur organum eius & propria materia in qua est: & ideo forma que est in anima, saluari haud potest præter intellectualem animam, que habet aliquid præter corpus saluans ipsam, sicut infra patebit. Corruptur autem & soluitur harmonia corporis egrediente anima: ideo quia anima continet corpus & mixturam eius: & ideo continente ablato necesse est solui harmoniam, commixtionis & compositionis.

Tex. & com. 61.

Quod quidem igitur non est possibile animam esse harmoniam, & quod non potest circulariter moueri, est manifestum ex his que inducta sunt. Secundum accidens autem, sicut dictum est superius, contingit animam moueri & mouere quodammodo seipsam. Mouetur enim corpus in quo est anima, & hoc corpus mouetur ab anima: & ita mouendo corpus mouet anima quodammodo seipsam: quia mouentibus nobis necesse est moueri ea que in nobis sunt. Hoc autem quidam dicunt dubitationem habere de intellectu: sed de hoc inferius disputabimus.

CAPVT IX.

De solutione obiectionis qua videtur ex alterantibus probari, quod anima mouetur per se physice, & in illo est bona demonstratio de intellectualis anime immortalitate.

Rationalius autem aliquis accipiet dubitationem an mouetur considerans ea que nunc inducuntur: ex illis enim animam secundum seipsam moueri fortè videbitur alicui motu physico, qui est alteratio, & qui etiam est in aliquibus cum motu locali: dicimus enim animam tristari, gaudere, confidere, sperare, & timere, amplius autem irasci, & sentire. Hæc autem omnia motus dicere videntur: & cum hæc insunt animæ & secundum ipsa, fortè videbitur alicui moueri animam. Sunt enim omnia ista passiones siue passibiles qualitates illarum: & secundum istas diximus alterari physice in 7. physicorum.

Tex. & com. 62.

Sed absque dubio non necessario sequitur ex his, quod alteretur anima secundum se: quia hæc non sunt in anima, sed potius ab anima in corpore, vel in corporis aliqua parte que mouetur istis passionibus que inductæ sunt. Sit enim inter alia quammaxime gaudere, dolere, aut intelligere possibili intellectu qui venit de ignorantia in scientiam, sunt motus physici, tunc magis contingit moueri vnumquodque membrum quam animam secundum se. Sed moueri sic ab anima est, sicut irasci, aut timere, ex eo quod ex aliqua causa anima cor sic vel aliter moueat. Quando enim irascitur, primo mouet anima cor secundum systolem propter conturbationem, & secundo secundum diastolem propter nocendum repellendum. Quando autem timet, tunc mouet secundum systolem continuè, intellectu

Tex. & com. 63.

C 3 gere



ligere autem secundum intellectum possibilem forsitan aut est huiusmodi, quod non sine motu cuiusdam partis corporis expletur, aut forsitan est alterum quoddam: quoniam secundum quod communicat ei quod communicat corpori, non sit sine motu cuiusdam partis corporis. Secundum autem quod est in se virtus non communicans, sit sine motu corporis, sicut in parte supra diximus: & adhuc in parte inferius in sequenti us tertij libri huius scientiæ dicemus. Eorum autem quæ sunt cum motu corporis, quædam quidem sunt in eo quod secundum locum mouetur: quia systoles & diastoles sunt in eo, quod cor in loco mouetur constringendo se & aperiendo. Quædam autem sunt secundum alterationem, sicut motus qui est in ipsis passionibus, cal factio sanguine vel infrigidatio.

Tex. & com.  
64.

Dicere autem, quod ipsa anima secundum seipsum moueatur irascendo, simile est ac si quis dicat animam secundum se moueri tendendo vel edificando. Cum enim aliquis rexit vel edificat, est ab anima motus, & id quod subicitur motui, & id quod mouetur, est manus, vel pes, vel aliquod aliorum membrorum exteriorum. Et similiter quando irascitur, vel timet, vel gaudet, est anima motus: & quod subicitur motui, est cor, vel alterum membrum interius quod mouetur. Et ideo non facit plus anima quam illud: quia ista non differunt nisi in hoc quod in istis mouetur membrum in occultum: & ideo vulgus credit, quod in istis moueatur anima. In illis autem vident moueri membra exteriora: & ideo dicunt in talibus moueri corpus, vel conuulsam ex corpore & anima. Melius autem dicitur sine dubio non animam misereri, aut addiscere, aut intelligere, sed hominem totum per animam: quia motus & actiones proprie coniunctorum sunt secundum potentias & per potentias naturales, quæ in sunt aliquando animæ, aliquando corpori. Quod autem dico hominem moueri in anima vel per animam, non significat rei motum esse in anima vel per animam, tanquam motus in anima existat tanquam in subiecto quod mouetur, sed sicut motus illi dupliciter. Aliquando enim pertingunt ab exterioribus vsque ad ipsam: aliquando autem sunt ab ipsa, vt sensus qui est motus sensibilibus specierum, est pertingens ab exterioribus vsque ad animam. Reminiscencia autem & memoria incipiunt ab anima, & veniunt vsque ad motus sensibilibus specierum, qui sunt in organis sensuum, & vsque ad quietes sensuum: eo quod sensus non semper mouent secundum actum.

Tex. & com.  
65.

Sed intellectus possibilis quo est omnia intelligibilia fieri, est substantia quædam separata, & videtur non corrumpi aliquo modo corporis corruptione. Quod sic demonstratione probatur: accipiat enim à præhabitis intellectum esse potentiam intellectualem forma determinatam ad ens in natura quod est ante corporeitatem. Omnis enim potentia quæ est aliquid fieri, si debeat esse aliquid in natura, necesse est, quod sit per formam dantem esse illi rei naturali distincta & determi-

nata: & huius probationis veritas est in omnibus absque contradictione & instantia. Intellectus autem possibilis est potentia quæ est omnia fieri secundum intellectum, sicut in tertio huius scientiæ libro probabitur. Cum ergo sit in natura ista potentia, ipsa forma quæ est intellectualitas determinata & distincta: ergo est substantia quædam separata: quia omne separatum in genere substantiæ habens potentiam & actum in seipso, est substantia: habetur autem per præhabita, quod ipsa est incorporea ante quantitatem corporis & contrarietatem secundum naturam existens, licet non precedat ipsum tempore. Inde arguitur sicut nihil eorum quæ secundum naturam sunt præcedentia quædam alia, corrumpuntur corruptione eorum quæ sequuntur ipsum: intellectus autem siue anima intellectualis sic se habet ad corpus physicum: ergo impossibile est eam corrumpi corporis physici corruptione. Attendendum autem est, quod Plato propter istam demonstrationem dixit animam ante corpora secundum tempus fuisse, & secutus est eum in hoc Gregorius Nicenus. Hoc autem minus est concedendum, sed inferius hoc improbat. Est autem persuasio quæ post demonstrationem inducitur: quia si intellectus possibilis corrumpitur corporis corruptione, oportet etiam, quod alteraretur corporis alteratione, sicut videmus alterari visum & auditum & omnes virtutes, quarum est communicatio cum corpore, licet hoc per accidens conueniat ipsis virtutibus, per se autem conuenit organis ipsarum. Si autem sic alteraretur intellectus, hoc esset maxime à debilitate quæ est à destructione corruptionis secundum naturam, & hæc est debilitas senij. In illa autem debilitatur virtutes animæ: sed debilitas illa non per se accidit virtutibus quæ operantur in organis, sed organis ipsis, sicut diximus: quoniam si senex accipiat per medicinam vel aliam compositionem oculum huiusmodi qui est clarus & purus, ipse videbit sicut iuuenis: ergo hæc debilitas quæ non redundat ad virtutem animæ nisi per organum, nullo modo attingit virtutem incorporatam, cuius nullum est organum omnino: talis autem virtus est intellectus possibilis, sicut supra probatum est. Senium enim non est in sustinendo aliquid animam, sed in sustinendo aliquid corpus in quo est anima, sicut & chrietas & quædam alia infirmitates quæ oppugnant rationem, non faciunt hoc nisi per alterationes quæ alterant corpus, sicut spiritum animale, & cerebrum, & huiusmodi partes alias à quibus accipit intellectus species intelligibiles. Et hæc est simpliciter causa, quod mox quidam delirant ex inordinatione & dissolutione corporis, in quo est phantasia à qua accipit intellectus: quoniam, sicut diximus superius, tamen intellectus non communicat cum corpore, communicat tamen cum eo quod communicat corpori: & quia sic intellectus est separatus, ideo dixerunt quidam, quod ipse non mouetur per accidens motu corporis. Quod nos verum non esse diiudicamus: quoniam vnã substantiam dicimus esse animam intellectualem,

æqualem, ex qua fluunt quædam potentie quæ sunt virtutes in corpore & communicantur corpori: quædam autem non sunt virtutes in corpore quæ sunt separate: propter quod est in corpore anima intellectualis, sicut determinata & distincta in ipso, non quidem sicut locatum in loco, sed sicut forma est in sua materia, & motor in suo moto quod mouetur, nihil est extra id quod mouetur: & ideo mouetur motu corporis.

Tex. & com.  
66.

Istius tamen intellectus possibilis intelligere consumitur in senio & in morte debilitatur, sicut diximus de deliratione senum, alio quodam quod non est iustum organum corrupto vel debilitato: & hoc est organum phantasiæ & imaginationis, cum quibus communicat intellectus possibilis secundum actum intelligendo: ipsum autem intellectum secundum se impassibile est, sicut probatum est prius. Intelligere autem secundum actum & amare, quod est passio concupiscibilis, cuius contrarium est odire, non sunt passionibus aut opera intellectus secundum se sumpti, etsi enim sine intellectu non sint, tamen sunt passionibus aliarum virtutum animæ quæ habent intellectus ordinem, & sunt in ipsis secundum quod participant aliquantulum intellectu: & ideo sunt huiusmodi vel illius sensibilibus virtutibus habentibus intellectum secundum resolutionem secundum quod habent ipsum: quia aliter amare, & odire, & confidere, & alia quæ supra inducta sunt, non essent ordinabilia ad honestum & turpe in moribus: propter quod dicit Aristoteles in fine primi ethicorum, quod rationale est duplex, quod scilicet per essentiam est rationale, & quod participat aliquantulum ratione, vt obediens & iustificabile à ratione existens. Et ideo corruptis his virtutibus propter corruptionem organi sui neque reminiscitur aliquis, neque amat. Istæ enim passionibus & operationibus non erant intellectus secundum se, sed erant coniuncti animæ cum corpore, quæ sunt vires communicantes corpori, vt prædictum est. Intellectus autem secundum se forsitan est diuinus aliquid & impassibile quod separatur à corpore, & tunc habebit alterius modi intelligere, & alias delectationes quibus nihil est contrarium. Sed de hoc hic loqui non possumus: altioris enim eger inquisitionis quam Deo volente prima in philosophia perficiemus. Redeuntes autem ad id vnde ratio nostra est, dicimus ex omnibus inductis manifestum esse, quod anima nullo modo motus per se mouetur & physice. Si autem anima penitus non mouetur, tunc manifestum est, quoniam neque à seipsa moueri potest.

### CAPVT X.

De improbatione opinionis quæ dicit animam esse numerum seipsum mouentem.

Tex. & com.  
67.

Multum autem his opinionibus quæ dicuntur, irrationabilis est siue vide-

tur dicere, quod anima est numerus mouens seipsum. Ad hanc enim positionem sequuntur impossibilia communia ex parte illa contingensia, quæ dicunt animam mouere seipsum: & ex alia parte sequuntur ad eam impossibilia propria & specialia, quæ contingunt ex hoc quod dicunt eam esse numerum: & non oportet nos reiterare impossibilia communia quæ sequuntur ex hoc quod dicunt animam mouere seipsum: quia plurima dicta sunt in præmissis. Qualiter autem anima non sit numerus mouens seipsum, nunc ostendimus. Quomodo autem congruat intelligere unitatem moueri, primo queramus. Nihil enim mouetur nisi quod habet situm, sicut probauimus in physicis. Si igitur vnitas mouetur, habebit vnitas situm: & sic erit vnitas aliquid in continuo, & non aliquid in discreto. Adhuc autem cum omne quod mouetur, necesse sit ab aliquo moueri, quod differat ab eo, aut essentialiter tactum, aut essentialiter & localiter, sicut probauimus in 7. physicorum, queramus ab istis quomodo intelligi potest, quod vnitas moueatur ab aliquo differente ab ipsa per substantiam & locum, aut per substantiam solum: & tamen ipsa vnitas manet indivisibilis & indifferens existens per substantiam & locum: hoc enim non est intelligere. Quia si ponatur seipsum mouens, tunc erit motiua sui ipsius, & mobilis à seipsa & mota: & tunc oportet per prædicta, quod differat à seipsa substantialiter, sic per substantiam distincta illi est vnitas: & hoc contra distinctionem & intellectum unitatis.

Tex. & com.  
68.

Amplius autem apud mathematicos commune dictum est, quod motus puncti facit lineam, & motus lineæ facit planam superficiem. Constat autem in his quæ nos in physicis diximus, quod omne quod mouetur secundum locum, situm habet. Cum igitur ponatur unitatem moueri, oportet quod vnitas situm habeat: ergo erit idem cum puncto: quia indivisibile vnitas habens situm est punctus. Iam autem habitum est ex propria doctrina mathematicorum, quod fluxus puncti facit lineam & non numerum: ergo & vnitas mota quæ est situm habens, & idem punctus, motu suo facit lineam, & non numerum. Non igitur debent dicere, quod anima sit numerus mouens seipsum, sed quod sit linea mouens seipsum vel superficies. Iam etiam concesserunt, quod numerus ille quem dicunt esse animam, est vbi, siue in loco, quod habet positionem: quia hoc necesse fuit eos concedere propter motum quem attribuunt ei: & tunc necessario sequuntur quæ inducta sunt. Amplius autem si quis adferat, quod numero vnitas vel numerum, relinquuntur alia numeri species: & hoc est ideo, quia numerus est multitudo numerata per vnitas: & sic esse numerum est à discretionem: species autem numeri est à mensura determinante multitudinem quam precipue determinat vltima numeri vnitas: & ideo cum auferatur aliquid vel apponitur, relinquuntur quidem causa generis numeri, quæ est discretio: sed non relinquuntur eadem species, quia species datur



ab unitate ultima secundum quod finit & determinat multitudinem. In continuis autem non sic est: quia non ex appositione vel demptione causantur, sed potius a continuitate: & hæc continuitas neque apponitur per aliquid appositum, neque tollitur per aliquid demptum: propter quod diuisio linearum non facit aliam speciem, sed tantum aliam lineam in numero. Similiter autem in his animatis quæ habeat corpora multum similia & non diversificata per diuersæ figuræ organa, vel parum habent diuersitatis in organo & corporum suorum, sicut plantæ & quædam animalia quæ sunt sicut lumbrici terræ & serpentes & anguilla, quando diuiduntur, magis sequuntur diuisiones animalium suarum modum diuisionis continui, quam modum diuisionis discreti: quia in vtraque parte diuisa retinetur anima eiusdem speciei: & hoc non fuit in numeris: ergo anima magis deberet dici punctus vel linea vel alia species continuæ quantitatis, quam quod dicitur numerus.

Mouet autem fortassis aliquem quod diuisus unitatem motam non differre a puncto: unitatis enim origo a puncto differt essentialiter: & sic videtur unitas nunquam posse fieri punctus, siue mota ponatur esse unitas, siue non mota. Si enim nos imaginemur materiam primam nudam ab omni forma substantiali & accidentali, ipsa est vnum solum & indiuisibile non habens extra partem, sicut ostendimus in primo physicorum: habet autem partem & partem, & partem iuxta partem in potentia, solum & non in actu. Cum autem imaginamur formam substantialem solum & non a materia participatam, ipsa etiam erit vna sola non habens in se aliquam multitudinem: & cum materia sit susceptibilis tam formæ accidentalis quam substantialis, constat quod ipsa non est susceptibilis formæ accidentalis, nisi per formam substantialem: & si ipsa est susceptibilis duarum formarum substantialium, non recipiet eas secundum vnam & indiuisam materiam quæ sit in vtraque. Ponamus igitur, quod suscipiat formam substantialem secundum actum, hoc necessario diuiset materiam ab omnibus alijs, & faciet in se ipsam indiuisam quæ sub eadem forma continetur: ergo forma sic participata & terminans materiam causa est unitatis: & diuersitas terminationis quæ est a forma diuersimode participata, causa est multitudinis: & sic unitatis origo & numeri est a forma. Suscipiat etiam materia prima primum accidens quod quantitas est: illius autem non erit susceptiva ex parte formæ: quia formæ non est habere partem singulariter iuxta partem: ergo accidit quantitas ex parte materiæ: & accidit secundum principium suum quod est punctus: punctus igitur ex parte materiæ est: & sic origo unitatis est a forma, & origo puncti a materia. Qualiter igitur potest dici, quod unitas est punctus? Sed intelligendum est, quod nos non dicimus, quod unitas sit punctus, vel quod ipsa fiat essentialiter, sed quod subiectum eius & subiectum vniuersæ efficiatur vnum per hoc quod unitas dicitur moue-

Vide pro hoc  
Auerro' primo  
cap. de  
substantia or-  
bu.

ri: ed quod nihil mouetur nisi quod habet situm: & ideo licet unitas sit ex parte formæ & punctus ex parte materiæ, tamen vnum indiuisibile erit vtrumque si unitas situm habere ponatur: quia punctus nihil aliud est nisi indiuisibile habens situm.

Redeunt igitur ad propositum dicimus adhuc, quod taliter dicens animam esse unitates se mouentes, nihil differret ab eo qui dicit animam esse corpora parua. Et huius quidem causa est: quia si ponamus sphaeras indiuisibiles quas dicit Democritus esse animam & esse puncta, ita quod non remaneat in eis qualitas aliqua, sed quantitas sola in genere, adhuc oportet, quod in eis differat mouens ab eo quod mouetur essentialiter, sicut patet per antedicta: & hoc accidit in magnitudine mota quæ est diuisibilis. Non enim sequitur quæritatem esse mobilem ex hoc quod est magna vel parua, sed ex hoc quod est quantitas: quia sic est diuisibilis. Omne autem motum ostendimus esse diuisibile in 6. physicorum. Si igitur unitas vel punctus ponatur moueri, oportet quod vtrumque sit quantum: & sic unitas vel punctus dicatur esse corpora parua, sicut dixit Democritus. Est autem adhuc necessarium aliud esse mouens a moto essentialiter. Si igitur unitates sunt motæ, oportet quod aliquid per essentialiter distinctum ab eis sit motuum unitatum. Si ergo anima diffiniatur essentialiter per se motuum animalium, anima per essentialiter alia erit ab unitatibus: ergo non erit mota, sed mouens tantum: non ergo erit numerus se ipsum mouens.

Adhuc autem si anima dicatur unitates vel numerus, oportet quod unitas sit quædam materialis, & quodammodo, & non simpliciter unitas formalis: oportet enim, quod unitates quæ sunt anima, habeant aliquam differentiam ad alias unitates quæ sunt alie re: formalis autem unitas non differat ab alia formali unitate, neque numerus a numero: decem enim canes & decem equi non differunt per denarium, sed potius per materiam: quia isti sunt canes & isti sunt equi. Cum igitur unitates constituentes animam, differant ab alijs unitatibus constituentibus alias res, oportet quod non sint formales unitates. Puncti autem solitarij, hoc est, secundum se accepti, quæ vtrique erit differentia ab unitate nisi potentia sola, sicut superius diximus: Cum igitur anima non sit unitates formales, sed unitates materiales, & unitates tales non differant a punctis, anima erit unitates quæ sunt puncta. Si quidem igitur dicatur, quod alteræ unitates sunt in corpore, & alia puncta quæ constituent corpora, quam illæ unitates & puncta quæ constituent animam, oportet tamen, quod sint in eodem loco ista & illa. Quælibet enim casum unitatum obtinebit locum puncti per hoc quod ponuntur motæ unitates animæ. Habent enim tunc necessario situm sicut & corporis unitates. Vtraque ergo erunt indiuisibilia habentia situm: & sic sequitur esse ipsa in loco puncti vnius. Quid enim prohibet in eodem loco esse duas unitates habentes situm? Si enim vna supponatur alteri,

Tex. & com.  
69.

Tex. & com.  
70.

non faciet aliam quantitatem cum ipsa: & similiter est si etiam infinita sibi supponantur: ergo unitates animæ & corporis differentiam non habent: quia quorum locus est indiuisibilis, & ipsa quæ sunt in vno loco & sunt indiuisibilia posita eiusdem rationis sunt posita: & non conuenit, ut diximus, tam punctis constituentibus animam, quam etiam punctis constituentibus corpus.

Tex. & com.  
71.

Si autem hoc concedatur, quod scilicet, puncta quæ sunt in corpore constituentia corpus, sunt numerus animæ qui constituit animas. Numerus enim qui est anima, ex punctis est quæ sunt in corpore, sicut iam diximus. Nunc queramus ab istis, quare non omnia corpora habeant animas, cum omnia corpora habeant huiusmodi corpora se constituentia, sicut illi dicunt: puncta enim, ut illi dicunt, sunt in omnibus corporibus: quia ponunt quodlibet corpus constitui ex punctis infinitis. Amplius autem ex hoc sequitur, quod nullum animalium moritur ex separatione animæ a corpore, sed tantum ex resolutione continui in puncta: igitur anima animalium nunquam a corporibus absoluitur: quia iam probauimus in 6. physicorum, & in libello de lineis indiuisibilibus, quod lineæ & alia continua non resoluantur in puncta, etsi in infinitum diuidantur: remanentibus autem punctis in continuo animæ remanent in ipsis: quia puncta sunt anima, sicut coguntur dicere ex sua positione. Si autem propter hoc diceretur, quod est unitates materiales, quæ formalem constituunt numerum, quo numeratur quicquid est: tunc sequitur, quod numerus habeat animam & sit animal, quod est absurdum.

Tex. & com.  
72.

Accidit etiam hinc positioni, sicut diximus, impossibile inconueniens commune quod accidit dicentibus, quod anima est corpus indiuisibile: & ab alia parte accidit inconueniens proprium quod accidit Democrito, in quantum qualis dicta est, ponit causam qua moueri est ab anima. Si enim anima supponatur esse corpus constitutum ex punctis, sicut dictum est, contingit inconueniens quod contingit illis qui dicunt eam esse corpus subtile: & hoc est, quod duo corpora sint in eodem loco. Cum enim anima sensibilis sit in toto, ed quod sentit, & est partes in partibus, & tota in toto, vbique pene trahit corpus animatum sensibile: & erit quælibet pars in loco partis corporis, & ipsa tota erit in eodem loco cum corpore quod animat: & sic duo corpora erunt in eodem loco. Hoc autem idem inconueniens accidit dicentibus eam esse numerum motum vel unitates motas. Numerum enim motum necesse est habere situm & esse idem punctis. Sequitur igitur, quod punctus qui est animæ pars quæ sit in eodem loco cum puncto qui est corporis pars quædam: & sic in vno puncto loci oportet esse multa & multorum puncta. Sicut autem se habet locus partis ad partem, sic se habet locus totius ad totum: & ideo sicut duo puncta quorum vnum est animæ, & alterum corporis, sunt in eodem loco, ita tota anima ex singularibus punctis con-

stituta in eodem loco erit cum toto corpore ex singularibus punctis constituto: ergo duo corpora erunt in eodem loco. Aut oportet concedere, quod non sit anima in corpore aliquo, nisi puncta quæ constituent ipsum corpus. Sed ex hoc sequitur, quod omne corpus sit animatum & habeat animam: quia omne corpus constituitur ex punctis, nisi quidam numerus differens esse ponatur, & alius qui sit anima ab eo numero qui est punctorum corpus constituentium. Sed tunc sequitur, sicut iam diximus, duo corpora esse in eodem loco. Hoc igitur est inconueniens commune quod accidit, similiter dicentibus animam esse corpus subtile, & animam esse numerum qui mouetur.

Tex. & com.  
73.

Proptium autem inconueniens quod accidit Democrito, accidit etiam istis, sicut diximus: accidit enim istis non esse aliquam causam motus corporis animati, nisi numerum motum: & hæc est similis causa sicut posuit Democritus. Quid enim est differentia quantum ad causam motus corporum animalium dicere sphaeras paruas motu suo mouere animal, & dicere magnificas per situm unitates, aut vniuersaliter unitates motu suo mouere corpora animata? vtrouique enim necesse est moueri animal in eo quod illa mouentur: & sic non erit voluntarius motus animalium, neque habent in facultate sua quietere, sed moueri tantum, sicut etiam supra diximus.

Tex. & com.  
74.

Ista sunt igitur impossibilia & multa alia similia his quæ accidunt illis, qui in vnum complectuntur numerum. Non enim solum diffinitionem animæ impossibile est huiusmodi esse, sed etiam accidentia propria quæ sunt animæ passiones & proprietates naturales, impossibile est attribuire numero: hoc autem facile manifestum est ei qui arguta mente tentauerit assignare causas propriarum passionum & operationum eius, ut assignet in eis causas cognitionum & sensuum, & lætitarum & tristitarum, & aliorum quæ sunt his similia. Si enim numerus constituit animam, tunc diuersas numerorum constituet vires animæ diuersas, & opera, & passiones. Sicut autem superius decidendo diximus, etiam sicut licentia diuinandi concedetur de tali unitatum & numerosum diuersitate, non erit ei facile in tali diuersitate numeros fingere.

CAPVT XI.

De improbatione operationis eorum, qui diffiniunt animam per cognoscituum, dicentium simile simili cognoscituum, & ideo animam esse principium omnium.

Tex. & com.  
75.

Tribus autem traditis secundum quæ communiter diffiniunt animam antiqui, alij enim maxime cõstulerunt in diffinitione animæ, quod est mouens seipsum. Alij autem corpus subtilissimum aut incorporalissimum inter



inter alia. Qui autem diffinierunt per mouens  
sciptum, tam isti quam illi fuerunt. Sed cor-  
pus subtile & incorporale ponentes animam,  
propter tria diuersificati sunt: quidam enim  
non dixerunt eam esse corpus, sed tamen eam  
esse corpus sequebatur ex dictis eorum, sicut  
fuerunt illi qui dixerunt eam esse numerum  
vel unitates motas: quia unitates motæ ne-  
cessariò habent situm: & ideo ipsas sequitur  
esse corpora vel aliquid corporis. Secundi au-  
tem fuerunt dicentes eam esse sphaeras indi-  
uissibiles. Tertij autem fuerunt dicentes eam  
esse harmoniam corporis: & hi tamen non  
directè dicunt eam esse corpus, sed corpo-  
ream formam. Hæc autem omnia quas ha-  
beant contra se obiectiones dubitationum, &  
quas habeant subcontrarietates, iam ferè  
preterminimus siue excuti sumus. Subcontra-  
rietates autem uoco, quando absque dubio  
rationes inducentes pro se habuerunt veras,  
licet positio eorum erronea fuerit: & ideo  
etiam prætereundo & abiiciendo terigimus  
quæ dicta sunt ab eis ferè, nisi fortè colliga-  
mus ea quibus diffiniunt animam, non om-  
nia ponentes quæ ipsi dixerunt. Scimus enim  
animam esse motiuam, sed non est motiua ita  
quod sit mota: & scimus, quod est incorpo-  
rea, non tamen ita est incorporea, quod sit  
corpus subtile, sed potius non est corpus, ne-  
que forma corporalis. Est etiã cognitiua, sed  
non ex illa causa, quod ipsa sit composita ex  
principijs entium. Relinquitur autem ut mo-  
do consideremus quomodo anima dicitur ef-  
se ex elementis. Quidam autem antiquorum  
dixerunt, quod anima ideo dicitur esse ex ele-  
mentis omniam quatenus sentiat omnia &  
cognoscat vnumquodque entium per hoc  
quod est similis illi, sicut diximus supe-  
rius.

Tex. & com.  
76.

Necessarium autem est, quod ad hanc posi-  
tionem multa sequantur impossibilia: po-  
nunt enim isti, quod anima cognoscat simile  
simili tanquam ponentes in anima res simi-  
les exterioribus rebus quas cognoscat. Scimus  
autem, quod non sola sunt in rerum natura  
quæ uocamus elementa vel principia rerum,  
sed sunt multa altera ab his. Magis autem for-  
tasse sunt infinita ad minus, in potentia &  
successione quæ sunt ex elementis, quorum  
vnumquodque anima cognoscat & propriam  
cognitionem habens de eorum quolibet.

Tex. & com.  
77.

Esti igitur anima cognoscat & sentiat ele-  
menta ex quibus est vnumquodque eorum  
quæ sunt ex eis: quomodo tamen cognoscat  
& sentiat propter hoc compositum ex illis, ut  
quis Deus Iupiter, vel Sol, aut quid est ho-  
mo, aut quid caro, aut quid os, similiter autem  
quodlibet aliorum compositorum? Non enim  
sufficit cognoscere ex quibus est compositum  
ut cognoscat compositum, sed oportet scire  
& ex quibus & qualibus est, hoc est, in qua  
proportionem componatur, & quæ sit ratio  
compositionis eorum in hoc & in illo. Non  
enim quolibet modo se habentia elementa  
componunt horam compositorum vnum-  
quodque, sed determinata rationis propor-  
tionis, & determinata compositione, quæ di-  
uidentur secundum vnumquodque, sicut

& Empe. dixit, quod os componitur ex qua-  
tuor elementis, ita quod etiam ipsum huius  
siue terra coaptata al'is elementis in amplis  
poris, quæ uocant diffusiones ipsius. Amplius  
autem dicit poros siue uasa: quia terra gros-  
sa est, & non nisi in amplis poris capi potest,  
& amphoræ ut poris indiget, quibus coapre-  
tur quam cætera elementa. Talis autem est se-  
cundum Empedo. proportio compositionis  
eius, quod duas ex octo partibus habet terra,  
cuius propria est nigredo, & quatuor ex octo  
dedit Vulcano siue igni qui est res sicca cali-  
da, ut dixit Empedo. & ideo uincensibus pro-  
prietatibus ignis super proprietates terræ, ol-  
la sunt facta sicca & dura. Vnam autem pro-  
prietatem ex octo dedit aquæ, & vnam aëri.  
Si igitur vnumquodque aliorum similiter ha-  
bet determinatam proportionem & compo-  
sitionem, ex qua oportet ipsum cognosci in  
per suum simile cognosci debeat, tunc nihil  
profectò est dicere elementa esse in anima,  
nisi rationes proportionum quibus compo-  
nuntur res, inesse dicantur, & nisi etiam re-  
aliter in anima esse ponatur ipsa rerum com-  
positio: & hoc oportet ideo: quia dicant,  
quod anima cognoscat vnumquodque quod  
est simile secundum rem & naturam. Os igitur  
& hominem non cognoscat, nisi & hæc  
in esse dicantur. Quod autem impossibile est  
omnia entia simplicia & composita esse in  
anima, non oportet nos hic dicere per ratio-  
nem & syllogismum, cum hoc per se manife-  
stum sit caribet. Quis enim vel idiota vel  
insanus dubitabit vnquam, si est in anima, aut  
lapis aut homo secundum essentiam lapidis  
aut hominis? Similiter autem est de bono &  
non bono, & de uiuo & non uiuo, & vnoquo-  
que aliorum.

Cepere ante  
duas tellus  
iustissima a-  
sis,  
Aeris ac fen-  
tri parte, Pul-  
catus & sp. a  
Quatur ex  
octo aduanti,  
que cananda  
magna  
Vn. secunda-  
que natura  
conferat of-  
fa.

Tex. & com.  
78.

Amplius autem cum ens dicatur multi-  
pliciter, significat aliud quidem substantiam  
siue hoc aliquid secundum diuersitatem præ-  
dicamentorum. Queramus igitur, utrum ex  
omnibus illis erit anima, aut non? Quod an-  
tem non sit ex omnibus, videtur ex hoc quod  
anima ponitur esse ex elementis, & non sunt  
aliqua elementa quæ sint communiter om-  
nium prædicamentorum. Queramus igitur,  
utrum ex his solis est quæcunque sunt ele-  
menta substantiarum? & si hoc detur, tunc  
queramus, quomodo cognoscat quidditatem  
aliorum generum & vniuscuiusque quid est  
in generibus in illis, cum dicant, quod non  
cognoscat nisi simile sibi simili: tunc enim  
nihil in se habet quod sit simile his quæ sunt  
in aliis generibus: oportet igitur, quod aut  
dicant animam non cognoscere res aliorum  
generum, aut quod dicant, quod sunt diuersa  
principia & elementa vniuscuiusque generis,  
& quod anima constat & componitur ex om-  
nibus illis: erit igitur anima secundum hoc  
in parte qualitas, & in parte quantitas, & in  
parte substantia, & sic de aliis prædicamen-  
tis, & erit essentialiter quodlibet prædica-  
mentum, & non accidentaliter, quia non est  
prædicatio accidentalis quando quantitas vel  
qualitas prædicatur de aliquo quod consti-  
tutum est ex principijs quantitatibus vel quali-  
tatis: sic quando dicitur de linea, quod est  
quantitas:

quantitas: vel de colore, quod est qualitas.  
Sed impossibile est animam quantitatem vel  
qualitatem esse: quia ab omnibus supponitur  
ferè, quod anima est substantia: & impossi-  
bile est, quod id quod est substantia, constituat-  
tur ab elementis qualitatis vel quantitatibus:  
quin potius quantitas constituitur ab ele-  
mentis quantitatibus, & qualitas ab elementis  
qualitatis: neque aliquid sit vnum essentialiter  
ab elementis substantiæ simili, & ex ele-  
mentis aliorum prædicamentorum. Accidens  
enim est in substantia, non sicut quædam pars  
quidditatis eius, sed sicut quædam dispositio  
quæ potest inesse & non inesse. Hæc ergo &  
huiusmodi altera inconuenientia sunt, quæ  
contingunt his qui dicunt animam esse ex  
omnibus entibus.

CAPVT XII.

Utrum cognoscat simile simili sicut dixit  
Empedocles.

Tex. & com.  
79.

Sti autem duo concesserunt quæ sunt in-  
compossibilia: dixerunt enim, quod impos-  
sibile est simile à simili pati in natura, sed po-  
tius contrarium patitur à contrario semper:  
& cum hoc dicunt, quod non cognoscat ani-  
ma nisi sibi simile, cum tamen ipsi ponant, si-  
cut & rei veritas se habet, quod sentire est pa-  
ti aliquid: & etiam moueri: omne enim sen-  
tire est recipere speciem sensibilis: & passio  
dicitur à patia Græcè, quod est recipere. Si  
enim sentire quoddam pati est, & sentire est  
simile simili: patitur ergo quoddam à suo si-  
mili: non igitur impossibile est pati à suo si-  
mili, sed à contrario semper. Cum autem mul-  
tas habeat dubitationes & difficultates ita  
dicere, sicut est dictum Empe. quod si omnia  
quæ cognoscat, & per corporea elementa  
cognoscat, quæ sunt principia omnium,  
& ad simile cognoscat omne quod cogno-  
scit, vnum quod nunc dictum est, restat  
quod si contraria sibi ipsis dicunt: restat  
enim, quod hoc ambiguit & non secundum  
expressam veritatem dictum est. Quæcunque  
autem membra sunt simplia terrea in anima-  
lium corporibus, ferè nihil sentiunt, sicut of-  
sa ferè nihil sentiunt: quoniam nullum eo-  
rum sentit nisi dentes, qui quandam habent  
medietatem in tactu: nerui autem licet sen-  
tiant, tamen magis nerui qui sunt ligamenta  
ossium adinuicem, nihil sentiunt qui sunt  
magis terrestres: pili autem vniuersaliter ni-  
hil sentiunt, & similiter vngues: & tamen  
talisa conu eniret sentire si vera diceret Empe.  
quod terra in sentimus terra.

Nota quod  
neruos non esse  
sentientes.

Tex. & com.  
80.

Amplius cum omne principium quanto  
fuerit vn uersalius & prius, tanto plura de-  
beant sciri per ipsum, sequitur secundum  
Empedo. totum contrarium si elementa sunt  
principia sciendi: quia sequitur, quod ex vno  
elemento in anima non scitur nisi vnum cui  
ipsum est simile: ad omnia autem alia magis  
est causa ignorantia propter dissimilitudi-  
nem: ergo vnumquodque principiorum se-

cundum Empe. magis erit causa ignorantia  
quam scientia: ergo elementa non sunt pri-  
ma principia ad sciendum. Sequitur autem  
adhuc secundum Empedo. quod calum quod  
ipse dixit esse Deum, sit insipientissimum:  
quia ipse dixit, quod calum non componitur  
nisi ex quinque, hoc est, ex igne, aëre, aqua,  
terra, & concordia: & ideo quia ex discordia  
non componitur, ideo similitudinem ad di-  
scordiam non habet, & ignorat discordiam.  
Mortalia autem omnia cognoscuntur, ex eo  
quod ex sex principijs quæ sunt elementa  
omnia componuntur. Ex quinque namque  
supra dictis & discordia composita sunt om-  
nia mortalia, ut asserit Empedo.

Vniuersaliter autem querendum est ab Tex. & com.  
Empedo. quare non omnia habent animam 81.  
tam simplicia quam composita? Si enim ele-  
mentum est causa cognitionis in alio quod  
compositum est, tunc multò magis erit co-  
gnoscitum in seipso. Cum igitur omnia  
corpora secundum Empedo. aut sint ele-  
mentum, aut ex elemento: & si ex elemento  
sunt, aut sunt ex vno, aut ex pluribus, aut ex  
omnibus, videtur quod omnia corpora sint  
cognoscitina aut vnus aut quorundam aut  
omnium corporum: omnia igitur habere vi-  
dentur animas.

Dubitabit autem aliquis adhuc secundum Tex. & com.  
Empedo. quid est quod vnit & in unitate te- 82.  
ner elementa in eo corpore quod dicimus  
animatum: ipsa enim elementa mixta vel sim-  
plicia comparantur materia: non autem con-  
uenit venire materia, sed potius forma. Que-  
cunque ergo est forma animatorum, illa vnit  
corpora animata, & illa forma est nobilior &  
melius quod desideratur à materia: sed om-  
nes qui ponunt animam esse, dicunt quod ni-  
hil est nobilior & antiquius quam anima. No-  
bilior quidem, ex eo quod ipsa est diuinum  
quoddam & optimum, quod desideratur à  
materia. Antiquius autem, quoniam ipsa prior  
est diffinitione & intutione efficientis. Et  
hæc præcipue conueniunt intellectu ali  
anima: quæ est substantia diuina ens ante om-  
nem corporeitatem & contrarietatem secun-  
dum ordinem naturæ, sicut supra probatum  
est. Et huius causa est: quia anima habet esse  
& nobilissimum & rationabilissimum secun-  
dum naturam. Rationabilissimum quidem, eo  
quod in se continet rationes rerum ex quibus  
cognoscat ea quæ sunt, & dat rationem & esse  
corpori. Nobilissimum autem, eo quod ipsa  
est forma vltima secundum ordinem naturæ,  
ad quam sunt elementa & omnes elemento-  
rum mixtionem & complexiones & compo-  
sitiones. Proprium autem est, eo quod incor-  
poreum: & non est vis in corpore anima in-  
tellectiua, sed separata in proprio esse consi-  
stens. Cum ergo sit talis anima, & proprie siue  
præcipue intellectiua, & elementa dicantur  
esse ante ea quæ sunt ex ipsis, & illa non pos-  
sunt esse rationabilia vel nobilia vel in pro-  
prio esse constituta, sed potius ad anima sunt  
accipientia rationem & nobilitatem, & pro-  
prij esse distinctio, non potest esse anima &  
præcipue intellectiua ex elementis. Tex. & com.  
Reprehenduntur autem omnes isti qui 83.  
dicunt

Nota quomodo  
anima ha-  
bet esse nobile  
& antiquum  
& proprium  
& præsertim  
intellectiua.



dicunt ex elementis esse animam, ex eo quod cognoscat & sentiat ea quæ sunt entia in natura. Et similiter illi qui dicunt eam diffiniri magis per motuum esse, de eo quod insufficienter locuti de anima: non enim omnia sensitiva moventur secundum locum procedendo de vno loco ad alium, licet forte moventur motu dilatationis & constrictionis omnia quæ habent animam sensibilem: hoc enim motu nullum illorum caret, quæ sensum tactus habent: & ille solus est, qui sufficit ad constitutionem animalis sensibilem animam habentis. Similiter autem non omnia motiva sui ipsorum secundum locum, sunt scientia: quia scire est habentium intellectum. Multa autem moventur secundum locum, quæ scientiam & intellectum non habent. Animatorum autem omne esse motuum secundum locum est & quando anima diffinitur per motuum in loco, tunc de motu locali processio intelligitur, quia hoc solo motu videtur anima mouere corpus: alteratione enim mouetur à qualitatibus primis: augmenti autem & decrementi causa est cibum qui ingreditur, & non anima sola. Similiter autem etiam quicumque dicunt intellectum & sensum esse ex elementis, non de omni dicunt anima: & hoc patet: quia plantæ videntur viuere, & non participare loci mutationem, neque sensum præcipue secundum quod sensus est cognitio sensibilium. Quamuis enim dicat Isaac in libro de elementis plantas habere sensum, ipse tamen dicit, quod ille sensus non est nisi naturalis tactus, & tactus elementi est sine cognitione. Et non verum fortè dicit Isaac: quoniam non est tantum gustus tactus & tactus alimenti, sed etiam nutritiua separata à sensibili, tangit nutrimentum per hoc quod vitium radicis est infixur in nutrimento, & trahit ipsum ex vi nutritiua caloris: quæ sunt in radice: hoc tamen quia sine appetitu naturali non fit, & quia radices sunt ori similes in trahendo nutrimentum, mouet Isaac ad hoc quod dicit plantas habere deos sensus naturales, qui sunt gustus & tactus. Adhuc autem illi etiam qui sensum & intellectum dicunt causari ex eisdem elementis, dimittunt dicunt de anima: quia videmus, quod multa sunt animalium sensum quidem habentia, & non intelligentiam.

Tex. & com.  
84.

Si autem aliquis intellectum & sensum segregauerit, ita quod sint diuersæ partes animæ eiusdem, & concesserit, quod ista anima intelligens & sentiens habet suum intelligere & suum sentire ex elementis ex quibus est, non est adhuc sermo perfectus: iste enim sermo non est de omni anima, quia non est de vegetatiua: neque est de tota anima, quia non est de mobilibus secundum locum, quod est omnis animæ habentis intelligentiam & sensum: neque est de vna anima quæcumque sit illa, quia nulla talis est anima quæ tantum intelligat & sentiat & nihil aliud operetur. Hanc autem eandem reprehensionem sustinet opinio, quæ tangitur in capitulis quæ facit Orpheus: is enim dixit, quod totum id quod nos continet, hoc est aer, quod est ple-

num dijs, quos vocauit animas quæ ingrediuntur & afferuntur ad nos respirantibus ventis per anhelitum: dulciorem tamen esse animam zephyri quam aliorum ventorum, eo quod nubes tollat & molliat auram: is enim non de omni anima dixit, sicut neque alij: quia non est possibile hoc accedere plantis quod afferant sic animam, neque etiam multis animalibus quæ non respirant, quia non respirat nisi animal ambulans multum habens sanguinem. Hoc autem latuit sic opinantes.

Similiter autem ab alia parte reprehenduntur de superfluitate: sicut enim diminuti sunt in doctrina animæ, sic in causis quas ponebant, sunt superflui. Dixerunt enim causam cognitionis omnium esse, quia anima est ex elementis omnibus habens in se omnium qualitates elementorum: & hoc est superfluum: quia etiam si concedatur, quod oportet dicere animam esse ex elementis, non oportet tamen, quod constitui ex omnibus dicatur elementis: quia cum contraria reducantur in priuationem & habitum secundum causam, vt nos diximus in libro physicorum, sufficiens est altera pars contrarietatis, quæ scilicet est per modum habitus ad diuidendum & cognoscendum seipsam, & oppositum quod est per motum priuationis. Et hoc in simili nos videte possumus: quia nos in geometricis per recti diffinitionem scimus & ipsum quid est rectum, & quid obliquum: non enim, quod regulam sonat, est id per quod habetur iudiciu de vtroque: obliquum autem cum sit priuatio recti, neque est principium siue iudex sui ipsius cognitionis, neque alterius quod sibi opponitur per modum habitus. Et similiter est in qualitatibus elementorum, sicut in antehabitis libris determinatum est.

Tex. & com.  
86.

Sunt autem quidam Philosophorum, qui dicunt animam misceri in toto vniuerso, tam in elementis eam esse ponentes, quam in elementatis. Ex qua positione etiam Philosophus Italus, qui de Italia fuit, Empe. nomine, causam sumpsit suæ opinionis, dicens omnia esse plena dijs, eo quod idem dicebat esse Deum & noym & vniuersorum materiam. Hi autem habent quasdam speciales contra se dubitationes: quarum prima est, quod queramus ab eis, quam ob causam anima cum sit in elemento simplici quod est ignis vel aer, non facit ipsum animal cognoscens & sentiens? Hoc enim mirum videtur, cum videatur simplicioris corporis quod est causa aliorum corporum, esse debere nobilior & melior anima. Queret etiam aliquis rationabiliter ab his, quia illi dicunt animam esse principium motus, quare animam quæ est in elementis, secundum eos est melior & immortalior, cum non constituat animal, quam ea quæ est in animalibus, quæ animal comprehendens & sentiens constituit?

Tex. & com.  
87.

Accidit autem vtrique inconueniens & irrationabile in reprehensione istarum questionum: & namque dicere, quod animal sit ignis vel aer, est maxime irrationabile hominum: quia dictum istorum est simile factorum

tuorum dicto. Et dicere, quod non sint animalia cum insint eis animæ, inconueniens est omnino: quia secundum hoc nulla erit differentia inter esse animam in aliquo corpore, & non esse animam in ipso in constitutione animalis.

## CAPVT XIII.

*De causa illius opinionis, quæ dixit animam esse ex elementis, & specialiter ex aere: & est digressio in eo declarans diuersas causas, & tres opiniones circa hoc.*

Tex. & com.  
88.

Causa autem huius opinionis partim facta est ab Aristotele, & partim tangerur à nobis: dicit enim Aristoteles, quod causa quare opinabantur animam esse in elementis nobiliorem & immortalitorem quam sit in his quæ constituuntur ex elementis, fuit hæc, quod viderunt totum & partem in simplici corpore esse simili specie & formæ: & tamen ex hoc sequitur, quod necessarium sit, quod etiam ipsi dicant, quod anima totalis est similis speciei & partis cum anima partis. Est autem opinio eorum de de parte quod opinantur, quod animata sint mixta corpora, propter hoc quod aliquid continentis & circumdantis aeris per anhelitum recipitur intra corpora eorum: & cum pars intras recepta sit eiusdem speciei cum ea quæ remanet extra de aere, & concedunt, quod intras recepta est animatum corpus, dicunt consequens esse, quod totus aer extra manens sit animatus. Et contra hoc dicit Aristoteles, quod si aer diffusus vel dispersus, cuius quedam pars est intras, & aliud totum est extra, est similis speciei: tunc consequens est vt etiam anima totius aeris extra & partis intras sit similis speciei. Si ergo exterioris aeris anima est immortalis vt pote quæ semper viuificabit & viuificat viua, consequens est animam, quæ est in aere qui intras est receptus, esse immortalem: & hoc ipsi non dixerunt: sicut enim se habet suscipiens anima ad suscipiens, ita anima ad animam, & e conuerso. Si autem aer dicatur esse speciei similis, sicut diximus, & anima dicatur esse dissimilis, tunc sequitur necessario, quod non ambæ partes aeris suscepiibiles erunt anima: sed vna pars potest esse anima susceptibilis, & alia pars non erit, eo quod suscipiens proprium non habet. Sequitur igitur alterum de duobus, quod aut scilicet aer sit similis partis, & anima similiter: aut si ipsa est dissimilis & aer similitum partium, tunc sequitur, quod anima non sit in qualibet parte totius aeris. Hæc autem inconuenientia sunt secundum ipsos. Manifestum est igitur ex his quæ dicta sunt, quod neque cognoscere inest animæ, propter hoc quod ex elementis sit: neque mouere ponitur bene vel verè ex causis quas assignauerunt Philosophi.

Digressio.

Scias autem circa materiam istam esse tres opiniones, quarum vna antiquissima est quam D. Alb. Mag. lib. 1. de anima.

persecuti sumus, quod scilicet anima sit in omnibus elementis, præcipue corporis, scilicet igne, & aere, eo quod illa sunt quæ videntur animare corpora per calorem naturalem & respirationem & spiritum, sicut diximus superius. Et dicebant elementa non animare corpora composita, nisi propter hoc quod ipsa in se animata sunt, ponentes materiam subiectam eis esse diuinam, eo quod videbant esse ingenerabilem & incorruptibilem: & per hoc diuinum dicebant quod animabat corpora: vnum quidem perforando & faciendo vias per corpus quod est calor: alterum autem quod discurrit in foraminibus corporum animatorum quod est spiritus aeris vel aeris: & idem aerem principalitorem dicebant in animando: & hæc fuit ratio Orpheæ & aliorum. Videbant etiam spiritum esse vehiculum virtutis in corpore per modum illum quo radius & lumen est virtutum celestium vehiculum in mundo: & quia sic discurrit per corpus & vehit virtutem, & operatur naturales operationes & vitales & animales: naturales quidem in hepate per attractionem, digestiuam, nutritiuam, & expulsiuam, vitales autem in corde per arterias pulsas in arteriis vitiorum, & animales in cerebro per sensum & imaginationem, & ceteras operationes animales, dicebant spiritum esse animam. Est autem adhuc quod induxit eos, quod spiritus inclusus in viscositate seminis animatorum operari videtur organa corporum & figurare corpora: & idem quia videntur operari spiritum vt animam, dixerunt spiritum esse animam. Non autem sic anima aer propter hoc quod est intras eum non accipiat aliquid à corpore, sed potius det refrigerium quod secum attulit: & idem oportuit cum prius fuisse animam aut animatum: & cum sit eiusdem rationis in specie cum toto aere, dixerunt totum aerem esse animatum: & hæc fuit vera ratio quæ induxit istos. Et contra hoc fecit Constantinus librum ad istum errorem elidendum: quoniam sine dubio spiritus ille corpus est, anima autem non est corpus. Similiter autem spiritus instrumentum animæ est quod mouet totam corpus, & anima non est instrumentum animæ. Spiritus enim est corpus aerem lucidum à vapore cibi, vel per anhelitum inductum, mediante quo anima mouet corpus, & quod est vehiculum virtutum quas anima insuit corpori: quod quidem animæ opera perficit, sicut instrumentum artificis inducit formam quam habet in mente artifex, non quidem vt est ferrum, vel lignum, sed provt est ab anima directum & motum. Similiter spiritus ille quando digestus & purificatus est ab anima, & directus ab ipsa, cum omnes animæ perficere potest operationes quas anima habet in corpore. Hic autem spiritus abundantior est in corde & in pulmone & in arteriis, sed paucior est in alijs: est tamen in omnibus: quod ostendit ipsa aliorum spumositas quæ est in sanguine & semine & cibo, & alijs humiditatibus, quæ profecto spumositas non est nisi ex spiritu incluso in eis. Hic etiam potest formari per cellulas capitis quæ sunt tres, anteriores

rior, & media, & vltima distincta, sicut dici habet in libro de animalibus.

*Secunda est opinio qua est anima inchoata, pro qua vultur inchoatio inchoatio inchoatio.*

Secunda autem opinio est dicentium, quod elementa quidem non sunt animata extra compositionem: sed tamen compositio & commixtio elementorum in se habet primam animam perfectionem & essentiam: & vocant primam animam perfectionem & essentiam inchoationem animam, eo modo quo inchoatur aliqua alia forma in sua propria materia, quando est in potentia habituali ad illam formam proximam in illa: dicunt enim illi, quod anima est perfectio corporis commixti physici: perfectio autem omnis corporis physici in ipso est secundum potentiam formalem, antequam sit in actu in eo: physicum autem corpus est commixtum ex elementis: anima igitur secundum suam primam inchoationem præcipue secundum vegetari & sentire est in elementis commixtis. Adhuc autem vegetativum & sensitivum nunquam operantur, nisi per corpus expleant suas operationes: sicut autem se habet operatio ad organum, ita se habet substantia cuius est illa operatio ad substantiam: sic substantia est vita in corpore, sicut & operatio expletur per corpus: substantia autem quæ de esse corpori, & est substantia ipsius vel perfectio primo formali potentia est in semine corporis: & videtur, quod sit in commixtione elementorum anima, licet ante commixtionem elementa haud animata sint. Et hoc quidem dixit Alexander Græcus Peripatheticus. Sed hoc non esse verum patet ex hoc, quod anima non est harmonia, sicut supra probatum est. Et vltimus etiam hoc addimus, quod etiam non est aliquid sequens harmoniam: quia cum harmonia sit corporalis contemperantia elementorum, non potest aliquid sequi harmoniam, ut essentialiter causatum ab harmonia, nisi forma corporalis: anima autem nullo modo est forma corporalis: ergo anima non est & sic in commixtione elementorum. Adhuc autem si anima secundum sui inchoationem & potentiam formalem esset in elementis, vel ex elementis, operaretur etiam, quod anima perfecta vltima perfectione esset ex elementis: quia, sicut diximus in fine primi physicorum, talis potentia eadem est in essentia cum actu, licet secundum esse sit differens: hoc enim esse nominat potentiam & actum. Si autem hoc esset verum, non haberet anima operationem nisi formam corporalem quæ sequitur mixtionem: omnis autem talis forma habet unicam operationem: & sic anima non haberet nisi unicam operationem: & hoc falsum est, cum vegetabilis & sensibilis & intellectualis anima multas habeat operationes: & ideo ista opinio sanè falsa intelligitur aut convincitur: unde licet anima potentia sit in semine commixto, non tamen est in semine causata à commixtis ipsis vel à commixtione, sed potius causata ab anima decedente semen, sicut infra dicemus: vel etiam ab intelligentia mouente stellas, sicut in his quæ ex putrefactione generantur. Quod autem quando perfecta sunt vegetativa & sensitiva non operentur nisi in corpore, hoc non ideo est, quod sint causata à com-

mixtione, sed potius ideo quia sunt virtutes in corpore, non à corpore causata, nec à commixtione corporali, quauis causantur in ipso quod corporaliter commixtum est. Huius autem expressa ratio inferius ostendetur.

Tertia vera opinio est quorundam nostrorum fociorum dicentium animas vegetabilium & brutorum animalium esse ex traductione. Dicunt enim illi, quod quando semen deciditur à corpore aut parte corporis, deciditur etiam pars animæ ab anima: & ex illo quod ab anima deciditur, fit & generatur anima generata. Huius autem signum esse dicunt quod compositum est embryonem per cotildones adherere matricibus, & habere cutariam contra arteriam matricis, & venam contra venam, & sic de aliis: ut & sic spiritum & sanguinem trahant à matrice: quod non esset, ut dicunt, nisi traduceretur anima embryonis ab anima matris. Adhuc autem dicunt non esse completam aliter propinquitatem inter parentem & prolem, nisi aliquid animæ traheretur à parente in prolem, ut dicunt. Sed hoc mirum esse videtur qualiter anima potest decidi ab anima, cum anima sit indivisibilis, & nihil ab ipsa decidi possit. Adhuc autem non fit generatio ex eo quod est actu pars, sed potius ex eo quod est potentia pars corporis, quod est superfluitas digestionis: & hoc non est adhuc animatum anima parentum secundum actum: & ideo nihil animæ deciditur ipso deciso. Hæc autem magis pertinent ad tractandum in libro de animalibus, ubi agitur de animalium generatione. Sed quod hic sufficit, est quod dicimus semen esse ex quo est generatio, vel id quod est sicut semen consequens materiam, ut patet in his quæ ex putrefactione generantur, vel ex alia quacunque elementorum commixtione per virtutes stellarum in species plantarum vel animalium producta. In omnibus enim talibus præter commixta elementa est resultatio virtutis animæ vel intelligentiæ, quæ resultatio est forma inchoans animam vel essentiam animæ. Sicut enim videmus in operibus artis, quod dolabrum de virtute anguli habet scindere ligna vel lapides, sed ad formam domus non deducit ea quæ scindit, nisi per operationem & formam artis quæ est in intellectu pratico artificis: & sic dicimus artem facere artem, quia forma artis in anima artificis existens educit illam quæ est in lignis & in lapidibus: & hoc non est potentia in lapidibus & lignis secundum quod lapides sunt aut ligna, sed potius secundum quod subiiciuntur instrumentis artis & ipsi formæ artis quæ est in artificis mente. Sic etiam dicimus, quod omne semen ex quo fit generatio, siue sit in matrice alicuius animalis, siue non sit, habet in se virtutem formativam, quæ abique dubio virtus est in semine non ex elementis, sed sicut artificis forma est operans super ligna ut fiat artificiatum. Sed tamen est differentia in hoc quod virtus formativa est in semine, forma autem artis in arte operans est in anima. Hæc autem virtus formativa datur à anima, vel ab eo quod est simile animæ. Ab anima quidem,

*Tertia opinio qua fuit Socrorum Doctorum.*

*Formæ artificiales non sunt in potentia in lapidibus & lignis secundum quod sunt ligna aut lapides, sed secundum quod subiiciuntur instrumentis artis & formæ artis quæ est in anima artificis.*



quidem, quando semen maturatur in corpore animato in potentia educitur ab ipso. Ab eo autem quod est loco animæ, quando semen maturatur extra corpus animatum à lumine & virtutibus. In corpore autem animato fit duobus modis. In vegetabilibus fit per maturationem quæ est in fructu: quia vegetabilia ubique in se virtutem habent generativam dispersam: & idèd ubique adhaerentia sibi semina maturantur, & virtutem recipiunt formativam: in animalibus autem fit per membrum determinatum ad generationem: semen enim in nulla parte corporis efficitur verè semen, hoc est, potens producere simile in specie ei cuius est semen, nisi maturatum in membro ad generationem ordinato, hoc est, testiculis vel in eo membro quod est testiculorum loco, in quibus virtus animæ generativa habet situm. Sine autem fiat in corpore animato, siue extra oportet observare qualiter fiat: & hoc bene considerandum solvit totam antiquorum contradictionem istam.

Sciendum igitur, quod omne agens in corporeum quod imprimit speciem suam in rem corpoream, & per corporeum instrumentum, oportet quod agat aliquando sic quod species quam imprimit, sequitur magis substantiam cui imprimitur, & aliquando magis assimilatur speciei agentis, & aliquando assimilatur secundum quid utriusque: & hoc fit propter diversitatem eius quod suscipit suam impressionem siue formam in quam inducit. Est autem motor primus omnino incorporeum agens, quod tamen agit in materia quæ est ex contrariis & commixta ex elementis & qualitibus elementorum, & agit per instrumentum corporeum quadrupliciter, quorum unum est virtus quæ est in corporibus caelestibus, aliud autem virtus quæ est in lumine caelesti descendente, & tertium, motus caelestis, & quantum est qualitates primæ quæ sunt in elementis: & idèd in quibusdam quæ tantum commixta sunt materialiter, non inducit nisi formam corpoream, sicut in lapidibus & metallis: & hoc est differens corporaliter secundum omnem diversitatem lapidum & metallorum. In quibusdam autem quæ æqualitari caliditate magis appropinquant, & ab excellentia contrariorum elementarum multum elongantur, multum resultat de lumine suo, sicut in intellectuali anima, quæ tota est extra corporeitatem & materiam contrarietatis, sicut superius diximus, & est similitudo quædam agentis primi propter quod dixerunt Philosophi quidam mediante intelligentia animam causari: quia similitudo est solius intellectualis naturæ primæ causæ quæ similitudinem suam in tali & non ex tali materia producit: propter quod etiam intellectualis anima non ex materia dicitur produci, sed potius ab extrinseco ingredi, ed quod nullum elementorum diversum, neque etiam elementorum commixtio potentiam habet coniuncti quæ sit radix elementalis talis animæ, sed tantum lumen intelligentiæ agentis est radix eius, ita quod aliquando à Philosophis vocatur resultatio intellectus divini in corpore physico potentia vi-

*Nota differentia inter virtutes formativas quæ sunt in seminibus plantarum & animalium.*

*Primus motor agit per instrumentum corporeum quadrupliciter.*

*Quare anima intellectualis non ex materia produci dicitur, sed ab extrinseco ingreditur.*

tam habente: & aliquando vocatur umbra intellectus divini, ed quod lux illa quæ causatur ab intellectu agente in naturis, aliquantulum obumbratur ex inclinatione ad materiam corporis physici cuius signum est, quod anima intellectualis inquisitiva est, & accipit cum continuo & tempore, cum intellectus qui separatus est, omnino sit sine inquisitione, apud quem sunt simplices formæ & quidditates rerum. Quod autem sic causetur pars & anima intellectualis, & non ex materia educatur, neque in materia sit radix eius, ex hoc probatur quod supra dictum est, intellectum esse ante corporeitatem & contrarietatem secundum naturam, & quod habitum est intellectum esse antiquiorem materia corporali secundum naturam. Habetur autem etiam ex hoc quod si radicaretur in aliqua materia vel virtute corporali, indigeret in operatione sua materia illa & virtute corporali, & non esset separata anima intellectualis. Nos in tertio huius doctrinæ libro ostendemus eum esse separatum in substantia & operatione. Nullus igitur alius modus productionis inesse potest etiam intellectualis animæ, nisi qui dictus est, & nullo modo reducatur in elementis, neque ex elementis educitur. Propter quod eleganter dicit Aristoteles in 16. animalium solum intellectum ab extrinseco, non ex elementis ingredi in esse & produci. Anima autem vegetabilis & sensibilis producuntur ex materia, & radicem habent in materia, sed virtute agentis incorporei, siue hoc sit intellectus movens stellas, siue sit virtus formativa in semine animatorum corporum, sed tamen radix istarum animarum non est forma elementalis, neque aliquid sequens commixtionem elementorum, sed potius forma impressa ab anima decedente semini vel impressa à motore orbium, sededucta instrumentis corporalibus quæ sunt lumen & virtus & motus caelorum & stellarum & qualitates elementales in se habentes caliditatis & animæ virtutes: & idèd tales animæ sunt quidem virtutes in corpore existentes, & siue eo non expientes operationes suas, sed tamen radix earum & inchoatio est forma impressa semini à virtute incorporea, ut dictum est. De his autem quæ generantur ex putrefactione, in 4. meteororum fecimus mentionem & assignavimus causam. Hæc autem omnia quæ hic diximus, apertius in libro animalium dicentur, ubi de operatione spermatis proprium nos oportet facere tractatum. Sed ea quæ hic dicta sunt, breviter ad intellectum opinionum inductarum sunt inducta.

*In tractatu non est ista virtus in 2. de generatione animalium cap. 3.*

CAPUT XIV.

*Et est digressio declarans causam dicti antiquorum, quo dixerunt simile simili cognosci.*

**E**t autem adhuc inquirendum, utrum simile simili cognoscatur: & quia hoc dixerunt illi qui animam cognitionum omnium diffiniendam

*D. Alb. Mag. lib. 1. de anima.*

diffiniendam esse cōserunt. Videbatur enim hoc omnibus ferè antiquis: quoniam, vt inquitur, aut anima aliquid simile apud se habet vnde rem cognoscit, aut non habet. Si autem habet aliquid simile apud se, tunc habet rem propositam, quod simili quod habet apud se cognoscit quicquid cognoscit. Si autem apud se simile rei cognita non habet cognita, ergo rem se cognoscere nescit: quia non habet aliquid ad quod cognitionem rei examinet. Cum enim quærit rem & inuenit, scit se inuenisse. Aliquid autem est principium apud se, quod regit eam in inquirendo: quia aliter per incerta quæreret: & hoc non est verum: oportet igitur, quod principio aliquo formali regatur in inquirendo: & hæc est aliqua rei similitudo: oportet igitur, quod certificat eam esse rem quam inuenit: quia aliter quæreret in infinitum. Constat autem, quod hoc iterum est aliqua ferè similitudo: & idè oportet in anima esse similitudines rerum: & ita cognoscit simile simili. Adhuc autem nihil appetit & quærit nisi quod est sibi simile: & nihil mouetur ad aliquid, vt dicit Boëtius, nisi per quod est simile illi. Nec enim vnquam materia vel potentia materialis mouetur ad aliquam formam cuius apud se non habet aliquam similitudinem. Est autem cognitua potentia naturalis & mota ad rerum species quodammodo: oportet igitur ipsam cum eis habere similitudinem. Adhuc autem agens semper est nobilius anima. Videtur igitur, quod nulla rerum exteriorum ei imprimat suam speciem nec ad cognoscere perficit ipsam: cum autem cognoscit, oportet quod per assimilationem cognoscit: oportet igitur vt apud se iterum habeat similitudines, & non acquirat ab extra.

Omnes autem dictæ rationes Platonis sunt & Augusti, & Boëtij Platoniorum, qui dixerunt Platonis musam in hoc verum personare, quod dicebat, quod quisque dicit, immemor recordatur: & quod omnium scientia & cognitio est naturaliter apud animam, sed occupata sensibus & grauata carne, haud potest mox redire ad se vt statuat oculum considerationis in seipsa, & videat ea quæ habet apud seipsam: per studium autem eleuatur supra molem carnis & per speciem rei extra, vel per auditum excitatur ad videndum hoc quod in se habet: & per hoc venit in reminiscenciam eorum quæ habet apud se. Et huius dicunt esse simile in eo qui longo tempore est oblitus rei alicuius, & subito occurrit ei simile simili: tunc enim ad vsum illius venit in memoriam prius oblitæ: & ita dicunt fieri de omni rerum scientia. Huius autem signum est, quod dicunt in pueris, qui primò res non distinguunt, omnem virum vocantes patrem, & omnem feminam matrem: postea autem excitati per visum & auditum frequenter, discernunt ex seipsis vnum ab alio, quando ad se redire possunt. Menon autem Py-

thagoricus & vniuersaliter omnes Platonici, & multi Stoicorum istam opinionem semper defenderunt. Hæc igitur fuit ratio qua antiqui inducti sunt ad hoc quod dixerunt simile simili cognosci & in hoc omnes conueniunt. Causas autem huius volentes assignare diuersas in vias diuerterunt: & alij quidem causam huius assignantes animam ex elementis esse dixerunt: ed quod putabant species omnium esse species elementorum, sic vel aliter commixtorum, & mixtum nullam omnino habere speciem præter eam quæ est elementarium: specierum congregatio quædam. Alij autem dixerunt animam esse imaginem separatarum intelligentiarum, & esse plenam formis & rationibus rerum, & sub illis formis habere rerum scientiam: neque exigebatur secundum eos ad scientiam, nisi quod habitæ formæ in anima ad res determinarentur. Et alij dixerunt, quod anima est materia prima in qua sunt omnes formæ per aliquem modum latentes tamen: sed cum additur super potentiam animæ lux intelligentiæ agentis, tunc vider eas in se. Materia autem corporali, ed quod non additur talis repletentia lucis supra eam, non potest eas in se videre. Et iste fuit Anaxagoras & quidam alij.

Sed hæc omnia melius infra determinabuntur, quando de intellectu possibili & agente habebitur tractatus: sed quantum hinc sufficit, sciendum est, quod in materia sunt omnes formæ per inchoationem, & non per coadunatum habitum, quarum illa potentia susceptibilis est: & ideo potestate illa habituali imperfecta omnes habet, & actu distincto & determinato nullam habet omnino: & hæc est causa quod quærit perfici, quia imperfectum, aliquid tamen habet vnde ordinetur ad perfectionem, quærit. Sed id quod nullum habet in se habitualiter ordinans ad perfectionem, nullam omnino quærit perfectionem: quia non habet vnde percipiat eam: potentia enim nata fieri aliquid, non fit illud nisi per priuationem: quia subicitur morui ad illud: & quia iam inchoatum est in ipsa potentia quæ perficitur, idè scit se inuenisse quod quærit, quando videt illud in se reduci ad actum determinatum & distinctum, & agens in illa reductione est species cognita à rebus extra accepta: per illud etiam habet similitudinem incompletam ad illud ad quod mouetur quando quærit. Si enim haberet similitudinem completam, iam non quæreret ulterius, sed quiesceret in similitudine illa: & sic intelligitur id quod Philosophi dixerunt, quod non mouetur aliquid ad aliquid, nisi per hoc quod est simile illi. Quid autem sit faciens pueros distinctam rerum habere cognitionem, determinamus in principio physicorum nostrorum. Per dicta ergo satis patet qualiter falsum est scientiam rerum esse apud nos & rerum omnium similitudines, & ostensa est erroris causa antiquorum. Relinquitur autem determinare vtrum possibilitas materiæ eadem sit cum possibilitate cognoscens animæ, ed quod vtraque est potentia omnia & actu nihil: sed non potest determinari

Opinio prima.

Vide pro opinione primam ipsam in 3. de anima super textu 3.

nari nisi prius sciatur possibilis intellectus: & idè vsque illuc differatur.

## CAPVT XV.

*Verum anima diuersa agat per vnã substantiam & diuersas potentias, vel per plures substantias & plures potentias, in quo etiam habetur vtrum vegetabilis & sensibilis & rationalis vna sit substantia in homine.*

Tex. & com. 89.

**H**is autem habitis satis secundum antiquos patet aliquantulum de substantia animæ determinauerunt: diximus autem in principio proemij, quod non solum quærenda est animæ substantia, sed etiam de partibus animæ oportet habere quæstionem: & idè dubitationes antiquorum de partibus hinc subinferimus dicentes, quod ea quæ sunt in anima tanquam partes, antiqui ad quatuor reduxerunt: viderunt enim quicquid est vnus generis, ab aliqua natura vna principium sumere: & omne quod cognitum est in anima, ad vnã primum principium cognitionis reduxerunt: & illi primo principio dederunt cognoscere per intellectum, & sentire, & opinari, ed quod quodlibet illorum, sicut diximus, communicat & participat cognituum aliquid per naturam & habet potentiam passivam ad ea quæ cognoscit. Adhuc autem in anima viderunt esse concupiscere per sensum rei conuenientis vel di. conuenientis & deliberare per rationem regentem voluntatem, & omnino & vniuersaliter appetitum qui communis est & vegetabilis & sensilis & rationali animæ: & cum concesserint ista esse secundum motum factum ab anima, & sic inesse secundum potentiam actiuam vel formalem, & ideo ad principium cognitionis non posse reduci, & idè ista inesse animæ secundum diuersas naturas & principia videbantur. Adhuc etiam viderunt, quod motus secundum locum est ab anima in animalibus, & coniecerunt inter omnia mouentia perfectius esse id quod mouet secundum locum: appetitum autem esse imperfectum in quantum appetit: & idè existimauerunt motuum secundum locum secundum eandem naturam conuenire animæ, per quam conuenit ei esse cognituum vel appetituum: & idè hæc tria secundum tres naturas animæ dixerunt inesse. Vltcrius autem procedentes inuenierunt in anima augmentatum & iuuentutem & senectutem & decrementum, & hoc semper agere per calorem naturalem qui est virtus corporea, & in hoc differre à phycis: & ideo iterum hoc existimauerunt cauari ab aliquo speciali principio. Et idè quærendum, vtrum toti animæ in sit secundum vnã & eandem naturam & essentiam vnũquodque istofum, ita quod eodem aliquo omnia hæc prædicta facimus, & omnibus prædictis si vna natura & essentia sunt, & intelligimus, & sentimus, & facimus, & patimur aliorum vnũ.

D. Alb. Mag. lib. 1. de anima.

quodque, ita quod possumus dicere, quod vegetatio intelligimus, & mouemur secundum locum & alia facimus, & intellectu augemur & mouemur secundum locum & sentimus & reliqua facimus, ed quod omnia hæc vnũ & idem sunt: hoc est quærendum, vtrum diuersis essentis & diuersis potentis facimus illa diuersa quæ dicta sunt, sicut dixit Plato. Est autem intellectuum inter duo, quod vna essentia & diuersis potentis hæc sunt, vel vna potentia & diuersis essentis: sed non potest esse hoc vltimum membrum, quia nunquam est vna potentia diuersarum essentiarum. Remanet igitur vnũ solum medium quod est vna essentia facere hæc omnia per diuersas potentias naturales, quæ sunt vnã in illa essentia. Primum autem horum membrorum etiam abiciemus, ed quod impossibile est vna essentia & eadem potentia plura facere: quia scimus, quod idem eodem modo se habens non facit per se diuersa. Scimus autem, quod anima omnia quæ superius enumerata sunt, per se facit & non per accidens. Quæramus igitur de duobus relictis membris, vtrum vnũ scilicet faciat ea quæ dicta sunt multis naturis & potentis vel vna natura & multis potentis. Si autem pluribus facit essentis ea quæ dicta sunt, tunc quæramus, vtrum iste actus qui est viuere, conueniat animæ secundum aliquod vnũ præhabitorum, aut secundum plura ex eis, aut secundum omnia quatuor enumerata, aut etiam conueniat eis ex aliqua alia causa quæcumque sit illa.

Dicunt autem quidam & partibilem & partitam esse animam per essentiam & locum, & concedunt, quod alio quodam intelligit, & alio concupiscit & cognituum partem secundum suas differentias ponentes in cerebro, concupiscibilem vero ponentes in hepate, vegetabilem autem præcipue ponentes in vasibus & membris genitalibus, & motiuam secundum locum attribuentes posteriori parti cerebri & nuchæ, quæ descendit per dorsum spondiles, à quibus oriuntur nervi motiui. Viuere autem quidam attribuit secundum vnã istarum partium quæ est vegetabilis, sicut Dionysius Philosophus diffiniens vitam dixit, quod est motus generis nutritibilis naturam assequens. Alij autem, vt Plato dixit, viuere esse secundum aliam causam quæ sita est in corde, & insinuat vitam corpori per arterias super spiritum qui vehit vitam. Alij autem communiter dixerunt vitam inesse secundum quamlibet supra dictarum partiarum. Illi autem qui dixerunt animam in eodem corpore esse partitam per diuersas essentias, rationes habeant vel habebant: quia quæcumque separata inueniuntur loco & intellectu aliquando, secundum naturam & essentiam diuersa sunt, etiam quando in eodem continente ea inueniuntur. Inuenimus autem vegetatiuum sine sensitiuo, & motiuum secundum locum & sine concupiscencia, sicut in plantis. In quibusdam autem inuenimus sensitiuum sine motiuo secundum locum, vt in spongia & ostreis & conchilibus quibusdam. Aliter autem inuenimus motiuum secundum locum absque sensu, sicut in intelli-

Tex. & com. 90.

Rationes Pythagoricorum potentis plures animæ in eodem spongio.

D. 3. gentis



gentis, in quibus etiam non est concupiscencia & deliberatio & appetitus, eod quod nullius egent secundum naturam. Cum igitur ista sint separata per locum & subiectum, constare videtur quod supra dictum est, quod sunt diuersæ essentia & natura. Amplius autem quoniam quæ in corpore sunt, secundum diuersas differentias temporis, sunt diuersa in essentia & natura. Est autem primò secundum tempus vegetari & alimento uti quam concupiscere & sentire & mouere secundum locum: & prius est concupiscere, quam mouere secundum locum motu procedente de loco ad locum: & prius est ista, quam intelligere: ergo ista omnia differentiam videntur habere in esse & natura. Amplius quæcumque in diuersis & diuersarum commixtionum corporibus subiecta sua quærant, diuersa sunt in esse & natura: quoniam sicut se habet susceptibile ad susceptibilem, ita se habet perfectio suscepta vnus ad perfectionem susceptam ab altero. Sic autem se habent superius induta anime: eod quod vna in cerebro, altera in hepate, & tertia in alterius modi esse mixtionis & compositionis membro habet suscipi: igitur ipsæ sunt diuersæ in esse & substantia & natura.

Hæc autem quæ dicta sunt, induxit primum Pythagoras: & intantum præbuit eis assensum, quod diuersa animalia dixit congregata in vno animali, ita quod dixit hepar esse animal, & matricem aliud animal, & cor aliud animal principale inter illa, & cerebrum obtinere locum sublimis cælestis animalis. Et postea veniens Plato correxit errores in parte & non in toto: dixit enim hæc omnia diuersas esse substantias secundum situm & esse, sed tamen vnâ animam, & ideo constituit vnum animal: eod quod conueniant omnia in animando. Animam enim anima perfecta dicitur habere & cognitionem & appetitum & motum & vegetationem: propter quod dixit Plato, quod nisi hæc diuidantur, licet sint substantiæ diuersæ, tamen non sunt nisi pars anime: quia non animantur secundum perfectum modum animationis, qui est, ut ipse dixit, ex hoc quod alicui conueniant omnia illa quibus animatum differre ab animato.

Et hunc errorem hucusque in diem sequuntur quidam Latinorum Philosophorum, præcipue in sensibili, vegetabili, & rationali, qui dicunt esse diuersas substantias & vnâ animam in corpore hominis, adducentes quod Aristoteles videtur dicere in sexto decimo libro suorum de animalibus, vbi dicit, quod non est viuum & animal simul, neque est viuum & homo simul, & quod ciuitatis anima prius inest quam sensitiua, & alia huiusmodi. Adducunt autem simile per quod suadere volunt diuersas substantias habere vnâ rationem anime in animando. Dicunt enim diuersæ naturæ esse luminaria cæli, & in diuersis locis, & tamen radios & luminæ eorum vniri ad vnâ mundi illuminationem, qua vniuersa materia generabilium & corruptibilium mouetur. Idem autem asserunt in luminibus diuersarum candelarum in illumi-

*Nota opinio- nem Platonis de animarum pluralitate secundum rationem substantia & esse non secundum rationem animandi in eodem supposito.*

natione domus. Similiter autem alia quædam inducunt probabilitatem habentia in superficie apud imperium & insanam vulgus: sed fortiora quæ hic efficere videntur, sunt quæ nos hic induximus.

Faciamus autem quæstionem contra omnes istos Doctores. Constat enim, quod homo vnum est in natura, & vna substantia composita: in quo tamen omnia sunt quæ superius induximus: hic autem intellectus & sensus & appetitus & motuum secundum locum est & augmentatiuum. Sic autem & alius est vnum, & hoc aliquid in natura, in quo sunt omnia prædicta præter intellectum. Vnum autem quod est hoc aliquid natura fit vnum à pluribus ut plura sunt. Oportet ergo, quod illa sint vnita. Quæramus ergo ab istis, quis continet & vnit animam, si ipsa de natura sua apta nata est esse partibilis & partita & vnum faciat? Et non potest dici, quod vnies illa sit corpus: quia corpus non continet & vnit animam, sed e conuerso anima est quæ vnit & hæc continet corpus: cuius signum est: quia anima egrediente per mortem de corpore, statim incipit deperdere vnionem & continuitatem suam: tunc enim primo expirat ex ipsa calidum, quod secum ad superficiem educit continuans humidum, sic marcescit & dissoluitur corpus, sicut diximus in quarto meteororum. Igitur non vnitur ut faciant vnum ex hoc quod continentur in corpore duo, sed potius vnum aliquid erit quod continet corpus: vniantur igitur in aliquo incorporeo. Quæramus, vtrum illud sit accidens, aut substantia? Et si ipsa est accidens, siue forma accidentalis, tunc accidens vnit substantiam: & hoc est maximum inconueniens: quia nulla multitudo substantiarum refertur ad accidens, sed omnis accidentium multitudo refertur ad substantiam sicut ad vnies. Adhuc autem illud accidens aut erit communiter accidens, aut erit accidens inseparabile. Et si quidem communiter accidens, tunc poterunt esse sine vilo. Ponamus igitur, quod sint sine illo: & nihil accidit inconueniens. Quando autem sunt sine illo, tunc sunt plura ut plura. Igitur plura ut plura constituunt vnum in natura: & hoc non est intelligibile. Si autem accidens inseparabile ab eis, tunc nunquam continget ea separari, quod ad sensum est falsum: quia sæpe ista in diuersis inueniuntur subiectis. Adhuc si vnum sint in accidente, tunc causa faciens vnum aliquid quod est homo vel leo, est accidens: homo igitur & leo & cætera animalia non sunt vnum substantialiter, sed accidentaliter, quod ridiculo dignum est.

Si autem detur, ut Aristoteli placet, quod vnies ea quæ sunt in vno corpore, sit forma substantialis quæ sit altera à substantia ipsorum: tunc sequitur illud vnies magis esse animam quam ista: quia in hoc solo differat anima ab alia forma naturali, quod ipsa vna in se existens per diuersas potentias agit diuersa in eo cuius ipsa est perfectio. Itaque illorum quodlibet agit per se. Cætera autem formæ naturales essentialiter & per se non faciunt nisi vnum sicut calor calefacit, & fri-

*Tex. & com. 91.*

gus frige facit. De illo autem vniente ea quæ supra commemorata sunt, quæremus iterum vtrum sit multarum partium non vnitarum, aut simpliciter substantia vna? Et si quidem est diuersarum partium, oportebit & ipsum habere vnies aliquid: & de illo iterum quæremus ut prius, & procedet hoc in infinitum, nisi stet in aliquo vno quod non est diuersarum partium. Si autem stat in aliquo vno tali, tunc necesse est dicere, quod mox sine altero aliquo vniente vna est substantia quæ est anima, quæ vnit in se diuersas potentias, quæ sunt supra commemoratæ: quia melius est mox fieri per vnum, quam per aliud. Præterea substantia magis vnit proprietates, quam aliquid aliud posterius substantia sumptum. Adhuc autem quia tales potentia quæ sunt quasi proprietates anime quibus preparatur ad agendum & patiendum, sunt immediate de ipsis essentialibus. Et ideo istis tribus de causis oportet dicere, quod mox ipsa substantia vniantur, & non aliquo alio. Illud autem vnies cum non possit esse multipartium, ut habitum est, oportet esse vnum secundum substantiam. Vna igitur est substantia, in qua vniantur omnia hæc sicut proprietates naturales quæ potentia naturales vocantur.

Et secundum hoc facile responderetur his quæ pro se induxerunt Pythagorici. Quoniam anima tripliciter potest considerari. Vno quidem modo ut genus, alio ut anima, & tertio ut naturalis potentia anime. Si enim anima accipitur ut genus, prædicabilis est de animalibus particularibus quæ sunt vegetatiua plantarum, sensitiua brutorum, & rationalis anime hominum. Si autem accipiantur ut anima, tunc perfectio erit animati corporis, & tunc secundum differentiam in specie vel in genere vel in individuo: & ideo tota hominis anima specie differat ab anime bruti: & nulla potentia est vnies, quæ non specie differat à potentia alterius: visus enim hominis & visus asini specie differunt. Quod quidem specie ipsius visibilis: quia hoc idem esse potest: sed specie pupillæ & virtutis visus perfectius visum: & sic est de aliis viribus. Et hoc probatur necessario ex hoc: quia sicut est in tota anima ad totum corpus, ita est in partibus anime comparatæ ad partes corporis: tota autem anima est species & forma diuersum esse specie & ratione dans homini ab anime bruti: sic igitur erit in omnibus partibus eius. Amplius à differentibus specie substantialibus impossibile est potentias naturales eiusdem speciei causari. Sunt autem differentia specie substantialia in homine & bruto. Proprietates igitur fluens ab ipsis specie erunt diuersæ: & hoc quidem est necessarium.

Sed multi circa hoc errant, & eorum occasio, quod vident obiecta esse eadem, & habet inferre passiones potentia diuersorum animalium specie. Quæ autem nata sunt inferre passiones cum sint eadem, sunt sua passiva eadem specie: sed sua passiva sunt oculi, vel aures animalium specie differentium: videntur ergo potentia diuersorum animalium spe-

*Solutio ad rationes Pythagorici.*

*Nota quomodo visus hominis & asini specie differunt.*

cie, esse eadem specie. Isti autem tales non sufficienter persuasi sunt signo. Quoniam nos videmus, quod idem numero calidam ignis inferit passiones diuersis genere & specie, sicut lapidi, ligno, & animali: & tamen non propter hoc illa sunt eadem genere & specie. Tales enim passiones inferunt non secundum conuenientiam vel differentiam in specie & genere, quæ differentia sunt secundum formam, sed potius secundum communicationem in materia, quod ea quæ communicationem habent in materia transmutabili, adinocem agunt, & patiuntur adinocem: & ab eisdem actiuis: hæc autem communicatio nihil omnino facit ad conuenientiam vel differentiam in genere vel specie vel numero vel secundum formam, sed potius secundum materiam. Et ideo quia hos idem visibile suscipit quod suscipit homo, hoc ideo est: quia oculus bonus componitur ex aqua lucida pura tenente formas sicut oculus hominis: & non oportet propter hoc quod idem sit medium commixtionis oculi, vel eiusdem speciei virtus visiva. Sic ergo consideratur anima ut anima.

Huius autem adhuc sunt duæ rationes efficaciter hoc probantes. quarum vna est, quod scimus organicum corpus esse perfectum ab anima, ut in sequentibus patebit: & nos videmus diuersitatem figurarum in omnibus organis diuersorum animalium in specie & genere: ergo etiam ipsæ vires erunt diuersæ in specie: quia eadem virtus in specie & genere quærit organum eiusdem figure, quod suam exerceat operationem in specie & genere: & inducendo hoc probatur tam in artibus quæ sunt virtutes mechanicæ, quam etiam in naturalibus: alterius autem figure sunt organa architecti quam pannificis, & alterius figure sunt aures asini quam hominis, & alterius organa planta, quam animalis: & ideo dicentes esse vires diuersarum specierum eiusdem speciei, sunt incidentes in errorem Pythagoricorum dicentium omnes animas posse ingredi corpus quodlibet, sicut si tectonica instrumenta tibicines sibi coapparent ad fistulandum. Secunda ratio est ab effectu sumpta: quoniam nutritiua in ligno nutrimentum alterat ad naturam ligati, & nutritiua in bruto ad carnem bruti, & in homine ad speciem carnis hominis. Cum ista igitur differant specie & genere quæ sic perficiunt, oportet & ipsas virtutes specie & genere differre. Hæc igitur dicta sunt ad confutationem erroris quorundam nostrorum sociorum, qui se dicunt naturas scire, & absque dubio nesciunt opiniones & positiones Peripateticorum, sed detinentur erroribus Pythagoræ & Platonis.

Tertia verò anime consideratio est prout comparatur ad suas potestates naturales, quas ipsa in eo quod secundum potestatem completam & actum anime habet vitam ab ipsa: & secundum hoc vna est in homine anima in substantia, & viuersa virtutibus cognitivis & appetitiuis & motiuis secundum locum & vegetantibus corpus: & ideo falsum est, quod illud quod est potentia vegetatiua in vno,

*Nota duas potestates rationes ad probandum visum hominis & asini specie differre.*

per locum & substantiam separatur ab ipso. Sed id quod est anima vegetatiua, quæ ut anima non est nisi in plantis, separatur secundum esse & locum ab eo quod est anima sensitiva quæ est in brutis; & ideo quarit diuersum genere corpus in quo sit: quoniam diuersa in genere & specie forma diuersorum sunt in genere & specie corporum formato- rum: nunquam enim anima vegetabilis est pars animæ sensibilis, sed potentia vegetabilis potest esse pars animæ sensibilis, sic & sensibilis pars est intellectualis anima. Quæ autem vna numero & substantia est anima, diuersitas habet potestates, sicut superius diximus: quoniam in hoc differt anima à forma quæ tantum est forma naturalis corporea, quod anima potestatibus pluribus plura agit per se, ita quod nullum eorum per accidens, & non agit secundum potestatem naturæ corporeæ, sed ultra terminum naturæ eleuatur in agendo, eod quod anima agit in naturam, & intelligentia in animam, sicut supra diximus: & illarum potestatum quædam viciniores sunt naturæ, sicut potestates sensibilis: quædam autem omnino sunt sicut resultatio luminis intelligentiæ, sicut potestates rationalis: & ideo secundum diuersitatem temporis manifestantur in corpore quando formatur: quoniam prius manifestantur quædam opera vegetabilis, & postea quædam opera sensibilis: & ad manifestationem intellectus qui secundum prudentiam dicitur, exigitur experimentum & tempus. Anima tamen vna est secundum substantiam in omnibus istis potestatibus, licet non secundum quamlibet potestatem simul tempore sit actus primus vel secundus: quia actus primus est, qui potest agere, nec potest impediri quando voluerit: sicut habitus scientiæ considerat quando voluerit. Et ideo dicit Philosophus, quod non est viuum & animal simul intelligens secundum quod est actus completus organi: tunc enim anima inest vt artifex, & non sicut actus. Animam enim inesse sicut artificem, est inesse animam secundum quid & non simpliciter, hoc est, secundum virtutem & rectitudinem formatiue virtutis, quæ format organa: sicut si intelligamus speciem domus quæ est in mente architecti, egredi de ipso & intrare ligna & lapides, & sic formare domum sine manibus architecti. Sic enim adhuc figura domus inducta secundum esse differt à specie formante lapides in domum, eod quod species formans simplex est & nullius figuræ: figura autem inducta non est simplex, cum dicemus speciem domus esse in lapidibus & lignis, quæ in domus figuram conuertuntur. Et sic Philosophus vult, quod species animæ sit in semine formans & figurans organa, quæ virtus formatiua vocatur: & hoc est animam inesse secundum quid, hoc est, secundum speciem & virtutem animæ quæ formatiua vocatur: sed non inest secundum quod est actus & substantia quædam animati corporis, nisi in corpore organico completo. Iste est igitur intellectus Aristot. & nos determinauimus hoc in libro de animalibus: quia per hunc modum ibi Arist. explanat seipsum,

Nunquam anima vegetabilis est pars animæ sensibilis, sed potentia vegetabilis potest esse pars animæ sensibilis, sic & sensibilis pars est intellectualis anima.

Nota quomodo intelligitur auctoritas Philosophi in 2. de generatione animalium cap. 3.

& sui Commentatores, sicut dictum est, exponunt eum. Per hoc igitur patet qualiter animæ vires adueniunt secundum temporis diuersitatem. Si autem dicamus partem vegetabilem secundum substantiam alteram esse à sensibili, propter hoc quod diuerso tempore inducitur vt est actus organi: tunc etiam oportet nos dicere motiuam secundum locum esse diuersam in substantia à sensibili: quia motiua secundum locum diuerso tempore perficitur vt actus primus vel secundus. Adhuc autem & generatiuam dicemus alteram à nutritiua & augmentatiua, eod quod longo tempore post perficitur ad actum. Quod autem obiciunt de diuersa complexionem organorum, Platonis doctrina est, sed erroneum: quoniam licet omnia membra sint diuersarum complexionum, tamen omnia dirigitur & conuertuntur ad vnum quod est cor, vel id quod est cordis loco: & ideo tota corporis diuersitas refertur ad vnum vniens omnia alia: & sicut se habet ad suas partes corpus, ita se habet perfectio corporis ad suas particulares potestates: & ideo substantia vna est anima, cuius actus est vita cordis, & particulares potestates exercet in aliis membris. Sic igitur dicemus totam partem animæ diuersitatem in vno corpore esse vnitam alio quo quod est anima.

## CAPVT XVI.

De dubitatione que mouetur de eo quod vnit potestas anima, vtrum ratio communis vel substantia realis cuius vires anima sunt partes.

ET adhuc dubitabit aliquis quam potestatem habet qualibet partium animæ in corpore: & hoc est querere vtrum habeat potestatem partis potestatiue, quæ est quasi pars integralis animæ potestatiue, ita quod vniens potestates particulares sit vna substantia anima secundum esse: aut ita sit, quod qualibet pars animæ potestatem habeat totius animæ, & vniens eas non sit nisi quædam ratio communis, & secundum rem qualibet pars sit quædam anima totum illud habens quod habet anima. Et siquidem dicatur, quod partium vnaquæque non habet nisi particularem potestatem, tunc oportet, quod sicut anima continet totum corpus, quod sic qualibet pars potestatis eius aliquam contineat partem corporis, & exerceat in illa suam operationem: & hoc ideo conueniens est: quia anima tota dicitur forma continens corpus: & tunc ipsa non colligitur nisi ex potestatibus particularibus partes corporis continentibus. Et si hoc concedatur, videtur sequi aliud impossibile: quia qualem partem aut quomodo intellectus contineat, graue est fingere volenti assignare, eo quod nos scimus omnem potentiam affixam organo corporali, non esse nisi circa ea quæ sunt de complexionem organi illius, sicut oculi circa colores, & aures circa sonos. Intellectus autem vniuersaliter

Tex. & com. 92.

Te. 93.

Tex. 94.



versaliter est circa omnia, neque accipit ea corporaliter, sed simpliciter denudata ab omni materia sensibili & corporali: & ideo nullius partis ipse potest esse actus: non igitur uniuersum totius potestatis anima continentis corpus, colligitur ex talibus particularibus potestatibus, quarum qualibet contineat partes corporis: & per consequens non est talis comparatio partium anime ad partes corporis, qualis est comparatio ipsius anime ad totum corpus: cum ipsa contineat totum corpus, non qualibet partium eius partem corporis contineat. Quod autem omnis anima ad totum corpus sicut continens ipsum comparetur, probatur ex hoc quod superius induximus, quod neque omni anima egrediente de corpore corpus expirat & marcescit.

Tex. & com. 93.

Si autem propter hoc dicat aliquis, quod unicus ista particulares potestates est una ratio communis earum quam habent ut sunt anime, & quod qualibet istarum est anima habens in facultate omnia opera anime faciendi, licet quaedam operetur in uno organo, & quaedam in alio: ille pro se habet, quod plantae videntur viuere & vbiq; habere omnem facultatem anime, vegetatiuae: & licet in radice sola trahat cibum, tamen virtutem & facultatem trahentem cibum habet in ramis: & hoc patet quando diuiditur & figitur terra: tunc enim in ramo trahit sicut in radice. Similiter est in his animalibus quae anulosa vel rugosa dicuntur, quae si diuidantur, utraque pars retinet animam sensibilem & motuam secundum locum: & sunt istae anime eadem specie, licet sint numero digestae: & videtur, quod utraque pars etiam habeat virtutem gustatiuam & cibi receptiuam.

Tex. & com. 94.

Si autem non perficiant tactum cibi, nullum est inconueniens: quoniam hoc contingit per accidens. Non est hoc ex defectu virtutis anime, quam non habet utraque pars, sed quia deficit ei organum corporale quod in planta vbiq; aptatur propter homogeneitatem plantarum: sed non sic vbiq; potest aptari in animali propter suarum partium heterogeneitatem: vnde licet non habeant instrumenta quibus saluentur in natura, tamen anima perfecta secundum omnes vires videtur vtrique parti inesse, & similes specie sunt anime partium adinuicem, & etiam toti sunt anime diuise similes: quia non habuit plus tota simul, quam pars alterius diuidens ipsam: tota ergo antequam esset separata, & anime partium sunt similes adinuicem. Et hoc est ac si tota quando corpus simul, non diuisum esset diuisibile per species. Quod autem est diuisibile per species, est ratio communis. Vna ergo diuisio anime in partes, est diuisio in species, sicut si diuideretur animal in hominem & asinum, & non est sicut diuisio subiecti in potentias & proprietates naturales, sicut diuiditur ignis in calidum & rarum & lucidum, vel pomum in odorem & colorem & saporem. Si autem quis diceret, quod in plantis in quibus maxime sit huiusmodi diuisio, non est anima, palam est falsum esse: quoniam in plantis videtur ad sensum inesse

quoddam principium formale, quod non est forma corporea agens tantum vnum, sed virtus incorporea tantum in corpore agens diuersa: & haec anima vegetabilis, qua sola communicant simul animalia & plantae: & ipsa quidem vegetabilis separatur secundum esse aliquando a sensibili primo modo, quoniam est in plantis sine sensu: sed sensibile non separatur ab ipsa, quia nihil est quod habeat sensum, quin etiam habeat vegetabilem. Hac igitur via incedendum est ad inquirendum de anime partibus.

Quaestiones autem in hoc ultimo capitulo morae, licet non essent soluendae hic, sed potius in libris de vegetabilibus & animalibus in quibus agitur de corporum animatorum diuersitate, tamen propter doctrinae bonitatem & facilitatem dicimus esse pro verissimo tenendum, quod una secundum substantiam est anima in corpore vno, & quod illa potestatibus aliquibus affigitur corpori, & non est necesse quod secundum omnes corpori affigatur: quoniam anima illa quae similitior est intelligentiae agenti & magis eleuata est supra naturam, quaedam habet proprietates affixas corpori, & quaedam coniunctas corpori habet, & haec est anima rationalis. Similiter autem corpora animata sunt aliquando valde similia, & habent organa non ex diuersis, non in forma composita, sed quasi homogenia, sicut plantae: & haec diuisa conualescunt: quia qualibet pars potest esse os, & organum saluans naturam in talibus. Quae autem sunt similia quidem, sed non omnino, sicut quorum corpus componitur totum quasi ex quibusdam circulis sicut anulis: sicut serpentes, & lumbrici, lacertae, & anguilla, & huiusmodi, haec omnia virtutes suas motiuas habent maxime in anulis, sicut in libro de moribus animalium est determinatum: & ideo diuisa per transversum in utraque parte retinent & sensum & motum: si autem per totam longitudinem corporum sporum in duo diuidantur, diuidetur qualibet circularum in duos semicirculos: & quia circulis illis vtebantur pro membris officialibus in sensu & motu, ideo tali diuisione in eis facta, statim moriuntur & iacent immobilia, eo quod nullum habent organum in quo fiat operatio sensus vel motus. Quaedam autem sunt valde diuersae compositionis in organis corporis, & illorum potestates animales sunt valde diuersae: & ideo diuisis illorum corporibus statim moriuntur: quia anima expirat & non potest saluari, cum inueniat in vna parte totam diuersitatem organorum, quam requirit propter suarum potestatum differentiam. Sed hominum genus specialem habet in hoc proprietatem, eo quod sicut diximus supra, anima eius quae sibi est propria, separata est, & non communicat corpori per seipsam, sed per aliam potentiam corpori communicantem. Propter quod etiam non diuiditur anima hominis diuiso corpore, sed abstrahitur cum non habet in quo operetur. Sic autem diuisis, ut dictum est, plantis & anulosis corporibus, quae per se diuisibilia sunt, anima quae vna numero sit in toto, efficitur duae numero per diuisionem,

Nota desuper super quaestibus mor.


Nota etiam propter quod animalia anulosa diuisa per transversum viuunt sed diuisa per totam longitudinem statim moriuntur.



diuisionem, eò quod est diuisibilis per acci- dens diuiso corpore: quia tamen anima non est forma corporea, quæ distendatur quanti- tate corporis, sicut albedo vel alia forma si- qualis in corpore: ideo putabat Plato, quòd anima non posset etiam diuidi per accidens sicut diuiditur albedo: & ideo dixit in toto integro fuisse multas animas vnitas in ratio- ne, quarum multitudo manifestatur per di- uisionem. Sed hoc est inconueniens: quia non esset ratio quare vnus corporis perfecti- bilis essent plures animæ vel perfectiones, cum vna sufficiat: natura enim non abundat superfluis. Et ideo dicendum, quòd ad diui- sionem corporis sequitur diuisio animæ: & ideo quod diuiditur per accidens, est duplex, sed quod habet quantitatem per accidens se- cundum quam diuiditur, & est minus in mi- nori: & maius in maiori, sicut formæ corpo- reæ diuiduntur per accidens, quæ sunt vt calidum, frigidum, & humidum, & siccum, & huiusmodi. Et est diuisibile per accidens,

quod licet in se sit diuisibile non habens quantitatem, tamen secundum suam totam facultatem inest diuersis partibus corporis & ideo diuisis corporis particulis, secundum totam facultatem suam remanet in illis di- uisus: & sic anima est diuisibilis per acci- dens. Et simile est sicut si signaero punctum in linea media. Non enim indiuisibile est: & tamen si diuisero lineam in puncto illo, remanet punctum integrum in vtraque li- nea, & erunt duo puncta. Hoc autem Pla- to ignorauit. Quidam autem etiam hoc igno- rantes conuertunt se ad magis impossibile di- centes quòd in vtraque parte diuisa remanet vna anima numero: sed illi nesciunt, quòd idem numero est in quo non inuenitur in numerando diuersitas. In partibus autem di- uisus diuersitas in numerando inuenitur. Ad- huc autem quod diuiditur ab aliquo loco & subiecto, necesse est numero differre ab ipso: partes autem diuisæ, & loco & subiecto sunt diuisæ: nõ igitur est in eis vna anima numero.

*Nota quomo- do dupliciter est diuisibile per accidens. Et ex hoc po- tesse intelli- gere mentem Doctoris, quo- modo anima animalium per accidens sunt diuisi- biles, cum in 16. de a- nimalibus eas indiuisi- biles ponat, sicut patet tractatu pri- mo. cap. 8.*



# LIBER II.

*De anima secundum substantiam & partes eius, quæ sunt vegetabilis, sensibilis, & rationalis.*

## TRACTATUS I.

*De substantia animæ secundum se.*

### CAPVT I.

*Quæ sit libri intentio, & qualiter diffini- tionem animæ venari contingit.*

*Tex. & com.*



**H**ic igitur quæ dicta sunt, tradita sunt à prioribus Phi- losophis de anima, in qui- bus quia nihil est conue- niens substantiæ animæ, vel eius partibus, oportet nos omnia ea, vt ostendimus, abicere. Redeamus autem iterum tanquam ex principio quod supra nobis præfiximus, ad inquirendum primò de substantia, & postea de partibus & operibus & accidentibus eius. Et quaramus determinare quid est anima ratio- nem communi & figurati siue superficiali, & etiam quæ vtrique sit ipsius essentialis & prop- ria diffinitio, quæ non dicit tantum quid est anima, sed etiam dicit causam propter quid

vnumquodque operum & accidentium inest: quia, sicut diximus superius in processibus, si per diffinitionem non coniecturatur facile de accidentibus, dialectica erit & vana. Venan- tes autem diffinitionem primò quæ tantum quid est anima dicit, dicamus quòd nos non disputamus, vtrum anima sit in generibus acci- dentium: quoniam scitum est ab omnibus accidens partem substantiæ non esse, neque perficere substantiam. Anima autem compo- sita ex anima & corpore pars essentialis & di- gnior est, & perficit anima corpora: & ideo supponimus animam in generalitate substan- tiæ contineri.

Dicamus igitur vnum esse genus entis quod est substantia: huius autem generis aliud quidem est: sicut materia, quæ secundum se accepta non est hoc aliquid, quod est com- positum indiuiduum substantiæ, eò quòd non dat ei nomen neque esse: sed substare ab ipsa primò est. Alterum autem in eodem genere substantiæ acceptum est forma & species, se- cundum quam dicitur iam formata res natu- ra

*Tex. & com.*

re hoc aliquid, eò quod formando ipsum & specificando dat ei esse & rationem diffiniri- uam. Et tertium in genere eodem est ex istis compositum duobus quod est res in natura producta, quam ipsa natura intendit: hæc au- tem materia quædam est potentia, quæ sub- iicitur generationi & formæ. Species autem est endelechia: hoc autem Latine sonat actus vel perfectio, quæ dat esse specificum sub- stantiæ, secundum quod homo vel asinus di- citur aliquid. Et hoc est duplex, quorum v- num sequitur alterum: vnum est enim actus primus qui est esse: & aliud est actus secun- dus, qui est actio essentialis secundum illud esse: sicut si dicerem, quòd lux lucentis est esse & actus primus, & lucere est actus essen- tialis eius secundus: eò quod hæc est actio eius, quæ suæ formæ diffusio quædam est es- sentialis: omnis enim essentia propriam & essentialem habet operationem, qua nun- quam destituitur, quando est essentialis, sicut lux non destituitur à lucere quod est eius actio. Huius autem exemplum in accidenta- libus est scientia in sciente, quæ dat ei esse scientis secundum quod sciens est: & huius actio essentialis secundum scientiam est con- siderare scita quæ scit perscientiam. Ita enim est in omni forma naturali, quòd ipsa in ha- bitu habita est actus primus dans esse mate- riæ in qua est & composito: quia autem ipsa est principium essentialium & naturalium si- bi actionum, ideo etiam non per aliquid aliud sibi acquisitum est actus secundus: sicut enim sciens nihil ulterius acquirit quo consideret, sed ipsa forma quæ est scientia in eo, est prin- cipium considerationis per se ipsam: ita etiam est de omni forma naturali & substantiali, quòd est principium ipsa suarum operatio- num essentialium per se ipsam, & non per aliud sibi additum.

*Quid actus primus & quid secundus secundum Do- ctorem.*

*Subiecto, quæ prædicta.*

*Sensu.*

Moyer autem fortassis aliquem, quòd dici- mus substantiam esse genus continens ma- teriam & formam, cum sint principia substan- tiæ, & principia generis non sint in genere, sed ante ipsum. Adhuc autem fortè mirabitur aliquis, quò modo diuidimus substantiam per tria quæ non æqualiter respiciunt rationem & nomen substantiæ, & inter quæ non est op- positio: cum duo prima sint partes tertij quod dicitur substantia composita. Sed de his de- terminari habet in prima philosophia: sed quantum ad hoc negotium attinet, sciendum est, quòd commune quod vocamus substan- tiam hic tria continentem, est commune se- cundum analogiam prout distinguitur in 8. philosophia primæ: & ideo primò conuenit vni, & aliis conuenit per illud. Adhuc autem substantia dupliciter accipitur: vno enim modo accipitur secundum quod substare acci- dentibus, & est ipsorum accidentium vni- uersale subiectum, in quo ipsa accidentia ha- bent esse: & sic non accipimus eam hic: quia hoc modo cadit in coordinatione prædicabi- lium. Alio autem modo accipitur ipsa natura substantiæ secundum quod opponitur acci- dentali naturæ: & sic est in proposito: & dicitur substantia res per se existens, & accidens res non per se existens, & quando sic dicitur,

tunc continet sub se materiam & formam & compositum: & principaliter quidem hoc modo substantia est forma, quæ existit quic- quid per se existit: & secundo modo dicitur compositum: tertio autem materia quæ non habet per se existere in natura, nisi per for- mam: & isti modi sunt tres, penes quos di- uiditur substantia in tria. Neque oportet, quòd talis diuisio sit opposita, cum non sit diuisio analogi, nisi explicatio modorum quibus analogum sub se continet quædam.

*Tex. & com.*

Iam igitur patet qualiter diuidimus hæc substantiam. Inter ea autem quæ sunt substan- tiæ per se existentes, nulla ita videntur esse substantiæ sicut corporeæ licet enim substan- tiæ separatæ verius sint substantiæ, tamen non ita videntur ad sensum. Omnes enim cognoscimus ad sensum, quòd corpora sunt res per se existentes. Inter corpora autem ad- huc magis videntur esse substantiæ physica corpora, quam artificialia: quia nos videmus quòd physica corpora sunt principia artificia- lium corporum. Figura enim quam inducit ars, accidens est, quod non esset nisi physi- cum corpus sustineret ipsam, sicut patet in li- gno in quo est forma lecti, quæ non esset nisi lignum esset: & sic ad per se existendum prin- cipiat artificialia à physico. Est igitur physi- cum corpus quod physica forma ad aliquam speciem physici corporis est determinatum, magis substantiale quam artificiale. Inter physica autem corpora quædam habent vi- tam, & quædam non habent vitam, sed alia forma determinatur ad speciem physi- cam, sicut elementa, vel etiam commixta tan- tum, vt lapides & metalla secundum sua ge- nera: vitam enim dicimus secundum prin- cipium alendi & augendi & diminuendi: quia ista sunt secundum quæ primò manifestatur vita, sicut inferius probabimus. Erat igitur omne corpus physicum participans vitam es- sentialiter, substantia in illo modo substan- tiæ quo diximus substantiam esse compositum.

*Tex. & com.*

Quia verò tale corpus physicum habet vi- tam, & habens vitam corpus, nec est ipsa vita, nec causa vitæ, non potest esse, quòd corpus physicum sit anima: eò quòd corpus cum sit habens animam & vitam per animam, non est in alio à se, sicut in subiecto, eò mo- do quo dicimus substantialem formam esse in subiecto, non quidem sicut accidens, quòd cum sit in aliquo non est in eo velut quædam pars: quia anima est potissima pars ipsius quod est esse compositi. Magis autem corpus physicum est subiectum in illo modo, quo diximus materiam & hyle esse generationis subiectum primum in libro primo peri gene- seos. Constat autem, quòd etiam anima non est compositum ex anima & corpore. Opor- tet igitur, quòd anima sit substantia sicut species & formata diximus esse substantiam corporis physici vitam participantis potentia habituali, hoc est, forma, quæ forma potest agere operationes vitæ secundas. Cum enim potentia sit duplex: vna quidem materia- lis, quæ est qua potest aliquid fieri: & est imperfecta, non est animæ perfectio corporis physici



physici vitam per talem modum potentis habere à corpore: quia tale corpus vitam non habet, neque participat vitam, licet vitam habere & participare possit per sui transmutationem, sicut quælibet materia transmutatur ad suam formam per generationem. Sed anima est perfectio eius quod habet vitam sic, quod actiones vite exercere potest: & ideo secundum alium modum potentie habet vitam, qui est modus potentie formalis, sicut dicimus scientem esse potentem considerare cum voluerit, & ignorantem considerandi habere impotentiam. Sic igitur habemus ea quæ exiguntur ad illam animæ diffinitionem quæ simpliciter & vniuersaliter dicit quid est anima. Est enim anima substantia quæ est forma corporis, non artificialis, sed physici, & non cuiuslibet physici, sed potentia habituali vitam habentis.

CAPVT II.

De vniuersali animæ diffinitione, quæ dicit quid est anima vniuersaliter.

Tex. & com.

Hæc autem quæ dicta sunt, possumus intelligere, quod anima est substantia quæ est actus, non tamen quilibet actus naturalis, sed est huiusmodi actus, quo animatum potest agere vite actiones. Hic autem actus, dicitur dupliciter, sicut & in antehabitis dictum est. Alius quidem enim est forma dans esse simpliciter per modum habitus quiescentis in suo subiecto, & ille est sicut scientia quiescens in sciente. Alius autem est sicut operatio essentialis procedens ab huiusmodi actu, sicut actio vite procedit ab anima: & ille est sicut considerare, quod est actio scientis in actu considerantis. Et manifestum est, quod anima est actus primus, sicut scientia est actus scientis. Hæc enim ambo quæ vocamus actum secundum, animæ conueniunt: quia in eo quod anima est actus, est in quibusdam similis somno, & in quibusdam similis vigiliæ. Somnus enim est quies animæ ab exteriori opere sensuum, & quoad sensum. Ergo non potest dici, quod ipsa semper exerceat operationes suas. Vigilantia autem est expansio quædam animæ in exteriora opera sensuum: & ideo si diceremus animam vniuersaliter esse secundum actum, & quod hoc esset essentia eius, contingeret animæ dormientia non habere animam: & vniuersaliter quicquid non ageret actiones animæ, non haberet animam: & hoc est falsum. In sensibili igitur anima nos videmus aliquando, quod simile somno, & aliquando quod est simile vigiliæ: vigiliæ enim similis est considerationi quæ est exercitium & actus animæ vel scientiæ: sed somnus est simile aliquid scientiam habenti & non vrenti in opere. In anima autem vegetatiua videmus ipsam esse magis similem vigiliæ continuæ: quia ipsa quantum ad nutritiua opera, semper agit operationes vite, & nunquam quiescit ab eis, quândiu anima inest corpori: semper

Nota quomodo anima vegetatiua se habet in actu sensuum.

enim vel trahit nutrimentum de membro ad membrum, vel dissoluit ipsum & alterat & vnit membro: & idem quantum ad hunc motum vite, semper agit vite actiones, quamuis enim quædam animalia quiescant aliquando ab inquisitione alimenti exterius, sicut vrsi, & hirundines, & ciconiæ, & glires quidam, & forte mulieres aliquæ, & quædam alia quæ calorem habent digestiui debilem, & est ipsorum viscosa humiditas, & spissa valde pellis, & non porosum corpus: tamen idem calor in eodem tempore quando cibum extra non quærent, dissoluit nutrimentum & humidum quod est circa locum digestionis, & alterat ipsum & conuertit, & attrahit ad membra: talia enim animalia voracia sunt in æstate quando confortatur calor aliquantum: quia multi cibi appetitus caufatur à frigiditate: & ideo quia calor eorum parum & quasi nihil consumit, sed tantum conuertit modicâ alteratione cibum, & remanet in eis multa & indigesta humiditas, & pinguedo magna operiens interiora omnia vicerum eorum, & sunt in talibus venæ & cetera vasa stricta multum propter debilitatem caloris penetrantis & perforantis. Et ideo quando venit fignus extrinsecum hyemis, obruantur pauci pori, qui sunt in corporibus eorum: & tunc modicus calor non habens quo euaporet cum fumo humido, redandat ad interiora ad locum digestionis, & generat in eis phlegma abundans & obstruens vias nutritiui: & sic cessat in eis appetitus, & quiescunt ab exteriori inquisitione nutritiui: & humiditas grossa euaporans ad cætera eorum, facit ea quasi ebria & somnolentia: & ideo iacent immobilia, & sagacitate naturæ prouident sibi de cauernis: & huius signum est, quia egrédientia de cauernis inueniuntur macilentia, eò quod consumpta est in eis humiditas impinguis ea. Sed de his tractabitur in libro de animalibus: hic autem hæc dixisse sufficiat, quod cum vniuersalem animæ quæramus diffinitionem, oportet ipsam dicere in quibusdam actum primum & in quibusdam actum secundum, propter causam quæ dicta est.

Nota de animalibus latitantibus tempore hyemis & cessantibus ab inquisitione alimenti extrinseci quomodo nutriantur.

Sed secundum viam generationis scientia est ante considerationem, & prior ea: quia prius est habere habitum, quam vti ipso in actione & exercitio: & quamuis forte aliqua forma ab actione sua nunquam destituatur, sicut lux à lucendo, tamen prius est secundum viam generationis actus secundus. Sic etiam prius in via generationis est habere animam secundum potentiam vite, quam agere actionem vite: vita enim quæ est ipsum viuere, est actio animæ in corpus, & est sibi essentialis, & nunquam ab ea destituatur, sicut inferius dicemus: tamen secundum generationis modum prius habetur anima quam vita: & ideo anima essentialiter est actus primus & non secundus. Diffinitio igitur dicens quid est anima, est quod est actus primus corporis physici potentia vitam habentis.

Tex. & com.

CAPVT

CAPVT III.

De datæ diffinitionis explanatione, & est digressio quadam.

Via autem animam diximus esse actum non cuiuslibet physici corporis, sed potius eius tantum quod in potestate perfecta habet vnde exerceat actiones vite, oportet nos ad explanationem dictæ diffinitionis determinare quale sit illud corpus quod dicimus in tali potestate habere vitam. In superioribus autem primi libri istius scientiæ diximus formas naturales vniuersaliter esse duplices: vna enim est quæ magis sequitur naturas corporis naturalis, in quo est forma non eleuata supra ipsum & potentias eius, sicut est illa quæ est harmonia mixtorum, vel harmoniam consequens, & talis forma natura proprie vocatur, & non agit nisi vnum, sicut determinatum est in secundi physiceptum nostrorum principio: de omnibus mixtis talem formam habentibus, iam tractauimus in iocitia de lapidibus & mineralibus. Est autem alia magis vicina causæ vniuersali agentis primæ, quæ agit omnes formas, & hæc est essentia incorporea mouens & perficiens corpus, quæ habet imprimere in naturam totam, eò quod ordine naturæ supra naturam est omnis forme corporeæ, & hæc vocatur anima: & quia potestatem non trahit agendi à corpore, sed est prima causa cuius naturam sequitur, ideo non agit tantum vnum, sed multa, & quodlibet illorum operum est ei proprium & essentialiale, & talis forma vocatur anima. Actiones autem suas essentialiales agit in corpore & circa corpus, quæ actiones non sunt sine instrumentis & corporalibus: & ideo omne corpus quod in potestate habituali habet vnde operetur actiones vite, oportet esse organicum, hoc est, ex organis figura & situ differentibus compositum: organa enim voco membra officialia, quibus actiones vite ab anima exercentur, sicut per corporum fluxus spiritus vitalis, per stomachum autem cibi opatio, per hepar autem digestio, & sic de aliis huiusmodi. Hoc autem rationabiliter fit: forma enim quæ natura simplex est, cum vnam tantum habeat essentialiam operationem, sortitur corpus simplex non organicum, vnius rationis existens in toto & partibus omnibus eius, sicut & forma ignis, aut lapidis, & metalli. Formæ autem quæ sua incorporeitate altior est quæ forma naturalis, & magis supra materiam eleuata, plura operatur essentialiter: & ideo oportet suum corpus in quo exercet opera illa, esse heterogeniam ex diuersis in figura & mixtura compositum. Huius autem exemplum est in omnibus potestatibus incorporeis. Ars enim architectonica cum sit vna, non vna simplici operatione facit domum, sed potius secundo, dolando, perforando, complanando, & leuando, & compaginando, propter quod diuersa in figura quærit instrumenta, sicut securum ad secundum, dolabrum ad dolandum,

Vnde prouenit, quod anima est in corpore operum productiua.

D. Alb. Mag. lib. i. de anima.

& tenebram ad perforandum, runcinam autem ad planandum, & in aliis actionibus suis aprat alia huiusmodi: vnde autem ad vnum manus artificis quæ mouet omnia hæc. Sic & anima habens in se potestates operandi opera vite multas, quærit corpus sic habens diuersa organa in figura & mixtura & compositione, in quibus diuersis agit vite actiones, vniens omnia hæc ad vnum, scilicet ad cor, à quo influit vite actiones omnibus eis. Organa autem plantarum partes sunt: & hoc quidem satis manifestum est in corporibus animalium, & maxime hominum, cum etiam in corporibus plantarum verum est, quia plantarum partes sunt organa specialia officia habentia vite, licet sint partes simplices hoc genere simplicitatis quo dicitur simplex, quod partes habet homogenias: folium enim in planta est ad cooperiendum corticem fructuum, ne ledeatur canimate vel frigore: fructus autem habet corticem in quo operitur semen, ut efficiatur pepanum in vase debito marararum. Radices vero habet ori in animalibus similes quoad officium: quia & oris & radices officium est trahere nutrimentum. Medullam autem habet quasi loco cordis. Licet quælibet istarum partium in se sit composita ex similibus: tamen istæ partes diuersa habent vite officia.

Tex. & com.

Pater igitur ex dictis, quod si oportet aliquam communem diffinitionem dare animæ, tunc vtrique erit actus primus corporis physici organici, quia hoc continet tam animæ plantæ quam brutorum, & conuenit etiam animæ humanæ quam in organis operari videmus. Et quia actus in omnibus essentialiter distinguitur ab eo cuius est actus, & præcipue in animatis, in quibus ostensum est animam corpoream formam non esse, ideo non oportet querere si vnum sit anima & corpus. Forma enim cum materia nunquam coincidit in eadem re, sicut in artificialibus apparet: vbi tamen forma vicinior est materię quam in aliis. Non enim querimus si figura est idem cum cera in sigillo, neque vniuersaliter vquam dubitamus si idem sit actus, & id cuius est actus sicut materia. Cum enim hoc ipsum vnum & ens multipliciter per analogiam dicuntur de substantia & accidente, erit substantia principaliter & per se ens, & accidens est ens, quia est aliqua dispositio eius quod verè est. Cum substantia diuidatur in tria, sicut superior diximus, materiam scilicet formam, & compositum, quod inter ista tria proprie & primo est ens est forma, quia materia non habet actu esse nisi à forma, & compositum similiter: & ideo materia non est propter esse dandum, sed potius tantum ad hoc quod substat, & particulariter & indiuiduer esse quorum nullum est esse: propter quod impossibile est vquam formam esse materiam: & sic eadem impossibilitate impossibile est animam esse corpus.

Tex. & com.

Vniuersali igitur diffinitione dictum est quid sit anima: quia est substantia secundum quod ratio rei substantia & forma est: & hæc substantia est quid erat esse, hoc est, quidditas essentialis huiusmodi corporis quæle determinatur.

B. minutum



minatam est: & ideo corpus amittit nomen & rationem suam, quando expirat ab eo anima: sicut si dicceremus aliquod instrumentorum artificialium esse alias à natura perfectum, sicut si dolabra esset animal & corpus physicum: tunc enim id quod est substantia ipsius formalis, est esse suum, quia esse nihil aliud est nisi diffusio formæ in subiecta sibi materia: & talis est physici corporis esse, anima in communi ratione accepta. Et si postione priori retenta, quod si dolabra sit corpus physicum, corpus dolabrale, quod est ferrum, separatur à forma dolabra, iam non habebit nec rationem, nec nomen dolabrae, nisi forte æquiuocè: neque ferrum habebit nec rationem ferri, sed quod ferrum adhuc est ferrum, separata ab ipso figura dolabrae, apud usum loquendi, ideo est, quia dolabra est organum artis, & non physicum, & corporum artificialium superius diximus esse principia corpora physica quæ formas physicas retinent in eis. Horum enim accidens est forma artis: & ideo talis corporis non est esse & ratio anima, sed potius physici talis, quod habet in seipso principium quo mouetur motu vitæ & secundum locum, & quod in se habet posse quietiscendi quando voluerit. Et ideo separata anima ab huiusmodi corpore, corpus iam non erit habens esse & nomen: & ideo mortuus homo non est homo, neque caro eius est vera caro, sed potius corruptum à carne hominis.

Tex. & com. 9.

Considerare autem oportet in partibus animati corporis, quod nunc dictum est, quoniam si nos ponamus oculum per impossibile esse, separatum & esse animal, tunc absque dubio visus & potentia visiva erit anima eius: quia hæc potentia agit in eo vitæ actionem secundum naturam oculi & complexionem: visus igitur erit substantia formalis oculi dans ei rationem oculi & nomen: ipse autem oculus, qui pupilla vel corpus oculi vocatur, est materia visus: & ideo deficiente visu in oculo, iam non est oculus, sed æquiuocè, neque pupilla vocatur, neque est, nisi æquiuocè, sicut lapideus, vel depictus. Quod autem accidit in parte vna organica animalis, oportet accipere accidere in toto corpore viuente: quia omnino simile est, sicut enim vna potestas particularis anima sensibilis, se habet ad vnam organicam partem corporis, in eo quod dat ei esse & rationem: ita totus sensus sine substantialis anima se habet ad totum viuens corpus, quod dat ei esse & rationem talem quæ est sensui corporis. Patet igitur ex dictis qualiter anima sit actus animati corporis potestatem habentis agendi vitæ actiones.

Tex. & com. 10.

Et ideo tale corpus non potest esse abiciens animam, quod iam est in potentia, & in ea est ei viuere, sed potius est animam habens: propter quod diximus superius, quod cum dicitur in diffinitione assignata, potentia vitam habentis, quod de potestate habituali & perfecta intelligitur, quæ potens est agere vitæ actiones: hoc autem haud est separatum ab anima vt abiciens eam, sed potius in ratione sua concipiens eam & habens

eam: quia neque nomen corporis organici habet, neque rationem sine ipsa. Semen autem animalium & fructus plantarum non sunt huiusmodi corpora organica, nisi in potentia incompleta: & ideo talium non est anima en-delechia, neque anima est in eis, nisi sicut artifex in artificio quod est in fieri & non in esse: & hoc non est inesse animam nisi secundum quid, sicut supra diximus. Vnde patet ex dictis, quod vigilantia est actio animæ quæ est exercitium actionis vitæ, sicut in artificialibus incisio, & in physicis visus siue videre secundum actum, & est visus secundum actionem quæ est vii visu: & similiter potentia habitualis organi ad videndum, quod est visum habere, & non vii, est anima: quia, sicut diximus, ipsa est actus primus & actus secundus: neque ramen ideo est duo: quia actus secundus supponit primum, & hinc ex ipso essentialiter. Corpus autem & materia oculi est, quod est potentia vrens & habens visum, & non potentia incompleta, sed potestate perfecta, sicut diximus: & sicut oculus est pupilla & visus compositus, ita anima & corpus est animal totum compositum, cuius tota ratio & substantia est anima.

Actus secundus primum presupponit. Idem Thom. 2. de anima super textum 5. Et hoc non aduersus commentator in libro de digestionem suam super illo textu.

CAPVT IV.

In quo ex prædictis demonstratur quæ anima separabilis est, & quæ non.

EX dictis autem in prædicta diffinitione animæ facile determinatur quæstio qua queritur, si anima sit separabilis à corpore, vel non. Non enim manifestum est, quod anima non vniuersaliter separabilis est à corpore, & similiter quod pars quædam ipsius non separatur à corpore. Quæcumque enim forma essentialiter est pars corporis aut actus, nullam vitæ actionem agens nisi in parte corporis aliqua, non potest separari secundum esse à corpore: quia si separaretur, sequeretur quod separata nullam haberet vitæ actionem: & hæc esse non potest: tales autem sunt anima vegetabilis in plantis, & anima sensibilis in brutis: hæc enim duplex anima est actus & perfectio quarundam corporis partium, sine quibus nullam omnino habet vitæ actionem. Non enim intelligi potest nutritiua & augmentatiua & generatiua agere sine cibo & semine corporali: & ideo à corpore in istis actionibus non separatur. Similiter autem videre & audire & vniuersaliter sentire non agitur sine instrumentis corporalibus & corporalibus formis, & imaginari non fit sine quantitate corporis: propter quod nihil istorum separatur: neque ipsa anima separari potest quæ sic est in toto corpore, sicut ista potestates sunt in partibus corporis. At vero quædam animam & secundum quædam partes nihil prohibet separari, propter hoc quod illæ nullius corporis sunt actus, in quo vitæ exercent actiones, sicut in organo, sicut manifestum erit in sequentibus de intellectu tam agente quam passibili, & in parte in præmissis habitum.

Tex. & com. 14.

CAPVT V.

In quo probatur, quod oportet querere aliam adhuc diffinitionem quæ dicitur casam superius habitam.

Quoniam autem in processibus diximus, quod diffinitiones vniuersales ex quibus non contingit causas accidentium subiecti cognoscere neque coniecturari de ipsis facile, sunt dialecticæ & vanae omnes, & nos iam diffinitionem quæ solam dicit quid est anima: assignauimus, non sumus contenti in ea: quia oportet nos cognoscere non solum quid est anima in se, sed etiam partes animæ cognoscere, & causas accidentium per se ipsis partibus demonstrare. Accidentia per se & opera animæ maxime secundum partes ei attribuantur, & ideo oportet nos aliam inuestigare quæ in partibus animæ propriam naturam & esse demonstrat: quoniam nos in processibus iam inuenimus, quod secundum vnamquamque partem animæ, altera & altera est ratio animæ, & non est dissimilabilis anima vna ratione vniuersali, quæ applicetur omnibus partibus eius. Hoc autem in dicta superius diffinitione contingit, in qua etiam si diffinitio animam vniuersaliter sumerentur, non sufficerent ad naturam animæ in proprio partium esse cognoscendam. Nunc autem non vniuersaliter sunt sumpta: quoniam non vna & eadem ratione actus est intellectiua anima cum sensitiua, cum vna sit separata, & altera sit virtus in corpore. Negue in vna & eadem ratione actus corporis physici est sensitiua cum vegetatiua, cum videamus sensitiuam esse cognitiuam & acceptiuam spiritualium specierum à sensibus, & vegetatiua nihil spiritualiter accipit vel operatur.

Tex. & com. 12.

Hæc igitur necessitate oportet iteratam facere inuestigationem de animæ diffinitione: quoniam in tali via quando agitur de partibus, sit aliquando certum id quod est secundum naturam & rationem notius, ex his quæ incerta sunt secundum rationem & naturam, certis tamen quoad nos tentandum est nobis iterum sic per viam istam aggredi de anima: quia anima talis est substantia, quæ multum elongata est à sensibus nostris, & non subiacitur sensibus nisi quoad opera, & opera sunt partium eius: & ideo quoad nos sunt notiores partes, quam ipsa secundum se anima. Sic enim diximus diffinitionem rationem non solum ostendere quod quid est, sed oportet etiam, quod ostendat causam quare inquit ei per se accidentia, quæ præcipue animæ secundum partes insunt. Rationes autem terminorum diffinitio, quas nunc in præcedentibus adduximus, sunt sicut conclusio demonstrata per aliud principium. Quædam enim ratio non dicens nisi quid est per aliud scita, sicut conclusio, quæ ad hoc verificatur, alio indiget principio quod est medius terminus. Ratio autem dicens solum propter quid & quid illa est, sicut demonstratio per se scita, & per quam scitur conclusio. Est autem

Nisi ratio nec per se probat nisi solum animam intellectiuanam secundum se potestatem separabiliter esse uno etiam secundum se animam.

habitum est. Amplius autem manifestum est non solum de ipsa parte intellectiua, quod separatur, sed de ipsa anima tota intellectiua, quod separatur est manifestum: cuius causa necessaria est: quia cum partes animæ sint naturales potestates eius, ab ipsa fluentes, impossibile est, quod ab essentia coniuncta cum corpore suar potestas separata. Sed è conuerso possibile est, quod ab eo quod essentialiter est separatum, fluant potentia operantes in corpore: quia omnis potestas superior potest quicquid potest virtus inferior, & non conuertitur: cuius probatio est, quod à primo motore simplici qui maxime substantia separata est inter essentias omnes, fluit virtus motiua primi mobilis, quæ nullo modo explet operationem suam sine corpore, eò quod nihil est localiter mobile nisi corpus. Similiter autem ars qualibet separata est propter est in anima artificis, & tamen potestates suas non explet sine corporis instrumentis. Patet igitur, quod ab eo cuius essentia separata est, fluunt potentia operantes in corpore. Sed ab eo quod essentialiter subditur corpori, & est virtus in corpore existens, nulla fluit potentia quæ sit separata: quia potentia naturalis & operatio sequitur essentiam: & ideo ipsa potentia mixta corpori, magis erit mixta quam ipsa essentia à qua fluit. Adhuc autem naturalis potentia est proprietas essentia. Est autem subiectum principium passionis, & cadit in diffinitione eius. Qualiter igitur potest esse, quod essentia coniuncta corpori, causaret potentia naturalem separatam. Ex his igitur patet, quod si intellectus est potentia separata, tunc oportet, quod natura & essentia intellectiua anima sit separata: & cum hoc habebit plurimas potestates corpori coniunctas. Amplius autem manifestatur hoc si dicatur anima intellectiua siue rationalis mouere corpus & esse actus eius, sicut nauta est actus & motor nauis. Nauta enim mouet nauem per speciem intellectiuam quæ est scientia gubernandi: & cum nullam operationem habet nauta in nauis, quæ non expleatur motu & instrumento corporeo, sicut à reme, vel clauo, vel velo, aut gubernaculo, vel remo: & separatur tamen totus gubernator à nauis. Et similiter si anima sic mouet corpus totum intellectu gubernante aut imperante, ipsa separatur tota essentialiter à corpore, licet habeant multas vires & operationes sensus & vegetatiouis, quæ non expletur sine instrumentis corporeis. Hæc autem omnia constabunt postquam determinatum fuerit de natura animæ intellectiua in tertio huius scientie libro. Figuratur quidem igitur, hoc est, superficialiter & vniuersaliter sic determinatur & describitur anima diffinitione vniuersali solum quid est anima dicente.



autem de hoc in secundo posteriorum dicendum. Si enim queratur quid est tetragonismus siue quadratum, cui accidit per se æquale esse quadrangulo altera parte longiori, dupliciter diffiniri potest: & una diffinitio non dicit nisi quid est quod substat passioni: altera autem dicit causam, quare inest ei talis passio. Si enim diffinitur sic: tetragonismus est orthogonum æquilaterale, quatuor lineis contentum, æquale quadrangulo altera parte longiori, non dicit nisi quid est absolute quod substat passioni. Si autem diffinatur sic: tetragonismus est inuentio media rei, hoc est, inuentio proportionis quantitatum ex quibus fit tetragonismus, & altera parte longiori quadrangulum, dicit causam quare inest ei talis passio: quod est scilicet æqualis tetragonismus altera parte longiori quadrato.

Ad hoc autem intelligendum propter doctrinæ bonitatem oportet de geometriæ quinto libro aliquid interponere. Sciendum igitur, quod ex omnibus quantitatibus que sunt continuæ proportionis, fit necessarium tetragonismus & quadrangulus altera parte longiori, neque possunt hæc duæ figuræ fieri ex pluribus quantitatibus, neque ex paucioribus. Sicut enim accipitur ex secundo Euclidis, quadratum æquilaterum & æquangulum sub una linea dicitur contineri: quoniam fit ex una & eadem linea in se producta, & æquale in quantitatibus causatur ab unitate quantitatis. Manifestum autem est quod dicitur in numeris: si enim quemcumque numerum in seipsum duxero, quadratum perficio, sicut bis duo, vel quater quatuor, & sic deinceps. Quadratum igitur ex unica provenit quantitate. Quadrangulum autem altera parte longiori sub duabus necessariis lineis & non pluribus continetur: habet enim hæc figura duo opposita latera æqualia: & duo quælibet quæ sibi inuicem in angulo applicantur, habet inæqualia. Sunt ergo ibi duæ æqualitates diuersæ & duæ inæqualitates. Sicut igitur una per totum æqualitas ab una surgit quantitate, ita necesse est, quod duæ inæqualitates duabus interceptæ inæqualitatibus à duabus surgant quantitatibus: & sic necesse est ipsum sub duabus lineis contineri. Hoc autem est manifestum in linearibus numeris: binarius enim & ternarius duæ sunt inæquales quantitates: & si duxero unum in alium perficimus quadrangulum altera parte longiori, ut si dicam, bis tria, vel ter duo: longior enim est quam sit latum bis tria, & latius quam sit longum ter duo: igitur probatur esse quadratum & altera parte longiori quadrangulum ex tribus quantitatibus fieri, & neque ex pluribus neque ex paucioribus. Quotiescumque autem uniantur tres quantitates continuæ proportionis: tunc ex illis sunt quadrata & altera parte longiori æquales omnino. Continuum autem voco proportionem, quando in una & eadem proportionem, in qua se prima habet ad mediam, habet se media ad tertiam. Et hoc in numeris est manifestum: accipiat enim, 1. 2. 6. 3. In his enim primus est duplex ad medium, & tertius duplex ad tertium. Ducamus autem

medium in seipsum faciendo tetragonismus, dicendo sexties sex sunt triginta sex: & ducamus primum in tertium faciendo altera parte longiori quadrangulum, dicendo duodecies tria, vel ter duodecim, & sunt similiter 36. Æquale igitur est quadratum mediæ proportionis ad altera parte longiori ad quadrangulum extremarum proportionum, Idem omnino evenit si accipero in alia proportionem continuas tres quantitates, sicut si velim accipere sexquialteras, sicut, 9. 6. 4. primus enim continet secundum totum & alteram eius partem, & similiter medius continet tertium & alteram partem eiusdem: igitur continue sexquialtera est in eisdem proportio. Continuamus igitur quadratum ducendo medium in seipsum, dicendo sexties sex: & sunt, 36. ut prius: & si ducamus extremos in se inuicem ita quod unum in alium, dicendo nonies quatuor, vel quater nouem, perficimus tantumdem, hoc est, 36. Idem est omnino in sexquialteris, sicut si accipiamus, 16. 12. 9. omnes enim isti in continua sunt sexquialtera proportione: & per omnia fiat ut prius. Summa enim proveniens ex duodecies, 12. est, 144. & tantumdem valet summa proveniens ex nonies, 16. v. l. e. conuerso ex sexdecies, 9. Patet igitur, quod diffiniens quadratum quod est tetragonismus, & dicitur, quod est orthogonum æquilaterum quadrilaterum æquale altera parte longiori quadrangulo, non dicit nisi quid est: dicens autem, quod est in continua proportionis tribus quantitatibus mediæ proportionis inuentio, dicit propter quid tetragonismus est æquale altera parte longiori quadrato. Et prima quidem diffinitio cum non dicat nisi quia inest passio subiecto, est conclusio demonstrationis: quia ad hoc inducit demonstratio ut passio probetur inesse subiecto. Secunda autem est medium quod est principium demonstrationis: quia per ipsum probatur passio inesse subiecto: sicut omnis figura producta à mediâ proportionem continua in se ducta, quæ tantum vincit tertiam, quantum vincitur à prima. æqualis est ei quæ fit ex ducta primæ proportionis in tertiam. Tetragonismus autem est figura conlurgens à mediâ continua proportionem ducta in seipsum, quæ tantum vincit tertiam, quantum vincitur à prima: ergo est æqualis quadrangulo altera parte longiori: quod fit ex ducta primæ in tertiam: & sic patet, quod mediâ continua proportionis inuentio dicit causam æqualis quadrati ad altera parte longiori quadrangulum.

Sic igitur est in diffinitionibus aliarum rerum: oportet enim, quod id quod communiter rei attribuitur, sicut anime attribuitur quod sit actus corporis physici, per causam propriam inesse probetur: & hoc non potest fieri nisi tali diffinitione anime inuenta, quæ dicat causam quare anima sit actus corporis: hoc autem erit si acciperimus secundum quælibet partem anime, quod ipsa est principium & causa huius vite, quæ exercetur in corpore physico: tunc enim habebitur propositum. Cum enim habuerimus, quod quicquid essentialiter est principium, & causa huius vite quæ exercetur in corpore physico

*Demom. & ratio  
est d. m. n.  
sicut prima  
diffinitio. ut  
patet sequen-  
tiam.*

physico organico; est actus physici corporis organici, & coniuuimus istam, quod anima essentialiter est principium & causa huius vite quæ exercetur in corpore physico organico, concludemus demonstratiue, quod anima est actus primus physici organici corporis: & sic concludemus superius inductam diffinitionem per eam quæ dicit causam eius, sicut diximus in exemplo geometrico iam inducto.

CAPVT VI.

De diffinitione anime dicente propter quid.

**D**icamus igitur principium accipientes huius intentionis ad inuestigandam diffinitionem dicentem propter quid, ut determinemus & distinguamus animatum ab inanimato in viuendo: quia viuere est essentialis actus anime omnem animam consequens: viuere enim dicitur multipliciter, eo quod multa sunt principia viuendi, quorum si unum solum inest, viuere dicimus. Dicitur enim viuere intellectus, & sensus, & motus, & status secundum locum, adhuc autem motus alimentum, & secundum augmentum, & decrementum. Quodcumque enim horum inesse dicatur, vitam inesse dicimus.

Propter quod & vegetabilia omnino viuere dicuntur, eo quod in seipsis habent talem potentiam habitalem & perfectam, quæ principium est vite secundum actum, per quod principium vite augmentum & decrementum suscipiunt, non mouente aliqua forma elementalibus. Illa enim esset aut corporis leuis, aut corporis grauis: & si esset leuis, tunc moueretur tantum sursum: si autem esset grauis, tunc moueretur tantum deorsum. Et hoc faceret siue esset corporis simplicis, siue compositi. Corpus enim simplex habet motum simplicem, & corpus compositum insequitur motum simplicem in ipso dominantis, sicut dictum est in celo & mundo. Nunc autem alimentum & augmentum vel decrementum mouetur secundum contrarios locos, scilicet sursum, & deorsum, & ante, & retro, & dextrorsum, & sinistrorsum, quod haud posset esse, nisi mouens esset forma quæ est altior quam illa quæ attingit naturam corporis: hoc autem est anima. Motus ergo illi sunt ab anima. Non enim sursum augentur tantum corpora, deorsum autem non, sed æqualiter in utroque loco, & vniuersaliter viuere dicuntur quæcumque aluntur, illa enim tantum viuunt, quando possunt accipere alimentum. Huius autem principium vite vegetabilis est anima.

Et hoc quidem ab aliis possibile est separari loco & subiecto, sed alia principia vite quæ sunt secundum locum mortuum, & sensitiuum, & intellectiuum, impossibile est separari ab isto in genere mortalium. In immortalibus enim sicut in corporibus celestibus, secundum Peripateticorum opinionem, *D. Alb. Mag. lib. 1. de anima.*

est vita intellectiua separata à sensu, & nutritiua, & vegetatiua. Hoc autem manifestum est in his quæ vegetantur, quæ vegetabilia vocamus, sicut plantas: quia illis nec vnâ aliam animæ potentiam videmus inesse, nisi tres quæ sunt principia vegetabilis, quæ sunt nutritiua, augmentatiua, & generatiua.

Igitur viuere in his quæ viuunt solum inest, propter hoc principium quod vocamus animam vegetabilem. Animal autem habet vitam per primum sensum, qui animal facit animal. Præter autem sensum est, posito quo inesse quocumque alio, ipse inesse necessario ponitur. Huius autem ratio est: quia etiam illa quæ non mouentur de loco ad locum, sed manent vni loco adherenti, si sensum habeant, dicimus ipsa esse animalia, & non solummodo viuencia. Multa enim animalia sunt immobilia secundum locum, sicut sponsa marina, & quædam ostrea conchilia quæ habent sensum, & tamen secundum locum non mouentur.

Sensus autem primus propter quem animal est animal, est sensus tactus. Hoc enim posito non necesse est aliquem aliorum inesse, sed aliis sensibus existentibus in aliquo, necesse est & hanc inesse, sicut se habet vegetatiuum ad sensitiuum. Vegetatiuum enim dicimus esse huiusmodi principium vite & animam qua vegetabilia participant. Sed animalia omnia ad minus habent sensum tactus: propter quod tactus non tantum est vnus de numero quinque sensuum particularium, sed etiam differentia & forma constituens & faciens animal.

Propter quam autem causam vitæ quæque istorum accidit, quod scilicet vegetatiuum separatur à sensitiuo, & tactus à reliquis sensibus, posterius in hoc eodem libro dicemus. Nunc autem hoc dixisse sufficiat, quod anima omnium modorum vite sit principium, & diuisa est & determinata his, scilicet vegetatiuo, sensitiuo, & intellectiue, & motiue secundum locum. Ita autem pro tanto videntur determinare animam: quia sunt principia viuendi, quæ aliquando separata ab inuicem in diuersis inueniuntur. Quædam enim sunt vegetatiua tantum, & quædam vegetatiua & sensitiua, & quædam cum his mouentur secundum locum, & quædam cum his habent intellectum.

Est autem hic sciendum, quod viuere est actus essentialis anime, qui supponitur vt fundamentum in omni opere suo: & hoc patet, quia omnis anima actum hunc effudit in corpus, quod animat, & à principali membro corporis, hoc est, à corde vel ab eo quod est loco cordis, inest ipsum: & ideo viuentibus est esse. Quia autem anima vt forma dat esse ei cuius est anima, non dat nisi per vitam: & hoc dupliciter potest considerari, scilicet prout est ab anima, & prout est in corpore. Et prout est ab anima, sic est essentialis actus eiusdem: prout autem est in corpore, sic est formaliter adherens corpori: & ab eo dicitur caro viuere & corpus viuere: sic de quolibet parte, quia omnis pars alimentum accipiens viuunt: sed non omnis pars formaliter sentit, *E 3* quia

*Tex. & com. 16.*

*Tex. & com. 17.*

*Tex. & com. 18.*



quia ossa non sentiunt, & tamen viuunt. Anima autem etiam in se dicitur viuere causaliter: quia est causa vitæ, & vita in seipsa, sicut lux dicitur luminosa & causa luminis: & propter hoc etiam superiora dicuntur viuere nobiliori vita, quia nihil est in ea ex parte motoris vel mobilis, quod sit vitæ contrarium vel differenter participans vitam, sicut est in mortalibus, in quibus multa vitæ sunt contraria differenter participantia vitam, sicut sunt ossa, nerui, caro, pili, quæ vitam diuersis actibus animæ participant. Est enim actus animæ vitæ continuus, & esse dans corpori viuo: sicut enim esse generaliter est actus essentia in eo quod verè & secundum actum est, ita viuere est actus animæ in eo quod animatum est. Propter quod peccatum est in diffinitione vitæ Dionysij Philosophi, qui vitam dixit esse motum generis nutritibilis naturam assequens. Non enim generis nutritibilis tantum est, sed omnis animæ in corpus animatum, & à principali membro quod est cor, vel id quod est loco cordis in omnibus viuis: & quia continuus fluxus est, propter hoc dixerunt quidam, quod est potius in fieri quam in esse quieto: quoniam sicut lumen quod est actus perspicui, continuè insinuat in ea à sole quando est dies, ita dicunt, quod continuus fluxus est vitæ ab anima in viuum: & figuratur ille continuus motus instrumento vitæ secundum diafolem & systolem: & videmus mortificationem ad quæ non fluit spiritus vitæ à corde. Hæc igitur de vita quæ est continuus actus animæ in corpus, dicta sint.

## CAPVT VII.

*Verum qualibet virium anima sit anima, & vtrum sit tota in toto.*

Tex. & com.  
19.

**V**trum autem vnumquodque dictorum principiorum sit anima per se diuisa per essentiam ab aliis, aut est pars animæ, non per essentiam diuisa ab ipsa: & si est pars, vtrum separabilis à suo toto quod est anima solum ratione differens, aut si separabilis per essentiam & locum ab ipsa, sicut dixit Plato, & mentionem huius fecimus in libro præcedenti in fine, de quibusdam quidem harum facile est videre, sed quædam sunt in quibus habet dubitationem.

Tex. & com.  
20.

Satis enim planum est determinare de his quæ sunt actus corporum, sic quod non operantur nisi in ipsis, & diuisis eis diuiduntur, & vniuersis eis vniuntur: quoniam non sunt nisi actus corporis physici organici potentia vitam habentis: & ideo planum est de illis, quod sunt animæ. Sed non est adeo planum, vtrum quodlibet sit anima in talibus, aut sit partes eiusdem, vt in plantis, quæ conualescunt diuisæ: & in quibusdam animalibus diuisis, in quibus qualibet pars videtur omnes animæ operationes habere: & sic etiam ante diuisionem videbatur anima secundum quamlibet suam operationem & potestatem esse in quolibet parte, sicut in fine secundi libri phy-

ficorum diximus: vtraque pars habet sensum & motum: & si habet sensum, tunc oportet, quod habeat voluptatem & tristitiam: quoniam iam sensus conueniens ingerit voluptatem, & sensus inconueniens ingerit tristitiam: & sic vtrique parti inest appetitus. Hæc autem sine phantasia esse non possunt: quoniam motus à sensu factus est phantasia: & nullo modo appetunt nisi per motum à sensu factum.

Cum ergo ista in omnibus partibus diuisis, videtur quod etiam ante inerat partibus conuinctis, & sic anima secundum omnem suam potestatem fuit in omnibus partibus. Sed vna & eadem anima secundum quamlibet potestatem suarum operationum, non potest esse in qualibet parte: oportuit igitur, quod essent plures, & sic ea quæ operantur in diuersis partibus vnius corporis, non sunt partes vnius, sed sunt animæ plures. Et ista est ratio cur multam innerebatur Plato, & redit ad hoc vt quæramus, vtrum anima vegetabilis & sensibilibus sint in toto corpore tota, vel non: Videtur, quod in toto tota sit anima: quia ibi est, vbi operatur: sed operatur in talibus in toto: ergo est in toto, ita quod in omnibus partibus. Cum igitur anima sit indiuisibilis, oportet quod tota sit in toto. Amplius constat, quod qualibet vis sua essentia animæ est immediata: ergo tota anima cum sit indiuisibilis, adest cuilibet virtuti: sed virtutes diffusæ sunt per totum corpus: ergo ipsa est in toto corpore tota. Sed contrarium huic videtur esse: quia ex hoc sequitur, quod sit in oculo tota: & si extrahatur oculus, videbitur tunc extrahi tota anima: quod non est verum: & hæc omnia mouerunt Platonem ad dicendum, quod in vno corpore sunt multe animæ.

Sed dicendum, quod in vno corpore non est nisi anima vna, & vires eius sunt partes eius, sicut potestates naturalis est pars potestatis eius quod operatur per eam. Id autem quod inducitur de animalium & plantarum diuisione, solum est in præhabitis. Et cum cum quæritur, vtrum anima quæ est in animato corpore, & præcipue in tali corpore quod est simile in partibus, sicut sunt corpora plantarum & animalium analogorum, sit in toto tota: Dicimus, quod anima est vna & habet partes organicas, quæ omnes continuationem habent ad vnam quæ est cor, & tunc dicendum, quod anima est in corde, & inde insinuat potestates suas in totum corpus, & sic non est in toto tota, ita quod in qualibet parte sit tota, sed in qualibet parte est secundum aliquam suarum potentiarum: & quæ partes sunt similes in complexione & compositione, in illis est per similes potentias & operationes: & licet essentia eius adest cuilibet virtuti eius, non tamen virtute separata separatur necessarid essentia eius: quia virtus illa affixa est illi organo & non essentia animæ, sed potius illa est in corde, quod est organum essentia animæ deputatum: & ideo non separatur à corde, essentia nisi secundum hanc operationem quam habet in membro separato & non simpliciter. Diximus enim superiorius, quod diuiso corpore necesse est animam quodam

Nullam aliam  
totalitatem  
habet anima  
nisi suam  
vnam.

quodammodo per accidens diuidi, licet non diuidatur sicut forma singulariter in corpore distensa. Et hæc est Peripateticorum sententia. Fuerunt tamen & sunt quidam adhuc, qui dixerunt, quod anima est tota in toto corpore, quod non tamen fuit opinio alicuius Philosophi: & dixerunt, quod non extrahitur tota in oculo, quia dicunt, quod manet in alia parte principaliori secundum vitæ operationem: & ideo corpus animatum remanet adhuc animatum & viuum. Non enim tota dicebatur in oculo, nisi secundum quod tota subsistat virtuti visuæ: hoc autem est secundum quod per ipsam operatur visus: & hoc modo concedunt eam separari totam, quia de ea postea visum operatur. Ego autem multas distentum opinionum non intelligens, dicendum puro esse cum Peripateticis, quod anima totalitatem non habet nisi suam virtutem, sicut & corpus totalitatem non habet nisi suorum organorum, & ideo in vno corpore non est nisi secundum vnam partem, & illo separato non separatur nisi secundum partem, & remanet in aliis potestatibus suis adhuc operans in corpore: vniuersis autem omnes has potestates est substantia quæ est in corde: & potestates omnes animæ diriguntur ad cor, & sic substantia animæ adiacent tanquam ad eam directæ, sicut organa corporis omnia conueniuntur cordi. Et hæc opinio intelligibilis est, & veritati magis assimilatur inter dictas opiniones. Sic ergo patet solutio vnius questionis, vtrum scilicet omnes istæ potestates sint animæ per se, vel sint partes animæ vnius, quando sunt in vno & eodem corpore: Vtrum autem sint animæ, vel partes animæ, vel non: adhuc habet dubitationem, & ideo querendum hoc est.

## CAPVT VIII.

*Qualiter intellectus est alterum genus anime, & separabilis, & qualiter est umbra intelligentia, & sensibilis est umbra intellectus, etiam vegetabilis est umbra sensibilis.*

Tex. & com.  
21.

**D**e intellectu autem & potentia perceptive, quæ est perspectius intellectus, aut speculatiuus, non est manifestum vtrum sit anima aliqua, aut pars animæ: eo quod, sicut diximus, non est alicuius partis corporis, & ideo videtur alterum genus esse animæ. Hoc enim solum contingit separari à corpore sicut perpetuum à corporali. Quoniam iam certificatum est, quod incorruptionis causa est esse per naturam ante corporeitatem & contrarietatem, & quod intellectus est substantia ante vtrumque per naturam existens: & ideo habet esse perpetuum & incorruptibile, & aliam vitam necesse est substantiam istam habere post mortem. Et ideo falsum est quod dixerunt Epicurei, intellectum extinguere corpore extincto, eo quod incipit esse cum corpore: quoniam etiam concedatur

incipere esse cum corpore, tamen non accipit esse à corpore, aut ab aliqua eius commixtione, sicut habitum est in physicis: & quod non dependet ad corpus secundum suum esse, non oportet quod corrumpatur propter hoc corruptio corpore. Propter quod etiam, vt diximus, alterum genus vitæ est aut anima: quoniam habet quasdam potestates vitæ in corpore, & quasdam sine corpore anima intellectualis, & est in horizonte æternitatis & temporis, supra naturam existens, & infra intelligentiam.

Propter quod eleganter dixit Isaac animam rationale esse creatam in umbra intelligentia, volens dicere, quod anima ipsa intellectualis intelligentia est obumbrata, per hoc quod est anima corporis mortalis, quia ex hoc lux intelligentia obumbratur eius animæ: & quod intelligentia habet in simplici reum quidditate, anima habet per inclinationem ad continuum imaginabile & corpus, quod est materie mobilis & transmutabilis. Et ideo intellectus humanus cum continuo & tempore intelligit, quod intelligit de conceptionibus rerum. Sicut autem anima hominis est refectio intelligentia obumbrata, sic etiam sensibilis est obumbrata quoddam animæ rationalis, & ideo obscuratur amplius & amittit cognitionem intellectualem, & inquisitionem de rerum veritatibus, & discretionem amittit corporis & honesti, verecundi & inuicemundi: & ideo est hoc, quod nullam habet potentiam quæ non sit infixata in carne: & ideo conceptiones deputatæ ad veritatis intuitum, non possunt ea quæ solum habent sensibilem animam. Magis autem corpori immergitur vegetabilis, quæ nullam animæ formam separata à materia, sed super materiam rerum per qualitates corporeas operatur, sicut digerendo cibum per calorem: & similiter alias perficit operationes. Corpus autem proximum huic substantia est corpus celi: & hoc ideo dicitur esse umbra vegetabilis ab Isaac. Et sic patet qualiter anima rationalis est creata in umbra intelligentia, & est imago quædam æternitatis, & supra tempus existens: & anima sensibilis est umbra animæ rationalis: propter quod potest super ipsius animæ rationalis, & operatur in ipsam aliquas suarum operationum aut conceptionum, sicut intelligentia imprimat in animam rationalem. Vegetabilis autem est in umbra sensibilis & operatur in eam: & ideo vegetabilis cum sensibili coniuncta, facit ad organum sensus conueniens, & non ad organum vitæ tantum: quoniam vegetabilis est vt instrumentum sensibilis animæ, sicut & sensibilis vt instrumentum animæ rationalis, in attrahendo formas: & descendunt istæ animæ in diuersa corpora, & ignobilitantur secundum quod magis & minus immergantur corpori, sicut si imaginemur formati sigilli vnius recipi in diuersis materiis nobilioribus & ignobilioribus. Nulla enim istarum habet formam secundum quod est in sigillo, & tamen qualibet illarum refectio est quædam ipsius sigilli magis & minus obscura, secundum materiam diuersitatem.

Anima rationalis  
est umbra  
intelligentia,  
& sensibilis  
est vegetabilis  
animæ  
rationalis  
inseparabilis  
sensibilis.



Et hæc fuit causa quare quidam dicebant unam numero esse animam in omni corpore, sed tamen mole materiæ esse impeditam, ne in quibusdam agat operationes vitæ, sicut in lapidibus, & in quibusdam plures ageret operationes vitæ quam in aliis, eo quod temperantia ipsorum magis est reducta ad æqualitatem & magis separata ab excellentiis contrariorum, & ubi sit recessio à contrariis excellentiis, quod æqualitas incipit conformari celestibus, sicut in hominibus, in illis habet omnes operationes suas. Et dant exemplum de igne, qui inflammatur in lignis cremabilibus, agit operationes lucis, & in male cremabilibus facit flammam rubeam obscuram, in aliis autem fumum tantum, & in aliis non facit nisi calorem: & videbatur ista antiquissima Stoicorum de schola Socratis opinio esse, sicut apparet ex dictis quæ scribuntur in eorum libris.

*Opera anti-  
quissima Sto-  
icorum & Socratis.*

CAPVT IX.

*Quod formaliter & non materialiter  
vivitur anima, & quod ipsa est pri-  
mus actus huius corporis &  
non cuiuslibet.*

**R**eliquæ autem partes animæ præter intellectum, & quæ coniunctæ sunt intellectui, sicut ratio, & voluntas, & deliberativa, & electiva, vel eligentia, manifestum est, quod non sunt separabiles à corpore: tamen ab invicem differunt ratione & diffinitione, & similiter differunt à corpore. Necessarium autem, quod sensitiva & opinativa differant ratione, cum actus istarum virium essentielles differrentes sint, sicut sentire, & opinari. Similiter autem est de qualibet aliarum potentialium quæ dictæ sunt.

Quod autem in quibusdam animalium in fine omnes potentia: quædam enim non habent nisi quasdam, & quædam unam solam, scilicet vegetativam: & in hoc est differentia animalium ab invicem: per hoc enim dicimus ea quæ animata sunt, ab invicem differre: & propter quam causam hoc contingat, posterius dicemus, ubi determinabimus de perfectis & imperfectis animalibus. Similiter autem manifestum est, quod animalium quædam habent omnes sensus, quædam vero unum solum habent, scilicet tactum.

Sed hoc quidem hic dicendum est, quod in omnibus potentiis quibus exercentur operationes vitæ, semper quo vivimus, dicitur dupliciter, sicut etiam dupliciter quo scimus & quo sanamur. Dicimus enim interrogati, quo scimus: quoniam animam scimus: & aliquando dicimus, quoniam scientiam scimus, utroque enim istorum dicimus nos scire. Similiter autem interrogati, quo sanamur: dicimus, quoniam sanamur sanitate, & quod sanamur oculo vel pectore. Sed quando dicimus, quod scimus scientiam, vel sanamur sanitate, significamus formam & actum primum: & id quod est ratio scientiæ vel sani-

tatis in eo quod suscipit scientiam vel sanitatem. Actuarum enim formarum actus est in patiente, hoc est, suscipiente, & dispositio ipsius: & ideo omne quod est actus formæ cuiuslibet, est in eo quod disponitur & formatur per formam illam, cuius actus proprius est esse quod est ab ipsa forma. Cum autem dicimus, quod sanamur pectore, vel scimus animam, significamus id quod disponitur scientiam vel sanitatem, in quo est actus illarum formarum: sed tamen oportet, quod tale sit suscipiens, quod sit agens operationem, cuius principium est forma, sicut instrumentum agit. Et similiter cum dicimus, quod anima vivimus, anima est actus & forma & ratio vitæ viventis corporis secundum omnia principia superius enumerata. Similiter ipsa est quo sentimus & intelligimus. Erit igitur anima species & ratio & forma corporis, & non corpus aliquod: cum forma nunquam possit esse materia, sicut in secundo physicorum probatum est.

Cum enim tripliciter dicatur substantia, sicut in præhabitis distinctum, & hoc quidem est species & actus, & corpus & materia, & animalium quod est ex his: & ideo corpus non potest esse actus animæ vel animati, sed potius anima est actus corporis.

Et propter hoc bene opinantur Philosophi illi quibus videtur, quod anima non sit sine corpore, neque tamen sit corpus: quia in veritate ipsa non est corpus, sed est aliquid corporis, quia est actus eius: & ideo est in corpore determinato sibi per convenientiam, & non est sicut priores Pythagorici aptabant eam, nihil determinantes in quo & quali physico corpore esset qualibet anima. Nos enim videmus, quod non qualibet anima accipit quodlibet corpus quodcumque continenter & differenter, sed sibi aptatur proprium: eo enim quod est alicuius actus, debet ei non quæcumque materia & susceptivum quodlibet, sed proprium & determinatum: hoc enim est rationale, eo quod actus actuatorum sunt in susceptivis propriis, in quibus nati sunt fieri ex communicatione actus actus suscepti. Manifestum est igitur, quod anima est actus quidam & ratio corporis cuiusdam quod potentia vitam habeat.

CAPVT X.

*De enumeratione potentialium principia-  
lium quæ sunt potentia anima.*

**V**olentes autem nunc de potentiis particularibus determinare, quas superius diximus esse quatuor, quæ sunt principia vitæ, oportet primo reiterare quod diximus, quod scilicet quibusdam animalibus illæ omnes insunt, aliis vero non insunt, nisi quædam illarum, & quibusdam non insunt nisi una sola: potentias enim vocamus animæ partes magis principales, quæ sunt vegetativum, sensitivum, motivum secundum locum & intellectivum. Plantis autem de his potentiis vitæ non insunt nisi vegetativum. Alteris autem, sicut

sicut animalibus, insunt hoc & sensitivum & appetitivum: quoniam aliquis appetitus insunt his quæ habent sensum. Appetitus enim est desiderium quoddam, ex quo consequitur sicut ex causa voluptas & ira. Animalia enim ad minus habent unum sensum qui est tactus: & sicut diximus, quibuscumque insunt sensus tactus, illa tactu sentiunt convenientes & inconvenientes, ex quibus causatur letitia quæ est sensus convenientis, & tristitia quæ est sensus inconvenientis. Quibuscumque autem insunt letitia aut tristitia, in illis est cupiditas sive desiderium. Cupiditas enim nihil aliud est nisi appetitus eius quod est dulce secundum naturam: dulce enim iudicatur, quod est delectabile secundum naturam.

Adhuc autem ante omnia indigentia restaurare perditum in natura corporis oportet accipere alimentum sensum, qui est tactus. Oportet enim, quod eisdem omnia nutriantur ex quibus sunt, sicut diximus in libro perigeneseos. Sunt autem ex calido & frigido humido & sicco. Igitur sensus alimenti est sensus, per quem sentiuntur dictæ alimenti qualitates & differentia: Sensus autem tactus est sentiens istas differentias. Oportet igitur, quod sensum tactum habeant omnia animalia: quia in illis propter molliorem partem, de facili fit multa perditio, quæ non fit in plantis propter partium duritiam & caloris naturalis debilitatem, qui quasi nihil consumit in eis, sed dividit tantum & penetrat, ut ingressum accipiat nutrimentum: propter quod deficiente alimento famescunt & siccantur animalia naturaliter omnia: quoniam alimentum non fit, nisi calido penetrante, & inquantum digestivum & alterativum cibi, & sic quod restaturatur, additur loco perditum. Et ideo famem est desiderium calidi & sicci cibi. Quia autem siccum non per se fluit ad membra, neque per se impressibilis est formæ membri, ideo oportet habere humidum quod sit quasi cibi vehiculum, & deferat ipsum, & faciat ipsum figurabile specie membri quod alitur.

*Secundo de  
generatione  
tex. & com.  
50.*

Si autem hoc humidum esset cum calido, tunc calidum consummaret partem humidam, & diminueretur adiumentum vehendi cibum: & ideo sitis appetit naturaliter frigidum & humidum in potum. Famem ergo & sitis duæ sunt partes naturalis appetitus: siccis enim & humidis: & cum omnia famescant animalia, & siccant omnia animalia, habent appetitum naturalem eorum quæ alunt, quæ sunt calidum & humidum & frigidum & siccum: & constat, quod horum non est aliquis sensus præter tactus: omnia igitur animalia habent tactum & talem appetitum naturalem. Sensus autem alius non est alimenti nisi per accidens, secundum quod sonus vel color iudicat alimentum esse prope vel longe: & ideo nullum alterius sensus obiectum alit, nisi obiectum tactus: odor enim est spirituale, & non incorporatur, sicut dicemus in libro de sensu & sensato. Sed humor qui Latine sapor dicitur: Graeci enim humores sapes vocant, ille est aliquid tactus: quia sapor proxima sequela est complexionati ex qualitatibus primis: non tamen sapor ut sapor alit, sed po-

tius humidum & sicum & calidum & frigidum, sicut diximus: & huius causa est: quia quia nihil alit, nisi quod potest assimilari ei quod alitur: nihil autem assimilatur ei, nisi quod similiter compositum est ex elementis, & ex calido, frigido, humido, & sicco: eo quod omnis complexio, ut peritiores medicorum dicunt, quoadiu est in bona habitudine secundum naturam, appetit sibi simile: corrupta autem aliquando appetit contrarium, sicut febre astuans appetit aquam ut extinguatur. Pater igitur, quod animalia habent tactum necessarium, & appetitum naturalem eorum quæ mixta sunt ex qualitatibus tactus: & hoc ostenditur per famem & sitim.

De omnibus autem his sigillatim certissimum est posterius. Nunc autem tantum dictum sufficienter, quod omnibus animalibus sensum tactus habentibus, etiam appetitus insunt necessarii. De phantasia autem & arte practici intellectus, & imaginatione nunc quidem non est manifeste aliquid dictum, sed de his omnibus in sequentibus persequemur.

Quibusdam autem cum sensu insunt principium vitæ, quod est motivum secundum locum: & hæc sunt illa quorum cibus à terra non sufficienter præparatur, & habent os secundum figuram. Alia enim immobilia existunt, figuram oris non habent: eo quod indices quibus terra insunt, ori habent similes, sicut planta: & ideo cibus eorum sufficienter in terra præparatur: propter talia etiam venies non habent, neque loca per quæ emittatur gestio impuri cibi. Quibusdam autem cum dictis potentiis insunt etiam intellectivum, sicut hominibus, & si forte appareat aliquod genus huiusmodi animalium alterum, aut honorabilius quam homo in mortalium natura. Et hoc dictum est propter quosdam dicentes quædam intellectiva animalia esse æmone regionem lucis in æthere habitantes, sicut dixerunt Platonici, qui tamen veritatem non habent: sed hic de his non intendimus, & ideo sub dubio dicimus si quid appareat homine honorabilius. Sed quod hic nos habemus determinare, hoc est de partibus animæ, & quam habent ad invicem & ad animam comparisonem.

CAPVT XI.

*Ex quibus partibus componitur anima, & eadem est ratio anima & figura.*

**O**portet autem scire, quod partes eius quod est spirituale, & eius quod est corporale, differunt: quoniam partes corporeæ res componunt aut suam essentiam aut suam quantitatem. Et si componunt suam essentiam, tunc sunt sicut materia & forma, aut sicut mixta in eo quod mixtum vocamus. Si autem componunt suam quantitatem, tunc sunt tertiarie, vel mediarie, vel quartæ: & sic de alijs quantitativis partibus. Et hæc vocare consuevimus integrales, primas autem essentielles. In spiritualibus autem dicimus, quoniam



nam spiritalia potentia quedam sunt, & habent suas partes naturales potestates, ex quibus constituitur quoddam vniuersum suae potestatis, sicut apparet in vrbianitatibus. Cum enim dico regnum, potestatem quandam dico, quam componunt multae potestates particulares, quae tamen omnes fluunt ex regno. Si enim diffiniens regnum dicam, quod regnum est monarchia, cuius potestates leges & ordines vitendi omnibus distribuuntur, erit quedam eius particularis potestas potentia praesidis qui terra principatur. Alia autem proconsulis, consilio cuius & iuru detentantur iudicia, & sententiae dantur. Alia autem tribuni, & alia ducis exercitus, & alia centurionis cohortis vnus, & adhuc alia decani, & alia praefecti qui praeficitur ad paucos in lege iustitiae constituendos: & sic diuersae potestates iunctae simul efficiunt vniuersum quoddam, quod vocatur regnum. Et sic est in omnibus spiritalibus potentis. In omnibus autem potestatibus, semper quicquid potest potentia inferior, potest & superior, sed non conuertitur: & ideo inferior est semper in superiori secundum omnes suas operationes, sed nobilitatur operationes inferioris quando iunt in superiori. Similiter autem in potestatibus causarum naturalium. Quaedam enim vtilium sunt semper, & quaedam nequaerent, & quaedam ratio, sicut diximus in secundo phisicorum: & quicquid est potestatis in eo quod est ratio, exercetur ab eo quod est frequenter, & ab eo quod est semper, sed non conuertitur. Habet tamen semper aliquid impotentiae, & defectus, inferior potestas, quod non potest referri ad superiorem potestatem: & ideo diximus, quod nobiliter exercetur operationes inferioris potestatis a superiori, quam ab inferiori potestate.

Est autem adhuc notandum in istis potestatibus, quod si superior potestas non vniret in se potestatem inferiorem non diceretur omnia hac vnum regnum, nisi sicut acernus lapidum: & ideo quantum potestas superior est simplicior, erit & vniuersalior ad multa exercenda, quae sub illa potestate continentur. Omnino autem eodem modo est in anima, quae est in potentia vitae in qua omnis potentia exercendi opera vitae continetur: & ideo particulares potestates, sicut vegetatiuam, & sensitiuam, sunt quidem potentiae naturales ab ipsa fluentes, quae dicuntur proprietates, sed tamen inferioris potestatis opus & potentia in superiori nobiliter est quam in seipia: unde sensitiua nobiliter terminat opera vegetatiua, quam ipsa vegetatiua sola. Nutritiua enim quae facit carnem, nobiliter operatur quam illa quae facit lignum. Similiter autem est in generatiua. Similiter autem est in sensitiua, & intellectiua anima, quod omnes suas operationes nobiliter participat. Et patet ex hoc iam quod in homine neque tres substantiae, sed vna substantia simplicior & nobilior aliis: & ideo plures & nobiliores ab ea quam ab aliis fluunt potestates: & eadem potestates quae sunt inferiorum, nobiliter sunt in ipsa quam in eis: neque sunt istae potentiae

Inferioris potestatis opus nobiliter est in superiori quam in seipia.

non vnire: quia sic esset verum quod dixit Plato, quod scilicet quedam collectio diuersa operaretur: vniantur enim semper inferiores in superiori per modum iam assignatum: & ideo particulares potestates non sunt partes essentialiter componentes animam, sed potius quae determinant totam suam potestatem ad opera vitae distributam per potentias: sicut & regnum distribuitur per potestates particulares ad distribuendam vitam, vel continentendam & exercendam, quae vocatur ciuilibus: & ideo dixerunt antiqui sapientes, quod anima est in corpore, sicut rex in regno, & oculus est in ipsa, sicut aliquis praefectus in potestate sibi iuncta.

Ex his iam patet, quoniam eodem modo iam erit vna ratio diffinitiuus animae & figurae. In figuris enim sic est, quod nulla rectilinea inuenitur praeter triangulum, & eas quae ipsum sequuntur in specie figurarum: & similiter est in animabus, quod nulla est anima praeter vegetatiuam, & quae sunt post ipsam, in ordine animarum: quia sicut figurae habent ordinem quod vna est ante, & alia post, ita etiam anima vel animae. Simplicior enim linearum est recta: eo quod est vnus forma tantum, sicut saepe diximus. Et simplicior figurarum est triangulus secundum formam figurarum: quia & in lineis est vnica forma, & in superficie: quia secundum formam non diuiditur in figuram aliam: quia triangulus non diuiditur in aliam figuram, quam in triangulum. Circulus autem duarum formarum est in conuexa & in concaua, sicut saepe diximus in antehabitis libris nostris. Aliae autem figurae rectilineae, tetragonus, pentagonus, sic deinceps, diuidantur in diuersas figuras. In figuris igitur est ratio quedam communis quae omnibus conuenit, ex qua tamen non scitur quilibet figura in specie, & quare vnica se habet ad aliam: & hoc est ita quod figura est quantitas linea vel lineis terminata, vel quod figura est terminatio quatuor, si conuenierimus, quod figura est qualitas & non quantitas: hoc enim omni figurae conuenit. Ex hac tamen non scitur qualiter triangulus est in tetragono secundum potestatem & in aliis figuris: & ideo ex illa non perfecte scitur trianguli natura, sed oportet quaerere trianguli propriam rationem. Neque propria dicitur perfecte figurarum rationem, & ideo necessaria est communis. Si enim diffiniens triangulum dicam, triangulus est figura prima elementalis ad omnem figuram rectilineam, in qua diuiditur omnis figura rectilinea, ex illa diffinitione non cognoscam esse figurarum in triangulo, licet cognoscam posse trianguli ad alias figuras. Et ideo in scientia figurarum duas diffinitiones oportet inquirere: vniam communem, & alteram propriam, & neutra sine altera sufficit. Et similiter est in animae ratione, quod communis ratio est quae omnibus conuenit animabus, quae est entelechia corporis physici potentia vitam habentis: tamen quia vitae potentia non est vna in omnibus animabus, sed alia & alia, ideo oportet quaerere secundam quamlibet vitae potentiam, aliam & aliam rationem. Et ideo

Ter. & com. 30.

ideo deludendus est qui dicit sufficere communem rationem in his & in aliis similibus, quae nullus erit propria ratio: & iterum non dehemus esse in propria ratione, neglecta ratione communi.

Ter. & com. 31.

Est autem & adhuc alia similitudo inter figuras & animas: sicut enim trigonum est in tetragono, & in omnibus aliis figuris, quae sunt communiter post triangulum secundum potentiam, ita est vegetatiuum in sensitiuo, sensitiuum in intellectiua. Trigonum autem est in tetragono potentia, non secundum se: sed si distribuatur tetragonum in ea quae potest, potest tunc in operationem trigoni & plus. Quoniam si diuidatur lineis diagonalibus duabus, faciet quatuor triangulos: & similiter quaecunque figura est rectilinea, in tot triangulos diuiditur, quot habet angulos, lineis a quolibet angulorum ad centrum figurae deductis. Similiter autem quoniam sensitiuum distribuitur in potestates suas, tunc poterit in opera vegetatiui, & amplius, & eodem modo intellectiuum poterit in opera vegetatiui & sensitiui. Tamen quia sicut trigonum non est in tetragono, secundum actum trigoni, sed tetragoni: ita neque vegetatiuum est in sensitiuo secundum actum vegetatiuum, sed sensitiuum, quod est superior potestas ad ipsum: & ideo ex se potens in potestatem inferioris potestatis ad ipsum, vt diximus superiorum. Propter quod etiam soluitur dubium quorundam, vtrum, scilicet sensitiuum sit compositum ex vegetatiuo & quodam alio: Constat enim, quod non, sed sensitiuum est vnum simplex amplioris potestatis: & ideo ex sua simplici forma exercere potest nobiliter opera vegetatiui, quam ipsum vegetatiuum per se solum. Si enim ex illo & alio componeretur, qualiter esset forma simplex perfectius animal: Similiter autem est de intellectiua. Neque enim in figuris figura tetragoni est composita, sed simplex: quae tamen distributa in ea quae potest, potest in tetragonum & amplius. Similiter autem est in omnibus formis consequenter ordinatis sicut causa primaria & secundaria, sicut dicitur in libro de causis de esse, viuere, sentire, & intelligere. Quilibet enim illarum est simplex vna essentia, & tamen semper consequens habet potentiam praecedentem vel praecedentium omnium, & non insinuat secunda nisi cum causalitate antecedentem: quia vita nulli dat vitam sine esse, neque sensus alicui dat sensum sine vita & esse. Sic & intellectus nulli dat intelligere sine esse, viuere, & sentire, in genere mortalium. In celestibus enim intelligere forte est sine sentire: est tamen de hoc determinandum in prima philosophia.

Nota, tres causas propter quas contingit formam consequentem operari omnes potestates praecedentium simplicium.

Si autem hoc quaeritur, unde habeat consequens forma, quod potest omnium praecedentium formarum potestates operari: Dicendum videtur, quod habet a tribus, quorum vnum est ipsa consequentia ordinis: non enim est consequens, nisi quia exiit a praecedente: & ideo potestas praecedentis potest in ea. Alia causa est: quia licet sit consequens secundum intellectum, tamen est vicinior secundum esse primae causae. Intellectus enim vicinior est

primae causae quam sit sensus, & sic habet in se plures bonitates & nobilitates, quibus accedit ad conformitatem primae causae, & per illas bonitates plura potest quam aliqua alia essentia vel forma. Tertia causa est: quia est immaterialior & simplicior & separatiior semper consequens quam praecedens, & ideo in plura potest quam antecedens ipsam. Dico autem simplicior secundum esse & non secundum rationem: quoniam secundum rationem est & conuerso: quia praecedentes formae cadunt in eius diffinitione, ideo secundum rationem sunt ante eam & simpliciores ea. Et haec tria simul iuncta dicunt veram causam, quia vnica existens sequens in plura potest quam antecedens.

Et si forte aliquis obiciat, quod diffiniens & ratione prius est diffinitio, & simplicior secundum esse & naturam, dicendum quod hoc est verum secundum communem naturam quae inuenitur in plantis: sed nos hic vocamus secundum esse simplicioris & prius, quod in esse simplicioris est & prius: & non dubitamus quin intellectus secundum esse simplicior sit quam sensus, licet communior natura sit sensus quam intellectus. Haec igitur est causa, quod nulla istarum formarum composita est, & tamen plura potest vna quam alia. Si autem dicatur, quod habet potestates naturales in seipia, sic compositum est seipia: dicitur, quod hanc solam habet compositionem: sed illa non repugnat simplicitati formae. Rectum enim formam dicit in mathematicis: & recto cum multa accidunt, vt propriae passionis ipsius, & potentiae naturales eius, & tamen simplicitati suae non praedicant: quia sunt post suam essentiam, & fluunt ab ipsa. Ita & ista post esse animae sunt & fluunt ab ipsa, & ideo non tollunt eius simplicitatem. Ex dictis igitur patet, quod non sufficit assignasse communem animae diffinitionem, nisi propriam secundum quamlibet eius potestatem assignemus, per quam sciantur ea quae accidunt ei secundum potestates illas. Oportet igitur scire quae sit vnica illaque anima, vt quae hominis, quae bestiae, & quae plantae: quia, sicut diximus, sensitiuum non est sine vegetatiuo, licet & conuerso vegetatiuum a sensitiuo separatur, vt in plantis apparet. Iterum autem sine tactu non habetur aliquis aliorum sensuum: tactus autem ab aliis separatur: quia multa de numero animalium neque visum, neque auditum, neque odoratum sensum habent, sed tactum solum, & gustum secundum quod est quidam tactus, & cum sensitiuo principio vitae.

Compositio praedicta non repugnat simplicitati formae.


Quaedam etiam habent secundum locum motum, & quaedam non habent ipsum: vtrumque autem quod est finis & paucorum animalium habent quaedam intellectum, & vultu non habent. Homo enim solus habet in genere mortalium, nisi secundum Platonicos insensatur aliquod intellectum mortale homine dignius: & quibuscumque inest intellectus, insunt & antecedentia omnia, sed non conuertitur. Quibusdam enim inest solus sensus, & quaedam cum hoc habent imaginationem, & quaedam cum his memoriam, & quaedam

Ter. & com. 32.



quædam cum his experimentum & artem, sicut homines. De speculariio autem intellectu altera ratio est: quia separatus est & magis proprie separatorum quam mortalium. Sed tamen in tertio huius scientiæ libro de ipso

erit tractandum, & videndum quid & quomodo sit. Sed ex dictis manifestum est, quod propriissima erit ratio animæ qua cognoscitur quid est horum vnumquodque.



## TRACTATUS II.

*De potentiis animæ vegetabilis sigillatim.*

### CAPVT I.

*De ordine procedendi, & quot sunt & quæ potentiæ animæ vegetabilis.*

Tex. & com. 37.

**N**ECESARIUM autem est ei qui debet determinationem facere de istis, ut accipiat primum quid est vnumquodque eorum quæ dicta sunt. Sed antequam hoc fiat, oportet ut adhuc quaramus vtrum sensitiuum, intellectiuum, & vegetatiuum sint vna substantia in homine, vel plures? Videt enim quod plures: quia corruptibilis & incorruptibilis non est substantia vna. Intellectiuum autem est incorruptibile, & sensitiuum & vegetatiuum sunt corruptibilia. Ego ipsorum non est substantia vna. Adhuc autem separabilis & inseparabilis non est substantia vna: ergo cum intellectus sit separabilis, & sensus & vegetatiuum non sint separabilia. ipsum non est vna & eadem substantia. Adhuc autem quorum actus essentialiter differentes sunt, ipsorum sunt essentialiter differentes: sed sic differant actus isti, vegetare, sentire, & intelligere: ergo vegetabilis, sensibili, & intellectus non sunt vnus & eiusdem substantiæ. Hanc autem questionem pluribus iam vicibus tetigimus & determinauimus: & ideo adhuc dicimus, quod hæc tria in homine sunt vnus substantiæ, quæ quia eleuatiore est quam alia, propter hoc plura operatur, & plura habet principia vitæ ad exercenda opera vitæ: & ideo istæ tres potentiæ sunt vnus substantiæ in homine. Et quod dicitur, quod corruptibile & incorruptibile non sunt vnus substantiæ, hoc est verum si corruptibile & incorruptibile est aliquid secundum substantiam. Si autem corruptibile & incorruptibile dicuntur secundum operationem, tunc nihil prohibet ab eadem substantia fluere potentias duas, quarum vna est corruptibilis, & altera incorruptibilis: eod quod vna est coniuncta corpori, & altera non: sicut ab vna substantia separata diximus superius fluere potentiam coniunctam cum corpore, & non coniunctam. Superior enim essentia eod quod est superior, potest in omnem operationem

Nota quomodo corruptibile & incorruptibile non sunt vnus substantiæ.

inferioris: & per hoc patet determinatio obiectorum. Dicamus igitur, sicut superius incepimus dicere, quod ei qui debet facere determinationem certam de præmissis, quod necessarium est ei accipere quid vnumquodque istorum, est per rationem diffinitiuam: & postea per rationem illam oportet eum determinare de habitis qui consequuntur, sicut accidentia per se, sicut est separabile esse, vel non esse separabile à corpore, & huiusmodi quæ accidunt potentiis animæ, & de aliis quæcunque sunt determinanda. Ex ipsis autem congruit dicere quid vnumquodque istorum est per diffinitiuam rationem, antequam sciamus de toto: eod quod partes priores sunt quoad nos. Tunc eadem ratione prius oportet determinare de actibus istarum potentiarum: eod quod actus præuij sunt potentiis quoad nos secundum rationem, licet simpliciter & secundum esse, potentiæ sint priores actibus. Per eadem autem rationem adhuc de obiectis prius est determinandum: quia obiecta magis accedunt ad nostram noticiam, quam actus vel potentiæ: obiecta enim sunt quæ inferunt potentiis passionem, & potentiæ informantur per species obiectorum: & ideo obiecta sunt species præbentia actibus, & per actus dant speciem potentiis: & propter hoc prior speculario est de obiectis quoad nos, secunda de actibus, & tertia de potentiis quoad nos: prius igitur dicendum de sensibili & intelligibili, & postea de intellectu & sensu.

Inter autem omnes potentias prius de alimento & generatione dicendum est: vegetatiuum enim communius inest animatis quam sensitiuum & intellectiuum: & commune etiam quoad nos prius est, quemadmodum diximus in principio physicorum: vegetatiuum enim est potentia secundum quam omnibus inest viuere, & illius opera sunt alimentatio & generatio. Tria enim habet in se potentia vegetatiua, hoc est, nutritiuam, & augmentatiuam, & generatiuam. Cuius hæc est ratio: quoniam omne quod generatur, propter paucitatem materiæ ex qua generatur, prius est imperfectum secundum quantitatem: & virtus deducens ipsum ad perfectum est augmentatiua, cui contraria est diminutiua quæ surgit ab imperfectione & potentia eius.

Tex. & com. 34.

sed ipse vnus: & ideo, sicut prædiximus, esse diuinum quædam participant plus, & quædam minus, vnumquodque sicut potest.

### CAPVT II.

*Qualiter anima est viuens corporis causa & principium.*

**E**Sc autem anima viuens corporis causa & principium. Causa autem & principium tripliciter dicuntur anima autem est viuens corporis, causa & principium secundum tres modos determinatos in secundo physicorum. Est enim anima causa efficiens vnde est motus corporis, & ipsa est etiam causa finalis propter quam est corpus, & est causa formalis sicut substantia dans esse animato corpori.

Quod enim sit causa formalis sicut substantia animati corporis, manifestum est: viuere enim viuens est esse: quia viuere est actus animæ in corpus contrarius, sicut supra diximus. Causa autem formalis & principium viuentium in eo quod viuunt, est animatum animatum ab inanimato determinetur in viuendo, sicut superius patuit. Amplius autem eius quod potentia est viuens, hoc est, quod potestatem habet exercendi opera vitæ, actus est ratio. Actus enim qui est complementum est rationem & esse dans ei quod potest operari opera vitæ, sicut supra probatum est in prima diffinitione animæ. Constat autem, quod actus potentia vitam habentis est anima. Ergo ratio eius est forma. Ex istis igitur duabus rationibus probatur esse principium & causa corporis sicut forma & substantia eius. Manifestum est autem, quod ipsa est etiam causa finalis, quæ est causa propter quam est quicquid est: & propter quam sit quicquid sit. Sicut enim intellectus practicus in mechanicis est propter finem determinatum, propter quem mouet materiam ut inducat formam artis, quod est bonum artis illius: eod quod omnis ars alicuius boni est operatrix, sicut faber facit quod facit propter cultellam, & operatum opus illud est finis eius. Eodem modo etiam natura operatur propter finem determinatum quæ intendit, sicut probatum est in secundo physicorum: & hic est finis natura propter quem operatur. Huius etiam finis in animalibus est anima: secundum naturam enim omnia physica corpora animata & organata propter animam, & diuersitas eorum est propter animæ diuersitatem: & hoc est tam in animalibus quam in plantis, sicut & omnia instrumenta artis sunt propter artis finem. Sicut autem supra diximus, quod cuius causa sit, dupliciter dicitur, scilicet quod est cuius causa sit totum quod sit: & quod est quo res est id quod est: & horum exempla subiicimus superius. Est enim diuinum est vnus, cuius causa sit quicquid sit, sed non quo res est id quod est: forma autem est cuius causa sit, & quo res est id quod est: & talis finis est anima animati corporis. Sic ergo probatum est, quod anima est cau-

Tex. & com. 36.

Tex. & com. 37.

2. ph. c. 74 & infra.

eius. Debet autem omne quod est ex contrariis, saluari in esse: & hoc fit per virtutem nutritiuam. Et indiget diuino esse participare in simili secundum speciem: & hoc fit per generatiuam. Et ideo tres virtutes necessariæ habet potentia vegetabilis. Dicuntur tamen duo istorum opera, generare, & alimento vti: quia ista duo sunt ad substantiam saluandam. Alimento quidem secundum materiam & indiuiduum: generare autem secundum speciem & formam. Generatiua enim omnibus inest viuentibus quæcunque sunt de numero naturalium & non æternarum substantiarum, & quæ sunt perfecta & non imperfecta: quia imperfectum in quantitate propter hoc quod multum necesse habet ponere in substantia, nihil potest ponere in semine: & ideo generare infantes & pueri non possunt: & hanc generationem habere per se & variam est facere tale alterum in indiuiduo, & idem in specie quale est ipsum generans: & facit hoc quod est perfectum, ut diximus, & non occasionatum, sicut monstra sunt, & quæcunque non casu generantur, ut peccata nature quæ sunt monstra, sicut diximus in 2. physicorum. Habent autem generationem variam præcipue ea quorum vltimum posse generatio est, sicut vegetatiua: quia generant ex se radices & virgæ & ramos & folia. In hac autem varia generatione, semper generans facit tale alterum quale est ipsum, ut virga quidem virgam, animal autem animal. Causa autem est quatenus diuino esse participant quantum possunt, quod est sempiternum esse: omnia enim illud perpetuum esse optant, & illius causa agunt quicquid agunt secundum naturam. Sicut enim diximus in celo & mundo, similitudinem diuini esse quædam participant sine motu, & quædam cum motu: & eorum quæ mouentur, quædam reitentur eadem numero, quædam eadem specie: & sic diximus in fine de generatione & corruptione. Quædam autem reitentur eadem specie non numero, sicut generabilia & corruptibilia.

Tex. & com. 35.

Id autem quod est causa finalis cuius causa sit, id quod sit, dupliciter dicitur: hoc quidem cuius causa sit quicquid sit ad illud. Aliud autem est quo res est id quod est, & hæc est causa formalis: vnde esse perpetuum causa finalis est generationis, sicut eius causa sit tota successio generationis, & quam non consequitur natura vna generatione, sed per totam & infinitam generationis successione: & ideo hoc est tantum cuius causa sit quicquid sit secundum naturam: forma autem daps esse generato est finis quem consequitur natura per vnica generationem: & hoc est finis in quo quiescit actus vnus particularis generantis, sicut in quo est esse eius quod generatur: quia forma daps esse generato. Et quia generabilia communicare non possunt esse diuinum, quod est perpetuitas esse in seipsis, eod quod nihil corruptibile continere potest manere, communicant tamen quantum possunt, ut saltem remaneant eadem specie: & tunc remanent quidem non vnus, sed vt vnus. Numero enim non vnus permanent, D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.

finalis. Ac verò ipsa est etiam efficiens causa, unde est motus corporis animati. Nihil enim mouetur ex se secundum locum nisi ab anima. Si autem aliquis dicat, quod non omnibus iuentibus conuenit iste motus, dicemus quod etiam alteratio & augmentum sunt motus ab anima in corpore suo existentes: enim enim quadam alteratio esse videtur, & nihil sentit nisi quod habet animam. Similiter autem omni vino conuenit augeri & minui. Nihil autem augetur propriè, nisi quod alitur propriè: & nihil alitur propriè, quod non participat animam: ergo ad minus unde est motus augmenti in omni corpore uiuus est anima, quod quidem corpus participat animam. Erit igitur anima tripliciter causa animati corporis: eò quod tres dictæ causæ in unam rem coincidunt, sicut in secundum physicorum probatum est. Materialis autem esse non potest: quia materia nunquam coincidit in eandem rem cum aliis causis.

CAPVT III.

De improbatione erroris Empedoclis circa motum & causam nutrimenti.

FRANC. 58.

Empedocles autem loquens de motu nutrimenti ad partes & membra eius quod aliter non bene dixit, addens dictis suis augmentum accedere plantis: deorsum quidem, propter id quod terra sic fertur naturaher deorsum: sursum autem, propter ignem qui mouetur sursum. Et fuerunt rationes inducentes Empedoclem præcipue tres, quarum vna est: quia videbat motum nutrimenti esse naturalem, & naturalem habere finem determinatam in natura: tractum autem esse motum violentum, sicut manifestum est ex 7. physicorum. & idè ne diceretur nutrimentum trahi ad membra per virtutem membrorum, dixit quod naturaliter mouetur ad illa per naturalem motum elementorum, quæ commixta sunt in alimento. Alia verò ratio est: quia videmus elementa per aliquem suum actum remanere immixta: & idè dicebat, quod etiam suos motus naturales retinebant. Tertia ratio fuit: quia in omni animato videbat membra inferiora habere nutrimentum grossum & terreste, superiora autem habere alimentum subtilis & calidum. Similiter autem in senibus, in quibus deficit calor, videbat inferiora membra plus nutriri quam superiora: & in iuuenibus, in quibus est multum calidum, membra superiora plus nutriri quam inferiora, quia in eis calor ignis multum ad se trahit materiam, & illa multiplicata multum eleuatur sursum, & parum deorsum. Eadem autem causa est, quod in mulieribus membra inferiora multum augentur, sicut crura, & nates, & membra superiora habent gracilia, sicut brachia & humeros: quia frigiditas vincens in eis ingrohet nutrimentum, quod pondèrositate sua trahit infe-

Quare in mulieribus membra inferiora multum augentur & membra superiora gracilia sunt.

rius. Videbat nihilominus in omni nutrimento dominari aquam & terram, & idè putabat hæc non moueri sursum, nisi prius essent conuicta in ignem vel ignita. Hæc igitur sunt quæ induxerunt Empedoclem. Erant autem Empedocles dupliciter. Vno quidem modo, quod non bene recepit intentionem eius: quod est superius, & intentionem eius quod est inferius: quia non idem est sursum & deorsum: nam deorsum corpus & mundus: quia in mundo sursum & deorsum differunt & opponuntur sibi tantum, sed in corporibus animatis differunt figura membrorum & officio. In omni enim animato dicimus, quod caput est superius corporis eius: & tamè videmus, quod belluarum caput est pronum in terram, & non rectum, nisi volus hominis, sicut Ouidius dixit de Deo, quod

O; homini sublimè dedit, calumpne videre. Iussit, & erectos ad sidera tollere oculos.

Si ergo sic figura & officis in corporibus animatis distinguuntur: sursum & deorsum, tunc cum planta radices habeant ori animalium per officium similes, radix erit in plantis sursum, & rami deorsum: quia non idem erit sursum & deorsum quod in mundo est sursum & deorsum: quia, sicut diximus, positiones istæ in corporibus animalium dicuntur eadem vel similes diuersæ ter indum opera, & non secundum situm mundi.

Adhuc etiam si concellerimus Empedoclem, quod idem sit mundo superius & corporibus animatis, nos videmus, quod quelibet pars nutrimenti fertur in contraria loca: quia fertur sursum & deorsum vbicumque sunt membra: talis enim motus non potest esse à virtute elementalibus. Si enim illæ sint simplicia, habebunt motus simplices. Si autem composita, præualebit motus dominantis in mixto. Oportet igitur, quod motus iste sit ab alia virtute quæ non est elementalibus, neque consequens commixtionem elementum: hanc virtutem vocamus animam: ergo erit ab anima. Aliter enim euellerentur à se inuicem quæ in contraria loca feruntur, & præualeret dominans elementum. Vniuersaliter autem nunquam euelluntur quando diu uiuit planta vel animalium. Continens igitur ea non est elementalibus virtus: & hæc, ut diximus, vocamus animam.

Rationes autem mouentes Empedoclem non sunt difficiles ad soluendum. Ostendimus enim in 7. physicorum duplicem esse tractum: vnum quidem in quo trahens per virtutem, quæ omnino extrinseca est, trahit id quod trahit, & tractus iste est violentus. Alius autem est quando trahens aliquid suæ virtutis generat in tracto, quæ virtus innata in tracto facit ipsum moueri ad trahens, sicut trahitur ferrum à magne, & hic tractus est naturalis. Sic trahitur cibus ad membra: eò quod virtus membrum generatur in cibo, quæ agente in se membro continè redigitur ad actum: & per illam alimentum mouetur ad membrum sicut ad locum suæ formæ & speciei, in qua complementum accipit illius virtutis quæ generata est in ipso per actionem animæ quæ est actus membrorum. Cum autem hæc virtus

Solutio ad rationes Empedoclis. 7. ph. c. 1. a.

virtus non sit elementalibus, sed animæ quæ est actus membrorum, constat quod naturaliter mouetur vel potius, si ita liceat loqui, animaliter mouetur ad membra, & non per virtutem aliquam elementalem. Et quod dicit elementa aequaliter remanere in mixto cibo, non iurat ad suæ opinionis assertionem: quia elementa materialia efficiuntur, & virtus animæ alimentum assimilans efficitur formalis & modens. Quod autem dicit grossius & terrestrius esse nutrimentum inferiorum membrorum, non generaliter est verum. Membrorum enim terrestrium, sicut sunt ossa, nutrimentum est terreste: & membrorum aquaticorum, sicut est cerebrum, nutrimentum est aquaticum: & ossa sunt superius & inferius corpore, cerebrum tantum superius. Sed verum est, quod in senibus & in mulieribus frigidis plus nutriuntur inferiora membra quam superiora: propter caloris defectum: quia calor est instrumentum animæ, & deficiente instrumento, aut nullæ sunt operationes artis, aut non bene fiunt: sed ex hoc non probatur, quod sit nutrimentum virtute elementalibus, sed potius virtute animæ cum aliquo defectu instrumenti: quia secundum Empedoclem, nihil deberet de nutrimento in talibus ferri sursum, sed totum deorsum. Sic igitur patet, quod non verè dixit Empedocles.

CAPVT IV.

De improbatione erroris eorum qui dicunt augmentum & alimentum fieri per virtutem ignis.

FRANC. 40.

Verum autem quidam qui non omnium elementorum virtute fieri dicebant alimentum, sed virtute ignis tantum, & similiter augmentum: cuius assignabant rationem: quia ignis solus inter omnia corpora & aliter virtute propria & augmentatur. Alitur enim, in quantum educit subtile humidum de calcæcis, & conualescit & sustentatur in ipso: augetur autem, in quantum incrementum accipit suæ quantitatis per appositionem cremabilium: & propter hoc dicunt, quod ignis etiam hæc duo in omnibus operatur animatis. Et hi quidem adhuc aliis duabus rationibus sunt inducti, quarum vnâ esse dicebant: quia videbant ignem non nutritum perire per continuam suæ materiæ perditionem. Euolant enim ascendendo semper materiales partes ignis, & contendunt superius. Cum igitur sic continè deperdat, indiget deperditæ restauracione. Non autem deperditum restauratur nisi per nutrimentum: oportet igitur, quod ignis nutriatur. Siquis autem eis dixit, quod ignis naturaliter mouetur sursum: & idè partes suæ materiales euolant ex ipso naturaliter: dicebant hoc esse non posse, propter hoc quod nihil corrumpit seipsum, nec naturaliter intendit sui ipsius corruptionem: ignis autem corrumpitur per hoc & destruitur, quod paulatim euolant ex ipso partes materiales suæ: ergo non naturaliter emittit eas, sed per

Nota rationes antiquorum quibus assignabant ipsam augetur ab igne fieri.

D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.

aliquid corrumpens: erit igitur etiam naturaliter nutrimentum ipsum saluans & deperditum restituens. Alia autem ratio istorum fuit: quia dicebant augmentum fieri per hoc quod additur aliud corpus intrans in poros eius quod augetur, & nihil esse ita porosum sicut ignem, propterea quod siccissimus est & perspicuus: ex siccitate enim continet poros, perspicuitas autem multitudinem ostendit pororum.

Hæc autem non sunt vera in toto: verum quidem enim est non fieri alimentum sine calore ignis, sed calor ille instrumentalis est, & non primum efficiens, & idè est causa & non causa principalis. Operatur enim in alimentum non species ignis, sed species viui corporis & virtutis animæ, sicut superius diximus: & idè non alterat ad speciem ignis, sed carnis, vel ossis, quæ sunt species organorum animæ. Cuius signum est: quia augmentum ignis in quantitate interminatum est: tantum enim augetur, quantum est cremabile appositum igni. Sed omnium animalium quæ constant in figura & quantitate, certa est quantitas in qua saluatur forma illius speciei: & est ratio magnitudinis in maximo & in minimo, in qua stat, & extra quam non saluatur species: & augmentum habet terminum quod est quantitas organorum, quæ sufficit operationibus virtutum & potentiarum: ergo aliud est principium augmenti in animatis, quam sit virtus ignis: hanc autem vocamus animam, quæ talem ponit augmentum sub terminum: hæc enim magis sunt rationis, hoc est, formæ quæ dat esse & rationem, quam materię, hoc est, quam alicuius virtutis materialis vel corporeæ, sicut est calor ignis. Alia autem ratio qua Auicenna improbat sententiam istam est, quod ignis quando nutrit & auget, non nutrit & auget nisi seipsum: anima autem vegetabilis neque nutrit, neque auget seipsum, sed potius corpus.

Ratio Arist. 1. 2.

Solutio ad rationes antiquorum.

Rationes autem quas inducunt, non difficile est soluere: dicimus enim, quod ignis non propriè nutritur, neque augetur. Id enim quod conuertitur in ignem, non ingreditur in ignem, neque ingreditur in ipsum ut cuiuslibet parti addatur & vnatur, sed diffunditur ignis per generationem formæ ignis in materia aliena. Et quod dicunt, quod attrahit subtile humidum ex cremabilibus, & quod illo cibatur, dicendum quod non ad hoc attrahit ut illo cibetur, sed potius ut in illo generetur tanquam in prima materia. Non enim attrahit, nisi quia calefacit & subtilizat: & tunc calor facit ipsum ebullire ad superficiem corporis, cuius illud fuerat humidum: & ibi format & sic flamma: deberet autem attrahi in omnes partes ignis antequam inflammaretur si esset nutrimentum ignis. Patet igitur, quod illud est propriè generatio ignis & non nutrimentum. Quod autem dicunt in igne fieri deperditionem secundum materiam, dicendum quod accidit igni in quantum est in loco alieno: per hoc enim materię partes plus igni similes euolant inrendentes ite ad locum proprium, sed extinguuntur ab ære circumstante: & sic fit continua ignis deperditio & acquè



neque intendit per hoc suam corruptionem, sed potius melius saluari & conualescere in loco proprio: & sic fieret si non impediretur: & ideo non intendit ignis secundum naturam restaurare illud deperditum, sed potius per inflammationem multiplicare suam speciem in materia aliena, sicut diximus. Quod autem obiciunt de poris & vacuo, ostendimus nihil esse in primo de generatione & corruptione. Exclusis autem sic falsis opinionibus & erroribus antiquorum, loquemur de qualibet potentia vegetabilis animæ, ostendentes quæ sit qualibet ipsarum, & quam habent adinuicem, & ad animam vegetabilem comparationem.

## CAPVT V.

## De alimento quod est obiectum nutritiuæ &amp; vegetatiuæ.

Tex. &amp; com. 42.

Quoniam autem hæc potentia animæ, quam vocamus nutritiuam, est vegetatiua indiuidui generatiua per multiplicationem indiuiduorum in specie, oportet nos secundum prædictam doctrinam prius loqui de nutrimento. Opere enim quod est alimenti opus, determinatio fit circa alias potentias animæ vegetabilis: eod quod augmentatiua & generatiua operationem quandam alimenti recipiunt. Est igitur alimentum quasi obiectum vnum tribus potentiis animæ vegetabilis præuium.

Tex. &amp; com. 43.

Primum autem quod de alimento querendum occurrit, est, utrum alatur contrarium contrario, vel simile simili: Videtur enim quibusdam, quod contrarium alatur contrario, sed non omne contrarium alatur a quocunque contrario, sed solum illo contrario alatur aliquid contrarium, quando contraria non solum generari possibile est ex alterutris, sed etiam augmentari vnum ex alio. Multa enim generantur contrarium ex alterutris, non tamen omnia contraria sunt ex omnibus, sicut diximus in primo libro physicorum. Et eorum quæ generantur ex inuicem, non omnia augent se inuicem, sicut quando sanum generatur ex laborante, non augetur, neque alatur vnu ex alio: & vt vniuersaliter dicatur, cum contraria sint quæ sunt potentia & actus adinuicem in generibus omnibus, ea quæ sunt vnius generis contraria, generantur adinuicem, sed non augetur neque alatur vnum ex alio nisi sint contraria in genere substantiæ tantum accepta. In illis enim vsu substantiæ potest conuerteri in substantiam alterius: & ideo vnum potest alere & augere alterum.

Sed adhuc obseruandum est, quod neque illa eodem modo se habent adinuicem, quod scilicet vtrumque alatur reliquum, & e conuerso: & hoc scimus ex dictis antiquorum, qui dixerunt de simplicibus corporibus, quod aqua alit ignem, & non e conuerso ignis alit aquam. Et licet falsa sit eorum suppositio, tamen verissima ratione fuerunt inducti. Videntur enim, quod nihil aliud alit, nisi quod re-

cipit speciem & formam eius quod alitur ab iplo. Humidum autem inter omnia prima volum videtur antè facile recipere formas & species aliorum corporum quæ ei imprimuntur: & ideo dixerunt hoc solum esse alimentum. Et hæc ratio cogit, quod omne alimentum oportet humidum esse secundum actum, licet forte potentia sit alterius qualitatis. Viderunt etiam, quod omne quod alitur, speciem & formam suam imprimi ei quod alit ipsum. Nihil autem adeo potest esse sigillatum formæ suæ, sicut calidum & siccum: quia calidum penetrat, & siccum retinet acumen quod datur ei calidum: & ideo solum ignem nutrire dixerunt. Pater igitur, quod licet non verum dixerint in hoc quod aqua alatur ignem, tamen causa propter quam illud dixerunt, est verissima: & ex veritate quæ est in dicto eorum isto, accipitur quod non æqualiter se habent contraria adinuicem, quorum vnum alit, & alterum alitur, quod vtrumque scilicet ab altero & ali possit & alere reliquum. Alens enim in eo quod est alens, oportet quod sit in actu humidum susceptibile formæ & speciei eius quod alitur. Id autem quod alitur, est habens virtutem quæ formam corporis quod alitur & membrorum eius sigillat in iplo: & ideo indiget instrumento quod est calor naturalis, & aliis virtutibus sibi subserviientibus, de quibus infra dicemus. Distinctio autem quæ est inter alens & id quod alitur inter corpora animata, in solis simplicibus deprehenditur, sicut diximus, quod ignis alitur & aqua alit: & non ita videtur in compositis: propter quod composita ab excellentiis primarum qualitarum sunt remota, & ita non videntur esse in actu humida, neque in actu adeo sicca, quod possint ita euidenter habere proprietates alentis & aliti, quemadmodum simplicia.

Tex. &amp; com. 44.

Hæc autem quæ diximus, habent dubitationem: eod quod quidam videntes alimentum vni ei quod alitur, nihil autem vni alij, nisi quod similitudinem habet in forma ad ipsum, dicunt non augeri vel alij contrarium contrario, sed potius simile simili. Alii autem, de quibus prædiximus, videbatur alij contrarium contrario, tanquam impossibile sit ali simile simili. Et pro se inducunt rationem, quod omne alimentum mutatur & decoquitur decoctione calidi & humidum: sic alimentum omne mutatur. Mutatio autem omnis, aut est de contrario in contrarium, aut de congratio in mediū, quod comparatum contrario est contrarium: ergo non alitur nisi contrarium contrario.

Tex. &amp; com. 45.

Adhuc autem omne alimentum patitur ab eo quod alitur, & non e conuerso: contraria autem sunt quæ patiuntur ab inuicem: patitur enim decoctionem & assimilationem, cum omnis decoctio sit completio a naturali & proprio calore ex contrarietibus qualitatibus aut passionibus, sicut habitum est in quarto methicorum. Non tamen patitur id quod alitur ab alimento, sicut neque instrumentorum domus aliquid patitur a materia ex qua fit domus, sed potius materia patitur & transmutatur ab iplo in domus formam. Itaque alimentum transmutatur in formam eius quod alitur,

Nota quod ratio qua moti fuerunt antiqui fuit vera, nisi opinio sua sit erronea.

alitur, & non e conuerso. Instructor autem domus non habet mutationem nisi illam quæ est ex orio ad agere, sicut actus primi ad secundum, sicut scientem dicimus mutari quando actu sit considerans: ita etiam animæ virtus quæ nutritiua vocatur, mutatur quando de nutriente secundum potentiam, efficitur nutritiua in effectu. Et forte hoc nunquam est: quia in talibus virtutibus superius diximus animam magis fore actum secundum, quam primum: & potius assimilari vigiliæ, quam somno: forte enim semper nutrit, etsi non semper nutrimentum ab extrinseco querat: quia semper aliquid agit circa nutrimentum, aut dissoluendo, aut alterando, aut attrahendo, aut vniendo membri. In determinando autem istam questionem magnam habet differentiam: utrum nutrimentum sit quod vltimum est quando vnitur membri, aut quod primum querit vt nutriat antequam alteretur & assimilatur, aut vtrumque: quoniam si consideremus nutrimentum secundum actum, hoc est, quod potest perficere nutrimenti operationem per hoc quod mouetur ad membra & vnitur membri, sine dubio tunc id quod assimilatum est membri, est nutrimentum. Si autem nutrimentum accipitur secundum potentiam, quod scilicet potest per suam substantiam fieri nutrimentum, tunc nutritur contrarium contrario: & ideo non coctum adhuc est contrarium, coctum autem simile: & ita vtrumque prædictorum contingit dicere: & quod contrarium contrario, & quod simile simili alitur: & ideo manifestum est, quod vtrique quodammodo recte & non recte dicunt.

Tex. &amp; com. 46.

Quoniam autem, sicut supra ostendimus, nihil alitur proprie quod non habet animam, oportet animatum esse corpus quod alitur, & animæ potentia in alimentum agere, & non virtute elementalium simplicium. Alimentum igitur animati corporis per se est, & non secundum accidens: virtutibus autem elementalibus non attribuitur nisi per accidens, hoc est, in quantum sunt instrumenta animæ: & sic qualitates elementales sunt concausæ & non causæ alimenti, sicut supra ostendimus.

## CAPVT VI.

## De officiis nutritiuæ &amp; augmentatiuæ.

Quid est potentia nutritiua.

Quid augmentatiua.

His autem habitis de alimento, & de ipsis potentia nutritiua quæ de nutrimento restantur deperditum in corpore animato vt saluet in esse diuino. Augmentatiua autem est illa quæ de nutrimento addit quantitati membrorum vt ad debitam longitudinem & quantitatem deducantur.

Tex. &amp; com. 47.

Et ex hoc accipitur, quod licet idem subiectum sit alimento & augmentatiua, hoc est, ei quod auget: tamen esse eorum secundum rationem distinctiuam, est alteram & alteram. Animatum enim secundum quod quantum est, alimentum augmentatiua querit: sed

D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.

non nutrit nisi secundum quod est hoc aliquid, & substantia potens recipere formam membrorum & substantiam. Nutrimentum enim non saluat nisi substantiam: & ideo quando potest nutrire, tunc saluatur in indiuiduo. Sed augmentatiua non agit per totam vitam: & ideo ipsa non est saluatiua substantia, sed potius perfectiua quantitatis. Et sunt quatuor differentie inter nutritiuam & augmentatiua, quarum vna est & principalis, quod nutritiua non accipit alimentum nisi in quantum est potentia substantia membrorum, & non curat de quantitate. Augmentatiua autem accipit ipsum in quantum potentia addit quantitati membrorum, in quantum membrorum quantitas extenditur iplo addito membri.

Nota quæ differentia inter nutritiuam &amp; augmentatiua virtutem.

Secunda autem est: quia nutritiua addit substantiam cibi substantiæ membrorum æqualem secundum tres corporis diametros, longitudinis, & latitudinis, & profunditatis, in omnibus his æqualiter perditum restaurans. Augmentatiua autem præcipue addit longitudini: & ideo indiget, quod calor suus sit fortior, & membra in quibus est, sint mollia, quæ extendi possint. Hoc autem sic probatur: longitudo enim non fit maior nisi ossibus extensis: hæc dura sunt, & non nisi forti calore faciente discurrere nutrimentum per ipsa, fieri potest. Similiter autem non fit extensio sicci indurati, sed potius eius quod est humidum flexibile: & ideo non fit augmentum nisi in iuuentute antequam adueniat siccitas nimia, quæ prohibet extensionem: & hæc est causam vna quare non semper augetur corpora, sed semper nutriuntur. Nutritiua enim licet secundum omnem dimensionem, vt diximus, nutriat, tamen secundum latitudinem maxime nutrit: quia ad illius incrementum non exigitur nisi assimilatio nutrimenti, & additio, & non extensio in ampliore quantitate, nisi quantum extenditur in additio: & hoc frequenter fit in solis membris mobilibus, quæ sunt caro & huiusmodi, præter hoc quod ossa extendantur: & hoc fit calore debili magis quam forti.

Tertia differentia est, quod nutritiua hebetior, vt dictum est, instrumento operatur: augmentatiua autem acutior. Cum enim calor naturalis vtriusque sit instrumentum, hebes calor est qui solum conuertit nutrimentum & assimilatur: acutus autem qui facit ipsum discurrere per membra dura, quæ mollescat infundendo ea acuto humore nutritiua, & tunc extendit ea. Et causa huius est: quia cum qualibet virtus plus possit in materia propria quam aliena, hebetatur calor, quando plus de aliena materia ingeritur. Quod vt melius intelligatur, oportet scire, quod duplici humido indiget omne quod nutritur. Vnum quidem est feminale, quod est aliquid substantiæ feminis, & illud est proprium subiectum caloris naturalis. Aliud autem est nutritiua, quod accipitur de nutrimento quod semper retinet aliquid de natura cibi, & ideo semper aliquid habet de extraneo: propter quod non adeo efficax est in eo calor naturalis, sicut in primo humido, & quantum

Nota de duplici humido feminale &amp; nutritiua.



plus ingeritur de nutrimentali humido, quod additur radicali siue feminali, ex quo formantur membra radicalia, & quod est infusum eis, tanto plus inspissatur & indurantur, & calor plus in eo debilitatur; & ideo calor qui primò facit duas operationes, alimenti scilicet & extensionis, tandem propter sui debilitatem & membrorum duritiam, non potest perficere nisi vnam quæ est nutrire: & ideo tunc stat augmentum.

Est autem circa hoc adhuc notandum, quòd tempus incrementi etiam secundum Galenum & Auicennam est tempus ætatis puerilis, qui sunt calidi & humidi propter viciniam in quam habent ad suam originem, quæ est ex calido & humido. Humidum autem & calidum simul coniuncta faciunt diffusionem & extensionem. Procedente autem tempore exiccatur paulatim humidum in tempore iuuentutis, & indurantur membra: & licet acutius in iuuenibus sit calidum, tamen non est maius in iuuenibus quam in pueris. Et de hoc dat exemplum conueniens Galenus: quia si aliqua caliditas determinata virtutis penetrat in aquam, & eadem in essentia caliditas penetrat in materiam siccam, acutior erit caliditas in sicco, quam in humido, sed non maior. Et sic est de calore puerorum & iuuenum, qui æqualis est, licet acutior sit in iuuenibus quam in pueris: & ideo in pueris plus de clemente operatur propter molliorem membrorum, & in iuuenibus minus propter eorundem duritiem, licet calor sit æqualis: & huius signum est, quòd pueri circa septimum annum vt in pluribus plusquam dimidium perficiunt suæ quantitatis. Hac igitur est tertia differentia.

Quarta autem est penes finem vtriusque accepta: quia anima sicut & natura non est infinita & indeterminata intentionis: & ideo habita debita quantitate, in qua exercere potest suas operationes, non auget ultra augmentaria anima, etiam si posset bene vltra augere: quia non abundat superfluis natura, sicut etiam non deficit in necessariis: finis autem nutritiua est saluare indiuiduum per deperditam restorationem: & hoc necessarium est in toto tempore: & ideo per totam periodum continuè operatur. Reliqua autem quæ de augmento & nutrimento dicenda sunt, in primo de generatione & corruptione requirantur.

CAPVT VII.

De officiis virtutis generatiua.

Idem autem nutrimentum per virtutem generatiuam, est factum generationis, non tamen generat id quod alitur, sed potius generat id quod est, vt id quod alitur in specie: cuius probatio est: quia nihil generat seipsum: oportet enim, quòd idem esset & non esset simul. Omne enim generans actu est: id autem quod generatur actu, non est ens: esset igitur idem, & non esset secundum

Quæ modo calor pueri & iuuenis sunt æquales in radice secundum Galen.

substantiam: & ideo sicut alimento & augmento aliud & aliud est esse secundum idem subiectum, ita alimento & generatiua necessaria est aliud esse secundum distinctiuam rationem. Propter quod notandum est, nutritiuam saluare indiuiduum per distributionem nutrimenti ad membra: & quod superfluit membris, hoc sequestrat ad membra genitalia, quæ trahunt ipsum, sicut ventola trahit sanguinem. Membra autem seminaria sunt organum virtutis generatiua, sicut cerebrum est organum virtutis animalis, & cor virtutis vitalis: & virtus generatiua sita in membris genitalibus, imprimat in alimento superfluo virtutem formatiuam, quæ in feminis vitiositate retenta, quando fuerit in debito loco, format semen in organicum corpus: sicut enim nutritiua cibo influit speciem membrorum, per quam tendit ad membra, ita genitalia influant ei virtutem formatiuam, qua formatur semen in membra corporis organici: & hoc quidem semen à roto corpore decidit, & maxime à cerebro, & per spongiositatem membrorum, attractiua virtute testicularum trahitur ad vasa feminaria, & ibi informatur prædicta virtute.

Et ideo virtus generatiua in veritate est duplex. Vna quidem in generante, quæ deiscindit semen attrahendo, & hæc operatur tribus, calore scilicet qui spumofum facit semen, vt spumofum sit spiritu deferente formatiuam virtutem, & hic spiritus extendit membra genitalia: & eodem calore consumit superfluum humidi feminis, vt efficiatur globulum & quasi glandulosum, quod magis retinere possit virtutes sibi impressas, & melius retineat figuras membrorum effigatas. Operatur autem seipsa virtus generatiua, influendo virtutem formatiuam quæ est in semine, sicut ars est in artificiatæ materia: & operatur humido cibali, sicut materia etiam operatur: & operatur ventositatē sicut instrumentum extendente membra genitalia ad actum coitus, & efficiendo semen à masculo in feminam: ventositas enim propellit semen ad locum debitum.

Alia autem virtus generatiua est in semine, quæ est virtus formatiua, duo habens instrumenta, & duas materias, & duo opera. Vnum quidem suorum instrumentorum est calor feminis, qui triplici virtute est informatus: quarum vnam habet à substantia in quantum est calor, & ille est virtus solutiua aut dissolutiua & subtiliatiua & alteratiua feminis. Secunda autem est virtus caelestis, quæ virtute operatur ad vitam ex potentia motionis caeli, sicut diximus in aliis locis. Tertia est virtus anima, cuius ipse calor est instrumentum, virtute qua inducit forpæ organorum physici corporis potentia exercentis opera vite. Habet etiam spiritum infra spamam feminis contentum pro instrumento, per quem vehit in omnes partes feminis suas virtutes. Duo autem humida sunt materiae in quibus hæc operatur. Vnum quidem est quod est in substantia seminum, & hoc est principale. Aliud autem est attractum vt addatur illi, hoc est, humidum sanguinis menstrui, loco cuius infans querit cibum

Membra seminaria sunt organum generatiua virtutis.

Tria sunt instrumenta virtutis generatiua quæ est in generante.

Instrumenta virtutis generatiua existunt in semine sunt duo.

cibum cum à matrice separatur: & hoc humidum est supplementum quod additur humido feminali, vt sufficiat formationi membrorum. Duo autem opera sunt: vnum quidem membrorum formatio, alterum autem est quod attribuitur membris, sicut numerus membrorum & ordo, & situs, & asperitas, & lenitas, & cetera huiusmodi quæ membris attribuntur. Hæc igitur sunt opera generatiua, & hæc quidem sic ex nutrimento.

Fuerunt autem quidam contententes, non ex nutrimento, sed ex aliquo quod actu est pars animati, fieri generationem, dicentes eam fieri ex carne, non ex superfluo nutrimento. Sed citor eorum conuincitur quatuor rationibus. Quarum prima est, quòd caro vel aliud quod est pars corporis animati, non est potentia corpus animatum, nisi prius à sua forma corruptatur: semen autem potentia totum corpus. Secunda ratio est, quòd illud quod est actu pars, non decidit ab animato, nisi cum magno dolore: semen autem seipsum separat cum delectatione. Tertia ratio est: quia actu pars non decidit à toto corpore: semen autem decidit à toto corpore. Quarta ratio est: quia videmus oculis nostris semina plantarum, neque lignum esse, neque folia, neque radicem, sed semina maturata: & videmus semina à nimium non esse carnem, neque os, sed humorem album. Falsum igitur est quod dicunt, & rationibus inductis & multis aliis manifestatur error eorum. Querunt autem isti, qua liter tunc sit generatio vniuoca, vt ex planta planta, & ex homine homo? Sed ad hoc nos dicimus, quòd generatio dicitur æqui uoca vel vniuoca quantum ad generans primum effectiue quod decidit se semen: hæc enim dat virtutem formatiuam seminari: & sic fit ex planta planta, & ex homine homo, & sic de aliis.

Ex omnibus autem præmissis constat, quòd huiusmodi principium quod vocamus animam nutritiuam, est eius quod potest saluare seipsum, & suscipere tale principium secundum quod est in tali dispositione. Ad hoc enim habet eam, vt saluetur in aliquibus suis dispositionibus, licet in omnibus saluari non possit: quia in quibusdam continè mutatur. Alia autem sunt quæ non indigent tali principio: eò quod in omnibus suis dispositionibus semper vno modo conferuntur, sicut corpora caelestia: & ideo illa habent alias virtutes quam mortalia. Non enim indigent nutritiua & augmentatiua & generatiua, quemadmodum diximus in aliis.

CAPVT VIII.

Et est digressio declarans quatuor virtutes materiales dictæ tribus virtutibus deferuientes.

Postea autem scire, quòd cum vnum & idem sit subiectum circa quod dicte virtutes tres operantur. Habent tamen in hoc ipso virtutes multas subferuientes sibi, quantum tamen multitudo ad quatuor est reducta,

Ostio quod humidum generatiua virtutem fieri eò quod est actu pars animati. Impugnatio pulchra.

Ter. & com. 48.

quæ sunt attractiua, digestiua, expulsiua, & ante has tres appetitiua. Appetitiua enim appetit cibum appetitu naturali, provt est anima vegetabilis virtus. Appetit autem ex vacuitate replicatis nutrimenti, & ex defectu qui prouenit ex dissolutione deperditæ substantia vegetabilis. Hic tamen appetitus cum sensu est in his quæ habent animam sensibilem & vegetabilem, & vocatur fames & sitis, & prouenit ex sensu euacuationis. Attractiua autem in plantis quidem est ex calido quod est in radice & cæteris partibus plantæ, cuius virtute est succio humidi nutrimenti quod tangit radices plantarum. In animalibus autem est per motum villorum qui sunt secundum longitudinem in stomacho & intestinis animalium. Sed digestio est ex proprio & naturali calore digerente, & separante purum ab impuro, & terminante ipsum ad speciem eius quod nutritur in quantum est instrumentum animæ.

Scias tamen tribus præcipue iuuari attractionem, scilicet similitudine, vacuitate, & calore. Similitudine quidem sicut magnes attrahit ferrum: & hoc fit in anima vegetabili quando cibum accipit membri similitudinem: & per illam mouetur ad ipsum, sicut superius diximus. Vacuitate autem quando membra vacua sunt & pori membrorum propter multam factam in eis deperditionem & consumptionem. Calore autem trahente: quia calor naturalis fugit cibum, sicut ignis fugit oleum in lampade. Et hi tres modi perficiunt attractionem in omni habente nutritiuam virtutem aut potentiam. In animalibus autem insuper sunt villi per longitudinem stomachi, & quorundam intestinorum ordinati, qui motu suo ingerunt & attrahunt cibum in locum digestionis vt ibi digeratur. Retentiua autem operatur adhuc, vt cibum ita diu stet in loco vno donec debitam accipiat alterationem. Et hoc quidem generaliter iuuatur tribus, & quartum specialiter habet in animalibus perfectis. Primum autem trium est dissimilitudo quam habet ad membra, & partes diuersas eius quod nutritur: per illam enim impeditur nutritio ad partes nutriti. Secundum autem iuuans est siccitas retinentis, cuius actus in tenendo confortatur ipsa siccitate. Et tertium est frigiditas, licet frigiditas ad illud operetur per accidens & non per se. Per accidens autem dico frigiditatem operari: quia frigiditas tenet id quod est nutritius in essentia sua & figura, ne calore dissoluitur & euanescat virtus eius eo modo quo etiam conferuat aliquando à putredine. Per se autem non operatur frigiditas ad aliqua opera vite, sed potius impedit, eò quod est qualitas mortificatiua. Id autem quod specialiter habet in animalibus perfectioribus, sunt villi ex transuerso in intestinis & stomacho positi, qui comprimendo retinent cibum ne de loco moueatur.

Qualiter attractionem tribus maximè iuuatur.

Qualiter retentiua generaliter tribus iuuatur & in perfectis animalibus quatuor.

Digestiua iuuatur duobus.

Digestiua autem, vt diximus, in omnibus iuuatur calido & humido: eò quod calidum alterat & terminat. Humidum autem facile influit membrum, & recipit eorum formas & figura. Habet tamen tres operationes, hoc est;



est, alterationem cibi ex qualitatibus contra-  
iacentibus, vt diximus in quanto methero-  
rum, & maturationem quæ est per eductio-  
nem humidi superflui: & hæc quidem à qui-  
busdam vocatur digestio, quæ fit per assimi-  
lationem nutrimenti ad membra. Propter quod  
etiam quatuor digestionem esse dicitur. Qua-  
rum vna fit statim in ore. Superficies enim  
oris continua est stomacho, & operatur in ci-  
bum alterationem: & hoc patet: quia triu-  
cum masticatū à masticatione accipit virtu-  
tem maturationum apostematum, quam non  
habet contutum. Et alia est in stomacho, vbi  
grossum à subtili separatur: & hoc à quibus-  
dam vocatur prima vna cum illa quam dixi-  
mus fieri in ore: & hæc est vera sententia:  
quoniam prima digestio in ore incipit, & in  
stomacho perficitur. Secunda autem est in he-  
pate, vbi massa quæ vocatur pisanaria, hoc  
est, succus de cibo eliquatus, trahitur per ve-  
nas quæ mesaraicæ dicuntur ad hepatis, & ibi  
rubeum sanguinis accipit colorem, & dirigitur  
ad venas, & in extremitatibus illarum ter-  
tiam accipit digestionem, & in albedinem  
mutatur, & separatur ab eo nimia aquositas  
quæ est in ipso per colatoria vna quibus-  
dam in animalibus quæ vnam habent. In  
aliis autem quæ non habent, remanet cum fæ-  
ce stercoreum immixta. Et quarta digestio fit in  
singulis membris ad propriam similitudinem  
membrorum. In plantis autem quia terrestres  
sunt, non est stomachus, sed est eis terra pro  
stomacho: quia in terra sub radicibus eliqua-  
tur humidum permixtum, & subtile quidem  
sugunt radices, & grossum dimittunt, & ideo  
ventre non indigent.

*Vera sententia  
est, quod pri-  
ma digestio  
incipit in ore  
& perficitur  
in stomacho.  
Qualiter ter-  
tia digestio in  
extremitatibus  
venarum  
perficitur.*

*Expulsio  
quatuor in-  
natæ potest  
esse.*

Expulsio autem expellit quod superfluum  
est, siue sit purum, siue impurum. Et inuatur in  
hoc opere multis sed præcipue quatuor sunt  
quæ eam inuunt. Inuunt enim caliditas vias per  
quas fit expulsio, aperiendo & acuendo id  
quod expellendum est. Inuunt etiam humidi-  
tas aliquando vias per quas fit expulsio lubri-  
cando & mobilitatem ei quod expellendum  
est conferendo. Inuunt etiam frigiditas per ac-  
cidens ventositatem quæ est in eicienda su-  
perfluitate, continendo ne euaporci, & etiam  
ingrossando, quæ cum fortis est, cum magno  
impetu eicit superfluum. Inuunt etiam frigi-  
ditas & siccitas, per quas ei debet contrahen-  
do: & tunc quasi exprimendo expellitur su-  
perfluum. Similiter autem caliditas incidit  
viscositatem & separat: & tunc facilius edu-  
citur. In omnibus autem his virtutibus est  
manifestum, quoniam frigiditas non inuunt ni-  
si per accidens: & hoc ideo fit: quia virtutes  
istæ præcipue motu perficiuntur, & quædam  
sunt opera vitæ: frigiditas & immobilitas &  
mortificat. Hæc autem quatuor virtutes natu-  
rales vocantur: eod quod vt natura per instru-  
menta corporalia operantur.

*Nota hæc est  
intelligit co-  
mune dictum  
medicorum di-  
centium quod frigi-  
ditas non in-  
greditur opus  
naturæ.*

Scias autem, quod in his omnibus semper  
virtutis instrumentum & vehiculum est spiri-  
tus: & frigiditas spiritum à motu suo impellit  
vel impedit, & ideo ad opera virtutum per se  
officit, sed proficit per accidens.

CAPVT IX.

*De comparatione trium virtutum ani-  
mæ vegetabilis aduicem & ad se-  
ipsam animam vegetabilem.*

Quoniam autem tria sunt necessaria scili-  
cet quod alitur, & quo alitur, & alens  
effectiue, alens quidem primum & cui es-  
sentialis est actus alendi, est anima vegeta-  
bilis per nutritiuam. Quod verò alitur, est  
corpus quod habet animam & non aliud, si-  
cut ostendimus superius. Quo vero materia-  
liter alitur, est alimentum. Et in his est ad-  
uertere, quod virtus nutritiua est deteruens  
augmentatiua & generatiua: quoniam vtri-  
que per dictas quatuor virtutes præparat ma-  
teriam. Nutritiua enim separat quod est su-  
perfluum nutrimento, & expellit ipsum ad  
membra generationis, vt in virtute formatiua  
figilletur. Augmentatiua autem deseruit ge-  
neratiua, generans in quantitate & figura  
perficiendo & generare possit: & ideo con-  
stat finem in his virtutibus esse generatiua.  
A fine autem qui est quo res est id quod est,  
hoc est, à forma, omne quod nomen accipit,  
debet denominari, finis autem est generare  
alterum vt ipsum, vti que tunc erit principale  
in anima vegetatiua generare alterum vt ip-  
sum: ideo in vegetabilibus id quod est sub-  
stantialis forma, absque dubio est generatiua.  
Et ideo corpus secundum omnem partem in-  
format vbi anima vegetabilis est tota perfe-  
ctio corporis animati, sicut in plantis, & in  
eis est varia generatio, quia vbique planta ge-  
nerat ramos & virgas & folia & fructus &  
semina, & vbique abscindatur, conuale-  
scit vtraque pars ipsius. Sicut enim tactus in  
anima sensibili est sensus particularis & forma  
substantialis eius quod habet sensus, & ideo  
ipsum trahit vbique determinat, ita de gene-  
ratiua est in plantis: propter quod etiam non-  
nullis videbatur nutritiuam & augmentati-  
uam eandem virtutem esse, sed primo cum  
fortis calor & mollia membra, habere opera-  
tiones duas: cum autem calor debilior est &  
duriora & sicciora membra, tunc retinere  
tantum operationem vnam, licet non veram  
causam dicant. Quoniam etiam si ponatur  
non hebetari calor & non indurari corpus,  
nihilominus stabit tamen augmentatiua in  
termino secundum naturam, vt supra dixi-  
mus. Qualitercunque autem dicatur, constat  
quod in his generatiua est finis: & ideo inter  
has tres vires quæ super nutrimento ope-  
rantur, prima naturaliter est nutritiua, & se-  
cunda augmentatiua, sicut substantiua est an-  
te quantitatem: & illa quæ finis est generati-  
ua, quæ non seruat esse secundum materiam  
& indiuiduum, sed esse diuinum in specie at-  
tingit, propter quod agitur quicquid agitur  
secundum naturam. Oportet autem scire, quod  
animæ vegetabilis est, quæ vnit in se istas vi-  
res, quæ quidem specie differunt secundum  
quod & vegetabilia differunt. Est enim vna  
palmifica,

*Tex. & com.  
47.*

CAPVT X.

*De duplici motore nutrimenti.*


Est autem quo alitur dupliciter, sicut &  
quo gubernatur est mouens immobile: &  
hæc est manus vel virtus quæ est in manu.  
Temon autem siue gubernaculum est, quo  
gubernatur sicut mouente & moto, eo quod  
est instrumentum gubernandi: & hoc ideo est  
quia omne alimentum est necessarium vt pos-  
sit decoqui: & ideo oportet esse calorem de-  
coquentem: & tunc calor effectiue alit vt  
mouens motum, & potentia animæ est vt  
mouens tantum. Si autem quispiam obiciat,  
quod mouens corporeum quod est mouens  
motum, non oportet ante se habere aliud mo-  
uens immobile motu locali tantum, sicut  
ostensum est in 8. physicorum, in alteratione  
autem non est necesse, quod corpus alterans  
habeat ante se aliud mouens ipsum, & sic di-  
cat hinc non oportere esse mouentem animam  
ante calorem: dicendum quod necessarium  
est in motibus vite, sed in motibus aliis na-  
turalibus non est necessarium: necessitas au-  
tem explanata est superius, vbi ostendimus,  
quod virtus elementalium sufficienter ad nu-  
trimentum mouere non potest. Sic igitur si-  
gulariter siue superficialiter quid sit alimentum  
dictum est: certificandum autem erit de ipso in  
propriis rationibus de nutrimento nutrimen-  
ti enim ratio plenè non determinatur ex  
libri principis: quoniam de motu ipso nutri-  
menti & augmenti & generationis, quæ sunt  
de nutrimento, iam determinauimus in libris  
de generatione & corruptione, & de modo  
decoctionis in quarto metheteororum: hoc  
iam autem de motoribus vniuersalibus. De  
propriis autem motoribus quoad singula ani-  
malia quoad singula membra in scientia de  
plantis & de animalibus erit manifestum. De  
ipso autem nutrimento dicendum erit in li-  
bello quem faciemus de nutrimento. Devo-  
lente.

*Tex. & com.  
50.*

*Vide tamem  
Auerroem se-  
per hoc multa  
dicentem in  
summo 50.*

*Nota quomodo  
vires ani-  
mæ vegetabi-  
lis naturaliter  
conspiciuntur.*

palmifica, & altera olificæ, & sic de aliis: &  
actus illius animæ est vita, sicut diximus su-  
perius.  
Est autem adhuc sciendum, quod si com-  
paratio fiat animæ vegetabilis ad sensibi-  
lem & rationalem, tunc vires animæ vegeta-  
bilis dicuntur naturales: eod quod non nisi  
per instrumenta primorum corporum natu-  
ralium operantur & ad naturam in indiuiduo  
vel in specie conseruandam, sicut patet ex di-  
ctis: tamen est perfectio organici corporis  
sicut & alia: & ideo licet nutritiua sit diffusa  
in toto corpore, propter hoc quod vbique  
saluat indiuiduum, & similiter augmentatiua,  
eod quod omnibus diametris & præcipue lon-  
gitudini principaliter addit & generatiua in  
plantis: tamen in animalibus perfectissimis  
hæc virtutes sedes habent determinatas, à  
quibus influunt suas operationes in corpus.  
Et sedes quidem nutritiue præcipue est he-  
par cum calore suo alterans & ad membra di-  
rigens cibum. Sedes autem generatiue est in  
testiculis masculorum & feminarum. Sicut  
autem diximus, quod nihil nutritur proprie,  
nisi quod est animatum: ita etiam nihil ge-  
nerat proprie ad speciem salutem, nisi quod  
est animatum. Generare autem ad saluandum  
se in specie, est generare ex eo quod discin-  
ditur à seipso, & cui à seipso insluitur virtus  
conuertens id in simile secundum speciem:  
& sic non generant inanimata, sed potius  
per actiones suas generant formas suas in  
materia aliena: cuius causa est, quia talia in-  
animata non habent aliquid quod potentia  
sit totum, sed quicquid corporis ipsorum  
est, hoc est actu pars & non potentia  
totum: ex eo autem quod est actu  
pars & non potentia totum,  
sicut generatio nullare-  
nus potest, sicut di-  
ximus superius.



# TRACTATUS III.

## De sensibus.

### CAPVT I.

#### In quo genere potentia sit potentia sensitua.

Tex. & com. 51

**D**ETERMINATIS his autem virtutibus animæ vegetabilis, quæ sunt actiones, secundum quas anima operatur, in genere dicamus verba communia de omni sensu: quia secundum sentire quod est potentia passiva, operatur anima sensitua: eod quod secundum tales potentias non semper agit: commune enim est quoad nos prius, sicut dictum est in primo physicorum. Primum autem quod de sensu in communi est considerandum, hoc est, cum in genere sit potentia utrum sit in genere potentie passivæ, aut in genere potentie activæ. Et dicendum, quod est in genere potentie passivæ: eod quod sensus secundum actum accidit in ipso moveri organum, & pati à sensibili obiecto, quod formam suam agit in organo sensus: omne enim recipiens est patiens: & cum sensus non sentiat nisi recipiens formam sensibilibi, oportet quod potentia sensitua sit in genere potentie passivæ: alteratio enim quædam videtur esse, quando sensus recipit formam eius quod sentitur secundum actum, licet proprie loquendo non sit alteratio, sicut inferius ostendemus. Ponunt autem quidam Philosophorum antiquorum non fieri passionem nisi similis à simili, & alij dicunt non fieri passionem nisi quando contrarium patitur à contrario: quomodo autem ambo ista dicta sunt possibilis & impossibilis, dictum est in primo de generatione & corruptione, ubi proposuimus rationes naturales de ipso agere & pati: in prædicamentis vero logicis quædam & communes posuimus rationes: & ideo ibi non inquisimus qualiter simile simili, vel contrarium à contrario patiatur.

Primo de generatione 1. c. 46. & 47.

Tex. & com. 52

Quod autem sensus sit virtus passiva, sciemus, si quæstionem moueamus quærentem, quare sensum non sunt sensus, ita quod sensus sentiret seipsum: & quare sensus non sentit seipso sine sensibili extra mouente sensum, cum vnitas sit sibi ignis & terra & alia elementa, quæ sentiuntur: attribuitur enim cuiuslibet sensui aliquod elementum secundum Platonem, quod dominatur in sua compositione, sicut in visu ignis, ut dicit Plato: quia enim dicit, quod sensus est vis actiua, & sit sensus extra mittendo, non potest dissoluere

quæstionem: vis enim actiua ex se perfecta est ad agendum, & non indiget aliquo extrinseco: & sic deberet sensus sentire sine indigentia alicuius extra. Et si forte dicant Auctores illius sectæ quæ dicit, quod sentimus extra mittentes actiones sensuum, & non intrinsecus suscipientes species sensibilibi, quod non sit actio agentis nisi, sensibili & passivo præsentem, sicut ignis non calefacit nisi præsens aliquod calefactibile. Non soluant: quia sensus est sibi præsens, & elementa componentia organa sensus non desunt sensibus: & tunc deberet ad minus sentire seipsum, & ignem & terram & cætera quæ sunt præsentia sensui: & tamen non sentitur ista: & ideo non conuenit aut contingit vnquam soluere hanc quæstionem ei qui dicit, quod sensus est vis actiua. Nulla autem est solutio istius quæstionis vera, nisi ea sola, quod sensus cum sit potentia passiva, non est actu sine potentia sensibilibi extra: ideoque sicut combustibile nunquam actu comburitur, nisi per speciem combustibili generatam in ipso: & ideo ipsum combustibile secundum se sine combustiuo acceptum, non comburetur: si enim sine illo combureretur in actu, oporteret quod combureretur seipsum: & hoc esset ac si ligna composita facerent per se ignem sine aliquo igne incidente ea in actu, & hoc est impossibile: & similiter sensus non potest perfici secundum sentire in actu sine præsentia sensibili, quod agit in ipso formam suam, ut illam sentiat in actu.

Sicut autem omne potens potentia passiva dicitur dupliciter, ita & sentire dicitur dupliciter: si enim secundum potentiam ante actum attribuitur ei agere, hoc erit potentia & non actu: & hoc modo dicimus sentire cum qui forte dormit, qui licet sensum habeat in habitu, habet tamen ligatum, eod quod somnus est vinculum sensuum: & ideo remotiorem ab actu habet potentiam videndi dormiens, quam ille qui est in obscuro. Et ideo sicut dupliciter dicitur videns & audiens, ita dupliciter dicitur vniversaliter sentiens, hoc est, visum habens & non vtens, vel auditum habens & non vtens: aut iam operans visu & auditu, quando habet speciem visibilibi & audibilibi: & sic vniversaliter dicitur sentiens sensum habens in habitu completo, non tamen habens speciem sensibilibi secundum actum: & dicitur sentiens habens speciem sensibilibi, & hoc est vtens sensu & operans secundum ipsum.

Dicamus igitur in discernendo sensum an sit de genere virtutum actiuarum vel passiuarum, & si sit idem numero moueri & pati, & agere

Tex. & com. 53

Tex. & com. 54

agere & mouere: constat enim, quod hæc vnquam habent differentiam: constat enim, quod motus est in eo quod mouetur & patitur, sicut diximus in tertio physicorum, & est in eo actus quidem, sed imperfectus, eod quod est imperfectus actus in potentia secundum quod est in potentia: omnia autem quæcumque patiuntur & mouentur, ab actu patiuntur & mouentur, cum ipsum actiuum actu sit: & ideo moueri & agere suum vel perfectio seu perfecti actio: & hæc est magis differentia. Vnde etiam ipsum passiuum aliquando est simile, & aliquando dissimile agenti: quoniam in principio passionis est contrarium: sed cum adicitur forma eius & inducitur forma agentis in fine passionis, tunc sit simile: & hoc est quando iam passum & motum est, sicut diximus alibi. Et hæc differentia ostendit vtrum sensus sit potentia passiva vel actiua: quia nos ingenimus ipsum pati & moueri, & aliquando similem, & aliquando dissimilem actiuo, quæ non accidunt nisi virtuti passivæ.

Nulla virtus est adeo passiva quæ per formam sui actui existens in ipsa agere possit.

Hæc autem doctrina tenenda est pro principio magno, ad destruendam totam sententiam eorum qui dicunt sensitivas & intellectivas virtutes esse actiuas, & non passivas. Habent autem quædam rationes quas pro se inducunt, quæ in communi de sensu quatuor sunt potiores: quarum prima est: quia dicunt, quod quando duo sic se habent ad inuicem, quod vnus est inferior, & alterum est superior in ordine naturæ, si inferior secundum omnes suas potentias est actiuum, oportet etiam, quod superior sit actiuum: quia superioris est agere potius quam inferioris: cum igitur in ordine naturæ anima sensibilibi superior sit quam anima vegetabilis, & vegetabilis non habeat nisi potentias actiuas, non potest habere sensibilibi nisi potentias actiuas. Et hæc ratio logica est & parum potest. Secundo autem cui maxime nituntur, est quod inferioris quod est materiale, est non agere in superioris quod est formale magis: est autem sensibilibi forma materialis, & inferior anima sensibilibi. Sensibilibi autem est in corpore, & formalior quam sint formæ corporum. Non ergo, ut dicunt formæ corporum, possunt agere in potentias animæ sensibilibi: & sic oportet, quod potentia animæ sensibilibi sint actiua & non passiva. Tertium autem est: quia vident sensum indicare de sensibili, & non decipi in ipso iudicare autem certa actio quædam est perfectissima: & cum illa sit sensus, dicunt sensum potentiam esse actiuam. Adhuc autem inducunt quarto loco experientia: quia vident oculos menstruarum inspicere aërem & specula, & aliquando oculos etiam intuentium eas: & oculos basilisci spargere venenum, eod quod, ut dicunt, visu intescit serpens qui basiliscus vocatur: hoc autem, ut dicunt, non fit nisi agendo in aërem & in obiectum: & ita dicunt sensum esse potentiam actiuam. Sed hæc omnia & similia triuola sunt: quoniam demonstratiue probantur in præhabitis, sensum esse potentiam passiuam & non actiuam.

His autem quæ isti inducunt, facile est respondere: quod enim prius inducunt de comparatione sensibilibi ad vegetabilem, dici debet in veritate digno formam esse sensibilibi quam vegetabilem, sed non ordinantur penes agere & pati: quia pati sensibilibi non est, ita quod patitur à vegetabili anima, sed potius conuertitur: vnde cum alterius rationis sit illud pati, & illud agere, penes hoc non ordinantur secundum naturæ gradus vegetabilis & sensibilibi: sed potius penes hoc quod vbiunque est vegetatiuum in sensibilibi, quod vegetatiuum est sicut instrumentum, & sensibilibi sicut principalis motor & formator. Et hoc patet: quia nutritiua in animalibus conuertit cibum in carnem, quæ medium est in actu qui est anima sensibilibi, & generatiua format organa ad sensus aptiora quam vegetabili deputata. Quod autem dicunt inferioris & materiale non debere agere in superioris & formale, frivolum est: quia sensibilibi non agunt in animam, sed potius in organa corporum: & in illa possunt agere: organa autem sunt animata: & ita prouenit motus sensibilibi vsque ad animam. Quod autem dicunt de iudicio sensuum, dicendum, quod nulla virtus est adeo passiva, quin per formam sui actui existentem in ipsa possit agere: & sic est de sensu, qui efficitur in actu per formam sensibilibi in ipso existentem: & ideo tunc agere potest, sicut sciens potest considerare. Quod autem inducunt vltimo, est omnino stultum: quia talis actio non est oculi in quantum est sensus in ipso, sed potius proxi est pars corporis euaporantis: vapor enim resolutus ab oculo, est ille qui inspicit, & non visus qui est in oculo: sed tamen vapor ille eo quod subtilis est & acutus, magis penetrat in corpora clara, sicut in specula & oculos qui sunt quasi specula animata, quam penetrat in alia corpora. Et hæc est causa etiam quare oculi citius quam alia membra laduntur in talium aspectu.

Solutio ad rationes prædictas.

Nulla virtus est adeo passiva quæ per formam sui actui existens in ipsa agere possit.

### CAPVT II.

#### De distinctionibus potentie passivæ in apprehendendo.

His igitur & sic habitis, quod sentire est secundum potentiam passiuam, diuidendum est de potentia & actu: quoniam vtrumque dicitur dupliciter: nunc enim simpliciter & vniversaliter volumus aliquid dicere de ipsis: quæ certificatiue de eis dicere, est primi philosophi. Dicimus igitur, quod potentia dicitur duobus modis, hoc est, disposita & indisposita perfectione prima. Dicimus enim aliquando hominem scientem in potentia: quia cum est indispositus, & nihil habet nisi naturam ad scientiam ordinatam: sicut ideo quia homo est animal disciplinabile, dicimus hominem potentia scientem: & hæc potentia quæ est ante perfectionem primam, est in præhabitis, sensum esse potentiam passiuam & non actiuam.

Tex. & com. 55



ea quidem, sicut dicimus puerum potentia scientem. Propinqua, sicut dicimus potentia scientem eum qui iam nouit instrumenta & principia quibus accipitur scientia, quæ dicens à Doctore non accipit, sicut quod de quolibet contingit affirmari vel negari & de nullo simul, & quod omne totum maius sua parte est, & quod vni & eidem æqualia, in se sunt æqualia, & huiusmodi, quibus scitis non propter hoc scitur ars, sed eis ignorantis non potest ars sciri. Et in practicis quidem est idem, sicut dicimus infantem potentia esse scriptorem, & dicimus potentia esse scriptorem eum, qui nouit penam & calamitatem, & temperaturam incanstri & huiusmodi alia scriptura instrumenta. Alio modo dicimus potentia scientem eum, qui iam habet habitum scientiæ, qui habitus scientiæ vel potentia similis est & somno in eo quod non agit, sicut dicimus scientem & non considerantem esse potentia scientem, & hoc est qui potentiam habet completam per actum primum, qui somno similis est. Sed non est idem motus quorūque istorum est possibilis siue in potentia existens. Ille enim in utroque gradu potentia dicitur potentia sciens grammaticam vel aliam scientiam secundum potentiam materialem adhuc imperfectam, quæ tamen secundum genus est primum subiectum scientiæ, vel alterius habitus ad quem ordinata est potentia. Ille autem qui habet potentiam potentia perfectionem ad modum somni, dicitur sic potens, quia potest agere secundum habitum quando voluerit: habitus enim est quo quis agit aliquid quando voluerit, si nihil eum exterius & per accidens prohibeat. Similiter autem & actus dupliciter dicitur secundum actum primum & secundum actum secundum, ut diximus superius: & ideo habens habitum dicitur actu sciens.

Tex. & com. 56.

Iam autem considerans cum actu sit qui est per modum vigiliæ, propriè secundum actum sciens vocatur. Hi autem utique qui primo modo scientes sunt ambo, secundum potentiam scientes vocantur, sed differenter: quoniam non habens habitum, secundum potentiam sciendi materialem & imperfectam non dicitur sciens nisi quando per doctrinam est alteratus, & multoties est mutatus ex contrario in habitum scientiæ: oportet enim multoties discentem mutari modo ex ignorantia in dispositionem, modo ex dispositione in dispositionem, antequam sit in habitu completo: diximus enim, quod potentia materialis habet gradus, qui licet in genere sint duo, tamen in numero multi sunt. Quod autem dicimus, quod talis ex contrario venit in habitum, ideo dicimus, quod licet dispositio secundum id quod est, non sit contraria habitui: tamen per modum est contraria, quia faciliè est mobilis, cum habitus sit qualitas stans & completa & immobilis. Ignorantia etiam largo modo est contraria habitui. Alius autem qui iam habet habitum, & sic non dicitur potentia sciens, sed potius eò quod similis dormienti & non agenti: hoc enim habet habitum sciendi vel sciendi grammaticam vel aliud, sed non operatur in agendo se-

cundum illum modum actionis qui dicitur ex habitu.

Tex. & com. 57.

Et ideo etiam talis mutatio ex habitu in operationem, non est aliquid patitur recipere, sed mutatio illa quæ est ex contrario, est secundum passionem & corruptionem contrarij habitus, siue dispositionis, secundum quod in vnaquaque alteratione multæ sunt corruptiones contrarij illius quod abiicitur: quia sicut diximus in tertio physicorum, motus alterationis est generatio formæ post formam, quantum ad formam contrarij quæ abiicitur per motum. Sed habens iam habitum non corrumpitur secundum aliquid quod in ipso sit, quando venit ad operationem, sed potius venit ad id quod est saluans habitum: quia habitus per operationes saluatur: operatio enim est similis tali potentia habituali, eo modo quo se habet talis habitualis potentia ad actum. Habens enim scientiam, & secundum scientiam illam sic speculans & operans, aut in veritate non est alterari, aut si alteratio dicitur, dicitur alterum genus esse alterationis, in eo quod nihil in eo abiicitur vel generatur, sed potius habitus qui iam inest, confirmatur & saluatur, eò quod speculatio nihil aliud est nisi habitus qui inducitur in seipsum, hoc est, in ea quorum species iam inest, & ex his venit in actum qui est operatio: sicut est videre in exemplo architecti, qui habet habitum edificandi, & concludit habitum in seipsum, hoc est, conuertendo se ad ea quæ sunt in habitu, ut fundamentum, & lapides, & ligna, & ordinata, & impetum facit ad opus, tunc nihil noui acquirit, sed idem habitus confirmatur, cum igitur alteratio sit alicuius nouæ formæ inductio, iste non est alteratus, vel aliud genus sit alterationis quæ alterari dicitur, quocumque modo nunc aliter se habens quam prius.

Tex. & com. 58.

Vnde non bene se habet dicere sapientem cum secundum operationem sapiat alterari, sicut nec edificatorem bene dicimus alterari, quando secundum actum edificat: in actum enim se ducens qui operationem facit ex habitu elicitem, non est iustum, quod hæc dicitur doctrina siue doctrinario, hoc est, doctrinae acceptio: sed oportet, quod habeat aliam denominationem, sed potius quando sit mutatio ex eo quod est potentia materiali sciens, & est scientiam accipiens à didascalo siue doctore, qui actu habet eam, hoc est pati & alterari. Oportet igitur, quod isti duo aut non dicuntur alterari ambo simpliciter: aut si ambo alterari dicuntur, tunc oportet, quod non sit vnus modus alterationis in utroque, sed vnus alteratur in priuatiuas dispositiones & in habitum ex ignorantia, sicut diximus, & alteratur, quia non vno modo se habet considerans & non considerans secundum habitum quem habet, obsequè eò quod aliquid noui generetur in ipso, vel aliquid eorum quæ inest, abiicitur. Scias tamen, quod omnia ista quæ dicta sunt de alteratione, hæc dicta sunt large accipiendo alterationem: quoniam in 7. physicorum probauimus secundum habitum & dispositionem non esse alterationem

7. ph. r. com. 27.

rationem aliquam, nec animam secundum intellectum moueri posse: sed ea quæ hic dicta sunt, exempli gratia dicta sunt: & adhuc sufficit quidam modus alterationis, licet non verè sit alteratio: non enim sit alteratio physica, nisi secundum illam speciem qualitatis quæ dicitur passio vel passibilis qualitas: & ideo quæcumque in 7. physicorum subtiliter disputata sunt, his quæ dicta sunt non contrariantur.

CAPVT III.

De operatione dicta distinctionis potentie ad potentiam sensitiuam.

Tex. & com. 59.

Volentes autem adaptate ea quæ dicta sunt, ad potentiam sensitiuam, dicendum quod mutatio potentia sensitua ad primam perfectionem ipsius, est à generante: potentiarum enim apprehensuarum quædam complentur prima perfectione à materia vel natura, & quædam per experimentum & studium: à natura quidem, sicut potentia sensitua ad sentire: per experimentum autem & tempus, sicut intellectus: ab ipsa enim generatione generante & dante formam sensitiuam, datur etiam actus primus sensus, quo sensus sentire potest quando voluerit, quando nihil est extra prohibens. Dico autem extra prohibens nihil: quia medijs aliquæ dispositio impedire potest sensum, & absentia sensibilis: sicut & scientia habens habitum, considerare poterit quando voluerit, quando nihil est extra prohibens. Cum igitur generatum est complete sentiens, tunc iam habet habitum perfectientem sensum prima perfectione: quæ est sicut scientia, quæ est primus actus in intellectu: sentire autem secundum actum qui est secunda perfectio, quod est quando recipitur species sensibilis in sensu est sicut considerare se habet ad scientiam. Sed in hoc est differentia: quia actus & motus ad operationem sensus sunt extra, sicut visibile & audibile: eò quod species sensibilium non mouent sine presentia materie: & quia materie presentiam necesse est esse extra, ideo sensibilia mouentia sensum ad sentire secundum actum: necesse est esse extra in omnibus sensibilibus.

Tex. & com. 60.

Huius autem causa est: quia, sicut iam tetigimus, singularium secundum actum est sensus, hoc est, sensus secundum actum secundum quem est sentire est singularium, quæ singularia sunt per materiam indiuiduata, sine cuius potentia forma sensibilis nullo modo apprehenditur. Scientia autem est eorum quæ actu vniuersalia sunt: & hæc sunt abstracta non solum à materie presentia, sed ab omnibus quæ accidunt formæ secundum quod est materia indiuiduata, sicut est figura, & vbi, & quando, & cetera huiusmodi. Hæc autem vniuersalia sic separata, quodammodo sunt in ipsa anima, quia imagines sunt in anima: & ab ipsis abstrahitur vniuersale, quod mouet intellectum possibilem: & ideo non simpliciter

D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.

ter, sed quodammodo sunt in anima. In phantasmate autem vniuersalia non sunt secundum actum vniuersalia, sed potentia, quæ per abstractionem intellectus sunt vniuersalia simpliciter: & quia vniuersale in phantasmate est intus in anima, & non extra, nec exigit materie presentiam, ideo est in potestate anime intelligere cum velit. Sentire autem non est in potestate eius cum velit: quia mouens sensum exigit materie presentiam, quæ non est presens in anima: assentire enim necessarium est sensibile mouens sensum secundum materie presentiam. Sicut autem diximus de sensu quod exigit materie presentiam, ita se habet de scientia sensibilium secundum quod sensibilia sunt: causa enim ipsa sciendi & sentiendi est species mouens sensum secundum materie presentiam, sicut causa intelligendi est vniuersale in phantasmate mouens intellectum. Causa autem, quod oportet esse sensibile extra, est: quia sensibilia sunt singularium quæ sunt in materia, & hæc sunt exteriora. Sed quia de his quæ ad intellectum pertinent, hic certificare non possumus, tempus fiet in quo accipiemus principium loquendi de ipsis in sequentibus huius libri.

Tex. & com. 61.

Nunc autem tantum sit determinatam, quod non simpliciter siue vno modo dicitur id quod in potentia dicitur aliquid, sed aliud quidem dicitur potentia materiali & imperfectum, sicut dicimus puerum posse militare: aliud autem, sicut dicimus posse militare eum qui habet ætatem & habet habitum militiæ, non militat autem in opere. Et sic similiter dicitur dupliciter sensitiuam, sicut diximus, sicut si dicamus imperfectum secundum organa sensus posse sentire, & sicut dicimus posse sentire perfectum secundum organa sensus.

Tex. & com. 62.

Et quia horum sic potentia existentium differentia vsualiter non est nominata, ideo oportet nos determinate: quia sic differunt & quomodo differunt, ne potentia actiuæ semper perfecta esse credatur: & quia nomina propria non habemus, uti nos oportet nomine alterationis & passionis in istis tanquam propriis nominibus: cum tamen non nisi extenso nomine eis conueniat, sicut supra diximus, sensitiuam potentia est animal sensibile ut sensibile in actu sit, & non tamen ipsam sensibile: quia forma sensibilis extra prout est in ipso sensibili, non recipitur in sensu, sed intentio eius: & si recipitur in sensu secundum esse quod habet in re, tunc haberet duobus esse: & oportet dicere, quod oculus aliquando esset albus, aliquando niger, aliquando alterius coloris, quod non est verum. Est igitur id quod est in sensu nec sensibile, quia est intentio sensibilis: & non est ipsum sensibile, quia non confert illud esse sensui, quod confert rei quæ extra sentitur.

Obiectio 4. huius in 60. huius in 61.

Sed forte obiciet aliquis, quod cum sententiarum species non mouent sensum secundum esse materiale quod habent in sensibili se extra, sed potius secundum quod est intentio spiritualis in sensu accepta, oportet quod habeant motorem vnum qui in omnibus causa est esse illius spiritualis, sicut etiam intellectus

G intellectus



intellectiva habent motorem unum, qui in omnibus causat formam simplicis intelligibilis. Nec convenienter dici potest, quod esse spirituale habeat intentiones sensibilis ex hoc quod recipiuntur in subiecto spirituali: quia magis est rationabile causam diversitatis esse spiritualis & materialis ipsorum sensibilium esse ex diversitate motoris, quam ex diversitate subiecti: quia subiectum non diversificat moventia, sed potius è convertit: intentiones autem spirituales sensibilium sunt moventes. Hæc autem dubitatio magna indiget consideratione, & in sequenti capitulo secundum facultatem nostram determinabitur.

Solutionem  
autem infra  
in cap. 6 præ-  
sentis tracta-  
tus.

CAPVT IV.

Et est digressio declarans gradus & ab-  
stractionis & modum.

A Ntequam nos loquamur de sensibili-  
bus singulariter, oportet nos loqui de  
sensibili generaliter: quia, sicut diximus, ob-  
iecta priora sunt actibus, & actus potentis se-  
cundum rationem: quia de communibus  
etiam quoad nos prior est speculatio in phy-  
sicis: eo quod quod in illis communia con-  
sistunt in singularibus, & priora quoad nos,  
debemus prius loqui de sensibili in commu-  
ni. Sed ad faciliorem intellectum eorum que  
dicendi sumus, faciemus capitulum breve de  
modo apprehensionis potentiarum apprehen-  
suarum omnium: hoc enim perutile erit  
ad omnium sequentium notitiam faciliorem.  
Dicimus igitur, quod omne apprehendere,  
est accipere formam apprehensam, non secun-  
dum esse quod habet in eo quod apprehen-  
ditur, sed secundum quod est intentio ipsius  
& species, sub qua aliqua sensibilis vel intel-  
ligibilis notitia apprehensa habetur. Hæc au-  
tem apprehensio, ut uniuersaliter loquendo,  
quatuor habet gradus. Quorum primus & in-  
fimus est, quod abstrahitur & separatur forma  
à materia, sed non ab eius potentia nec ab  
eius appendiciis: & hoc facit vis apprehen-  
siva de foris, quæ est sensus. Secundus autem  
gradus est, quod separatur à materia & à præ-  
sencia materie, sed non ab appendiciis mate-  
rie, siue conditionibus materie: & hanc ap-  
prehensionem facit imaginaria potentia,  
quod etiam singularibus non presentibus re-  
tinet formas sensibilium, sed non denudat  
eas à materie appendiciis. Dico appendicias  
materie condiciones & proprietates quas ha-  
bet subiectum forme quod est in tali vel tali  
materia. Verbi gratia, talis membrorum situs,  
vel talis color faciei, vel talis ætas, vel talis  
figura capitis, vel talis locus generationis.  
Hæc enim sunt quedam indiuiduantia for-  
mam que sic sunt in vno indiuiduo vnus  
speciei, quod non sunt in alio. Et hæc ap-  
prehensio sortem non presentem imaginari-  
am crispum & album, & senem, vel iuuenem,  
& cum longis digitis vel breuibys, quorum  
nullam accidit ei in quantum est homo. Hæc  
igitur est secunda apprehensio. Tertius au-

Et apprehensio  
uniuersaliter  
loquendo qua-  
tuor habet

tem gradus apprehensionis est, quo accipimus  
non tantum sensibilis, sed quaedam intentiones  
que non imprimuntur sensibus; sed tamen  
sine sensibus nunquam nobis innotescunt,  
sicut est esse sociale, & amicum, & delectabilem  
in conuictu, & affabilem, & his contraria,  
quæ quidem cum sensibus accipimus & tamen  
eorum nullum sensibus imprimuntur. Et tale  
est quod accipimus hunc esse filium leonis, &  
esse agnum, vel hominem alium autem esse lupum,  
vel leonem, secundum quod substantiales forme  
mediantibus sensibus & non separate ab ipsis  
apprehenduntur: & iste gradus propinquus est  
cognitioni, & nunquam est sine estimatione &  
collatione. Quartus autem & vltimus gradus est,  
qui apprehendit rerum, quidditates denudatas ab  
omnibus appendiciis materie, nec accipit ipsas  
cum sensibili intentionibus, sed potius simplices  
& separatas ab eis: & ista apprehensio solius est  
intellectus, sicut est intellectus hominis per hoc  
quod conuenit omni homini, vel intellectus substantie,  
ut uniuersaliter dicatur intellectus quidditatis  
uniuersalis omnis rei secundum quod est quidditas  
ipsius, & non per hoc quod conuenit isti, & non  
alij, proprium est & singulare, & est ali-  
quid de materialibus & indiuiduantibus. Quæ-  
cumque autem sunt communia & ita vni sicut  
alij, & eodem modo convenientia, absque  
dubio sunt ipsa uniuersalia, quæ solus accipit  
intellectus. Secundum autem hos gradus  
abstractionis siue separationis distinguuntur  
inferius vires apprehensivæ.

Forma rei &  
rei intentio dif-  
ferunt.

Adhuc autem notandum est, quod differunt  
forma rei & intentio rei: forma enim est  
proprie quæ informando dat esse actu materie,  
& composito ex materia & forma. Intentio  
autem vocatur id per quod significatur res  
indiuidualiter siue uniuersaliter, secundum  
diuersos gradus abstractionis: & hæc non dat  
alicui, nec sensui quando est in ipso, sed  
signum facit de re & notitiam: & ideo inten-  
tio non est pars rei sicut forma, sed potius est  
species totius notitie rei: & ideo intentio  
quia abstrahitur de tota re, significatio totius  
de re prædicatur: intentio enim colorati quæ  
est in oculo, totam rem significat vel notifi-  
cat, sicut & intentio quæ est in imagine parti-  
culari non presente. Et hoc est quod dicit  
egregie Aristot. in secundo libro suo de anima,  
quod sensus sunt particularium: & non dicit,  
quod forme alicuius tantum, sed totius  
particularis, sicut & intellectus est uniuersa-  
lium, quod non est notitia & species partis,  
sed totius: & ideo notitiam facit de toto. Non  
enim per visum accipitur notitia coloris tan-  
tum, sed colorati, & species eius in visu  
speciei est colorati, secundum quod coloratum  
est, & iudicium sit de colorato secundum  
quod coloratum est, & sic de aliis intentionibus  
in quocumque gradu abstractionis accipitur.  
Similiter autem est quando dicitur, quod  
abstrahitur sit à materia, intelligitur, quod  
est quoddam particulare, quod particularita-  
tem habet à materia: hoc enim est primum  
subiectum forme, & per ipsum substantia  
culare

Quomodo  
pulchritudo  
subtiliter per-  
derant dicit  
Eth. 2. de ani-  
ma. 2. cap. 60.  
dicens sensus  
esse particula-  
rium.

culare & nature communi quæ abstrahitur  
uniuersaliter ab intellectu, & indiuiduantibus  
formis, quarum intentiones ab aliis gra-  
dibus abstrahuntur apprehensionis. Sicut au-  
tem in principio physicorum dictum est,  
communis natura aliquando accipitur ut  
confusa in particularibus & non separata ab  
eis: & tunc scientia talis est singularium sicut  
& sensus, sicut in præhabito capitulo  
diximus.

CAPVT V.

De sensatu in communi que sunt per se, &  
proprie, & secundum se, & com-  
mune, & per accidens.

Tex. & com.  
63.

H is igitur præhabitis dicendum est de  
obiectis uniuersalibus sensus primo in  
communi: quia de communibus proprie est  
speculatio. Dicitur autem in communi sensibile  
tripliciter. Duo quidem dicimus per se  
sentiri: unum autem secundum accidens.  
Quando autem dicimus per se sentiri aliquid  
sensibile, volumus intelligere per se quando  
subiectum est causa prædicati, hoc est, quod  
per propriam naturam & essentiam causa est  
immurationis sensus, eo quod ipsum est quod  
habet inferre passionem sensui: diximus enim,  
quod sensus generaliter est potentia passiva,  
& sentire generaliter pati: diximus enim sæpe  
in libris naturalibus præhabitis, quod non  
quodcumque agens infert passionem cuiuslibet  
patientis, sed oportet esse communicationem  
nature inter proprium agens & proprium  
patientem: & tunc dicemus, quod illud est  
essentiale sensibile, quod suam propriam  
essentiam, vel intentionem essentiam, de-  
prehendit in sensus organo. Hæc autem  
sunt duo: cum enim omnes forme sensibiles  
sunt etiam forme situales, & quæ habent  
quantitatem per accidens, statim impenditur,  
quod calor in oculo non recipitur sine quantitate,  
& his que sunt quantitati annexa essentialiter:  
& ideo sensatum per se, diuiditur in duos  
quorum vnum quidem proprium est, quod sic  
conuenit vni sensui quod non conuenit alij,  
sicut coloratum in quantum coloratum in  
nullum agit sensum, nisi in visum: sonus au-  
tem in auditum & non in alium sensum. Aliud  
autem est sensatum quod ideo per se senti-  
ri dicitur, quia sua intentio in sensu imprimi-  
tur conuincta sensibili proprio: & hoc est  
propriū & proximum subiectum sensate  
speciei, quod est magnitudo, in qua ut in  
subiecto proprio est omnis qualitas sensibilis.  
Et proprium quidem subiectum sensibile duo  
habet in se que faciunt ipsum proprium.  
Vnum quidem dictum est, quod scilicet non  
conuenit ipsum altero sensui sentiri, nisi illo  
cuius est proprium actum inferens ei pas-  
sionem: & cum non agat in sensum nisi  
intentionem propria forme, sequitur quod  
sensum non conuenit errare circa proprium  
sensatum. Dicitur autem sensatum proprium  
duobus modis. Vno quidem modo secundum

D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.

quod est in re sensata in qua est secundum  
esse materiale. Alio autem modo secundum  
quod est receptum in organo sensus: secun-  
dum enim quod est in re non semper iudica-  
tur de ipsa: quia etiam per hoc esse non ha-  
bet agere in sensum, sicut nos inferius ostendimus:  
sed ponamus per esse quod habet in  
abstractione, secundum quod esse primum est  
in medio, & postea in sensus organo: & multa  
variationes possunt fieri circa esse ipsum  
quod habet in abstractione, tam in medio  
quam in organo: quoniam si contingat aerem  
qui est medium in visu esse humidum multum,  
forte videbitur album esse per se ipsum ru-  
bore vel croccitate: & si forte pupilla sit  
firma, & humore in oculum defluente altera-  
bitur esse coloris quod habet in abstractione,  
sicut diximus in tertio meteororum in tra-  
ctatu de iride: & hæc non sunt error sensus  
in sensibili proprio: quoniam sensibile  
proprium tunc esse habet in abstractione,  
licet non habeat tale esse in subiecto in quo  
est secundum esse materiale, quod habet in  
materia. Patet igitur sensum circa sensibilia  
propria non errare: sic enim est visus coloris,  
& auditus soni, & gustus saporis qui humor  
à Græcis vocatur, eo quod in humido semper  
sentitur. Tactus autem plures habet differ-  
entias quæ non ad vnum proprie rationis  
genus reducuntur, tamen in vnaquaque iudicatur  
de illis & non decipitur. In compositione  
tamen sensibilium magna frequenter est  
deceptio, sicut quidem est quod est coloratum  
ut crocum sit mel, aut cholera citrina, aut  
ubi est coloratum, aut quid est quod sonat,  
aut ubi sonat, & sic de aliis. Et huius causa, ut  
infra dicemus, est: quia sensus proprius non  
habet componere, sed aliqua superior pot-  
entia: & illius est error. Hæc igitur sunt sensata  
propria.

Nota illas  
conditiones  
sicut & tra-  
ctatio in 2. de  
anima super  
sensu com-  
muni præ-  
sta.

Communia autem, sicut diximus, quorum  
essentie vel esse secundum intentiones suas  
vere sensibus imprimuntur, & illa sunt sicut  
magnitudo in qua sunt sensibilia: & cum  
magnitudo sit terminus naturalis corporis, &  
terminata quantitas sit figura, oportet etiam  
figuram esse sensatum commune: trigonum  
enim vel quadratum est quod imprimitur in  
oculo in videndo & tactui in tangendo. Quia  
autem numerum cognoscimus diuisione con-  
tinui, & continui est essentialiter diuidi, ideo  
oportet numerum etiam esse sensatum com-  
mune. Magnitudo autem non diuiditur so-  
lum per essentiam, sed etiam per motum, eo  
quod motus non habet ante & post nisi per  
ante & post in partibus magnitudinis: & ideo  
oportet etiam motum esse sensatum com-  
mune. Et quia opposita sunt eiusdem pot-  
entie, ideo etiam est sensatum commune: & sic  
igitur sunt quinque communia motus, quietis,  
numerus, figura, & magnitudo, nec dicuntur  
illa communia, eo quod quodlibet eorum  
æqualiter ab omni sensu percipiatur, sed quia  
quodlibet istorum probatur percipi pluribus  
sensibus, & non vno solo sensu, quoniam in  
veritate motus & quietis & numerus, omnibus  
sensibus percipiuntur, sed quantitas & figura,  
tactu & visu, ista autem sensata communia  
dicuntur.

Tex. & com.  
64.



dicuntur per se sensata, secundum quod per se opponitur ad id quod est per accidens, & non sic secundum quod per se opponitur ei quod est non primo. Impossibile enim est, quod idem passiuum numero, habeat actiua diuersa secundum genus. Constat autem, quod color & magnitudo diuersa sunt genere: & ideo sensatum proprium est quod agit in proprio sensu: & huiusmodi sensatum magnitudinem habet & figuram, &c. ideo recipiuntur etiam illa non per accidens, sed propria eorum intentiones imprimuntur in organo sensus.

Tex. & com. 65.

Sed secundum accidens sensibile est, quod propriam essentiam in sensum non imprimat, nec primo, nec secundo, sed cum sensibili proprio, & communi accipitur, & non sine estimatione vel cogitatione, sicut sunt intentiones de quibus in tertio gradu abstractionis diximus, sicut quod hoc album est Diaris filius, vel hoc nigrum est amicus, vel homo, vel animal: sicut videt ovis, quod hoc pilosum est lupus, & hoc pilosum est canis, & vnum estimat amicum & alterum inimicum. Secundum autem hanc doctrinam cognoscitur distinctio sensibilem, quæ secundum quorundam malam doctrinam valde est manifesta, sed errores talium transuimus breuitatis causa cui studemus. In hoc enim quod tale est, quod secundum se nihil de intentione suæ essentia imprimat in sensum, secundum se sentiri nihil potest, sed sentiri per accidens: quia albo accidit, quod sit ei coniunctum: & ideo organum sensus à tali sensibili nihil patitur omnino: quia natura hominis non est sensibilis per propriam essentiam, sed intelligibilis. Secundum se autem sentiuntur quæ intentiones proprias imprimunt in sensum: & hæc sunt ad quæ ipsa organa sunt vel habent apta nata ex primis suis componentibus.

CAPVT VI.

Est est digressio declarans verum sit aliquid mouens vnum in sensibilibus, & est de duplici esse sensibilibus quod sit in materia & in abstractione.

Nunc autem redeundum est ad questionem quam superius reliquimus, vtrum exteriora sensibilia habeant vnum & eundem aliquem motorem, qui agit in eis, quod efficiantur intentiones sensibiles, sicut intellectus agit in eis intentionem intellectualem: hoc enim consideratione dignum est, & est questio quam tangit Auerroes, & dimittit insolutam. Fuerunt autem quidam modernorum magnæ auctoritatis qui hæc concesserunt propter præinductam rationem, asserentes quod omne sensibile quod inuenitur in omnibus sensibus, est vnum in eo quod est intentionale & spirituale & non materiale: vnum autem in multis participantium necesse est ab vno causari: hoc autem non casu illud moueat aliud vel illud: oportet igitur aliquem esse motorem qui moueat hoc esse in omnibus sensibus. Adhuc autem manifestum est formam sensibilem secundum esse materiale esse in re sensata extra animam, & rem, & ibi rem afficit sua qualitate: secundum autem hoc esse non est in medio, nec etiam in anima: quia si color esset in aere sicut in colorato, oporteret quod videremus aërem esse coloratum, & oculum esse coloratum colore quem recipit: & huius contrarium videmus: ergo secundum aliud esse est in abstractione quam in materia propria: aliquid igitur confert ei esse illud: & illud erit mouens ipsum: quoniam in re non est abstractum sensibile nisi potentia: & id quod est in potentia, non educit se ipsum ad actum, sicut ante diximus de visibili, sicut est de aliis sensibilibus: oportet igitur ipsum habere vnum aliquid mouens. Adhuc autem phantasmata sunt maioris simplicitatis quam species sensibilis in materia: & tamen oportet phantasmata habere mouens ad hoc quod efficiantur in intellectu possibili: oportet igitur etiam ipsa sensibilia habere aliquid mouens, ad hoc quod abstracta efficiantur in sensu.

Questio dicitur ab Auerro. de anima com. 60. sed non soluta ab ipso.

Ita igitur & similes rationes sunt quæ induxerunt multos de nostris Doctoribus, quod dixerunt vnum esse mouens in omnibus sensibus. Sed cum debuerunt specificare quid est id, diuerterunt duas in vias. Quidam enim dixerunt hoc esse lucem: propter quinque rationes potissimas. Quarum est vna: quia cum mouens in omnibus sensibus debeat esse vnum & idem, & vident lumen esse motuum in sensu visus, dicunt ipsum oportere esse motuum in omnibus sensibus. Alia autem ratio est: quia dicunt lumen à luminoso corpore pyramidaliter & circulariter diffundi: circulariter autem multitudinem videt in omnibus sensibus: quia intentiones sensibiles circa rem sensatam ad æqualem distantiam circulariter vbique generantur: & talem motum in inferioribus non dicunt esse nisi luminis. Tertia autem est: quia vident quod nulla qualitas inferiorum corporum agit vniuersaliter, sed particulariter vnum & non aliud, nisi forte per accidens: lumen autem quod est forma cæli, quod est corpus vniuersaliter omnia inferiora mouens, dicunt oportere esse causam vniuersalis actionis in intentionibus sensibilibus. Quarta autem est: quia vident lumen esse in materialibus & spiritualibus vt formam, & ideo dicunt suum esse proprium quod conferat formam materiali, quod fiat intentio spiritualis. Quinta autem autem est quæ & præcipua est cui innituntur: quia vident sensibilem esse materiale causari à qualitatibus elementorum: & ideo nullam esse qualitatem elementum, quæ agit in ipso intentionem spiritalem. Nec potest dici, quod sit à subiecto in quo generatur illa intentio, scilicet quod sit subiectum non sit aptum naturam ipsam recipere nisi in esse spirituali: quia sicut supra diximus, diuersitas subiecti potius est à diuersitate agentis & formæ quam à conuerso: oportet igitur, quod sit ab aliqua forma agente corporis superioris: & corpus cælestis non agit in inferioribus nisi per lumen: igitur lumen est quod in omnibus sensibilibus agit intentiones spirituales.

Prima opinio dicitur multum esse primum motum respectu omnium sensibilibus.

Alij

Secunda opinio dicitur quod sensus agens in unum.

Alij autem antiquiores his dixerunt, quod virtus animæ est agens eas intentiones spirituales: & isti sunt qui dixerunt potissimam virtutem sensus esse actiuam & non passiuam: quorum rationes in parte supra posuimus. De hoc autem quod hic dicunt, quatuor assignant rationes aliquid probabilitatis habentes, secundum quod in eorum dictis potest deprehendi, quas tangit Auicenna Philosophus, & Alpharabius, & quidam alij: dixerunt enim isti non esse intentionem nisi ei quod iudicat de intentionibus: hoc autem esse animam: & ideo necessarium esse aliquid animæ esse quod conferat formam sensibili esse intentionis: & ideo dixerunt animam habere ordinem ad omne id quod instrumentally obsequitur ei: & cum medium in sensu sit propter sensum, dicunt animam habere virtutem agendi in medium: & taliter fit secundum eos illud quod virtus sensibilis egreditur spiritualiter, & supponit se sensibili, & confert ei esse quasi incorporeum & quasi spirituale quo in anima effici possit. Secunda verò ratio eorum est, quod in omnibus communicationant habent agens & patiens: incorporeum autem patiens cum corporeo agente nullam omnino habet communicationem: & ideo cum anima sit sensibile suscipiens, dicunt etiam oportere, quod aliqua virtus animæ sit ipsum agens. Tertiam inducunt rationem, dicentes animam esse magis actiuam quam aliquam formam corpoream: & cum forma corporis agit imprimendo speciem suam in materia sibi coniuncta, multo fortius erit verum virtutes animæ sensibilis quasdam esse actiuas, quæ aliquid de specie animæ influunt obiectis animæ, vt possint effici in sensibus: dantque simile huiusmodi, quod virtutes vegetabilis animæ nunquam adueniunt de cibo corpori cui primo non influxerunt aliquid de specie animæ per quam vniuersi possunt corpori: nec esse minus actiuam dicunt sensibilem quam vegetabilem, sed multo magis. Quartam autem ponunt rationem: quia dicunt sentire & iudicare de sensibus esse operationem quandam vitæ: hæc autem operatio non potest fieri ab aliqua forma corporali, sed ab anima ipsa. Cum igitur sensibilia secundum esse rationale sint specificantia illas operationes, & formalia in ipsis agentia, oportet quod illud esse egerit in ipsis aliquid animæ quæ est principium & causa vitæ.

Opinio dicitur.

Nos autem simpliciter naturalibus insistentes hæc omnia falsa reputamus, & tam illud fallum dicimus in quo ambæ sectæ conueniunt, quam illud in quo differunt. Dicimus enim nullo modo fore necessarium vnum esse causam multitudinis quæ est in multis, quæ secundum vnam rationem non est in eis, sed secundum rationes æquiuocas: esse autem intentionale & spirituale non vna ratione est in sensibus: quia vnum est multo spirituales alio, quia vnum afficit & medium & organum secundum esse materiale agens in ipsum, sicut est in obiectis tactus. Erea quæ habent idem medium, sicut visibilia, & audibilia, & odorabilia, non habent illud medium secundum vnam & eandem naturam

D. Alb. Mag. lib. 3. de anima.

medij, sed secundum diuersas, sicut inferius ostendemus. Et non vnius rationis est esse quod habent in ipso medio: quia spiritualis esse est coloris in medio quam toni: & iterum spirituales esse est toni in medio quam odoris: Et ideo vterque non aufert vel affert colores, sed obtundit auferendo tonos in parte & non in toto: odores autem & affert & aufert in toto, sicut dicit Auicenna: & veritas pro experta attestatur. Concedendum autem esse videtur, quod aliquando & in quibusdam sensibus qui scilicet sunt per medium extrinsecum, sensibile secundum aliud esse est in re sensata, & secundum aliud in medio & in organo: sed hoc esse in nullis pluribus sensibus est vnius rationis. Et si queritur, quid conferat ei hoc esse: videtur sibi illud: quæstio: quia nos superius ostendimus omnem virtutem actiuam esse parte perfectam ad agendum, line aliquo motu extrinsecum: & ideo dico, quod forma sensari per se ipsam generat se in medio sensus secundum esse sensibile, cuius necessaria demonstratio est, quod ab omnibus Philosophis & ab ipsa veritate conuincitur, per se sensibile esse, quod in secundo modo dicendi per essentiam suam est causa sui esse sensibilis: & ideo frustra queritur, quid conferat ei illud? sicut si queritur, quid conferat lucilucere secundum actum: quod dicitur, quod id quod est in potentia, non educitur in actum nisi ab eo quod est in actu, non est dictum nisi de eo quod est in potentia esse materialis, & non de eo quod est in potentia esse formalis & efficientis: esse enim spirituale generatur à re generante tantum secundum formam, de qua actione in huius capituli sequentibus prosequemur. Et bene concedimus, quod non est congruum, quod esse dicatur esse à subiecto spiritualiter: quia esse intentionale quod est in medio, est multo spirituales quam ipse aer sit, vel quam sit ipsum calidum. Hoc autem quod inducunt pro simili de phantasmatis mouentibus intellectum, omnino dissimile est: quia quæ est in phantasmate, non potest esse esse intellectuale, eo quod est multo simplicius quam ipsa: & ideo indiget motore ad hoc esse abiciens. Forma autem corporalis per se agens, nihil supra se confert quando confert esse intentionale, sicut inferius ostendemus.

Suita est questio, quid conferat esse spirituale formæ in medio propter duplicem rationem hic addita.

Opinio autem quæ dicit hoc esse lumen, omnino ridiculosa est: quia qui dicit lumen esse in tenebris, indiget sensu: & tamen scimus multa sensibilia æqualiter diffundi in tenebris & in lumine. In omnibus autem istis rationibus hæc opinio fere syllogizat ex puris affirmatiuis in secunda figura. Quod autem isti dicunt, quod lumen moueat colorem, & conferat ei esse spirituale, ostendemus falsum esse inferius, ubi de visu loquemur: ibi enim ostendemus, quod color per se est motuus visus, & quod lumen non exigitur propter colorem, sed propter medium. Et quod sensibile circulariter generatur, dicendum quod accidit ei per accidens, eo quod medium recipiens ipsum circulariter circumstanti, quod si non circulariter circumstaret, non diffunderetur circulariter. Quod autem dicunt

Impugnatio prima opinio de solutio ad rationem illam.

Nota quomodo per accidens sensibile generatur in intentionem circulariter in medio.



nullam formam inferiorem vniuersaliter age- re, falsum est omnino: quia omnis forma in- ferior vniuersaliter & non particulariter agit, & multiplicat seipsam. Sic formæ sensibilium se vniuersaliter agunt: & nihil vnum & idem agit omnes. Ad hoc autem quod dicunt in materialibus esse aliquid quod confert formæ esse intentionale, dicendum quod forma quæ est in re, aliquando agit per qualitates mate- riæ in qua est: & tunc agit materialiter. Ali- quando autem agit per se solam: & tunc agit immaterialiter: quia & ipsa est essentia im- materialis per seipsam. & non indiget in ista secunda actione nisi se sola. In prima autem indiget alia quam seipsa. Et ideo omnino op- positum eius est, quod supponit ratio illa ab illis inducta. Quod autem vltius inducunt esse spirituale nulla elementorum qualitate causari, verissimum est, sed nos ostendimus vnde causatur.

Qualiter in actu spiri- tuali forma se sola agit.

Impugnatio secunde opinio- nis & solutio ad rationes il- las.

Qualis debet esse communi- catio inter a- gens & pa- tiens.

Modus pos- sionis proprie.

Opinio autem secunda multo probabilior, licet modernorum pauci teneant eam: erat enim illa Platonis & etiam Augustini & mul- torum suorum aliorum magnorum virorum. Tamen sine præiudicio aut ego non intelli- go eos, aut ipsi falsum dixerunt. Quod enim dicunt virtutem sensibilem egredi & suppo- nere se sensibus, propter vniuersalem ordi- nem quem habet ad ipsam, intelligi non potest nisi sicut egreditur virtus à magnete ad ferrum: & in veritate ita dixerunt: & pro se induxit Plato oculos fascinationis, vbi virtus egreditur ab vno fascinando ipsum: sed hoc falsum est: quia virtus illa non ingreditur nisi in suo vehiculo quod est spiritus: multoties autem spiritus non possent extendi vsque ad sensibile quod multum distat aliquando, & præcipue in visu & odoratu quorundam ani- malium. Præterea etiam, sicut dixit Auicenna, spiritus egreditur à corpore dissolvitur statim & continuatur aëri: dissolvitur igitur etiam virtus & peribit. Quod autem dicunt, quod communicantiam habent & agens & patiens, verum quidem est, sed non oportet, quod ha- beant communicantiam, ita quod sit eius- dem nature & essentia, sed quod habeant proportionem adinvicem sicut propria mate- ria ad propriam formam, & proprium agens ad proprium patiens: & sic communicantiam habent forma sensibilis agens & sensus pa- tiens, in eo quod sicut sensus spiritualiter pati- tur, ita etiam forma sensibilis spiritualiter agit in ipsum. Et quod dicunt animam sensi- bilem esse actiuam, supra ostendimus esse fal- sum. Nec oportet aliquo modo illud fore ve- rum, quod licet agens honorabilius patiente, quod hoc agens propter hoc sit honorabilius hoc patiente. Et quod dicunt de anima vege- tabili, superius est determinatum. Quod au- tem dicunt sentire esse opus vite, & in illo esse formalem speciem sensibilem, dicendum quod sentire est opus vite secundum quod egreditur ab anima, & non secundum quod specificatur à forma sensibilis: non enim speci- ficatur ab ipsa forma sensibilis in speciem vite, sed potius ad notitiã rei exterioris habendã.

His habitis oportet nos determinare qua- liter à sensibili fiat huiusmodi actio: quia ali-

rer in incerto dimitteremus. Dicimus igitur sequendo directè Peripateticorum sententiam, qui dicunt communiter, quod cum dicitur sensibile esse per se, sicut color, & odor, & sonus, & huiusmodi, quod hoc est secundum secun- dum modum dicendi per se in primo poste- riorum determinatum: & hoc est quando subiectum est causa prædicari, sicut quando dicitur homo sensibilis vel disciplinabilis: o- portet igitur, quod color & odor & sonus & cetera sensibilia per proprias operationes aut essentias, causa sint sensibilitatis & sensus se- cundum actum facti: non ergo adhuc habeant motiuum aliquid extrinsecum. Dicimus au- tem aliud esse agens formam in materia, & aliud agens formas tantum: agens enim for- mam in materia, in qua ipsa ligata cum mate- ria habet esse materiale, est agens quod trans- mutat materiam, sicut calidum, frigidum, hu- midum, & siccum: agens autem formas tan- tum, non est agens materiale, sed potius ipsa forma: & sic agit se per hoc quod ipsa est ef- sentia simplex luitipius multiplicatiua: & sic omnis forma multiplicat intentionem suam: & cum forma sit essentia simplicior omni cor- pore, non potest inueniri aliqua forma cor- poralis quæ possit ei esse intentionale con- ferre: & quia quidam ignorarunt, quod forma in eo quod forma sic multiplicat se, dixerunt quod oporteret eam habere agens præter ip- sam. Et quidam existimabant propter hoc quod forma simplex, & sic agendo se quasi ef- ficatur vbique, existimabant, quod non multi- plicat se, sed est vbique per essentiam: & de hac opinione quia subtilis est multum, non possumus facere mentionem nisi in tertio li- bro. Et hoc quod hic determinamus, hoc est, quod forma sensibilis se multiplicat in esse sensibili aut spirituali, & sufficit sibi ad hoc: & sic omnis forma in propria & essentiali actione sibi sufficit. Hæc autem sententia quasi pro fundamento poni dicit in hac scien- tia: quia ex ipsa infiniti circa opera & passio- nes animæ eliduntur errores. Iam autem pa- tet, quod duplex esse habet formam: vnum sim- plex & spirituale, quod habet in abstractione quod sit à simplici agente quod est forma rei: alterum autem materiale in re, in qua est per agens generans non simplex, quod agit eam educendo de materia per generationem.

CAPVT VII.

De visibili quod est color, qualiter secun- dum actum lucidum mouet visum.

His autem habitis dicamus sigillatim de omnibus sensibus, & primo de visu, ed quod ipse plurimum est differentiarum: com- prehendit enim & corruptibilia & incorru- ptibilia, & apprehendit suum sensatum non in vna medijs dispositione, sed in pluribus: co- lorata enim accipit in medio actu lucido, & lucida accipit in tenebroso, & quæ sit huius causa infra dicemus.

Dicamus igitur, quod obiectum cuius di- citur

Tex & com. 66.

citur esse visus vt propria causa inferens sibi passionem, hoc communi nomine dicitur vi- sibile: visibile autem est quidem color, & non solum color, sed etiam hoc quod com- muni ratione nominis est dicere visibile, sicut licentia non sub colore sed sub lumine vi- dentur in tenebris: & ideo vnum commune nomen non habemus quod dicat communiter omne visibile proprium quod visui sua ex for- ma inferat passionem: visibile autem per se ma- nifestum erit magis quando ingrediemur me- lius in distinctionem & tractatum per se vi- sibilem: constat tamen, quod vnum visibilem est color, & quod color est de numero eorum quæ per se ipsa sunt visibilia, non quidem illo modo secundum se sicut per se, quo præ- dicatum est in ratione subiecti, qui modus dicendi per se est primus, sed illo modo quo subiectum est causa prædicati, qui modus di- cendi per se vel secundum se est secundus: & ideo oportet, quod color per nihil extrinsecum sed per suam essentiam sit agens in vi- sum, & sit visibilis.

Tex & com. 67.

Questio- maia autem ab Auerroes hic videtur in se necesse est per coloris in se vel pro- pter medium?

Opinio Aue- rois & solu- tio.

Et quia hæc est sua essentia, tunc diffiniatur, quod color est motiuum visus secundum actu lucidum, hoc est, transparentem in actu luminis com- plecto: hoc enim conuenit omni & soli color: quia, sicut diximus, licentia non videtur in eo quod est actu lucidum, sed potius in eo quod est actu tenebrosum: color autem sine luminis actu perficiente diaphanum, non videtur, sed po- tius omnis color videtur in lumine: & ideo oportet nos etiam prius tractare de lumine. Sed nos prius queremus, cum color non immutetur nisi diaphano illuminato, vtrum lu- men illuminans exigitur ad visum propter colorem vel propter medium, hoc est querere vtrum color non possit generare intentionem in medio, nisi sit ipse color actu illuminatus, vel ipse color sine lumine sufficiat generare intentionem suam, sed medium non sit aprum natum ipsam intentionem suscipere, nisi sit actu illuminatum. Videntur autem præcipui viri in philosophia Aue. & Auempace con- sentire in hoc, quod color medium visum immutare non possit, nisi recipiat actum lu- minis præhabitu: hoc autem tribus probant rationibus. Vna autem suarum rationum est ex coloris diffinitione, quæ ponitur in libro de sensu & sensato, quæ est, quod color est extremitas perspicui in corpore terminator secundum illam enim perspicuum est aliquid coloris, cum perspicuum non sit in actu per- spicuum, nisi per actum luminis vel habitum secundum actum: & ideo dixerunt illi, quod colores in tenebris non sunt nisi in potentia & non in actu: & ideo tunc mouere medium & visum non possunt per suas intentiones. Secunda ratio est, quod cum color sit ex- tremitas perspicui terminati, perspicuum etiam non terminatum quando est illumina- tum, habebit aliquid coloris: & ideo lumen est color diaphani non terminati, quod co- lorata ipsum in superficie & in profundo: per- spicuum ergo quod est completum per lumen, habet calorem: sed nihil est susceptibile ali- cuius per modum per quem habet illud: cum ergo perspicuum actu illuminatum habeat

colorem, non est susceptibile coloris secun- dum quod huiusmodi, sed potius secundum quod non habet eum: ergo non in quantum est illuminatum recipit colorem, sed in quan- tum caret lumine: lumen igitur non exigitur propter diaphanum quod est medium in visu, sed propter colorem. Tertia ratio eorum est, quæ & magis quam alia mouet, quod omnia obiecta vnus sensus necesse est reduci ad vnum genus, siue ad vnam communem natu- ram: propter quod etiam tactus non omnino est vnus sensus, ed quod tactibilia non redu- cuntur ad vnam naturam communem, nec ad genus vnum: cum igitur visus sit sensus vnus, visibilia necesse est esse vni aliquid in com- muni: sunt autem visibilia & lumen & color: ergo necesse est, quod aut vnum eorum re- ducatur ad aliud, aut quod ambo reducuntur ad vnam naturam communem, in qua vnan- tur: non autem reducuntur ambo ad aliquid tertium quod est ante ea vnus ea: oportet igitur, quod vnum ad aliud reducatur: cum autem lumen non diffiniatur per colorem, sed color per lumen, oportet quod lumen sit na- tura communis quæ facit visibile esse visibile: & sic color non est visibilis nisi per habitum luminis sibi influxum.

Experimentum pro opinione Aue. & Auempace.

Experimentum autem est: quia nos vide- mus, quod videntem existentem in tenebris & aëre tenebroso iuxta videntem, & tantum co- lore illuminato sit visio. Si autem è conuerso fiat color in tenebris, & videns in lumine stet, & aër sit illuminatus, non fiet visio. Similiter autem speculo posito contra lumen, & facie in tenebra, non resultabit imago in speculo. Si autem è conuerso fiat, statim in speculo vi- debitur facies. Ista igitur sunt quæ mouerunt istos, & quadam alia his similia.

Secunda opi- nio Auerrois comment. 87 & Alexander.

È conuerso autem Alexander & Auerroes innitentes vel intendentes dictis Aristotele di- cunt colorem esse per se visibile: ergo erit tota causa visionis per essentiam suam prop- riam: non igitur per admixtionem luminis. Similiter enim dicunt esse in colore & in aliis sensibilibus quæ per se mouent sensus. Di- cunt etiam hoc non esse quod in secunda ra- tione prædicti viri inducunt: ibi enim sup- ponitur, quod lumen sit color: quia si esset color, tunc aër non reciperet colorem quan- diu haberet in se lumen: & hoc non est ve- rum: quia videmus parietes colorari colore plantarum, quando nubes mouentur & radij solis in nubibus, & postea per plantas dir- guntur ad parietes. Similiter autem quando radius transit per vitrum coloratum quocum- que colore sit in aëre & in pariete opposito: & tamen prius habuit lumen, & etiam tunc retinet lumen, quod non faceret si lumen ef- fet color: non enim aliquid secundum idem recipit dupes colores simul.

Opinio Dr. Aue. media inter eorum.

Nos autem quantum intelligere possumus, vtroque secundum aliquam partem verum dicere arbitramur: & vt hoc intelligatur, vi- deatur dicendum, quod color habet duplex esse, scilicet materiale, & formale: Materia- le autem dicimus quod sit per qualitates tran- smutantes materiam, quæ sunt calidum, frigi- dum, humidum, & siccum: hæc enim di- versimodè



utrumque variantia superficiem corporis terminati, diuersos inducant & causant colores, licet nihil istorum sit de essentia coloris: & secundum hoc esse colores actu sunt in tenebris, sed non mouent diaphanum: quia, sicut superius diximus, sensibile non agit nisi secundum simplicem formam, quando multiplicat se ad medium & ad sensum. Habet autem aliud esse formale, & hoc est à lumine: quia, sicut optime dicit Philosophus, lumen est colorum hypostasis, & hoc causatur ab hoc quod lumen influitur extremitati perspicui terminatione enim corpus est perspicuum. Sed duplex est perspicuum: quoddam enim est perspicuum totum quod non terminat, sed per se transducit visum, sicut aer, & ignis, & aqua, & vitrum, & crystallus, & quædam alia similia. Quoddam autem est perspicuum terminatum, & hoc non in toto sed in sua superficie est perspicuum, & ideo terminat & non transducit visum: & secundum quod corpus est perspicuum, ita recipit luminis habitum: quod enim in toto est perspicuum, recipit lumen in superficie & in profundo: quod autem non in toto sed in superficie tantum est perspicuum, non recipit lumen nisi in superficie: & ibi lumen permixtum opacitati corporis, causat colorem. Et hæc fuit causa quare Pythagorici colorem vocabant epiphænum: quia videbant eum esse diffusionem luminis in superficie corporis terminati: epiphænum enim est superficietenus operans: unde patet lumen esse de substantia coloris, & non calidum, & frigidum & cæteras qualitates, quæ causant ipsum materialiter in subiecto, & non ingrediuntur essentiam ipsius. Et ideo quando dicitur, color est motuus visus secundum actum lucidi, & hoc esse substantiam eius, erit hoc intellectum de eo quod est vera substantia coloris secundum esse formale: & secundum hoc esse, non est actu color nisi in lumine: & ideo non videtur nisi in lumine, sicut dictum est.

Ita duplex est habitus materis & formæ.

Respondet pro parte ad experimentum Aristotelis: quia in parte facient pro ipso est non simpliciter.

Quod autem dicitur de eo quod videtur color medio tenebroso existente, videtur dicendum, quod si medium est omnino tenebrosum, tunc non videbitur color, sed oportet, quod sit illuminatum iuxta colorem ad minus, ad hoc quod generet intentionem suam in medio. Et huius quidem causa est: quia color lumen est ligatum materia: & ideo mouere non potest medium nisi sit actu illuminatum: quia per hoc magis ad coloris similitudinem recipiendam disponitur: & ideo proprium medium coloris est diaphanum illuminatum: & ideo actus lucidi in visu existit propter medium, & color per suam essentiam mouet. Per substantiam dico quæ est in eo formalis & essentialis: secundum illam enim non est in tenebris nisi in potentia tantum. Lucentia autem quæ habent lumen calcatam & non obligatum materia, mouent diaphanum tenebrosum: & ideo videntur in tenebra, sicut ignis, & stellæ, & huiusmodi: de die autem iuuatur lumen eorum fortius lumine solis: & tunc manifestatur color eorum. De his tamen inferius prolixius loquemur.

CAPVT VIII.

De natura diaphani & qualiter lumen est actus eius.

EX quo autem dicendum est de lumine, sicut superius diximus, oportet primo manifestare proprium eius subiectum. Dicimus igitur quod id quod est lucidum, est aliquid: corpus enim est, & corpus transparentes siue peruium, quod Græci diaphanum vocant: & hoc diaphanum est visibile, quando est actu lucidum. Videmus enim lumen non secundum se, sed in aliquo subiecto, & hoc est diaphanum: diaphanum enim secundum se non non est visibile, eò quod nullum habet colorem: & quia nullam, habet, ideo omnes potest recipere, & sic medium potest esse in visu: videtur ergo propter extraneum colorem semper, hoc est, extraneum colorem, qui in ipso sit in esse spirituali & intentionali, sicut superius diximus: tale autem diaphanum quod recipit omnem colorem extraneum, est aer, & aqua, & ignis, & cælum: non tamen est diaphanum aer secundum quod aer, hoc est, per naturam per quam est aer: quia si sic esset diaphanum, tunc aqua non esset diaphana, nec aliquid aliud corpus, sed potius per vnam naturam omnem in qua inferiora simplicia vel composita perspicua, communicant eum superiori cælesti, & perpetuo corpori: licet enim perspicuitas quæ recipit lumen, sit in superioribus & in inferioribus, tamen per prius, & sicut in causa est in superiori corpore, & per posterius in inferioribus: & mediante hac natura communi efficiuntur corpora per vna propria substantia luminis. Corpora enim superiora omnia sunt perspicua præter stellæ, sicut diximus in libro cæ. & mun. & quæ sunt actu luminosa, sunt spissa regentia ea quæ sunt post ipsa. Sed tamen scias, quod raritas sola non facit perspicuitatem: quia tunc terra rara esset perspicua: & hoc non est verum, sed oportet cum raritate esse subtilitatem & formalitatem siue spiritualitatem quandam partium: & tunc talia rara sunt peruia: & quanto magis habent de huiusmodi natura formali & spirituali, tanto magis erunt peruia. Et si aliquis obiciat dicens corpora superiora non esse, ostendimus talium solutiones in libro cæ. & mun. Ista igitur talia sunt luminis subiecta. Differunt luminare, lux, lumen, & splendor. Luminare enim est corpus quod in se formam habet lucem, sicut sol, & luna, & stellæ. Lux autem dicitur forma luminis in luminari siue in eo quod est fons luminis primus, vel sicut in eo quod est forma luminis primus. Lumen autem est, quod receptum est in alio corpore illuminato.

Ter. & com. 68.

Solaritas non facit perspicuitatem.

Luminare, lux, lumen, & splendor differunt.

Ter. & com. 69.

Et ideo lumen est receptus habitus in natura diaphani, & lumen est actus eius & perfectio eius secundum quod est diaphanum: potentia autem lucidum est id subiectum quod est susceptibile luminis & tenebrarum, &

& sicut lumen est color lucidi terminati, & ita se habet lumen ad lucidum peruium: quia sicut color est diffusio luminis in corpore terminato, ita lumen est diffusio quæ sit in superficie & in profundo diaphani non terminati: & ideo lumen est actus lucidi peruii quando actu luminosum est, sicut color est actus colorati, quando actu coloratum est. Huius autem natura perficiens diaphanum est ab his quæ actu lucent, sicut ignis, aut corpus cæleste, quod corpus cæleste etiam vnum & idem est in diaphaneitate, cum diaphanis inferioribus, sicut diximus: & etiam est vnum & idem quia non variantur de lumine in tenebra in lumine, sicut variantur inferiora: sed semper actum est lucidum, eò quod sibi contuncta sunt ea quæ semper ipsum illuminant, & ipsum est de natura lucis etiam quando non lucet. Lucens enim corpus non est ex alio lucens, nisi quia conueniunt in eo multe partes nobiles formales diaphani: & in illis lumen generatum tenetur non amissum. Sic igitur patet, quod lumen est perfectio lucidi quando secundum actum lucidum.

CAPVT IX.

De improbatione opinionis Democriti, qui dixit lumen esse defluxum corporis.

OPortet autem subtilius intrare ad inquirendum de lumine & accipere sententias quæcunque dictæ sunt de ipso, vt verius sciatur natura eius. Sententiæ autem de lumine valde differentes & multe sunt, & reducuntur ad quinque, quarum vna antiqui Democriti fuit, qui de omnibus curam habuit, qui dixit lumen esse corpus peruium, quod defluit continuè à corpore luminoso. Alia autem sententia est, quæ dicit lumen esse formam substantialem, quæ substantificat corruptibilibus. Tertia autem dicit lumen esse substantiam spiritualem, non corporalem, quæ quasi medium est inter substantiam corpoream & incorpoream. Quarta autem dicit lumen omnino nihil esse secundum se, sed potius aliquid comitans coloratum: dixit enim lumen non esse nisi coloris euidenciam in eo quod est coloratum. Has autem omnes opiniones oportet nos tractare, antequam veritatem de lumine secundum nostram intentionem determinare valeamus. Illi autem qui lumen corpus esse dixerunt, duas in sectas se diuiserunt. Democriti enim schola tenuit, quod lumen esset corpora minutissima, quæ continuè defluunt à corpore luminoso in corpora transparentia, & coniuncta vbi que eorum partibus, illuminant ea, & cadentia super corpora terminata, faciunt colores eorum diuersos. Dixerunt alij colorem omnino nihil esse, sed potius atomi cadentes super talia corpora ex diuerso situ, ordine, & figura apparent colores diuersi, sicut in columbæ collo quod ex vna aspicienti apparet album: & ex alia parte apparet quasi fortè saphirini coloris, & ex tertia coloris aurei. Nostro

autem tempore surrexit secta tenens, quod lux & lumen est corpus vnum, quod & singulariter expanditur aliquando, & aliquando in ipsum colligitur, ita quod efficiatur indiuisibile. Sententia autem Democriti rationes habuit, quas Anicen. Philosophus ponit, videlicet quia videbar lumen moueri de loco ad locum, & radium descendere à luminoso corpore & intrare per fenestras & exire: hæc autem omnia non nisi corporum sunt: & ideo lumen & lucem corpus esse dicebar.

Rationes Democriti assentes luminis esse corpus.

Contra autem dixit Aristot. in secundo de anima, quod nec ignis est, nec omnino corpus, nec defluxus aliquis corporis eò quod defluens à corpore est corpus: & si esset corpus, aut ignis, aut aliquid de corpore superioribus, cuius presentia in perspicuo faceret ipsum actu esse perspicuum: & si sic esset, tunc corpora defluentia penetrarent perspicuum, perspicuo vbi que non cedente: cum igitur vtrumque tam perspicuum quam lumen implicent totum spatium hemisphærij, oportet quod duo corpora essent in eodem loco: & hoc inconueniens esse est ostensum in physicis. Si autem diceretur, quod perspicuum cedit ei, tunc oporteret, quod in toto hemisphærio nihil remaneret de aere quando sol oritur, quod nimis est incredibile cum nos sentiamus aërem in flatu venti & multis alijs experimentis.

Impugnatio Aristot. contra Democritum.

Amplius autem obicit contra hoc Anicen. supponens, quod verum est, quod omne corpus se se luminosum est densum non transparentes, sed tegens omne quod est post ipsum, sicut apparet in sole, luna, & stellis, & in flamma ignis, quæ tegit ea quæ sunt post flammam, intantum quod si vna candela ante aliam ponatur iuxta parietem, flamma illius quæ vicinior est parieti, facit umbram in pariete: quia tegit parietem à lumine candele anterioris. Hoc autem sic supposito obicit Anicen. quia illa corpora minuta defluentia aut sunt luminosa, aut transparentia. Si luminosa, ergo sunt regentia seiniuem: ergo quanto magis densantur in aere, tanto magis impediunt lumen, quod aperit solum est: quia si lumen est aliquid quod densari posset, quanto magis densaretur, tanto magis illuminaret. Si autem dicitur, quod illa corpora sunt transparentia, tunc actu non illuminarent, sed potius ab aliquo alio illuminarentur: & si diceretur, quod illuminarentur ab aliquo descendente in ipsa, tunc esset eadem questio de illis & abiret hoc in infinitum. Si autem fingens aliquis quod in terris natura nunquam fuit, dicat quod sunt simpliciter lucentia & peruia, adhuc sequitur, quod quanto magis densantur, tanto obscuriora esse videntur vel efficiuntur, sicut videmus partes crystalli comminuti esse peruias & aliquantulum lucentes: & quando ex eis multa coniunguntur, plus obscurantur.

Ratio Aniceni contra Democritum.

Solutio ad motum Democriti: & ista verba sunt transumpta, & non proprie dicta: non enim habet motum lumen, nisi quia illuminatio est finis motus localis eius quod est luminosum corpus, quod luminare vocatur.

Et quod dicunt isti de motu & descentu & introitu & exitu radij, nihil omnino est: quia ista verba sunt transumpta, & non proprie dicta: non enim habet motum lumen, nisi quia illuminatio est finis motus localis eius quod est luminosum corpus, quod luminare vocatur.



tur, sicut alibi dictum est. Adhuc autem si propter motum localem lumen esse corpus dicunt, debent & vmbra corpus esse dicere, quæ etiam localiter moveri videntur. Huiusmodi enim si habeat motum localem, cum omnis motus sit in tempore, erit motus istorum in tempore: & hoc falsum: quia lumen apparitio ad magnam distantiam & ad parvam est in eodem indivisibili nunc: quia si esset in tempore, oporteret quoddam longius esset tempus quo mouetur ad longam distantiam quam quo mouetur ad parvam, & oporteret tempus illud perceptibile esse: quia licet sit imperceptibile tempus quo mouetur ad tres cubitos, tamen cum multiplicauerit tricubita spatia ab Oriente in Occidentem, necessarium erit tempus perceptibile. Adhuc corpora sic defluentia non sunt velociora quam corpora à quibus defluunt: quia illorum motus velocissimus esse probatus est in physicis: motus autem corporum caelestium in quolibet spatio vnus gradus est in tempore perceptibili: ergo multo magis motus illorum corporum erit in tempore perceptibili. Adhuc autem quaratur ab illis, quo deueniunt huiusmodi corpora tempore obnubilationis horizontis: aut enim corrumpuntur, aut alterantur amittendo lucem, aut retrahuntur supra nubes obnubilantes: & quodlibet istorum est impossibile. Constat autem, quod aer non destruit ea: nubes autem non contingunt ea cum illa sint subtus & nubes superius. Et eisdem rationibus probatur, quod non alterantur. Quod autem retrahantur ad superiora, minus est credibile: si enim emittantur à corpore luminoso per necessitatem naturæ corporis luminosi: & tunc non possunt retrahi: quia retrahens nullum habent. Amplius ista corpora mouentur ad omnem partem: nullus autem motus naturalis est ad omnem partem corporis: ergo ista corpora non naturaliter mouentur: aut ergo violenter, aut voluntarie: si violenter, tunc non durat diu, nec frequenter est motus eorum, sicut in libro cali & mon. ostensum est: si autem mouentur voluntarie, tunc sunt animalia, & tunc oportet, quod natura dederit eis instrumenta pedum vel alarum, quibus perficiant motum illum, quod omnino absurdum est. Propter quod omnes Peripatetici abhoruerunt opinionem istam, dicentes lucem & lumen non moueri. Sed porius cum ad generationem in paruo, non exigatur nisi presentia luminosi, non ad omnem diametrum per circuitum subito generatur: sicut enim in physicis probauimus, generatio omnis formæ est in materia, qua tota & aequaliter est preparata ad formæ susceptionem: & sic preparatum est peruium in superficie & in profundo, terminatum autem in superficie tantum: & ideo statim orto presentiat luminari, generatur lumen in omni distantia æqualiter longè & propè, ad quam diametri luminosi corporis possunt educi: & cum videtur moueri de loco ad locum, hoc non est nisi renouatio subita huiusmodi generationis eius.

## CAPVT X.

*Est digestio declarans errorem eorum qui dicunt lumen esse corpus indivisibile.*

Sed secta eorum qui se nostro tempore sercxerunt in sententia de lumine, plura continet signa & plures errores: isti enim dicunt lumen esse corpus, cuius esse est continue generari & fieri: & dicunt esse corpus formale & spirituale, cuius dicunt esse conuenientiam tam cum corpore quam cum incorporeo spiritu. Cum corpore quidem conuenit, ut dicunt, quia sicut implet mundum: cum incorporeo autem, quia est indivisibile. Ut melius intelligatur, etiam subiungunt exemplum, dicentes materiam primam essentialiter habere partes, quæ sunt substantiæ, quas non confert ei quantitas, sed habet eas ante quantitatem, sed quantitas addita materiam dividit partes inuentas in materia, & dat eis situm, ita quod vna est iuxta aliam in situ, & vna ante aliam, & vna subus & alia supra, quorum nihil habuerunt partes materia ante quantitatem, sed tunc habuit vnã partem quasi sub alia & non iuxta aliam. Ita dicunt quantitatem perspicui siue perspicui corporis se habere ad substantiam quæ est lux vel lumen, quæ quidem substantia corporea est, ut dicunt, sed situm & quantitatem non accipit nisi ex eo in quod descendit: in se autem substantia indivisibilis est. Si autem obicitur istis, quod corpus est quod habet tres dimensiones, sicut dicit Euclides, dicunt quod hoc est corpus in genere quantitatis, sed ante illud est corpus in genere substantiæ, de quo etiam diximus in libro physicorum, quod est subiectum in physicis, quod non habet dimensiones terminatas, sed potest habere quascunque: & in genere corporis naturalis primum secundum esse, licet secundum rationem non sit primum, est lux & lumen, ut dicunt isti: & quia sic simplex corpus est, dicunt quod cum quolibet alio corpore potest esse, & est in eodem loco per suam formalitatem. Et si quaratur ab his, quæ sit necessitas huius corporis in naturis, dicunt quod quemadmodum necessarium est esse in naturis vnũ primum, quod mouetur tantum, quod est materia prima, quæ non mouet aliquid, sed mouetur ab omnibus quæ mouent in natura: sic necessarium est esse vnũ corpus mouens, & hoc est caeleste corpus. Cum autem secundum se non tangat materiam, oportet ab ipso fieri corpus progrediens ex ipso continue, quod agit in materiam tangendo eam: & cum mouens & mobile sint diuersæ essentia, oportet quod istud corpus diuersa sit essentia ab omni materia generabilium & corruptibilium: & hac ratione dicunt lucem primum esse in genere substantiæ & esse corpus simplicissimum, quemadmodum forma cum quolibet corpore est in eodem loco.

Addunt autem adhuc dicentes corpus non effici

effici nisi à corpore, & cum suppositum sit lucem esse mouentem ad generationem corporum, dicunt oportere ipsam esse corpoream substantiam: quia aliter corpus causeretur à non corpore, quod est inconueniens in physicis. Adhuc autem dicunt nihil secundum esse figurari nisi corpus: videmus autem figurari lucem in figura sphaeræ. Amplius radij egredientes à corpore luminoso distincti videntur: nihil autem distinctum cernitur in natura nisi corpus. Adhuc autem quod procedit à corpore, aut est corpus, aut non est corpus. Si est corpus, habeo propositum. Si vero non est corpus, tunc oportet, quod sit forma corporis. Aut ergo forma accidentalis, aut substantialis. Et si diceretur forma substantialis esse, tunc sequeretur formam substantialem egredi extra suam propriam materiam, quod est absurdum. Si autem accidentalis forma, aut est accidens per se, vel accidens per accidens. Et si est accidens per se, tunc est inseparabile à suo subiecto: & hoc non videmus, quoniam nos inuenimus in pluribus subiectis. Si vero sit accidens per accidens, tunc oportet ad hoc quod reducat ad aliquid quod est per se subiecto: quia accidens per accidens reducitur ad accidens per se: & tunc sequitur id quod prius. Præterea accidens secundum hoc mouebit ad esse omnium quæ generantur, quod est valde absurdum: ergo relinquatur, quod sit corpus. Hæc & huiusmodi inducere consueuerunt quidam lucem esse corpus dicentes. Adhuc autem dicunt lucem multiplicatam diuicere & disgregare aërem & calefacere & ignire, sicut in speculis apparet, quæ omnia non nisi corpus efficere potest.

*Impugnatio prædictæ opinionis.*

Nos autem istam opinionem plenam esse erroribus reputamus, nec fuit inuenta propter veritatem rei, sed potius propter amorem defendendi quosdam antiquos, qui radios corpora esse dixerunt. In contrarium autem huius opinionis est, quod dicunt lucem esse corpus simplex: & tunc oportet, quod sit aliquid simplicium: & quodcumque est, illius motum habebit: & hoc non est verum, cum videamus ipsam nec circulariter moueri, sed rectè ad diametrum diffundi: & cum mouetur rectè, mouetur in omnem partem ad quam recta linea trahi potest à luminari primo, quod non facit aliquid simplicium quæ habent motum rectum: nisi forte velic fingere, quod sex sunt corpora simplicia.

Adhuc autem fabulosum est quod dicunt, hoc corpus esse indivisibile: aut enim est indivisibile habens situm, aut non habens situm. Et si habet situm, nulla est differentia sui ad punctum indivisibile enim mobile necessarium habet situm: & hoc necessarium est punctum, sicut supra & in physicis propositum est. Si autem non habet situm: tunc nec corpus est, nec corporis aliquid: quia omne illud quod est corpus vel aliquid corporis, situm habet. Adhuc autem vnde venit ei quantitas qua diffunditur per totum hemisphaerium: Si dicatur, quod ab aëre, tunc non habet quantitatem nisi alienam, sicut habet forma situalis quantitatem sui subiecti: & tunc

per hoc non probatur, quod sit corpus, sicut nec albedo corpus est habens longitudinem & latitudinem per accidens in subiecto. Si autem habet quantitatem potentia quæ reducitur in actum quando implet hemisphaerium: tunc quaratur quid educat eam de potentia ad actum: illud enim aliud erit ab ipso: & si fingendi detur licentia, non erit fingere quid sit educens. Adhuc autem cum lumen habens quantitatem implentem hemisphaerium, iterum indivisibile colligitur: quaratur & quo agente sit istud: non enim emittit quantitatem quam habuit nisi aliquo redigente ipsam ad indivisibilitatem. Isti etiam dicunt lumen esse corpus quod partem habet sub parte, & partem in parte, & non partem iuxta partem. Et hoc signum non est intelligibile: quia cum dicit, quod habet partem sub parte, præpositio notat situm vnus partis sub alia: & si habet situm, non est indivisibile: & hoc contra hypotheseum. Dicere autem quod habet partem in parte, nihil omnino est: quia pars non potest intelligi esse in parte, nisi per identitatem essentia vnus cum alia: sic idem erit in seipso, quod in nulla re intelligi potest vel esse potest, sicut probatum est in 4. physicorum. Adhuc tota lux est indivisibilis: & pars est minor toto: ergo aliquid est minus indivisibili: & sic indivisibile erit diuisibile necessarium. Vnus autem testatur errorem istius non opinionis, sed fatuitatis: quod nos videmus lumen implere totum hemisphaerium: & hoc est omnino concedendum. Ista autem stultitia multa reputat non esse inconuenientia, quæ in tota philosophia impossibilia sunt, sicut quod duo corpora sint in eodem loco, & quod aliquid sit indivisibile, & quod totum sit essentialiter parti, & multa alia irrationalia quæ ab istis asseruntur.

Quod autem isti dicunt de materia, nos determinasse meminimus in primo physicorum, ubi diximus, quod materia ante quantitatem nullam habet partem nisi in potentia, neque habet partem in parte, nec partem iuxta partem. Et quod dicunt de primo mouente ridiculosam est. Primum enim mouens materiam generabilium & corruptibilium est caelum, cuius lumen est qualitas instrumentalis: & sicut superius diximus, de calore naturalis, quod propter est instrumentum animæ vegetabilis, habet multas virtutes ex anima quas non habet ex propria natura, ita dicimus, quod lumen multas habet virtutes, in quantum est instrumentum corporis caelestis moti per intelligentiam: & ideo in talibus virtutibus existens efficit corpora generabilia & corruptibilia: & sic corpus non efficitur à non corpore, sed à corpore caelesti per instrumentum quod non est corpus, sed habet in se virtutem corporis & intelligentia quæ mouet corpus. Et quod dicunt lucem figurari sphaericè, dicendum quod hoc est verum: quia quod generatur à sphaerico, necesse est in forma sphaerica generari, sicut etiam diximus in 3. meteororum: lumen autem egreditur à corpore luminoso sphaerico, & à quolibet puncto eius, & ideo habet sui generantis formam: habet tamen eam in perspicuo, cui inuenitur.



Et non in propria essentia. Et quod dicunt radios esse distinctos secundum formam vel visum, dicendum quod radius materialiter est rectitudo illuminata, quæ est perspicui pars quædam. Unde illud perspicuum super quod manat lumen, dicitur radius: & si radius vocatur linea visualis quæ est ær cum lumine, tunc corpus est, sed non est corpus quod sit habens materiam distinctam à materia perspicui: hæc enim enim positio ferè lumit semper aliquid inconuenientius ad probandum illud quod probare intendit. Aliud autem quod dicunt, quod illud quod procedit à corpore, aut est corpus, aut non corpus: dicimus, quod lumen non est corpus, sed est forma & qualitas corporis: & est comparabile hoc ad duo subiecta, quorum vnum est subiectum eius & causa: in illo tempore est: & hoc est corpus luminosum. Aliud autem est subiectum eius tantum, & hoc est peruium: & ideo illud aliquando est sine lumine, sicut calidum comparatur ad ignem sicut ad subiectum & ad causam, & alia calida sicut ad subiectum tantum. Et quod dicunt de diuacatione siue disgregatione, ridiculosum est: quia etiam color diuacatur & disgregatur, & tamen non est corpus: per quam autem naturam lumen eliciat calorem, diximus in lib. de cal. & mun. Ista igitur sufficiant ad huiusmodi fatuitatis confutationem.

## CAPVT XI.

Et est digressio dicens defectum aliarum quatuor opinionum superius enumeratarum de luce & lumine

Quia autem dicunt lumen esse formam substantialem ex qua substantificatur omne quod generatur, habent debiles pro se rationes: visum enim est eis, quod lux sit forma substantialis primi corporis luminosi, cum hoc sit mouens, videtur quod per formam sibi propriam mouens sit: & hæc est essentialis forma. Adhuc autem si esset accidentalit, tunc haberet ante se aliam substantialem, & non esset forma prima mouens. Adhuc autem accidens non est forma substantia, sed potius est conuerso: multæ autem substantia sunt per lucem.

Similiter autem & illa opinio quæ dicit lucem esse substantiam spiritualem, in multis consentit illi opinioni quæ dicit ipsam esse corpus spirituale, quod cum quolibet alio corpore est in eodem loco: & in multirationibus inductis pro illa opinione innititur. Causa autem specialis quare sic isti dicunt, est: quia vident visum esse continuum, vt dicunt, vtque ad celum: in quo spatio sunt corpora diuersa: oportet igitur, quod aliquid sit continuans inter ea: hoc autem dicunt esse substantiam spiritualem superioris corporis, quæ non est alterius naturæ quam sit lux. Isti idem dicunt naturam diaphani quæ est in ære

& in aqua, & in caelesti corpore, esse quoddam de natura superioris corporis, & quoad hoc dicunt, quod celum est corpus quod penetrat omne in corpus, & continuat inter ea. Dicunt autem hoc fore Aristot. sententiam, qui dicit, quod natura diaphani est in igne & in ære & in aqua ex communicatione cum perpetuo superiori corpore: ed quod non potest habere communicationem cum corpore caelesti aliquid inferiorum corporum, nisi aliquid superioris esset in inferioribus, ed quod probatum est caelestis corporis nec esse vnam materiam neque vnam formam neque vnam motum. Cum igitur communicet cum eo inferiora, oportet, vt inquirunt, & sic communicare, quod aliquid superioris corporis sit in inferioribus: de hoc enim superiori dicit Aristot. quod vnum & idem est in natura perspicui cum inferioribus. Cum autem isti dicant de lumine, quod sit substantia spiritualis, dicunt tamen, quod est in genere corporis: sed propter hoc dicunt, quod est spiritualis substantia: quis proprietatem & naturam habet incorporatæ sui substantiæ in hoc, quod penetrat per corpora, & corpora non cedunt ei. Huius autem causam esse dicunt, quod deprehensum est nihil esse lucem per essentiam, nisi nobiliores partes diaphani congregatas: diaphanum autem est substantia spiritualis in genere corporis: & ideo etiam lucem talem substantiam fore oportet. Hæc igitur opinio est verbis differat ab illa quæ secundò inducta est, in re tamen profus est eadem. Intantum autem iam isti extenderunt dicta sua, quod dicunt spiritus præcipuè animales qui sunt in animalibus, esse de ipsa natura corporis caelestis, quemadmodum & lumen, ed quod mouentur in omnem corporis partem, sicut lumina in mundo. Dicunt enim isti, quod media sensuum habent duas operationes: operationem scilicet naturæ, sicut quando aer commotus scindit ligna: & operationem animæ, quoniam spiritualiter recipit sensibilem formam & immutat organa sensuum ad sentire. Et hanc operationem spiritualement in omni medio sensuum attribuunt substantiæ spirituali, quæ est lux orbis immixta elementis. Huius autem rationem esse dicunt: quia sensibilia circulariter sunt, sicut sphaera luminis: & quia esse non potest, quod duæ differentes operationes elementis alicuius ad vnum principium reducuntur, operationes autem sensibilibus spirituales non potest aliquis reducere ad qualitates primas actiuas & passiuas, quæ sunt in elementis: & ideo, vt aiunt, oportet eas reduci ad aliquid orbis quod est in eis in quantum sunt media sensuum. Adhuc dicunt huius aliquam esse causam & rationem: quia scilicet nulla qualitas elementalit agit, nisi ad esse materiale formæ, & agit vnum per se tantum: medium autem habet formas sensibilem secundum esse spirituale, & non habet vnam tantam, sed omnes: oportet igitur, quod agens hoc sit substantia corporis naturalit & spiritualit, quæ multa agit & secundum esse spirituale, vt dicunt.

Quarta verò opinio quæ magnorum fuit, scilicet Anempæce & suorum sequacium, & quæ

Opinio Anempæce.

quæ

qua penitus his contraria est, quod lux nihil omnino esset secundum esse, sed esset quiddam color formalior & nobilior inter colores: & ideo vocauit ipsam esse coloris euidentiam, sicut coloris manifestationem. Causa autem dicti fuit, quod vnus sensus qui verè vnus est: vnum oportet esse sensibile secundum genus proprium vel proximum: hoc autem genus est color in visu: oportet igitur lumen esse colorem vel aliquid colorem concomitantis: & intantum processerunt isti, quod dixerunt solem esse coloratum, & colorem suum tantæ esse euidentie & manifestationis, quod vincit visum, & similiter lumen esse colorem diaphani non terminati. Adhuc autem in diaphano non terminato lumen esse coloris ostensionem, non quidem in comparatione ad visum tantum: quia sic lumen non haberet esse nisi comparationis, sed etiam simpliciter. Ex his autem quæ nos superius diximus, satis improbantur opiniones hæc recitata, & præcipuè ex his quæ diximus in capitalis de sensibilibus in communi inductis.

Impugnatio eiusdem.

Vltima autem opinio quæ dicit lumen esse coloris manifestationem & esse aliquid coloris, improbat per hoc quod si est aliquid coloris, aut erit coloris in specie, aut in genere. Et si est aliquid coloris in specie, tunc habet contrarium: quia omnis color in specie habet contrarium: & concomitans vnum colorem in specie, essentialiter est contrarium ei quod concomitatur alium colorem in specie: sicut concomitatur album disgregare visum, & hoc est contrarium ad congregare visum, quod concomitatur nigrum. Si autem est aliquid coloris in genere, cum color in genere secundum esse non differat à colore in specie, color enim genus in albedine est albedo, & in nigredine est nigredo, oportet quod lux esset secundum esse color in specie: & tunc sequeretur id quod prius. Adhuc autem alia est manifestatio albedinis, & alia nigredinis: ergo alia & alia lux, vt videtur. Hæc igitur & similia sunt, quæ de luce ab antecessoribus nostris dicta sunt.

## CAPVT XII.

Et est digressio declarans veram sententiam de luce & de lumine & de natura.

Notandum autem sequentes dicta Peripateticorum, quorum princeps fuit Aristoteles, dicimus lucem & lumen esse qualitatem luminosi corporis, secundum quod est luminosum, quæ ab ipso procedit, generata formatam in diaphanum peruium quæ in diaphano terminatur, & receptum in diaphano peruium, est actus eius perficiens ipsum, non in esse essentiali, sed in esse accidentali quo ipsum est perspicuum. Procedens autem in id quod est terminatum, est actus colorum, sicut superius diximus. Est igitur sic actus perspicui secundum quod est perspicuum, quod nequaquam est natura superioris corporis.

D. Ab. Mag. lib. 2. de anima.

ris immixta in inferioribus: quia sic natura corporis superiorit, esset corruptibilis: mutatur enim aliquando perspicuum in non perspicuum, quando de igne vel ære fit terra, aliquid corpus opacum: corpus autem caeleste secundum substantiam in aliud mutari dicere, dementis est: & ideo perspicuum ignis est de natura ignis, perspicuum aquæ est de natura aquæ, & perspicuum calis est de natura calis. Habent tamen istam naturam inferiora ex hoc quod conueniant in perpetuo corpore: sed ista conuenientia non est nisi in actu perspicuitatis, & natura perspicui, quæ per analogiam est in illis, sicut diximus supra. Quod dicitur de visus conuenientia vel concapitate, dictum est, ac si videamus per lineas emissas de oculis, & hoc nos concedimus, & improbauimus in lib. de sensu & sensato: sed immutatio sensibilem sit continue de perspicuo in perspicuum, quando perspicua se contingunt, nullo corpore opaco terminato interposito inter primum visibile & visum. Lumen autem, sicut dictum est, generatur à luminoso corpore in perspicuo, habet se ad lucem quæ est forma corporis luminosi, sicut se habet intentio coloris generata in perspicuo, ad formam coloris quæ est in corpore colorato. Et ideo satis conuenienter dicunt quidam, quod lumen est intentio, spirituale esse habens in perspicuo, quemadmodum color est habens esse intentionale in medio: sed in hoc differunt, ed quod lux est forma nobilior & simplicior quam sit color, & ideo perficit perspicuum, & facit ipsum esse actu, & hoc non potest facere color. Similiter autem dat actu esse coloribus: & hoc iterum non potest facere color. Est autem hæc forma quæ vocatur lumen, viuificatiua viuorum, & calefactiua, & motiua ad esse generabilium in quantum est instrumentum intelligentiæ quæ per motum luminatum lumine emisso mouet ad esse omne quod in natura est, sicut etiam supra diximus: & ideo etiam lumen est hypostasis colorum secundum esse formale quod est esse simpliciter colorum, sicut supra diximus. Hanc igitur veram putamus esse sententiam de luce & lumine.

Lumen in perspicuo habet esse spirituale sicut color in medio, est differentia si hinc, de.

Dux sunt lucis cor-pora.

Scias autem omnia illa esse lucentia, in quibus spissata & quasi calcata continuantur partes nobiliores diaphani: & ideo lucet ignis quando est spissus, sicut apparet in flamma quæ spissa est, & subtiliorum & nobiliorum partium. Non autem lucet carbo: quia est terrestris. Si autem secundum aliqua composita ex ignitis terrestribus efficiuntur etiam lucentia, sicut carbo ignitus, & talia sunt quædam aliquando ex ipsa generatione, & aliquando ex putrefactione. Ex ipsa generatione quando componuntur ex partibus ignitis: quia ignis ex mixtura excellentiam amittit calidi adurentis, & ex subtilitate partium retinet lucem, sicut videmus quædam capita & squamas piscium lucere, & videmus quædam animalia lucentia in vere: & videntur quidam iam ouum gallinæ lucens: & quidam gallos tales & cicadas, & huiusmodi animalia: & oculi luporum & gattarum sic lucent.

H

ex



ex ista causa, scilicet quia in omnibus talibus natura perspicui quæ nullius elementi est propria, sicut diximus, in commixtione elementorum amittit excellentias qualitatum activarum & passivarum, & retinet sibi lumen connaturale, & cum illo permiscetur talibus corporibus vincens in extremitatibus corporum illorum: & idem cum spissata sit ibi, lucet. Et huius argumentum sunt lapides pretiosi, qui quando lucent, perspicui sunt. Huius etiam est argumentum & signum, quod aqua licet sit minus perspicua quam aer, tamen licet propter spissitudinem plus habeat luminis, & retinet ipsum fortius. Et ideo si raliū aliquid nitens, sicut argentum, ponatur in vase in loco subobscurato, ita quod in aere videri non possit, videbitur aqua limpida superfusa: & ideo verissimum est perspicuum condensatum in partibus, & lumen valens tenere fortius, & aliquid luminis in se habetur: & per illud micant huiusmodi corpora. Quercus autem putrefacta partes igneas habet in superficie partium suarum: eod quod calor in putrefactis ad superficiem egreditur, & ibi partes incendit: & tunc perspicuum ignis aliquid retinens luminis, eis adhæret, & per illud micant. Hæc ergo est causa in oculis quorundam animalium & ossibus quorundam piscium: terrestria enim adusta commixtam sibi habent perspicui naturam: & hoc quia lenior est, in superficie est, & micant propter illud. Sunt autem quidam qui capita lavantes cum aqua calida & acuta siue lixivio, & radentes pilos capitis, & cam extergunt capita sua panno aspero, evolant de capite scintilla quæ profecto sunt partes terræ, in quibus ignis natura est micans per modum dictum. Huius autem causa est, quare est scintillans etiam aqua maris fortiter mota: quia scilicet partes salis combustæ multæ sunt in ea, in quarum superficie est ignis micans. Hæc igitur dicta sunt de lumine & de luce: differentia enim luminis & lucis & radij scitur ex præhabitis prius. Splendor autem est diuicatio luminis super corpus politum & tersum. Redeamus ergo nunc ad propositum, & quæ restant de visu prosequamur.

CAPVT XIII.

De medio visus, & quot modis dicatur visibile, in quo etiam est de his qui aspiciunt lumen.

Videtur autem forte alicui, quod lumen sit contrarium tenebræ: quod tamen non est absolute verum, quia contraria sunt duæ formæ contrariæ: tenebra autem non est forma, sed potius privatio luminis ex lucido: cum enim perspicuum non habeat habitum luminis, tunc sunt tenebræ. Huius autem habitus potentia in perspicuo est lumen: & ideo Empedo. & quicumque alius dixit ut ipse, non recte dixit, quod scilicet feratur lumen motu locali de celo in terram: & tunc per motum localem & reflexiones extendatur

Quare quercus putrefacta micat.

Quare aqua maris fortiter mota scintillat.

Tex. & com.

in hemisphæro toto, quod est inter terram & continens caluū, & nos, iaceat motus ille propter velocitatem: hoc enim omnino extra rationem est: quia si etiam concesserimus, quod feratur lumen, & sit corpus, quemadmodum dicebat Empe. non admittat ratio tradita in physicis de velocissimis mobilibus, quod ferantur in tempore imperceptibili per tantum spatium; cum corpus primum non feratur per vicium gradum nisi in tempore iactis perceptibili. Est autem etiam hoc contra ea quæ videntur oculis: quia bene videmus, quod aliquid est cuius motus in paruo spatio est in tempore perceptibili. Sed magna questio est apud nos si aliquid possit moveri in tempore imperceptibili ab Oriente in Occidentem, sicut superius ostendimus: & ideo pro tertio radius & lumen non sunt nisi forma, & non corpore, quæ non nisi metaphoricè & per accidens moveri dicuntur, sicut & tenebra & umbra quæ luminis sunt privationes: & de quibus constat, quod non sunt corpora.

Hoc autem lucidum secundum quod est actu illuminatum, est coloris susceptivum, secundum quod superius diximus. Secundum quod nullum habet actu colorem: quia, sicut superius diximus, lumen non est color, sed potius actus perspicui secundum quod est susceptivum coloris, & ideo non color actu: quare quod privatum est colore, est susceptivum coloris, sicut soni susceptivum est absonum, privatum scilicet sono: ideo diaphanum potest recipere omnem colorem, quia nullum habet actu, sed omnes potentia: & quia proxima potentia est ad colorem & ad lumen, ideo utrumque suscipit subiecto, sicut supra diximus. Non color tamen quod est privatum colore, dupliciter dicitur: lucidum enim siue perspicuum aliquando dicitur privatum colore, eod quod nullum actu, sed potentia habet omnes. Dicitur autem etiam privatum colore siue non color: eod quod est per se invisibile: & hoc dicitur multipliciter, scilicet quod nullo modo videtur per se, sicut tenebra: aut quod vix videtur, sicut atomi discurrentes in radiis, qui non videntur cum aliquis oculos in radio ipso teneat, eod quod tunc radius diuicatur visum & superat ipsum, quod non potest adunare virtutem suam ut minima perspicat. Aliquando autem dicitur invisibile siue privatum colore, quod non nisi cum corruptione visus videtur, sicut lux solis in sphaera solis est invisibilis. Et huius causa est: quia lux solis fortissima super oculum sphericam & politum multas facit radiorum reflexiones ad medium oculi ubi est humor glacialis, in quo sigillantur formæ visibilia: & reflexio illa calefacit & dissolvit humorem illum, & forte consumit, vel forte fluere facit humidam alienam dissolutam circa oculum infra myringas & tunicas oculi: & tunc generat maculam in oculo, vel aliud impedimentum visus inducit: & hæc est causa quare lacrymantur oculi quando excellens lucidum viderit aliquis: & ideo dicitur hoc invisibile. Erodus autem de quo dicitur, quod respicit lucens in rota solis non potest hoc

Tex. & com. 71.

Quare oculi non videntur.

An quod ex se non lucidum, la mynas & mittunt.

hoc habere ex suo oculi puritate, ut quidam aestimant: quia ex hac sola causaretur velox oculi corruptio, sicut patet ex ratione inducta, sed habet hoc ex visus coadunatione. Coadunantia autem visum non sunt nisi duo: vnum per se, aliud per accidens. Per se quidem nigrum quod non sinit ipsum desgregari. Et ideo terrefre nigrum circumpositum humori glacialis adunat ipsum: frigiditas enim ipsius humoris naturalis constringit, & non sinit dissolui. Aliud autem per accidens coadunat visum: & est situs profunditas in organo. Et hæc duo in oculis anis illius maiora sunt, & ideo lucem in rota solis intrant: non tamen puto, quod diu hoc possit facere. Signum autem huius est, quod natura oculos in omnibus habentibus visum profundat quasi clausos in vase, & circumponit nigredinem palpebrarum & superciliorum, ut ex obscuro fronte & nigredine superciliorum visus coadunetur & fortificetur. Adhuc autem huius signum est, quod si homo crystallum super argentum viuum serpens ponat, & diu motum argenti viui sub crystallo vel vitro intueatur, multum læditur visus eius, & forte excæcabitur propter visus diuicationem. Similiter autem si inspiciat aurum politum, vel aliquid aliud fulgens, quod est vel sit ignitum: & hoc totū sit, quia humor glacialis & nivalis ex talibus dissolvitur & fluit, & amittit propriæ complexionis habitudinem.

CAPVT XIV.

Qualiter color in lumine videtur, & non sine lumine, & de quantitate visorum.

Tex. & com. 72.

Loet autem color visualis sit in lumine, ut diximus, tamen non omnia in lumine sunt visibilia quæ videntur: sed illud quod videtur in lumine, hoc solum est vniuscuiusque proprius color. Quædam enim in lumine non videntur, in tenebra autem videntur: & hoc non est dictum ideo quod tenebra aliquid faciat ad visum illorum, cum sit privatio pura, sicut iam ante dictum est: sed lucentia cum habeant lucem, in propria luce videntur: eod quod quicquid videtur, videtur secundum actum lucidi: sed quædam quæ non habent lucem in sua propria compositione, videntur in luce aliena sibi coniuncta, sicut colores. Quæ autem in tenebra faciunt sensum, sunt sicut illa quæ sunt ignea & alia lucentia: & hoc cum sint multis modis participantia lucem, non habent vnum, nomen commune, sicut quercus putrefacta, & quædam cornua, & ossa, & capita quorundam piscium, & squamæ, & oculi animalium quorundam, & vermiculi qui vocantur noctilucæ. Sed habent magnam differentiam: quoniam quædam eorum faciunt lucidam toram perspicui materiam, sicut sol: & quædam non ita, sicut luna, quæ non facit lumen sub rectis: & ignis minus lucet quam luna: & ea quæ nominata sunt, superueniente lumine non videntur.

D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.

dentur sub lucis actu, sed sub forma coloratorum. Et hoc generale est, quod semper maius lumen superueniens, opprimit minus: & ideo noctilucæ totum lumen amittit in die, & retinet colorem album. Propter quam causam autem hæc in tenebris visibilia sunt, alia ratio est quæ superius est expedita: & in libro de animalibus prolixius tractanda.

Nunc autem hoc manifestum est, quod in lumine videtur color: & quod sine lumine non videtur: diximus enim superius, quod hoc erat esse & definitio coloris quod mouet visum secundum actum lucidi: perfectio autem lucidi sine perspicui lumen est, & sine hoc color non videtur. Huius autem signum est: quia si quis ponat id quod coloratum est super oculum, non videbit ipsum: & huius causa est: quia coloratum secundum tactum non agit in aliquid nisi actione physica, quæ est per principia materialia ipsius coloris: autem non sit in visu per actionem physicam, sed per actionem formalem & spiritualement, sicut diximus superius: & ideo indiget corpore in quo prius efficiatur spiritualis adtequam in oculo generetur: & hæc est necessitas quare oportet medium esse in sensu visus: oportet igitur, quod color secundum actum moueat prius lucidum: quod actu lucidum est: & hoc quædo continuum est, visus ad videntem interposito terminato corpore mouetur oculus quo sentitur coloratum.

Sed tunc est dubium: quia secundum hoc non debet aliquod visum maius quantitate aciei oculi videri: quia illud quod imprimatur oculo de colore, non potest esse maius suo subiecto: nunquam igitur perpendicular motuum magnitudo. Adhuc autem videtur, quod omnis res inuersa videri debet: quia antèrius formæ visibiles venit ad oculos: & id quod est interius in colorato, est exterius in oculo. Adhuc autem omnis res dupla videri debet: quia vna forma visibilis in vno sigillatur oculo, & alia in alio: & duæ formæ in oculis duobus duo debent apparere visibilia. Adhuc autem dextra debet videri sinistra, & e conuerso: quia dextra rei visæ est contra sinistram partem oculi, & e conuerso: ergo dextrum sigillatur in sinistra oculi parte e conuerso.

Sed ad omnia hæc respondentem supponimus visum esse intus suscipiendo, & non extra mittendo: tamè hoc probabitur in scientia libri de sensu & sensato. Licet autem dicamus, quod videmus intus suscipientes & nihil extramittentes, tamen dicimus, quod lux abstracta colores, & facit eos fieri in lucido secundum rectas lineas, ita quod processus colorum ad visum est, sicut procedens abstrahit eos lux: & ideo nisi color directè in oculos procedat, non videtur, licet enim color sphericè in circuitu generetur in lucido, tamen color qui est post nos, non videtur, eod quod lux quæ est post nos & abstrahit eum, non procedit in oculos, & per consequens ipse color non procedit ad oculos, sed ab oculis: unde licet color directè sit ante nos in aere, tamen non non sit in oculis ex dicta causa. Cuius tamen & altera est causa: quia scilicet color non mouet visum sine præsentia materiæ, & materia

Tex. & com. 73.

Dubia contra predicta.

Solutio.

Tract. 1. cap. 5. & infra.

Nota quare cum subiectum circulariter in medio se multiplicet, non tamen videretur nisi directè obiciuntur visui.



per directam lineam non est præfens oculis. Quando autem directè procedit in oculos, tunc fit processus eius sub duobus radiis luminis, quorum vnus vnam finem colorati attingit, & alter alterum; ita quod figuratur triangulus vel pyramis, cuius basis est res visa, & angulus concluditur versus oculum, sicut vides hic depictum. Sit enim res visa, a. b. & ducam vnam lineam ab a. in c. & aliam a. b. in c. & ponam c. oculum esse: & oculum propinquioris rei visa ponam esse d. & ducam lineas radiales luminis a. d. & b. d. & adhuc propinquius ponam esse oculum g. ducamque lineas a. g. & b. g. & dico tunc, quod immutatio oculi fit in puncto, in quo concluduntur lineæ radiales, & generatio coloris est sphericè per triangulos tales vel pyramides in circuitu rei visibilis. Et idè non est aliqua questio de quantitate formæ colorati in oculo: quia illud quod sigillatur in puncto, est indiuisibile secundum quod huiusmodi: nec hoc est inconueniens, cum in oculo & in medio sit prius rei intentio quam res, sicut diximus supra: iudicium autem quantitatis rei visæ fit per quantitatem anguli eius qui concluditur in oculo: & iste quantò est propinquior rei visæ, est maior: & quantò remotior, est minor: & idè eadem res propè visa, videtur maioris quantitatis: & longè visa, videtur quantitatis minoris: & quia lineæ radiales quantò plus procedunt à re visa, tantò magis còcunt, si contingat, quod concludantur, antequam perueniant ad oculum, res omninò non videbitur: & hæc est causa, quod tantum potest distare res, quod omninò non videbitur.

Nihil autem est quod obicitur de inuersione rei: quia iam ostendimus, quod intentio non generatur nisi à forma rei, secundum quod forma, & illa non habet inuersionem: & interiorius, sed suam intentionem generabit in oculo. Similiter autem de dextro & sinistro dicendum est, quod intentio non mouet visum sine rei præsentia: & idè licet dextram visus sit contra sinistram intuentis, non tamen peruersum sit iudicium, eò quod ad rem terminatur, sine cuius præsentia nullo modo potest mouere visum: cum enim oculus sit sicut speculum animatum conuexum, omninò necessarium est, quod dextram rei in se, sit in sinistra parte oculi, & è conuerso. Et hoc apparet quando duo homines inspicunt oculos suos aduicem: tunc enim vident suas imagines stare in oculis, & dextram esse sinistram, & è conuerso: & non impedit sensum verum propter materiæ præsentiam, sicut diximus.

Quod autem videtur probari, quod vna res debeat videri duæ, solum bene Anicen. dicens virtutem visum esse in neruo qui vocatur opticus, hoc est, visum, infra quem discurrunt spiritus visus accipiens formas in oculis depictas: est autem iste neruus cancellatus in anteriori parte cerebri, & facit quasi triangulum, & in puncto illorum iungitur formæ oculorum, & ibi fit iudicium de re visa: & quia ibi conueniunt, idè vnus videtur quod est vnus, & duo quæ sunt duæ. Signum autem

huius est: quia si aliquis exprimat parumper per oculum, digitum supponens oculo, neruus collimitatus oculo recedit à neruo qui alteri oculo collimitatur: & tunc vnus duo videbitur ab habente duos oculos, & non à monoculo, formæ tamen duplices in oculis aliquantulum impediunt rectitudinem visus ad rem: & idè illi qui rectè dirigunt sagittas, alterum oculorum claudunt. Similiter faciunt qui rectitudinem alicuius rei volunt deprehendere. Hæc autem omnia liquide conlatabunt quando modus videndi demonstrabitur in libro de sensu & sensato.

Scias autem oculum componi præcipuè ex humoribus aqueis diuersis, ad hoc quod bene recipiat species visibilibus, & etiam retineat: & idè humores illi sunt puri & spissi. Et idè quando aliquando humor est multus in oculis, videntur in eis formæ moueri, quando mouetur humor, & prolongari. Sicut etiam de stellis videtur & formis in aqua, quando aqua fuerit mota. Et hoc præcipuè contingit homini euigilanti post somnum, digestionem non adhuc completa post ebrietatem vel crapulam: tunc humidum fluens ab anteriori parte cerebri, ad hoc fluit ad oculos quod mouet calidum digestiuum: & idè moueri videtur ei quicquid videt, & habere formas longas motas non stantes. Similiter autem & ille qui diu vectus est in naui vel in alio vehiculo, in humido oculi retinet species motus, quod non fuit vnus de sensatis per se, sed commune: & videntur ei ea quæ videt, moueri.

Sunt autem quidam non videntes eminus, sed de prope iuxta oculum clarè vident: & idè situs oculi humorum peccat, & non oculi compositio: habent enim illi glaciale oculi multum in interiori parte versus neruum opticum, & propter myringas quæ sunt spissæ ante oculi speculum, non penetrat visibile ad speculum nisi sint propè, & longè non vident nisi indistincta & confusa visio: & hoc fit propter causam quam diximus: quia in exteriori polito oculi debilitè sigillatur formæ quæ vsque ad interiora non peruenit nisi còfusa. E contra autem quidam non vident nisi eminus, & isti debilem habent visum, & sunt præcipuè senes. Contingit autè hoc idè: quia diximus supra, quod lux incorporea secundum actum est color: & hoc quando prope est, vincit oculum debilem & intrus dispergit ipsum: & idè tunc oculus non videt nisi confusè: quando eminus est res visa, tunc proportionatur virtuti oculi, & non dispergit ipsum: & tunc videt distinctè. Omninò eadem est causa quare quidam in clara die non vident, & in crepusculo vel in lumine lunæ clarè & distinctius vident: idè enim supra, quod lumen fortius confandit & superat minus forte. Hi autem qui lippientes habent oculos, non vident aliquid nisi sub rubore ob humorem influentem in pupillam, cui cum admiscetur lumen, facit ruborem: & hoc in tertio merheororum habitum est. De omnibus autem istis diuersitatibus oculorum magis in libro de animalibus erit dicendum. Scias autem, quod omninò eadem causa est quare quædam

quædam animalia venantur in nocte cibum, sequentia visum, & quædam de die. Dico sequentia visum: quia fortè sequuntur aliquando odoratum.

Est autem & aliud mirabile de visu, quod scilicet quando aliquis in nocte iuxta terram est deponens oculos suos, longius videt quam stans erectus. Cuius causa est: quia diaphanum terminatum, licet minus capiat de lumine quàm non terminatum, tamen fortius tenet & ad modicam distantiam aliquantulum illuminat lumine debili: & cum talia sint iuxta terram, iuuant visum aliquantulum in nocte. Huius autem & alia causa est: quia lumen modicū quod tunc est in aère ex stellis, reflectitur reflectione debili à corpore solido iuxta terram, & multiplicatur, & idè aliquid iuuat visum. Et tertia causa est: quia vapores eleuari obicitur aèrem, natant non iuxta terram, sed in aère: & idè in aère impediunt plus visum quam iuxta terram. Ex his omnibus constat, quod oportet per medium visum esse, & sine medio nihil videri omninò.

## CAPVT XV.

Quare per vacuum non potest videri & de visu in speculo.

Tex. & com.  
74

EX his autem quæ dicta sunt, patet quod non bene dicit Democritus, & quicumque secuti sunt eum. Opinatus est enim, quod si vacuum esset spatium inter caelum & terram, etiam si formica in celo moueretur, certissime aspiceretur: & hoc idè dixit, quia putabat medium impedire visum, nec fieri per diaphanum visum, nisi per multos poros vacuos qui sunt in ipso: dixitque visum fieri extra mittendo tãquam si esset vis actiua. Nos autem ostendimus, quod non fit visus nisi aliquid patiente & suscipiente visu. Ostendimus etiam, quod à re materiali visa non potest immediate pari visus. Ergo relinquatur, quod medium patitur à re visa, & visus à medio spiritaliter habentè species visibilibus: & idè non solum certè, sed etiam nullus omninò fieret visus in vacuo: quia non esset medium agens in oculum. Ob quam igitur causam & qualiter necesse est colorem in lumine, quod est actus lucidi, videre, sufficienter quantum ad hanc intentionem dictum est.

Documentum  
de visu in speculo.

Scias autem, quod sicut species visibilis fit in oculo, ita fit in speculo quod est tersum politum recipiens formam, & representans iteratò: sicut est res. Et hoc facit per duas naturas quæ sunt in ipso, quarum vna est perspicui polita, altera est opaci terminantis ipsum in altera superficie: tunc enim politum perspicuum recipit formam, & opacum adunat eam: & ita faceret aër si sic esset composita. Et recolenda sunt quæ in tertio merheororum in sermone de iride dicta sunt, quod aliqui in aère spisso & humido aliquando vident facies suas ante se, & per illam eandem naturam representat speculum formam, & reflectit lumen quod portabat forma in speculum, & facit.

D. Alb. Mag. lib. 12. de anima.

est reflexio procedere ipsum in oculum à speculo: & idè forma etiam procedit à speculo ad visum: & quando conuexum est speculum, tunc fit sicut oculus, & in puncto tangitur à lumine & forma, sicut omne sphericum tangitur in puncto à recto tangente ipsum: diximus enim supra, quod radij sunt sicut lineæ visuales: & propter positionem & reuersionem ipsius diuicatur lumen super speculum, quando rectè obicitur ei: & tunc forma in speculo aut non videtur, aut confusè videtur: sed quando res visa est in lumine & superficies speculi in obscuro, tunc bene videtur: quia de lumine tunc non plus procedit in speculum, nisi quod actu facit visibilem colorem. Quando autem speculum est planum, tunc ad totam superficiem æqualiter fit processus luminis: & idè in illa forma totam quantitatem representat: & videtur forma tanta esse, quanta est res: & quia lumen procedit ad totam illam superficiem ab inferiori & lateribus æqualiter, idè res apparet in illo speculo in omni situ ad quem duci potest recta linea à speculo: quod non fit in eo quod est conuexum: ibi enim oportet conservari locum determinatum, eò quod lineæ multæ contingunt sphericum, & illæ transeunt & non reflectuntur ab ipso, sicut linea contingens circulum non secat eum. In conuexis autem speculis forma sigillata in vno latere, sigillat & in altero: & quia superius rei plus habens luminis, prius natura procedit in speculum, idè statim illud à superiori parte producit in inferiore: & sic continuè fit de forma rei visæ: & idè omnia quæ in talibus speculis apparent, videntur inuersa: & quando aspicit ibi homo, videtur mentem superius & frons inferius. Si autem in vna planitie continuè esset concauum & conuexum, & homo aspiceret in partes vbi coniunguntur superficies, apparent ibi imagines duæ, & essent coniunctæ per mentem: & hoc idè fit, quia vna irradiat super aliam formam quam recipit, & superius formæ visus proicit super inferius superficiem alterius, ad quam fit irradiatio: & tot modis possunt multiplicari quod multæ facies apparent. De his autem omnibus tractandum est in peripateticis: quia & causa eorum in geometris sciri non potest: & idè quæ hæc dicta sunt, propter exemplarem explanationem dicta sunt, & non idè quia hic sunt intenta. Sed ex eis omnibus constat visum medio indigere quod sit in actu lucidum, per quod tales possunt fieri irradiationes, & quod colores non nisi in tali modo videntur.

## CAPVT XVI.

De visu lucentium.

Ignis autem & alia lucentia in visisque videntur, in lucido scilicet, & in tenebra. In tenebra quidem non idè quod aliquid conferat tenebra ad visum, sed potius quia perspicuum sub tali lumine quando forte est, efficitur.

H 3 sicutur



ficitur luminosum, sicut superius diximus: sed quando est debile, tunc regitur à lumine fortiori: & ideo stelle in die non videntur, sed in nocte. Cum autem lumen solis sit super stellas irradians, eas in nocte sicut etiam in die, non impedit lumen visum stellarum, nisi ex hoc quod diuariat visum, & multus aer multum luminis affert oculis: propter quod stelle formas suas aeri non imprimunt, & ideo non perveniunt ad visum. Si autem aer ad magnum spatium sit obscurus, circa videntem coadunatur visus, & tunc videt stellas. Et scias, sicut diximus superius, lumen si non procedat in oculos, quamvis sit præsens in aere, non videtur, sicut patet quando tol' occidit ad quantitatem visus signi ab horizonte: tunc enim adhuc est lumen: quia partes hæ horizontis necessario sunt illuminatæ: quod lumen nos non videmus, quia non procedit ad nos, sed super nos: nisi forte fuerit mons altus in quo lumen reflectatur, sic redeat ad nos, sicut de quibusdam moribus diximus in libro meteororum. Lucentia autem quando debilia sunt & permixta opacitati, lumine fortiori omnino reguntur, & ideo tunc non videntur nisi sub specie coloris, sicut superius diximus: & quasi non fuerint adeo debilia, tunc tamen pallent in lumine fortiori, & amittunt virtutem irradiationis: & ideo luna non splendet in die, sed videtur pallida. Et quia diximus lumen colorum fore hypostasim, & præcipue lumen clarum & purum esse lumen solis, ideo quando accidit eclipsis, tunc pallescunt ea quæ alba sunt: & quando luna splendet super ea, tunc etiam pallescunt: ad lumen autem candellarum & ignis pallescunt & aliquantulum obumbrantur, & alij colores proportionaliter amittunt suas evidencias & manifestationes.

Tex. & com. 75.

Sicut autem diximus de visu, quod vult habere medium in quo sit visibile secundum esse intentionale & spirituale, eadem ratio omnino est de sono & odore, quia sunt per medium extrinsecum, licet in illo medio sonus aliquantulum melius sit quam color: cuius signum est, quod ventus frequenter affert sonos, nunquam autem affert colores: unde in tribus his sensibus à sensibili primo media moyentur, & ab intentionibus sensibilibus quæ sunt in medio, moyentur sensus: & cum aliquis ponat super ipsum organum odorans primum, aut sonans primum, non fit aliquis sensus secundum operationem sentiendi: ob quam autem causam, supra diximus. De tactu autem & gustu similiter se habet quoad hoc quod sunt per medium: sed tamen hoc non videtur omnino: quia medium ipsorum intrinsecum est: & propter quam causam hoc fit, potestius dicitur. Est autem considerandum quatenus non lateat, quod sicut dictum est, perspicuum recipit coloris intentionem prout est non coloratum: & ideo quando habet colore, tunc non videtur aliquid in ipso, nisi quasi testum illo colore, sicut patet quando radius transit per vitrum coloratum: tunc enim propter hoc quod vitrum est perspicuum, totum perspicuum lucidum quasi tingitur illo colore, & corpora super quæ radius cadit, non

imprimant colores proprios in aërem, sed videntur habere colorem vitri qui est in aëre. Similiter autem est quando in transitu nubium colores plantarum proiciuntur super parietes: & idem est quando sub iride videntur corpora habere colores iridis. Omnium autem horum est ratio vna. Quare autem lapis qui vocatur iris, in radio facit colores iridis, alibi dictum est. De figuris autem radiorum sub quibus fit visus pyramidalibus & triangularibus: & de causis figurarum partim in libro de sensu & sensato, partim in perceptivis dicitur.

Hic autem dicendum est, quod licet tres sensus sint per medium extrinsecum, tamen sonus non potest fieri nisi in aëre, odor autem in aëre & aqua: sed natura per quam hæc duo elementa sunt medium odoris, est innominata: tamen quædam est in his clementis ad odorem habens, sicut lucidum ad colorem. Sed lucidum perspicuum differenter in quatuor simplicibus corporibus invenitur, scilicet celo, & igne, & aëre, & aqua: odor autem in duobus tantum quæ sunt aqua, & aer. Animalia autem aquatica videntur expressè habere odoris sensum, sicut inferius ostendemus: sed ea quæ odorant, differenter odorant: quæcumque enim ambulancia sunt pedibus & non repunt, sicut serpentes, & vermes, illa non odorant non respirantia: & huius causam inferius dicemus quando de odoratu agebitur.

Tex. & com. 76.

CAPVT XVII.

De auditu, & primo de bene sonantibus & male.

Nunc autem de sono primum, & postea de auditu dicemus. Primum autem dicendum, quod sonus dupliciter dicitur, potentia scilicet & actu. Potentia quidem secundum quod dicimus quædam non habere sonum, eod quod impossibilia sunt sonare, vel eod quod non faciunt sonum nisi valde debilem, sicut spongia, & pili, & lanæ, & huiusmodi. Quædam autem dicimus habere sonum, non quod actu sonent, sed quoniam sunt potentia sonum facere, sicut æs, aurum, & argentum, & quæcumque sunt plana & lenia & solida, non quod sonent secundum actum, sed quia possunt sonos facere, qui sunt in medio aëre & auditu. Causa autem generalis quare quædam non sonant, est: quia sunt mollia aërem apud se retinentia, potius quam expellentia, sicut spongia quæ quasi imbibendo aërem retinet ipsum, & non expellit. Similiter faciunt pili & lana: quia rara sunt & discontinua: & ideo infra se recipientia aërem, non sicut ipsam expelli: propter quod talia insonabilia sunt. Mollia autem continua male sonant, eod quod non expellunt fortiter: & hoc ideo quia ictui cedunt citius quam expellant aërem: & ideo hæc non multum sonant, nisi aliquis vehementer percutiat. Solida autem plana multum aërem habentia, fortiter sonant:

Tex. & com. 77.

Propter quid aramenta præ omnibus corporibus sonora sunt.

nant: quia ex hoc quod solida, non cedunt, & fortiter percutiuntur: ex hoc autem quod sunt plana & lenia æqualium superficietum, undique simul aërem à se expellunt: & ex hoc quod multum habent aërem, magnam ministrant sono materiam in qua generetur. Et inde est: quod aramenta præ omnibus corporibus sonora sunt, & præcipue aurum & argentum & cuprum: hæc enim commixta sunt melius cæteris metallis, ex subtili aëre, & subtili terreo: & terreum eorum est sulphur, cui ablata est ventositas: subtilitas autem miscibilium fieri non potuit sine multo admixto aëre: quoniam, sicut in fine tertij meteororum dictum est, hæc ex vaporibus nascuntur: vapor autem omnis multum habet aëris: & ista sonora sunt vehementer, & diu retinent sonum, eod quod aëre plena sunt, quæ tremantia ex ictu forti continue à se expellant. Et non ita sonant stannum & plumbum: eod quod magis aquæ habeant: & ideo quasi suffocatum extinctum habent sonum: propter quod campanas & organa facientes, acumen soni, quod ex cupro est, temperant & gravant admiscentes stannum proportionatum. Ferrum autem quasi medium est: quia ex eo quod multum habet de terrestri scilicet roso & impuro, obumbratum habet sonum: ex hoc autem quod siccius est stanno & plumbo, acutius his sonat. Lapidum etiam quicumque melius commixti & solidiores sunt, melius sonant. Similiter autem & ligna quæcumque magis aërea sunt & sicciora & solidiora, magis sonant: & quæcumque his contraria sunt, tanto etiam minus sonant. Cuius signum est lignum fageum quod aëreum est, & ideo multum cremabile & solidum est: & sonat fortiter & magis quam buxus, eod quod buxus magis terrestris est. Abies autem licet sit aëra natura multum, tamen quia solida non est, non ita sonat sicut fagus: & quando fageum lignum est larum & longum, & sunt in eo foramina multa ex transverso, & superficies eius bene plana de super percutitur, sonat ad maximam distantiam sicut campana. His enim Græci pro campanis utuntur.

Tex. & com. 78.

Fit autem sonus secundum actum, quando est alicuius verberationis ad aliquid percussum, & in aliquo in quo sonus generetur: nihil enim facit sonum nisi percussio. Et ideo impossibile est vno solo existente fieri sonum: alterum enim verberans alicui faciens sonum, & alterum est quod verberatur: & hæc duo ad minus exiguntur in omni sono. Frequenter autem oportet, quod aliquid tangeretur: & cum ictu vehementi aliquid tetigerit, sonus secundum actum fit. Et ideo sonus nunquam fit sine locali motu. Causa eius est: quia sonum est esse in continuo fieri: & cum generans ipsum sit motus violentus, qui est ictus percussoris solidum planum, oportet quod aliquid generantis ipsum temper in ipso remaneat: quia aliter non fieret continuus sonus. Qualiter autem moyens violenter fit cum motu violento, diximus & in fine octavi physicorum, & in libro de cel. & mun. Sicut autem diximus, non quorumlibet contingen-

tium ictus facit sonum: quia pilorum & acutorum, aut non est sonus, aut debilis. Sed potius quæcumque sunt solida plana, sonant, sicut iam dictum est. Concaua autem aërem expulsum continent, & exire non permittunt, & ideo tumultuans aer intus in eis retentus, horribiliter sonat, eo quod impotens sit exire. Huius autem & alia causa: concauum enim percussum plures facit ictus: percussum enim in vno latere, propter continuitatem tremat in alio latere, & ibi etiam percutit: & ille tremas diu tenet sonum. Et huius signum est: quia si percutiat concauum aliquid latum, quod multas simul partes tangit circuli concaui, siue in conuexo, siue in concauo, illud aufert motum partium: eod quod simul percutit & tenet ne tremat: & hoc minorem facit sonum quam tangens ipsum in vna parte tantum: & ideo baculi campanarum præcipiuntur bene rotundi fieri inferius, vbi tangunt campanas. Huius etiam signum est: quia si aliquis manu teneat campanam quando percutitur, quasi extinguatur sonus, eod quod impediuntur partes circumferentia: à motu tremitus, & forte frangitur campana quando sic tenetur, eod quod partes non possunt habere liberam cessionem & motum per tremitum, quem impedit tenens campanam. Iste igitur sunt conditiones sonantium & non sonantium.

Propter quid si quis teneat campanam actu sonante, obumbratur sonus & quando doque campana frangitur.

CAPVT XVIII.

Qualiter sonus generatur in aëre & aqua.

Amplius autem auditus fit in aëre & in aqua, licet minus fit in aqua quam in aëre. Sed non est sonus istorum elementorum proprie, ita quod nihil exigatur amplius ad eius generationem: oportet enim solidorum planorum esse percussiones adinacem, ad hoc quod fiat auditus: hæc enim solida plana percussione adinacem, percussant etiam aërem: propter quod etiam aer per se vel aqua, non est proprium subiectum soni, sed potius aer percussus & expulsus à superficie percussis solidi plani, primum est subiectum soni: & ideo diuersitates specierum in acuto & graui, recipit ex diuersitate percussorum: videmus enim, quod aliter sonat metallum, & aliter lignum: quas differencias sonus non haberet, si esset aer solus subiectum eius. Ob quod oportet imaginari duas percussiones in quolibet sono fore necessarias, à quarum secunda sunt adhuc alia due percussiones. Vna est percussio primi percussoris. Secunda autem est repercussio percussis solidi plani, & ex illa percutitur aer. Aer autem percussus & expulsus aliam percutit: & dum percutit, est necessarium vt aliqua pars aeris intra perturbans & percussum contringat: & illa faciunt sonum. Fit autem sonus in aëre sic percussio quando manet percussus aer continuus & vnus indiuisus, & non soluitur: est enim aer valde diuisibilis: & si paulatim

Tex. & com. 79.



latior impellatur, diuiditur & soluitur, & non manet vnus & continuus, & idèd tunc non sonat: cum autem velociter percutitur, resistit & repellit percutiens, & constringit aliquid eius intra percutiens & aërem resistentem: & tunc sonat. Hoc autem in aqua magis apparet, ed quod aqua, corporalius est aëre: si quis enim baculum paulatim ducat per aquam, non resistit ei aqua, sed diuiditur fortiter autem & velociter ducens candela aquam, videbit fortiter resistere & moueri: & idem est in aëre leuiter & fortiter percussio: unde si velociter & fortiter percutiatur, sonat: oportet enim motum recipientis & percutientis pertingere aërem continuum & vnium, & non solum antequam diuidatur, si debet fieri sonus. Hoc autem patet: quia si etiam male sonantia, aliquis fortiter percutiat, sonabunt, sicut quando percutitur tunulus arenæ, in quo sunt multi lapilli, qui in se quidem densi sunt: tamen velociter percussu pertinguntur antequam separentur, & tunc faciunt sonum. Similiter autem fit quando aliquis percussit solum aërem velociter: tunc enim constringitur pars eius inter percutiens & percussum aërem resistentem, & sonat fortis, sicut auditur quando auriga percutiunt fortiter aërem flagellis vel flagris & saaris: contingit autem hoc quando aër impulsus percutit aërem, sicut est sonus in ventis.

Fuerunt autem quidam antiquorum, qui omnino sonum esse negabant prout est in medio, dicentes sonum non esse nisi ipsam aëris generationem & nihil aliud, qui leui ratione conuincuntur: quoniam ostendimus supra illud fore sensatum proprium, quod vno tantum sensu sentitur: commotio autem multis sentitur sensibus: & idèd commotio proprium sensatum sensus esse non potest. Et ad hoc dixerunt, quod sonus nihil est in medio, sed tantum in aëre: sonus enim nihil aliud est nisi perceptum per auditum ex aëre commoto: & quando non est in auditu, tunc dicunt sonum non esse nisi ipsam aëris commotionem, qua potentialiter percipitur sonus, quando percutit vel percutit auris tympanum. Sed hoc citius refellitur si ad memoriam reuocetur, quod audiens sonum percipit ex qua parte soni ad ipsum deueniant: percipimus enim vtrum sonet ante vel retro, vel à dextris, vel à sinistris: & hoc non fieret si sonus tantum in aëre generaretur. Si autem dicunt hoc fieri, non propter sonum, sed propter commotionem ab illa vel illa parte ad aërem venientem, hoc idèd falsum est: quia vt frequentius sentimus sonum nihil omnino percipientes de commotione: licet enim sonus non sit sine commotione, ed quod eius esse est in fieri: & oportet aliquid generantis secum habere ad hoc quod sit, tamen sonus est primum sensibile auris: & idèd ipsum sic afficit tympanum auris, quod afficit sine sensu commotionis: afficit enim secundum esse spirituale per formam simplicem soni, sine esse materiali quod habet. Patet igitur falsitas istius sententia.

Scias autem, quod cum sonus sit in aëre

& in aqua, est ramentum magis in aëre quam in aqua: quoniam in aqua non est, nisi sicut in medio per quod venit ad auditum secundum esse spirituale, quod agitur a simplici forma sonantis secundum quod est sonans: & idèd auditur sub aqua, sed in aëre est sicut in materia & sicut in medio: in materia quidem sicut in aëre commoto & percusso: in medio autem quando ipse sonus intentionem suam solum facit in aëre, sicut & coloratum, licet non omnino sit ira spirituale sensibile intentio soni sicut intentio coloris, vt supra diximus. Quando autem sonus sit in aqua ita quod generatur in ipsa, oportet quod aër sit tangens, aut percutiens, aut percussus, aut vtrumque: audiens enim sonum de sub aqua, vt si quis immisso aliquo ferrato ligno fortiter tetigerit fundum aquæ durum, propter hoc quod percutiens tangit aërem & tecum habet aliquid aëris, quod significant amputa cleuata in superficie aquæ. Similiter autem sonant naues quando fundo tangunt arenas vel lapillos sub aqua: ed quod tunc fundus aquæ percutit fundum naui, qui tangit aërem. Et idèd aqua non est propria materia soni, sed potius medium tantum, in quo sonus est sicut in via, & non sicut in subiecto in quo habet generari: cuius signum est, quod pisces sub aqua aquam natando percutientes, & pinnulis mouentes, nullum omnino faciunt sonum: statim autem quando percutiunt in superficie aquæ, sonant. Sicut igitur vnumquodque sensibilium habet materiam vnam in qua generatur, sic etiam habet sonus aërem percussum secundum quod supra dicto modo percussus est: & sicut vnumquodque sensibile præter materiam habet medium, quod est via eius ad sensum, & sic habet sonus & aërem & aquam per quandam naturam communem vtrique, de qua infra dicemus.

CAPVT XIX.

De echo qui est sonus reflexus.

**E**cho autem fit, cum aëre vno & continuo & prohibens processum eius secundum durationem vel dilationem, iterum idem aër repellitur, sicut pila repercutitur ad parietem proiecta. Ad hoc autem intelligendum, sciendum est, quod sicut omne sensibile, ita præcipue sonus generatur circulariter, & est simile de sono & de lapide proiecto in aquam, qui vbi cadit, quasi centus est, & commouetur aqua in circuitu circulariter, & dilatatur circuli plus & plus distantes, quando durat impetus lapidis, qui primo percussit aquam, & si aliquid prohiberet generationem & processum circularum, rediret circulatio versus centrum vbi cecidit lapis: & similiter generatur sonus in aëre, & est primum sonans sicut locus centri, & inundat sonus super circulos aëris: & si sit paries solidus & concauus aliquantum, & altus, obuians circulationibus illis

Tex. & com. 80.

illis reflectetur ad primum sonans & sonus in eis: & hoc vocatur echo scilicet reflexus sonus. Tinnitus autem ab Auicenna vocatur echo: sed secundum idiomata Latinum differunt tinnitus vel tinnitus, & echo: quoniam tinnitus est proprie metallorum reflexus sonus, sicut est in cymbalis & campanis, quando ibi in vase continetur & prohibetur exire, & de pariete in parietem reflectitur: & ob hoc talia tinnunt: & propter hoc quod supra diximus, quod scilicet aëre plena sunt: & idèd percussa & trementia diu sonum emittunt. Si igitur, sicut dictum est, echo est talis reflexio soni, videtur semper fieri echo, licet non manifestus: non enim est manifestus, nisi quando reflectitur idem aër primo percussus ab aliquo obuiante solido, & aliquantum concauo. Diximus autem supra, quod etiam aër resistit aëri quando fortiter & velociter percutitur ab vno aëre, quod tunc etiam necesse est fieri reflexionem: hoc autem omnino in sono fieri: oportet igitur echo omnino in sono fieri, licet non manifeste percipiatur. Quod autem idem numero aër reflectatur, ex hoc patet, quod quando vox literata & articulata elatur, per easdem literationes & articulationes reflectitur: & in tales figuras aër non potest reflecti à reflectente: oportet igitur, quod primus aër percussus idem numero reflectatur. Licet igitur non percipiatur, vt diximus, tamen semper fit aliqua soni reflexio, ed quod accidit in sono sicut in lumine. Hic in domo si lumen non reflecteretur non videremus, nec illuminaretur aër sub pariete vbi non incidit radius, si non illud reflecteretur lumen: sed tamen reflexio quæ est ab aëre, non est manifesta: quæ autem est à solido plano, manifesta est: & idèd quando aliquis latitudinem manus ponit in radium, multo plus reflectitur lumen quam prius. Si autem in ipsum ponatur positum & tertium, tunc reflectitur per irradiationem splendoris. Et hoc patet: quia ab aqua licet sit perua, multo magis repercutitur lumen quam ab aëre: nec tantum ab aëre sicut ab aliquo alio corpore leni & plano in superficie, quod obiectum lumini tenebram potest facere, hoc est, quod supra vocauimus corpus terminatum, quod quidam Philosophi diaphanum terminatum vocarunt: sic enim lumen reflexum est actus percipiui, secundum quod diffiniuimus ipsum superius com de visu loqueremur.

Cum autem talis soni inundatio & reflexio fiat in aëre inuisibili & intangibili, quidam rectè dixerunt vacuum esse proprium audiendi: vacuum enim viderunt aërem subtilem ad hoc quod verberaret bene aprum: talis enim aër est faciens audire secundum actum, quando supra dicto modo, mouetur continuus & vnus existens & saluatus: sed tamen propter id quod frangibilis est & diuisibilis multum, non sonat, nisi lene & solidum sit quod percutitur: tunc enim fit simul à superficie percussu expulsio aëris propter superficiem plantilem: vniformis enim est plantiles eius eius quod est lene & solidum corpus: & idèd si fuerit aspera superficies, tunc percussa vna parte non percutitur altera: quia

Nota differ. t. inter tinnit. & echo. secundum Latinos.

partes non sunt in superficie vna, sed in multis: & inter asperitates ipsius continetur non expulsus aër: lene autem percussum sonat vehementer si habuerit condiciones supra determinatas, & præcipue si fuerint multa non continua ipsum aërem percussum quasi repercutientia: & idèd syluæ & montes lapidei mirabiliter sonora sunt loca, & cavernæ bene celata. Et si sonans sit super concauum, tunc ad sonans continuè redit sonus eius: & generabitur harmonia: & idèd musica instrumenta ferè omnia sonant super concauum. Et quia aër subtilis magis sonat: & idèd pluuia & frigus insipientia aërem, obscurant sonos: auditus enim, vt diximus, fit in aëre qui quasi vacuum non impediens sonorum generationem & inundationem.

Quare pluuia & frigus obscurant sonos.

Sonantium enim motuum est vnus aeris continui vsque ad auditum: & si sit aliquid interceptans sonum in aëre, non auditur sonus: & idèd sonans longè non auditur, quia aërem vsque ad auditum mouere non potest: & diximus supra, quod cessante motu cessabit sonus.

Tex. & com. 82.

Sed dubitabit aliquis duobus sonis sibi obuiantibus in aëre, sicut si hicamus spatium ab infra, quod vnus sonans sit in a. & alius in b. & c. sit medium vbi soni sibi obuiant: aut enim æquales sunt soni, & tunc vterque debet sistere reliquum: aut alter est fortior, & tunc ille præualebit & alter non audietur: & hoc falsum est: quia vterque auditur clarè & distinctè: quia alter non audietur duo loquentes, ita quod vnus siet contra alterum.

Dubium sub. ite. & pat. chrum.

Ad hoc enim est inconueniens solutio quorundam dicentium sonum fieri secundum circulum: circulationem autem vnam non esse contrariam alteri circulationi: & idèd vnum non constringere alterum. Hoc enim idèd falsum est: quia circuli aquæ ex opposito venientes se collidunt & constringunt, sicut experia docent: licet enim circulus contrarius non sit circulo, tamen impetus vnus contrariatur alterius impetui, & vna numero aqua non est figurabilis simul & semel in duos circulos ex opposito venientes: & similiter videtur hoc esse in aëre. Et idèd dicendum nobis videtur, quod circuli lari ex opposito venientes, se tangunt in parte quæ est quasi punctus, & ibidem vnus constringit alium: sed arcus in alijs partibus se nec tangunt nec constringunt, & in illis est soni figuratio, & ab illis iterum sic in aëre vitino vbi obuiante opposito circulo contractus fuit, fit aër non per iterationem sonans, sed per reflexionem, vt supra diximus: est enim facilis generatio soni, ed quod in aëre aliquo non est nisi per intentionem, sicut supra diximus: duo autem soni possent in aëre paruo aëre figurari, quod seinuicem corrumperent, & generaretur confusus sonus: & idèd duo soni in aëre venientes propter paucitatem aeris in aëre, confuse audiuntur.

Solutio falsæ. motuum.

Solutio pro. pria.

Tex. & com. 81.



CAPVT XX.

*Qualiter sonus venit ad auditum auris, & qualiter auris connaturaliter in eam habeat ad audiendum.*

**A**uditus autem sonorum fit in aere per eandem causam quæ dicta est aer enim quidam connaturaliter tenetur in aure, & connaturalis est auris tympano: tympanum autem auris voco neruum audientem, qui expanditur in interiori aëris: qui quando pulsatur ab aere qui est in aure, fit auditus: aer enim qui est in aure, continuus est aëri qui est extra: & ideo ab exteriori moto aëre mouetur interior auris: & ille mouet neruum audituum: & facit natura latera auris dura, ut bene percipiant percussa: & exteriora auris facit lata, ut ubique hauriant sonum: & facit foramina tortuosa, ut prohibeatur aer exire: & purgationem capitis quæ est cholera purgatio, facit descendere per aures, ut ex calido sicco aëris tympanum & latera sicca & dura conferrentur, sicut pellis tympani sicca bene sonat, & emollita sonum perdit. Similiter autem faciunt chordæ musicorum. Quia hæc connaturalitas ad soni subiectum non est penitus in toto corpore animalis, propter hoc non secundum totum corpus audit, alias secundum omnia membra. Quia etiam non penitus secundum omnia membra transit aer ad interiora nerui auditui: pars enim mouenda ad auditum, non præ in omnibus membris connaturaliter in se habet aërem: nec ipsum animatum in omnibus membris habet connaturalitatem ad percipiendos sonos in aere generatos.

Tex. & com. 83.

Propter quod aliquis habens caput immersum sub aqua sonos audit.

Aer igitur secundum se est nullum omnino habens sonum, ut omnes suscipere possit: cum autem prohibetur diuidi vehementia verberantis, remanet continuus & vobus resistens per modum supra dictum: tunc motus talis est vera causa soni: aer autem qui est in auribus animalium, edificatur à natura circumponente latera tortuosa auris, ut sit immobilis, quatenus certe & non confuse sentire possit omnes soni differentias: quod esse non posset, si motus esset aer qui est in aure: quia tunc motus exteriores non reciperet nisi confuse. Et hæc est causa, quod quando aliquis caput mergit sub aqua, adhuc audit sonos qui sunt super aquam, quando manet ei auris plena aere: quia tunc soni intentio per aquam ut per medium delata venit ad aërem qui est in aure, & tunc percipit tympanum auris, & fit auditus: & hoc sumus experti. Sed tamen aqua percutiens aërem qui est in aure, multum confundit sonum auditum sub aqua. Si verò contingit euolare totum aërem de aure, & subintrare aquam in eius locum, tunc non fit auditus aliquo modo quando hoc durat. Et ex hoc apparet non aquam, sed aërem esse proprium soni subiectum, sicut diximus supra. Sicut etiam destruitur visus, quando pellicula alba vel aliqua alia occasio texerit oculi pupillam.

Signum autem quod fiat sic auditus, sicut dictum est, & non fiat auditus si hoc destruitur, est quod actu semper tonat: sicut quando aliquis cornu applicat ad aurem, audit repidantem aërem in aere: & hoc facit aer, & quod calor auris mouet eum: & tunc percipiuntur latera auris: iste tamen tremitus aeris in aere non tantus est, quod impediatur alios motus exterioris aëris: aer enim proprio quodam motu semper mouetur in auribus: sed tamen sonus non est ex motu proprio aëris, sed potius ex motu alieno. Et quod hoc bene dixerunt antiqui, quod auditus fit in vacuo exteriori & in sonanti interiori: quia nos audimus in aere determinato in aere temper tremente & trepidante, & in aere exteriori vacuo & libero per motum quod supra dicto modo componitur.

Tex. & com. 84.

CAPVT XXI.

*De differentiis sonorum quæ non sunt nisi in sono secundum actum facti.*

**Q**uerendum autem est utrum sonat id quod verberatur, aut id quod veri erat, aut utrumque: & dicemus, quod utrumque illorum sonat, hoc est, facit sonum alteo & altero modo: verberans enim facit eum sicut percutiens primò verberatum autem facit eum sicut verberatum: & expellens aërem à se modo quo supra dictum est. Sonus enim est ex motu eius quod tali modo mouetur & possibile est moueri, quo à leuibus superficiebus mouetur aer cum aliquis ipsas percussit, sicut dictum est superius: igitur sicut dictum est, non omne sonat quod verberatur, sicut si punctus acus puncto alicuius alterius acus obiciatur: sed oportet superficiem percussam corporis teguntur planam esse & solidam. Sed forte ex hoc creditur aliquis sonum non esse naturale sensibile in natura cum à violenta excutitur percussione: sed non est ignorandum quod determinatum est ante sine 8. physicorum, & in tertio & quarto de ca. & mundum dictum est enim ibi, quod motus violentus secundum aliquid naturalis est aëri & aquæ, licet secundum mouens sit violentus: & sic est hic, quod sonus generatione habet à violentia, & in aere est naturaliter: & tamen non diu durat sicut naturalia, ed quod secum aliquid vult habere de impetu violentia: & similiter est de igne excusso ex lapide, cuius omnia generantia violenta sunt, & tamen generatum illi materię naturale est in qua generatur.

Tex. & com. 85.

Stat aliquid ex parte generantis violentum esse, quod tamen materia est naturalis.

Tex. & com. 86.

Licet autem, sicut superius diximus, differentie sonorum sequantur sonantia percussa maxime: hæc tamen differentie sunt in sono secundum actum soni, & secundum motus eius: sicut enim non videntur colores sine lumine, & sic nec acutum, nec graue, & huiusmodi differentie percipiuntur sine sono secundum actum facti: acutum enim & graue secundum metaphoram de differentiis soni dicuntur, & triumpho ab acuto & graui fit in angulis tangibilibus: in angulis enim

enim dicitur acutum, quod mouet sensum in multum penetrando in pauco tempore: graue autem, quod mouet sensum secundum parum penetrando in multo tempore: & tamen non proprie dicitur velox acutum, & graue, siue hebes tardum: quia, sicut diximus, hæc sunt proprietates motus & acutum & graue, siue hebes, non sunt motus, sed attribuitur acuto velox propter velocitatem huiusmodi motus qui est in penetrando hoc quod tangit: & alij graui siue hebeti attribuitur tardum, sicut hebeti propter tarditatem huiusmodi motus qui est in penetrando in tactu, & quoad hoc & graue & acutum videtur habere similitudinem cum acuto & graui siue hebeti in angulis tangibilibus: acutum enim sonum vocamus, ubi quasi pungat multum velociter penetrando in auditum: grauis autem sonus est, ubi quasi pellit sicut si lassatum sit: acutum ergo penetrat in pauco ad auditum, graue autem in sonis pungit vix in multo: & ideo accidit acuto esse velox: graui autem accidit tardum: & acutum in veritate est sonans & quasi constricto aere fortiter: & ideo etiam acutum penetrando lædit auditum: graue autem est multo aere quasi lætè pulso, & ideo non lædit auditum. Huius autem probatio est in fistulis, in quibus stationes acute maxime aut grauissime sonant. De sono igitur quantum ad hanc spectat intentionem sic determinatum sit: de differentiis enim sonorum in libro de sensu & sensato dicemus.

CAPVT XXII.

*De voce qualiter fiat.*

**V**ox autem est sonus non quilibet, sed animati anima sensibilis: sonus enim inanimatorum nullam habet vocem nisi equiuocè secundum similitudinem, sicut tibia, & lyra, & alia musica multa vocare dicitur. Similitudo enim est in eo quod proportio sonorum in eis ad imitationem in eis musicorum ab aliquo animato perficitur, quod necesse est per imaginem illam perficere, & taliter vocant quæcunque extensa secundum proportiones multas non habent simul & melodiam & locutionem: organa enim illa melos quidem habent, sed locutionem in qua sit melos non habent. Vox enim in substantia hæc duo habere videtur necessarii: & ideo vbi quisque hæc duo non sunt, vox non erit melos enim quod est in voce, proportionatum est in breui longo & acuto & graui accentu significatum, quæ est in loquendo: & ideo in omni locutione melos est accentus temporis in pronuntiando: & ideo multa animalium non habent vocem, ut quæ sunt sine sanguine, & pisces: hi enim non tantum carent voce, sed sono etiam, qui in eis formetur: & hoc est rationabile, siquidem secundum prædicta aëris quidam motus est causa soni: & quia aer taliter sonans non est nisi in spirantibus: sanguinem autem non habentia, ut pisces, non respirant, ideo rationale est ea non sonare: & quando sonant,

Tex. & com. 87.

Nota causam quare gulli amputantur capiti bus adhuc cantant.

Tex. & com. 88.

Tex. & com. 89.

non sonat in aere respirato, sed potius in aere exteriori offendentem ad alas eorum, & ad reliquas partes corporis, & ad diaphragma, sicut in libro de animalibus expressè dicitur. Inueniuntur etiam huiusmodi serpentina, & & caufantia, sicut grilli, & cicadæ, & locustæ: sed quando hoc faciunt, tunc fit magnus motus circa diaphragma eorum: & ideo sonus ille fit, ut creditur, effundente exteriori aere ad diaphragma: si enim esset per respirationem, tunc emitteretur per caput vox: nos autem experimento probauimus, quod grilli cantant per magnum tempus, adhuc capitibus amputatis: & non cantant in parte ubi est caput, sed in parte ubi est diaphragma, quod à quibusdam vocatur succiontorium: licet enim multa sint non respirantia, tamen nulla sunt viua sine spiritu: & ideo tali spiritu pulsante in eis sonant, & faciunt quandam cantus melodiam. Pisces autem nihil horum habent, & ideo non sonant. Et quod dicitur, quod pisces qui sunt in fluuio qui vocatur Acheolus, sonant, fit hoc non spiritu, sed brachijs in superficie fluminis percussentibus aërem: vel forte naso, ed quod spiritus in cerebro generato exufflat ab eis superfluitas, quæ est in cerebro, sicut ab homine fit in ster-nutatione: non ergo hoc faciunt spiritu, sed vel naso, vel brachijs, vel aliquo alio huiusmodi membro.

Vox autem est sonus animalis & non in qualibet parte, sed in parte quæ verberat aërem & ad aliquid & in aliquo, sicut superius diximus de sono: & ideo oportet habere pul-monem qui aërem exufflet sicut follis, & cannam duram quæ vocatur arteria vocatua, ad quam verberetur aer: & linguam quæ figuret & verberet aërem: & quia in aere necesse est fieri huiusmodi verberationes, ideo rationale est, quod illa sola vocent, quæ aërem attingunt per huiusmodi membra respirando: respiranti enim congruit natura per quam respirant in duo opera, sicut lingua congruit in duo, quorum alterum necessarium est ad esse & saluari, quod est gustus: alterum autem est ad bene esse, quod est locutio quæ fit per linguam. Gustus enim est ad esse, sine quo non saluatur natura animalis: & ideo gustus pluribus animalibus inest etiam non respirantibus. Interpretatio autem est propter bene esse: & sic est de natura respirandi: spiritus enim respirans in omnibus ambulansibus & sanguinem habentibus est ad esse, sine quo non saluatur respirans, & est ad calorem cordis & interiorum mitigandum & refrigerandum: in vocantibus autem est ad bene esse, ut fiat interpretatio. Quæ autem sit causa respirandi vel spiritus respirati, in alijs locis dicitur quando agitur de respiratione in libro quem de respiratione, fauente Deo immortalis, facimus: sed hic dixisse sufficit, quod id quod de spiritu attrahitur ad vocem, non est ad esse, sed ad bene esse, sicut diximus.

Organum autem respirationis est arteria vocalis quæ canna vocatur, & duris auibus componitur, & pulmone sicut continet continentem aërem, & quasi folli continuatur, & in ipso radicitur. Causa autem quare per hanc



hanc fit respiratio est, quia hæc pars superiora attingit, & in compositione est gutturis, & ad illa præcipue pertingit calor cordis: & ideo indiget ut per illa attrahatur calor refrigerans: locus enim primus qui indiget respiratione, est circa cor: & ideo necesse est, quod interius respiratus aer ingrediatur.

Concluditur igitur vocis dispositio, quod vox est percussio respirati aeris ad arteriam vocatam, ab anima per imaginationem aliquam eam formantem, quæ est in partibus illis quæ ad respirationem congruunt. Non igitur omnis animalis sonus vox est, sicut diximus: contingit enim aliquando linguam sonare sono quem non format imaginatio, sicut sonant tuffientes: oportet enim in voce & animatum esse verberans, & quod cum imagine significandi aliquid per vocem verberet & figuret: vox enim est sonus aliquid significans, & vox non est simpliciter respirati aeris, sicut est tuffis: & cum duo sint in anima affectus scilicet doloris, vel gaudij, & conceptus cordis de rebus, non est vox significans affectum, sed potius conceptum: conceptus enim cordis interpretatiuus sonus vox est: & ideo vox non est nisi habentis intellectum concipientem intentiones rerum: & ideo ad exprimendum conceptum format voces. Cætera autem animalia affectus habentia, sonos suos affectus indicantes emittunt, & ideo non vocant: & quæcumque illorum plurium sunt affectus, neque sunt etiam plurium sonorum, & quæ leuioris sunt complexionis: & ideo aues plurium sunt garrivum quam gressibilia: & illæ quæ inter aues sunt laetioris lingue & melioris memoria, magis imitantur locutiones & cæteros sonos quos audiunt. Licet enim bruta habeant imaginationem, sicut superius ostendimus, tamen non mouentur ab ipsis imaginatis secundum rationem imaginatorum, sed à natura: & ideo omnia similiter operantur: vna enim hirundo facit nidum sicut & alia: & hæc imitatio est nature potius quam artis: ideo imaginata in eis non regit naturam, nec agit eam ad opera secundum diuersa imaginata, sicut facit homo, sed potius regitur à natura & agit ad opera ab ipsa: & ideo fit, quod licet apud se habeant imaginata, tamen ad exprimendum illa non formant voces: Affectus autem lætitarum & tristitiarum magis profundantur in natura quam in anima: & ideo illos exprimunt sonis & garrivibus.

Fortè autem dubitabit aliquis, cum duo sint in voce, scilicet significatio dictionis, & significatum, quid faciat in ipsa significatum. Er ad hoc aliquando aliqui dixerunt, quod conceptus qui est ex parte intellectus, descendit in imaginationem, & organum illius est in anteriori parte capitis, ad quam peruenit respiratus aer in quo vox figuratur, & ibi generat eis imaginata intentionem rei in voce. Sed hoc absurdum esse videtur, quia & sic vox esset ex duobus composita: & hoc non est vox. Adhuc autem talis generatio vocis possit esse in qualibet sonante voce: & sic loquens intelligeretur, quacunque voce loqueretur: quod falsum est, quia sicut gene-

raretur in voce intentio rei, ita per eandem rationem generaret illam intentionem in audiente.

Et ideo dicendum esse videtur, quod vox est sonus formatiuus in signum quod ad placitum significat: & ideo de re facit notitiam sicut signum, & ideo non percipit illam vocem qui nescit institutionem signi: propter quod de diuersis idiomatibus loquentes non se intelligunt: oportet igitur, quod anima imaginans & intendens significare conceptum, verberet aerem in arteria existentem ad arteriam ipsam: & in necessitate pulso aere ad arteriam, fit sonus qui est materia vocis: sed figura ipsius soni in dictiones, est per linguam, & dentes, & palatum, & cætera interpretationis organa. Signum autem veritatis eorum quæ dicta sunt, est, quod ille qui respirat vel inspirat respirando non potest formare voces, sed potius oportet tenere spiritum sonantem in quo format voces. Er ideo diu loquentes dum respirant, oportet interrumpere voces: quia mouent per organa vocis locutionem dum retinent spiritum: & quia numero talium motuum formantur syllabæ & dictiones, propter hoc mensurantur diu, vel breui tempore, & incidunt in genus quantitatis: & quia singule formationes elementorum & syllabarum distinctæ sunt, nec aliquo modo continuantur, ideo sunt de numero discretorum & non continuorum: quia tamen continuo tempore mensurantur, ideo non sunt numerus: & quia sunt in motu, licet motus non sint, sicut superius ostendimus, & motus permanentiam in partibus non habent, ideo permanentiam in suis partibus nullam habent.

Et quia non fit vox nisi in aere respirato retento, manifestum est, quod hæc est etiam vna causa quare pisces sunt sine voce: non enim habent guttur de cuius compositione est canna radicata in pulmone. Partem autem hanc non habent: quia non indigent recipere aerem per respirationem. Propter quam autem causam sit hoc, alia ratio est quæ ad scientiam de natura animalium pertinet, & ibi explicabitur.

## CAPVT XXIII.

*Quare homo non bene odorat, sed bene tangit, & ideo prudens.*

DE odore autem & de olfactu minus bene determinabile est, quam de supra dictis sensibus: licet enim homo habeat ingenium per quod possit excitare odores, & conferre de differentiis eorum plus quam aliud animalium, tamen in organo odoratus non bene sentit odores: & ideo non est manifestum homini per sensum, quale quid sit odor, sicut manifestum est quale quid sit sonus, & quale quid color. Causa autem huius ad scientiam libri de animalibus pertinet: sed tamen propter doctrinæ bonitatem etiam hic aliquid dicitur.

Tex. & com.  
90.

Solutio pro-  
prie.

Tex. & com.  
91.

Tex. & com.  
92.

Dubium.

Ratio altera.

Imaginatio.



dicetur. Est enim causa huius, quod homo inter cetera animalia maius habet cerebrum, & maius caput proportionem sui corporis: cerebrum autem humidum & frigidum est: id autem quod connaturale est odori, siccum & calidum esse oportet. Quod autem cerebrum hominis sit frigidum & humidum respectu aliorum animalium, indicat longitudo dormitionis hominis: diutius enim & saepius dormit homo ceteris animalibus, ita quod quasi medicas vitæ hominis somno deputatur: & ideo non per accidens propter defluentiam rennata, ut quidam dicunt, homo male odorat, sed naturaliter ex ipsa cerebri quantitate & complexionem. Propter quod animalia sicca habentia cerebrum, sicut canes qui breues habent nasos, & vulvæ, & frigides, bene odorant. Causa igitur, quod odor non bene determinabilis est quale quid sit est: quia sensum odoratus habet homo incertior animalibus aliis & aliis sensibus, & habet cum aliis animalibus multis deteriore. Præter enim siue debilitate homo odorat, cuius signum est: quia differentias quas ad saporos non refert, non discernit in odore subtiliter, sed excellentias tantum percipit, quarum una est cum læticia quæ est redolens siue bene odorans: alia autem cum tristitia quæ est fetens, siue male odorans: medias autem non considerat differentias, sicut non existente sibi certo eo quo sicut agente sentimus in hoc sensu.

*Tex. & com.* Rationale autem est & sic esse homine odorantem, sicut sunt quedam animalia videntia: animalia enim aquatica duos oculos habentia, non sentiunt bene colores, & differentie colorum mediorum non sunt his manifesta valde, sed excellentias sentiunt, quæ cum terrore sunt & non terrore: quoniam excellentia visibilis cum terrore impunitur oculum, præcipue multum humidum humiditate aliena: quoniam hæc humiditas movetur & discursit in oculo, & foramina lucis vel albedinis intense receptiva diffundit & dilatat, & sic facit magnæ & monstruosæ quantitatem: & ideo cum terrore videt quod videt. Hanc autem humiditatem habent in oculis aquatica magnos & duos oculos habentia. Indicant autem id hoc quod accidit in homine: si enim homo indigesta humiditate in oculis discurrente post somnum subito candelæ lumen videat, videbitur lumen esse magnæ convectionis vel incendij, & terretur ad visum. Alia autem his opposita vident talia animalia sine terrore propter malitiam sui visus. Sic autem & hominum genus sentit odores quoad hoc quod non valde manifesta sunt sibi odorum mediæ differentie: sed tamen differentias quas in natura odorum non permanisse sentit, ingenio adiutus potius quam olfactu, secundum analogiam ad saporos gustus distinguit & accipit per similitudinem speciei saporum, cum speciebus illis quæ sunt odorum.

*Tex. & com.* Hoc enim modo inuatur optime in odorum differentis cognoscendis: quia gustus est quidam tactus, ut infra dicemus: tactum autem habet homo certissimum inter omnes sensus, & inter omnia animalia. In aliis enim

*D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.*

sensibus multum deficit ab aliis animalibus: secundum tactum autem multum differt in bonitate sensus ab aliis animalibus. Propter quod & homo prudentissimum est aliorum animalium: causa autem huius est: quia tangibiles qualitates mixtione sua complexionem faciunt, quæ complexio cum magis ab excellentis recedit, tunc medietati & æqualitati est vicinior: & ideo celo similior, in quo nulla est omnino contrarietas: & quia secundum merita materiarum dantur formæ, sicut dixit Plato, & unicuique complexionis propria responderet forma, ideo æqualiori complexionem debetur anima nobilissima, quæ est intellectiva secundum prudentiam dicto intellectu. Inter homines autem quicumque æqualiorem habent complexionem, habent eam in hoc quod magis recedunt ab excellentis: & ideo illi optimum habent intellectum, alias tactum, & aptiores sunt secundum industriam intellectus, ita forte quod tantum ad æqualitatem reduceretur complexio, quod videbuntur esse quidam dii terrestres, omnia quasi per se ipsos intelligentes: & hi omnes sunt molles & non laxæ carnis: quoniam mollicies provenit ex siccis bene commixto cum humido: & hoc est spirituosum subtile generans spiritus. Laxitas autem carnis provenit ex multo humido frigido: sed caro debet esse terminata temperamento calido, quod proportionaliter moveat spiritus, & non commisceat operationes suas, sicut facit superfluum calidum. Signum autem huius complexionis est tenuitas unguium & subtilitas capillorum: hæc enim indicant lucidos & subtiles esse spiritus cordis, qui ad cerebrum venientes optime deserunt virtutibus animalibus: & inde proveniunt sapientie & industrie: & quibus prudens & ingeniosus efficitur homo quantum est de natura, & ad actum prudentie venit, nisi per inertiam nature destruat aptitudinem. Hæc igitur est vera causa prudentie: & nunquam errantes dicunt esse bonitatem imaginationis: bonitas enim imaginandi ex frigida & sicca provenit complexionem: & hoc indicat vel facit industriam & ingenium. Hæc autem omnia dicta sunt, ut sciat, quod certificatione sunt ambæ differentie odorum cognite per saporum differentias, eo quod saporos melius scimus, cum gustus sit tactus quidam.

Ex dictis autem oportet accipere fallum esse vel dictum antiquorum quorundam dicentium, quod aranea cuncta animalia excelsit tactu: hoc enim dicentes non sufficienter crediderunt signo: videbant enim araneam sentire vermiculos tangentes fila sui retis ad magnam distantiam: & hoc ob bonitatem sensus tactus fore credebant. Quod pro certo minus verum est: nihil enim spissa pellis, & frigida complexionis, & viscosam habens humiditatem, præcellit in tactu, sed habet tactum quasi stupidum: cuius signum est: quia aranea etiam cum tangitur cum igne, lente & non cito sentit: & ideo perceptio vermiculorum tangentium recte est propter motum retis: quia continuum est: mota enim una parte continui movetur totum continuum.

*Tenuitas unguium & subtilitas capillorum sunt signa spiritus cordis sunt signa ingenium.*

*Errone opinari dicunt quod aranea excelsit tactu: hoc enim dicentes non sufficienter crediderunt signo: videbant enim araneam sentire vermiculos tangentes fila sui retis ad magnam distantiam.*



CAPVT XXIV.

Qualiter odorum differentia per analogiam ad differentias saporum accipiuntur.

Tex. & com. 97.

Determinantes igitur species odorum & per analogiam ad saporum rationabiliter determinabimus eas: quia odor sequela est saporis: frequenter, exopto nos solo, quia odor sicut est, & sapor humidus temperari & complexionalis. Unde sicut sapor alius est dulcis, & alius amarus: ita odor alius est dulcis, alius amarus: & plerumque est dulcis odor resolutus a dulci sapore, & ab amaro sapore plerumque resolutur amarus odor. Quædam proportionabiliter habent odorem & saporem: verbi gratia dulcem habens saporem, dulcem habet odorem. Alia autem non ita, sed contrariè habent saporum & odores. Et hoc conuenit per accidens: est enim aliquid dulcem habens saporem, quod cum exiccatur a calido aduere faciente ipsum euaporare odorem, accipit amarum odorem, & sic hoc multis modis: aliquando enim ipsum calidum complexionem terminando & digerendo humidum, facit dulcem saporem: & quia non potest terminare humidum nisi aliquid de terrestri comburatur, id est in eo quoddam respectum amarum: quod quia siccus & calidus est, vincit odorem spargendo aliud: & id est dulcem habens saporem, amarum habet odorem. Aliquando autem fit de conuerso, quod dulcem habens odorem, acetum habet saporem: hoc autem contingit ex caliditate inæqualiter terminante humidam complexionem: tunc enim in exterioribus ubi calidum a sole & calore loci sufficienter terminatur, & interioribus adhuc est in eo cruditas propter frigidum: & quia exterius calidus est, magis respicit odorem & est dulcis odor: quando tamen gustatur, propter multitudinem acridinis interioris videtur acere. His ergo ex causis & multis aliis non proportionales sunt odores saporibus. Sicut autem diximus de amaro & dulci saporibus & odoribus, ita est etiam acer sapor & odor, & acutus sapor & odor, & asperus, & pinguis. Acer autem gustatur a frigido expellente calidam: tunc enim remanent partes quædam intenses que acridinem faciunt: unde acredo est ex cruditate. Asperus autem est, qui procedit ex maiori caliditate quam acer. Acutus autem est ex caliditate omnino vincente. Pinguis autem ex caliditate terminante & digerente, sed magis conuertente quam conuincente: in illa enim vincit humiditas acra spumosa que facit pinguedinem. Hæc autem superficialiter dicta sunt: sed in lib. de sensu & sensato subtiliter dicentur.

Acceperunt autem odores nomina a saporibus: eo quod non multum in proprio genere per manifesti sunt odores, sicut per manifesti sunt saporum, secundum rerum saporosarum similitudinem: dulcis enim sapor est in

melle & in coto: & ab his est etiam dulcis odor. Alter autem sapor est in herba que dicitur rhytus, & in ea que dicitur opritus: & ab his est etiam alter odor, qui fere similis est saporibus & odori serpilli: in aliis autem plerumque similis est. Forte autem alicui videbitur sapor & odor inodorum herbarum magis esse acutus: sed ea que hic dicuntur, exempli gratia dicuntur. Similiter autem acutus sapor est in alio, & in illo similiter est acutus odor, cuius causa iam dicta est: quia sicut sapor sequela est complexionis sicca, vel humida, combusta, vel frigida: vel secundum alios modos, quibus calidum in complexionem vincere vel vinci potest. Sic generantur pepa-na vel obferica vel ophetica vel oppositis indigestionibus indigesta: & ex hoc constituuntur saporum. Sed odores sunt ex allatione taliter vel alio modo digesti vel crudi: & id est sicut saporum sequitur complexionem, ita odores sequuntur saporum. Ex hoc autem patet, quod in simplicibus corporibus que vere simplicia sunt, nec sapor nec odor esse potest: quia in eis sunt qualitates primæ non contrariæ: & id est per suas excellentias sunt in ipsis. In plantis autem præcipue sunt, eo quod in plantis præcipua sunt agentia qualitates primæ, cum non habeant nisi partem partis animæ. In animalibus autem non ita: quia ibi magis agitur ad operationes animæ: & id est non ita manifestantur in eis primarum qualitarum actiones elementales. Hæc autem plenius scientur in libro de vegetabilibus.

CAPVT XXV.

Qualiter odor se habet ad olfactum & ad medium, & utrum sit euaporatio fumalis.

Sicut esse diximus auctum comparatum ad suam sensibilem, sic est quilibet sensus se habens ad sui sensibilis primas differentias: auditus enim est audibilis & non audibilis, visus visibilis & non visibilis, & similiter etiam olfactus est odorabilis & non odorabilis. Non odorabile autem sicut inodabile dicitur tripliciter, scilicet quod impossibile est habere odorem, quod sentiat odoris præparatione, sicut simplicia: & dicitur non odorabile, quod paruum habet odorem vix comprehendibilem per bonum olfactum: & dicitur inodabile, quod habet odorem præuatum, aut quia fecundum est, aut quia contrarium est, sicut sunt odores quorundam venenorum & cadaverum corruptentium. His autem modis & ingustabile dicitur.

Similiter autem olfactus est per medium distans quod est aer vel aqua, sicut & duo sensus, de quibus iam supra determinatum est: aquatica enim animalia propter eandem causam videntur habere odoris sensum, sicut & animalium sanguinem habentia: in omnibus enim his vnum signum est, quod olfactum habeant: eo quod a longe currunt ad alimentum, cum non moueant nisi ab odore.

Propter

Tex. & com. 96.

Tex. & com. 97.

An odor sit fumalis euaporatio. Vide pro hoc Auerroem in præfati dictione. 10. 97.

Propter hoc etiam falsum est quod dicit Plato, quod scilicet odor sit fumalis euaporatio rei odorabilis: & hanc Platonis opinionem ponit & improbat Arist. in libro de sensu & sensato, & ibi etiam nos eandem improbamus vel improbabimus. Sed hoc mirandum est quod quidam antecessorum nostrorum dicunt Aristot. sentire, quod odor sit fumalis euaporatio, cum omnino Aristot. illud improbet: unde non est dubium illos Aristot. esse non intellexisse. Signum autem, quod odor non sit euaporatio fumalis, est quod fumus est quædam pars substantialis subtilis fumantis corporis resoluta ex ipso: propter quod fumans lenius efficitur quando multum fumauerit: materia enim generabilium maior extensio & raritas quam potest habere, est in forma ignis. Dicamus igitur, quod ex vno pugillo terræ sicut per rarefactionem mille pugilli ignis: eo quod corpus rarius maiorem habet quantitatem: pars autem que fumat & in fumum resoluatur ex aliquo odorifero, non est quantitas pugilli: nec fumus est ita attenuatus sicut substantia ignis. Diximus autem, quod sensata sphericè in circuitu generantur: diffunditur autem odor alienius in circuitu per quingentas leucas ad minus: cum autem a centro rei odoriferæ distet odor diffusus per quingentas leucas, tunc diametri sphericè odoris sunt mille leucarum in circuitu: & replet odor sphericè diffusus totum spatium illud: igitur esset fumalis euaporatio, oportet quod fumosa pars rareficeret spatium mille leucarum non lineariter, sed sphericè in longum latum & profundum: tanta autem materia non habet tantam extensionem, nec etiam sub forma ignis: ergo fumosa pars incomparabiliter rarior esset igne, quod est impossibile: falsum est igitur, quod odor sit fumalis euaporatio. Quod autem ad spatium aliquando extendatur, experimento constat: cade enim grandi facta in terra Græcorum, adueniunt ad cadavera vultures & tigrides ab odore tracti, qui nunquam ante in terra illa visi fuerant: & locis propinquior ubi antea fuerant visi, a loco cædis distabat spatium quingentarum leucarum. Aliud autem experimentum est, quod in aqua missa parua parte camphoræ, inficitur aqua multo longius quam camphora per fumum pulset extendi: sicut igitur diximus, quod omnes species sensibilis per esse spirituale & intentionale se multiplicant in medio, ita & odor. Et id est sine omni materia rei odorabilis diffunditur in medio, sola qualitas odoris. Si enim in summo diffunderetur, tunc materia veniret ad sensum, & non esset necessarium medium ad sensum, sed esset propter bene esse: & hoc nos supra improbamus: sensus enim secundum hoc non esset susceptivus speciei tantum, secundum quod est species, sed potius secundum hoc esse quod habet in materia: & hoc nos inferius omnino ostendimus fore falsum. Adhuc autem non esset sensibile per se inordinatum sensus, sed per aliud sui materie, quod omnino falsum est, sicut supra est probatum. Etiam hæc mouerunt, Aristot. ad hoc quod dixit odorem non esse fumalem euaporationem.

D. Ab. Mag. lib. 2. de anima.

Auicena autem sequens Platonem dicit odorem non sine euaporatione diffundi, & concedit medium sensus non esse necessarium ad hoc quod sit sensus secundum actum, sed ad bene esse ipsius: & ideo dicit, quod si aliquod sensibile coniungi posset sensui, secundum esse spirituale sine medio, tunc non exigeret medium: & tale dicit esse euaporationem: quia illa est spiritualis: & odor in ipsa est secundum esse spirituale. Ad experimenta autem dicit, quod per geometriam in scientia visus scitur, quod visus extenditur ad loca longiora quando exaltatur oculus videns: aues autem vultures, & tigrides aues, que sunt aquile varie, altissime super eminentias montium volant, & ideo longissime vident. Adhuc autem poterat esse, quod veni validi illic detulerunt odores cum euaporatione fumali. Signum autem ponitur eius quod dicit, quod pomum quod diu odoratur, per exactionem odoris lenius efficitur, & citius corrumpitur. Similiter autem, quod odores venenosi necant homines & animalia, quod minus facerent si sole & simplices essent qualitarum intentiones.

Quidam autem utriusque volentes satisfacere opinionibus, dicunt quod duplex est euaporatio: quædam spiritualis, & quædam materialis: & quod odor est euaporatio spiritualis & non materialis. Et isti ignorant dicta sua: quia si vocant spirituales euaporationem corpus rarum & tenue, sicut est aer: tunc omnis euaporatio spiritualis est. Si autem vocant euaporationem spirituales alterationem medij, que sit sola & simplici qualitate odoris, tunc non saluant Platonem, quod ipse negat hoc: & insuper improprie loquuntur, quia spiritus in physica corpus est subtile & æreum.

Et ideo nobis videtur Aristot. & Auerrofore consentiendum, non propter experimenta, sed propter rationes inductas, & quod Plato & Auicena in hac parte non bene dixerunt. Quod autem odores corrumpunt aliquando, hoc sine dubio est id est: quia ingrediuntur per poros occultos & aperti ad interiora animalium eum euaporatione corporis venenosi, & euaporatio illa confortat odorem: sed non ipsa tantum agit enim, sed potius medij alteratio que est a qualitate odoris simplicis. Quoniam autem euaporatio est spiritualis sicut & medium, ideo quando est in loco medij, & deservit ad instrumentum odorandi in odoratu: materia enim odoris non est fumalis euaporatio nisi in medio, & non in odoriferorum autem venit ad olfactum, non agit in ipsum per esse materiale, sed per esse intentionale quod habet in eo in quantum est medium, & non subiectum eius secundum esse materiale.

Auicena hinc & respon- siones eiusdem ad argumen- ta adducit.

Optimo adu- rum.

Optimo adu- prin.



## CAPVT XVI.

*Qualiter olfactus est in respirantibus, & non respirantibus.*

**EX** prædictis autem oritur dubium, utrum omnia olfacientia filiorum odorant omnes differentias quæ sub odore sunt: homo enim non odorat nisi spirans siue attrahens spiritum: & si quod non inspirat, sed aut expirat emittendo spiritum, aut retineat spiritum, non odorat, siue odorabile sit proprie, siue longè: si enim odorabile intra natum supra organum odoratus ponatur, tunc homo non odorat: medio enim indiget sensus, non propter bene esse sensus, sed omnino propter esse sensum secundum actum, sicut apud d. x. us: hoc enim omnibus sensibus commune est. Odorabile autem vocatur primum odorans, sicut corpus mixtum à quo resoluitur odor, non evaporationem ab ipso resolutam quæ iam habet formam & naturam mediæ in esse spiritali: & idè specie immutat sensum tangens organum intus: sed si non respirant, non sentiunt: nam sentire proprium est hominum: hoc autem manifestum est tentantibus in seipsis per experimenta. Dico autem proprium quod quidem convenit homini omni, sed non soli, sed aliis etiam animalibus spirantibus pluribus: causa autem huius est: quia organa sensus sunt duæ papule ad modum papularum, quæ sunt in maxillis in anteriori parte cerebri constitutæ: portæ directæ contra ossa triangularia nasi: & sunt cooperatæ pelle tenui, ne occasiones contingant eis ex aère attracto: nec habent motum ex se ipsius pelles illæ, sed vento inspiratæ exultante elevantur: & odores tunc simul cum aère venientes, immutant eas. Huius autem signum est quando strictissimum habentes nasum propter clausuram foraminum quæ per ossa triangularia ascendunt, aut non odorant omnino, aut valde parum odorant. Hoc autem in anatomia libri animalium scietur plenus.

**EX** autem animalia quæ sanguinem non habent, non respirant: èd quod frigida habent corda, & non indigent evocatione refrigerante: & idè quidam talia dixerunt habere alium sensum præter eos qui dicti sunt, quo participant odorem: hoc tamen impossibile est: quia olfactus est ille qui paritur ab odore: & idè siue fiat inspirando, siue non, semper vnus rationis est sensus secundum quod est potentia passiva à tali actione quod est odor: olfactus enim est sensus odorabilis & differentiarum odorabilis, quæ sunt ea quæ sunt boni odorem: & talia sentiunt & spirantia. Amplius autem non respirantia corumpuntur aliquando à malis odoribus, ut sulphure, & huiusmodi, ex quibus etiam corumpitur homo: Sulphur enim in lacunis proiectum, odore interficit pilces. Oportet igitur talia olfactum habere, sed non per modum quo habet ipsum homo: & animalia res-

pirantia: talibus enim occurrunt odores in medio sine attractione aëris. Et hoc est idè quia instrumenta odoratus discooperata sunt eis, ad quæ liberum habent ingressum per medium per quod est odoratus.

Videntur autem hic sensus prout est in hominibus & aliis respirantibus, ad eundem prout est in non respirantibus differre, sicut differre visus animalium habentium duros oculos, ad visum eorum quæ molles habent oculos. Molles enim oculos habentia, habent velamina quæ sunt lachrymalia, & palpebras inter oculos, quas aliquis non mouens, nec concutiens non videt. Animalia autem duros habentia oculos, & non velatos habent oculos, & mox vident sine impedimento quæ apparent in perspicuo secundum actum lucido. Et similiter organum olfactus quibusdam est non cooperatum, quæ scilicet non respirant: & idè occurrunt eis mox odores qui sunt in aère. Aliis autem quæ attrahunt spiritum, inest hoc instrumentum cooperatum, quod tamen discooperitur quando respirant attrahentia spiritum, èd quod tunc ampliantur venæ odoratus ex spiritu, & pori qui sunt foramina nasi, & eleuantur in spiritu velamina organorum olfactus. Et propter hoc quæcunque inspirando odorant, non odorant in aqua, licet aqua medium sit odoris sicut & aer: & hoc idè est: quia talia olfactum secundum actum non habent nisi quando inspirant: inspiratio autem in aqua esse non potest: & idè talia in aqua odorare est impossibile. Comparationem autem quam fecimus inter odoratum & visum, non fecimus nisi quoad similitudinem illam quæ est habere velamina, & non propter necessitatem vtriusque sensus, sed propter bene esse vtriusque. Non velatos enim habentia oculos, peius vident: & non velatum habentia olfactum, melius odorant: & huius causa est supra dicta. Sed homo præter odorare, & non discernit odores rerum nec odorabilia discernit per odores, sicut faciunt multa animalia alia, neque res eiusdem speciei individuales per odores discernunt, sicut canes qui discernunt vestigia vnus cerui à vestigiis alterius cerui, & inveniunt ceruum per modum odoris quod adheret vestigio. Et discernunt vestigia vnus hominis à vestigiis alterius hominis, sicut patet in canibus qui inveniunt fures. Hoc autem multo melius facerent non respirantia si essent ita disciplinabilia sicut canes. Pauca etiam aut nulla animalia sanguinem non habentia disciplinabilia sunt. Et horum omnium causam in libris animalium determinabimus. Est autem, sicut à principio diximus, odor sicci alicuius, sicut sapor est humidi complexionalis. Organum olfactus potentia est omnis odor, & actu nullus: quia aliter non omnes reciperet odores, sicut dictum est superius. Hæc igitur de olfactu superficialiter sint dicta. Adhuc enim de odore subtiliter tractabimus in lib. de sensu & sensato.

## CAPVT

## CAPVT XXVII.

*De gustu secundum quod est in medio secundum esse materiale ipsius.*

**G**ustum autem èd quod est potentia passiva sicut alios sensus per suum obiectum determinabimus. Dicamus igitur, quod gustabile quoddam est de numero tangibilium. Et hæc de causa non sit gustus gustabilis per medium corpus extrinsecum, sed extrinsecum, quod tamen est à gustante distinctum, ita quod non est actu pars eius, sed ducitur eo tanquam instrumento mediæ in quo percipiuntur saporis. Est autem huius corpus humor salivialis in ore & lingua. Cum enim gustabile sit tangibile, sicut tactus non potest esse medium per extrinsecum, ita nec gustus. Gustabile est autem corpus in quo est actu humiditas: èd quod gustabile est in humido sicut in propria materia & in medio: humidum autem èd numero tangibilium. Propter quod etiam gustus formaliter differre à tactu: quia humidum in gustu materiale tantum est, & sapor in eo est forma agens in gustum: & idè gustus non est speciei tactus, sed speciei quædam sensus sicut & tactus. Si enim gustus formaliter acceptus, pars esset tactus: tunc essent quinque sensus, sed quatuor quorum vnus haberet plures partes. Et idè cum dicitur gustus esse quidam tactus, intelligitur quidam tactus qui non simpliciter est tactus, sed quodammodo: quia scilicet id quod est materiale in gustu, est tangibile. Et quia humidum est propria materia saporis, in qua diffunditur, & est secundum esse materiale ipsius. Et idè si in aqua esse possemus, & permisceretur dulce aliquid cum aqua, non gustarem dulcedinem ab aqua separatam, sicut accipimus speciem coloris, sed potius gustarem dulce aquæ, permixtum simul in humido aquæ extraneum lingua tangente. Et idè tunc sensus dulcis non esset nobis tunc per aquam sicut per medium tarum: quia in eo quod est medium tantum, non est sensibile, nisi secundum esse spirituale & intentionale: dulce autem istud esset in humido aquæ sicut in materia cui corporaliter permiscetur: sicut gustamus etiam saporis in potu, quia in humido vini sunt, & cum humido gustu immutant, & non ab humido sicut à medio secundum esse intentionale accipiuntur. Color autem non sic videtur, quod miscetur medio secundum esse materiale: nec videtur sic, quod aliquid de partibus materialibus colorari desinat ad visum, sed sic, quod in medio videtur secundum esse intentionale tantum: & hoc est potius à medio accipere sensibile, quam in medio.

Et ut hoc melius intelligatur, oportet scire, quod gustus non accipit speciem saporis denudatam à corpore saporoso, sicut faciunt res sensus de quibus dictum est, sed accipit eam in defluxu partium corporis aporosi ad

D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.

ipsum: & idè hoc quod gustatur, non qualitas vel intentio est, sed corpus quod venit ad linguam: propter quod versus gustus quidam tactus est, & indiget medio intrinsecum quod est pars animalis. Est autem hoc medium non humor salivialis: èd quod ille humor non est pars animalis, sed potius lingue vel faucium extremitas, in qua diffusi sunt nervi gustarij. Humor autem salivialis est medium ad bene esse gustus, & non ad esse: quia partes corporis saporosi permixtæ humido salivali, subtiliantur, & fluidæ efficiuntur, ut possint penetrare per se ipsas ad gustum. Et ex hoc patet, quod odor non est formalis evaporatio: quia cum omnis fumus corpus sit: sed si odor non nisi in fumo peringeret ad olfactum, olfactus esset quidam tactus, sicut & gustus.

Si autem aliquis quaesierit qualiter gustus dividitur à tactu. Dicendum sicut prius: quoniam sapor in humido secundum actum tangit tantum humidum in quantum humidum: gustum in quantum gustus est, non immutat, sed potius lapidum, in quantum est lapidum: propter quod gustus in eo quod gustus iudicium saporis est: & sic à tactu discernitur, & non est pars quædam tactus. Et in hac sententia quædam tres concordant secundum Aristot. & Avic. & Auerroem.

Et sic dicendo patet, quod gustus nullum medium est extrinsecum: sed tamen sicut color est visibilis & proprie agit in sensum visum, sic sapor est gustabilis & per se agit in gustum, sed non agit & perficitur sensum saporis in gustu sine humiditate actuali, sicut diximus: sicut experiri potest cum salsum agit in gustum: illud enim non agit sine humiditate: quia salsum est bene liquidum, & tactu humido dissolvitur & liquefacit linguam, & commixtum incorporatur illi humido & agit in gustum, & non aliter.

## CAPVT XXVIII.

*Qualiter saporis differentia se habent ad gustum, & è converso.*

**S**icut autem visus est visibilis & inuisibilis: tenebra enim est inuisibilis, & visus iudicat tenebram, lucidum, & coloratum. Adhuc autem visus est inuisibilis quod est valde splendidum, quod non est ex se, sed ex impotentia visus dicitur inuisibile: & idè alio modo dicitur inuisibile quam tenebra. Similiter autem sicut auditus est sonus, & silentij quod dicitur inaudibile, & est magni & excellentis soni, qui etiam dicitur inaudibile, sed aliter quam silentium: dicitur enim inaudibile sicut valde splendidum dicitur inuisibile: sicut enim parvus sonus & debilis dicitur inaudibilis quodammodo, èd quod non mouet auditum: ita & magnus & violentus sonus est inaudibilis, èd quod corumpit auditum. Inuisibile enim & inaudibile dicitur multipliciter: aliud enim dicitur omnino inuisibile: à quo priuatur vniversaliter per se visus



sus: aliud autem dicitur inuisibile, quod etiam de se aptum natum sit videri, cum non habet visum, aut prauum habet & corruptum vel debilem: sicut & ingessibile dicitur illud quidem quod omnino priuatur gressu, aut quod non habet prout debet habere, sed habet debilem & prauum. Similiter quilibet sensus se habet ad sui sensibiles differentias. Unde etiam sic gustus est gustabilis & non gustabilis. Et non gustabile multipliciter dicitur, scilicet quod habet priuationem omnimodam ad gustum, sicut insipidum: aut quod habet paruam, aut prauam, & corruptam gustum. In omnibus autem his principium materiale saporum esse videtur potabile, & non potabile. Dico autem potabile quod est humidum non simplex, sed aliquid passum à sicco: hoc enim subiectum est saporum quos influere facit in gustum, sicut in potu est. Et importabile dicitur multipliciter sicut & non gustabile, tamen gustus est potabilis: & ita potabile facit, aut non gustum, aut debilem, aut prauum gustum: potabile autem est gustus secundum naturam. Potabile tamen & non potabile sunt communia tactus & gustus: sed simplex est tactus, & sic proprie vocatur humidum: non simplex autem sed aliquid passum à sicco, est gustus, & sic vocatur proprie potabile.

Tex. &amp; com. 106.

Et quoniam humidum sic potabile est gustabile, à quo passim accipit gustus, oportet quod organum quo sentimus, sit tale quod non sit humidum tali potabili actu, & quod non sit ipsum impossibile fieri à tali potabili humidum. Sic enim actu nullum saporem habebit, & potentia habebit omnes. Gustus enim cum sit passiva potentia, sicut & ceteri sensus, patitur aliquid & immutatur à gustabili secundum quod gustabile & non tangibile est. In tali autem passione necesse est, quod organum fiat humidum humido potabili: quia, sicut dictum est supra, saporosi partes non pertingunt ad organum gustus nisi fluentes commixtae humido potabili. Si autem in tali passione fiat humidum: & tunc oportet, quod fuerit tale, quod possibile fuerit fieri humidum, & tamen in se saluatum sit ab humido potabili: quia aliter non omne taliter agens potabile reciperet. Gustatiuum enim organum quo sentimus, non est actu essentialiter humidum, sed potius saluatum ab ipso. Huius autem signum est, quod duo impediunt sensum saporum in lingua: si enim sit multum sicca & quasi adusta, sicut est in febricitantibus febre acuta, non sentit lingua sapores. Adhuc si sit multum humida, lauantur ab ipsa sapores, sicut fit in his qui aqueam phlegma multum habent descendens in linguam, eod quod multum talem humorem in stomacho habent, non bene sentiunt sapores: quia omnia videntur eis insipida, sicut aqua, vel sicut albumen oui. In lingua enim, sicut diximus, tactus fit prima humidum quod subicitur saporibus. Hæc autem duo impedimenta percipimus: quia sicut quando aliquis gustat fortem saporem aliquis viscosi humidum, sicut mellis, & postea

gustat alterum, videbitur secundus impeditus per primum: & sic est qui multum humidum & superfluum habent in lingua, semper impediti sunt à discretione certa saporum. Secundum autem impedimentum est, sicut in infirmis laborantibus ex cholera aducente omnia amara esse videntur: eod quod talis sapor est in lingua eorum sicca & adusta. Ad hoc igitur quod bene gustet lingua, oportet ipsam esse saluatum à superflua humiditate, & non impossibilem ad humoris receptionem. Ex omnibus autem his patet Peripatericorum sententiam esse, quod medium in gustu extremitas est linguæ, tangens saporosa quæ sunt actu pars gustantis. Humidum autem saluale saluat in esse medium ad conuenienter tangendum id quod est medium in gustu: organum autem est nervus gustatiuus, qui diffunditur ex maxima parte super linguæ latitudinem, & in aliqua parte in superficie concaua faucium.

## CAPVT XXIX.

*De differentiis saporum secundum speciem, & qualiter se habent ad gustum.*

Licet autem in libro de sensu & sensato proprium est dicere de generatione saporum, tamen propter doctrinæ bonitatem aliquid hic dicemus. Dicimus autem, quod species saporum, sicut & in coloribus & in aliis sensibus, primæ quidem & extremæ sunt simplices & contrariæ, & hæc, dulce & amarum: consequentes autem & proximæ mediis quæ propinquiores sunt extremis, sunt pinguis qui proximus est dulci, & salis qui proximus est amaro: qui autem magis distans ab extremis versus medium per aquæ distantiam, sumptum, sunt sicut acer, & austerus, & ponticus, & acetosus, & acutus. Iste enim ferè videntur saporum omnes differentie, & est in eis magna diuersitas inter Auctores: quoniam in rei veritate Galenus & Auicenna volunt, quod causa saporum sit calidum & frigidum diuersimodè vincencia humidum à sicco passum: & si calidum & frigidum essent causa contrariorum & mediolorum saporum, tunc oportet, quod maxima contrarietas in saporibus oriretur à calido & frigido: & nos videmus, quod hoc non est verum: quia calidum & frigidum causant in diuersis saporum eundem: amarum enim causatur aliquando à calido terrestri combusto, & tunc causa eius est calidum: aliquando autem causatur à frigido, sicut in saporibus plantarum quæ cum pepanæ sunt, dulcescunt: illarum enim omnium fructus ut multum in principio est amarus. Et similiter licet dulce frequenter causetur à calido in humidum subtili bene admixto cum sicco subtili, tamen potest etiam causari aliquando à frigido, sicut in plantarum fructibus, quæ cum pepanæ sunt, sunt amari: illi enim à principio sunt dulces vel insipidi. Constat igitur, quod calidum

Tex. &amp; com. 105.

## CAPVT XXX.

*De tactu, utrum sit vnus an plures.*

De eo autem quod potest tangi & de tactu eadem ratio est, quæ dicta est de aliis sensibus, quoad hoc quod tactus virtus passiva est, quæ ad actum ducitur per species tangibilium qualitarum: & cum communicatio sit inter agens & patiens; si agentia in actu sunt plura genere, quorum nullum agit per aliud, oportet quod tactus sit plures virtutes; diuersas habentes communicantes ad diuersitatem generis agentium. Unde si tactus non est vnus, tunc necessarium est, quod ea quæ tanguntur, sint genere plura, & e converso, si ea quæ tanguntur, sint genere plura, necessarium est tactum plures virtutes esse. Adhuc autem habet dubitationem magnam, utrum tactus sit plures virtutes, aut non.

Tex. &amp; com. 106.

Adhuc autem habet dubitationem quid est quo ut instrumento & ut medio sentimus in tactu, & si aliquo ut medio sentimus in ipso: hoc enim multi negauerunt. Dubitatur enim mox sensibili occurrens; caro sit quo sicut instrumento sentimus: & in his quæ non habent carnem, sicut membrum simile carni, quo sentiunt aliam carnem & sanguinem non habentia; an non sit hoc organum quo sentimus, sed potius caro vel simile carni sit medium per quod redditur sensus, & organum sit aliud aliquid intrinsecus, quod est primum & principale quo sentimus in tactu. Hæc enim ambo habent dubitationem. Quod enim non sit vnus sensus, sed plures, videtur probari ex hoc quod, sicut sepe diximus, omnis sensus vnus, vnus contrarietatis esse videtur, sicut visus albi & nigri, auditus grauis & acuti in sonis; gustus autem amari & dulcis: in eo autem quod potest tangi, quod speciem suam generat in tactu, multæ insunt contrarietates, quarum nulla sentitur per alteram; sicut calidum & frigidum, & humidum & siccum, quarum neutra per alteram sentitur. Est autem talis grauis & leuis, quæ tactu sentimus, & per aliam aliquam contrarietatem. Et quidam ponunt durum & molle; asperum & lenè: sed hæc non sunt adeo prima sensibilia, sicut ea quæ dicta sunt, quia durum quod resistit tangenti, est aliquo modo siccum: & molle est quod cedit tangenti, & est aliquo modo humidum. Similiter autem asperum quod in pluribus partibus suæ superficie tangenti resistit, est aliquid siccum: sicut & lenè cuius partes in vnâ superficie confluentes, est aliquid huiusmodi. Sed primo enumeratarum contrarietatum nulla omnino sentitur per aliam. Est autem etiam tactus quorundam aliorum quæcumque sunt huiusmodi, quod agentia immutant ad speciem suam per tactum, & non per aliquam aliam priorem naturam sentiuntur: & talia sunt sicut dissolutio continuitatis in corpore, quæ est ex verberare, vel vulnerare, vel aliquo alio. Et sicut oppositum eius quod

Tex. &amp; com. 107.

dum & frigidum nec essentialiter nec generaliter causant contrarios & extraneos sapores. Et adhuc etiam hoc constat alia ratione: quoniam multa sunt calida complexionum hominis, quæ inter omnes est æqualior, quæ tamen non necessario sunt in se & simpliciter calida, vel etiam alij complexionum calida, sicut aliquid calidum homini frigidum est leoni qui calidior homine est. Et ideo si forte Galenus & Auicenna experimentis probant amarum vniversaliter operari calorem in homine, non est propter hoc probatum, quod amarum in se & simpliciter sit calidum, vel cuiuslibet sit calidum: Et si omnia hæc non curemus, tamen constat, quod agens de generatione sensibilibus causas dare debet, quæ sunt essentielles, ut forma quædam in illo sensibili de quo agit: & ideo secundum proprietatem istius sententiæ dicimus nos, quod extremi simplices sunt sapores, dulcis & amarus: & quia duplex est medium, scilicet per aquæ distantiam, & per vicinitatem ad vnium contrariorum sumptum, dicitur quod dulcis propinquior iuxta se habet salum: alij autem quinque sunt magis remoti: & videtur, quod omnes illi sint versus amarum, qui sunt acer, & acutus, & acetosus: & alij qui sunt austerus, qui idem vocatur stipricus, & ponticus, videntur esse magis versus dulcem. Isti autem medijs sunt causari ex diuersis viis quibus mouetur dulce in amarum, vel e converso: licet enim plura media habeant aliqua contraria, tamen non semper per illa omnia induentur quando sit motus de contrario in contrarium: quando enim mouetur album in nigrum, vel e converso, non semper prius venit in colorem extremum, sed aliquando in illum, aliquando in roropom, & aliquando in viridem, aliquando autem in croceum, secundum diuersitatem eius quod alteratur. Ita est etiam in saporibus, quod alteratio quæ est de dulci in amarum, aliquando est per pingue & ponticum, aliquando per acre & acutum, secundum diuersitatem naturæ eius, & sic quod alteratur: & cum in omni motu sint multa facta, sicut in physicis est determinatum, vbicumque timetur motus antequam sit in extremo simplici, ibi constituet medium compositum ex vtroque extremum: & hæc generatio mediolorum est propria & formalis, cum nos iam in tertio physicorum ostendimus, quod motus alterationis non est nisi forma post formam secundum continuum fluxum potentie ad actum. De numero autem saporum & cetera secundum speciem generatione dicemus in libro de sensu & sensato. Organum autem gustatiuum est potentia qualibet differentia saporis: & sapor qui est gustabilis, est illud quod facit gustum actu huiusmodi esse qualis est sapor.

Sententiæ  
Auctorum in  
com. 105.



est consolidatio continuitatis. Dissolutio enim non sentitur, nec ex calido, nec ex frigido, nec ex humido vel sicco; nec ex graui vel leui. Similiter autem est de consolidatione. Corruptio quidem complexionis sentitur ex aliqua primarum qualitatuum corruptente complexionem: sed dissolutio non est contraria complexionem, sed potius compositionem: & inter complexionem & compositionem superius distinximus. Tale autem sensibile tactus est etiam delectatio quæ est in ueneris: sed non ea quæ in potu & cibo: quia illa est calidi & sicci, prout humidi prout respondet fami: sed illa est frigidi & humidi prout respondet siti. Hæc autem omnia tangibilia plurimum generum sunt non subalternatim positum: & ideo uideretur passivum his actiuis respondens, plures esse sensus: & non vnus specie vel numero vel genere: non enim sufficit, quod hæc omnia in vno sint genere generalissimo: quia sic omnia sensibilia essent vnus sensus.

Tex. & com. 109.

Habet autem solutionem sophisticam ad hanc inductam dubitationem, eod quod aliquis forte instabit & dicit, quod probatio quam induxiuimus, quod omnis sensus vnus, vnus sit contrarietatis, sit falsa: quoniam etiam in aliis sensibus plures uidentur inesse contrarietates, sicut in uoce non solum est vna contrarietas quæ est acutio & grauitas, sed etiam magnitudo & paritas uocis, & lenitas & asperitas eius, & his similia contraria quæ circa uocem inueniri possunt. Sunt autem & circa colores huiusmodi plures differentie contrarie. Sed casualiter soluendi inductam dubitationem etiam concedamus plures contrarietates quas dicit, tamen omnes has esse uidebimus circa subiectum vnum commune, quod est primum genus earum: primum enim omnes sunt in uoce, & secundæ omnes in colore. In tangibilibus autem non inuenimus aliquod subiectum primum quod sit genus contrarietatum superius inductarum. Et ideo adhuc remanet dubium, utrum tactus sit sensus vnus vel plures. In dicitur etiam differentia non dicunt contraria ultima: quia ultima contraria in quolibet genere sunt simplicia, sed magnitudo & paritas, & lenitas & asperitas non sunt ultima in uoce, sed differentie sunt uocum mediarum, sicut in libro de sensu & sensato ostendimus. Similiter autem est de his quæ sunt in colore. Quod autem in sensibus tactus non sit genus vnum, patet: quia si consideramus ea secundum esse prout physicus ista considerat, tunc calidum frigidum & humidum & siccum sunt in qualitate, & leue, & graue quæ causantur à raro & denso, sunt in substantia, eod quod super substantiam non addunt nisi situm quendam qui est in partibus materiæ. Ostensum est igitur demonstratiue, quod sensus tactus est plures uirtutes tactus: & sic determinata est vna superius inductarum dubitationum.

Nota quomodo graue & leue sunt in substantia.

CAPVT XXXI.

Quare caro non est organum tactus.

Remanet autem querenda hæc questio, utrum hoc organum quo sentimus, in-  
 tus sit, an non? Quod autem organum tactuum exterius sit, & sit caro quæ mox occurrit tangibilibus, sicut quidam dixerunt, illud est signum quod inducunt ad hoc probandum, quod statim sit sensus secundum actum quando tangunt carnem tangibilia. Hæc fuit causa, quod dixerunt carnem esse organum tactus: uiderunt enim in aliis sensibus, quod non sit sensus secundum actum, nisi quando species sensibilis est in actu vel in sensu: & arguebant ex hoc quod cum sensus sit secundum actum, quod tunc habet speciem sensibilem in organo: sed tactus carnis ad tangibilia mox est sensus tactus secundum actum: mox igitur species tangibilis recepta est in organo tactus: caro igitur organum est, & non medium. Amplius autem prius tempore sensibile est in medio quam in organo: quoniam organum accipit quod redditur à medio, & medium accipit ab obiecto, sicut constat ex prædictis: si igitur medium esset caro, prius esset qualitas tangibilis in carne quam in organo, sed non est secundum actum sensus, nisi quando immutatum est organum: ergo qualitate sensibili existente in carne, non esset adhuc secundum actum sensus: & hoc nos experimur fore falsum. Et propter istas rationes magni uiri de Peripateticorum secta, dixerunt carnem ueruosam esse organum tangendi, Alexander scilicet & Themistius, & posterioris Auicena. Sed quia Aristoteli opinio his non concordat, dicimus nos nullum esse signum quod induxerunt ad probandum, quod caro mox sensibilibus occurrens sit organum sensus: cuius probatio est, quod si aliquis nunc circa carnem suam extenderit aliquid tenue, sicut pellem, vel membranam, & faciat sensum per tactum tangibilium similiter sicut prius, mox ut tetigerit tangibile, significabit se sensui: & non est qualitas tangibilis prius tempore in membrana vel pelle quam sentiatur in corpore: & tamen constat, quod membrana non est organum sensus. Si autem aliquis dicat, quod non est simile: quia membrana superinducta carni, & extranea, & caro est connaturalis & membrum animati corporis, dicemus quod est simile quantum ad hoc quod non intercidit aliquod tempus inter sentire & esse qualitatem sensibilem in pelle: sed in hoc est dissimile: quia caro eod quod naturalis est, certificat & demonstrat certius sensibile quam pellem, eod quod, sicut diximus, ipsa est pars sentientis. Signum igitur quod induxerunt, fallax est.

Tex. & com. 109.

Tex. & com. 110.

Caro autem ad tangibilia uideretur sic se habere, sicut si circulariter nobis aptatus esset aer sicut pars actualis animalis sentientis existens: tunc enim per vnam partem nostram uideremur sentire, & sonum, & odorem, & colorem: & ab unitate illius partis qua sentiremus.

strenuus, uideretur esse vnus quidam sensus auditus & uisus & olfactus: nunc autem quoniam determinatum & distinctum est à nobis medium per quod sentimus tria sensata inducta; quia determinata sunt organa ipsorum sensuum, ideo manifestum est, quod prædicti sensus plures sunt & non vnus. Medium autem forma conuictum nobis vel determinatum non facit sensum vnum vel plures, sed potius vna proportio passiuæ & actiuæ facit vnam, & plures proportionem faciunt plures. In tactu autem est hoc immanifestum & latens: eod quod medium in ipso non potest esse à nobis distinctum, cuius causa est, quod animata corpora sentientia omnia componuntur ex tangibilibus per essentiam corporis: & ideo oportuit, quod non per species suas carum, sed etiam per suas essentias corporibus animatis coningerentur in sensu: & ideo oportuit, quod actu pars esset animati medium per quod talia sentit. Nec potest esse simplex corpus ex quo componitur corpus animatum, tribus de causis. Quarum vna est, secundum hanc intentionem principalem: quia sicut diximus supra, medium nullam actu debet habere qualitatem illius sensui cuius est medium. Et hoc non potest nisi altero duorum modorum. Quorum vnus est, quod sit omnino priuatum, sicut absolum, & non coloratum ad sonum & colorem se habent. Alter autem est, quod sit temperamentum ad æqualitatem, & recesserit ab excellentiis qualitatum sensibilibus: & hoc oportet in tactu esse medium, eod quod sentiens potest omnino destitui qualitibus primis, cum ex illis componatur. Cum igitur istæ qualitates secundum excellentiam sint in simplicibus, simplex corpus non potuit esse medium ad eas, nec ex ipso potest fieri corpus animatum. Secunda ratio est: quia si esset ex his, non est susceptibile diuersitatis organorum, hoc autem requirit omnis anima terrena, ut supra diximus. Tertia uero ratio est: quia oportet aliquod firmum esse animatum corpus commixtum ex aqua maxime & terra, ut possint in eo fieri operationes uitæ & spiritus. Si enim foret simplex aerium vel aquicum, tunc omni corpori continuaretur quod tangeret ipsum. Si autem esset ex terra, tunc non haberet aptitudinem ad uitam propter frigus & siccitatem, quæ sunt: duæ qualitates mortificatiuæ. Relinquitur igitur animatum corpus esse mixtum ex aqua & terra, & ex aliis: & oportet ut medium sibi habeat coaptatum, ut undique tangat nocentia & conuenientia, & recedat à nocentibus, & conuenientibus per suam essentiam coniungatur necessarium ergo est, quod in eo quod potest tangere, & habet potentiam tactuam, sit aliquod corpus medium sic mixtum, per quod hinc omnes sensus tangendi: cum, sicut habitam est, sint plures: hoc autem est caro quæ mox occurrit tangentibus. Et etiam ideo quia nulla pars hominis vel alterius sentientis ita ad æqualitatem mediæ sit mixta sicut caro. Nervus enim & uena & alia non ita ad medium sunt temperata sicut caro: ideo non incon-

Tex. & com. 111.

Quare corpus animatum ex simplicibus corpore componitur non potest triplici de causa.

uenienter sunt media. Et si forte aliquis inferat ex hoc, quod tactus est vnus sensus ab unitate mediæ, non ualeat illatio: quoniam, sicut diximus, ab unitate mediæ non probatur vnus fore sensus, sed potius ab unitate organi passiuæ secundum rationem & proportionem ad suam agens.

Ex unitate mediæ non sequitur vnus potest. Tex. & com. 112.

Hoc autem quod demonstrat, quod tactus est plures & non vnus, est precipue tactus qui est in lingua: enim tactus omnia tangit que tangi possunt: & insuper tangit saporosa, sicut diximus, secundum eandem partem lingue in qua est tactus: & siquidem ita esset in toto corpore sensibili, quod etiam alia pars qualibet sentiret saporem cum tangibilibus, tunc uniuersaliter uideretur esse vnus numero & specie sensus gustus & tactus: & hoc idem uideretur si lingua esset animal. Nunc autem discernuntur tactus & gustus: eod quod non secundum quamlibet partem conuertuntur: quicquid enim gustat saporosum, secundum idem discernit tangibilia: sed non conuertuntur, quod quicquid sentit tangibilia, quod secundum id iudicat saporosum. Quæ autem subiecto separata sunt, essentialiter sunt diuersa: & ideo gustus & tactus essentialiter sunt diuersi sensus. Licet autem ipsi tactus subiecto non diuersificetur, tamen formaliter propter causam prius inductam necesse est tactus uirtutes diuersas esse.

CAPVT XXXII.

Utrum actus indigeat aliquo medio extrinseco.

His autem sic conuenienter demonstratis  
 queramus, an medium quod est in tactu actualis pars tangentiæ, immutetur semper per tactum corporis cuius accipit qualitates, an etiam indiget medio exteriori? Hoc enim uideretur scimus enim tactum in uirtutem habentia non habitare nisi in aere uel in aqua. Scimus etiam quod nihil tangit in aqua nisi secundum superficiem humidam uel humefactiuam esse: humidam autem uel humefactiuam habens superficiem, habet aliquid corporis humidi sibi in superficie adherentis. Sed omne corpus habet profunditatem: cum profunditas sit tertia magnitudo sicut dimensio corporis: ergo inter quolibet se tangentiæ in aqua intercidit medium profundum habens, in quo qualitas tangentiæ prius est quam in sensu tactus: & sic cum omnium habitantium in aquis ultima repleta & infusa sint aqua, omnia tangentiæ in aqua medio extrinseco uiuant in aqua per quod sit tactus ipsorum: eadem autem necessitate sequitur hoc in aere: quia aer etiam humidus est, & replet & infundit ultimam superficiem se tangentiæ. Fit igitur tactus non tantum per medium intrinsecum: Hoc autem est contra rationem tactus: quia illa se contingunt, quorum ultima sunt simul, non intercidente aliquo alio corpore. Sic igitur uerus tactus non potest esse habitantium

Tex. & com. 113.







xioni, quoniam caro sola est que influit & effluit per nutrimentum restaurata per totam vitam animalis. Et ideo dixit Galenus & Avicenna, quod dentes habent medium in tactu sicut & caro. Propter quod etiam membra mollia quorum complexio ad æqualitatem carnis non accedit, non sentiunt, hepar, & cerebrum, & huiusmodi: & si aliquando in eis sentitur dolor, hoc est in panniculis qui sunt circa substantias eorum. Tertio autem modo dicitur simile carni quod carni est committum, sicut nervi: non enim potest esse, quod nervi multum immixti carni non multum sunt similes carni, cum ex corde vel eodem trahant nutrimentum: cuius signum est: quia nervi in utroque sine extremitate ossibus, sicut nervi qui vocantur funes sine ligamentum ossium propter similitudinem quæ habent ad ossa, non sentiunt. Dicitur igitur nervos sensitivos in loco ubi sensum habent, non sentite si sine medio tanguntur à sensibili: & hoc est in loco ubi à cerebri anteriori parte oriuntur: illi enim complexione carnis non habent, sed potius cerebri unde oritur sensus. Alii autem ubi carni immixti sunt & medicari carnis vicini, sensum habent: quia illi sunt plus habentes rationem mediæ in tactu quam organi rationem.

*Nota qualiter hepar, cerebrum, & huiusmodi non sentiunt nisi dicitur panniculi innotuere.*

CAPVT XXXV.

Qualiter se habet tactus ad tangibilia.

*Tex. & com. 117.*

Nunc autem ea que tangi possunt que tangibilia vocamus differentie corporis physici secundum quod est corpus physicum: dico autem illas esse differentias tales quales eas qualitates que elementa ad invicem distinguunt & determinant, scilicet calidum, & frigidum, & humidum, & siccum, de quibus prius in secundo per geneseos diximus, ubi tractatum est de elementis. Id autem quo sentimus sicut organa in quo situs est sensus qui vocatur tactus, primo est potentia huiusmodi pars: post alterationem autem à sensibili facta est actus huiusmodi.

*Tex. & com. 118.*

Sentire est enim quoddam pati: & ideo faciens & agens sensum ad similitudinem sue speciei est actus, & patiens est potentia habens formam agentis: & cum oporteat omnes partes animati corporis esse mixta ex tangibilibus differentiis, necesse est, quod organum

& medium in tactu aliquo modo habeant istas qualitates, & secundum quod habet eas non suscipit eas: quia nihil suscipit id quod iam habet. Cum igitur habet eas ad æqualitatem mediæ rediætas: hoc modo non suscipit eas: & ideo nullus omnino tactus sentit qualitates sibi per omnia similes: sed tactus privatus est excellentia illarum qualitarum, ideoque in potentia est ad illas excellentias & illis immutatur à tangibilibus: & ideo tactus simile sibi calidum & frigidum & durum & molle & reliqua non sentit, sed excellentias tanquam ipse sensus existat in medietate quadam complexione inter sensibiles contrarietates; & ideo non discernit sensibilia tactus: quia medium neutrum est extremorum, & cum privatum sit, utroque modo potentia est utrumque: & ideo discretivum est ipsum: ad utrumque enim ipsorum comparatum est sicut alterum: quia medium comparatum extremo, est extremum etiam: cum extremo sit privatio que potest immutari ad sum oppositum hoc modo consideratum, id quo tangimus, potest immutari ad sensum ab extremorum utroque.

*Tex. & com. 119.*

Et oportet esse in tactu sicut & in visu. Id enim quo sentimus in visu album & nigrum, nec album nec nigrum est in actu, sed utramque potentia, & similiter est in omnibus aliis sensibus: & ita est in tactu, quod id quo sentimus, nec frigidum, nec calidum est excellenter, sed medium quod est in potentia utrumque & actus neutrum.

*Tex. & com. 120.*

Amplius autem sicut visibilis & invisibilis clar visus modo quodam diverso, sic facit in omnibus sensibus sicut determinatum est: ita etiam tangibilis & non tangibilis est tactus. Non tangibile autem dicitur multipliciter, quod scilicet habet parvam differentiam & minorem quam sensum mouere possit, sicut passus est aer, quia non sentitur tactu. Dicitur etiam non tangibile excellens quod corrumpit tactum, sicut ignis. Non tangibile autem quod nullam habet tactus differentiam, nullum omnino est corpus: quia, sicut diximus, tactus differentie corpora physica determinant: quia ex solis qualitatibus tactus corpus animatum constituitur: ideo sola illa per se corpori animato conveniunt, contrariantur: & ideo sensibilibus delectatio & sensibilibus tristitia non est nisi in tactu: in aliis autem sunt in quantum vicinias vel distantias tactus indicant delectationes. Hoc autem in libro de sensu & sensato certificabitur. Sic igitur dictum sit figuratiter, hoc est, superficies sensus de vnoquoque propriorum sensuum.

TRACTATUS IV.

De communibus sensuum.

CAPVT I.

Quod omnis sensus susceptivus est specierum sensibilium.

*Tex. & com. 121.*



OMNIVITER autem conveniuntia sensibus & de sensu communi dicendum est post hoc. Primum autem quod communiter convenit omni sensui secundum quod est sensus, est, quod omnis est in gradu illo apprehensionis quod accipit speciem sensibilium sine materia, materia tamen presente, sicut cetera accipit figuram sigilli solam, absque eo quod aliquid de materia sigilli consistat in in ceram, accipit figuram anuli sine sigilli aurei vel ferrei, sine auro vel ferro: & tamen accipit auream sine ferream figuram, hoc est, eam que secundum esse materiam fuerit, & est auri vel ferri & non alterius, nihil accipit tamen de auro & ferro: & similiter sensus accipit vniuscuiusque sensibilis speciem, colorem scilicet, & saporem, & sonum, patiturque ab huiusmodi sensibilibus speciebus, non in quantum vnaqueque sensibilium est vnumquodque sensibilium secundum esse materiale, sed in quantum vnumquodque illorum est in esse intentionali & secundum rationem, sicut prius in antecedentibus diximus. Videtur autem fortassis hoc de tactu & gustu non fore verum secundum prius determinata: quia diximus sensibilium eorum secundum esse materiale fieri in sentientibus. Sed ad hoc intelligendum est, quod nos vocamus hic sensum virtutem secundum in primo organo sensitivo sitam: illi enim à medio non reddunt nisi species sola sensibilis secundum quod vnaqueque virtutum sensibilium index quidam est differentiarum sensibilium que sibi obijciuntur: & hoc modo omni sensui convenit ipsum esse susceptivum sensibilium specierum, sine omni materia: & esse materialis, materia tamen presente.

*Tex. & com. 122.*

Id autem quod primum est quo sentimus, est id in quo sensibilium species sola sine materia potentia sunt primo, & post in actu, quando iam habet eas: & sequitur ex isto, quod primum sentiens cum est in actu, est tale quale quidem ipsum sensibile: sed alterum est esse eius hinc & inde secundum quod est in esse intentionali actus sensus, & secundum quod est in esse materiali magnitudo quædam, sive corpus subiectum sensibus: magnitudo enim materialis subiecta sensibus, D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.

*Nota quomodo tactus convenit hoc est receptus speciem sine materia.*

non est id quod sentitur secundum quod sensatum actus est sensus, sed quia esse sensitivum quod est esse intentionale. Similiter autem nec ipse sensus secundum actum factus est magnitudo: sed est ratio quædam intentionalis ipsius sensibilis & sensus habens talem intentionem in potentia sensibilis, quæ ipse est ipse: omnis enim potentia alicuius & ratio habet proportionem ad ipsum recipiendum: quæ proportio si solvatur, non erit amplius potentia: oportet enim potentias proximas per aliquid esse proximas, & præcipue potentias habituales, quæ sunt sicut esse primum harmoniam habentes ad actus secundos qui eliciuntur ex ipsis. Diximus autem superius, quod sensitivi primi perfectio est à generante & species sensibilium sunt in ipsis, sicut actus secundi harmonice: ergo potentia sensitiva proportionatur sensibili quod accipit.

*Tex. & com. 123.*

Et ideo ex illo manifestum est propter quod excellentia sensibilium corrumpunt sensum: quoniam excellentia excedunt harmoniam: & solvitur tunc proportio quoad sensibile comparatum ad organum sentiendi, sicut in symphonia quando harmonice extensa sunt chordæ, si quis fortius quam harmonia permittat, percusserit chordas, corrumpit harmoniam.

*Tex. & com. 124.*

Vicinius autem ex dictis manifestum est, quia plantæ non habent sensum: licet enim patiantur à tangibilibus que agunt actione materie & non tantum actione speciei, & licet habeant quandam partem animæ: tamen quia organa plantarum non sunt harmonice proportionata ad solas sensibilium species recipiendas, non possunt sentire plantæ: carent autem huiusmodi harmonia in organis, propterea quod terrestres sunt: & ideo actiones earum ab actionibus materialibus elevari non possunt, sed patiantur passione materiali, non formali, sicut diximus. Ideo dicentes plantas habere duos sensus, gustum scilicet & tactum, absque dubio errant: quia licet trahant nutrimentum & alterentur tangibilibus, tamen non indicant sapores, nec alterantur alteratione speciei tantum, sed alteratione materie. Hoc est igitur quod convenit sensui omni in quantum est sensus.



CAPVT II.

*Verum aliquid non habens sensum  
patiatur à sensibus.*

Tex. & com.  
125.

**D**abitur autem fortasse aliquis, si aliquid patiatur ab odore, hoc est, ab odoris simplici specie, quod impossibile est habere olfactum, aut à colore siue à coloris simplici specie, quod videre non potest. Similiter autem eadem ratio dubitationis est in aliis si enim quod est olfactus actuum ad actum est, odor, & relative dicuntur adinuicem proprium actuum & proprium passuum, tunc posito vno ponitur alterum, & destructo vno necesse est alterum destrui: igitur in quo est odor sicut in proprio passiuo, necesse est habere olfactum: sicut sequi videtur, quod nihil habens olfactum modo prædicto, patiatur ab odore. Eadem autem est ratio in aliis sensibus: quia sicut sepe diximus, non quilibet passiuus vel passibilis recipiunt actus actiuorum quorumlibet: sed actus sensibilibus recipiunt quedam passiuus secundum quod harmonice sunt sententia eorum.

Tex. & com.  
126.

Similiter autem hoc idem manifestum est etiam sicut lumen enim, tenebra, odor, sonus, & alia simplices species sensibiles secundum quod huiusmodi, nihil omnino agunt in corpora non habentia sensus actione speciei tantum: sed si agunt in ipsa, hoc est actione non speciei, sed materia: sicut quando dicitur, quod tonitruus scindit lignum, non agit ad scissuram ligni videlicet soni species simplex, sed potius aer per motum quo mouetur qui est causa sonandi. Et per causam eandem multum sonantia scindunt turres & muros: quia aer continuis vsque ad auditum mouetur: quoniam desert sonum, & cum est in muris, commouet muros: & ideo etiam acuti soni dentes ledunt commouendo eosdem. Licet autem ita sit de speciebus sensuum qui sunt per medium distans, tamen tangibilia & saporis videntur agere alterando in ea que nullum habent sensum & que sunt inanimata. Si enim illa dicerentur non agere que sunt inanimata, tunc non possunt aliqua inueniri à quibus inanimata & animata alterentur.

Tex. & com.  
127.

Si autem concedatur, quod à sensibus tactus & gustus patiuntur inanimata, quaeramus utrumne etiam à sensibus aliorum sensuum etiam patiuntur inanimata? Sed dicendum vsique, quod non omne passiuum est ab odore suo & colore, secundum quod sunt intentiones sensibiles: quia etiam media eorum patiuntur ab intentionibus sensibilibus, tamen media sunt indeterminata, & non manent in eis tanquam formæ permanentes ista intentiones: & ideo non verè & physice patiuntur ab eis, sed transeunt per ea ad sensus & feruntur per ea sicut aliquid patientia secundum quid & non simpliciter.

Sed tunc quaeritur: quia si odorare est etiam pati aliquid à specie, tunc vna ratione patitur medium, quod est corpus inanimatum, & sensus à specie sensibili: & tunc secundum eandem patiuntur & alterantur animata & inanimata. Cuius contrarium in lib. de cel. & mun. nos determinauimus. Et ad hoc dicimus, quod odorare non est absolute pati aliquid à sensibili percepto, sed potius odorare est sentire & iudicare odorem, quod est secunda sensus perfectio: & non est tantum pati, sed operari, aliquid: & hoc modo sensibile ad operationem sensus non agit in id quod est inanimatum. Est igitur ratio huius questionis solutio siue determinatio, quod sensibile dupliciter accipitur, formaliter scilicet, & materialiter, hoc est sensibile in eo quod est sensibile, & hoc est quod agit ad operationem sensus & secundum hoc non agit nisi in corpus animatum anima sensibili. Sic sensus & sensatum sunt correlatiua, quæ posita se ponunt, & perempta se perimunt. Si autem accipitur id quod est sensibile in quocumque sensu, tunc illud agit alterando etiam corpora non animata: & hoc modo sensus & sensatum correlationem adinuicem non habent: & hoc modo quæcumque alterant animata, alterant etiam inanimata.

Dubium.

Solutio.

*Odorare non est absolute à sensibili pati, sed odorare est sentire & iudicare odorem.*

*Nota quomodo sensus & sensibile sunt correlatiua & quomodo non.*

CAPVT III.

*In quo est probatio, quod non est sensus  
preter quinque per naturam  
mediorum.*

**Q**uoniam autem nullus est sensus proprius præter quinque, qui sunt visus, auditus, gustus, tactus, & olfactus, ex his que nunc dicemus, accipere potest aliquis fidem: si enim nos omnia sensibilia per medium nobis coniunctum & omnia sensibilia per medium distans sentimus istis quinque sensibus quos habemus, tunc nullus nobis debet deesse sensus: quoniam sensus non habetur nisi per sensibilem cognitionem, quæ per medium coniunctum vel per medium distans sentiuntur. Quod autem his quinque omnia talia sufficienter sentiantur, inducendo monstratur sic: in physicis enim ostensum est, quod omnis animalis cuius est aliquis sensus, ille est tactus, sed non conuertitur. Hunc autem sensum qui tactus dicitur, & est per medium coniunctum nobis, sufficienter habemus cum sint plures. Quod autem sufficienter tactum habeamus, patet: quia omnes differentias possibiles tangi per hos tactus quos habemus, sufficienter sentimus: si enim deesset nobis aliquis illorum sensuum deesset nobis etiam organum & medium illius sensus.

Tex. & com.  
128.

Quæcumque autem tangentes sentimus illa sunt sensibilia obiecta tactu: & illa habentes in sensu tactu contingimus. Similiter autem est de gustabilibus quæ sufficienter sentimus per exteriorem linguam tangentes. Igitur

Tex. & com.  
129.

Igitur non sunt plures sensus ad sentienda ea que tactu sentiri debent siue vniuersaliter, siue particulariter, secundum quod gustus est quidam: non ergo nobis deest aliquis illorum sensuum qui sunt per medium intrinsecum. Similiter autem probauimus, quod non deest nobis aliquis illorum qui sunt per medium extrinsecum: quæcumque enim sentimus per media & non ipsi tangentes, iam sentimus per sensum intentionaliter per distantias simplicium corporum, quæ sunt aer, & aqua, quæ sunt media triam sensuum: illa enim sic se habent, quod sunt mediantia distanter ad sensus: & ideo si plura sensibilia possent sentiri per organum vnum, tunc habens illud organum per quod sentiret sufficienter illa plura sensibilia, sufficienter haberet plures sensus: quoniam non deesset ei sensibilem cognitio: sicut si diceremus, quod organum sensitiuum esset ex aere, & quod aer est medium soni & coloris, ille qui haberet huius organum, sufficienter sentiret per organum vnum duo sensata differentia genere. Similiter autem si plura organa & media sunt eiusdem sensati, sicut aer, & aqua, quæ sunt media coloris in quantum lucida sunt, tunc habens illa plura organa, iterum sufficienter sentiret illud sensatum, & non deesset ei aliquis in sensibilem cognitione. Ex omnibus autem huiusmodi arguo, quod habens organa sufficienter omnia sensibilia sentientia per medium coniunctum & per medium remotum, non habet defectum alicuius sensus: animal autem habens quinque sensus, habet organa sufficienter omnia sensibilia tam per medium coniunctum quam per medium remotum accipientia: ergo non deest aliquis sensus habenti quinque sensus prædictos. Et hæc ratio est penes media sensuum accepta: medium enim ad omnem sensum essentialiter exigitur. Sed medium aut est coniunctum, aut distans. Et si coniunctum est, aut est per hoc medium quod est æqualitas inter sua sensibilia, aut priuatum eis omnino: medium autem quod est æqualitas, est in tactu, quoniam omnino non potest priuari tangibilibus, eo quod ex talibus consistit compositio essentialis animari corporis. Si autem est medium per priuationem sensibilibus coniunctum, tunc est gustus: ille enim est per coniunctum medium, eo quod ipse est quidam tactus, & suum medium priuatum est sensibili, eo quod ex illo non componitur sentiens, sed potius suum sensibile est indicans hoc quod est maxime conueniens compositioni essentiali, & hoc est sapor, qui ideo quod sequens est complexionis, indicat nutrimentum quo saluatur compositum animalium. Si autem est medium distans, non potest esse terminatum corpus: quia per illud non posset esse transitus sensibilibus: oportet igitur, quod sit peruium. Hoc autem est secundum duplicem naturam: aut enim est secundum eam quæ est à superiori corpore, & sic est medium visus, & hoc est in quatuor corporibus peruiis. Aut secundum naturam alicuius elementi in seipso, & hoc est dupliciter: aut enim est cum motu generante sen-

sibile ipsum, aut secundum generationem à solo sensibili factam. Et primo quidem modo est medium soni, & hoc est aer, quod ære quam aqua nobilior est, magis est in ære quam in aqua: quia licet humidior sit quam aqua, tamen propter spiritualitatem sui humidius calido sic minus contrariatur, quam aqua quæ incorporatum habet humidum: & ideo plus diffunduntur odores in ære quam in aqua. Est autem sciendum sensibilem per media sua non esse motum localem, sed potius, sicut diximus supra, sensibile formaliter generat intentionem suam in omni parte medij per circulum & spheram in circulo. Nec est vna numero intentio sensibilibus quælibet in parte medij, sed diuersa: sicut etiam superius diximus de soni generatione: & hoc magis est alteratio quam motus localis, non tamen verè est alteratio, ideo quod non res sed potius intentio rei est generata in medio, quæ intentio non est res separata vel rata in esse, sed potius ratio rei similitudo spiritualis.

Dubium.

Si autem aliquis obiciat, quod si motus localis non est intentionum sensibilibus in medio, quod tunc distantia non debet impedire sensum, & debemus æqualiter cito sentire remotum & propinquum. Adhuc autem si est alteratio, & omnis alteratio est cum transmutatione subiecti, & ita videtur media debere transmutari. Dicimus ad hoc, quoniam omnis virtus agens efficacior est in propinquum agere quam in remotum, sicut dicit Philosophus Alpeians: & ideo sensibilia in propinquo proportionatas suas generant formas, & non in remotis, quorum distantia extra posse esse generantis: & licet concedatur media secundum aliquid posse transmutari, non tamen simpliciter transmutantur, eo quod ista non res sunt, velut diximus, sed rerum intentiones quedam, & præcipue in in visum auditu autem sonus esse materiale habet in ære, & per reflexionem habet esse spirituale: odor autem habet intentionale esse in remota, & in propinquo aliquid habet de esse materiali. Gustabilia autem & tangibilia per materiam coniunguntur mediis: sed tamen medium non agit in organum nisi esse intentionale: & ideo videtur, quod sicut in aliis sensibus sensibilia ad medium se habent, ita in gustu & tactu se habent media ad sensum. Hæc igitur est ratio media sensuum probans, nullum in aliquo animali perfectissimo deesse sensum.

Solutio.



CAPVT II.

In quo probatur non esse nisi quinque sensus per naturam organorum.

INdicemus autem hic aliam rationem ex parte organorum sensus acceptam, dicentes quod organa quibus sentiunt animalia, non possunt esse commixta, nisi sic, quod sint ex duobus elementis mediis, quæ sunt aer, & aqua, dominantibus in eis, sicut pupilla cuius perfectio est visus, est ex aqua: & aer connaturalis est auri per quam est auditus: & olfactus etiam ex altero illorum est, quoniam in spirantibus fit per aerem, in aquaticis autem fit per aquam adducentem odorem. Similiter in animalibus non habentibus sanguinem & non spirantibus quæ in aere habitant, sicut sunt apes: fit enim in aere in quo eisdem odores occurrunt vel concurrunt, sicut superius est determinatum. Ignis autem per seipsum quidem nullus est: eo quod est consumens & interminans omne animatum: sed per proprietatem sui caloris incomplexionatus, tunc est in omnibus sensibus operatio eius: quia calor facit vigiliam & expandit spiritus animalium ad organa sensuum, & sic organa omnia soluit ad operationem, sicut frigiditas ad interiora propellens spiritus, immobilizat & stupefacit omnia organa sensuum, sicut in somno & vigilia terminabitur. Terra autem cum sit frigida & sicca, & ex utraque qualitate sit terminatum corpus, & non receptibile sensibilem, nec reddibile eorundem, sed potius hoc quod tardè recipit, fortiter in se ipsa tenet, non potest esse dominans in organo alicuius sensus, nec adiumentum præbere ad actus & operationes sensibiles. Quia verò organicum corpus terminatum & figuratum est, & non tenet nisi terra, ideo permixta aliis magis dominantur in tactu: quia in omnibus animalis magis terra dominantur propter soliditatem & firmitatem quæ debet esse secundum naturam in corporibus animalis: sed quod aliter distinctionem & figuras membrorum corpus animatum non retinet. Unde ex dictis relinquatur nullum organum esse in quo dominetur aliquod simplicium, nisi aer & aqua. Et huius signum est, quod si oculus pungatur, non egreditur ex ipso nisi aqua. Licet autem perspicuum quod est medium visus, sit plus in aere & igne & celo, quam in aqua: tamen illa non plus dominantur in visu: lux enim cali vel ignis si in oculo dominaretur, sicut dicit Plato & Calcidius, non adunarentur in oculo forma, sed potius diuarentur, sicut expressè apprehenditur in speculo luci opposito, in quo sunt nullæ apparent formæ, aut apparent valde obscuræ & confusæ: ideo sagax sollicitaque natura sapienter observauit oculum fouca, & lachryma, & supercilij, & humore nigro circa aciem oculi posito, ut forma adunata certius ostendat visibili-

bile, & luce vadique circumfusa non dinaretur visibile. Adhuc autem si ignis abundaret in oculo, rarus esset nimis ad tenendas formas, nec repræsentaret, sed traduceret organum autem tenere & repræsentare debet formas: oportuit igitur, quod fieret ex aqua frigida glaciati, quæ puritate sua & puritate & humiditate reciperet, & frigiditate & spissitudine teneret & repræsentaret. In auribus autem non est eadem causa: quia sonus est cum motu, sicut supra demonstratum est, & motus non potest esse permanens in spisso, sed in tenui, quod hoc est secundum aliquid leue & graue, sicut in lib. de ca. & mun. determinauimus. Hæc ergo causa est quare in organis hæc duo elementa dominantur & non alia. Quod autem diximus, odoratum fieri utroque illorum, non debet intelligi, quod organum ipsum habeat dominium utriusque illorum elementorum: quia organum olfactus in anteriori parte cerebri collocatur: & ideo oportet esse frigidum & humidum, non tamen fluidum, sed commixtum cum tetra sed actus odoratus fit per tactum aeris in quibusdam, & per tactum aquæ in quibusdam, sicut diximus.

Cum igitur organa sentiendi aliter componi non possint, nisi ex his quæ diximus, & animalia perfecta omnes habeant istas organorum perfectiones, animalia perfecta omnes habent sensus: omnes enim sensus habentur à perfectis animalibus & non ab imperfectis, sicut in tertio huius scientiæ libro ostendimus: natura enim solers & sollicita nihil negat necessariorum, & non dat superfluum aliquid: & hoc pependere possumus in hoc quod talpa dedit oculos & cooperuit eos pelle: quia illud animal cibum sub terra venatur, & ibi oculis non indigeret: autem est extra terram, & propter consuetam opacitatem terræ & tenebram sustinere lumen non posset, nisi oculos reclus pelle haberet: ob quod in loco oculorum exterius pilos non habet pellis eius, ut magis sit spissa.

CAPVT V.

In quo probatur, quod nullus deest sensus ab ipsis sensibilibus.

ADhuc autem & certiam inducimus rationem sumptam à sensibus, per quam nullum deest sensum animalibus perfectis ostendimus: hæc enim efficacior est ad probandum, quod numerus propriorum passionum ex numero propriorum actuum non conuenientissimè probatur. Non enim alterum aliquod corpus sensibile est & alia passio siue qualitas sensibilibus quæ nulli sensui est propria, quam illa quæ dicta sunt: ergo nullus deest animalibus perfectis sensus: nullum autem aliud sensibile est ab his quæ dicta sunt, sicut probabimus. Si enim esset aliud aliquod sensibile, sensus illius ab aliquo animali haberetur: sed animal perfectissimum est

Quomodo intelligitur sensum olfactus fieri per aquam & aerem.

Tex. & com. 131.

Qualiter natura cooperuit in talpa oculos pelle.

Tex. & com. 132.

CAPVT VI.

Quod sensorum omnium non potest esse aliquis sensus à predictis.

FORè autem aliquis dicit, quod organum sensibile proprium quo sentimus, est eorum sensibilem quæ supra vocamus sensata communia: & sic ille sensus qui est illius organi, erit sextus sensus primus, ita quod sensata communia sunt sibi propria. Sed si hoc esset verum, tunc sensata communia sentiremus vnoquoque seipsum secundum accidens & non essentialiter. Id quod sentimus per accidens, dicitur dupliciter, quorum vnum est quod accidit huic sensui in quantum est hoc, licet non accidat sensui in quantum est sensus, sicut nos visu sentimus dulce: hoc enim accidit visu in quantum committitur est sensui sensibile commensurabile, gustus tamen dulce non accidit sensui in quantum est sensus: quia tunc à nullo sensu perciperetur sine sententia. Aliud autem est quod accidit huic sensui in quantum est hic sensus, & etiam sensui in quantum est sensus, sicut dicitur, quod videmus filium Dionis: & de illo diximus supra, quod est sensatum per accidens. Primum ergo modo per accidens sentitur ab aliquo sensu hoc quod ab alio sensu sentitur per se. Si ergo sensata communia sentirentur ab aliquo proprio sensu per se, tunc alique dubio non sentirentur ab aliis nisi per accidens, ita quod forma eorum nullo modo depingeretur in sensu alio, sicut nec forma dulcis describitur in visu. Communia autem sunt quinque quæ supra diximus, quæ sunt motus, status, figura, magnitudo, numerus: & vnum tamen quod ad numerum reducitur: & si aliqua alia inueniantur quæ à pluribus sensibus essentialiter sentiantur, ad ista reducuntur, sicut situs qui est dimensio, & magnitudo quædam, & sicut propinquitas & remotio quæ sunt etiam reducta ad magnitudinem, & sicut asperitas & lenitas & rectum & curuum quæ videntur & tanguntur, quæ sub figura videntur collocari, & quæcumque alia talia possunt inueniri: & ideo Auicenna in suo sermo naturalium, similiter autem Auicenna & Hebraei plura quam quinque ponunt sensata. Quod autem omnia ista à quocumque predictorum quibusque sensuum essentialiter & non accidentaliter

est homo: ergo sensus illius haberetur ab homine. Nos autem videmus hominem non habere plurimum sensibilem sensus, quam qui dicti sunt: quoniam sensibilia iudicantur conuenientia & inconuenientia animalibus quorum sunt sensus. Iudicium autem conuenientis potest accipi per illud quod substantialiter conuenit, aut nocet, aut per signum illius. Et siquidem est de eo quod substantialiter conuenit, tunc oportet, quod sensibile innoscat per seipsum, & aliquid quod est pars animalis: quia ad hoc quod aliquid substantialiter conueniat, oportet ista duo concurrere, scilicet quod sui substantia sensibus per seipsum conueniat: quia species generata ab ipso, non constituit substantiam corpoream: & oportet ut substantia conueniat sentientis: & sic sensibile necesse est coniungi per substantiam sentientis: & ex hoc conueniunt esse tactus, & sufficienter habetur, quando omnia contragibilia nobis substantialiter per tactum sentimus. Si autem per signum innoscat, aut illud signum est propinquum, aut remotum aut medio modo se habens. Et siquidem est propinquum, tunc erit sequela conuentionis: & sic erit sapor per substantiam conuentionis gustui. Et si est medio modo se habens, tunc est odor, qui causatur à sapore. Si autem est remotum, tunc significat per ipsam rei formam, aut per illud quod est eius signum & non res ipsa, & sic est sonus.

Est autem numerum hunc aliter acciperet quoniam sensus est ad notitiam ordinarius, & ad cibum conuenientem, & ad substantiam: his enim tribus perficitur animal perfectum: substantia enim dat esse, cibum autem conseruationem in esse, disciplina autem est de perfectione anime præcipue humane. Si ergo sensibile sit magis disciplinabile, tunc erit aut ex ipsa rei forma deserviens inuentioni, & tunc est sensus visus: & ideo delectatio visus maxime signum est, quod homo naturaliter scire desiderat: aut est per signum intentionis rei, & sic est auditus deserviens doctrinæ. Quia autem omne quod quisquam scit, aut adiscens ab alio, aut inueniens per seipsum nonne, ideo isti duo modi sufficienter ad disciplinam. Si autem sensus sit magis ad cibum persequendum, cum cibus non sit nisi aliquid commixtum, oportet quod species sensibilibus sit alicuius commixti species: species igitur ista consequitur proximè mixturam, ita quod est proximus effectus eius, & sic est sapor: aut est effectus eius non proximus, & sic est odor qui saporem sequitur. Si autem est de his qui ordinant ad substantiam, tunc est species tangibilem.

Et ex his patet quare homines visum & auditum habentes optime disciplinabiles sunt: & si carent odorata, visu, & auditu, nunquam disciplinantur perfecte. Sunt tamen omnes sensus alio modo & secundum quid disciplinabiles: & ideo dicitur, quod destructio quolibet sensu perit scientia sensibilibus eius: & sunt aliquo modo iudicantes cibus: sed tunc aut iudicant per intentionem pure spirituales, aut medio modo se habentem. Et primo quidem modo iudicant

D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.



liter sentiantur, probatur per hoc, quod omnia hæc quæ sentimus, motu quodam qui est à sensibili in sensum sentimus. In illo autem motu forma sensibilis ut passio quædam efficitur in sensu: tali enim motu sentimus magnitudinem: & ideo magnitudo sensibilis in sensu efficitur: & quia magnitudinem sentimus motu, oportet quod etiam figuram sentiamus tali motu: quia figura magnitudo est quædam sic vel aliter terminata: & quia oppositorum est idem sensus essentialis, ideo quiescens sentimus in eo quod non movetur sine privatione motu: numerum autem sentimus negatione continui, & per numerum proprietates: iam autem probatum est, quod continuum quod est magnitudo quædam, essentialiter sentitur: & ideo oportet, quod eius privatio quæ est numerus, essentialiter sentitur: & universaliter dicatur quicquid sentitur motu qui sit à sensibili in sensum, & possit esse sensus, & sic perfecta ab agente sensibili à pluribus sensibus, illud sentitur essentialiter, cum talis motus sit factus per se sensibili forma: motus enim ille est forma post formam: quia quod à sensibili patitur per medium, hoc patitur à medio organum sensus: communia autem omnia tali motu sentiuntur à pluribus sensibus: nihil igitur eorum sentitur per accidens, sed unumquodque eorum sentitur essentialiter: & hoc non potest esse, sicut diximus, si sensata communia propria essent alicuius sensus particularis: quia unusquisque propriorum unum sentit tantum primo secundum naturam, sicut visus qui primo non accipit nisi colorem, & sub ipso colorum differentias: est enim visus primo coloris, & postea differentiarum coloris secundum quod probavimus in principiis physicorum, quod universale prius est particulari in sensu: similiter autem est in quolibet alio sensu.

Tex. & com. 134.

Cum igitur ista communia sint plura sub una universalis natura contenta, non erit ipsa alicuius sensus sensata propria. Si autem diceretur ab aliquo, quod esset propria alicuius sensus, tunc sequeretur, quod ab aliis sensibus propriis ista non comprehenderetur, nisi per accidens: & sic motus sentiretur per visum per accidens: quia ille motus sentiretur à visu sicut nec sentimus dulce per visum: hoc enim ita contingit, quia nos habemus utriusque, scilicet tam albi quam dulcis propriam sensum, secundum quod essentialiter & substantialiter utrumque cognoscimus, sed album visum, & dulce gustu: & ideo accidit nobis videre album quando iudicium gustus prius fuit de dulci in hoc albo: & ideo non videmus dulce in eo quod dulce, sed videmus hoc quod est dulce secundum materiam. Et si diceretur, quod non hoc modo videmus dulce per accidens quod scilicet accidit huic sensui in quantum est sensus hic, tunc oporteret, quod videremus ipsum per accidens omnino, ita quod accideret sensui in quantum est sensus, sicut videremus filium Dionis non in quantum est filius Dionis, sed in quantum est albus, cui accidit Dionis filium esse,

cuius formam nequaquam in visu describitur, sed ab alia altioris sensus comprehensione cuiusvisibili accipitur. Nos autem iam ante probavimus, quod nos habemus sensum communem à pluribus sensibus eorum quæ sunt sensata communia, non secundum accidens, sed per se: non igitur est de ipsis aliquis proprius, nequaquam sentiremus ipsa essentialiter à pluribus communiter, sed tantum secundum accidens, sicut sentitur filius Dionis: propria enim sensibilia sentiuntur proprii sensus ad invicem, ita quod unus sentit sensibile alterius, non quidem secundum quod ipsi sunt essentialiter distincti, & ad hoc sensibile vel ad aliud, sed potius secundum quod sensus plurium sensibilium est unus in subiecto, non in quantum sensus, sed potius secundum quod sensibilia plurium unum sunt in subiecto, sicut citrinum & amarum in cholera: tunc enim dicimus nos videre amarum, quando videmus citrinum: & non potest dici, quod si alterius proprium cuiuscumque duorum, visus scilicet vel gustus, quod dicat quod hæc duo unum sunt: quoniam hoc dicere est alicuius virtutis quæ comparat secundum divisionem & compositionem sensata plurium sensuum: & hoc non potest esse proprium alicuius eorum: quia quæcumque virtus comparat inter sensata plurium, oportet quod accipiat sensata plurium: & hoc non potest facere aliquis sensus proprius: & quia hoc non est proprium alicuius sensus particularis, ideo frequens sit deceptio circa hoc, cum supra ostenderit propriam sensum in sensibili proprio nullatenus decepti: deceptio enim est eius virtutis quæ componit & dividit inter sensata: quia sæpe cum accidit citrinum hoc ipsum putat esse amarum, & ita mel aliquando opinatur fore fel. Cuius autem potentia sit inter sensata componere & dividere, postea dicetur.

Tex. & com. 135.

Inquit autem aliquis, cuius causa natura dat nobis sensus plures, ita quod plura sensata sentimus, & non dat nobis natura unum solum sensum per quem omnia sensata sentiremus? Ad hoc dicendum est, quod hoc facit natura quatenus nos non lateant communia sensata quæ convenienter sentimus post sensata propria: illa enim nesciremus esse communia, si omnia propria sentiremus per unum & eundem sensum, quæ sunt motus, & magnitudo, & alia quæ supra dicta sunt. Si enim solus visus per quem sentiremus per omne sensatum, & visus esset alius & aliorum propriorum, tunc lateant magis communia esse communia quam modo faciunt: videntur enim omnia communia eadem esse cum propriis, ad quod non consequerentur nisi ad sensibilia eiusdem sensus, & videretur color esse magnitudo: nunc autem quia eadem communia etiam in altero sensu sentiuntur, facit manifestum esse, quod communia altera sunt à propriis: quicquid enim aliquando sequitur ad unum, aliquando ad alterum, diversum est ab utroque: & cū communia uniant in se propria, si communia non bene essent distincta à propriis, oportet quod totum iudicium sensibilium esset errore

ore implicitam, & nihil esset certum in iudicio sensibilium. Hæc igitur dicta sunt ad hoc quod non sit sextus aliquis sensus proprius præter quinque determinatos.

CAPVT VII.

Et est digressio declarans quinque vires anime sensibilis interiores.

Volentes autem inquirere de virtutibus anime sensibilis interioribus, propter faciliorem intellectum primo enumerabimus eas, & postea sigillatim exequemur de ipsis. Dicamus igitur, quod in omni natura quæ pluribus communis est, oportet esse unum fontem ex quo illa communitas oriatur: sensibilis autem cognitio est communicata quinque sensibus: & ideo oportet esse unum fontem ex quo omnis sensus oriatur, & ad quem omnis motus sensibilium referatur sicut ad ultimum finem: & hic fons vocatur sensus communis: qui quædam habet in quantum sensus est, & quædam habet in quantum sensus communis est: in quantum enim sensus est, habet quod recipit rerum species sine materia, & tamen præsentem materiam, quod proprium est omnis sensus. In quantum autem communis est, habet duo sine quibus sensibilis cognitio non perficitur, quorum unum est iudicium sensibilis operationis, sicut nos apprehendimus videre quando videmus, & audire quando audimus, & sic de aliis. Si enim hoc iudicium non esset in animalibus, non esset satis facile videre, & audire, & secundum alios sensus apprehendere. Secundum autem est comparare sensata diversorum sensuum per hoc quod inveniunt ea in uno communi sensato coniuncta vel distincta: hoc enim non potest facere aliquis sensus propriorum: quia comparatio inter plura est: & oportet comparantem plura simul habere apud se: & ideo sensus communis comparat sensata, dicendo citrinum esse dulce, & unum dulcius alio, per hoc quod ad ipsam referuntur omnium propriorum sensuum sensata. Hæc igitur cogunt ponere sensum communem.

Alia de virtutibus sensibilium communium in quantum sensus est, & alia quæ in quantum sunt talis sensus.

Sensus communis est duo conueniens.

Vires imaginatua referre habet species sensibilium.

Circa sensibiles formas in nobis tripliciter in genere cognitionem experimur.

Nos autem percipimus in nobis esse cognitionem sensibilium formarum etiam quando res non est præsens: & hæc cognitio est altioris abstractionis quam cognitio sensibilis, sicut superius determinauimus: scimus enim, quod altera est virtus quæ bene tenet, & altera est virtus quæ bene recipit: quoniam bene tenens perficitur sicco frigido & bene recipiens perficitur humido: & eam sensibilis bene recipiat & non tenet re absente, scimus sensibilium virtutem universaliter natura esse illam quæ tenet imagines rerum apud nos quando res ipsa non sunt præsentis.

Nos autem in nobis circa sensibiles formas triplicem experimur in genere cognitionem, quarum una est quæ est circa formas acceptas per sensum hoc modo quo sensata sunt: alia

autem quæ est circa intentiones quæ nunquam in sensum fuerunt, sed tamen à sensibilibus conditionibus non sunt separata: sicut esse conueniens vel inconueniens, & amicum vel inimicum, & esse filium & non filium, matrem & non matrem, sicut ovis nolsit filium, & illi & non alij porrigit vbera lactando, & fugit lupum ut inimicum, & canem sequitur ut custodem: & utraque istarum cognitionum est de his quæ sunt apud nos re non præsentis. Est autem & quædam tertia quæ agit tam in formis sensatis quam in intentionibus componendo & diuidendo quæ est quasi communis virtus, ad quam referuntur tam formæ sensatae quam intentiones elicite sicut sensata particularia ad sensum communem.

Resumamus igitur duo principia, per quæ distinguuntur vires istæ, dicentes, quod actuum quod est formale, non perficitur eodem quo perficitur passiuum quod est recipiens & tenens. Cum igitur quædam virtus sit quæ tenet & recipit formas prius sensatas, illa erit passiuæ perfectæ frigido sicco in complexione organi, cuius ipsa est actus. Cum autem in nobis experiamur esse cognitionem intentionum elicitarum ex sensibilibus formis, oportet esse aliquid quod elicit & agat illas intentiones: & illius erit quasi potentia actiua agens intentiones illas ex sensibus, cuius perfectio in complexione sui organi est calidam spirituale & formale valde refinatum: ergo formarum sensatarum vocantur Peripaterici imaginem, alias imaginationem: & quibusdam placuit, quod vocetur virtus formalis, eo quod tenet apud nos formas: actiuam autem & elicitiuum intentionum vocantur estimationem.

Quia vero etiam exprimitur apud nos iterum tenere intentiones elicitas sicut tenentur formæ sensatae: & non est ab eadem potentia tenere & agere, sicut dictum est, nec idem tenens est quod tenet formas sensatas & intentiones elicitas ex eis, eo quod abior gradus abstractionis est intentio quam forma, sicut supra diximus, ideo coacti sunt inuenire virtutem animæ quæ tenet intentiones elicitas ab estimatiua virtute: & hanc vocantur memoriam. Adhuc autem nos experimur nos uti componendo & diuidendo tam formis quam intentionibus, facimus enim hominem cum duobus capitibus, & aliquid compositum ex multiplici forma sensata, & componimus hæc cum intentionibus quæ elicitas habemus apud nos: & oportet, quod faciens illud sit aliquid commune ad quod tam formæ quam intentiones referuntur sicut ad quoddam commune: & hoc vocantur phantasia, quæ existens inter memoriam in qua sunt intentiones, & imaginatiuam in qua sunt formæ acceptæ per sensum, virtus utriusque componendo & diuidendo: & hæc operatur in somnis, sicut & in vigilia. Phantasia autem ab apparitione dicta est: quoniam illa est maior cognitio quam habeat anima sensibilis, & est ultimum virtutis eius, & hæc à valgo in hominibus vocatur cogitatiua: cum tamen proprie cogitare rationis sit proprium. Hæc

Nota est eiusdem virtutis tenere & agere.

Phantasia operatur in somno & in vigilia & à valgo cogitatiua in hominibus nuncupatur.



autem phantasia plurimum confert eius recordationi quod oblitum est per hæc quod mouet intentiones ad formas, & formas ad intentionem: per hoc enim venit in simile aliquid eius quod prius scitum fuit, & per illud venit in oblitum, sicut nos in libro de memoria & reminiscencia ostendimus. Hæc etiam est illa quæ intellectuaia assimilât corporaliibus. Intellectuales enim diuisiones vnus in multa assimilât diuisioni arboris in multis ramis, sicut id quod facimus in arbore Porphyrij de diuisione prædicabilium, & reuolutione quâ facit ipse intellectus posterioris in primis, assimilât scalis, sicut est id quod tradidit Pythagoras de scala aurea. Secundum congruentiam autem operum Peripatetici tradiderunt istis viribus suam: omnes enim organicas esse tradiderunt, eò quod sunt circa particularia tantum: omnis enim forma particularis in materia aliqua est: quoniam forma sine omni materia accepta est vniuersalis, circa quam operatur intellectus: sicut enim vniuersum in anteriori parte cerebri posuerunt in loco vbi concurrunt nervi sensitiui quinque sensuum sicut in quodam centro, qui locus medullosus est & humidus, post quem locum est durities maior ex frigidityte cerebri proueniens: & illum dixerunt thesaurum formatum in quo retinentur formæ & immobilitantur, quæ thesaurus imaginatiua vel formalis vocatur. In prima autem parte mediæ cellæ cerebri vel cellula: quæ calida est ex motu multi spiritus ad ipsam posuerunt assimilatiua quæ elicitua & actiua est intentionum. Thesaurum autem eius referunt intentiones, qui memoria vocatur, in posteriori parte cerebri posuerunt, qui locus est siccus propter nervos motiuos, qui oriuntur ab ipso. Cuius signum est: quia læsa illa parte perditur vel læditur memoria in omnibus animalibus: phantasia autem quæ conuenit se tam super intentiones quam super formas, posuerunt in medio mediæ cellæ tanquam centrum inter imaginatiua & memoriã. Huius signum est: quia læsa mediã cella non habetur ab aliquo animali ordinatum regimen vitæ, eò quod non potest vni sensatis formis & intentionibus secundum quod oportet: & tunc efficiuntur animalia furiosa & rabida. Hæc igitur sunt quæ prælibare volumus de istis virtutibus, & modo prolixius determinabimus de vnoquoque istorum & primo de sensu communi.

CAPVT VIII.

De eo quod sensu communi nos sentimus videre & audire & secundum alios operari.

136. Dicamus igitur, quod quia nos sentimus, quia videmus quando videmus & sentimus, oportet quod virtus qua hoc sentimus, sit aliqua virtus animæ sensibilis. Quæramus igitur, vtrum visus sit illa virtus qua videmus nos videre, aut altera à

Nota hic de operationibus virtutis etiam, vnde dicitur, quod anima com. 8. et 20. et 2. de anima. 5. et super hoc de forma et virtute.

visu? Similiter autem quæritur de virtute qua sentimus nos audire & olfacere, & sic de aliis vtrum fiat hoc per sensum proprium cuius est operatio illa, aut per aliquam aliam virtutem? Si autem detur, quod sensus quo sentimus nos videre quando videmus, sit aliter à visu, tunc oportet quod ille sensus sit visus, eò quod illo videmus nos videre: & oportet quod ille etiam sit coloris qui subiicitur visui: quia non videmus nos videre, nisi per hoc quod videmus nos in visu speciem coloris habere: & qui videt speciem coloris in visu, videt colorem: & ex hoc sequitur, quod duo sensus eiusdem sint subiecti sine obiecti, scilicet visus, & ille quo videmus nos videre, quod est impossibile: quia non multiplicatur proprium patiens ex eiusdem speciei agente. Si autem daretur, quod est idem visus quo videmus colorem, & quo videmus nos videre colorem, tunc visus erit simpliciter sicut obiecti: & cum obiectum sit agens, sensus patiens, sequeretur eundem sensum esse agens & patiens, quod iterum est impossibile. Si autem propter hoc iterum diceretur, quod esset sensus alter, tunc quæramus de illo altero, vtrum videat se videre, an non? Et si non, tunc cognitio sui sensibilis est incerta comprehensio: quoniam quando videt, non comprehendit se videre: tunc eadem ratione alio sensu videt se videre sicut & in principio: & tunc iterum de illo quæretur, & procedet hoc in infinitum: aut oportet dicere, quod ille alius sit simpliciter iudex: cum autem eodem sensu videat se videre, & videat visibile: & hoc in principio dicendum fieri, eo quod natura nunquam abundat superfluis, sed explet opera sua per necessitatem: ergo relinquitur, quod eodem sensu videamus visibilia. Et videamus nos videre.

Hoc tamen adhuc dubitationem habet: constat enim ex præmissis, quod nihil est videre secundum actum nisi visu sentire colorem secundum actum: quoniam nos supra probauimus, quod species obiecti quando est in sensu, perficit ipsum secunda perfectione quæ est agere: oportet igitur, vt videtur, ex hoc sequi, quod videns se videre, nihil aliud sit nisi videns colorem, aut visum habere colorem: & ita primum videns quo videmus nos videre, habebit colorem sicut & pupilla: primum autem videns dicimus quod influit oculo visum: illo enim videmus nos videre, sicut diximus supra. Si autem hoc detur, tunc sequitur, quod quando videmus nos videre quod videre sit color vel coloratum, quod est valde inopinabile. 137.

Dicamus igitur soluentes hanc questionem, quod manifestum est, quod non omnino est vnum & vno modo dictum sentire per visum. Et huius signum quidem est: quia etiam quando videmus res exteriores, non videmus vno modo: nec vno modo iudicamus per visum discernendo tenebras & lumen: & similiter possumus dicere, quod visus sit diuersorum sicut colorati est aut obiecti, & est operationis aliter quam obiecti: & tunc non sequitur, quod videtur sit aliquid

inferius in sequenti capitulo redibimus subtilius de eadem disceptantes.

CAPVT IX.

Qualiter sensuum sensibilis idem in actu sunt & diuersa in esse, & qualiter correlatiua.

139. Hic autem iam dictum est, quod sensus secundum actum & sensibile secundum actum sunt simul & idem in actu, & diuersa in esse. Hoc autem sic probatur: omnibus enim motus qui est exiens de potentia ad actum, & similiter omnis actio secundum quod est actio ab agente in patiens, & similiter passio qua abicitur aliquid ab eo in quod agitur & quod mouetur, sunt in eo quod agitur sicut patitur secundum rem, sicut ostendimus in physicis: quia autem omnis sensus patitur ab obiecto, sicut auditus à sono, oportet necessario sonum secundum actum in quo est sonus, primo secundum potentiam inesse: actus enim omnis est in eo quod de potentia exiit in actum, & hoc est patiens & motum: actus enim & motus actus sit in patente generaliter, & non conuersos & ideo non generaliter est verum, quod omne mouens mouetur: non enim est verum nisi in physicis, quorum materia est vnica per contrarietatem mouens & mota, sicut determinatum est in physicis, & in libro peripateticos. In aliis autem inuenitur aliquid agens non actum, & aliquid mouens non motum, sicut est in spiritualibus, in quibus sensibile est mouens & non motum, & medium mouens motum, & sensus motum & non mouens. Cum igitur sic est, tunc oportet necessario, quod sonantis actus qui est sonatio, sit in potente sonare: & hoc est solidum planum cum aere sibi coniuncto: similiter autem potentia habens sonum est sensus auditus: actus ergo soni sit etiam in auditu: igitur sonantis & auditus est idem actus secundum esse differens secundum quod est in diuersis potentia sonum habentibus, fortiter nominata diuersa. Quando enim est in potentia sonante, tunc vocatur sonatio: & quando est in potentia audiente, tunc vocatur auditio. Dicitur enim sonus dupliciter, secundum actum & potentiam, sicut & dupliciter dicitur auditus, secundum actum & potentiam.

Eadem autem omnino ratio est & in aliis sensibus & sensibilibus: sicut enim actio est aliquo modo in agente, & aliquo modo in patiente: quia est in agente secundum quod per ipsam denominatur quando dicitur agens, & secundum quod ipse potens est agere quando est in orio, & exit in actualiter agere quando agit post otium. In patente autem est ipsa forma quæ influitur ab agente. Similiter est de sensibili & sciencie: quando enim sensibile non agit in sensum, tunc est quasi in orio, habens tamen formam qua perfectum est ad agere: quando autem actu agit in sensum, tunc est actus sciens in ipso à quo

quid coloratum vel color. Amplius autem soluentes inductam dubitationem aliquantulum possumus aliquo modo concedere conclusionem, quod scilicet videre videtur secundum actum sit tanquam coloratum, licet non sic simpliciter sit coloratum. Id enim quo sentimus, est susceptiuum sensibilis formæ, & informatur ea, sed suscipit eam sine materia, vt supra diximus. Cuius signum est: quia etiam ab euentibus sensibilibus rebus à potentia sentientium, adhuc influit sensus, id est, formæ sensibiles & phantasia, quibus sensibiliter operantur animalia quando imaginantur & rememorantur, sicut supra diximus: actus enim sine perfectio rei quæ sentitur, & sensus secundum actum factus est vnus: quia vna forma perfecta est virtusque: sed alterum est esse eius in sensibili, & alterum in sensu: quia esse spirituale & intentionale habet in sensu, materiale autem & naturale habet in re sensata. Hoc autem dico de sensu & sensibili secundum actum acceptis, vt quando accipitur sonus secundum actum, & auditus secundum actum: tunc enim in vniuersa formæ actus sunt sonans & auditus: quæ forma est sonus alterum esse habens in sonante, & alterum in auditu. Contingit enim aliquando, quod id quod habet auditum, non audit secundum actum: & contingit, quod id quod habet sonum in potentia, non sonat secundum actum: & tunc non sunt in vniuersa formæ actus audiens & sonans. Cum autem id quod possibile est audire, operetur & actu aliter audiat: & cum id quod potest sonare actu, aliter sonat: tunc secundum actum audiens, & secundum actum sonans sunt simul in vna forma secundum actum: sed prout est in audiente vocatur auditio, & prout est in sonante vocatur sonatio, propter diuersum esse quod habet in auditu & sonante; sicut diximus: & similiter est de visu & ceteris sensibus. Sicut igitur auditio est soni quædam perfectio secundum auditum, ita visio est coloris aliquo modo: propter quod videns se videre, iudex est eius quod est circa coloris actum in visu. Est igitur determinatio questionis huius totius, quod videmus nos videre, & sentimus nos audire, & secundum quemlibet sensum operari sensu communi, qui aliquo modo est idem cum particulari, & aliquo modo diuersus. Sunt omnes sensus vnus in forma virtutis sensitivæ, quæ sonus est virtutum sensuum particularium: & ipsi particulares sensus sunt sicut riuus ex communi fonte derivati: & hoc sensu communi est iudicium circa particulares actiones quæ sunt sensuum particularium: & hoc modo reflectitur virtus sensitiva super se, quando iudicat de seipsa: sensus enim communis qui formalis est, reflectitur super particularem iudicando sensibilibus de actione & operatione eius. Et hoc modo nihil prohibet quando idem sit actum & passiuum: agere enim quoddam est iudicare & comparare componendo & diuidendo, & hoc est communis sensus, qui est formalis: recipere autem & habere formas sensibiles est pati, & hoc est sensuum particularium. Nos tamen ad hanc questionem

Tex. & com. 137.

Tex. & com. 138.

Tex. & com. 139.

Tex. & com. 140.



à quo denominatur & est eadem forma profluens ab ipso: & est in sensu qui potentia habuit eam, non sicut mutatio de actione in actum, sed potius sicut in patiente quod recipit formam agentis: & sic actiui & passivi est idem actus. Potentis enim agere & potentis actione agentis recipere idem actus est; diuersus secundum esse potentialiter agentis & potentialiter patientis. Sed in quibusdam sensibus secundum diuersum esse habet duo nomina, in quibusdam secundum alterum est innominatum, sicut diximus de potentia audiente & potentia sonante, quod actus vnus est auditio, & actus alterius sonatio. In visu autem actus potentie videns dicitur visio: ille autem qui est eius quod de otio exit in actum, quando ut actiuum perficit visum, quæ est actio coloris, non est nominata nisi per circumlocutionem exprimitur, dicendo quod est actio coloris in visum secundum actum factum. Similiter autem in potentia gustante actio gustus vel gustatio vocatur saporis autem actio innominata est.

Tex. & com. 141.

Quoniam autem sic vnus est actus sensibilis & sensitiui, quando vtrumque secundum actum est, necesse est tunc ea sic dicta simul corrumpi & saluari: quia sic correlatiua sunt quæ posita se ponant, & preempta se peritunt: & sic simul sunt & corrumpuntur auditio & sonus, & gustatio & saporis actio, & sic de aliis. Quando autem vtrumque secundum potentiam dicitur, & non secundum actum, tunc non sunt correlatiua: & tunc non necessarium est quod simul corrumpantur & saluentur.

Tex. & com. 142.

Sed antiqui physiologi non bene dicebant, quando opinati sunt sensibile & sensus quocumque modo accepta esse correlatiua, dicentes nihil esse album vel nigrum, nisi quando est visus de ipso: & nihil esse saporem, nisi prout est in gustu, & sic de aliis sensibilibus. Hoc enim vno modo recte dicebatur, & alio modo non recte: sensibili enim & sensu dictis dupliciter, his quidem secundum potentiam, illis vero secundum actum, de secundum actum dictis recte dixerunt antiqui, de dictis autem secundum potentiam, non recte dicebant. Peccant igitur in hoc quod simpliciter sine distinctione correlatiua dixerunt ea quæ non simpliciter & sine distinctione correlatiua dicuntur.

Tex. & com. 143.

Ex isto autem vterius eligitur, quia excellentia quedam corrumpunt sensum. Est enim vox & sonus prout mouent sensum, symphonia quedam & consonantia siue proportio & temperatio agentis ad patientem: vox autem siue sonus sunt quodammodo vnus & idem, sicut diximus, tunc oportet, quod etiam auditus sit symphonia quedam & proportio ad eundem actum ad quem proportionatur sonans: & quia excellens plus mouet quam mobilis sit sensus, ideo excellenter acutum & graue corrumpunt auditum, & similiter excellentia saporum corrumpunt gustum, & in coloribus siue visibilibus excellenter fulgidum siue excellenter opacum corrumpunt visum: & hoc de fulgido constat. Opacum autem etiam corrumpit, licet non ita cito sicut

fulgidum: cuius signum est, quod in carceribus tenebrosis diu inclusi, lumen non possunt respicere quando egrediuntur ad lumen. Causa autem est: quia spiritus visiuus qui in nervo optico fluit ab oculis, aueritur, & repellitur per tenebras: & quia spiritus calidus est, cum aueritur, tunc frigiditas obdurat porum oculi, & excæcatur oculus. Similiter autem excellentia odorum corrumpunt olfactum: eò quod sensus in compositione organi ratio quedam contempe rancia & proportionis est: & ideo ipsa sensibilia sunt dicta sensui, quando parua adducuntur ad sensum sine excellentiis: & quando mixta sunt proportionabiliter, sicut acutum proportionatum, & dulce salitum: proportionabiliter, enim ista ad sensum ducta, & delectabilia sunt: eò quod organum quasi mediam est sensibilibus secundum proportionem medij compositum. Vniuersaliter autem symphonia & consonantia siue proportio, magis est mixta quam acutum & graue excellentia. Similiter autem & tactus est medium in frigidabile & calefactibile proportionatur: sensus enim semper est proportio & temperatio: ab excellentiis autem trahitur & corrumpitur.

Propter quod in carcere ob scuro clausi, si in lucem prodeant, lumen non possunt aspicere.

CAPVT X.

De probatione sensus communis per hoc quod componit & diuidit inter sensata diuersorum sensuum.

Sed nunc volentes redire ad inquirendum subtiliter de sensu communi, præmittimus ea quæ determinanda sunt, quod vnusquisque sensus proprius est sibi subiecti sensibilis, qui sensus sicut in organo est in eo quo organice sentiunt animalia secundum quod sentiunt secundum actum: & ille sensus discernit sibi subiecti sensibilis differentias, sicut dicimus album quidem & nigrum esse visus, dulce vero & amarum dicimus esse gustus: similiter autem se hoc habet in aliis.

Tex. & com. 144.

Quoniam autem non solum sic sentiunt sensibilia, sed etiam sentiunt, quia differunt vel conueniunt album & dulce, sic de vnoquoque sensibilibus: in omnibus enim ponimus conuenientias & differentias comparando & componendo & diuidendo sensata diuersorum sensuum, necesse est vnoquoque sensu hoc faciamus. Non enim alia virtute superiori quæ non sit sensus, hoc facere possumus. Quia omne iudicium quod est circa sensibilia, re sensibili præsentate est iudicium sensus. Iudicium autem quo dicimus album esse dulce, vel non esse album dulce, est circa sensibilia & sensibiliter: & ideo virtus cuius est hoc iudicium, necessarium est sensus. Hoc autem iudicium non possumus facere aliquo sensibilibus propriorum. Si enim aliquo fieri posset, tunc videretur hoc debere fieri per tactum, quia tactus plures est, sicut superius diximus.

Tex. & com. 145.

Sive

Tex. & com. 146.

Sive autem caro siue aliud dicatur esse instrumentum tactus, manifestum est, quod illud instrumentum tactus non est vltimum ad quod referuntur sensibilia diuersorum sensuum: si enim sic esset, tunc oportet, quod quando discernens discernit album esse vel non esse dulce, tangeret substantia album & dulce: quia supra ostendimus, quod tactus non discernit aliquod sensibile, nisi tactu substantiali tangibilis: hoc autem videmus fore falsum: quia album esse vel non esse dulce discernimus non tangentes ipsum. Nec potest dici, quod duobus sensibus fiat iudicium illud: quia in separatis per organa & per formas virtutibus non contingit discernere album esse vel non esse dulce: sed oportet vna quadam virtute vtramque manifestam esse, quæ dicit album esse vel non esse dulce, & alterum esse dulce ab albo. Si enim duo sensus hoc dicerent, hoc esset simile ei quod ego sentirem album & tu dulce: per hoc autem neuter nostrum sciret dare conuenientiam vel differentiam inter album & dulce. Duo enim sensus particulares forma & subiecto differunt: quia subiecta eorum sunt duo organa: & forma sunt sicut visus & auditus: sicut duo homines differunt suis formis & suis subiectis, & non est quod vnendo vel diuidendo comparer vnus alteri: quod tamen necessarium est, quando dicitur album alterum vel idem esse dulce. Oportet igitur, quod alicui vni manifestum sit: quoniam altera vel eadem adiunxerunt sunt album & dulce: oportet igitur, quod vnus numero sit quod ponit alteritatem vel identitatem inter ea: & dicat, quoniam altera vel eadem sunt, & quodammodo altera vel eadem: quoniam eadem sunt aliquando subiecto, & altera formis sensibilibus. Id ergo quod dicit sic iudicando de albo & dolci, est idem: & sicut dicit vnus solum iudicium quod est alteritas vel identitas duorum sensibilium, ita oportet, quod sit in intellectu non componente vel diuidente duo sensata, qui habeat aliquo modo vtrumque. Patet igitur ex dictis, quod non est possibile iudicare separata sensibilia separatis sensibus particularibus: sed oportet, quod vnico communi sensu fiat. Ex isto autem sequitur & quod adhiberetur est ei quod non sit iudicium illud in separato tempore: sicut enim idem est quod dicit alterum esse bonum vel malum vel album & dulce, ita etiam idem momentum est quando dicit sic iudicando. Quæcumque enim componuntur vel diuiduntur vel comparantur, hoc patet, quia in eodem momento sunt composita vel diuisa secundum rem. Iudicium autem est secundum quod res est. Oportet igitur, quod iudicium sit in eodem momento: & non ita quod prius sentiat vnum & iudicet de illo, & postea alterum & tunc de illo ponat iudicium. Est igitur idem & in eodem momento iudicans, quoniam alterum & alterum bonum & malum, vel album & dulce, quando ipsa secundum rem altera sunt. Nec volo dicere, quod idem sit momentum secundum accidens: scilicet quod est idem continuum tempus quod habet partes priores & poste-

riores: hoc enim non est idem nisi per accidens, scilicet quia adiacemus vni motui continuo: sed volo dicere, quod in vno indivisibili momento ponitur alteritas inter duo quando altera sunt, vel identitas quando eadem sunt. Est enim alteritas & identitas relatio quæ est simul in indivisibili momento duorum secundum rem. Et iudicium animæ ad rem refertur. Intendit ergo in vno momento facere iudicium. Dico igitur alterum esse bonum a malo, vel album a dolci, vt nunc dico enim, quoniam vnus alterum est ab alio: & non dico, quod alterum sit vnum in quo est alteritas vnus ad alterum, & alterum in quo est alteritas reliqui ad istud. Sed potius anima dicit sic altera & in eodem puncto dicit ea altera esse: igitur vtrumque ad alterum simul est. Oportet igitur, quod dicens illud sit vnica & indivisibilis virtus, & dicat iudicium in vno & indivisibili tempore, istud autem quod dictum est, verum est de intellectu & phantasia & sensu communi & de omni potentia animæ componente & diuidente & comparante diuersa.

CAPVT XI.

In quo declaratur qualiter sensus communis est vnus & indivisibilis & qualiter diuersus.

At vero obiicit forte aliquis, quod ea quæ dicta sunt, esse vera non possunt: quia idem numero in vno indivisibili tempore non potest simul moveri contrariis motibus: constat autem, quod iudicans de sensibus oportet moveri ab ipsis sensibus: iudicans igitur de albo & dolci, vel de albo & nigro, quoniam eadem vel altera sunt, oportet quod simul moueatur motu forme vtrumque: hoc autem impossibile videtur: si enim dulce sit, hoc est, secundum proprietatem forme suæ mouit sensum & intelligentiam, amarum mouebit vtroque modo vel motu contrario, & album & iterum mouet secundum aliam formationis autem diuersitas oritur a formatione contrarietate: & sic idem numero & indivisibile mouetur in tempore indivisibili moribus contrariarum formarum, quod est impossibile. Et licet hoc vno verbo solueret possumus dicentes, quod forme non habent contrarietatem nisi prout sunt in materia, per esse materiale: & intentiones contrariorum in anima acceptæ non sunt contrariæ, & ideo in eodem esse possunt: tamen quia intendimus ad plenum declarare qualiter sensus communis vnus & non vnus sit, aliter solui-mus inductam dubitationem: & primo volumus dare solutionem ad hominem, postea autem solutionem veram quæ demonstrat veritatem nature sensus communis. Dicimus igitur primo, quod sensus communis est quoddam in se separatum, & indivisibile est iudicium eius, & in tempore indivisibili secundum suum subiectum: esse autem suum est diuisum & separatum: contingit igitur di-

Tex. & com. 147.



ceræ, quod quoddammodo inseparatum & indivisibile sentit diversa & separata: & contingit dicere, quod diuisum & separatum quodammodo, alio modo est illud quod sentit diuisa & separata: dicitur enim, quod nullius sensibilis iudicium perficitur in organo proprii sensus, qui recipit illud sensibile, sed omnes particulares acui qui ad organa propriorum sensuum dirigitur, & concaui sunt ut in eis disceratur spiritus qui est vehiculum virtutis sensitivæ; dirigitur ad anteriorem cerebri partem, quæ medietas quadam est, & symphoniacè composita ad omnia sensata propria, & nullam habet sensum potentem omnes suscipere, & ibi est ad organum sensus communis: & ab illius unitate sentit illis virtus quæ est sensus proprii, eod quod est finis sensuum, est vna loco & subiecto, sed pluralitate formarum particularium sensuum est plures. Omnes enim proprii sensus emanant ex ipso.

Ter. & com. 148.

Et dicemus tunc soluentes inductam dubitationem, quod non est inconueniens, quod id quod est vno modo vnum & alio modo plura, sentiat diuersa & contraria. Ista autem solutio licet impediatur obiectionem quoad hominem, non tamen soluit inductam dubitationem quoad materiam sensus communis. Idem enim subiecto & indivisibile est potentia habens contraria: & si intelligatur diuisum per subiectum, adhuc potentia habet contraria: & ideo contraria potentia inest ei quod diuisum subiecto, & ei quod est diuisum: sed esse eius quod actu habet contraria, non potest esse diuisum subiecto, sed oportet, quod diuisum subiecto sit. Contraria enim actu non possunt in subiecto eodem esse: & ideo in eo quod agit aliquid per formas contrariorum, oportet quod sit diuisum: igitur impossibile est album & nigrum esse simul in eodem subiecto: ergo non potest aliquid pati per receptionem speciei eorum actu vnum & indivisibile subiecto: sed secundum prius habitam solutionem sic se habent sensus communis & intelligentia, quoniam vel quando habent speciem contrariorum & diuersorum: dictam est enim, quod sunt vnum subiecto, & plures secundum formas derivatas ab ipsis: non ergo conueniens fuit dicta solutio. Conuertemus ergo sermonem & dicemus, quoniam sensus communis est sicut terminus sensuum particularium: & quia terminus est forma, apprehensio enim diuersorum sensorum est ad hoc finaliter ut discernatur conuenientia & differentia quæ est inter ea: & quia terminus talis & finis est forma, ideo dicemus sensum communem essentialiter & formaliter vnum & indivisibile esse, & per subiecta particularia ad quæ dirigitur virtus eius, esse plures.

Ter. & com. 149.

Et modo quo mathematici quidam dicunt punctum in circulo quo dicitur esse centrum vnum in substantia & forma, non inquantum duo sunt, quia sic in se indivisibile est & non ex diuersis compositum: & hoc modo non discernit nisi vnum, quod est medium circuli. Per hoc autem quod ipsum sub-

stantialiter est medium circuli, est ipsum principium æqualitatis linearum protractarum ab iplo ad circumferentiam. Sic vno & vnum & multa discernuntur. Oportet enim vnum esse per substantiam & formam per quod iudicatur in omnibus æqualitas, & oportet ipsum esse plura per hoc quod est plurimum quibus sua medietas dat æqualitatem: & sic diuiditur quodammodo per attributionem & influentiam, & non per substantiam & formam, quoniam substantia vna est: & forma medietas quæ est causa æqualitatis, vna est: secundum tamen quod diuiditur, non vnum est: quia & sic bis virtus eodem signo: hoc enim modo significat diuisionem diametri in puncto quod est centrum: & est attribuens vni semidiametro æqualitatem per hoc quod est eius principium: & æqualitatem attribuit alteri per hoc quod est eius finis, & inquantum sic vno termino vs duobus virtutibus iudicatur enim duo, quia iudex est æqualitatis duarum semidiametrorum, & sic separata sunt, ut quodam separato iudicata. Inquantum verò est vnum in forma & substantia mediationis, sit iudicium vnius & multorum vni totum vno quoddam & simul. Vnius enim totius circulationis iudicium est vnum centrum, & multarum linearum æqualium est iudicium per vnicam centri mediationem: eod quod illa causa vniuersalis est omnis æqualitatis, quæ est in lineis ab eodem centro ad circumferentiam protractis. Sic omni eodem modo dicimus sensum communem formaliter principium omnium sensuum particularium, & esse formam à qua est influentia in omnibus propriis sensibilibus, & esse vnum in substantia & forma sensibilitatis, sed distinctum per hoc quod insit particularibus organis particulares sensus, & prout dirigit sensum hunc vel illi proprio organo: & sic iudicium diuersorum sensibilibus per hoc quod dicit esse ea altera vel eadem adiuicem, est per vnum in forma & substantia & per diuersa, per hoc quod illud vnum aliquid attribuitur diuersis, & influentiam habet super diuersa: & hoc non dicitur diuersum nisi per hoc quod est diuersorum, simpliciter tamen vnum & indivisum est.

CAPVT XII

Et est digressio declarans qualiter sensus communis est medietas omnium sensuum.

Foritan autem obiecit aliquis contra ea quæ dicta sunt, dicens quod omne mouens formaliter est ad id quod mouetur ab ipso: mouet autem sensus proprius communem eodem modo quo ipse mouetur à sensibili: non enim esset iudicium sensorum propriorum in sensu communi dicente ea altera esse vel eadem, nisi ad ipsum transirent à sensu proprio cui prius occurrunt. Videtur igitur sensus communis esse materialior quam proprius. Omne enim recipiens recipit secundum potentiam materia-

lem,

lem, sicut in antehabitis sæpe determinatum est, oportet autem, quod sensus communis recipiat eadem quibus dicitur & iudicatur recipit autem eadem receptione: videtur igitur materialior esse quam sensus proprius qui prima recipit receptione. Adhuc autem si sensus communis omnium propriorum sensuum recipit sensata, & nihil recipitur nisi quod habet aliquam communicantiam eum recepto, sicut visus qui non recipit nisi colorem propter communicantiam quam habet cum ipso, & non receptionem, eod quod nullam habet comparationem communicantiam & proportionem ad sonum: tunc videtur sensus communis esse compositum quid ex omnibus harmoniis sensuum propriorum: est ergo materialior, quia compositior cum omni sensu particulari: & sic videtur iterum non esse vera prius inducta solutio. Non enim potest dici, quod sensus communis sit communis per modum prædicati communiter de omni sensu proprio: quia & sic esset sensus communis aliquid de ratione sensus proprii, nec polleret diffinitio sensus proprii, nisi in diffinitione sua poneretur sensus communis, sicut hominis diffinitio in se habet animal, quod est prædicatum commune de homine: hoc autem non est verum, sicut per se patet cullibet.


Solutio.

Propter hoc dicimus ad hoc & his similia omnia, quod sensus communis est vna numero forma quæ est vniuersalis non ut prædicabile: sed sicut causa formaliter præbens ea quæ oriuntur ex ipsa: sicut architectonica præbet formam domus. Sicut enim à principio diximus, anima est super naturam totam corporis: & ideo imprimis & insit in totam naturam corporis suas impressiones & tuas vires, absque eod quod imprimatur sibi aliquid à natura: & ideo natura non agit in naturam, nisi etiam agatur & patitur ab ea. Omne enim mouens physice, mouetur, eod quod in ordine vnum physicum non supponitur alteri physico: sed anima cum sit incorporea, agit in naturam, & non patitur ab ipsa natura, sicut etiam diximus supra: & ideo primum agens quod est virtus anime, non auget nec alteratur augmento: & similiter est in omnibus sicut de primo digerente. Similiter autem primum sentiens non quidem in tempore sed natura, hoc est in quo prius saluatur tota virtus sensitiva, est sensus communis qui est origo sensuum propriorum, ita quod ab ipso deriuantur sensus proprii, ita quod non e conuerso constituitur ab eis, nec aliquid sui esse habet ab eis. Et quod dicitur, quod sensus proprii mouent ipsum, falsum est omnino: oportet enim, quod sensibile proprium spiritualius & simplicius fiat in sensu communi quam in proprio: & hanc maiorem simplicitatem non dat ei sensus proprius, sed potius communis. In ipso enim est spiritus lucidus, qui est vehiculum & instrumentum ipsius: & illo prout est instrumentum sensus

Maiorem simplicitatem quæ habet obiectum sensus communis, non habet à sensu proprio, sed à sensu communi.

communis, confert ei maiorem simplicitatem, sicut lux coloribus: & in tali actu & forma facta sensibilia propria pertingunt ad organum sensus communis: & tunc iudicatur de eis. Nec potest dici, quod aliquid corporeum omnino conferat eis agere in organum sensus communis: eod quod formæ corporales sunt ipsa sensata, non separata ab appendiciis materiæ: & ideo corporale agens, quod tamen est instrumentum eius quod est incorporeum, habet quod dat eis agere in organum sensus communis, quod formaliter est quam organa sensuum propriorum: & hoc est quod intendit dicere Augustinus, qui dicit, quod corporales formæ non mouent animam, sed potius talibus formis factis in corpore, anima luce sua facit eas in ipsa. In tali autem ordine mouentium & motuum, id quod ultimo mouetur, formalissimum est omnium, & primum mouens omnium materialissimum: & hoc ideo est: quia in tali ordine secundum mouens non accipit virtutem motiuam à primo mouente, sed ab alio quod est aliquid eius quod mouetur: sed in his in quibus secundum mouens accipit virtutem motiuam à priori mouente, verum est, quod vltimum motum est materialissimum omnium, & minus habens dignitatis & simplicitatis: cum autem anima rationalis sit supra naturam & infra intelligentiam erit, anima sensibilis infra rationem & supra naturam, sicut anima vegetabilis infra sensibilem & supra naturam, & ideo ipsa est substantia & forma quadam habens vires multas, quarum quidem ipsa sensibilis vis est potentia à generatione perfecta habitu connaturali sibi, qui habitus est inchoatio quadam & harmonia omnium sensibilibus formarum: sicut in genere est inchoatio & harmonia omnium differentiarum illius generis: & illa potentia sic habitu connaturali perfecta, omnia sensibilia habet potestate & actu nullum antequam distinguatur ab eis: & in sensu dicitur à Philosopho, quod sensus est species sensibilium, & intelligens species intelligibilium. Talis autem forma vna simplex præhabens potestate ea quorum ipsa est causa, & habet ea actu quando distinguitur ab aliquo illorum. Et per hoc patet solutio omnium inductarum dubitationum. Et hæc est causa quare Auicenna dixit species sensibiles esse in anima, & non acceptas ab extra. Hæc etiam de causa dixerant quidam virtutem sensibilem per se esse actiuam, & nullius speciei esse receptiuam: quia non recte recipit eas, sed vna species quæ est habitus potentie sensitivæ, distinguitur ad sensibilia quæ sunt in organis, sicut distinguitur virtus vniuersalis ad particulare in quo agit, & circa quod operatur. De principio igitur & virtute secundum quam dicimus animam habere sensum & posse sentire, sit hoc modo determinatum: de aliis autem virtutibus quas supra detegimus, sub alterius libri principio inquitemus.





# LIBER III.

*De anima qui est de apprehensivis viribus deintus.*

## TRACTATUS I.

*De viribus anima sensibilis.*

### CAPVT I.

*Et est digressio declarans libri intentionem, & de imaginatione.*

**I**N hoc autem tertio libro de anima intendimus certificare de aliis potentiis animæ, quæ restant, quarum prima dicitur esse in apprehensivis & motivis, quæ differunt per rationem potentie activæ & passivæ: quarum potentiarum nos superius assignavimus differentiam: quoniam potentia activa semper sibi similis est, eò quod ipsa est actus, & semper completa ad agendum: & si aliquando non agit, hoc est propter defectum eius in quod agit, & non propter hoc quod ipsa indigeat acquirere aliquid per quod ad agendum perficiatur. Passiva autem dissimilis est sibi: quia aliquando habet formam, & aliquando non habet eam: sed cum acquirit eam per alterationem, tunc potest agere actionem, cuius principium est forma quæ est acquisita per alterationem in ipsa. Hæc tamen forma aliquando datur ei à generatione, sicut superius diximus de potentia sensitiva: aliquando autem requirit per alterationem, sicut est de scientia quæ est perfectio intellectus. Potentia igitur apprehensivæ generaliter potentia sunt passivæ, nec habent principia agendi nisi per formam quam per apprehensionem acquirunt: propter quod etiam apprehensivæ dicuntur. Tales autem non generaliter sunt omnis animæ, sed sensitivæ, & intellectivæ tantum. Et eorum quædam sunt apprehensivæ de foris existentibus suis agentibus: quædam autem sunt apprehensivæ, ita quod sua agentia proxima sunt & intus. Et illæ quæ habent sua agentia de foris, sunt sensus de quibus iam secundum quod sunt vires animæ, expeditum est: de his autem quæ sunt apprehensivæ deintus, tunc determinabimus. Omnes enim has suas

sunt partes animæ sensibilis, siue sint rationalis, coniungemus: eò quod antiquorum quidam omnes illas quandam partem intellectus fore dicebant, sicut in sequentibus ostendetur. Ad faciorem autem intellectum antiquorum sententiæ de hoc, volumus loqui de tribus virgibus quas supra enumeravimus, scilicet de imaginativa, & æstivativa, & phantastica.

Dicimus igitur imaginativam esse in qua imagines sensibilium rebus sensibilibus absentibus referuntur. Hæc autem imaginativa plus abstrahit, quam sensus: quoniam sensus non accipit formam nisi re præsentem: ista autem referat eam etiam re absente: propter quod etiam secundum Avicem, & Algazelum, alia potentia est à sensu communi. Bonitas autem huius organice virtutis alia est à bonitate sensus: quia bonitas sensus est in recipiendo, & bonitas huius in retinendo est, & pure representando: propter quod & plures videmus esse subtiles in discretionem sensibilium, & non bene imaginantes. Bene autem imaginantes ad duo disponuntur, quorum unum est in mathematicis: quia tales bene distribuunt figuras: cuius est causa, quod licet in organo imaginationis omnia distribuuntur, tamen sensibilia distribuuntur in ipso prout sunt unita suis subiectis: & idè non est imaginabilis sonus prout est actus sonantis, & color prout est qualitas colorati, & sic de aliis: & idè quod principaliter in eo distribuuntur, est quantitas & figura: propter quod habentes huiusmodi organum purum & bene compositum, optime efficiuntur imaginativi: & quando eam hoc subtilis sunt intellectus cum bonitate imaginationis, proficiunt multum in mathematicis disciplinis. Si autem huiusmodi homines abstrahantur à motibus sensuum, & sunt semper solitarij, & abstrahantur à cura carnis & deliciis corporis, efficiuntur propheta. Motus enim multus sensibilium suo tumultu impedit manifestari in eis effectus celestium. Similiter autem cura carnis & delicie & sollicitudines & actus multi mundani occupant animam, ita quod non potest percipere impressiones celestium:

*Imaginativa virtutis descriptio eiusdem est sensus.*

*Bene imaginantes ad duo bene disponuntur.*

stium: quia anima propter unionem suarum potentiarum in sua subiecta, talem habet colligationem virium suarum, quod quando intenditur operatio eius secundum unamquamque potentiam, tunc abstrahitur ab intentione circa alias. Cuius signum est, quod intente cogitans aliquid non advertit ea quæ habet præ oculis: & similiter sic, quod anima occupata circa exteriora non advertit motus & impressiones celestium quæ sunt in suo corpore abstracta. Ab his autem sentit talia & parat eis imagines: quia conaturalis est sibi sub imaginibus corporalibus cognoscere eoque ipsa cognoscit: & in talibus impressionibus celestium radicantur illa somnia quæ aliquid signant de futuris. Qualiter autem impressiones tam moruum celestium quam intelligentiarum quæ sunt motores, veniant ad animas animalium, in prima philosophia ostendetur. Sed quod hic sufficit, est quod organum imaginationis non oportet omnino esse cum organo sensus communis, sed secundum esse differens: sicut forte in substantia sit idem: & hoc magis inferius erit manifestum.

### CAPVT II.

*Et est digressio declarans ea quæ conveniunt ex æstivativa.*

**E**A autem potentia quæ æstivativa dicitur, ab imaginatione differt in ipsa specie quæ comprehenditur: quoniam, sicut in prælibatis est determinatum, ista elicit intentiones quæ in sensu non sunt scriptæ. Nec potest dici, quod hoc sit sensus officium secundum quod determinavimus sensuum per accidens in superioribus: quoniam nunquam contingit cognoscere, quod iste est filius Dionis, nisi habeatur notitia filiarionis secundum quod est in isto: nec unquam lupus miseretur nato suo, nisi habeat cognitionem & huius individui, & quod hoc individuum est natus eius: oportet ergo aliquam esse virtutem animæ elicientem huiusmodi intentiones, & quod non potest esse imaginatio, nec penitus separata ab ea. Quod enim non sit imaginatio, patet: quoniam ad imaginem rei solam non sequitur motus, vel effectus, vel motus, vel tristitia, vel fuga, vel inscurio: ad æstivativam autem mox sequitur istorum quoddam, vel quodlibet: separata autem ab ipsa penitus esse non potest: quoniam huiusmodi intentiones non accipit secundum rationes communes & universales, sed potius in hac imagine vel illa nihil continens de communi: oportet igitur, quod sicut intellectus practicus se habet ad speculativum, ita se habet æstivativa ad imaginationem: & idè hæc virtus non penitus apprehensiva est, sed & motiva est, per hoc quod determinat ad quid movere debet animal, & quo fugere. Propter quod

*D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.*

quidam Philosophorum hanc opinionem esse dicebant, quod tamen non congruit: quia opinio rationalis animæ quidem habitus est, æstivatio autem omnium est quorum est sensus, sicut iam ostendimus: superius enim diximus omnia quæ habent sensum, habere motum dilatationis & contractionis ad minus: & cum ista aliquo modo motus moveantur ad cibum, oportet imaginari cibi esse apud eam: sed imaginatio sola non movet, ut dictum est: oportet igitur ista talia omnia habere æstivativam qua moveantur. Tres ergo istos inferiores sensus, sensum commune scilicet & imaginationem & æstivativam habet omne animal, quod aliquem vel aliquos habet de sensibus exterioribus: propter quod supra diximus, quod omne habens sensum, habet desiderium cibi quod est fames: & omne habens desiderium, habet imaginationem & æstivativam quæ non substantia, sed secundum esse differt ab imaginatione, sicut iam diximus. Est autem æstivativa magis activa quam imaginativa: quoniam elicere intentiones est aliquid agere, & magis perfectum est quam speculari imagines solas, sicut si speculum animatum imagines sibi impressas diceremus speculari: omnes tamen vires animæ aliquo modo activæ sunt: eò quod omnes agant aliquod opus vite, sicut superius diximus, cum de diffinitione animæ secundum suam substantiam loqueremur. Licet autem plus actionis habeat æstivativa quam imaginativa, tamen proprietatem passivæ potentie habet in hoc quod non agit per se, sed per intentionem quam elicit à forma acquisita. Est autem adhuc advertendum, quod ista virtus animæ in homine, sicut & cetera, aliquando coniungitur rationi: & tunc juvatur à ratione, & suadet ad imitandum quod æstivatur vel fugiendum: & ob hanc similitudinem sui in homine ad opinionem Philosophorum quidam, sicut Plato, eam opinionem quandam asseriebant, & non differre in homine & in brutis, nisi per magis esse obumbratam in brutis, & minus in hominibus: sed falsum est quod dicunt: quia opinio est de communi prout est in pluribus: æstivatio autem secundum quod huiusmodi non recedit ab hoc individuo secundum quod hoc est: & idè in homine adiuta ratione non iuvatur nisi prout est circa hoc vel illud: & tunc dicitur proprio nomine æstivatio. Si autem compositio alia opinio similis de pluribus particulatibus secundum unam intentionem in eis inventam accepta, iam hoc non est æstivatio, sed cognitionis experimentalis quæ rationis est: sed tamen ipsa ministrat sibi sensus & æstivatio. Quia autem ista virtus sic coniuncta est imaginationi, idè organum eius etiam aut idem est cum organo imaginationis, aut propinquum est unum alteri substantialiter idem existens, & secundum esse dispositionis differens, sicut supra diximus.

*In quo differat æstivativa ab imaginativa.*



## CAPVT III.

*Et est digressio declarans naturam phantasia.*

**D**E phantasia post hoc determinantes dicimus ipsam esse potentiam componentem imagines cum intentionibus, & intentiones cum imaginibus, & imagines & intentiones cum intentionibus ad duplicem finem qui est in particularibus. Vnus autem finis est cognitio particularium maior quam in sensibili anima haberi potest: & illius finis est scientia de hoc quod sit id & de alio quod sit aliud: & sic de omni eo de quo sententia profertur per modum affirmationis vel negationis. Secundus autem finis est opus quod intenditur ex huiusmodi particularibus, sicut opus in habentibus rationem est finis artis: & quia talis cognitio in pluribus animalibus expressè apparet, eò quod videtur ea quædam eligere, & alia quædam quasi refutare: ad electionem autem & refutationem præxigitur sententia & decretum: & ideo multi dixerunt, quod phantasia est aliquid rationis: non autem est intentio nostra veram esse electionem animæ sensibilis, sed aliquid simile electioni, quod expressè videtur: quibusdam in brutis, & in vno plus & alio minus: nos autem videmus ea per modum artis facere casus, & providere cibum in longum tempus: cuiusmodi operum oportet esse principium animæ sensibilis potentiam aliquam: hoc autem esse non potest, nisi illa virtus quæ componit & diuidit imagines & intentiones modo supra dicto: hæc etiam opera non in omnibus videmus in quibus est imaginatio & estimatio, sed in quibusdam quæ perfectiora sunt. Oportet igitur phantasiam secundum aliquid esse differentem ab imaginatione & estimatiua: licet enim omnes istæ potentie passivæ animæ sint & partiantur à formis individuæ, quæ sunt principia cognitionis sensibilis, quæ formæ eadem esse videntur, tamen motus passionis non est idem, sed est secundum differentem gradum abstractionis: propter quod & ipsæ potentie non penitus sunt eadem: sed, sicut superius diximus de sensu communi, videtur tota formatitas sensibilis virtutis esse phantasia: & hoc materialiter differentiam habet secundum quod inchoat ab organo vnius motus eius, vel ab organo alterius: & hoc modo videntur omnes istæ vires animæ sensibilis esse interiores in vna essentialitate communi & substantia, differentes autem secundum esse materiale in diuersis partibus cerebri, in quo organizantur istæ potentie: quæ omnes sunt organicæ. Et hæc est causa quare Arist. plerumque in locis vtriusque virtutibus tanquam eisdem, & æquinoce ponit nomen vnius pro alterius nomine, sed si tamen subtiliter distinguantur, ut hic sunt distinctæ, sic habent distingui.

Oportet autem non latere, quod quan-

do hæc potentie coniunctæ sunt rationi, sicut sunt in homine, accipiunt ordinem agendi & operandi & regimen à ratione: & quia ratio diuersificatur secundum diuersitatem eorundem de quibus ratiocinatio fit, ideo operationes etiam phantasiae multiplicantur valde: quando autem sunt non cum ratione, tunc ipsæ reguntur ad instinctum naturæ solum: & quia natura vno modo est in habentibus speciem vnã, ideo opera phantasiae in omnibus habentibus speciem vnã in irrationabilibus sunt vno modo: & ideo omnis hirundo vno modo facit nidum, & omnis formica vno modo prouidet cibum, & sic de aliis secundum vitam phantasiae ad instinctum naturæ operantibus. Homo autem non sic operatur propter diuersa principia operis de quibus inquit per rationem. Et hoc est quod dixerunt Philosophi quidam in philosophia naturali admodum excellentes, quod istæ virtutes in brutis potius aguntur à natura quam agantur in homine: potius agunt quam agantur: quia in homine natura instrumentaliter tantum subterit eis, in brutis autem secundum aliquid mouet eas potius quam moueantur ab eis: ita etiam vis est quæ multum impedit intellectum, eo quod nimis occupat animam compositione & diuisione imaginationum & intentionum, quarum magna copia est apud eam: & non tantum potest componere accepta à sensibus, sed etiam fingere his similia: & quia intellectus conceptiones ut frequenter sunt similes imaginationibus & fictionibus phantasiae, ideo quando miscet concepta imaginibus & intentionibus, plerumque generat deceptionem & errorem, maxime autem quando aliquid de celestibus & diuinis intellectui imprimitur. Hæc est causa, quod somnia quæ sunt prophetiæ futurorum, plerumque applicata ad imagines, sunt illusiones & damnationes. Sed quando applicat conceptibus intellectus imaginationes & intentiones congruas, tunc adhuc indigent interpretationibus propter compositiones imaginationum & intentionum: eò quod non conueniunt conceptibus diuinis & celestibus imagines sensibilium & intentiones, nisi secundum metaphoram. De his autem in scientia de somno & vigilia dicemus. Multa verò sunt animalium hanc potentiam non habentium: cuius causa est cerebri defectus in talibus animalibus vel diminutio. Totum enim cerebrum talium parumper differt à medullosa natura fluida, in qua est sensus & tenuis imaginatio: & ideo spiritus istorum non depurantur, & cerebrum eorum non confortatur ad huiusmodi operationes animales perfectas.

*Nota quomodo quando huiusmodi potentie sunt coniunctæ rationi, differunt à sensibus absolute consideratis, & cum ratione non coniunguntur.*

*Nota qualiter quando de diuinis intellectibus aliquid imprimitur, contingit sibi illisio & defectus.*



CAPVT IV.

Et est digressio declarans, quod omnes vires anime sunt organice & agunt medianse corpore.

Omnes autem dictae vires anime sensibilis organice sunt, & per instrumenta corporalia suas operationes perficiunt. Et hoc quidem de sensibus quae apprehendunt de foris, ostendere non est difficile: quoniam iam habitum est, quod illi non apprehendunt nisi per rei sensibilis praesentiam: sensibilia autem corpora sunt: corpus autem non est praesens nisi corpori: ad virtutem enim incorpoream non exigitur praesentia secundum situm & locum, nec operatur in ipsa aliquid propinquitas localis vel remotio, sicut apparet in intellectu & intelligibilibus: sic ergo constat, quod etiam virtutes sensibiles sunt in corpore, cui etiam res sensibilis praesentialiter in situ & loco opponitur. De virtutibus autem interioribus quae sunt imaginatio, aestimatio, & phantasia, idem constat quoniam in omnibus illis est apprehensio formae singularis secundum situm partium eius, & lineamenta, & quantitatem: cuius descriptio & pictura non potest esse nisi in instrumento corporeo: quod sic probatur. Imagemur enim quadratum, a. b. c. d. & adiungamus eidem duo quadrata per omnia illi aequalia & omnino similia, quorum unum sit e. f. g. h. adiunctum ei in angulo a qui sit angulus dexter quadrati prius imaginati, & alterum sit i. k. l. m. adiunctum primo quadrato in angulo b. qui sit angulus sinister: & statuamus ista tria quadrata in imaginatione nostra sicut hic vides ea fore depicta: quaero qualiter apprehenditur unum horum esse a dextris, & alterum a sinistris, & tertium fore medium, cui duo adiunguntur? Aut enim hoc est ex subiecto in quo distribuuntur, aut ex ipsis quadratis, aut ex comparatione quadratorum ad aliquid extra. Non autem potest dici, quod sit ex comparatione quadratorum ad aliquid extra: quia sepe imaginamur hoc quod non comparatur ad aliquid extra, sicut chimeram, & figentem, & trigelaphum, & alia multa monstra quae imaginantes fingimus. Si autem dicatur esse ex ipsis quadratis, aut erit hoc ex essentia & figura quadratorum, aut ex aliquo accidente: Non autem potest esse ex ipsis quadratis: quia illa sunt vires rationis & aequalia per omnia & similia, ita quod nulla inquantum talia cadit inter ea diversitas. Si autem dicatur esse ex aliquo accidente quod accidit eis, aut hoc erit accidens inseparabile, aut separabile. Non autem potest esse ex accidente inseparabili: quoniam accidens inseparabile causatur ex essentialibus sui subiecti, & quorum essentialia eadem sunt, horum accidens inseparabile est. D. Alb. Mag. lib. 3. de animis.

Non est pulchrum ratione ad probandum organum imaginativum esse corporeum, et quod ipsa organice sit.

rabile est idem: essentialia autem trium quadratorum per omnia sunt eadem: & sic propter accidens inseparabile non potest esse dicta quadratorum imaginata diversitas. Si autem dicatur, quod hoc est accidens separabile, tunc intelligatur illud non inesse: & cum illud sit causa diversitatis in magnitudine, tunc iam non imaginabimur unum fore dextrum, & alterum sinistrum: quod omnino falsum est: quia adhuc ita imaginatio sicut prius, quando dicta quadrata sic ponuntur esse coniuncta. Remanet igitur, quod hoc sit propterea, quod tali modo distribuuntur in organo imaginationis, quod est cerebrum. In quocumque autem forma sub differentiis suis depingitur, illud est corpus: ergo organum imaginationis est corpus. Si autem forte aliquis dicat, quod ista sita diversitas per dextrum & sinistrum & medium, ex intellectu est attribuentis rationem dextri & sinistri & medij: hoc constat esse falsum: quia intellectus dextri & sinistri universalis est, & non attribuitur huic vel illi nisi per suam particularem, quo illud est dextrum, & illud sinistrum, & tertium est medium: & tunc redibit eadem questio, unde causetur huiusmodi sita. Oportet igitur, quod illud causetur ex imaginatione, sicut & in continuo in quo distribuuntur tria quadrata modo praedicto: quia in continuo non efficitur unum dextrum, & alterum sinistrum, & tertium medium, nisi per hoc quod distribuitur unum in dextra parte spatij, & alterum in sinistra, & tertium in medio. Ita ergo est in imaginatione, quod unum in una parte organi est, & alterum in altera, & tertium in tertia: virtus autem imaginationis considerat ipsam sic distributum, & per hoc quod sic distribuitur in organo: ergo ipsa operatur in organo, & est organica.

Amplius autem nos imaginamur figuram & imaginem hominis eisdem maiorem & minorem: & hoc causari non potest ex re, quia illa est uno modo: nec causatur a forma, quia forma non causat sui diversitatem propter maiorem & minorem: ergo sit hoc ex subiecto in quo distribuuntur, in quo ostenditur plus & minus: non autem describitur plus & minus nisi in corpore: ergo organum imaginativum est corpus, & ipsa virtus organica: quae tali in corpore operatur. Idem autem est de aestimativa & phantasia: quoniam & illae intentiones ab imaginibus apprehensis non separantur: omnes igitur dictae virtutes organice sunt, corpore indigentes ad suas operationes. Et per ista intelligimus differentiam intellectus ab huiusmodi virtutibus: quia ille omnino incorporeus est.



CAPVT V.

De improbatione erroris antiquorum qui dixerunt, quod intelligere & sentire sunt idem.

Quoniam autem sicut diximus superius, duabus differentiis quibus animarum differre ab inanimatio antiqui præcipue diffiniunt animam, motu secundum locum scilicet, & in eo quod ipsa discernit & intelligit & sentit, videtur eis, quod intelligere & sapere, quod tamen simplicissimum intelligere est, sit corporalibus instrumentis perfectum, sicut quoddam sentire dicebant enim, quod intelligere est secundum phantasia non præsentem operari: & syllogizabant hoc ex duabus affirmatiuis in secunda figura dicentes, quod sensui interiori conuenit iudicare & discernere aliquid entium: cuius forma est apud ipsum: & intellectui conuenit idem: ergo intelligere est quoddam sentire. Et in hoc errore fuit Empe, qui dixit voluntatem & appetitum augeri vel minui ad præsens delectabile, tam in hominibus, quam in animalibus aliis: voluntas autem & appetitus non sunt nisi de aliquo apprehenso, cuius habetur iam notitia. Id ergo quod auget præsentialem voluntatem & mutat eam, est id quod semper sapere altera & altera præstat: præsens ergo præstat sapere & intelligere: præsentia autem est secundum formam corporalem, sicut iam ante ostendimus: ergo intelligere & sapere est secundum præsentiam corporalem, sicut & sensus. Idem autem vult & illud dictum quod Homerus dixit, qui dixit, quod talis est intellectus in terrenis hominibus, qualem in die dicit siue condicit pater deorum & viro-rum: pater enim deorum cælestium, id est, planetarum est sol: eo quod attribuit eis lumen & motum, sicut in lib. de cæ. & mun. ostendimus. Et idem est pater viro-rum: quia homo generat hominem ex materia & sol. In die autem per lucem conducit sol calorem ab interioribus ad organa sensuum exteriora, & perficit operationes sensibiles: & si talis est intellectus, tunc intellectus est virtus corporea, sicut & sensus.

Vnde omnes hi opinantur, quod intelligere sit perfectum organo corporeo sicut & sentire: & isti sunt qui dicunt, quod non contingit sentire nec intelligere, nisi simile simili, sicut declarauimus in primo lib. ubi posuimus principia rationum disputationis istius de animæ natura. Et hoc mirum fuit de antiquis: quia licet dicerent causam quare res sentitur & scitur, non dixerunt deceptionis causam & ignorantiam, & hoc non fecerunt, cum tamen error & ignorantia magis sit propria animalibus, cum pluribus animalibus conueniat quam scientia. Et anima plus temporis perficit in errore quam in scientia: quia infantia & pueritia & senium in errore perficiuntur, & à paucis qua-

Tales nã pater in uis mentis in cælestibus & viro-rum: quales quod videt summus sicut rector olympi.

Tex. & com. 151.

dam pars vite parua adhibetur scientie. Quidam autem videntes non causari scire nisi per hoc quod dixerunt simile simili sentiri & intelligi, & concedentes animam esse compositam ex omnibus quæ sunt, dixerunt errorem & ignorantiam omnino nihil esse, sed omnia quæ videntur alicui, esse vera. In qua opinione fuerunt plurimi Philosophorum intantum, quod dixerunt contraria & contradictoria simul esse vera, quando vniuntur diuersis: & hoc oportuit eos dicere aut concedere, quod deceptio & ignorantia causabantur ex tactu corporali dissimilis alicuius ad animam: & tunc sequebatur animam non ex omnibus componi, sed ex quibusdam: & quando illa ex quorum similibus erat composita, tangebant eam, tunc habuit discretionem sensus & intellectus de rebus illis, & quando tetigit eam aliquid cuius non erat similitudo apud eam, tunc generabatur deceptio & ignorantia: quia hoc contrarium est illi dicto eorum quo dicunt, quod simile simili cognoscitur: contraria autem causantur à contrariis secundum istos: & ideo similitudo tangentis ad tactum causat scientiam, & dissimilitudo eiusdem tactus causauit ignorantiam & deceptionem. Error autem dicti istius inde deprehenditur: quia expressum in omnibus videtur, quod tam scientia quam deceptio sunt contrarium eadem: & sic falsum dicunt, quod similes sit scientia, & dissimilis ignorantia & deceptio.

Quod autem falsum dicatur etiam in hoc quod idem dicunt sentire & sapere, manifestum est ex his quæ nunc inducimus: sentire enim est in omnibus aliquo modo animalibus, intelligere autem in paucis de numero animalium. Sed nec etiam intelligere communiter acceptum quod est, quicumque actus rationis in quo est intelligere recte & non recte: recte enim intelligere est secundum virtutes intellectuales, quæ sunt sapientia, & prudentia, & scientia, & opinio vera: non recte autem intelligere siue non verè intelligere, est secundum habitus contrarios istis habitibus: & hoc intelligere communiter dictum non est idem cum sentire: sensus enim propriorum sensorum semper est verus & inest omnibus animalibus, intelligi autem, sicut iam diximus, conuenit & falso, & nulli inest animali nisi cui inest ratio.

Tex. & com. 152.

CAPVT VI.

Quod imaginatio vel phantasia, neque sensus sunt, neque opinio cum sensu.

Similiter autem imaginatio largè accepta prout ambit imaginationem & phantasia quæ vritur imaginibus, altera est à sensu & ab intellectu: hæc enim imaginatio quidè nunquam fit sine sensu, hoc est, non fit nisi in habente sensum, & sine imaginatione non fit estimatio, nec etiam opinio: quia licet opinio

Tex. & com. 153.

Tex. & com. 155.

CAPVT VII.

Quare imaginatio vel phantasia, neque sensus sunt, neque opinio cum sensu.

opinio sit quædam acceptio rationis per probabilia, tamen quia incerta est, oportet quod immixta sit phantasia. Simples enim conceptiones intellectus non sunt incertæ, sed semper veræ. Quod autem intelligentia & opinio non sint eadem imaginationi de qua diximus, manifestum est ex his quæ dicuntur nunc: imaginari enim est passio quædam quæ dicitur nunc imaginari enim est passio quædam quæ est in potestate nostra quando voluerimus: possumus enim fingere in nobis idolum, sicut si eorum oculis quandocumque voluerimus, sicut faciunt illi qui positi sunt in opere recordationis. Illi enim ex hoc quod repositum est apud animam, veniunt in his vel id id quod fuit præ oculis prius, & referunt idolum ad rem in præterito acceptam: & similiter possumus nos fingere idolum, non referendo ad rem, & tunc imaginari: sed non est in nobis opinari vel intelligere: quia oportet habere rationem quæ faciat credere: & hæc à re & à natura, & non alibi oportet accipere. Similiter autem est de estimacione: quia in his tribus oportet aliquid falsum vel verum dicere & discernere, sicut ex sententia: & hoc non est in nobis, sed potius à re de qua sententia veti vel falsi profertur.

Tex. & com. 154.

Amplius autem cum opinatur vel estimamus/aliquid difficile vel terribile, statim sequitur in effectu compassio timoris vel tristitia: & hoc est ideo quia opinio & estimatio sunt secundum intentiones rerum, vel scientiæ quædam de rebus. Similiter autem fit si opinatur vel estimacionem habemus de aliquo de quo est confidendum, sicut de conuenienti: statim enim sequitur in effectu gaudium vel spes huiusmodi opinionem vel estimacionem. Quando autem secundum phantasia vel imaginationem fugimus aliquod terribile, vel de quo esset confidendum, non sequitur aliqua compassio in effectu: sed habemus nos ad talia idola, sicut ad ea quæ non sunt in re necessario, sed sicut videmus in pariete res pictas quæ non sunt in re: & ideo nemo timer leonem pictum, vel lupum pictum. Imaginatio autem in phantasia adhuc minus habet de rei veritate quam in pariete, sicut fictum minus habet de veritate rei quam depictum. Amplius autem scientiæ & opinio & prudentia & ceteræ virtutes intellectuales, sicut & estimatio in sensibilibus, sunt partes acceptationis: non accipitur autem quod non acceptatur pro vero: imaginatio autem & phantasia fingens idola, à nullo tanquam vera acceptatur: igitur non est pars acceptationis: ergo imaginatio & phantasia non sunt opinio vel estimatio. De virtutibus autem intellectualibus quæ partes acceptationis sunt, & quibus consentitur ut veris, differere altera est ratio: hæc enim ad certitudinem pertinet libram, in quo de intellectualibus virtutibus determinari habet. Per ista igitur constat, quod imaginatio & phantasia ut est cum imaginibus, non est opinio vel estimatio.

Ed nunc aliter oportet procedere ob antiquorum quorundam dicta. Habitum est enim de eo quod est intelligere, quoniam alterum est ab eo quod est sentire. Dicebant autem antiqui, quod quædam pars eius quod est intelligere, est phantasia: quædam autem opinio & scientia: & illi dixerunt, quod phantasia & imaginatio sunt intelligere quoddam, licet non omne intelligere sit imaginatio vel phantasia. Hanc autem disputationem sic inchoamus: quia enim iam quædam de phantasia determinauimus, in quibus ostendimus ipsum non esse opinionem vel estimacionem, oportet nos nunc loqui de altero quod isti dicunt, verum phantasia sit intelligere quoddam: & accipimus modo phantasia generaliter pro imaginatione & phantasia, vocantes totam illam animæ potentiam secundum quam nobis fit phantasia vel idolum re non præsentem: sic enim accipitur phantasia proprie, quando non dicitur secundum metaphoram: metaphoricè enim aliquando dicitur phantasia intellectus qui est cum phantasmate. Secundum istos ergo qui dicunt phantasia fore intelligere quoddam, oportet quod phantasia potentia sit habitualis, secundum quam contingit verum dicere de re ipsa: hæc autem potentia est multæ sunt, tamen ad præsens sufficiunt quatuor quæ sunt sensus communis, opinio, scientia, & intellectus. Ars enim & prudentia quæ sunt etiam virtutes intellectuales, similiter autem & sapientia secundum quas contingit verum dicere, nihil habent similitudinis cum phantasia: quia sapientia de altissimis & primis & diuinis est, quæ non imagines habent: ars autem est principium factuum cum ratione dirigente factorem & facturam & prudentia autem est principium actuum cum ratione, & dirigit in operabilibus per nos. Imaginatio autem nihil omnino dirigit, sed potius impedit omnem directionem, sicut supra ostendimus. Similiter autem probabimus, quod non est aliquis habitus istarum virtutum quas enumerauimus. Si enim est sensus vel aliqua pars eius quod est intelligere, sicut illi dicunt, tunc oportet, quod sit habitus vel potentia habitualis secundum quam discernimus sententiando, vel secundum quæ verum vel falsum dicimus affirmando vel negando: tunc erit aliquis habituum prænotatorum.

Quod igitur non sit sensus, manifestum est ex his quæ dicuntur. Sensus enim, sicut ex supra dictis patet, duplex est, scilicet dictus secundum potentiam, sicut est sensus in habente sensum etiam quando dormit, & sensus non vritur: & dictus secundum actum, sicut est sensus in vrente sensu: & sicut est vi-

Tex. & com. 156.



sus potentia sensus, & sicut est visio actu sensus. Licet autem imaginatio nunquam sit nisi in aliquo qui habet sensus, tamen ipsa non essentialiter est sensus: quia si ipsa esset essentialiter sensus, nunquam esset sine sensu in potentia vel actu accepta: sed aliquo sensu non actu existente apparent idola secundum phantasiam: sicut in excæcato qui somniat vel imaginatur colores quos aliquando vidit. Postea adducimus etiam hoc quod sensus quidem semper est eius quod præsentialiter adest, non autem phantasia vel imaginatio: sunt enim re non præsentia. Adhuc autem si actu & essentialiter idem esset sensus & phantasia hoc modo dicta, tunc quibuscumque inesset sensus, inesset & phantasia omni modo dicta, & secundum quamlibet suam operationem: & hoc modo non est verum: quia vermes qui sunt lumbriti terræ, & muscæ & cimices & pediculi & huiusmodi incompleta animalia nihil videmus ad phantasiam operari, eo modo quo supra determinauimus opera phantasia: inest tamen talibus imaginatio aliqua & æstimatio: superius enim hoc est probatum. Videtur tamen Aristoteli dicere formicas & apes non habere phantasiam: quod omnino falsum est: cum talia animalia artificiosè operentur casus, & provideant in futurum sibi, & operentur in commune. Puro autem non ex vitio esse Philo'sophi, sed ex vitio translationis: quia translator non intellexit nullum animalium quæ dixit Aristoteli phantasiam non habere, & loco eorum transtulit formicas & apes, & corrupit veritatem mala ex translatione. Præterea sensus quidam qui sunt propriorum, semper sunt veri: phantasia autem & imaginationes ut in pluribus sunt falsæ, non quidem verum dicentes vel falsum: quoniam habitum est, quod non discernunt affirmando vel negando: sed hoc modo falsum quo eas fictam dicitur falsum cum non sit in rei veritate sicut fingitur. Amplius autem quando operamur sensibiliter circa rem, non dicimus, quod videtur nobis homo, aut aliquid aliud quod non sit secundum rem, sed potius dicimus, quod hoc est homo in re: eo quod sensus indicat rem præsentem: cum autem aliquid non ex opere reali sentimus, sed fingimus ipsum, re non existente, tunc dicimus quod esse videtur, & non quod ita sentiat in re: & tunc talis sensibilis cognitio aliquando est vera, & aliquando falsa: quia quando fingit ut est in re, tunc est vera: & quando aliter, tunc est falsa: aliquando enim, sicut prius diximus, visiones apparent dormientibus: & de his non dicimus, quod sunt, sed quod videntur, & non sunt.

Ac verò præ ipsa imaginatio siue phantasia non est aliqua virtus quæ sit de eorum numero, quæ semper vera dicunt, sicut intellectus & scientia & sapientia: phantasia enim & imaginatio sunt frequenter falsæ: intellectus autem & scientia & sapientia & virtutes sunt semper veræ, sicut in 6. ethicorum habet ostendi. Relinquitur ergo videre si sit opinio, eo quod opinio est intelligere quoddam, ut antiqui dixerunt: & opinio est aliquando vera & aliquando falsa: sed opinioni quæ est

intelligere quoddam, inhæret fides conditionis: non enim potest esse, quod opinans non habeat fidem de his de quibus habet opinionem: cum enim dubitatio indeterminatus motus sit rationis ad utramque conditionis partem, ambiguitas autem ambit utramque partem rationis per rationes æqualiter fortes, opinio stat in vna parte, & credit illi per rationes quas habet ad illam, & non ad aliam: sed tamen formidat adhuc alteram conditionis partem, propter hoc quod suæ rationes quas habet ad alteram, non sunt demonstratiuæ, sed probabiles: & ex hoc patet, quod omnis opinans opinione quæ est intellectus, habet fidem eius de quo habet opinionem: nulli autem bestiarum talis inhæret fides, licet multæ bestiarum habeant phantasiam: licet enim bestia acquiescant suis æstimationibus, tamen non habent fidem & credulitatem: quia sicut scientia effectus est demonstratiuis, ita fides & credulitas effectus est syllogismi probabilis. Amplius si omnem opinionem consequitur fides, quicumque opinatur, habet fidem: sic autem fidem sequitur persuasum esse: eo quod nullus est persuasus, nisi qui habet fidem: persuasum autem esse consequitur ratio: eo quod nulli persuaderetur nisi per rationem: bestiarum autem quibusdam potest phantasia inesse, sicut supra ostendimus, licet non omnibus in sit: sed ratio nulli inest bestia: ergo phantasia non est ratio, nec opinio per consequens.

Ex istis autem vterius manifestum est, quod imaginatio etiam non est opinio siue æstimatio coniuncta cum sensu, sicut quidam dixerunt, nec est opinio quæ sit per sensum sibi coniunctum, nec est compositio & compositio opinionis & sensus siue æstimationis & sensus: quia si esset opinio cum sensu phantasia, tunc non esset phantasia nisi eius cuius est sensus secundum actum vel potentiam: & hoc ostendimus superius esse falsum. Idem autem sequeretur si phantasia esset opinio facta per sensum. Si autem esset compositio siue compositio operationis & sensus, tunc oportet, quod aliquo modo haberet proprietates sensus & proprietates opinionis: quoniam componentia secundum aliquem modum dicuntur de composito, & proprietates eorum aliquo modo conveniunt ei: nihil autem horum convenit phantasia. Est autem manifestum non esse phantasiam, siue imaginationem opinionem cum sensu: propter id quod dicunt, quod verè opinio non est aliud ab eo cuius verè est sensus. Dico autem ac si dicatur, quod phantasia est resultans ex albi opinionis: cuius albi etiam est verè sensus & per seipsum enim, ut dicunt, phantasia est ex albi quidem opinione: ex sensu autem boni: quoniam tunc phantasia esset opinio, & sensus eiusdem solum per accidens: apparet igitur ex eorum dictis, quod phantasia est aliquid opinari: quod etiam sentitur non secundum accidens, sed per se & essentialiter.

Sed contra istos est quod nos frequenter videmus secundum sensum res falsas, de quibus

Not. v. in  
m. 2. apes  
habent phan-  
tasiam.

Tex. & com.  
157.

Philosophi  
dixerunt  
quod  
co.

Tex. & com.  
158.

Tex. & com.  
159.



bus tamen cum sensu falso habemus veram  
acceptationem opinionis vel scientiam: sol enim  
secundum sensum visus videtur esse vnus pe-  
dis in quantitate diametri, & tamen credi-  
mus ipsum esse maiorem habitatione terre to-  
ta per opinionem vel per scientiam: si ergo  
phantasia est opinio & sensus vel compositio  
veritatis, aut homo abiicit opinionem ta-  
lem & retinet sensum, aut retinet vtrumque  
scilicet sensum falsum & opinionem veram.  
Si autem abiicit opinionem propter sensum,  
tunc abiicitur acceptio vera de re aliqua que  
est saluata in eadem veritate: & talem ac-  
ceptionem contingit abiicere eum qui non est  
latens nec discrepens: non tunc ergo idem  
saluatum discredere & credere & non credere  
simul: quia salus rei facit credere: & abiectio  
acceptationis facit non credere: & hoc est im-  
possibile: quia sicut diximus, non potest dici,  
quod lateat cum nihil mutationis factum sit  
in opinante vel in re de qua est opinio: aut  
si retinet opinionem & non abiicit eam, &  
phantasia est talis complexio opinionis & sen-  
sus, tunc phantasia erit simul vera & falsa: sed  
hoc stare non potest: quia opinio vel acceptio  
alia falsa facta est, quando mutata re, muta-  
tio ipsa lateret discredentem: hic autem nulla  
est facta mutatio omnino: non ergo potest  
dici, quod phantasia sit aliquid vnum supra  
numeratorum, vel sit ex illis compositum  
quid.

## CAPVT VIII.

*Quid sit phantasia secundum verita-  
tatem, prout communiter agitur  
de imaginatione phan-  
tasia.*

Tex. & com.  
160.

SI autem volumus scire secundum verita-  
tatem, quid sit phantasia, prout commu-  
niter accipitur pro imaginatione in qua di-  
stribuuntur imagines, & pro phantasia que  
vicitur ipsis secundum superius determinatum  
modum, sciendum est, quod in omnibus que  
sic se habent, quod aliquid est motum ad  
formam primi mouentis, sicut sensus secun-  
dum actum factus motus ad formam sensibili-  
lis, necessarium etiam mouet ad consequens  
ipsum & proportionatur sibi secundum com-  
munionem mouentis & moti: oportet igitur,  
quod sensus secundum actum factus, & ha-  
bens formam sensibilis mouet virtutes appre-  
hensivas interiores sibi proximas ad speciem  
sensibilem quam habet: videmus autem phan-  
tasia esse motam sicut ad formam: igitur  
phantasia erit motus quidam: & quoniam  
phantasia nunquam est nisi in eo subiecto in  
quo est & sensus: & non est vnquam in ali-  
quo nisi in quo est etiam sensus: & est tantum  
de his quorum est sensus: sit autem motus  
mouentis non a sensu in potentia: sed potius  
ab actu sensus: quoniam mouetur secundum  
formam sensibilis que facit ipsam actum.

Tex. & com.  
161.

Motus autem talis quem facit sensus se-

cundum actum, necesse est esse similem in  
forma sensui secundum actum factum: igitur  
phantasia secundum veritatem est potentia in  
qua est motus sensus secundum actum simul.  
Non autem hic vocamus motum ipsam mo-  
tus successione, sed potius cum in motu  
sint duo, vnum quod est ipsa successio secun-  
dum fieri, alterum autem quod est forma fa-  
cta post formam, vocamus hic motum formam  
factam post formam: quia forma que est in  
phantasia, sit post illam que est in sensu com-  
muni & proprio: & quando dicimus, quod  
est motus a sensu, intelligimus hoc, quod  
sensus est effectiuus huius motus, & non termi-  
nans a quo fit motus: quia ille abiicitur in mo-  
tu. Si autem phantasia dicatur motus a sensu  
factus, & non potentia in qua sive in quam  
fit huiusmodi motus, erit descriptio poten-  
tia per suum proprium actum, sicut habent  
describi potentia passiva, prout supra deter-  
minatum est. Ex quo autem phantasia est ta-  
lis motus, constat quod non est contingens  
sine sensu qui aliquando facit, licet forte  
cum ipsa sensuum esse non sit necessarium: &  
ideo phantasia nunquam contingit in his  
que non sunt sensibilia, sicut planta: sed  
illud quod habet eam, multa contingit secun-  
dum ipsam facere & pati: & huiusmodi cau-  
sam superius assignauimus, vbi sigillatim de  
interioribus virtutibus anime sensibilis egimus:  
& conuenit ipsam esse aliquando veram, ali-  
quando falsam: huiusmodi autem causa ori-  
tur ex diuersitate sensibilium que sunt tripli-  
citer dicta, sicut in superiori libro determi-  
nauimus: & sensus per se & proprium sen-  
satorum semper est verus: & si habet falsum,  
hoc est paruissimum: quia non conuenit ei  
falsum ex se, sed potius ex sentiente, vel ex  
medij diuersitate, vel ex sensibilis distantia,  
sicut superius ostendimus: & voco diuersita-  
tem sentientis quando contingit per infirmi-  
tatem male dispositionis organum sentiens:  
diuersitatem autem mediij quando ipsum  
non in sincera & pura natura mediij mediat,  
sed habet aliquid sibi inmixtum. Distantia  
autem sensibilis impedit vires sensibilis age-  
tis in sensum: eo quod vis omnis agentis  
in aliud est proportionata ad determinatam  
distantiam. Aliter autem non posset errare  
sensus proprius circa sensibile proprium:  
quoniam, sicut supra probatum est, sensi-  
bile proprium est per se actiuum in sensum,  
& per se actiuum non imprimit in passiuum,  
nisi tantum formam propriam: & cum illam  
recipit sensus, non potest esse error circa id  
quod sic recipit: & quoad hoc motus a sen-  
su factus est verus eadem veritate qua sen-  
sus est verus, nisi aliquid aliud impediat. Est  
autem aliud sensibile vt hec individua de-  
monstrata accidant sensui, quod vocamus  
sensibile per accidens: & in illo incidit me-  
dium in sensum: quia illud est per compo-  
sitionem & diuisionem sensibilis per se, ad  
aliud quod non accipit sensus, & aliquando  
componit verum, aliquando falsum. Visus enim  
albi non mentitur, quod album sit in quan-  
tum autem album dicit esse hoc, vel illud  
per affirmationem vel negationem, sapit men-  
tur.



ritur. Tertio autē sensibile est cōmune sensibile, & hoc est cōsequens propria sēlata propria enim sensata insunt communibus: communia enim sunt in magnitudine & figura: & idē iterum hoc componit & diuidit: & idē circa illa maxima sit deceptio secundum sensuum: & idē sensus interior qui est phantasia, factus ab actu sēsus exterioris, qui est ab his tribus sensibus: & idē duas habet causas falsitatis, quarum vna est distantia à re: quia accidit re non præsente, & non dirigit formam sensibils quam habet ad rem sicut facit sensus: & idē frequentes sunt illusiones in ipsa phantasia & in sensibus propriis. Alia autem causa falsitatis est, quam habet sensibili per accidens, & à sensibili communi, in quorum compositione & diuisione frequens est deceptio: unde licet exterior sensus præsens aliquando sit verus, tamen alteri interiores sensus qui sunt præsens & absens, erunt vtrique frequenter falsi, & tunc maxime cum procul sit quod sentimus secundum rem. Si igitur ea quæ dicta sunt, nulli alij conueniant quam phantasia, sicut iam ostendimus, tunc absque dubio phantasia erit motus à sensu secundum actum factus, sicut diximus supra.

Phantasia  
animæ habet  
causas falsi-  
tatis.

CAPVT IX.

De ratione nominis phantasia & utilitate supra.


Tex. & com.  
102.

Quoniam autem visus inter omnes sensus maxime est sensus, eo quod magis habet sensibilis cogitationis: propter quod etiam disciplinabilis est maxime & maxime formalis, in quo est operatio sensibilis animæ: & quasi nihil operationis naturæ: quam etiam ob causam inter sensus primus est: & idē lumen etiam à luce accipit: quoniam oca-

li luminaria dicuntur, & visus lumen luminarium illorum: & hoc est ideo, quia sine lumine non potest videre: ideo phantasia determinatum vel derivatum nomen à visu habet: quia phantasia dicitur visio vel apertio Latine. Et huius causa est etiam: quoniam sensibilia visus maxime permanent & finguntur in phantasia, & alia minus, & minime sensibilia olfactus: & idē rarissime somniat quis de odoribus: & huius causa est: quia debiliter habemus hunc sensum: tactum autem maxime habemus: tamen seruat qualitates in corpore magis quam in retentione qualitatum in anima: & idē raro somniat aliquis frigus vel calorem, nisi frigeat vel caleat interior corpus, sed colores & figuras frequentissime somniat & sonos, eo quod magis sunt illa habentia de proprietate intentionum spiritualium: & idē de facili transeunt ad phantasia. Quia autem phantasmata sunt similia sensibus, sic & conuerso aded sicut ad sensibilia: quoniam non est aduersus ratio vel estimatiua cognitio: & idē multa per phantasia operantur animalia, sicut superius diximus: alia quidem quia intellectum non habent, sicut bruta: alia verò ex hoc quod habent intellectum velatum ob aliquam ameniam melancholiz, vel ebrietatis, vel aegritudinis cerebri: aut propter somnum, qui licet per se sit ligamentum sensuum, tamen etiam ligat intellectum per accidens, sicut quidam homines sunt, & ibi operantur per solam phantasia. Sic igitur sicut sunt quinque sensus exteriores, visus auditus, olfactus, gustus, & tactus: ita sunt quinque sensus interiores, sensus communis, imaginatio, estimatiua, phantasia, & memoria. Phantasia communiter accepta claudit in se imaginationem & phantasia proprie dictam. De phantasia quidem igitur & cæteris interioribus sensibus quid & propter qui sunt, intantum à nobis dictum sit.

Nota quare  
raro aliquis  
somnia de  
qualitatibus  
tangibilibus,  
frequenter de  
coloribus, si-  
guris, & sonis.

TRACTATVS



TRACTATVS II.

De parte rationali.

CAPVT I.

Qui tractatus est qualiter intellectus possibilis est.

Tex. & com.

**D**E parte animæ autem rationalis qua ipsa anima cognoscit distinguendo & formando agibilia & factibilia, quæ pars intellectus actiuus arte & prudentia perfectus vocatur, & de parte animæ qua anima sapit prima & vera, & ea quæ per prima & vera accipiunt fidem, quæ pars sapientia & intellectu principiorum perficitur & scientia, & vocatur intellectus contemplatiuus, quætere intendimus in hoc secundo tractatu huius tertij libri de anima. Quæramus autem principaliter de ista parte, tertia scilicet, vtrum separata sit hæc pars à sensitiuo & vegetatiuo secundum magnitudinem, hoc est, subiectum organum & locum, sicut dixit Plato, qui dedit ei locum & subiectum organum, quod est media pars cerebri, propter hoc quod est secundum ipsum sedes rationis, celam syllogisticam appellauit, vtr altitudo situs organi sui altitudinem rationis super alias virtutes demonstraret. Quæremus igitur, vtrum ista pars sic ab aliis differat per subiectum corporale, quod est magnitudo quadam loco à quantitatibus organorum aliorum diuisa, aut non differat subiecto corporali, sed ratione tantum, quæ in somnitur in animæ partibus quæ vnitate sunt in subiecto vno, quod est ipsa animæ substantia. Et ad illam quæstionem reducitur alia. Si enim supponamus, quod pars ista quæ vocatur rationalis vel intellectualis, pertinet cum alijs viribus animæ ad vnam animæ substantiam: tunc debet certificare quam habet differentiam ab eis, quæ etiam partes eiusdem animæ sunt & dicuntur. Et quæramus tunc forte quomodo contingat intelligere ipsi animæ, hoc est, quætere per quæ principia quæ sunt partes animæ vel non, & qualiter intellectualia & specularia cum anima vniantur & continentur: & hoc omnium ad sciendum grauissimum.

Tex. & com.

Quæramus etiam, vtrum intelligere sit omnino simile ei quod est sentire, ita quod sit per potentiam passiuam ab aliquo obiecto, sicut habitum est de sentire, aut ipsum sit passionis genus aliquod ab intelligibili in anima factum alterum quam sentire, aut sit aliquid

huiusmodi simile passioni sensus, alterum tamen ab ipso. In his autē determinandis quæstionibus procedere non possumus ordine eodem quo enumerata sunt: quoniam, sicut supra diximus, operationes sunt priores, & præuia potentis secundum nos: & idē ab vltima sumemus initium: & quia res difficillimas & cognitione dignissimas, ideo volo primo totam Arist. scientiam pro nostris viribus explanare, & tunc aliorum Peripateticorum inducere opiniones, & post hoc de Platonis opinioni us videre, & tunc deum nostram ponere opinionem: quoniam, in istarum quæstionum determinatione omnino abhorremus Doctorum Latinorum verba: eo quod nobis videretur, quod etiam in eorum verbis non modo quiescat anima: propter quod scientiam veritatis nec ostendunt, nec verbis propriis attingunt. Rogo autem & repetens iterum iterumque rogo socios nostros, vtr dilataciones quæ hic inducuntur, diligenter animaduertant: & si inuenierint eorum solutionem perfectam, deo immortalis gratias agent immortales. Si autem minus inuenierint, hoc ad minus lucri reportabunt, quod scient dubitare de rebus mirabilibus & alris & annotatione dignissimis ad scientiam diuinam multum proficientibus. Cum enim scientia de anima, sicut à principio diximus libri de anima, sit de miratū: us id quod hic quærendum est in ea admirabilis quidem cæteris & altius, & est id quod homo per seipsum scire desiderat. Accipiamus ergo Arist. verba prout in tertio de anima iacent.

Tex. & com.

Dicit autem Arist. quod partem qua supra dicto modo cognoscit & sapit, oportet esse impassibile quoddam: quia esse passibile est corpus vel virtus in corpore, & omne tale transmutabile est aut secundum se, si corpus est passioni subiectum: aut per alterius transmutationem, si est virtus in corpore: sicut est visus in oculo, qui transmutatur & patitur passionibus oculi, sicut supra ostendimus, vbi diximus, quod hoc non est propter transmutationem virtutis visus, sed propter transmutationem pupillæ: neutrum autem horum potentia conuenit intellectuali, sicut in sequentibus ostendemus. Licet autem isto modo sit impassibilis potentia intellectualis, oportet, tamen eam fore susceptiuam specierum: quia aliter de potentia agente non efficeretur actu intelligens: & oportet, quod ipsa sit potentia speciei illæ: talis autem potentia non est hoc aliquid demonstratum & indiuiduatum in natura: quia si esset, aut hæc materia



*Quia est hoc  
materie nisi  
quia sit sub  
hoc forma &  
id. impediret  
universalius  
se. partio  
nu. eius ad  
omnem for-  
mam.*

materia, aut hæc forma, aut hoc compositum, tunc esset hoc aliquid determinatum: materia autem non est hæc materia nisi per hanc formam facientem eam esse materiam huius & ideo hæc materia non est potentia que libet forma, quod variat. Alitas proportionis eius ad omnem formam impeditur per hoc quod est materia huius. Verbi gratia materia enim carnis non potentia habet omnes formas, sed tantum potentia materia prima: qua non habet formam aliquam: nihil enim est potentia id quod iam habet: hæc autem materia potentia habet formam: & ideo non est potentia forma illa nec aliqua formarum quæ est de intellectu tua forma habitæ: & illius exemplum est, quod materia Sortis nec potentia est animal, nec animatum, nec corpus, nec substantia: quia omnia illa iam acta habet. Intellectus autem potentia suscipit omnes species: ergo actu nullam habet: ergo non est hoc aliquid sicut hæc materia. Et per istam eandem rationem ostenditur, quod non est hoc aliquid sicut hoc compositum, nec hoc aliquid sicut hæc forma: hoc enim patet per se, quia forma non est potentia susceptiva alienius secundum quod est forma: ergo pars animæ quæ est intellectus possibilis, non est hoc aliquid per hoc quod est intellectus possibilis. Licet autem sit supra dicto modo impassibilis & instantmutabilis, tamen contingit ei per hoc quod est possibilis, quod similiter se habet intellectiva pars quæ vocatur possibilis intellectus ad intelligibilia: sicut se habet sensus ad sensibilia: sensus enim se habet ad sensibilia, sicut medietas & proportio formalis harmonice media existens sensibilibus: propter quod omnia suscipit quodammodo: & sic ostendimus, quod intellectus qui vocatur possibilis, medietas est intelligibilium omnium, & per hoc suscipit ea, licet alia ratio sit medietatis in sensu, & alia in intellectu: habet ergo solum hoc genus potentie passivæ, quod secundum aliquem modum recipit species intelligibiles, & simpliciter non est passibilis. Hæc autem in sequentibus apperebunt evidentiis.

CAPVT II.

*Qualiter intellectus possibilis sit natura quadam immixta receptibilis omnium eorum que sunt.*

**V**terius autem de intellectu possibili loquens Arist. dicit, quod ideo quoniam omnia intelligit apprehendendo formas omnium, necesse est quod sit immixtus, hoc est, non mixtus cum corpore sicut forma corporis, aut sicut forma que est virtus in corpore. Forma enim corporis duplex est, simplicis scilicet & compositi. Simplicium autem formarum quinque sunt, quæ multiplicantur secundum numerum compositorum corporum, ex elementis que sunt prima simplicia. Forma

autem quæ est virtus in corpore, est virtus organica animæ vegetabilis vel sensitivæ: & ideo laudandus est Anaxa, qui veram deit. causam huius, quod intellectus possibilis sit immixtus, quando dixit, quod immixtus est ut imperet tanquam superior omnibus: & hæc est ut cognoscat omne de seipsum ab ipso de seipsum, enim vocat id cuius forma non informatur: has enim formas omnes despicit intellectus tanquam indignas sibi, quasi prohibentes ipsum intelligere. Si enim esset aliqua forma informatus ad hoc quod esset hoc aliquid, tunc hoc ipsum prohiberet, nec apparet ei in cognoscendo alienam & contrariam ab ipsa forma, & impediret omnis rei cognitionem quæ obicitur ei: quia contrarium & diversum ab illa forma recipi in eo non posset, eo quod nec contraria nec disparata possunt esse in eodem: & id quod non esset ei, non haberet in potentia: & ideo si esset aliqua forma mixta, impediretur ne potentia intelligeret omnia materialia. Sic igitur eo quod est immixtus, est immaterialis & impassibilis, eo quod potest intelligere aliqua vel omnia, est aliquo modo de genere virtutum passivatum. Id enim quod est receptivum alicuius, non habet illud quod natum est recipere in specie, licet possit habere formam in genere cum his que recipit convenientem. Diximus enim superius de organo tactus, quod recipit excelsens se tangibile, cum tamen habeat media in se tangibile: medium enim ab extremo differt specie, & convenit genere: ita etiam non est inconueniens intellectum possibilem habere quidem aliquam formam, quæ efficitur unum de entibus mundi in genere nature incorporeæ, licet nullam habeat formam eorum que intelliguntur ab ipso: eo quod illa forma qua determinatur in eis in genere nature incorporeæ, cum intellectu ab ipsa convenit in genere, & differt specie ab eis omnibus, sicut nos infra ostendimus: ista enim propositio qua dicitur, quod recipiens deputatum est a formis eorum que recipere est natum, necessaria est in omnibus recipientibus, sicut probatur tam in materia quam in potentiis omnium sensuum: & ex isto necessario probatur, quod intellectus possibilis est in genere potentiarum passivatum & immixtus omnino, eo quod nulla est formatum quæ recipiuntur in ipso, que sunt aut formæ corporum, aut formæ que licet non sint corporum, tamen sunt organice in corpore: & per hoc concluditur vterius, quod non est passibilis nec instantmutabilis: quia nihil est passibile & instantmutabile nisi mixtum. Quia autem est de genere virtutum passivatum, necesse est, quod ipse sit motus ab aliquo quod est actu, sicut videmus potentias sensuum motu: quoniam ideo quod sensibilia sunt in actu, ideo movent sensus qui sunt in potentia. Formæ autem universales prout sunt in multis & non sunt diuise ab illis, non sunt nisi in potentia universales & intellectus sicut colores in potentia sunt in tenebris: tales autem formæ non

*In omnibus recipientibus est necessaria propositio dicens recipiens esse deputatum a natura recepti.*

*Ratio ista est Commentatorum in commento quarto.*

n. quere



mouere possunt intellectum: & ideo cogemur inferius inuestigare alium intellectum agentem, qui formas faciat actu separatas & vniuersales, vt mouere possit intellectum possibilem, qui faciat in formis rerum particularibus, quod lux facit in coloribus.

Ex omnibus autē his concludit Arist. quod intellectus possibilis non est natura aliqua specificata per formam: quia id quod est potentia omnia, non potest esse specificatum, sicut nec prima materia specificata est per aliquam formam, sed ad hoc tantum est natura eius posita potentialiter vt sit vocatus intellectus possibilis: Et in hac duo diuiditur, quorum vnum est quod est intellectus, & alterum quod est possibilis: & per hoc quod est intellectus, determinatur in eis quoddam incorporea natura: per hoc autem quod est possibilis respectu omnium, oportet quod priuatur omnium formis quae potentia sunt in ipso. Vtrum autem intellectualitas sua specificando eum in ens naturae incorporea, claudat & diminuat potentialitatem suam ad intelligibilia, inquiramus posterius. Hunc autem possibilem intellectum vocamus intellectum generaliter, per quem anima distincte opinatur res probat ille, & intelligibiliter distinguendo vnum ab alio, & cogitat cum ratione, & nihil est actu eorum quae sic diuersimode iudicat antequam actu intelligat & distinguat ea, sicut omnes potentiae passivae nihil eorum sunt a quibus mouentur ante habitum formarum suorum motuum: ad hoc enim mouetur, quod de eis has formas: & post motum illam ea quae mouentur, habent eas in actu: hoc tamen in intellectu possibili aliter est quam in aliis potentiis passivis, sicut in sequentibus declarabitur. Ecce haec est intentio Arist. de natura possibilis intellectus, quem posteriores eo. Peripatetici hanc vique in eum exponunt: & nullus ad plenum intellexit ob dubiorum difficultatem quae sunt in dictis istis.

Ter. & cum

CAPVT III.

Et est digressio declarans dubia quae consequuntur ex dictis de intellectu possibili.

Expedit autem nobis videtur dubia prius tangere & postea videre solutiones Peripateticorum posteriorum in solutione eorum: quia tunc congruentius ostenderetur quod nobis verum esse videtur. Dubia autem quae oriuntur ex dictis istis, insurgunt ex quatuor quae Arist. dicit de intellectu possibili natura, ex quibus determinatalem, qualis dicta est fore naturam eius. Et in his quatuor necesse est vt omnis homo consideret, qui non aduersus veritatem vult proteruire. Vnum autem de quatuor est, quod intellectus possibilis immixtus est, hoc est, non mixtus corpori alicui. Secundum autem est, quod ipse est separatus. Tertium

D. Alb. de anima. 1. 1. 1.

autem, quod est impassibilis, licet sit receptius intelligibilem. Quartum autem, quod non est hoc aliquid. Quate autem sit immixtus, iam dictum est satis quantum spectat ad hanc intentionem. Separatus autem est ab intelligibilibus, & in seipso. Ab intelligibilibus quidem vt sit susceptiuum omnium eorum: quod non esset si esset alicui eorum vel pluribus coniunctus, sicut patet ex dictis: & ideo ex his duobus concluditur, quod ipse est potentia omnia intelligibilia tanquam omnium susceptibilis: quod autem susceptibile est omnium, nihil habens eorum hoc aliquid non est specificatum in natura in aliquo ens mundi & sic ex his tribus sequitur, quod non est hoc aliquid nec aliqua natura, nisi illa quae est similis materiae primae, quae vocatur potentia omnia quae sunt, & nihil eorum est actu antequam actualiter illud intelligat.

Accipiamus igitur dubia quae sequuntur ex primo. Si enim est immixtus & impassibilis & intransmutabilis, tunc videtur nunquam fieri eorum aliquid quae sunt secundum esse hoc modo aeternum quo intransmutabile est aeternum: ergo non firmiter quod intelligibile: & sic intellectus speculatiuus in eo non est factus. Amplius in quo omnino nihil sit, illud non est potentia quae precedat actum: est autem talis omnino intransmutabilis intellectus possibilis: igitur omnino nihil sic nec est factum aliquid in ipso: & sic intellectus speculatiuus omnino non est factus. Adhuc autem agens intellectus magis est intransmutabilis quam possibilis: & sic vterque intellectus, tam agens scilicet quam possibilis, sunt hoc modo aeterni, sicut sunt aeterna necessaria & intransmutabilia: quandoquocumque autem agens est necessarium & non factum agens, sed semper agens, & passiuum est necessarium & intransmutabile, tunc etiam factum ab agente in eo quod patitur, & semper intransmutabile: ergo speculatiuus intellectus qui fit ab agente intellecta, in eo qui vocatur possibilis, semper est & nunquam factus: & videtur tali factioe quae fit terminus eius, quod est fieri, & quam precedat potentia secundum generationem & tempus. Et has dubitationes de hoc verbo eliciunt Theophrastus & Themistius.

Rationes quae etiam adducuntur in prima parte digressionis in commento 5. ex intentione Theophrasti & Theophrasti.

Separatus autem potentia ab omnibus Peripateticis intellectus possibilis, secundum quod separatum duo importat, quorum vnum est, sicut separatum dicimus denudatum esse à specificantibus & indiuiduantibus, sicut prima vniuersalia dicimus fore separata. Secundum autem est, sicut dicimus separatum id quod est potentia aliquid antequam habeat illud. Plato autem tertium modum separati posuit, secundum quem separata dicimus, quae sunt diuisa subiecto & loco: & hoc modo intellectuam animam separabat à sensitiua & motiua secundum locum & vegetatiua: sed hoc modo minus curarunt loqui de separato Peripatetici, quod certum fuit apud eos animam esse substantialiter

Separatum apud Peripateticos duo importat.

M nam



Nota rationis  
qua mouit  
Arist. posse  
intellectum  
possibilem se-  
paratum pri-  
mo modo. Vide  
istam rationem  
ab Auerro 3.  
de anima. c. 19.  
et 28.

vniam & diuersificatam in esse secundum vi-  
res. Ratio autem demonstratiua quæ induxit  
Aristot. quod intellectum possibilem posuit  
separatum primo modo separationis, funda-  
tur super duo necessaria, quorum vnum est,  
quod omnis cognitio animæ secundum con-  
gruentiam aliquam existit ei: & idem con-  
gruentiam harmonicam oportuit esse sensus  
ad sensibile, & imaginationis ad imagina-  
bile: & sic ergo cognitio vniuersalis erit se-  
cundum congruentiam aliquam animæ: ip-  
sificatum autem & indiuiduatum non habet  
aliquam congruentiam ad vniuersale, sed  
potius oppositionem in modo: cum ergo co-  
gnitio vniuersalis sit secundum possibilem in-  
tellectum, oportet ipsum fore separatum hoc  
modo quo vniuersale est separatum. Secunda  
autem propositio est, quod certum est vni-  
uersale secundum quod vniuersale est, non esse  
in re: quia quicquid est in re, secundum  
esse in ipsa est: & hoc est diuisum & particu-  
lare, & non vniuersale, nisi secundum po-  
tentiam: non ergo est vniuersale nisi prout  
est in anima: per esse ergo quo est in anima,  
oportet ipsum esse vniuersale: hoc autem esse  
habere non potest in coniuncto subiecto, sed se-  
parato eam: ergo erit eius subiecta separata.

Hinc autem adhuc duas adiungemus ratio-  
nes: vnã quidem Auerrois, & aliam Auic-  
enæ. Auerrois quidem est ista: quoniam si  
intellectus possibilis non esset separatus à ma-  
teria & appendiciis materiæ, tunc esset aut  
forma corporis aut forma operans organicè  
in corpore: & quocumque modo diceretur,  
sequitur quod id quod foret in ipso, indiui-  
duaretur per ipsum, sicut qualibet forma indi-  
uiduatur per suum subiectum indiuiduatur:  
& sic vniuersale non esset in ipso, sed parti-  
culare: particulare autem non nisi secundum  
potentiam est intelligibile: sequeretur ergo,  
quod actu intellectum ab ipso non esset, nisi  
secundum potentiam intellectum, quod est  
impossibile: ergo impossibile est intellectum  
possibilem non esse denudatum à materia &  
appendiciis materiæ.

Ratio Auic-  
enæ ad idem  
efficacissima.

Auicenna autem fortius id conatur probare  
dicens, quod id quod est vniuersale, oportet  
quod sit alicuius & in aliquo. Dico autem ali-  
cuius, quoniam est illius de quo prædicatur: &  
est in aliquo, quoniam est in intellectu. Aut igitur  
quod est vniuersale habet ab ipsa re cuius  
est vniuersale, aut habet ab eo in quo est. Si  
autem habet ab eo cuius est, hoc est, à re:  
ergo vniuersale prout est ab ipsa re sumptum,  
actu est vniuersale: sed actu esse aliquid non  
indiget agente, vt agit vniuersale sibi prout  
est rei vniuersale de qua prædicatur, per se-  
ipsum potest agere & mouere intellectum  
possibilem, & perficere ipsum: ergo ad hoc  
quod agit, non indiget intellectu agente,  
quod contra omnes Peripateticos est: quia  
omnes illi posuerunt intellectum agentem  
concorditer, licet eorum quidam negauerunt  
intellectum possibilem, sicut patet in se-  
quentibus: non ergo vniuersale quod vniuer-  
sale sit, ab ipsa re habet se qua prædicatur.  
Adhuc autem vniuersale prout est in re, non  
est nisi potentia vniuersale: si ergo à re ipsa

habet quod esset actu vniuersale, oportet  
quod idem per se esset in potentia & in actu:  
quod impossibile est: quoniam id quod est  
in potentia, non fit in actu nisi per id quod  
est in actu: relinquatur ergo, quod habeat  
esse vniuersale in actu per intellectum de quo  
est: & idem oportet intellectum esse separa-  
tum & vniuersalem: quia aliter indiuiduaretur  
id quod est in ipso: separatum igitur di-  
citur, sicut diximus prius, sicut potentia ab  
actu quando nihil eorum est, quæ aptus est  
intelligere: & hæc separatio similis est sepa-  
rationi quæ dicimus tabellam rasam & bene  
planatam & præparatam esse separata ab his  
omnibus quæ pingi in ipsa & scribi possunt,  
& idem habilem ad omnia scripturæ & pictu-  
ræ receptionem. Istos duos modos separatio-  
nis omnes Peripatetici concorditer intel-  
lectui possibili & animæ rationali attribuerunt.  
Stoicorum autem philosophia via hac nõ inces-  
sit: sed de hac minus curamus, quia non qua-  
ritur hic dicere nisi tantum Peripateticorum  
opinionem: de aliis autem, Deo honoro fau-  
re, prima in philosophia disceptabimus. Istis  
ergo rationibus & causis possibilis vocatus in-  
tellectus, impassibilis & immixtus & separa-  
tus vocatus est.

Ex his autem sequitur quartum quod ei  
attribuitur, quod scilicet non sit hoc aliquid  
vnum, sicut determinatum est, & vnus ens  
in natura: quod enim est hoc aliquid, nullo  
modo potest esse separatum, cum ipsum in  
sua compositione iam habeat materiam per  
quam particularizatur & indiuiduatur forma  
eius, & habet formam & est hoc aliquid, &  
non potest esse ab illa forma separatum. Hæc  
igitur quatuor sunt quæ intellectui possibili  
attribuuntur.

Et videtur sequi ex istis, quod intellectus  
possibilis est vnus numero in omnibus ho-  
minibus qui sunt, qui fuerunt, & erunt:  
separatum enim prædicto modo non habet  
aliquid in se, per quod efficiatur istius vel  
illius, cum separatum non indiuiduatur: de-  
nudatur autem à materia & indiuiduantibus  
sic separatum & intellectus possibilis secun-  
dum id quod est: & sic ergo separatus: erit  
ergo vnus in omnibus quòrum dicitur esse  
intellectus. Adhuc autem id quod in natura  
sua commune est, non efficitur proprium nisi  
per aliquid proprium sibi adiunctum: sed  
simpliciter separato nihil est adiunctum de  
propriis: ergo simpliciter denudatum nun-  
quam efficitur proprium: est autem intel-  
lectus possibilis secundum id quod est simplici-  
ter denudatum quid: nunquam igitur effici-  
tur proprius: erit ergo vnus communis om-  
nibus, & nulli de se proprius. Hoc autem de-  
litamento videtur esse simile: quoniam quod  
est vnum in omnibus, vnica habet perfe-  
ctionem: scientia autem perfectio est intel-  
lectus possibilis: in quocumque ergo accipiat  
scientiam, in omnibus habebit eam: & sic  
sequitur, quod me acquirentem scientiam ali-  
quam, omnis homo habebit & acquiret ean-  
dem: quod experimeto factum esse proba-  
tur, quod philosophia habita à multis non  
ob hoc alij sciuerunt eandem.

Est

Est autem adhuc dubium in his dictis: quia  
si separatus esse dicitur intellectus possibilis  
sicut potentia ab actu sicut præparata tabula à  
picturis: tunc non videtur habere relationem  
& proportionem ad intelligibilia nisi sicut ma-  
teria ad formas: quorum autem vna est ratio  
& proportio potentie passivæ, & receptivæ,  
ipsa sunt eadem: & sic igitur videtur non esse  
differentia aliqua inter primam materiam &  
intellectum possibilem: & hæc est obiectio  
Theophrasti contra Aristot. positionem.

Summa  
omnium du-  
bium

Redeunt igitur omnia ista dubia difficilia  
ad 3. problemata, quorum primum est, quæ-  
ritur hic simul verificetur de intellectu possi-  
bili, quod sit impassibilis, intrinsecabilis,  
& tamen sit in potentia susceptiva perfectio-  
nis & suscipiat eam ab agente mouente ipsum.  
Secundum autem est, qualiter hæc senten-  
tiæ, quod ipse sit ad omni indiuiduate  
omnino denudatus: & tamen vnus, quique  
homo habeat suum intellectum proprium.  
Et tertium, qualiter hæc simul verificentur,  
quod ipse sit id quod est, & sic vocatur possi-  
bilis ad omnia quæ sunt, & tamen non sit  
materia prima. His autem dubiis primo volu-  
imus aptare responsionem Philosophorum  
quorundam, & postea adiungere quod no-  
bis videtur dicendum de his. Conueniunt  
autem omnes Peripatetici in hoc quod Ari-  
stot. verum dixit: quia dicunt, quod natura  
hunc hominem posuit quasi regulam verita-  
tis, in quo summam intellectus humani per-  
fectionem demonstrauit: sed exponunt cum  
diuersimode prout congruit vnicuique in-  
tentioni.

CAP V. T. IV.

Et est digestio, declarans opinionem  
Alexandri, & impro-  
bationem.

Alexandri  
opinio, pro qua  
vide Com.  
com. 5.

Alexander autem qui inter discipulos  
Aristotelis aliquando summus habi-  
tus est, dicit intellectum possibilem formam  
corporis & vitæ causatam ab elementis,  
supra quam irradiat intelligentia agens quæ  
non est pars animæ hominis, sed separata.  
Dicit enim, quod forma habita materiæ  
primam magnam in simplicibus operatur di-  
uersitatem: facit enim vnum ignem, & aë-  
rem æquam, & tertium aerem, & quartam ter-  
ram: quando autem non solum vnica forma  
operatur, tunc facit mirabiles diuersita-  
tes. In compositis autem remanent secun-  
dum aliquem modum formæ elementales, &  
insuper adiiciuntur eis formæ composito-  
rum: & idem quando elementa per mixturam  
ab excellentiis recedunt, tunc in natura mi-  
rabiliora operantur: & primus quidem recessus  
facit mineralia & lapides, quorum sunt  
formæ naturales. Secundus autem recessus  
animata perficit, quorum est potentior forma  
quàm mineralium: & ita per gradus maioris  
& minoris temperantiæ & æqualitatis ele-  
menta venientia ad medium secundum mix-  
turam.

D. Alb. Mag. lib. 2. de anima.

turam, tandem perficiunt formam quæ voca-  
tur intellectus possibilis, quæ potentia est  
omnia intelligibilia & actu nullum habet  
intellectus est in corpore hominis, vt dicit,  
sicut natura & planatio in tabula, & non sicut  
ipsa tabula: sed potius corpus est sicut tabula, &  
intellectus sicut præparatio tabula ad scriptu-  
ram: nec dicitur esse separatus à corpore, sed  
potius ab intelligibilibus, sicut priuatio quæ  
dicit habilitatem ad recipiendum, separata  
est ab his quæ recipit: sicut etiam natura &  
planatio separata sunt à scriptura, & sicut  
qualibet priuatio materiæ: non tamen ipse  
actus: & hoc dicit Aristot. sentire quando di-  
cit intellectum possibilem esse separatum.

Rationis Ale-  
xandri.

Habet autem adhuc rationes duas: vnã  
quidem quam sumit ex Aristotelis verbis, vbi  
dicit animam secundum substantiam vni-  
uersaliter esse corporis organici endelechiam.  
Si enim hoc est verum, tunc vnice  
animæ partes sunt endelechia corporis: oportet  
igitur intellectum esse corporis endele-  
chia, sicut formam corporalem: & sic erit  
causata forma ex elementorum mixtura. Am-  
plius autem potentia materiæ corporalis &  
physicæ non perficitur nisi per formam quæ  
est in ipsa potentia, & educitur de ipsa  
per motum & mutationem: stat autem, quod  
anima rationalis quæ est intellectiua, est per-  
fectio corporis hominis quod est materia cor-  
poris: oportet igitur, quod potencialiter sit  
in ipso semine corporis, & educatur de ipso  
per motum & mutationem: igitur intellectus  
qui est perfectio hominis, est forma cor-  
poris operans in corpore sicut alia formæ na-  
turales.

Impugnatio  
opinionis Ale-  
xandri.

Sed illud quod magis irrationabile est in  
dicto isto, est hoc quod iste ponit, quod prima  
perfectio quæ est præparatio ad secundam,  
hoc est, ad intelligibilia suscipienda, sit fa-  
cta ex complexione elementorum: quia apud  
Peripateticos omnes est ab antiquo vulga-  
rum, quod intellectus est ingrediens ab ex-  
trinseco, & non factus ex elementis: nec po-  
tentialiter existens in eis: non enim aliquo  
modo probable vel intelligibile est, quali-  
ter virtus incorporea quæ dicitur res omni-  
no incorporea & immateriales, educatur ex  
elementis. Adhuc autem ex isto videtur se-  
qui, quod materia secundam compositionis  
varietate faciat omnes formas, absque eo  
quod necessaria sunt alia causa, sicut dixe-  
runt hi qui casum & fortunam mouentia esse  
dixerunt, & negarunt causas per se agentes,  
quod tamen Alexander dicit non intendit,  
qui alibi ponit causas agentes.

Id autem quod demonstratiue destruit di-  
ctum Alexand. est, quod omne quod recipi-  
tur in eo quod est in corpore sicut forma cor-  
poris, est particulare & indiuiduum, sicut pro-  
batur per omnia quæ sunt in vitribus ani-  
mæ sensibilis: si ergo intellectus possibilis es-  
set huiusmodi forma, receptum in ipso es-  
set particulare: & sic non esset intellectus ac-  
ceptiuus vniuersalis. Adhuc autem in physica  
doctrina parum faceret Aristoteles si doceret  
nos præparationem tantum ad intelligibilia,  
& non determinaret nobis subiectum illius  
præparationis:

M. 2 præparationis:



preparationis: non est ergo intentio Aristotelis vocare intellectum possibilem solum preparationem ad intelligibilia suscipienda sed potius id quod subicitur tali preparationi, vocat intellectum possibilem. Et hæc rationes Averrois contra Alexandrum tenenda: quia absque dubio Alex. est in multis bene dixerit, tamen in materia hac peius omnibus determinavit: & sequitur ex dicto eius animam cum corpore perire, & animam alterari alterato corpore, & multa alia, quæ absurdissima sunt, & claro Philosopho minus digna: quam ob causam abicienda est penitus scientia ista, & extra genus hominum exterminanda tanquam error pessimus, ex quo totius nobilitatis & perpetuitatis animæ intellectus sequitur destructio.

*Solutio ad rationes Alexandri.*

Rationes quas inducit, super falsas propositiones fundavit. Quod autem dicit Aristoteles, quod anima est perfectio corporis organici, & quod perfectio secundum viam & eandem rationem dicitur de vegetabili & sensibili & rationali, omnino falsum est: quinimo dicit Aristoteles, sicut ex superioribus patet, quod intellectus nullius corporis est actus: & hoc non est repetere necessarium, cum de his ex superioribus satis constet. Similiter autem quod dicit, quod intellectualis anima educatur de semine, falsissimum est omnino, sed potius ipsa est ingrediens ab extrinseco à datore formarum in materiam, & est similitudo datoris formarum qui est intelligentia prima, & non mixta corporis: & ideo hoc etiam est falsum. Verum est tamen, quod ipsa est finis generationis: sed iste finis non efficitur in materia virtute qualitate primarum transmutantium materiam: sed potius intelligentia dat quando materia est disposita per principia naturalia. Et de hoc in libro de animalibus, ubi de generatione tractabitur, erit agendum. Intantum igitur dictum sit de opinione Alexandri.

CAPUT V.

*Est digressio declarans opinionem Theophrasti & Themistii, & improbationem eiusdem.*

Theophrastus autem & Themistius viti in scia Peripateticorum clarissimi, aliam secuti sunt viam, dicentes in anima non esse nisi intellectum agentem, & nullum intellectum possibilem in ratione possibilem, qui sit pars animæ rationalis. Dicebant autem hoc per viam præcipue rationem, quæ est ita, quod scilicet in omnibus in quibus est prima perfectio & secunda, ita se habent adiunctim, quod si prima est intransmutabilis & æterna, quod secunda est intransmutabilis & æterna. Prima autem perfectio hominis est intellectus. Secunda est intelligere: & ideo si intellectus est immixtus separatus & impassibilis & æternus, & intelligere erit similiter intransmutabile & æternum: constat autem, quod intellectus agens

est æternus hoc modo quo dicimus æternum esse intransmutabile: agente autem vno modo se habente erit id in quo agit vno modo se habens, quod aliter agens esset otiosum: & sic id quod vocatur intellectus possibilem, est æternum & actum est æternum. Si enim probatum est in octavo physicorum, quod motore existente æterno & in motu, motus necessarius est æternus. Similiter autem isti viri videntur dicere, quod actum ab agente est specularius intellectus, & intelligere nihil aliud est quam denudare formas, & hoc est opus intellectus agentis. Sed hoc omnino stare non potest: quia factum secundum suum nomen ostendit, quod ipsum non est temper, nec æternum, nec necessarium: specularius autem factus est igitur non potest esse æternus & necessarius. In alio autem loco isti viri dicunt, quod intellectus materialis est pars animæ, sed non perficitur nisi ab agente, & non ab intelligibili: & ideo cum tam agens quam possibilem sint intransmutabiles, factum per compositionem ex utroque erit intransmutabile & æternum: propter quod negant etiam intellectum possibilem esse ut possibilem ante actum, licet concedant eum esse in anima prout est subiectum luminis agentis. Si autem queratur ab istis de dictis Aristotelis, qualiter intelligantur quæ dicit de natura possibilem intellectus, dicunt quod intelliguntur de eo quod est subiectum agentis luminis: & illud lumen habitum ab ipso est specularius intellectus. Cum autem dicitur, quod potentia est omnia intelligibilia & actu nullum, dicunt quod hoc sic est: quia lumen eius aliquando est super intelligibilia, & tunc ipsa denudatio est actu intelligere, quod vocatur specularius intellectus, qui dicitur adeptus: illi enim ponunt quadruplicem intellectum in anima, agentem scilicet qui denudat formas, & possibilem qui recipit lumen agentis, & tertium compositum ex utroque sicut diaphanum lucidum, quem vocant specularium: & quartum qui sit splendore luminis habiti super intelligibilia, quem vocant adeptum: hæc opinio multum rationabilior est quam Alex. & aliorum Peripateticorum quorundam.

Si autem queratur ab eisdem de hoc quod dicit Aristoteles, intellectum sic se habere ad intelligibile, sicut sensus ad sensibile se habet: & ita cum sensus sit susceptivus specierum sensibilibus, erit & intellectus susceptivus specierum intelligibilium: & sic intelligere non est solum denudare, sed etiam intelligibilia recipere. Amplius per se agens sine possibili potest denudare. Si ergo hoc sufficit ad intelligere, non oportet ponere aliquem intellectum possibilem vel specularium, sed tantum agentem & specularium adeptum. Sed ad hoc illi respondent agentem absolutum nullum esse in anima: quoniam intelligentia absolute agens non potest esse pars animæ, sed lumen agentis in possibili agentem vocari vel vocant: & quando distinguitur intellectus in agentem & possibilem & specularium, est talis divisio sicut substantia dividitur

ditur in materiam & formam & compositum: non sit hoc ideo, quod forma divisum esse habeat à composito, vel à materia, sed ut ostendatur componentia esse diversarum naturarum, & à composito diserte per modum simpliciter eorum. Hæc autem opinio ponit animam rationalem secundum nullam sui partem esse subiectum intelligibilium, & non esse species intelligibiles in anima, nisi sicut in agente eas: sicut colores actu existentes sunt in luce, quæ est hypostasis eorum. Et esset simile, quod si à vno procederet lumen dans esse formale coloribus, & hoc esset videns: sic volunt dicere, quod lumen agentis in possibili intellectu & intellectuualitatis formam dans intelligibilibus, ut intelligere & hoc sit esse intelligibilia in anima.

*Impugnatio opinionis Theophrasti & Themistii.*

Er si vellemus recedere à dictis Aristoteles non esset ista via abicienda: nunc autem quia expressè dicit Aristoteles, quod sicut sensitivum se habet ad sensibile, sic intellectum se habet ad intelligibile, sicut diximus, non videtur hæc opinio cum verbis Aristoteles. conuenire. Vocat autem Theophrastus præcipue hoc, quod si esset possibilem in anima intellectus separatus, & non hoc aliquid dicitur, quod ille à materia prima non differet: quoniam utrumque potentia est omnia & nihil actu: & ideo materia prima deberet cognoscere similiter formas sibi aduenientes, ut cum intellectu possibilem: quod omnino est absurdum: Non igitur taliter possibilem vocatus intellectus est sicut in anima. Adhuc autem taliter possibilem intellectus non sit intelligibilia sine transmutatione & tempore: ergo iste intellectus possibilem est & transmutabilis & mixtus intellectus in anima, sicut ex supra dictis est manifestum: ergo in anima non est taliter possibilem vocatus intellectus: & ideo ista opinio dubitavit in questione illa qua queritur, qualiter contingit possibilem esse intellectum & recipere intelligibilia, quando supponitur esse impassibilis & intransmutabilis & immixtus.

CAPUT VI.

*Est digressio declarans opinionem Avempace & Abubacher, & improbationem eiusdem.*

Abubacher autem magnus apud Arabes & Avempace aliam viam elegerunt: propter superiores enim inductas rationes & propter quædam quæ adhuc inducentur, consentunt quod in hominibus omnibus præsentibus, præteritis, & futuris, vnus & vnus numerus & specie est intellectus. Et querentes qualiter ille contineretur homini cuiuslibet, non continuationem illam viderunt & vnionem causari ex parte intellectus possibilem vel agentis, cum ambo sint separati & immixti & nulli habentes aliquid commune, sicut dixit verissime Anaxagoras. Viderunt autem ab alia parte, quod id quod est vnus specie & numero apud omnes, vnam numero & specie habere perfectionem: & sic deberet sequi,

*D. Alb. Mag. Ord. Præd. de anima.*

quod vno homine accipiente scientiam quilibet homo haberet scientiam eandem, quod viderunt minime fore verum, & ideo dixerunt in anima rationali non esse intellectum separatum nisi agentem: possibilem autem intellectum esse coniunctum corpori: sed quod hoc nihil aliud est quam phantasia: phantasmata enim sunt potentia intellectus, & efficiuntur, ut dicant, actu intellectus, quando separantur ab intellectu agente: & quia phantasia non est vna apud omnes, per phantasiam contrahuntur & vnionitur intellectum & intellectus cum particulari quolibet homine. Et ut eorum melius intelligatur opinio, dixerunt isti, quod non est aliquis possibilem intellectus in homine, qui sit subiectum intelligibilium secundum quod intelligibilia sunt: quia dicunt formam speculationis de sui subiecto in quo sit in luce agentis intellectus denudata est intellectus: & hoc non potest habere subiectum in quo sit, quoniam vniversalis est, & ideo est vbique & temper: si autem haberet subiectum, indiuiduaretur necessarium, quoniam omnia forma per sui subiectum indiuiduatur & terminatur: & ideo dixerunt isti, quod vocatur id possibilem hinc potentia intellectus, quod est potentia specularius intellectus, & hoc est phantasma in phantasia. Et sic videntur in partem conuenire cum Theophrasto & Themistio, in parte videntur illis contradicere, quoniam in hoc conueniunt, quod dicunt intelligere animæ nihil aliud esse quam formas denudatas in luce agentis: & quod non est aliqua animæ rationalis pars quæ sit subiectum intelligibilium. Dissentiunt autem ab illis in eo quod Theophrastus & Themistius dicunt intellectum possibilem esse animæ rationalis partem, sed nunquam esse in potentia, quod temper habet in se lumen agentis vel ipsum agentem, prout lumen est, sicut diaphanum illuminatum habet in se actum lucis. Isti autem duo viri omnino nullum hoc modo possibilem intellectum esse in anima dicunt: hoc autem quod dicunt esse intentionem Aristoteles in 3. de anima, dicunt quoniam, sicut inferiori ostendemus, dicit Aristoteles, quod si forme denudate essent in rebus extra animam, res essent intelligentes: dicunt igitur, quod ipsa forma denudata est intellectus in actu, & permixta particulari est intellectus in potentia: & quia non subicitur formæ intellectus agens qui pars animæ est, ideo est immixtus & intransmutabilis & immaterialis: nec efficitur hoc aliquid per seipsum: quoniam non subicitur ei: & hoc modo solunt dubia supra inducta.

*Nota in quo opinio istorum conueniat & opinio Theophrasti & Themistii, & in quo differat.*

*Impugnatio pro qua vide Co. 3. de anima. tom. 1. & tom. 30.*

Sed omnino videtur mirabile de viris istis qui multa subtiliter intellexerunt, quod non viderunt Aristoteles esse scientiam, quod phantasma mouet intellectum mouens autem non est motum: oportet igitur, quod motum à phantasmate non sit phantasia vel phantasma: constat autem potentiam nunquam mouere actum, qui educitur de ipsa: ergo phantasma non potest dici mouens ipsum speculationium intellectum: oportet igitur omnino, quod aliquis intellectus qui sit pars animæ rationalis, sit motus à phantasmate: & ista ratio cogit

M 3 gr



*Rationes pro  
opinionem  
bachæ  
quæ præc.*

mouens. Iste autem concedit omnem esse  
git Aristot. ponere intellectum possibilem.  
Ratio autem quæ decepit Abubachem &  
Apace, fuit ista, quod mouens & motum  
debent habere communicationem sicut agens  
& patiens communicat in subiecto: si igitur  
phantasma est mouens, oportet quod id quod  
mouetur, communicationem habeat cum ipso  
in subiecto eodem: sic cum phantasma sit  
particulare, oportet quod motum ab ipso sit  
particulare. Amplius mouens speciem suam  
dat ei quod mouetur ab ipso, quando fuerit  
mouens vniuocum: in anima autem non est  
mouens nisi vniuocè secundum formam: igitur  
motum à phantasmate oportet habere  
phantasiam formalem: formalis hæc autem  
phantasia est sensibilis, & particularis forma:  
talem autem non habet pars anima separata:  
non est igitur aliqua pars anima separata,  
quæ mouetur ut subiectum à phantasmate.

*S. Luce.*

His autem respondere non graue est: quoniam  
nos ostendimus inferius, quod communicantia  
quæ est inter agens & patiens, mouens & motum  
physicè, non est inter intellectum possibilem & id  
quod mouet ipsum ad formam intelligibilem, & hoc  
quidem dicit Aristot. sed nos probabimus & modo  
supponamus. Licet autem phantasia sit particu-  
laris & sensibilis, non tamen mouet intellectum  
separatum possibilem existens in actu particu-  
laris sensibilis, sed potius in actu denudationis  
& abstractionis, quam accipit à lumine  
intellectus agentis: sicut etiam colores esse  
materiale habent in corporibus coloratis, non  
tamen per hoc mouent ipsum; sed esse formale  
quod accipiunt à lumine corruptibili.  
Totum autem quod fugiunt & isti & illi de  
quibus prius habitum est omnes præter Alexan-  
dram, hoc est, ne cogantur dicere intellectum  
possibilem aliquid esse primæ materiæ, sicut  
supra patuit ex Theophrasti dubitatione.

CAPVT VII.

*Est digressio declarans opinionem Auer-  
rois, & improbationem eiusdem.*

Post omnes autem istos venit Auerroes,  
qui gloriatur, quod ipse solus satisfecerit  
omnibus dubiis, eò quod ipse omnia quæ  
dicit Aristot. de intellectu possibili visus est  
saluare. Concedit enim, quod sicut sensus se  
habet ad sensibilia, & sic intellectus se habet  
ad intelligibilia recipiendo eadem dicit, quod  
non est omnino simile, licet in aliquo sit si-  
mile, sicut & Aristot. dicit non esse impassibi-  
litate sensus eandem cum impassibilitate  
intellectus. Dicit enim vniuersale quod intel-  
ligitur, habere duplex subiectum. Vnum qui-  
dem quo est verum, & alterum quo est vnum  
entium mundi. Et vocat subiectum quo est  
vnum particulare secundum rem, eò quod in  
eo quod res est vel non est, notitia animæ vera  
est vel falsa, cum veritas intellectus sit ad-  
æquatio rerum & intellectuum: & quoad hoc  
subiectum est vniuersale in potentia vniu-  
ersali.

fale: quia consulum est in particulari, & est  
in aliquo sensibilem potentiarum. Et hoc  
modo vniuersale non est vnum entium mun-  
di quod vocamus vniuersale: quia vniuersale  
prout est vnum entium mundi, quod voca-  
mus vniuersale, quod diuiditur contra parti-  
culare, secundum eum, & secundum verita-  
tem est in solis nudis & puris intellectibus,  
& non in rebus extra animam. Et de hoc ta-  
men alibi tempus erit inquirendum. Sed quæ  
hic dicimus, tantum ad suæ intentionis ma-  
nifestationem inducuntur. Dicitur igitur,  
quod cum vniuersale habeat duplex subiec-  
tum, quod non habet transmutationem nisi  
ex subiecto quo est vnum: quia ex illo edu-  
citur potentia ad actum, sic indiget fieri &  
tempore aliquo, & ex illo etiam inducitur  
lassitudo per frequens intelligere: ex subiec-  
to autem quo consistit ens in mundo, non  
habet transmutationem, sed recipitur in eo  
sine transmutatione aliqua sicut determinans  
& distinguens à determinato & distincto. Si-  
cut enim supra diximus, quod sensus non est  
materia sensibilium, sed species, quæ quia  
materia est insensibile, distinguitur & deter-  
minatur ad ipsam: etiam intellectus & multo  
amplius est species intelligibilem quæ est  
privatio ad ipsam, sicut medium & non sicut  
materia ex qua educantur de potentia ad ac-  
tum: sicut inferius ostendetur: & idem sic  
subicitur eis sicut determinatum subicitur  
determinanti, & ideo non efficitur vnum de in-  
tellectu possibili & intelligibili, sicut sunt  
vnum materia & forma, vel sicut subiectum  
& accidens, sed potius sicut perfectio deter-  
minans est in determinato & perfecto: pro-  
pter quod etiam formalis intellectus, quod  
est forma speculatiua, non habet transmuta-  
tionem ex intellectu possibili, sed ex phan-  
tasmate in quo est, sicut diximus. Et sic satis-  
facit Theophrasto quærenti, qualiter esse pos-  
sit, quod intellectus possibilis sit separatus &  
intransmutabilis, & similiter agens, & tamen  
speculatiua sit transmutabilis & temporalis  
sicut id quod exit de potentia ad actum: Et in  
veritate in ista solutione bene satisfacit & ve-  
rum dicit Auerroes.

Iste autem propter superius inductas ra-  
tiones sicut ferè omnes alij concedunt vni-  
cum possibilem esse intellectum in omnibus  
hominibus, & quod ad hoc sequitur, vniu-  
ersalia esse eadem apud omnes, ex quibus est  
scientia omnium eorum quæ sciuntur: &  
quod quæritur, qualiter tunc intellectus &  
ista scientia vni vniantur & non alij soluit si-  
cut alij dicunt intellectum nihil intelligere  
sine phantasmate, & non est idem apud omnes  
& iam nec scientiam elicitam esse eandem apud  
omnes: & hoc sensisse Aristot. vbi dicit,  
quod intellectus separatus à corpore non re-  
miniscitur, quod sine phantasmate non in-  
telligit, & hoc non retinet apud se quando  
absoluunt. Et iterum in hoc est quod dicit  
Aristot. quod intellectus corrumpitur alio  
quodam interius corrupto: hoc enim de spe-  
culatiua est dictum, qui corruptionem non  
habet ex possibili in quo est, sicut diximus,  
sed potius ex phantasmate quod oportet esse  
vnicum

*3. de anima  
107. com. 20.*

vnicum intellectum possibilem, sicut alij, &  
hunc fore immortalem: & ideo speciem ho-  
minis esse vnicam & incorruptibilem dicit,  
quæ non corrumpitur ex differentia quæ con-  
stituit speciem, sed potius si corrumpitur,  
hoc habet ex genere: quia hanc speciem cum  
sua perfectione quæ est scientia philosophiæ,  
semper dicit manere vnicam aliquibus ho-  
minibus, quando dicit, dicunt astronomi &  
Arist. loca mundi vicissitudinaliter efficiuntur  
habitabilia, & inhabitabilia, & non de-  
struitur habitatio quartarum mundi citò vel  
subitò: sed cum non est habitata vna quarta,  
tunc habitatur alia: & philosophia quando  
non est in vna quarta, tunc est in alia: & hoc  
totum dicit ut sciatur, quoniam intellectus  
speculatiua ex possibili intellectu non ha-  
bet transmutationem. Adhuc autem cum de-  
bet non esse vnus in omnibus cum ex di-  
ctis necessario probatum sit esse incorrupti-  
bilem, tunc maneret post mortem, & tunc  
secundum naturam foret otiosus, cum sit mo-  
tius corpus & non moueret tunc ad cor-  
pus, nisi diceremus, quod ipsa transiret de vno  
corpore in aliud corpus, sicut dixit Plato. Sed  
hoc est absurdum: quia tunc non multipli-  
carentur homines in diuerso numero, sed  
oporteret, quod tantum tot essent homines  
quot intellectus, sequeretur sic quod nun-  
quam nasceretur, aliquis homo, nisi aliquo  
homine mortuo, quod est ad sensum, fallum  
& absurdum: propter quod Auerroes dicit  
qualiter indeficienter vnus existens semper  
mouet aliquod corpus, & nunquam est sine  
corpore & sine scientia.

*Rationes  
Auer.*

Probat autem dictum suum per duo quæ  
videntur sibi esse necessaria: quorum vnum  
est, quia omne quod numeratur, diuiditur ex  
vno aliquo, cum diuisio sit numeri causa:  
non autem diuiditur secundum naturam nisi  
materia corporalis: quod igitur est omnino  
sine materia, indiuisibile est & vnicum: pos-  
sibile autem intellectus sine materia est om-  
nino: igitur vnicus & indiuisibilis in omni-  
bus. Inducit etiam Aristot. hoc sententiam  
in libro de ca. & mun. vbi probat vnicam esse  
mundum: quoniam si essent plures mundi,  
oporteret quod plures essent cæli primi, &  
hi mouerentur à diuersis motoribus: & sic  
motores primi essent diuersi, & numeratio-  
ne autem numeratum habet materiam: tunc  
igitur materialiter motores primi. Ex quo  
vult habere, quod secundum Aristot. nume-  
ratum numeratur per suam materiam diuisi-  
sam, & differentia numero sunt differentia  
per materiam: non autem differentia mate-  
rialis inuenitur, qua numeretur intellectus  
possibilis: manet igitur vnicus in omnibus  
hominibus. Aliud autem deducens ad im-  
possibile: quia si datur, quod intellectus pos-  
sibilis est vnum aliquid, tunc receptum in  
ipso est sicut indiuiduatum receptum, & sic  
non erit vniuersale in ipso: omnes enim con-  
corditer conveniunt in hoc, quod vniu-  
ersale est vniuersale ab vniuersitate intellectus  
in quo est, & quod non vnitur huic & illi, nisi  
per phantasma mouens in vno aliter quam in  
alio.

Sed hoc videtur omnino mihi deliramen-  
to simile, & inducam ad hoc quatuor ratio-  
nes fortissimas, quarum vna est, quod nos sci-  
mus, quod omne compositum efficitur hoc  
aliquid per vniam formam substantialem,  
quæ est sua perfectio prima, sicut plerisque  
in locis dicit Aristot. constat autem, quod qui-  
libet indiuiduus homo est hoc aliquid: ergo  
sua forma est vnica, quæ est perfectio ipsam  
sicut prima perfectio: hæc autem est anima  
rationalis, quam illi vocant intellectum pos-  
sibilem: ergo ipse est vnus in vno, alius in  
alio. Secunda est: quoniam Aristot. dicit prima  
in philosophia contra Platonem loquens,  
quod principia rerum particularium sunt  
particularia, potissimum autem principio-  
rum est forma: ergo ipsa est particularis in  
hoc particulari: & sic cum anima ratio-  
nalis quæ potissimum est intellectus possibi-  
lis, sit principium huiusmodi particularis,  
ipsa est particularis. Tertia autem est, quod  
nullus motor vnus specie & numero in eo-  
dem tempore vitur duobus motis ab ipso:  
quoniam nos videmus, quod nullus moto-  
rum celestium habet duo corpora quæ mo-  
ueat, cum secundum numerum mobilium  
Aristot. probat esse numerum motorum: & si-  
militer in artibus videmus, quod nullus nau-  
ta duabus nauibus simul vitur in vna nau-  
igatione: nec textor duobus instrumentis in  
vno opere, & sic est in alijs, si ergo datur  
vnus numero esse possibilis intellectus, cum  
constet eum esse indiuiduatum corpori attri-  
butum, vitur ille multis motis ab ipso cor-  
poribus: quod omnino est contra rationem,  
& contra determinata in philosophia. Quar-  
ta est, si esset vnus numero intellectus qui  
est substantialis forma hominis, contingeret  
quod plures homines vniam in numero ha-  
berent formam & non vniam animalitatem:  
quoniam homo est animal ex sensu, & hoc  
indiuiduatur: & homo est ex intellectu, qui  
non indiuiduatur: & sic contingeret, quod  
natura generis indiuiduaretur, & differentia  
maneret vniuersalis non indiuiduata: & cum  
species secundum esse componatur ex vtra-  
que natura, contingeret quod idem indi-  
duatum sicut species, esset compositum ex  
indiuiduato secundum esse, & ex non indi-  
uiduato, & ex corruptibili, quæ omnia sunt  
absurdissima. Inconueniens autem quod  
illi conantur euadere, minus euadunt, scilicet  
sicut qualiter vno intellectu existente in om-  
nibus, non omnes accipiunt scientiam vno  
solo scientiam accipiente: quoniam licet  
phantasma moueat intellectum possibilem,  
tamen intellectus possibilis solus habet sci-  
entiam speculatiua, & habet eam prout est  
communis omnium: & non potest dici, quod  
secundum partem habeat, & secundum par-  
tem non habeat: quoniam indiuisibilis sub-  
stantia est intellectus: ergo necessario vide-  
tur legui, quod omnes habeant eam quoniam  
est intellectus: & sic redit super eos incon-  
ueniens propter quod euadendum, confaxe-  
runt ferè omnia quæ dixerunt.

*Nota ratio-  
nes contra Auer-  
rois falsitas  
sem.*



## CAPVT. VIII.

*Et est digressio declarans opinionem eorum qui dixerunt nullam partem animæ esse intellectualem, & errorem eorundem.*

Quærun autem nonnulli Anaxagoræ sequentes quos in aliquo videtur sequi Algazel, & in aliquibus dictis suis Auic. qui propter dictas dubitationes dixerunt nullam partem animæ esse intellectum. Dixerunt autem, quod omnis natura intellectualis est separata, & nulli habet aliquid commune, & ideo non est intellectualis naturæ homo, sed intellectus, sed intelligentiæ tantum: & has ponunt in decem ordinibus cuiuslibet celo, quos nouem esse dicunt, attribuentes vnum ordinem decimum autem toti spheræ ætheriorum & passivorum, quæ mouet omnia illa ad formas, & omnibus generabilibus & corruptibilibus formis attribuitur, secundum modum quo possunt illas recipere. Dicunt autem isti per splendorem intelligentiarum dari formas: & ideo quia anima hominis nobilior est aliis, ideo plus splendoris intelligentiæ resultat in ea quam in aliis, sicut plus splendoris lucis resultat in claro calore quam in obscuro; & hunc splendorem intellectum esse in nobis dicunt, & quod intellectus in nobis sit idem quod splendor alicuius intelligentiæ separatae in nobis.

Hoc autem confirmant per duas rationes, quarum vna est: quoniam ea quorum operatio substantialis est eadem, sunt eadem in natura: operatio autem intelligentiæ in nobis & operatio intelligentiarum separatarum est vna & eadem, quæ est dare formas speculationis & diuidere eas: ergo quod est in homine de natura intellectuali, est aliquid intelligentiæ separatae. Alia autem est ea quæ iam sepius inducta est: quoniam intelligentiæ non sunt nisi vt mouentur subiecta sibi, & non vt moueantur ab ipsis: & ideo dicunt, quod intellectus moueri non potest à phantasmate, sed ipsemet habet formas & dat eas sicut intelligentiæ separatae. Sic igitur absoluunt omnia quæ sunt inducta.

Facile autem illud refellitur: quoniam secundum hoc homo dissimili non potest intellectuali & rationali, cum nihil sit de essentia sua: secundum hoc etiam vanæ & falsæ vocatur Arist. partem animæ quæ cognoscit & sapit. Secundum hoc etiam animatum ab animato non differret tribus, vegetatiuo scilicet, sensitiuo, & rationali. Et secundum hoc in rationali non esset sensitiuum sicut trigonum in tetragono. Quæ omnia sunt absurda. Secundum hoc iterum non esset vnam aliquis secundum intellectum potentia sciens, sed semper actu sciens: & hoc nullo modo est verum, nec secundum Stoicos, nec secundum Peripateticos. Stoici autem quorundam & princeps fuit Platon: quod videtur

secundum superius inductas rationes possibilem intellectum esse separatum & impassibilem, dixerunt ipsum non posse per se aliquo corruptibili, & ideo dixerunt vniuersalia esse incorruptibilia & semper esse apud eum. Peripatetici autem hominem in potentia scientem esse dixerunt dupliciter, potentia scilicet remota, & potentia propinqua. Potentia remota propter priuationem preparationis ad sciendum, quando scilicet non habet habitum aliquo modo. Potentia propinqua, quando habet habitum. Sed quia intellectus est in potentia in phantasmate, sicut diximus, dixerunt potentia scientem qui non habet phantasma actualiter in luce agentis intellectus mouens: sententia enim eorum est intellectum nunquam esse in actu, nec ante scientiam, nec post, nisi sit phantasma irouens. Et in hoc secundo non consentit Auic. nec Algazel: quia dicunt, quod sicut via non est amplius necessaria, quando est peruenit ad domum in qua manendum est: & sicut scalæ non sunt necessarie ei qui iam exaltatus est in solio: ita phantasma non est necessarium ei qui iam habet habitum scientiæ: & ideo sepe intelligimus nihil omnino de particulari curantes vel reminiscentes ista. Et quia inconuenientia vndique videtur sequi, videtur mihi fore perardum veritatem attingere, & difficultatem in his esse, explanat nobis tam clarissimorum virorum tanta diuersitatis dissentio.

## CAPVT. IX.

*Et est digressio declarans opinionem Auicæbron & errorem eiusdem.*

Ab omnibus superius inductis dissentit Auicæbron in libro quem fontem vitæ appellauit: quæstionem enim Theophrasti non valens dissoluere, cum intellectus possibilis sit quo est omnia fieri, & materia prima similiter quæ est omnia fieri, consentit quod materia prima & intellectus possibilis sint eiusdem naturæ. Dicit enim, quod & verum est, quod materia est potentia habens formas omnes & rerum corporearum & incorporearum, & per quamlibet formam susceptam clauditur communitas potentie eius & coarctatur. Est autem prima forma quam suscipit intelligentiæ forma, quæ dicitur intellectualitas: & ideo potentia intellectus possibilis non est in potentia ad intellectualitatem, sed remanet in potentia ad omnia alia. Postea autem cum suscipit corporeitatem, amplius coarctat potentia eius, tamen illa est in potentia ad omnes corporales formas secundum species corporum differentes, & eum suscipit corporeitatem cum contrarietate, iam non est in potentia nisi ad physicorum corporum formas: & sic restringitur potentia eius per formarum susceptiones vsque ad indiuiduam materiam quæ est in hoc vel in illo, cuius

cuius potentia non est communis. Sic igitur intendit dicere Auicæbron, quod potentia intellectualis possibilis communis est sicut & materia, & ideo separata est à determinatione formatum quæ potentia & non in actu habet. Et quoniam sic vniuersalis est potentia eius, ideo vniuersale est quod hoc modo est in ipsa.

Quod autem ita sit vti senserit, inducit rationem potissime vnam: dicit enim, quod subsistere & in potentia susceptiua esse materię primæ quidem proprietates existunt. In quocumque igitur ista inueniuntur, oportet quod in illo causentur à materia. Inueniuntur autem in natura possibilis intellectus: Oportet igitur naturam materię hoc conferre intellectui possibili. Non enim potest esse, quod idem participatum à multis, non causetur ab vno quod est primum in genere illo: suscipere autem formas & esse in potentia ad illas & perfici per ipsas, est participatum à multis, quoniam ab intellectu possibili, & à materia corporea, & à materia physica: oportet igitur, quod hoc causetur ab eo quod est primum in genere istorum: hoc autem est materia prima: & sic oportet, vt inquit Auicæbron, quod per naturam materię primæ intellectus possibilis susceptiuus sit specierum intelligibilium per naturam & potentiam materię primæ, quæ est in ipso. Si autem queritur, qualiter hoc contingit, quod possibilis intellectus discernit formas & non materia prima: dicit hoc esse propter formam possibilis intellectus, quæ est intellectualitas: hoc enim natura facit ipsum esse imaginem lucis intelligentiarum: & ideo forme quæ sunt in ipso, sunt illustratæ & non in materia prima vel in materia corporum: & ideo est quod discernit ea quæ in ipso sunt, & non materia alia quæ rationem non habet formam: & si dicitur, quod potentia intellectus ab Aristot. dicitur esse absoluta simpliciter & non determinata per aliquam formam, ed quod ipse non est hoc aliquid determinatum in natura, hoc dicit esse dictum de formis communicantibus ambitum & communitatem potentie intellectus: sed intellectualitas non est nisi illustrans & non coarctans. Hæc igitur est scientia Auicæbron, sicut potest intelligi ex eius verbis.

Hæc autem scientia nequaquam stare potest: non enim potest: non enim potest dici, quod id quod absolute est forma, quod hoc sit aliquo modo materia: anima autem rationalis in se & omnes potentie eius sunt absolute forme, & omnibus naturalibus formis nobiliores: non igitur potest dici, quod sit materia aliquo modo: quod sicut in 2. physicorum probatum est, materia & forma nunquam incidunt vnam in rem. Amplius forme determinantes materiam sunt ordinatæ: ita quod prima remanet in secunda, & secunda in tertia. Si igitur intellectualitas est prima forma determinans materiam, illi debet addi tertia quæ est corporeitas, & quarta quæ est contrarietas, & sic vltimus: hoc autem videmus non esse verum. Amplius autem dictum illud non fulcitur ratione sufficienti: quoniam idem ens in multis non causatur ab vno quod primum

est in illis, nisi vniuersale sit vnum in multis: subsistere autem & esse in potentia ad formas non vniuersale est in intellectu & in materia, sicut Aristot. dicit, & nos inferius demonstrabimus: & ideo ratio Auicæbron non procedit. Adhuc autem non concordat dictum suum cum scientia Aristot. quoniam Aristot. dicit, quod si forme vniuersales secundum actum essent in rebus extra animam, res ipse quarum sunt forme, intelligunt eas. Intellectus igitur non facit intellectualitas, sed ipsa formarum simpliciter denudatioue secundum Aristot. Causa autem dicti Aristot. infra assignabitur, vbi & dictum eius probatur fore verissimum. Amplius autem non procedit ad intellectum & discretionem rerum eius dictum: constat enim, quod res in potentia ens intellecta, imperfectam generat scientiam de re: forme autem non secundum actum sunt in materia, sed in potentia confusa & indeterminata: si igitur cognoscantur prout ab intellectu confusa & indeterminata cognoscuntur, & non prout sunt distincte & determinate: talis autem cognitio rerum omnino est inutilis ad scientiam rei: & sic dictum Auicæbron nullam facit in intelligendo utilitatem. Amplius autem si solum hoc sufficit ad intelligere, quod est esse formas secundum potentiam in intellectu, cum potentia semper sit in intellectu, semper omnium formas intelligimus. Adhuc autem secundum hoc non phantasmate indigemus mouente intellectum, nec sensu accipiente formas sensibilem; ex quibus vniuersale elicitor. Adhuc autem secundum hoc ex intellectu & intelligibili efficeretur vnum sicut ex materia & forma est vnum sicut ex materia & forma est vnum: igitur per intelligibile specificaretur intellectus & determinaretur ad ens naturæ, & sic aliquando esset lapis, aliquando lignum, quod est admodum absurdum. Et ideo dictum Auicæbron dubia de intellectu inducta soluere non potest, nec hominis mens eius dictis acquiescere potest.

## CAPVT. X.

*Et est digressio declarans opinionem Platonis & Gregorij Niceni, & eius errorem.*

Gregorius autem Nicenus & Græcorum sapientum quamplures, Platonis Philosophia imbuti, videntes ex inductis rationibus necessario sequi animam rationalem esse separatam & non coniunctam corpori vt actum corporis, dixerunt esse causam animæ æternitatem secundum substantiam: ed quod non incipit cum corpore, vt dicunt, sed potius in celo existens à comparibus sibi stellis descendunt & incorporantur, & ideo corpori vniri non possunt ita quod sint corporum actus: & quia sic sunt separatæ, cum tamen in se sint indiuiduæ, est etiam pars animæ quæ est intellectus sic separata: vniuersale autem quod est obiectum intellectus, ali-



quando esse habet in anima, & aliquando esse extra animam. Est enim yniuersale, ut dicitur incorruptibile, aliquando in re existens, aliquando in anima, aliquando in vitroque: & hoc non est inconueniens: quoniam est ubique & semper: & ideo cum anima sit locus eius, eo quod est in potentia ad ipsum, est in ea, & cum res extra sit locus eius, etiam est in re: sed verius est tamen ubi secundum formam est tantum, quam ubi est secundum esse materiale quod accidit formæ: & ideo vniuersalia verius dicit esse extra rem, quam in rebus. Dicit enim, quod omnis forma per hoc quod est causa, est ante rem cuius est causa, non solum secundum rationem, sed etiam secundum esse formale: & secundum hoc præhabet omnia in se quibus multiplicatur postea secundum esse: & hæc forma sic existens est obiectum ipsius intellectus quando intelligitur. Huius autem causa est quoniam scit ientia est ex necessitate. In rebus autem naturabilibus nihil est permanens necessarium. Oportet igitur, quod necessarium per quod est scit ientia ipso, sit extra res ipsas. Adhuc autem intellectus est quoddam permanens & necessarium: quod autem est in ipso, est in ea secundum potentiam & naturam illius in quo est: quia hoc generaliter est verum de omni eo quod est in aliquo, quod scilicet semper est in eo in quo est secundum potentiam eius, in quo est, & non secundum naturam & potentiam eius quod inest oportet igitur, quod id quod est in intellectu, sit permanens & necessarium. His igitur de causis & similibus posuit Plato intellectum separatum, & vniuersale sic separatum: & cum vniuersale secundum ipsam nunquam sit in potentia, sed semper est in acta separatum, & hoc sufficit ad intellectum, dixit non esse vniuersale collectum ex pluribus memoriis & experientis, sed omnium scientiarum ex intellectu, sed non considerate animam ea quæ sunt in ipsa, eo quod occupatione corporis & delectatione abstrahitur, ne conuertat oculum ad ea quæ semper sunt in carpe studio autem nihil fieri de scientia in homine, sed potius reordinari animam ad contuendum ea quæ sunt in ea ut remaniscant eorum quæ delectatione carnis & occupatione sensibilibus oblivioni tradiderat. Et hoc tangit Boetius in libro quem de consolatione philosophiæ edidit, dicens quod si Platonis mensa personat verum, quod quisque discipulum memor recordatur. Sed de his in scientia de intelligibili erit querendum. Nunc autem dictum est opinione Stoicorum fuisse intellectum non sic esse separatum, quod non sit ens hoc aliquid, sed potius sic quod non sit forma corporalis vel actus corporis, & non esse cum potentia susceptibilem intelligibilem, sed actu semper habere vniuersalia secum, quæ tamen non tantum sunt in ipso, sed etiam extra animam & ante res particulares.

Huius autem opinionis absurditas maxima & error pessimus: quoniam secundum hoc una anima diuersa recipere potest corpora quia qua ratione descendit in vnum à nulla compare recedens, eadem ratione

potest intrare aliud post recessum ab eo in quo est: & hoc Plato esse verum asseruit: hoc autem in primo huius scientiæ libro sufficienter est improbatum. Dicitur autem Platonis non curat morbum illum quem induximus: quoniam ponitur intellectus esse in se quoddam individuum: & iam superius conclusimus, quod quicquid est individuum, non recipit in se aliquid nisi secundum esse individuum illud: & sic id quod est in intellectu, non est vniuersale, sed intentio particularis: & hoc non est principium artis & scientiæ secundum ipsam veritatem. Adhuc autem secundum istam scientiam sensus & phantasia non erunt nisi impedimenta scientiæ: & tunc est mirum, quod anima eligeret tale corpus, quod eam à perfectione impediret. Amplius si de incorporant animas, ut dixit Plato, sequitur inuolucros & insipientes esse omnes cælestes deos in tale corpus detrudentes, similes sibi intellectuales animas, in quibus per maximos labores vix possunt vnquam attingere contuitum pulchritudinis quam habent in seipsis. Ratio autem etiam quare hoc dicit Gregorius Platonem sequens, nulla est omnino. Fugit enim inconueniens, ne forte cogatur concedere animam corumpi cum corpore, si concesserit, quod incipit cum corpore: & illius nulla est necessitas: quoniam non sequitur, quod si aliquid incipit cum aliquo, quod continuo corruptum corrupto illo: quoniam non incipit cum ipso ut sit aliqua pars eius vel aliqua forma, quæ non habeat esse nisi in ipso: & hoc nos in sequentibus ostendemus. Adhuc autem quod vniuersale est, quod anima cælestis fiat terrestris: quia æquiuocè habent nomen animæ cælestes & terrestres: anima autem comparis stella, stella est proportionata, & est cælestis: hoc igitur ad inferiora non descendit ut terrestris fiat: hoc enim non modo esset rectoriam tibicines indui, sed iam terram indui virtute cælesti & forma, quod omnino absurdum est. Est ideo hæc Stoicorum opinio aut metaphoricè dicta est, aut est omnino falsa: quoniam Plato, sicut & alij antiqui omnia per metaphoricæ similitudines tradiderunt, quæ de physicis intellexerunt. Cuius causa fuit: quia per propria exprimeret quæ senserunt, nescierunt.

CAPVT XI.

Et est digressio declarans opinionem Latinorum & errorem eorundem.

Latinorum autem philosophorum plurimum cum opinione Platonis in multis consentire videntur: dicunt enim animam rationalem esse individua duplici individuitate: quoniam dicunt eam in se esse hoc aliquid per materiam incorpoream & spiritualem, quæ est subiectum formæ eius, & ex forma habetur etiam individuans extra naturam eius quod est corpus cuius ipsa est actus. Concedunt

In hunc modum opinio est...

dunt etiam per hoc quod est in ipsa secundum esse est individua forma. Dicunt enim, quod intentiones quæ sunt in intellectu possibili, dupliciter, considerantur scilicet prout sunt abstractæ, & prout habent esse in abstractendo. Et primo quidem modo sunt formæ vniuersales liberatæ à materia & appendiciis materiæ. Secundo autem modo habent esse individuum in intellectu possibili. Et primo quidem modo esse vniuersalia principia intelligendi: secundo autem modo non conuertitur ad ea intellectus: & ideo non impediunt scientiam talis individuatio formarum. Intellectum autem dicunt esse abstractum & immixtum & non esse hoc tali ratione: quia immixtus est, quia non actus corporis, & quia non est aliquid intelligibilem acta sed potentia tantum: & non est hoc, quia non sensus est, licet sic sicut sensus: dicunt enim Aristoteles non dicere, quod intellectus simpliciter non est hoc, sed præmisit de similitudine potentie sensus & potentie intellectus, & subiunxit, quod est ut sensus & non est idem quod sensus.

In hunc modum opinio est...

Sed isti absque dubio nunquam bene intentionem Arist. intellexerunt: quoniam ex duobus his concessis, quod neque est immixtus, & separatus, sequitur necessario ipsum non esse hoc: & ideo nihil est quod dicunt isti. Adhuc autem animam, sicut dicunt, esse compositam & individua, nulla omnino probant ratione, nisi quod dicunt Boetium dicere, quod in omni quod est circa primum, est hoc & hoc: & sic in anima concedant esse hoc & hoc, non continuo inferri potest hoc & hoc esse materiam & formam: quoniam etiam omnes Peripatetici dicunt in anima rationali esse intellectum agentem & possibilem, & tamen non ob hoc concedunt in ea esse materiam & formam. Et ideo quidam videntes huius rationis debilitatem, aliud inducunt pro ratione, dicentes nihil omnino esse subiectum accidentium, nisi quod est compositum: cum forma accidentalis sit compositioni contingens: materiam enim simplici sine forma nihil accidit omnino: forma autem secundum se subiectum esse non potest. Cum igitur animæ accidant scientiæ intellectuales & multæ virtutes intellectuales, videbitur ipsa esse individua substantia & composita. Nos autem in hac ratione non esse necessitatem ostendimus superius: quoniam scientia quæ est in anima & aliæ virtutes intellectuales, non habent esse reale & ratum in natura, sed in anima tantum: & hoc est esse debile, & potius est entis aliquid quam ens, & talibus entibus rationibus bene subiicitur id quod in se non est individuum sed forma.

In hunc modum opinio est...

Adhuc autem hæc opinio supponit, quod vniuersale sit in anima sicut in subiecto, & forte hoc non est verum: hoc autem in libro de intelligibilibus habet declarari. Est autem & hæc opinio omnino contraria dictis Peripateticorum: quoniam sicut sensitiua potentia primam perfectionem habet à generatione, ut superius ostendimus, & secundam quæ est sentire, habet à sensibili forma: ita etiam intellectus prima perfectio est sibi cognata, &

secundam quæ est intelligere, habet ab intelligibili: aliter enim nunquam intelligeret aliquid nisi post habitum scientiæ: & hoc omnino est falsum: contuitus enim intelligibilem vnus & indivisibilis est ante scientiam sicut & post. Est igitur intelligere intelligibilis speciem in intellectu habere: per esse ergo quod intelligibilia habent in intellectu, intelliguntur hoc autem est esse individuum, ut dicitur: ergo per intentionem individua res vniuersales intelliguntur vel vniuersaliter: & hoc intelligi non potest. Adhuc autem obicit Auerroes: quia si forma in intellectu possibili habet esse individuum & particulare, cum omne individuum in se potentia claudat vniuersale, erit illud potentia intelligibile & non actus: & sic intelligibile vnus erit aliud intelligibile, & de esse illius iterum quæretur, & ibi hoc insinuat. Amplius autem ex superius demonstratis constat per rationem Auerrois & Arist. & Auerrois, quod nulla necessitas est, quod intellectus ponitur separatus & immixtus, nisi quia vniuersale cui subiicitur, in tali est separatione: ergo omnino falsum est, quod per esse individuum vniuersale sit in ipso. Adhuc autem secundum hoc non erit mouens intellectum meum idem cum eo quod est in intellectu tuo: & sic cum dicitur Sorres curere, hoc dictum erit commune ad id quod est in intellectu meo, & in intellectu alterius: & sic omnia dicta quæ sunt rerum significantia, erunt communia: secundum quod exprimit intellectus rerum quæ sunt in anima, quod est omnino absurdum, cum ipsa res sit singularis. Adhuc autem secundum hæc scientia quæ est in anima Doctoris, non eadem efficitur in discipulo, sed generatur alia, sicut si ignis generaretur ab igne, quod est absurdum, cum scientia non differat nisi per subiecta de quibus sunt: scientia autem Doctoris & scientia discipuli semper sunt de subiecto eodem. Et istæ duæ vltimæ objectiones sunt Auerrois in commento libri de anima.

Rationes Auerrois 3 de anima com. 5. versus finem.

CAPVT XII.

Et est digressio declarans veram sententiam de omnibus inductis dubiis Peripateticorum.

Omnibus autem his habitis videtur esse dicendum cum Peripateticis, quod intellectus possibilis est immixtus & separatus & impassibilis, & non hoc aliquid. Sed qualiter hoc sit, ut melius intelligatur, hic dicta accipiamus, quo Arist. plus concordat quoniam anima rationalis non est intellectus possibilis, sed intellectus possibilis vna eius pars est: & hoc sensit Aristoteles quando dixit. De parte autem animæ qua cognoscit & sapit anima. Et vocauit intellectum partem animæ & non totam animam rationalem. Quales autem



autem partes habeat anima, supra expeditum est in secundo libro huius scientiæ. Dicimus igitur animam illam quæ perfectio hominis est & rationalis vocatur, esse totum quoddam & esse quandam essentiam incorporatam in animæ potestate completam: & ideo habet in se potestatem vitæ sensitivam, & potestatem vitæ vegetatiuam, & potestatem vitæ agendi opera intellectiue, & ipsa est vna in substantia vniens in se omnes istas potestates naturales sibi: & hoc licet supra probatum sit, tamen adhuc volumus hoc inferius certius & fortius ostendere, eò quod supra multa de solutione dubiorum introductorum nobis videntur esse fundata. Hæc igitur substantia habet quoddam virtutes ex ipsa fluentes quæ sunt virtutes incorporeæ: & hoc conuenit ei ex hoc quod ipsa est inter omnes naturales formas propinquior & similitior intelligentiæ: & ideo multas habet virtutes intelligentiæ separatæ conuenientes: & huiusmodi simile videmus omnibus in formis, quæ propter nobilitatem suæ materiæ, quasi posse totum sumunt agentis: ignis enim si inuenit materiam subtilem aridam & æreæ humiditatis multam habentem, operatur in ea proprietates ignis plurimas, scilicet lucem, & calorem, & alia. In materiis autem magis dissimilibus sibi negligit lucis partem operationem, & operatur flammam fumosam & calorem, & in quibusdam nihil de flamma, sed calorem tantum & fumum. Similiter est de anima quam operatur agens primum animæ in corpore humano; quod maxime recedit ab excellentiâ contrariorum, & appropinquat æqualitati celi, agens primum simillimum sibi formam operatur, quæ non tota immixta potest esse materiæ, sed multas habet virtutes non immixtas: & in hoc consentimus Alexandro, sed differimus ab ipso in hoc quod ipse ponit animam generari ex elementorum mixtura, nos autem dari & produci ab agente extrinseco, sicut vulgatum est apud Peripateticos omnes, quod anima rationalis vna inter formas naturales ex materia non educatur, sed datur ab extrinseco: quia in illud separata substantia est quæ agit eam, id est ex maxima sua potestate separata est, & nullo modo iuncta & umbrata materia corporis. Licet autem sic dicamus intellectum esse separatum, tamen anima est coniuncta per alias virtutes suas, quæ sunt naturales sibi in quantum est corporis perfectio: & ideo licet intellectus secundum se sit separatus, tamen intellectus est potentia coniuncti: quoniam est potestas animæ quæ secundum potestates quoddam coniungitur corpori: omne autem tale quod est coniuncti & non est eius secundum quod est coniunctum, licet non communicet corpori, tamen communicat communicanti corpori: & hoc est quod supra diximus, quod intellectus communicat non corpori, sed potestati quæ communicat corpori, scilicetphantasiæ & imaginationi & sensui: & ideo secundum veritatem anima est vna numero, & efficitur vna numero: quia per naturales potestates coniungitur corpori. Quia tamen substantia sua & perfectione potestatem non

*Philosophi in 2. de generatione animæ cap. 3.*

communicat corpori, ideo habet potestates absolutas à corpore. Hoc autem est videre in omni essentia nobili & in formis corporealibus. Sol enim vnus est numero per materiam suam, & tamen lux sua non est determinata ad vnū numero eorum aliquod quæ agit: est enim solis virtus indeterminata & vniuersalis in agendo vitam in omnibus & generationem, & determinatur conuincta huic particulari agenti, vel illi: & sic est in omni substantia nobili. Et hæc est causa dicti Philosophi, quod omnis anima tres nobiles habet operationes, diuinâ, & intelligentiæ operationem, & illam quæ est anima propria.

Hæc autem via electa de omnibus viis probabilioribus dictis omnia dubia soluantur. Quia quando dicitur, quod intellectum posse item oportet esse absolutum duplici absolute, dicimus nos, quod non potest esse absolutus à omni eo quod est: quia & sic nihil esset omnino nisi potentia pura, & illa in rerum natura nihil est: intellectum ergo posse item secundum hoc in rerum natura nihil esse consideremus, quod est omnino absurdum. Et consentio Auicenna in hoc quod sua potentia per formam intellectuales naturæ terminatur ad eum vnū in mundo, & in natura est determinata: sed dissentio in hoc quod non videtur mihi sua potentia esse materiæ potentia, & sua natura esse materiæ natura, sed æquiuoca ad ipsam. Intellectus autem illius probationis quæ inducta est, quod id quod est in potentia omnia fieri, oportet absolutum esse, est, quia oportet eum absolutum esse à formis eorum quæ sunt: licet enim intelligat seipsum, tamen inferius ostendimus, quod non oportet eum esse absolutum à natura sua propria, quæ determinat eum ad eum vnū in numero entium mundi. Si igitur intellectus est & vnus eorum quæ sunt per substantiam animæ in qua est, qua induitur ad corpus per suas potestates communes ante corpori, & determinatur in potestate ab aliis animæ potestatibus diuisa per intellectualitatem, per quam alia vitæ opera peragunt quæ sunt alia potentia, & remanet vniuersalis & immixtus & non determinatus ad hoc aliquid per comparationem intelligibilium. Et de hoc bonum simile ponit Auicenna de medio in tactu, quod prius est excellentiis tangibilium & separatum ab eis, eo quod potentia est omnia illa: & tamen non absolutum est ita quod nullo modo sint in ipso formæ tangibiles: quia sunt in ipso prout ad medium sunt reductæ. In hæc autem sententia nobiscum conueniunt & Auicenna & Auicenna & plures alij Peripateticorum. Sic igitur intellectus possibilis dicitur esse separatus: immixtus autem, eo quod non est mixtus corpori sicut forma corporis, aut sicut virtus organica operans in organo corporis: sicut enim iam diximus, intellectus est virtus substantiæ verissime existentis quæ est anima rationalis, quæ licet non permixta corpori prædictis quoddam permixta corpori: sed intellectus est virtus eius non secundum quod communicat corpori, sed potius secundum quod

*Solutio ad 2. in 2.*



ipsa est imago intellectus primi agentis & dantis animam rationalem: & ideo impossibile est, quod intellectus sit corpori permixtus: & ideo etiam agere non potest instrumento corporeo. Iste autem duplex virtutes sunt naturales animae rationali, secundum quod ipsa est media aeternitatis & temporis in horizonte constituta, sicut diximus supra. Et ideo dicit Isaac Philosophus, quod est creata in umbra intelligentiae: est enim ipsa umbra & vestigium quoddam & resultatio intelligentiae separata: propter quod quidam Philosophi dicunt, quod creata esset ab intelligentiis: sed de hoc inferius determinabimus postquam de partibus animae exequemur. Iam igitur patet intellectus horum trium quae attribuuntur intellectui possibili, quod scilicet est separatus, & immixtus, & non hoc aliquid determinatum.

Quartum autem est quod dicitur esse impassibilis. Et hoc dubitationem habet ex eo quod dicimus intellectum esse de numero virtutum passuarum, & aliquando esse in actu, aliquando esse in potentia: sed ad hoc nos dicimus, quod intellectus speculativus qui est forma speculativa in intellectu possibili, in duplici est potentia, quarum una est secundum comparationem eius quod intelligitur ad particulare in quo ipsum non est nisi in potentia: quia particulare non nisi secundum potentiam habet in se universale, & secundum exitum illius potentiae ad actum habet vires & tempus intellectus & transmutationem, & quoad hoc passibilis. Alio autem modo in potentia est secundum comparationem ad intellectum possibilem, in quo est universale in actu intellectum, & in isto non est nisi sub actu, & forma intelligibilitatis: & hanc habet a luce perpetui intellectus qui est agens: sicut colores esse formale quo movent visum, habent a luce corporali: & quando sub luce istius intellectus, videtur universale intellectui possibili, non videtur ei sicut organo sicut fit in formis sensibilibus, sed videtur ei sicut determinato: quia habitus conaturalis intellectui possibili qui est ipsa intellectualitas, qua possibilis intellectus vocatur & est natura intellectualis, eiusdem naturae est cum intelligibilibus in quantum sunt intelligibilia: sed sua intellectualitas est confusa & indeterminata: determinatur autem sicut potentia per actum, & sicut perficitur indeterminatum per determinatum, & ideo intelligibile cum intellectu possibili non fit unum sicut subiectum & accidens sunt unum, quod accidens non est perfectio subiecti: nec etiam est unum sicut materia & forma sunt unum, quia forma non perficit materiam nisi secundum esse & distincta & diuisa: universale autem est indistinctum & indivisum, & non perficit esse, sed potius est principium cognitionis eorum quae sunt: alioquin oporteret nos dicere, quod intellectus esset lapis quando intelligit lapidem, & asinus quando intelligit asinum: & in hac scientia convenit nobiscum Averroes commento de anima, & sic universale comparatur intellectui: ideo speculativus intellectus ex sub-

Tot. & cum.

Intellectus speculativus in duplici est potentia.

Quomodo intellectus intelligibilis fit unum.

D. Alh. Mag. lib. 3. de anima.

iecto quod est intellectus possibilis, non habet aliquam transmutationem nec passionem viciam. Et sic soluta est prima questio de tribus inductis questionibus, scilicet quomodo potest esse, quod agens est substantia stans, & similiter possibilis: & tamen speculativus sit factus & mutabilis.

Et ex isto intelligitur, quod vere dictum est, quod sicut se habet sensus ad sensibilia, ita intellectus ad intelligibilia, non quidem quoad organum sensus, quia organum videtur formae sensibili sicut subiectum accidenti, si tamen vere accidens dici debet intentio sensibilis quae est in organo, quoniam secundum veritatem non est ens, sed est aliquid entis non secundum esse entis naturae, sed secundum esse abstractionis, sicut patet ex supra determinatis: sed est similitudo inter sensum comparatum ad sensibilia & intellectum comparatum ad intelligibilia quoad ipsam virtutem sensus sine organo consideratam & ad sensibilia comparatam: superius enim diximus, quod prima & principalis forma sensitiva quae est sensus communis, comparatur ad ista determinata ad ipsa: & sic est comparatio intellectualitatis possibilis ad universalia sicut ad quae determinatur eius formalis intellectualitas: & ideo diximus in 7. physicorum in intellectualibus nullam esse alterationem, sed potius perfectionem indeterminatam materiam sententem. Universale autem sic ad duo subiecta comparatur duplex habet effectum: unum quod comparatur ad subiectum in quo est potentia, & a quo abstractum, sicut intellectum verum: quia veritas est adaequatio rerum & intellectuum: secundum autem quod comparatur ad intellectum possibilem, in quo est sicut determinans in determinato, & actus in potentia, sic habet effectum entium in mundo: quia universale vel universale non habet esse extra animam. Cui autem dicitur a Philosophis quod universale est actus intellectus, & intellectus possibilis est in potentia non potest ex hoc inferri, quod intellectus possibilis sit materia & universale sit forma: quoniam supra ostendimus ex Arist. sententia, quod forma sensus communis indeterminata, formatior est determinanti ipsam: & est una secundum formam & plures secundum materiam. Et similiter est intellectus speculativus: omnes enim unum sunt secundum formam intellectualitatis, & multi sunt secundum determinantia: quia universale non determinatur nisi secundum comparationem ad id cuius est universale, & a quo abstractum per intellectum videns autem multa in actu non semper est magis formale veris. Et ex hoc videtur patet intellectus verbi in quo conveniunt probatores Peripatetici, quod scilicet speculativus sunt unum secundum quod intellectus sunt & non multiplicentur nisi secundum comparationem ad ea quorum sunt intellectus. Tantum igitur sit dictum in determinatione dicitur Anaxa. quod intellectus est separatus, & immixtus, & non hoc aliquid & impassibilis.

Similitudo rerum in sensu magis in intellectu existens, proprie non sunt anima, sed aliquid eius non secundum esse naturae, sed secundum esse abstractionis.



## CAPVT XIII.

*Et est digressio declarans solutionem duarum questionum difficultium relictarum ex prædictis.*

**N**unc autem duas quaestiones quæ remanent, quantum possumus determinemus. Una autem illarum est quæ contingit ex hoc quod intellectum ponimus esse separatum, & similiter vniuersale separatum ab indiuiduanibus, & quod separatum est idem apud omnes: & ita videtur ad minus de intellectu speculatio, quod idem sit apud omnes, & sic me accipiente scientiam etiam alius accipit eam, quod est omnino falsum. Altera autem contingit ex hoc quod intellectus possibilis potentia est omnia, & similiter materia prima, & ex hoc videtur intellectum fore idem cum materia prima, & materia prima deberet intelligere formas quæ sunt in ipsa sicut & intellectus. Sed istas quaestiones determinare secundum inductam opinionem non est difficile. Iam enim concessimus, quod intellectus est separatus secundum se, coniunctus quod per hoc quod in eadem substantia existens communicat ei quod communicat corpori per se, sicut sunt phantasia & sensus: & sic intellectus est hoc aliquid, licet non sit aliquid intelligibile, nisi quando intelligit seipsum: & de hoc inferius ex Aristot. dictis rationem reddemus. Et ideo concedendum est, quod subiectum intelligibile non est vnum numero in omnibus: & in hoc discordamus ab Auerroes, & concordamus cum Auicena. & Algazele & cum Aristot. ut videtur, ubi vocat intellectum quo cognoscit anima & sapit, partem animæ, quæ quidem anima est perfectio corporis organici, & non potest esse eadem numero in diuersis: sed vniuersalis est intellectus secundum se, & ideo quod est in ipso secundum se, est etiam secundum actum vniuersale, & hoc oportet secundum Peripateticos concedi esse commune apud omnes & idem intellectum vniuersale in anima mea & in anima tua: aliter oporteret dicere, quod hominem sedere & huiusmodi est quoddam commune ad id quod est in anima mea & in anima tua. Licet enim intellectus meus sit indiuiduus & separatus ab intellectu tuo, tamen secundum quod est indiuiduus, non habet vniuersale in ipso, & ideo non indiuiduatur id quod est in intellectu, sicut nec colores indiuiduantur à luce abstrahente eos, sed potius à materia & appendiciis materiæ, quæ sunt situs & figura & huiusmodi. Sic igitur vniuersale ut vniuersale est ubique & semper idem omnino & idem in animabus omnium non recipiens indiuiduationem ab anima: non tamen scientia vnius est scientia alterius, vel speculatum ab vno est speculatum ab altero: quoniam speculatio perficitur ex motu phantasmatis. Similiter autem scientia ex vniuersalibus est, quæ sunt ex multis memorijs & experiencijs quæ non sunt eadem omnium. Ex hoc est quod supra diximus, quod speculatiui intel-

lectus sunt vnus in eo quod speculatiui intellectus sunt, sed sunt multi secundum quod illorum vel illorum sunt, & hac in determinatione conuenit nobiscum Auerroes, licet in modo abstractionis intellectus parumper differat à nobis.

Quaestionem autem illam quam Theophrastus volens euitare, dixit intellectum possibilem nunquam esse in potentia, & speculatiuum dixit perpetuum, facillimum secundum determinata soluere est: quoniam formæ nullo modo similes sunt in materia prima & in intellectu possibili: & est differentia quadruplex. Vna quidem & principaliter: quia formæ intelligibiles sunt in intellectu possibili, sicut in magis formali per ipsas determinato: formæ autem sunt in materia prima sicut in materiali in quo subsistere habent: & hæc differentia patet ex dictis. Secunda est, quod formæ vniuersales simplices sunt comparatæ ad intellectum possibilem: formæ autem diuisæ secundum esse particulare & hic & nunc existentes sunt comparatæ ad materiam: & ideo non intelligit eas materia sicut intellectus: omne enim ad quod comparantur formæ sicut vniuersales & simplices & denudatæ, habet discretionem formarum comparatarum ad se, ut in sequentibus ostendemus: & omne id ad quod comparantur ut indiuiduæ & diuisæ, habet esse in actu ab illis, & nullius earum discretionem & intellectum: & hæc differentia conuenit nobiscum Auerroes. Tertia autem differentia est: quia potentia materiæ non est determinata ad ens intellectuale naturæ secundum quod est primæ materiæ: potentia autem intellectus possibilis determinata est ad ens intellectuale naturæ: & ideo natura materiæ non illustrat sua luce super formas quæ sunt in ipsa, sed remanet in tenebra priuationis omnis formæ: natura autem possibilis intellectus super formas quæ sunt in ipsa, illustrat, & ideo omnes eas discernit: & in hac differentia conuenimus cum Auicena in lib. fontis vite. Quarta differentia est: quoniam formæ quæ sunt in intellectu possibili, sunt in eo non indiuiduatæ, eod quod non omnino vnuntur sibi sicut subiecto, nec sicut materiæ: & ideo intellectus possibilis non obligatur alicui earum, sicut materia & instrumentum in quo & per quod formas suas exerceat operationes, sed remanet liber potens operari circa eas: materia autem formas quas recipit, sicut subiectum recipit, & ideo diuiditur in partes per formas, & efficitur per partes obligata cuilibet formæ, & illa exerceat operationes suas in ea sicut instrumento & subiecto. Si autem ista subtilius considerantur, satis patet equiuocè dici potentiam passivam de materiæ & intellectu possibili: & tunc destructum, est fundamentum super quod Auicena in lib. fontis vite, totam suam fundat intentionem. Vtrum autem anima rationalis composita sit ex potentia & actu, posterius inquiremus. Hæc igitur dicta sunt ad quaestiones soluendas à Peripateticis de intellectu possibili inductas.

*Nota quatuor differentias inter formas existentes in materia, & inter formas existentes in intellectu.*



## CAPVT. XIV.

*Et est digressio declarans propter quid intellectus est separatus & immixtus.*

Quoniam autem in omnibus his opinionibus supponitur intellectum possibilem esse separatum & immixtum, licet hoc iam probauerimus per demonstrationem, volumus tamen in hoc capitulo breuiter inducere decem, ex quibus hoc probauerunt Peripatetici, & precipue Auicena in 6. naturalium suorum. Septem autem eorum quae inducimus sunt signa & non causae: tria autem erunt causae, per quae demonstratur intellectum non esse mixtum corpori, sed esse separatum. Quaedam autem eorum colliguntur ex iam habitis, quaedam autem ex habendis: sed hic breuiter volumus ea enumerare. Primum autem est, quod omnis virtus organica debilitari & destruitur per se sine quodam alio destructo: vel debilitatur quando aliqua occasio infirmitatis vel destructionis accidit organo suo, sicut patet in sensibus interioribus & exterioribus & aliis virtutibus organicis: intellectus autem nec debilitatur nec destruitur per se sine alio ex debilitate vel alicuius organi ex destructione: ergo intellectus non est virtus organica. Si autem destruitur vel debilitatur operatio eius, hoc est quodam alio corrupto interius, sicut iam ante determinauimus. Secundum autem est: quoniam nulla virtutum organicarum apprehendit se vel instrumentum suum: quoniam imaginatur: & sic est de omnibus aliis organicis. Et huius causam diximus esse superius: quia forma prout est coniuncta materiae suae per esse materiale, non mouet aliquam virtutem animae: & quia figura organorum & vires animae quae sunt substantiales formae organorum, coniunguntur animae per esse materiale & naturale, ideo ea nullo modo apprehendere possunt: intellectus autem apprehendit seipsum & omne instrumentum corporeum, sicut nos inferius ostendemus. Tertium est, quod virtus organica qualitatem perfecte assimilatam qualitibus sui organi, & etiam qualitates sui organi nullo modo discernit vel apprehendit: quod patet in tactu, qui non apprehendit sibi simile calidum, nec etiam calidum complexionale: & si esset calor sibi assimilatus, sicut complexionalis, quamuis esset complexionem destruens, non sentiret eum, sicut ethicus suum calorem non sentit. Intellectus autem omnem qualitatem & suam & aliorum discernit & apprehendit: discernit enim suam intellectualitatem quae est sua dispositio naturalis, & considerat scientiam quae in habitu est conuerua in ipso. Igitur ipse non est organicus. Et hoc est signum euidentissimum & conuertibile sicut causa quae est medium in demonstratione. Quartum est, quod nulla virtutum organicarum apprehendit ipsam sine alio quodam agente instrumentaliter, sicut est spiritus vel calor: intel-

*D: Alh. de anima. 2. 1. 2. lib. 3.*

lectualem autem naturam probauimus iam seipsam apprehendere, quoniam in ipsa est agens separatum, & possibile separatum, & factum, quod est specularius intellectus, est etiam separatum, & ita non indiget spiritu vel calore vel aliquo alio instrumento corporeo. Quicquid est quod inferius ad demonstrationem reducemus, licet hic eo signo vramur: quia virtus corporea post forte obiectum non apprehendit debile: sed intellectus ex forti intelligibili melius apprehendit minus intelligibile quam ante illud. Sextum signum est, quod omnis virtus corporea nobis communis est cum aliis animalibus brutis: bruta autem quaedam habent omnes sensus & virtutes quae determinantur in tribus cellulis capitis: anima autem rationalis cum suis viribus solis hominibus inest, in quorum capitibus non determinatur nisi tres cellae: ergo anima rationalis cum suis viribus non est virtus corporea. Septimum autem est, quod actiones organicarum virtutum post 60. annos in pluribus debilitantur: & in illa aetate sapientia & scientia veniunt ad perfectionis statum, & confortantur secundum intellectum.

Octauum autem est demonstratio certa dicens ad impossibile: si enim intellectus esset virtus operans vel mixta corpori, tunc non intelligeret formam nisi receptam a corpore: quod autem recipitur in corpore, aut recipitur in puncto ex quo a quibusdam dicebatur componi corpus: aut recipitur in ipsa corporis quantitate diuisibili. Si autem recipitur in puncto, tunc oportet, quod punctum ad se separatum esset a corpore: quia non potest esse subiectum formae nisi actu ens: & hoc est falsum. Si autem diceretur, quod recipitur in puncto prout est in compositione corporis, hoc est, secundum potentiam existendi punctum, tunc cum infinita sint puncta, oportet quod esset ex infinitis, quod absurdum est. Si autem recipitur in ipso corpore quanto, tunc efficitur diuisibile: & sic forma intelligibilis diuisibilis esset per accidens, sicut albedo quae diuiditur diuisione corporis. Costat autem hoc esse falsum: quoniam sunt conceptus quidam intellectus omnino indiuisibiles, sicut conceptus entis & vniuersi & aliorum primorum. Si autem quaedam in rebus sunt diuisibilia, sicut denarius, & alij numeri: non tamen ratio eorum quae est in intellectu, est diuisibilis. Similiter autem licet distinctio diuisibilis sit, tamen distinctio indiuisibilia sunt. Et non potest dici, quod vnum sit in vna parte intellectus, & alterum in alia: quia tunc neutrum perfecte intelligeretur. Adhuc autem quaecumque pars in se haberet alteram distinctiorem, illa iterum foret diuisibilis: & tunc oportet, non solum distinctiorem esse diuisibilem, verum etiam quodlibet distinctiorem in infinitum. Adhuc autem cum distinctio diuiditur, nec sic diuiditur sicut quantum in media & medietatis media, sed diuiditur penes ea quae exiguntur ad perfectum esse alicuius quod distinctum: intellectus ergo nullo modo est corpore vrens. Nonum etiam est demonstratio certa per causam quae facit intelligibile: quoniam

*Prima demonstratio dicens ad impossibile.*

*Demonstratio propter quid.*



denudans ipsum à mensura, situ, & figura, & aliis conditionibus materiæ corporalis, facit ipsum intelligibile: hoc autem esse non potest corporeum vel corpore operans: quoniam omne corpus habet mensuram & quantitatem & figuram & situm: cum igitur intellectus huiusmodi sit denudans formas intelligibiles, intellectus non potest esse utens corpore. Decimum est quod omnes Peripatetici concordanter probant eum esse separatum & incorporeum: quoniam nihil utens forma infinita & indeterminata est nisi incorporeum, cum omne corporeum utatur forma finita & determinata: uniuersale autem est infinitum potentia multitudinis & indeterminatum habens communitatem & non finitam quantitatem: cum ergo intellectus intelligendo tali utatur forma, ipse est incorporeus, separatus, & immixtus.

*Teris demōstratio quam facit Averroes. 3. de anima commissa. 10. 19.*

CAPVT XV.

*Quo probatur, quod intellectus non est mixtus corpori per hoc quod sua passibilitas non est similis passibilitati sensus.*

*Tex. & com.*

**R**educuntur ergo ad propositum, secundum Aristot. introductionem dicimus, quod ex omnibus quæ dicta sunt, non est rationale intellectum possibilem dicere esse mixtum cum corpore: oportet enim, quod si esset mixtus cum corpore, quod duorum alterum fieret. Si enim esset virtus cum corpore, hoc est corporea, tunc esset complexionalis: & tunc esset qualitas corporalis, aut simplex quæ est calor, vel frigus: aut alia quæ sequitur ex mixtione illarum: aut esset virtus addita complexioni, sicut anima organica: & tunc oportet, quod uteretur corpore, sicut faciunt virtutes animæ sensibilis. Nunc autem ex prædictis patet, quod neutrum illorum est: & ideo antiqui sapientes quoad hoc bene dixerunt, quod anima non est materia sed locus specierum: præter hoc solum quod non tota est locus: quia sensibilis quæ est virtus, cum corpore transmutatur: & hoc non est loci. Similiter ipsa est subiectum formæ: & hoc iterum loco non conuenit. Sed secundum intellectum non est ipsa locus specierum: quia secundum intellectum non essentialiter sed per accidens ex speciebus transmutatur ex speciebus, sicut diximus supra: & hoc est secundum id quod extra intellectum est, & hoc est phantasma à quo elicitur uniuersale, & non secundum ipsum intellectum possibilem. Et ideo si esset aliquis intellectus qui nihil extra se intelligeret, is omnino esset intransmutabilis, sicut est intellectus substantiarum separatarum, & præcipue intellectus causæ primæ: sed de his in prima philosophia erit determinandum. Aliud autem in quo loco assimilatur: quia speciebus non subicitur sicut subiectum earum, sed potius formare se habet ad ipsas, sicut patet ex prius habitis. In his ergo duobus similis est intellectus loco

*in quo intellectus loquitur.*

& species locato: tamen intellectus non est ipsa species in actu, sed in potentia sola quando est possibilis intellectus.

*Tex. & com. 7.*

Quoniam autem non sit similis impassibilitas sensui & intellectui, manifestum est ex organis & sensu secundum actum: diximus enim supra impassibilem esse sensum à formis sensibilibus, eod quod est circa ipsas sicut forma vna terminata ad ea sicut ad quinque materialia: & similiter est intellectus circa intelligibilia: formale autem non est passibile à materiali. Et ideo impassibilis est sensus, & impassibilis est intellectus: verumtamen non simili impassibilitate: & hoc conuenit, eo quod sensus est virtus in organo: intellectus autem non. Et hoc euidenter ostenditur signo quod supra diximus: sensus enim post valde sensibile sicut post intensam & lucidam albedinera, minus sensibile siue minus coloratum sicut virorem vel aliquid aliud non potest videre. Et huius causa est: quia forma fortis sensibilis reddita organo tenetur ab ipso aliquandiu: & tunc sub forma illius primi sensati sentitur secundum: & ideo videns aliquandiu intensam & claram albedinem, & mox conuertens se ad virorem, videt viridæ sicut tectum pannò albo tenui. Similiter autem de eo est & eadem de causa qui post magnum sonum audiuit debiliorem: & ideo illis qui diu habitauerunt in molendino multarum rotarum, videtur etiam postquam inde recedunt, non recedere sonum molendinorum in auribus: & ideo non facile audiunt suauiter loquentes. Similiter est de his qui habent linguam infectam sapore forti, sicut amaritudine, vel dulcedine mellis: postea alios sapore sentiunt quasi mixtos illi: & ideo vna non sapiunt post gustum mellis, & infirmis omnia amara videntur. Hoc autem non est ita mirabile in gustu sicut in aliis tribus sensibus, qui sunt per medium extrinsecum: quia gustabile per substantiam coniungitur gustui, & alia sensata coniunguntur per speciem suam tantum. Idem autem est in odoribus. Sed in intellectu totum est contrarium: quia post valde intelligibile, sicut sunt diuina & principia demonstrationum, non minus intelligit minus intelligibile, sicut sunt conclusiones, sed etiam magis intelligit ex illo, quia valde intelligibile principium est ad minus intelligibile: & hoc esse non posset nisi ideo quod intellectus est virtus non organica, & ideo formæ rerum materialiter nullo modo coniunguntur ei: propter quod receptio vnius cum simplex sit & deprata ab esse materiali, non impedit receptionem alterius: sensitiuum enim non est sine corpore organico, intellectuum autem est separatum.

*Tex. & com. 8.*

Cum autem possibilis intellectus fiat speculatiuus, & sciat vnumquodque intellectuum secundum actum, tunc talis intellectus secundum actum factus dicitur sciens: sit enim intellectus possibilis ipsum intellectum, sicut sit potentia actus, quando ad actum mutatur: sed hoc potissimum est in intellectu, eod quod intellectus & intellectum sunt idem formaliter, sicut patet ex dictis: hoc autem tunc accidit



cidit quando potest operari per se, ita quod non indigeat aliquo motore: & hoc est quando iam habet formam: & hunc intellectum quidam vocant adeptum: & tunc similiter est in potentia quodammodo, sicut dicimus in potentia esse habentem habitum, & non considerantem, qui non indiget mutari nisi de otio ad agere, & non indiget, quod recipiat aliquid: & ideo distulimus modum potentia est iste & ille quo in potentia esse dicebatur ante addiscere vel inuenire. Istis enim duobus modis adipiscitur scientia, quod omne quod quis scit aut discens aut inueniens novit: & tunc etiam per se potest intelligere: cuius omnis potentia receptiva potest operari, quando facta fuerit ad actum: & tunc etiam intelligit seipsum: sicut enim sentimus nos videre & audire una potentia quae est sensus, ita intelligimus nos intelligere eadem potentia quae est intellectus: in omnibus enim intelligibilibus secundum actum intellectus intelligit seipsum: quia intelligit ea esse in seipso: hoc enim est intelligere speculati, scilicet in seipso, quod non esse potest si seipsum non speculetur prout est subiectum intelligibile: & intellectus illi qui nihil intelligunt extra seipsum, illis essentiale est magis intelligere quam hominibus: & hoc maxime est in intellectu primo. Quod autem hic dicimus intellectum esse subiectum intelligibile, non ita oportet accipi, quod sit vere subiectum: quia sic, conversio eius in seipsum, non esset vere intelligere, sed est subiectum formale sicut commune & indeterminatum subiectum determinans ipsum: & ideo diximus superius, quod forma intellectus non operatur aliquid in intellectu nisi determinatione, sed potius est contrario intellectus operatur circa formam intellectum discretionem & iudicium & resolutionem & alias multas operationes: ob quod etiam patet, quod non est species intelligibilis in intellectu sicut forma in materia: & in hoc etiam Avicenna & multi alij praecipue Latinorum errant in illo.

Quando intelligitur in intellectu subiectum esse formam.

CAPITULUM XVI.

*Quia unus intellectus est qui distinguit inter sensibile & intelligibile.*

Sicut diximus superius, quod oportet quod comparans duo adinvicem distinguendo vel componendo sit idem in sensibilibus quod est sensus communis, ita etiam est in intelligibilibus: comparans enim intelligibile ad sensibile, vel unum intelligibile ad alterum, & dicens, quod est alterum vel idem affirmando vel negando, oportet quod non sit duo sed unum per rationem eandem quam induximus supra ad probandum, quod primum sententiam operans inter sensata est unum & idem.

Tex. & com.

Videmus enim in intelligibilibus hanc operationem fieri: quoniam scimus, quod aliud est magnitudo ipsa in universali, & D. Alb. Mag. lib. 3. de anima.

aliud esse magnitudinis secundum materiam & in particulari apud naturam. Similiter autem videmus, quod aliud est aqua, & aliud aquae esse secundum naturam: & particulare & sic est in multis alteris, quia in omnibus his in quibus est compositio quae ex natura communis formae, & ex natura materiae particularis & individuantis formam communem. Sed hoc non est in omnibus, quod particulare secundum quod particulare, non habet aliud particulare: nec commune secundum quod commune habet aliud communitatem cum procedat in infinitum hic: & ideo in quibusdam idem est hoc & esse eius: quia commune secundum quod commune idem est hoc & esse suum: quia non habet esse nisi commune & similiter particulare in eo quod particulare, idem est hoc & esse suum: quia non habet esse nisi particularis. Sicut verbi gratia, idem est hoc caro & esse eius: licet enim ab hac carne possit extrahi universale: quia si non esset scientia de carne, tamen caro hac & esse huius carnis est idem: & exemplum particularis & sensibilis conveniens ponitur in carne quam in alio: quia caro nominat materiam vicinam & propriam quae nullo modo habet communitatem: quod non facit magnitudo quae univocè est in omni natura: & ideo commune quidem est magnitudo. Similiter autem & aqua principium est omnium compositorum ex elementis: & ideo commune est: sed caro dicitur vltimum mixtum, quod minime communitatis habet. Hanc autem distinctionem habet ponere intellectus & dicere: quoniam ista altera sunt sunt adinvicem, alteram scilicet magnitudo & magnitudinis esse, & alteram aqua & aquae esse, & alteram caro in universali, & alteram in particulari: & quia alterum est magnitudo caro, & aqua alterum ab utroque istorum per rationem communitatis. Dicamus igitur, quod universale & particulare anima aut alio & alio, aut eodem aliter se habente discernit: & quidem discernendo sensibile per se & intelligibile per se absque dubio alio & alio discernit: quoniam unum discernit sensu, & alterum intellectu: ponendo autem comparationem per convenientiam & differentiam inter ea, absque dubio eodem utrumque discernit: aliter tamen se habente: cum enim discernit carnem, cum ratio carnis concipiat materiam sensibilem, eo quod dicit formam quae non est nisi in hac materia, sicut suum concipit nasum in sua distinctione, & extra materiam illam non dicitur caro nisi aequivoce, oportet quod intellectus inuenit sensitivo.

Tex. & com. 10.

Scientia enim discernit mixtum calidum & frigidum, humidum, & siccum, & illorum ratio quaedam & proportio temperamenti mediana in tactu est caro: caro igitur in ratione sua quae concipitur vel intelligitur, concipit materiam sensibilem extra quam non potest intelligi: & sic carnis intellectum oportet esse reflexum ad sensibile quod est anima: & quod concipit ratio carnis in se quando dissolvitur caro: & dicitur, quod mediana in tactu proportionaliter commixtum

L. ex



ex calido frigido humido & sicco est caroin-  
tellectus autem in eo quod separatam est à  
tali materia & non concipit eam in diffini-  
tione sua, sicut est intellectus substantiæ in  
eo quod substantia alto modo intelligit: ra-  
tione enim illius intellectum accipiens non  
indiget reflecti ad sensibile aliquid: & ideo  
cum extensa ad sensibile carnis esse per ra-  
tionem diffinitivam discernit, habet se sicut  
circumscripta ad seipsum quia primo egreditur  
à se ad sensibilem materiam in qua esse  
carnis, & regyrat in seipsum utalens vniuer-  
salem rationem ex intellectu communi car-  
nis: hoc autem non oportuit eam facere, si  
separatam inuenit per propriam rationem in-  
tellectum quod intellexit.

Ter. & com.

Licet autem non sit adeo magna reflexio  
in separatis quibusdam sicut est in conceptis  
cum materia sensibili, intellectus tamen in  
his reflexio est que mathematica & in ab-  
stractione sunt secundum rationem. Rectum  
enim sicut omnis passio mathematicorum  
diffinitur, quod esse suum sit in subiecto quo-  
dam, sicut sumitur hoc in hoc: sed in hoc est  
differentia: quia finum est eo quod est natus,  
quod est physicum cum materia sensibili con-  
ceptum: rectum autem concipit subiectum  
imaginabile, quod est continua longitudo:  
rectum igitur non intelligitur nisi in ho. &  
sic oportet esse reflexionem in suo intelle-  
ctu: & ideo quodcumque intellectus alicuius  
est alterius quod est eius principium, sicut  
caro principiat a calido & frigido &  
humido & sicco, & rectum quod principia-  
tur à continuo, sicut omnis propria passio  
principiat a suo subiecto: tunc oportet in-  
tellectum primo egredi ad principium, sicut  
illud sit sensibile, tunc imaginabile, sicut etiam  
intelligibile: & tunc reflectitur ad intellectum  
cuius quod intelligit, sicut in intellectu recti  
primo venit in continuum habens princi-  
pium medium & finem, & tunc venit in in-  
tellectum recti per hoc quod videt medium  
non exire ab extremis: sic autem non indi-  
get egredi in intellectu magnitudinis: quo-  
niam licet aliquid habeat esse, & aliud sit ipse  
esse tamen suum quod habet in materia, est  
de intellectu eius: & ideo in intellectu ipsius  
non egreditur intellectus in aliud quoddam.  
Similiter autem est de aqua: quia illa sim-  
plex & primum est, & non habet seipsum  
incipiens aliquid ad quod egredi oporteat in-  
tellectum quando accipit naturam aquæ in-  
telligendo: quodcumque igitur diffinitio  
dicit quod quid erat esse, est aliorum quo-  
rundam principiantium id quod intelligi-  
tur, sicut recti esse est quorundam aliorum,  
& carnis esse est quorundam aliorum: tunc  
fit quedam dualitas intellectuum, & tunc  
oportet, quod aut altero, aut eodem aliter  
se habente talia discernat: & si ea que prin-  
cipiant, sensibilia sunt, vel imaginabilia, tunc  
per se altero discernuntur: quoniam discernun-  
tur potentia anima sensibilis. Quando au-  
tem comparantur, tunc discernuntur eodem  
aliter se habente: quia discernuntur intelle-  
ctu reflexo ad seipsum postquam fuerat re-  
flexus ad sensibile vel imaginabile. Et vniuer-

saliter loquendo per modum quo res intel-  
lectæ in suis diffinitionibus sunt separata  
vel concepta cum materia, ita etiam oportet,  
quod differenter intellectus sit de ipsis: sed  
anquando diuersitas hæc est in solis intelli-  
gibilibus, aliquando inter intellecta & ima-  
ginata, & aliquando inter intellecta & sen-  
sibilia: secundum substantiam erit aliud esse,  
& aliud quod ipsa sunt, quia aliorum sunt  
in quibus habent esse: & tamen ibi intelle-  
ctus non egreditur extra se, sed in suis intel-  
ligibilibus regyrat ab vno in alterum, sed se-  
parata omnino in quorum intellectu nihil  
accipitur, sicut prima principia intelligit in  
tellectus stans in seipso: prima enim commu-  
nissima principia habet apud seipsum, & alia  
accipit ab imaginatione & cum ipsa, & alia  
à sensu & cum ipso, sicut patet ex inductis  
exemplis: & inde est, quod cogitativa indi-  
get intellectus, quæ dicitur sic: quia cogitat  
particularia ad eliciendum ea quæ sunt in ip-  
sa: & illa non est sine ratione: sed ratio in ea  
egreditur & iuuatur sensibilibus potentiis:  
& ideo lassitudo contingit excogitando qua  
nunquam accideret intellectui si solus staret  
in seipso, & non egrederetur extra seipsum,  
sicut patet ex iam inductis: omne igitur  
quod intelligit intellectus possibilis, aut in-  
telligit intelligentia simplici, sicut ea quæ  
sunt aliud esse eorum: & illius causa est, quod  
sua intellectum suum nulli debeat, quia sunt  
prima, siue sint naturalia, siue mathematica,  
siue diuina: aut intelligit intelligentia cir-  
cunflexa, sicut ea quæ idem sunt & esse ipso-  
rum, quia intellectum suum debeat aliis. Et  
hoc tripliciter variata: quia quandoque de-  
bet intellectum suum sensibus, & quan-  
doque imaginationibus, & quandoque in-  
telligibilibus: & ideo triplicem oportet  
esse intellectus egressum & in seipsum re-  
flexionem: & egressus quidem vocatur ex-  
tensio: reflexio autem circunflexio vocatur:  
quia terminatur intellectu à quo incipit pri-  
ma extensio.

Propter quod  
lassitudo acci-  
dit in excogi-  
tando.

CAPVT XVII.

Qualiter intellectus est subiectum re-  
ceptionis & non transmuta-  
tioni: & qualiter in-  
telligit se.

Ubitabit autem fortassis aliquis de de-  
terminatis à nobis in præhabitis: si enim  
intellectus possibilis est simplex & impassibi-  
lis, & nulli habet omnino aliquid commune,  
ed quod ipse non est hoc, sicut optime dixit  
Anax. quomodo potest cum hoc dici, quod  
intelligat aliquid, cum intelligere sit recipere  
aliquid & pati aliquid: cum probatum sit,  
quod omnis agentis & patientis est commu-  
ne aliquid quod est subiectum & materia, per  
cuius communitatem illud agit & aliud pati-  
tur, sicut in primo physicorum est determi-  
natum

Ter. & com.

natum? Videbitur ergo, quod intellectus  
possibilis intelligere sit recipere & pati ali-  
quid: cum probatum sit, quod omnis agentis  
& patientis est commune aliquid quod est  
subiectum & materia, per cuius communita-  
tem illud agit & aliud patitur, sicut in primo  
physicorum est determinatum: videbitur ergo,  
quod intellectus possibilis cum intelligi-  
bilibus quæ agunt in ipsum, conueniat in  
subiecto, & sic habet aliquid commune cum  
entibus quæ intelligit: & sic falsum est quod  
dicit Anaxæ.

Ter. & com.

Antequam autem illam soluamus dubita-  
tionem, aliam mouebimus. Queramus igitur,  
si ipse possibilis intellectus est vnum de nu-  
mero intelligibilium, aut non: & non potest  
dici, quod non sit vnum de intelligibilibus:  
quia supra ostensum est, quod intelligit se: &  
ideo est potentia separata. Si autem intelli-  
git se, aut intelligit alia sicut seipsum, aut  
intelligit se sicut alia intelligibilia: oportet  
enim dare istorum alterum: quia omne intel-  
ligibile in eo quod est intelligibile, est spe-  
cie intelligibiliter vnum & idem, sicut  
omne visibile est idem cum alia specie qua  
visibile est. Si autem dicatur, quod intelli-  
git alia sicut seipsum: constat autem ex his  
omnibus quæ superius inducta sunt, quod  
ipse intelligit se, sicut actu separatum à ma-  
teria, & à materiae appendiciis: igitur &  
alia sic separata intelligit: ergo forma separata  
secundum actu inuenit rebus: forma au-  
tem separata potentia sunt intellectus, &  
non esse natura: ergo principia intellectus  
insunt rebus, sed cum natura non deficiat  
in necessariis, cuiusmodi insunt principia res  
intelligendi, illi insunt virtus intelligendi: ergo  
intellectus insunt omnibus rebus: hoc au-  
tem videmus fore falsum: ergo non potest  
dici, quod intelligat alia sicut seipsum. Si  
autem conuenio disatur, quod intelligit se  
sicut alia: alia autem intelligit actu mixta  
cum materia, & separat à materia & indi-  
uiduabilis: ergo etiam intelligit se mixtum  
cum materia, & separat se ab ipsa & indi-  
uiduabilibus. Ergo ipse est mixtus materiae,  
& patitur per communicationem materiae  
cum rebus quæ agunt in ipsum: & sic fal-  
sum videtur quod dixit Anaxæ, & totum quod  
superius inductum est.

Ter. & com.

Dicemus autem soluendo primam que-  
stionem, quod pati physicum quod est cum  
motu, semper est secundum commune aliquid  
agenti & patienti quod est subiectum: unde  
& prius diximus, quoniam intellectus non  
est simpliciter potentia passiva intelligibi-  
lium, sed quodammodo est potentia: est enim  
potentia receptiua tantum, & non proprie  
passiua: est enim potentia intelligibilia: &  
antequam intelligat, nihil est omnino intel-  
ligibilium nisi priusquam intelligit acta ea:  
quod qualiter sit, oportet ad memoriam re-  
uocare quæ dicta sunt in fine primi physico-  
rum. Ex his enim intelligitur, quod duplex est  
potentia passiva: quedam enim ex sua poten-  
tialitate non est nisi subiectum & causa rece-  
ptionis simplicis: quedam autem ex sua po-  
tentialitate est causa & subiectum & receptio-

Potens pass-  
ua est duplex.

nis & transmutationis: potentia enim mate-  
riæ quæ vna esse contrarium, est subiectum &  
causa receptionis & transmutationis: propter  
duo enim est subiectum transmutationis, &  
propter vnum tantum est ipsa subiectum re-  
ceptionis: quia enim contrarium inest sibi,  
oportet hoc abici per transmutationem: &  
quia inchoatio formæ inest ei ante perfectio-  
nem secundum actum, oportet illam inchoa-  
tionem procedere ad actum per tran. mutatio-  
nem quæ est forma post formam: & ed quod  
continud fluit potentia eius in actum. His  
enim duabus de causis oportet ipsam mate-  
riam prius tempore subici transmutationi  
quam receptioni. Receptioni enim subici-  
tur per id quod receptio est finis transmuta-  
tionis: & ideo receptio est in indivisibili tem-  
poris, & tran. mutatio in tempore: hæc au-  
tem omnia manifeste probata sunt in physicis.  
Sed potentia cui non inest contrarium, nec  
inchoatio receptibilis, illa non potest esse  
subiectum motus, sed erit subiectum rece-  
ptionis simplicis: & illius exemplar est, quod  
tamen non per omnia simile est, tabula rasa  
& planata & polita, in qua scriptura nec se-  
cundum actum est, nec contrarium scripturæ,  
nec inchoatio scripturæ per dispositionem  
median inter actum & potentiam, quæ per  
motum educatur in actum: sed tantum est  
sufficiens preparata ad recipiendam scri-  
pturam, & ideo recipit eam sine motu: &  
nihil abicitur à tabula, nec aliquid illi im-  
perfectum procedit in actum, sed quamlibet  
literam recipit ut actum sine motu adeptum,  
ad quem non est in potentia, nisi receptiua  
solum: & sic oportet accipere de intellectu  
possibili, quod sit in potentia receptiua tan-  
tum, cui intelligibilia prima actu non insunt,  
nec per dispositionem median inter actum  
& potentiam insunt ei, quod tunc oporteret  
cum esse materialem & transmutabilem ad  
actum: sed tantum habet recipere ea & me-  
liori modo quam tabula: quia supra diximus,  
quod ipse est quodammodo formalis ad ea,  
quod non tabula circa scripturam est: & est  
operatiuus circa intelligibilia, quod iterum  
tabula minus facit circa scripturam: tamen  
tabula exemplum conuenientius est quod in  
rebus corporalibus poterat inueniri ad in-  
corporearum rerum potentiam demonstran-  
dam.

Nota diffe-  
rentiam inter  
potentiam  
passiuam pri-  
ma materia  
& intellectus  
possibilis.

Nota contra  
Alexandrum.

Oportet autem hic cauere Alex. errorem.  
Ille enim dicit, quod intellectus possibilis  
non habet similitudinem cum tabula, sed  
cum preparatione & rasura & politione ta-  
bulæ: & causa propter quam hoc dicit est:  
quia dixit intellectum possibilem esse for-  
mam corporis, sicut superius diximus. Nos  
autem dicimus intellectum esse vnam rem  
perfectam in entibus & incorpoream, & ideo  
dicimus intellectum esse sicut tabulam, &  
potentialitatem eius sicut rasuram & prepa-  
rationem. Sic igitur cum sit receptibilis in-  
tellectus sine passione & motu, suscipit & sine  
tempore quodlibet intelligibile: & ideo indi-  
get agente duplici, scilicet quod conferat for-  
mam mouenti, & mouente: intellectus enim  
agens confert formam intellectualitatis & in-  
telligibili



telligibili & possibili intellectu, sicut unum lumen & per hinc diaphanum, & facit actu esse colorem: sed intelligibile mouet ipsum distinguendo eum, sicut color vitum: & hoc simile est, sicut si diceremus, quod licet scriberent se ipsas in tabula: talis autem potentia receptiua toti conuenit intellectui possibili, ita quod non sensui: quoniam quedam materiales dispositiones ad sensibile recipiendum præcedunt in sensu, sicut calor vel frigus, vel huiusmodi aliquid: in intellectu autem omnino nihil præcedit: sed pura receptibilitate acquiritur receptum secundum actum: & in istum sensum concordant nobiscum Averroes, Themistius, & Theophrastus & Nicolaus Peripateticus. Et per istud nunc perfecte patet qualiter distinguitur intellectus possibilis à materia prima, & quod passio & receptio & potentia, & omnia talia æquiuocè dicantur de intellectu possibili, & aliis potentiis receptiuis.

Tex. & com. 15.

His autem sic determinatis, soluemus questionem secundam, dicentes quod ipse intellectus per intentionem suam est intelligibilis, sicut & alia intellecta. Sed est differentia: quia idem intellectus est intentio per quam intelligitur, non autem est intentio qua intelligitur alia res, quia ipse est intellectus, non lapis, vel alia res: nihil enim omnino intelligi potest, nisi per suam uniuersalem & formalem intentionem. Nec oportet ob hoc dicere, quod intellectus non sit intellectus, quia intelligit se, & antequam intelligat, nihil est intelligibile: sed puram & simplicem habet ad talia potentiam receptiuam: quia cum intelligit, ipse est separatus: & sua intentio per quam intelligit se, est separata intentio. Quæ autem sic separata in intellectu sunt & sine materia, in talibus idem est intellectus & quod intelligitur. Scientia namque speculatiua sui & quod speculatum est, idem est omnino, quia cum sit separatus sibi ipsi præsens est per intentionem, & idem abstractio non indiget. Si autem in alijs similibus omnino esset, tunc semper esset idem scientia & res scita, & hoc est impossibile.

Tex. & com. 16.

Sed ad hanc questionem plene soluendam oportet querere quare intellectus non semper intelligit secundum actum: alia intelligibilia, & seipsum? Si enim dicitur, quod omne quod intelligitur, intelligitur per intentionem à se abstractam, tunc oportet, quod intellectus seipsum intelligat per huiusmodi abstractionem abstractam autem non recipitur in eo à quo abstrahitur, sed in alio quodam: ergo sic se intelligit intellectus possibilis, ipse ad intelligendum se indiget aliquo alio intellectu recipiente suam intentionem: hoc abiit in infinitum. Si intelligit se & alia non per abstractionem, tunc alius inest intellectus speculatiuus: & sic alia erit intelligentia, sicut patet per supra inductam rationem. Cum igitur utrumque istorum sit impossibile, oportet dici, quod intellectus intelligit se, & sicut alia, & non sicut alia. Sicut alia quidem: quoniam intelligit se per intentionem suam, & sic intelligit alia. Non autem sicut se alia intelligit, quoniam ipse se non abstrahendo intel-

ligit, cum sit separatus. alia autem intelligit separando & abstrahendo, sicut in præmissis dictum est: & quia illa qua abstrahit, ante abstractionem sunt in potentia intelligibilia, idem non semper præsentia sunt in anima: & idem intellectus non semper est de illis, quod intellectus non est talium intellectorum nisi quando sunt sine materia, non autem semper sunt sine materia: illi autem in intellectu, scilicet possibili conuenit semper intelligibile esse, eo quod semper denudatus est & præsens sit: & quia immaterialis est, habet intelligere seipsum. Sic ergo perfecte satisfactum est de questionibus duabus.

CAPVT XVIII.

De natura intellectus agentis, & qualiter anima est composita

Quoniam autem in omni genere entium secundum naturam in quibus est aliquid sicut materia, oportet esse aliquid aliud in quod hoc genere, quoniam materia est potentia omnia illa qua sunt generis illius speciales: & illud non potest per seipsum fieri actus de potentia: & idem alterum necesse est esse in eodem genere, quod sit principale & efficiens, quod omnia facit que sunt in eo vel sunt in eo quod est potentia omnia illa que sunt in genere suo. Et hoc quidem in præhabitis planum est ex omnibus que in physica diximus. In sensibus etiam patet quoniam potentia color non sit actu color nisi ab aliquo agente: hoc autem in omnibus est: in semine enim ordinauit natura agens quod est formans ad speciem, & id quod format ad speciem, potuit in materia seminis. Similiter est in omnibus: plura enim ad speciem unam formata, necesse est, quod habeat agens unicum quod formet ea ad speciem illam: est autem omnium intelligibilium secundum quod intelligibilia sunt, sicut est etiam omnium visibilibus secundum quod visibilia sunt, species una qua visibilia sunt: oportet igitur, quod ipsorum sit agens unum ad speciem illam formandam in eis. Hoc autem agens duo facit in omnibus in quibus est, quorum primum est, quod de se facit formas inductas, & quoad hoc est simile arti factuosa que non accipit formas artificiarum aliunde, sed facit ea de se, & inducit eas in materiam: sed in anima non est nisi facere formas intelligibiles secundum quod intelligibiles sunt: & compositio earum non est in anima ad res, sed potius ad intellectum possibilem: & quoad hoc intellectus agens in anima assimilatur arti, & intellectus possibilis assimilatur materie. Sed quia forma intelligibilis prout comparatur ad aliud cuius est forma, informando mouet & distinguit intellectum possibilem, & non mouet nisi prout in actu est. Non autem de se in actu est, sed in potentia: & idem etiam intellectus agens comparatur lumini, quod potentia colores

Tex. & com. 17.



colores facit actu colores qui secundum actum  
lucidi mouent visum: & quoad hoc intelle-  
ctus possibilis alias agens assimilatur visui  
vel luminis: hæc enim duo est necesse, quod  
sint in omni eo quod est agens vniuersaliter  
conferens vnde moueat actum ab ipso: agens  
enim facit formas, & cum facit eas per suas in-  
tentiones, tunc est factum principium forma-  
rum sicut ars: & cum dat eis vnde moueant,  
tunc est faciens, sicut lux facit colores: & per  
hunc modum in anima rationali necesse est  
esse has differentias.

*Tex. & com.*  
18. Ita quod vnus intellectus sit in ea quo  
anima facit intellecta, qui formatur & distin-  
guitur ab intellectis: & alius sit quo omnia  
intellecta facit & confert eis formas vnde  
mouere possint intellectum possibilem, & ille  
est non quidem habitus qui sit accidens, quod  
non est pars animæ: sed habet similitudinem  
habitus in hoc quod per ipsum agit anima  
quando vult, & non indiget aliquo ad hoc ex-  
trinseco perficiente vel operante: & sicut  
habitus de se faciens formas separatas intel-  
ligibiles, quæ prout sunt intelligibiles, non  
habent de se formam esse prout sunt in rebus  
quarum sunt formæ: & est sicut lumen: lumen  
enim secundum quandam modum esse formalis  
colorum facit potentia colores esse actu colo-  
res, sicut diximus supra: & sic ille intellectus  
potentia intelligibilia facit actu intelligit alia  
per hoc quod separet ea à materia, & à con-  
ditionibus materiæ, resplendendo super ea,  
sicut lumen resplendendo super colores fa-  
cit eos resurgere in lucido.

*Tex. & com.*  
19. Hic autem intellectus est etiam separatus  
& immixtus & omnino impassibilis & est  
substantia quæ est actus: & ideo in hoc quod  
est separatus & immixtus, conuenit cum in-  
tellectu possibili: in hoc autem quod est om-  
nino impassibilis, possibilis autem intellectus  
patitur quodammodo, & differt secundum  
aliquid ab ipso: in hoc autem quod agens  
actu est, & possibilis non habet naturam nisi  
qua vocatur & est possibilis intellectus, dif-  
fert ab eo simpliciter. Et hoc sic esse oportet:  
quia semper in omni natura in qua est  
agens & patiens, oportet quod honorabilius  
sit agens quam patiens, & illud quod est  
principiatum per suam formalem actionem,  
honorabilius est, quam materia in qua prin-  
cipiatur hoc quod principiatur. Differt au-  
tem hic intellectus à possibili: quoniam cum  
suum intelligere nihil aliud sit nisi quod  
suum intellectuale lumen imbuitur intelle-  
ctus speciebus, & resplendet in eis, non egre-  
ditur suum intelligere extra seipsum: non  
enim est differentia inter intelligens & in-  
tellectum in eo, nisi sicut luminis in se, &  
luminis quo imbuitur sunt colores ad actum:  
& ideo secundum actum sua scientia est res  
scita prout est scita: sed intellectus possibi-  
lis quando intelligit ea quæ non sunt ipse-  
met intellectus, tunc sua scientia & suum  
scitum non sunt idem. Sic ergo in duobus  
differt simpliciter intellectus agens & in-  
tellectus possibilis, & in tertio secundum ali-  
quid differunt, & in duobus conueniunt. Et  
quia lumen intellectus agentis non egre-

ditur extra se, licet ad aliud terminetur, &  
hoc est proprium intelligentiarum separata-  
rum, & maxime intelligentiarum primarum & causarum  
primarum, & ideo quidam crediderunt eum non  
esse partem animæ, sed esse ipsam rem resul-  
tantem in anima ab intelligentia separata.  
Et hoc inconueniens est: quia secundum hoc  
in natura animæ non essent ista duo princi-  
pia, agens scilicet & patiens: & cum ista sint in  
omni natura & vniuersali & particulari, vir-  
tutes enim calidæ sunt agentes, & elemen-  
tales sunt patientes, & in semine & in omni-  
bus generatis est virtus formatiua faciens &  
materia patiens, & impossibile est ita ad ean-  
dem naturam reduci: & ideo manifeste er-  
rant qui dicunt ista duo, quod secundum  
idem sint in anima: sed differunt, in hoc quod  
eandem formam secundum quod est separata, sic  
agens: & secundum quod est incorporata, sit  
patiens: quoniam nos ostendimus supra, quod  
anima non habet intellectum possibilem nisi  
in quantum est separata: & hoc concorditer  
dicunt Philosophi omnes. Amplius autem  
in intelligentis separatis sunt ista duo dif-  
ferentia, sicut dixit Aueroes & omnes alij  
Philosophi: quia nec aliter nec enumerari  
possunt, nec intelligibilia habere, & non ex-  
cipitur ab his duabus differentiis nisi sola  
prima causa quæ nihil omnino intelligit  
extra seipsum. Dicendum igitur, quod ista su-  
per duo radicanur in anima: quorum vnum  
est sicut forma, & alterum sicut materia. Et  
placet nobis hoc multum dictum Auerois in  
quæstionis Theophrasti solutione, qui quæ-  
siuit qualiter differret potentia materiæ, &  
potentia intellectus possibilis: & dixit, quod  
necesse est alia esse principia rerum corpo-  
rearum & incorporearum. Corporea enim  
habent materiam & formam, incorporea au-  
tem omnino sunt formæ, habent tamen in  
se id quod est vniuersaliter agens, & id quod  
est possibile: & hoc conuenit intelligentiis  
separatis omnibus: & ideo conuenit eis re-  
flectere lumen intellectus sui supra se, quod  
non posset esse, si esset tantum intellectus  
agens in eis: quia ille non nisi spargitur ad  
intelligibiles formas, & reflectitur in seipsum:  
& ideo omne quod habet lumen intellectus  
in se reflexum, est compositum ex his prin-  
cipiis: & sic anima rationalis & est hoc ali-  
quid, & non est hoc aliquid: quia est hoc ali-  
quid, eod quod est substantia perfecta forma-  
li & possibili patiente secundum quid & non  
simpliciter. Non est autem hoc aliquid, quia  
est hoc perfectum ex materia & forma, & est  
separata à formis intellectuum. Cum enim  
anima sit resultatio quædam lucis intelligen-  
tiæ separatæ, erunt in ipsa duo necessaria,  
quorum vnum est forma lucis, & alterum est  
id in quo lux recipitur & stat ut fiat ens ali-  
quod mundi: & ab hoc esse animæ sunt  
duæ virtutes, quarum vna est intellectus  
agens, qui causatur à luce recepta: & alius  
est intellectus possibilis, qui causatur ab eo  
in quo lux recipitur: & in his duobus per-  
fecta substantia existens separata, anima est  
substantia permanens semper & non corrup-  
ta per mortem corporis, sicut nos inferius  
ostende

*Nota contra  
potentiam in-  
tellectus agen-  
tem non esse  
partem ani-  
mæ nostræ.*

*Aueroes 3.  
de anima  
com. 5. in so-  
lutione 3. q.  
2. in com.  
24.*



ostendimus. Cum autem separatus & immixtus dicitur intellectus agens & possibilis, similiter hoc erit eodem modo in vitroque: quia neuter eorum est virtus in corpore: & ideo immixtus est uterque eorum. Similiter autem uterque separatus est à formis intelligibilibus: & ideo agens vniuersalis est ad agendum & possibilis vniuersalis est ad recipiendum, quod non posset esse aliquo modo si specificaretur ut effice ens aliquod: quia illud ageret formam suam tantum, & non ad omnia. Ex his igitur patet quæ si natura & quæ agens intellectus proprietates.

## CAPVT XIX.

## De comparatione intellectus possibilis &amp; agens &amp; speculatiui.

EX his autem facile aduertitur potest, quod duo sunt opera agens, quorum vnum est abstrahere formas intelligibiles, quod nihil aliud est nisi facere eas simplices & vniuersales. Secundum est illuminare possibilem intellectum, sicut lumen se habet ad diaphanum, quod oportet quod species vniuersalis quando est vniuersalis, semper sit in lumine agens: & ideo quando recipitur in possibili intellectu, oportet quod in lumine agens recipiatur: & ideo oportet possibilem illuminari lumine intellectus agens. Similiter autem possibilis dupliciter habet comparationem: comparatur enim ad agentem sicut complexus lumine suo, & comparatur ad formas ex phantasia elicitas sicut motus & formatus ab eis quæ formæ sic speculatur ab intellectu possibili vocantur intellectus speculatiui. Speculatiui autem etiam duo hic habet esse: vnum quidem in lumine agens quo efficitur speculatiuius, alterum autem ex comparatione rerum quarum ipse est species, & quoad hoc multiplicatur & variatur secundum potentiam & actum. Ex primo autem esse non habet permutationem, sicut diximus supra.

Text. & com.  
20.

Et ideo quando comparamus istos intellectus ad se iudicem, tunc intellectus qui est secundum potentiam dicitur, tempore prior est in individuo quolibet: quoniam prius intelligimus in potentia, & non tantum operatur intellectus agens adhuc in nobis aliquas intelligentias speculatiuas: postea autem crescentibus experimento & tempore incipit in nobis manifestari operatio intellectus agens per separationem intelligibilium sed vniuersaliter secundum substantiam comparando possibilem intellectum ad agentem, tunc non precedit tempore: quoniam si comparantur isti intellectus non prout manifestantur in nobis, sed secundum suas substantias, tunc agens prior est actus & informatio. Sed secundum hanc comparationem non potest dici, quod possibilis aliquando intelligat & aliquando non intelligat, sed potius semper intelligit, quia secundum hanc com-

parationem non coniungitur nisi intellectui agentis, cuius intelligere est semper, eo quod non egreditur extra seipsum, sicut diximus superius. Separatus enim sic intellectus tam possibilis quam agens quam etiam compositus ex utroque solummodo est, quod verè est & æternum est, & non quod aliquando est intellectus, & aliquando non est, sicut est speculatio de rebus particularibus. Et iste sic separatus solus est & immortalis & perpetuus permanens apud animam etiam quando fuerit exiit à corpore: quoniam quod modo intelligit aliquando, & aliquando non, hoc ideo est: quia mouetur à phantasmatis quæ sunt in potentia intelligibilia, & ideo non semper actu mouent: & ideo diximus supra, quod non semper permanet talium intellectus. Et ideo etiam quando talis est in toto separatus intellectus, qui est conuersio intellectus possibilis ad agentem, qui totum intelligere suum habet in se ipsum, tunc non reminiscimur, quod reminiscencia sit per conuersionem ad particularia quæ sunt in phantasmatis; & sic mediante cogitativa quæ est actus rationis conuersentis de particularibus: & hoc non habet intellectus possibilis per conuersionem ad agentem, sed potius per conuersionem ad phantasmata: & ex illa parte est verè possibilis intellectus, sicut ostendimus superius: & secundum hoc corruptibilis est, licet in se sit substantia perpetua: sine hoc tamen phantasmate & corruptibili intellectu cogitatio de particularibus nihil omnino determinatum intelligit in particularibus. Et ideo quando contingit ipsum separari ab actibus virium sensibilis animæ, tunc nec reminiscitur, nec imaginatur: licet enim substantia ipsa rationalis tota separatur à corpore, tamen secundum quasdam vires non operatur nisi in corpore: & ideo cum non est in corpore, tunc nullam habet operationem intellectus, secundum conuersiones ad illas secundum naturam.


Amplius autem adhuc aliud est consideratione dignum de istis intellectibus: quoniam in veritate quando intellectus possibilis procedit de potentia ad actum, tunc utitur reminiscencia sensu & imaginatione & phantasia: quoniam ex sensu accipit experientiam, & ex experientia memoriam, & ex memoriis vniuersalium autem iam habet scientiam, vocatur intellectus adeptus: & tunc non indiget amplius virtutibus sensibilis animæ, sicut qui querit vehiculum, ut dicitur Auit. ad vehendum se ad patriam, cum peruenit ad patriam, non indiget amplius vehiculo. Possimus igitur dicere, quod sic separatus intellectus qui habet iam intelligit illa & non conuertitur nisi ad agentem & ad seipsum, est tantum quod est verè: quia verissimè est quod est denudatum à materia & à materia appendicis: materia enim propter priuationem & mutationem turbar verum esse: & tunc ille adeptus intellectus qui in simplici consistit intellectu, immortalis & perpetuus est & in illo non reminiscimur nec videtur aliqua virtute sensit illi: quia intellectus qui utitur

Document.



ent remiſſentia & cogitatione, eſt paſſibilis & mutabilis: & quia paſſius eſt, corruptibilis eſt, eod quod communicat corruptibili, & corrumpitur, illo interius corrupto, cum ſit in ſe ſubſtantia incorruptibilis. Sine hoc enim talis paſſius intellectus nihil omnino intelligit: eod quod omnis noſtra ſcientia oritur ex ſenſibus. Et ideo intelligere intellectus poſſibilis poſt mortem eſt æquiuocum ad intelli-

gere in vita, quando uſitur ſenſibus: & intelligere poſt habitum ſcientiæ ſecundum ſolam conuerſionem ad agentem, eſt æquiuocum ad intelligendum accipiendo ſcientiam per experimentum & memoriã. Sic igitur patet, quod intellectus agens eſt forma poſſibilis: & ſunt iſti duo vnũ ſicut compoſitum, ſed operationibus ſunt diuerſi, ſicut patet ex omnibus prius habitis.




# TRACTATUS III.

*De actionibus intellectus poſſibilis.*

## CAPVT I.

*De intellectu in diuiſibilibus diuerſimode dictorum.*



**H**is autem ſic pertractatis de natura intellectuum animæ rationalis, videamus de actibus intellectus poſſibilis: quia ſic melius adhuc declarabitur de natura eius: & quia prior eſt actus intellectus ſuper indiuiſibilia, quam ſuper compoſita, ob hoc primò de actibus intellectus ſuper indiuiſibilia eſt perſcrutandum: omne enim quod intelligitur, ut vnũ intelligitur: quia ſcire plura poſſumus ſimul & ſemel, ſed intelligere minimè: omne ergo quod intelligitur, intelligitur vnũ. Eſt autem vnũ quod dicitur indiuiſum, quando compoſitioni opponitur, & illud eſt incomplexum. Eſt etiam vnũ quod multitudini diuidentium oppoſitum eſt & illud eſt continuum: & eſt vnũ ſicut ratione vnũ, & hoc eſt vnũ forma: & eſt vnũ quod ſimpliciter eſt vnũ, quod eſt impartibile ſed rem, & illud priuatione partium eſt vnũ. Intellectus autem vnus actus, cum ſit vnũ, de omnibus iſtis vnus eſt.

Indiuiſibilem quidem igitur que ſunt incompleta intelligentia ſive intelligere quod eſt actus intelligendi, in omnibus hiis eſt circa que non eſt falſum eo quod, ſicut inferius oſtendimus, nunquam accidit error intelligibilem in intellectu. Hic autem intellectus vocatur apud Arabes informatio: eo quod intelligere talia eſt informari intellectum poſſibilem naturis formalibus eorum: intellectus autem complexorum: qui eſt enuntiationis vel compoſitionis, vocatur fides per aſenſum intellectus ad talia. In quibus igitur intellectibus iam falſum eſt & verum: quia enuntiatione alicuius de aliquo iam neceſſarium eſt eſſe compoſitionem alicuius de aliquo:

quia vnũ incomplectum cum altero compoſitur, & aliud affirmatur de ipſo vel negatur ab eo: talis enim intellectus ſunt de eo quod in eſt ſecundum quod in eſt prædicatum ſubiecto: veram enim & falſam non ſunt niſi in reſpectu compoſitionis alicuius cum alio, vel diuiſionis alicuius ab aliquo. Eſt autem prior intellectus incomplexorum quam compoſitionis, & quodammodo cauſa eius qui compoſitionis eſt, quemadmodum & Empedocle dixit de natura, inquit, quod capita ſecundum naturam germinauerunt & ſecundum germinorum naturam & ſibi congruentium fuerunt primò ſine ceruice, que poſtea per amicitiam ſuis germanis ceruicibus associata ſunt, quando amicitia commiſit res germanas ſibi in generationem rerum. Sic enim & hæc ſeparata & incompleta intelliguntur, & poſtea germana ſuis germanis componuntur per intellectum: & ab his qua non ſunt germana, diuiduntur per negationem huius ab hoc. Verbi gratia, incomplectum quod eſt aſymmetros, & incomplectum quod eſt diametros, coniunguntur, cum dicitur, quod diametret eſt aſymmetet: & horum compoſitorum eſt etiam intellectus vnus: quoniam non ſimpliciter accipiuntur ut plura ſicut dicit enuntians, ſed ut vnũ in altero, vel vnũ ab altero. Et hæc non ſunt enuntiantia ut plura, ſicut dicit enuntians, ita intelligit. In hiis que ſunt incompleta cum intelliguntur, nullum cogitur tempus vel differentia temporis. Omnium enim talium intellectus eſt per rei ſimplicem ſpeciem, que denudata eſt à conditionibus materiæ, quarum vna eſt motus, & altera tempus: & ideo talium intellectus abſtrahit ab omni differentia temporis. Cum autem per compoſitionem vnũ de altero ſignetur, licet in ſe non ſit compoſitum, ſed vnũ vnũ cum alio niſi ſecundum modum cuiusdam eſſe quod habet vnũ in alio, & hoc eſſe ſignificatur per verbum notans compoſitionem: & quia ſignatur in actione eſſe, ideo oportet, quod ſignetur differentiam aliquam: eſſe enim talis menſuratur tempus. Et ideo intellectus intelligens factorem ſive

*Multorum  
terit capiti,  
admirabile  
dictu.  
Cervice  
abſque fuerit  
curta in lu-  
minis uita.  
Illa tamen  
dulce poſt hoc  
emortua iun-  
git.*

Tex. & com.  
11.

Tex. & com.  
12.

sive præteritorum & futurorum falsum esset, ut si non album albo componitur: verum autem quando componitur cum eo quod secundum veritatem est album: & hoc contingit secundum quamlibet differentiam temporis. Non enim solum falsum & verum est secundum præteritum tempus, ut si dicatur, quoniam Cleon est albus vel non est albus: sed etiam quia erat albus, & quia, erit albus, vel non erat albus. In omnibus autem his compositionibus licet verum & falsum à re causetur, tamen compositio pro certo in anima est compositio: quia tria sunt in compositione, scilicet subiectum, & prædicatum, & compositio media: & tantum duæ sunt in re res, videlicet cui aliquid inest, & quod inest: & vni inest alteri sine medio: & ideo nihil in re respondet compositioni nisi ipsa veritas duorum vnitorum: sed compositio est in anima vniente quæ accipit primo diuisa, & postea componitur falsum esse verum, cum sint relationes vnus cuiusque relativorum: & ideo sunt in re sicut in causa efficiente, in anima autem sunt sicut in subiecto. In anima autem dico esse quod est in compositione quam facit anima: in voce autem sunt sicut in signo. Quicquid autem de his sit sciendum est hic, quod quæcumque contingit dicere in componendo, contingit etiam dicere in diuidendo: sed cum componitur anima, tunc componitur diuisa: & cum diuiditur, tunc diuiditur composita: & ideo ante omnem animæ compositionem est diuisio, & ante omnem diuisionem est compositio. Est autem in diuisione compositio, quæ diuisio notatur, quando vnum negatur ab altero: & sic diuisio & compositio adueniens, composita & diuisa referuntur, & in illo vt vnum vel vnita intelligantur: & inde vnum compositum facit intellectus componens in vnoquoque diuersorum prius, & postea compositorum. Indiuisum autem vnum, quodque aliquando vocatur indiuisibile, sicut continuum est vnum, eò quod est indiuisum.

Tex. & com.  
23.

Indiuisum enim dupliciter dicitur, potentia videlicet, & actu. Indiuisum enim actu est continuum, licet potentia sit diuisum: & hoc tale intelligibile nihil prohibet vna simplici actione intellectus intelligi, sicut indiuisibile: & hoc quando intelligit longitudinem. Et illius causa est: quoniam non intelligit longitudinem per partes quæ potentia sunt in ipsa accipiendo eam, licet potius per vnā simplicem speciem longitudinis quæ est forma vnus quæ vnit omnes partes longitudinis faciendo eas vnum in esse in actu: actualiter enim vna longitudo indiuisibilis est: & ideo in tempore vno vel in momento totam per speciem longitudinis intelligit. Quod similiter est in intellectu continuorum, sicut temporis & aliorum: quia tempus similiter est indiuisibile actu, & potentia diuisibile est, sicut continua longitudo: vnde licet vtræque partem habeant ante & post: tamen quia intellectus non accipit continuum per partes, sed per speciem totius, quæ nec partem quædam est, nec partes omnes, sed quidditas vnus in actu diuisi existens, ideo vna &

simplici actione intellectus intelligitur. Non enim contingit dicere, quod per vtrumque istorum intelligitur per medium: quia id quod intelligitur per medium sui sicut per partem, hoc est diuisum in actu: non enim habet medium actu nisi diuisum in actu: sed illud continuum non est diuisum, ita quod partes eius sequestratae sunt seorsum, nisi potentia: res autem per quod est in potentia, non intelligitur, sed per id quod est in actu. Si autem intellectus est vtrumque intelligens seorsum, hoc est, per partem extra partem, tunc etiam tempus intelligendi vnum, diuiditur à tempore intelligendi alterum. Quoniam quando intelligit partem vnā, tunc in eodem momento non intelligit alteram: tunc enim intelligere est in tempore quod est sicut intellectus est: in longitudine autem diuisa diuisum est intelligere: ergo in tempore diuerso pericere & intelligere est vnus & alterius partis. Si autem intelligit longitudinem sicut vnum in actu, quod est ex vtriusque partibus, quæ sunt in ea potentia solum, tunc etiam intelligere est in vnico tempore, quod proportionatur intellectui longitudinis ex vtriusque partibus composito: & hoc est vnicum & indiuisum tempus intelligendi.

Quia vero non solum est aliquid indiuisum quantitate, quod actu est quantitas vnus: sed aliquid dicitur specie indiuisum, quod formaliter est vnum, sicut caro, & lignum, licet sit indiuisibile non potentia & per se sicut quantum, sed per accidens, eò quod est forma eius quod indiuisibile est per se, & illo diuiso accidit illud diuisi, sicut diuiso ligno species & forma diuiditur per accidens: tamen illud quod per accidens sic diuisibile est species & forma, indiuisibile est secundum quod ipsum indiuisibile, sic vnica intellectus actione intelligitur & in specie indiuisibili & vnica. Hanc autem vniam intellectus actionem quidam vocant indiuisibilem animam: eò quod in tali, vt ita dicam, intellectione animæ per diuersos actus non diuiduntur talia: cum sint diuisibilia per accidens diuisione sui subiecti, & non in quantum sunt hoc quod sunt per formas suas, sicut quæ sunt quidditates subiectorum talium: hoc igitur quod intelligit subiectum, est diuisibile: & si diuidatur, tunc etiam tempus intellectus diuiditur, quia in pluribus temporibus intelligitur partita & diuisa secundum actum, sed non intelligit ea sic, sed potius in quantum forma & species: hoc tamen non est separabile ab eis: quia tales species physicae secundum rationem non separantur ab eis, cum materiam in sua ratione concipiant, & hoc indiuisibile facit talia vnum: & intellectum eorum facit vnicum & indiuisum: & tale indiuisibile quod est forma, facit in longitudinem vnā, licet sit diuisibilis potentia: tale enim vnies quod est forma & species, secundum similitudinem vnā est in omni continuo, sive illud positionem habeat in partibus, vt longitudo: sive non habeat positionem in partibus, sicut tempus. Licet autem talis forma secundum esse non sit separabilis à materia quam vnit, & sit indiuisibilis per accidens

Tex. & com.  
24.



accidens diuisione subiecti : tamen simpliciter conceptus eius est vniversalis, nec est diuisibilis, nec separabilis à materia : omne enim quod intelligitur, denudatum est à materia secundum quod ipsa est indiuiduans : sicut omne vniversale separatur à particulari : potest tamen ratio distincta esse in se concipiens materiam, sed illa non erit indiuiduans, sed erit quasi differentia constituens ipsam formam : quia non est soluta materia, sed potius causa eius : sicut quando diffiniens carnem, dico quod est mediam in tactu ex calido ; & frigido, & humido, & sicco, & sic proportionabiliter nominando commixtum calidum & frigidum & humidum & siccum, non dico simpliciter materiam, sed etiam causam effectiuam commixtionis carnis : multitudinem ergo intelligit componibilem intellectus vnus vnioe compositionis, & multitudinem potentialem accipit intellectus vnus vnioe actus & multitudinem partium materiae, & sibi accidit vnus intellectus vnioe speciei & formae.

Tex. & com.  
25.

Id autem quod simpliciter indiuisum est, sicut punctus & vnitas : omnis enim punctus diuisio est, & non diuisibile : diuisio enim semper fit in puncto : & tamen nunquam diuiditur : omne autem huiusmodi indiuisibile secundum quod est indiuisibile ; nomine privatio monstratur esse indiuisibile : sicut dicimus quod punctus est, cuius pars non est, & sic est in omnibus aliis simpliciter indiuisibilibus, sicut vnitas est, & sicut est nunc. Quando enim illa sumuntur vt privatio suarum quantitatum, tunc non accipiuntur in se, sed in suis quantitibus quas participant, sicut punctus est terminus lineae, & vnitas in aggregatione numeri, & nunc in continuatione praeteriti & futuri, & tunc non nosceretur nomine ratione priuata. Quando autem secundum se accipiuntur, priuationis nomine monstrantur, & tunc etiam vt priuationes per suos habitus oppositos intelliguntur : & haec sunt intelligibilia quasi reflexa, & vna & similis ratio est in intellectu omnium illarum priuationum : nisi enim ita diceremus, quomodo possemus dicere, quod intellectus cognoscat malum, quod privatio est, & ignorantiam quae est privatio, sicut alibi monstratum est. In omnibus intelligibilibus oportet intellectum potentia primum esse cognoscentem, & cognoscibile postea esse in ipso secundum actum ipso intellectu eodem remanente. Quoniam, sicut supra ostendimus, intellectus possibilis distinctificatur per intelligibilia : sicut materia distinctificatur per formas. Et ideo accipiendo cognoscibile, accipit aliquid extra seipsum. Si autem alicuius intellectus nullum haberet omnino contrarium, sed intelligibilia, oportet quod ille per aliquod cognoscat quod non habet contrarium : & hic intellectus ille qui ratio & causa est intelligibilium, & ille cognoscat seipsum, & cognoscendo se cognoscat alia, & illud intelligere nullo modo egreditur extra se : & cum sit ratio omnium sicut ars artificiarum, oportet ipsum esse separatum ab omnibus : & erit semper in actu, & nun-

D. Alb. Mag. lib. 3. de anima.

quam in potentia : eo quod intelligere suum nunquam egreditur extra se : sibi enim semper est praesens : & hic est intellectus intelligibilem substantiarum separatarum, & maxime intellectus causae primae.

## CAPVT II.

Et quis intellectus est semper verus, & quis aliquando verus, aliquando falsus, & quod actus sensus & intellectus sunt actus perfectus & motus simplices.

Amplius autem intelligibilia inuenimus <sup>Tex. & com. 26.</sup> diuersificata : quoniam quaedam sunt composita : quia aliud dicitur de aliquo, quam compositionem in eis facit intellectus, licet faciat eam secundum rei congruentiam : & quando aliquid dicitur de aliquo sicut affirmatio ; vel diuiditur vnum ab alio sicut negatio ; oportet quod omnis talis compositio sit vera aut falsa. Sed non omnis intellectus est verus aut falsus : quia sicut sensum inuenimus variari circa sensibilia, ita intellectum circa intelligibilia : sensus enim quando est sensibilis per se, quod de natura sua facit sensum & est causa sensibilitatis, aliter est quam quando est sensibilis per accidens, quod de natura sua non facit sensibilitatem : ita etiam de intellectu intelligibilem : intellectus enim speculativus qui de natura sua speculativus est, aliter se habet quam ille qui est intellectus per accidens : vniversale autem simpliciter de natura sua intellectus speculativus : quoniam hoc est motuum intellectus possibilis, sicut sensibile proprium est motuum sensus. Compositio autem intelligibilem accidit ex convenientia rerum : & hoc non mouet intellectum secundum quod huius est : & ideo intellectus qui simplex conceptus est, est eiusdem quod est res & forma substantialis qua aliquid erat esse, hoc est, quod erat esse semper & perpetuo esse aliquid : quia per formam substantialem omne quod est aliquid, aliquid & substantialiter est. Et hic intellectus qui proprie & per se intellectus est, semper est verus veritate rei : secundum quod verum dicimus id quod verè est, & veram habet essentialitatem : & non decipitur intellectus circa id, & hic intellectus non est aliquid de aliquo, sed simplex rei conceptus per formam suam. Sicut enim videtur, quod proprium obiectum visus semper est verum, & non decipitur visus circa id : sed non semper verum est quando visibile componitur cum aliquo : sicut fit in visibili per accidens vel communi : non enim semper est verum, quod album quod videtur sic homo, vel non sit homo, quando visus dicit album esse hominem, vel quando dicit non esse hominem. Similiter est de intellectu quando intellectus qui nihil habet nisi simplicem conceptum mentis, semper verus est : componens autem non semper est verus, quando accidit intellectui intelligibile per accidens, sicut sensui sensibile per accidens.

& idem in illo sanctificatur intellectus ipsarum. Quæcumque autem sine materia sunt, sicut substantiæ separatae, intelligunt res per simplices rerum quidditates: & idem non falsificatur intellectus ipsarum. Quæcumque autem vnum recurret in esse aliquando accipiuntur, non oportet, quod hoc fiat per acceptiōnem rerum & differentiarum, & conuenientiam ipsarum vel eorum particulatum. Et hoc accidit intellectui per extensionem sui ad sensitiuas virtutes, & in tali compositione & diuisione frequens incidit mendacium.

Tex. & com.

In talibus autem separatis quæ non habent contrarium in suis intelligibilibus, eò quod intelligibile nullum ex se recipiunt, idem est secundum actum scientia eorum cum re scita: & hoc maxime in intellectu causæ primæ est verum, quod illa omnino simplex est, & suum intelligere & suum intelligibile cum suo intellectu sunt idem omnino: in aliis autem intelligentis quæ sunt inferioris ordinis, etiam verum est: sed plus differentia inter suum intelligere & suum intelligibile ad suum intellectum: hæc autem differentia in parte superioris posita est, sed ad plenum etiam subtiliter habet dici in scientia diuina. Scientia autem nostri intellectus est prius in potentia quam in actu: & sicut diximus superioris, quod in individuo quolibet prior est potentia quam actus: vniuersaliter autem loquendo & simpliciter, tunc prior est scientia in actu quam in potentia & tempore, sicut superioris diximus, quod est in potentia nunquam fit in actu nisi ex eo quod est in actu: & idem in intellectu mortalium etiam prior est intellectus agens & habitus primorum principiorum quæ scimus per naturam in quantum terminos cognoscimus: hæc enim principia sunt quasi instrumenta quibus intellectus agens educit possibilem de potentia ad actum. Et hæc instrumenta determinata ex determinatione sensibilibus, oriuntur experientis & memoriis mouentibus possibilem intellectum, & sic acquirit hanc scientiam & illam: in tali autem motus intellectus qui est simplex receptio intelligibilium, sine motu & transmutatione, consideratione dignum est qualiter differt ab aliis motibus physicis.

Nota quomodo in hominibus intellectus agens prior est.

Tex. & com.

In sensu enim expressè videtur, quod sensibile est agens in sensitiuum ex potentia existente in hoc quod sit actu ens: & videmus, quod id quod est sic agens in actu ipsum sensibile, nihil parit omnino, etiam quando recipitur à sensu, non abiicitur aliquid à sensu nec progreditur de forma in formam fluendo quemadmodum forma generata in materia. In motu autem physico & agens parit aliquid à patiente: & quando patients recipit eam, quod agens continud fluir de forma in formam quousque venit ad perfectionem perfectio motus: & idem diximus in physicis, quod motus physicus est imperfectus actus existentis in potentia secundum quod est in potentia: unde quando sensibile mouet sensum, oportet quod alia sit hæc species motus à motu physico. Cum duo sint in diffinitione motus physici, cum

dicitur actus imperfectus, alterum eorum accidit motui, & non est de essentia sua, quod videlicet est imperfectus: ex sui autem natura conuenit ei esse actum: & idem quando non est imperfectus, tunc est actus perfectus. Sic autem est quando est actus sensitiui à receptione sensibilibus. Ille enim est actus simplex, & idem non fluens de forma in formam: & idem est actus perfectus, & nullo modo ulterius ad aliquid in potentia existens. Multo magis autem hoc in intellectu: quoniam supra ostendimus, quoniam impassibilitas intellectus in receptione intelligibilium maior est quam impassibilitas sensus in receptione sensibilibus. Et idem sentire & intelligere simile est actui, qui est dicere solum siue aliquid enuntiare verbis: quia in actione quæ est dicere, statim est actio completa, absque eo quod præcedat ipsum actio diminuta, sicut fit in motu physico, in quo diminutus actus continud præcedit completum quousque compleatur totus motus: dicens autem exprimit dictum simplici actione: & sic est sentire & intelligere plus quam sentire: & hoc præcipud est verum de motu simplicis. Simplicem autem sensum & intellectum uoco sensum sensibilibus per se, & intellectum per se, & non secundum accidens intelligibile.

CAPVT III.

*Quare est idem intellectus componens & diuidens intelligibilia, sicut est idem sensus communis.*

Cum autem determinatum est aliquid esse conferens siue lætum, aut aliquid esse inconueniens siue triste, tunc est sensus per accidens, aut intellectus per accidens: quia tunc aliquid firmat aut negat componendo vnum cum altero vel diuidendo vnum ab altero: & tunc aut mutatur per appetitum & motum, si determinat aliquid lætum, aut fugit propter appetitum & motum, si determinat aliquid triste: conferentia autem facientia lætitiā & inconuenientia facientia tristitiā sunt communia, & sunt circa sensibilia tantum.

Et idem oportet, quod duæ passiones animæ secundum quas est lætari & tristari sit quoddam agere appetitus & motus quidam appetitus animæ, qui motus sit sensibili mediante, quod sit aut bonum aut malum, aut aliquid huiusmodi conueniens vel inconueniens ad lætitiā vel ad tristitiā, quæ est secundum sensibilem animam: & idem Plato dixit, quod omnis delectatio & tristitia sunt generationes factæ in sensibilem animam: & verum est quod dicit de delectatione habente contrarium. Si autem est aliqua delectatio in contemplatione eius, quod diameter est asimeter contra, illa non habet contrarium, & non est animæ sensibilibus. Et de illis in ethicis erit

Tex. & com.



erit querendum. Sed hoc quod hic est sciendum, est quoddam letitia & tristitia in sensibilibus sequitur fuga & appetitus, & per appetitum morum: fuga autem & appetitus ideonei in prima radice sua secundum actum, quoniam una pars que est appetitiva sine motiva pars, agitur: una enim pars animae est, que praesens delectabile appetit, & tristabile praesens fugit: praesens autem est appetitus universalis fuga secundum actum: quia contraria sunt eiusdem potentiae: & ideo eiusdem est fugere & persequi, & non alterum appetitum & fugitum: neque ab invicem omnia ista sunt altera nec a sensitivo. Quod autem idem est esse appetitum & fugitum, dico in communi: quia utrumque appetitum animae & utrumque est pars animae sensibilis. Sed esse istarum virtutum aliquando differens est, sicut differunt partes appetitus, quae sunt irascibilis & concupiscibilis, de quibus nos inferius persequemur, cum de moribus partibus animae tractabimus.

30. Sed hoc quidem notandum est, quod animae intellectivae sunt phantasmata moventia intellectum, sicut sensibilia movent sensum. Cum autem se extendit cogitans intellectus, & determinat afirmando vel negando bonum vel malum, tunc sequitur fuga vel persecutio: intellectus autem appetibile determinans, se habet in ratione ventris sicut estimativa in non ventris ratione. Et hoc apparet, quod in talibus nequaquam anima intelligit rationalis sine phantasmate ex quo universaliter elicitur: & est unus intellectus comparans & diiudicans omne quod movetur cum phantasmatis.

31. Sicut enim diximus superius, quod aer immutatus a medio huius sicut pupillam agendo in eam speciem sensibilem quam recipit a re ipsa: & pupilla alterum est ab aere a quo movetur. Et similiter auditus habet suum motum, & similiter omnis sensus: sed alterum sensitivum quod virtutum dicitur, quia virtutum venit ad ipsum: primum autem dicitur, eo quod ibi est sensus & origo sensibilis virtutis est unum formale ad quod terminatur sensus particularis, & quod unum sensitivum est una medietas omnium sensibilium: sicut etiam ostendimus superius: sed plura est secundum esse particularium sensuum qui ad ipsum terminantur: prius enim dictum est, quod uno & eodem discernit, & quid est illud quod discernit, & quid differat dulce & calidum. Sed nunc dicendum est, quia est unum aliquid quod est primum & ultimum sensitivum, quod est sic unum, sicut terminus ad quem diversa terminantur, est unum, sicut punctum centri est unum ad quod linea terminantur a circumferentia venientes. Et similiter intellectus est unus ad quem omnis motus phantasmatum terminatur, & est formale respectu phantasiae, sicut & phantasia formalis est respectu sensus communis, & sensus communis respectu sensuum particularium. Haec autem vera sunt de intellectu, sive phantasmata ipsa movent, sive movent intentiones boni vel mali ex phantasmatis elicitur.

D. Alb. Mag. lib. 3. de anima.

CAPUT VI.

Quod eadem est analogia phantasmarum ad intellectum quae est sensibilibus ad sensitivum.

32. Si autem eadem prorsus analogia & idem numerus sensibilibus plurium comparationum ad sensitivum unum quod facit inter ea comparationem, & phantasmatum plurium ad intellectum unum quod facit inter ipsa per rationes comparationem: nihil enim omnino differt opponere ab aliquo dicente & querente, qualiter iudicat ea quae sunt similia genere alias dissimilia, sicut ea quae sunt unus generis & potentiae, quomodo idem iudicat album & nigrum, dicemus quod iudicat ea sicut ultima virtus, ad quam terminatur motus albi & nigri. Et similiter si querat aliquis, quomodo idem est indicans id quod est ex phantasmate albi, & ex phantasmate nigri, dicemus similiter sicut unus & idem terminus ad quem utrumque proveniunt motus utriusque: quoniam sicut se habent res sensibiles ad sensitivum ultimum, ita se habent diversa phantasmata ad intellectum unum ultimum. Si enim d. sit dulce, & c. amarum quoad hoc quod sit similitudo & species dulcis & amari c. in phantasia. a. autem sit res sensibilis alba, & b. sit res possibilis nigra, & c. in phantasmate se habet ad d. & a. aut ad b. nunc oportet, quod cum sit phantasma amari & d. quod sit a. c. & d. dulcis a. & b. se habent movendo sensitivum ultimum unum: ita c. & b. se habeant, quod movent intellectum idem & commutabiliter: sic est & quodam modo quoad hoc quod sicut se habent species in phantasmate moventes intellectum, ita se habent sensibilia moventia sensitivum: Et adhuc sicut se habent species quorundam sensibilium ad ipsa, & a. converso: hoc contingit propter hoc quod phantasia est motus a sensibili secundum actum factus: & ideo oportet, quod in phantasmatis sic sit sicut in sensibilibus, & e. converso. Si enim sunt sensibilia eadem in genere vel diversa, ita erunt etiam phantasmata moventia intellectum. Si ergo c. & d. quae sunt phantasmata composita, sunt eiusdem generis & eiusdem sensus: sic se habent movendo intellectum sicut a. & b. movendo eundem sensitivum: & tunc oportet, quod sint unum & idem quoad hoc, & ab eadem virtute apprehendantur, licet esse virtutis illius secundum quod referatur ad hoc phantasma & illud, non sit idem: etiam, sicut diximus, quod est primum sensitivum non est idem quando convertitur ad unum sensibile & aliud, sicut diximus, quod esse centri non est idem secundum quod referatur ad unam lineam & ad aliam. Hoc autem modo patet similitudinem esse unum in omnibus phantasmatis & in sensibilibus, & in numero & in analogia. Eadem autem ratio est si accipiantur sensibilia & phantasmata diversorum generum.

generum: diversorum autem generum sunt, sicut supra ostendimus in secundo, quæ sunt diversorum sensuum: si a. quidem sit dulce. b. vero sit album: ergo ex his apparet, quod intellectum intelligit & accipit species quæ sunt in phantasmatibus.

Tex. & com. 33.

Hoc autem non tantummodo verum est de phantasmatibus quæ à sensu sunt acceptæ, sed etiam de intentionibus convenientis & inconvenientis, quæ cum sensibilibus accipiuntur, quæ nata sunt movere appetitum: sicut enim in phantasmatibus determinatur de convenienti & inconvenienti per rationem, sic delectatur imitabile vel sensibile. Et ideo homo extra sensum secundum actum exiens quædo videlicet sensibile non sit præsens cū sit in phantasmatum motibus, tunc movetur per terrorem vel gaudium, non tantum somnando, sed etiam vigilando aliquando: hoc signum est, quod quando aliquis est sentiens secundum rerum præsentiam quod est fugiendum, verbi gratia quod videlicet quia ignis est incendens ædificia in quibus habitat: hoc enim ut fugiendum cognoscit communiter omnis homo videns illud: quia omnis videns illud fugit: propter hoc quod dicitur in Horatio, Nam tua res agitur, paries dū proximus ardet: hoc enim inquantem videns movetur ad fugam. Similiter autem quicumque videt hostes & sentit, quoniam prælia sunt, siue resistendo, siue fugiendo movetur. Etiam sicut se habet in sensibilibus & sensu, sic se habet in phantasmatibus & intellectu in homine vel in phantasia ratiocinatur tanquam videt ea coram oculis suis, & deliberando determinat futura bona vel mala ad præsentia phantasmatum, sicut præcipue faciunt melancholici & dormientes in somnis: sicut enim in somnis ad imagines mulierum moventur membra ad coitum, & perficitur delectatio ac si esset res præsens, propter quam species tales imprimantur in corpora: quædoquocumque enim in phantasia est conveniens forma vel disconveniens corpori, statim virtutes, quæ sunt affixæ membris, movent corpus ad inducendum illam.

Tex. & com. 34.  
Nota hic quod modo ex fortis imaginatione provenit aliquid in effectu.

Et ideo aliqui facti sunt leprosi & aliis infirmitatibus detenti, quod imaginationibus lepræ frequenter detinentur vel alterius infirmitatis, cum in phantasmatibus dicat determinando anima aliquid esse tanquam lætum vel tanquam triste: & si non sit secundum esse, tamen fugit tunc à tristis, aut imitatur lætum. Et univèrsaliter sic est in omni actione: & actionem voco quod actuale potest agi per nos, sic sunt omnia quæ ad delectationes vel tristitias pertinent, vel ad communicationem vitæ animalium inter se. Si autem verum & falsum accipiatur sicut actus, ita quod non sint accepta in rebus actualibus per nos, quæ dicuntur præterita: tunc ad huc sunt in eodem genere: quoniam sunt cognitiones in phantasmatibus acceptæ: sicut & bonum & malum actibilia & præterita: sed in eo quod simpliciter est verum & falsum, differt à bono & malo quoad genus cogitationis: quoniam simpliciter verum non est in his quæ semper & ubique sunt vera quæ sunt univèr-

salia: & hæc non sunt phantastica cogitatione vel cognitione, sed intellectuali potentia. Similiter autem de contrario quod simpliciter est falsum: quia hoc est quod ubique & semper est falsum sine hic & nunc. Differunt autem verum & falsum à bono & malo quæ in quodam sunt, quod sit agibile per nos, erit quidem verum & falsum in phantastica cognitione, sed non bonum & malum. Patet igitur, quod in omnibus quorum species est in phantasmatibus, sicut in physicis & ethicis, analogia est inter sensibilia & sensum, & phantasmatum ad intellectum phantasticum comparata.

CAPUT V.

De intellectu mathematicorum & divinorum.

Sed de his quæ sunt abstractione dicta, sicut mathematica, quæ in diffinitione sua non concipiunt materiam sensibilem, videtur fortasse alicui, quod non sit talis analogia. Sed sciendum, quod omnia talia intelligit & accipit intellectus per sensum. Sicut enim accipit intellectus in hac materia sensibili quæ est caro nasi, eo quod coniuncta est per esse diffinitionem cum materia sensibili: ita accipit separata mathematica in phantasmate, eo quod per esse coniuncta sunt materiæ sensibili, licet per abstractionem vel diffinitionem sint abstracta. Cum enim intelligit simum, quod in sua diffinitione carnem nasi concipit, oportet quod illud non separatam accipiat per diffinitionem. Inquantum autem accipit genus suum, quod est curium, in sua ratione non accipit carnem nasi, eo quod secundum unam rationem saluatur in qualibet materia: tunc intelligit hoc sine intellectu carnis.

Tex. & com. 35.

Et quo ad hoc intelligit mathematica quæ secundum esse non sunt separata tanquam sint separata, quia sunt suis diffinitionibus abstracta ab omni sensibili materia: non ergo accipit ea separata extra naturam existentiam, quia in rebus semper sunt coniuncta: & sic receptio ipsorum est ex phantasmate. Sed cum accipit intellectus aliquid coram quod profundatur circa illud, & percipiens non est de intellectu alicuius eorum materiam sensibilem abstrahendo à materia sensibili diffinit illud: talis ergo est intellectus mathematicorum quod accipitur ex phantasmatibus sicut & aliorum intellectus quæ sunt naturalia & actualia. In omnibus his videtur, quod omnis noster intellectus ex phantasmatibus oritur. Quæ autem sic ex phantasmatibus accipit intellectus, intelligit, cum ipse sit separatus, oportet quod sint separata ea quæ intelligit: & cum omnibus his est in potentia, postea autem in actu. Quæ autem secundum actum sunt in intellectu, tripliciter sunt in ipso: quorum unam est secundum actum scire & agere scientiam, sicut quod omnis homo est animal, quando actualiter ordinatur

Tex. & com. 36.

Quæ actu sunt in intellectu tripliciter sunt in ipso.



ordinatur predicatum ab subiectum. Secundus autem est scire in habitu & non considerare. Tertius autem est habere inchoationem scientie, sicut quando de aliquo interrogati, incontinenti respondere non possumus certissime, tamen scientes quidem in proximo respondemus: talem enim scientiam in potentia non habemus tantum, quia sic oportet dicere alius dicere ante responsum quod non est verum: similiter nec in actu, quia non actualiter consideramus: neque etiam perfectione in habitu, quia si haberemus perfectum habitum propter quod, possemus respondere cum vellemus. Et primus quidem morus assimilatur thesauro qui in visu apprehenditur, secundus autem thesauro reposito in terra, tertius autem thesauro recondito: qui quidem habetur, sed est reclusus & clavis in promptu non habetur vel invenitur.

## CAPUT VI.

*Qualiter intelliguntur divina que sunt separata, in quo est digressio declarans hoc quod dixit Alexander, & improbatorem eiusdem erroris.*

**H**is autem habitis sciendum, quod illud est res intelligens per suam essentiam solum, quod est intellectus omnino, & universaliter est intellectus in actu semper existens, & hoc est intellectus & intelligentia omnino separata: & ideo nequaquam in potentia existens, sed semper in actu, non solum habens, sed etiam faciens de se omnia intelligibilia, & nihil eorum querit extra seipsum secundum quod intellectus est. Sed est questio de nostro intellectu qui coniunctus est magnitudini sensibilium, sicut dictum est, eo quod non accipit nisi formas abstractas a magnitudine, utrum nunquam contingat ipsum intelligere aliquid sic separatum a magnitudine vel non? Si enim contingit ipsum intelligere separata, tunc non semper accipitur a phantasmatibus & a magnitudine, sed coniungitur intelligentie separata, danti sibi formas intelligibiles. Quod duobus modis esse potest, quod videlicet coniungatur ei sicut efficienti & formae. Et si isto secundo modo esset coniunctus materialis noster intellectus agenti intelligentie separatae, tunc hac esset maior felicitas & divinitas quaedam quam intellectus humanus consequi posset. Et Aristoteles promittit se de ista questione considerationem habere posterius, & nos non invenimus eum considerasse de his in aliqua parte libri sui de anima, nisi forte hoc exciderit a libris suis qui ad nos nondum pervenerunt. Si autem obscure potest haberi de libris eius, tunc, sicut dixit Alpharabius, ad inchoatum habetur ab eo solum, ubi ut videtur hoc esse quod dicit de felicitate contemplativa.

Nos autem propter doctrinae bonitatem quantum Deus his donare dignabitur, hic

*D. Alb. Mag. lib. 3. de anima.*

voluptus perscrutari, ut omnes simul deterrere operationes intellectus: sed volumus primo ostendere dicta Peripateticorum in hac questione, & postea scientiam nostram: & ostendemus in quo convenit, & in quo differt a dictis aliorum Peripateticorum: & quia inter Peripateticos qui persecuti sunt Aristo. precipuus, ut multi dixerunt, fuit Alex. referamus igitur primo qualiter ipse istam questionem deterruit: dixit enim intellectum possibilem esse generabilem cum corpore hominis & corruptibilem, eo quod esset forma & virtus in corpore, sicut superius diximus, qui intellectus secundum eum non est aliud quam preparatio ad intelligibilia suscipienda & aptanda, sicut rasura tabulae & plana est aptitudo ad recipiendum picturam, & non est substantia in se ens sicut est tabula, sed est tantum aptitudo ad intelligibilia consequens conclusionem elementorum inter omnes complexionem magis aequalem, & ad aequalitatem caelestem magis per similitudinem vicinam. In hac autem aptitudine facit formas primo intellectus agens, qui secundum istum est intelligentia separata & non pars animae existens & quantum tantum facit esse in actu edr cendo eam de potentia ad actum, non coniungitur intellectui possibili nisi sicut efficiens, & facit sic inesse intellectum speculativum, quem etiam dicit generabilem & corruptibilem in nobis, quando perhibetur ad plenum intellectus possibilis, & habet intellectum speculativum, tunc demum coniungitur & intellectus agens sicut forma: & hunc quidem nunquam intelligit intellectus possibilis, sed cum post omnia intellecta coniungitur nobis ut forma, tunc nos per ipsam intelligimus omnia alia separata, & habemus scientiam ipsorum. Redit ergo dictam istius hominis ad hoc quod ex phantasmatibus acceptis continuatur & vnitur nobis intellectus speculativus, & multo lumine speculativum, quod lumine largitur eius intellectus agens ut agens, & disponitur continue melius & melius intellectus possibilis. Et sic continue speculando tandem vnitur ei ut forma, & intellectus agens qui est substantia separata dicta nobis unita: & quia substantia separata intelligit alia separata, ideo tunc per agentem vnitum nobis intelligimus alia separata. Adhuc autem induxit rationem quae non est demonstrativa: dixit enim, quod duae sunt operationes intellectus, quarum una est facere & quasi creare formas actu intellectus ex potentia intelligibilibus: & hoc nihil aliud est nisi denudare eas & facere simplices a materia & ceteris individuantibus eam: alia autem est intelligere: & prima istarum operationum est propter secundam. Et ideo cum perfecta sint istae duae operationes in nobis, tunc perfectus est intellectus noster. Est autem perfecta operatio prima, quando intelligibilia omnia facta sunt secundum actum. Operatio autem secunda perfecta est, quando potest omnia intelligere per id quod habet in se homo quasi formare: hoc autem fit modo praedicto, & erit continuo & coniunctio nobiscum intelle-

*Digressio qua  
tunc mox  
convenit  
omni.*

*Alexan.  
opinio.*

ctus agentis, & per eum aliorum separatorum: & huius dedit exemplum in potentia ambulandi: quoniam dicitur perfecta in ambulantiibus, quando fuerit confortata ad quamlibet ambulationem perficiendam secundam actum: & hoc fit successu per organorum confortationem & ambulationis usum. Similiter autem dixit esse, quod intellectus continuè confortatur & disponitur ad maius lumen recipiendum per intelligibilia, & sic confortatus perficit separatam agentem ut formam: & hunc modum vocavit intellectum adeptum qui est ultimus gradus intellectus potentie: per adeptum autem intelligit separatam.

Impe aut

Ecce hæc est questio Alexandri secundum quod potest intelligi ex verbis eius in libro suo de anima. & in libro suo de intellectu & intellectu: & hæc est opinio erroribus plena, & ad ipsam plura sequuntur inconuenientia: & horum quædam ponit Aucrotes contra eum, & quædam nos inducimus. Aucrotes vero supponit quandam suppositionem esse veram: & hoc est quod intellectus omnibus modis efficitur intellectus, & hoc præcipue in rebus separatis à materia, quæ si non sic prius intellecta & verificata, non intelligerentur rationes eius. Est autem sic verificanda: quoniam, sicut superius diximus vel ostendimus, intellectus omnis est forma, quæ medietas est intellectuum, sicut medietas in tactu medium est tangibile: & ideo sicut quando tangibile secundum actum immutat tactum, efficitur qualitas tangibilis & tactus virtutis vna, propter hoc distinguitur tactus & determinatur per qualitatem rei tactæ: ita est, quod vna efficitur intellectualitas rei intellectæ: & ideo diximus superius, quod intellectus tactus & intellectus rei sunt vnum, non sicut subiectum & accidens, nec sicut materia & forma, sed sicut ea quæ aliquo modo sunt eiusdem forme sicut determinans & determinatum. Sic se habet omnis forma materia, quando vnitur ad extrema, & accipit actum eius: quia medium est aliquid extremi. Hæc autem habita propositione obicitur contra illud, dicens quod intellectus agens ponatur esse non pars sed substantia separata & incorruptibilis, & speculara ponantur generabilia & corruptibilia, quia intelliguntur à nobis per agentem intellectum quando fuerit nobis ut forma, tunc oportebit, quod cum intellectu agente fiat vnum, & sic incorruptibile fiat corruptibile, quod est absurdum & non intelligibile. Est autem inconueniens omnino dicere incorruptibile & separatam fieri formam corruptibilem & separatam corporei: ponit enim iste intellectum possibilem esse corporeum & compositum & corruptibilem, & agentem esse incorruptibilem & separatam & incorpoream substantiam, & modo prædicto ingredi eam in nos, & hoc esse quod dicit Aristot. quod ingreditur ab extrinseco. Multa sunt impossibilia quæ sequuntur ad hoc, quod dicit intellectum possibilem esse formam corporis ut in superioribus induximus. Pater autem facile ex dictis, quod iste nullam veram causam as-

Quando vero videtur prope de Aucrotes dicens intellectus efficitur intellectus omnis huiusmodi.

signare potest questionis inductæ quæ soluitur eam: quia nullo modo videtur vnquam posse incorruptibile incorporeum & separatam cum corpore separato corruptibili & coniuncto: quia omnino redit dictum suum ad hoc quod aut recipitur de nouo, aut non recipitur. Si recipitur, tunc oportet, quod fiat immutatio aut recipientis, aut recepti, aut vtriusque. Constat autem, quod Alexander non potest dicere, quod sit in recepto: quia hoc secundum eum est impermutabile & necessarium: & ex hoc etiam patet, quod non sit transmutatio in vtroque: si autem est transmutatio in recipiente, tunc oportet, quod recipiens fiat substantia quædam quæ inerat prius quod vnitur ei sicut forma materia: & tunc quaritur ab eo quæ est causa huius transmutationis & receptionis, & non poterit assignare. Si autem dicat aliquis, quod Alexander intelligit, quod intellectus agens semper est in nobis, tunc sequitur inconueniens maius cum semper agat intellectus vniuersaliter agens statim in phantasmatis præsentibus ager intellectus speculatiuus: & sic habebimus omnes scientias speculatiuas sine studio & sine doctore: & erit vnus modus intellectus agentis in nobis & ante speculationem: & hoc concipimus esse falsum. Ista vero conclusio impossibilis videtur esse necessaria per hoc quod ad intellectum speculatiuum nihil amplius exigitur nisi præsentia agentis, & præsentia phantasmatis, & subiectum intellectus possibilem. Hæc sunt quæ dixit Alexander & quæ contra eum inducuntur.

CAPVT VII.

Et est digressio declarans opinionem Themistij & Theophrasti in solutione questionis inductæ.

Themistij autem & Theophrasti dictum ad hoc reddit, quod intellectus agens est forma, & intellectus possibilem, ut superius diximus, & intelligere in nobis non est per receptionem intelligibilem, sed intelligere nihil aliud est quam deindare per intellectum intelligibilem, id quod lux agentis est circa ipsa, & circa lucem agentis tunc circa ipsa est intelligere ea. Hi autem qui dicunt intellectum possibilem esse separatam sicut agentem, & incorruptibilem vtrumque esse, dicunt, quod nihil inconueniens est, quod incorruptibile fiat forma incorruptibilis: & ideo reprehendendo Alex. dicunt, quod ipse dixit impossibilia: dixit enim speculatiuum continè generari & corrumpi, qui etiam vocatur intellectus in habitu, & tamen istum informari ab intellectu agente incorruptibili sicut informatur substantia ex sua forma. Sic enim esset corruptibile materia incorruptibilis, quod est inconueniens: & si hoc modo intellectus vniretur nobis, indigeret intellectus agens corruptibili ad suam actionem perficiendam, quæ est intelligere: quæ omnia stare

CAPVT VIII.

Et est digressio de solutione questionis Aucropæ & Alpharabij in quo errauerunt.

Aucropæ autem qui tota vita sua solatus fuit soluere istam questionem, potuit intellectum materiale esse corruptibilem & generabilem, & non esse animæ rationalis partem: quia dixit & hunc esse phantasiam secundum quod est in homine, quæ coniuncta est cum cogitatione potentia, sicut superius diximus, & ante diximus. Soluebant autem istam questionem sicut & Alpharabius & post eum Alubachiel, quod intellectus agens est natura hominis & est separatæ: & ideo quado per intelligibilia perficeret operationem suam, quæ est creare & facere intellectus speculationis: & tunc quasi liberatus intelligit per seipsum ea quæ sunt separata. Aucropæ autem post hos veniens addidit, quod homo secundum intellectum habet duas vires: vnã humanam quam habet in quantum colligatur phantasmatis, alteram autem diuinam quam habet secundum quod est vestigium intelligentiæ separatæ. Per humanam intelligit concepta cum materia, per diuinam autem separata. Omnes autem isti tres vires habent rationem, sed dupliciter arguunt ex illa primò quod modo vno sic. Supponunt enim, quod omnia speculatiua quæ sunt in anima, facta sunt speculatiua postquam potentia facta sunt speculatiua. Deinde supponunt aliam propositionem quæ verissima est, quod videlicet omne factum speculatiuum habet quidditatem, & tertiò iterum supponunt aliam veram propositionem, quod videlicet intellectus est, qui facit omnes quidditates potentia intellectus esse actu intellectus: & ex illis concludunt, quod intellectus innatus est extrahere formas intellectiuorum & quidditates eorum: oportet igitur, quod virtutem illam habeat per naturam separatam. Hanc autem rationem etiam aliter inducunt sic. Supponunt enim primò, quod omnis quidditas suppositi & singularis cum potentia est potentia separabilis ab ipso. Secundò autem, quod quando sit actu, quod tunc facta est quidditas pura ab intellectu agente: & quarunt, quod sit speculatiuum, aut compositum ex quidditate & alio, aut est simpliciter quidditas, aut non est habens quidditatem, ita quod sit priuatio pura. Et si dicatur, quod est compositum ex quidditate & quodam alio, tunc cum ab omni composito intellectus sit aptus separare quidditatem intellectus separat ab intellectu illo quidditatem suam: & de illa quidditate erit eadem questio: & ibi hoc in infinitum: & quia infinitum facit omnis intellectus, standum est in primò intellectu, & dicendum est, quod illa est quidditas pura. Si autem daretur quod non esset quidditas, sed esset priuatio pura, non est pura: tunc nihil esset intellectum speculatiuum, nulla etiam esset scientia speculatiua omnino: quod falsum.

Ratio vnicæ pro opinione Theophrasti & Themistij.

Nota ratione Aucropæ quæ adducit etiam Compositator hic

tem alia contra hanc opinionem inducta sunt in præcedentibus.



salum est. Remanet ergo, quod sit separata & absoluta quidditas. Adhuc autem Alpharabius rationem inducit & sic supponit enim, quod intellectus equi in quantum est equus hinc per simplicem quidditatem ipsius non est plures intellectus, sed vnus, & similiter est de intellectu hominis, & vnus vnus est de omni intellectu quidditatis. Si ergo efficitur plures intellectus, oportet quod aliquid sit causa pluralitatis: hoc autem non est nisi quod diuiditur & differt. facit quidditatem secundum esse & nuncium: & hoc non est nisi forma corporalis & individualis in phantasia vel in sensu. Quia igitur intellectus speculatur quidditatis est alius apud me, alius apud te, hoc est, quod forma imaginata in spiritu corporeo cum quo componitur quidditas intellecta, est alia apud me, & alia apud te: & sic per imaginationem componitur & coniungitur nobis intellectus speculatur qui de se vniversalis est: quia superius est ostentum, quod intellectum secundum quod intellectum non est indiuiduum. Cum igitur intellectus sic separatur lumine agentis perfectus eodem lumine, & per gradus ascendens coniungitur intellectui separato, & sit intellectus speculatur quasi dispositio media coniuncti omni istius: & hoc fere est idem ac si dicatur, quod agens habet primo lumen debile: quod non valet nisi speculari, & valet intelligere separata: & postea acquirit lumen forte, per quod intelligit separata: & quod idem est intelligens quidditates quas a materia separatas habet, & quidditates separatorum.

*Impugnatio.*

Sed vnique potest de facili patere, quod hæc ratio non valet, nisi nos concedamus, quod vnique sunt quidditates separatorum per se, & quidditates eorum que separantur ab intellecta a materia in qua sunt. Si enim hoc esset verum, tunc eius virtutis esset comprehendere vtrouque. Si autem æquiuocè, tunc nihil valet ratio inducta. Et si dicatur neque esse æquiuocè, neque penitus vnivocè, tunc oportet etiam virtutem intellectum variari, supposito hoc quod dicit Aristor. in 8. ethic. quod omnis cognitio est in anima secundum congruentiam cognoscens & cogniti, nisi hoc esset verum. tunc qualibet virtus acciperet quodcumque: & sic intellectus acciperet sensibile & alioquin sensibile intelligibile, quod omnino esse non potest. Si autem darentur quidditates vtraque esset vnitas, tunc adhuc multæ remanerent dubitationes. Si autem dicatur intellectus possibilis esse corruptibilis, tunc quaeretur secundum prædicta qualiter corruptibile vnatur incorruptibili, & questio est tam in possibili quam in speculatio: quia vtrique ponitur corruptibilis ab Auempacè. Si autem possibilis dicatur esse incorruptibilis & separatus, tunc relinquatur, quod qualiter intelligit aliquid de nouo: quia aliquid incorruptibile secundum substantiam non potest fieri nouum secundum formam, eo quod ex materia & forma fit vnus nouum. Adhuc autem cum neque sit separatus, quare modo intelligit & non ante, cum per se sit vno modo

quod est separatum? Adhuc relinquatur questio secundum istos, quare de separatis secundum se non sunt scientiæ speculatur, sicut sunt de coniunctis? Si enim vtrumque est in potestate nostri intellectus, tunc speculabimur de separatis per separata sicut speculatur de coniunctis. Hoc autem non est verum: quoniam si quid parum aliquando speculatur de separatis, hoc facimus per coniuncta cum materia, sicut per motum accipimus motorem: & necimus speculari passiones lubantia ipsius, nisi qua relaxantur ad motum & ad corpora. Si enim est aliqua huius causa ista: quia habemus intellectum connaturalem nobis ad talia speculanda, tunc oportet, quod omnes desideramus in scientia speculatur separatorum: aut propterea quod principia illius scientiæ non sunt inuenta, sicut desideramus in alchimia: aut propter hoc quod non sumus exercitati sufficienter: & vtrumque eorum est improbabile, quia talis defectus esset generalis apud omnes homines. Si autem diceret aliquis, quod aliqui habent & aliqui non habent potentiam huius speculatur, tunc nos quia non habemus huiusmodi potentiam, æquiuocè diceremur homines ad eos qui habent huiusmodi potentiam. Constat enim summam hominis potentiam esse perfectionem in contemplatione separatorum.

#### CAPVT IX.

*Et est digressio qualiter Auicenna & Algazel solunt inductam questionem, & questio dubitationis est in dictis eorum.*

**H**Vic etiam questioni satisfacere intendit Auicenna & insecutor eius Algazel dicentes, quod in veritate intellectus possibilis est in nobis primo sicut tabula rasa & planata, quemadmodum superius est dictum: quia cum addiscit homo, acquirit formas intellectas per hoc quod agens denudat eas & coniungit eas intellectui possibili: & cum qualibet illarum formarum intellectualitatis accipit ab agente, oportet quod possibilis in qualibet conuertatur ad agentem: & cum perfecta fuerit conuersio eius ad agentem, tunc coniungitur intellectui agenti ut forma: & tunc per ipsam intelligit separata: & ideo addiscere nihil aliud est nisi acquirere perfectam habitudinem, que materialis ad agentem conuertatur: quam cum acquirat, tunc omnia scit actu ex hoc quod conuertitur ad agentem largientem ei formas intellectas: quia ex ipsa emanant in animam omnes forme intellectas. Dicunt enim isti, quod cum forme intellectus speculatur sunt in animæ, quas homo intelligit quando vult, aut sunt in anima sicut in thesauro, aut sunt ita in anima, quod licet non sint in ipsa sicut in subiecto, habet tamen eas quando vult. Si autem essent in ea sicut in thesauro, tunc oporteret;

## CAPVT X.

*Et est digressio declarans quorundam modernorum solutionem.*

**F**orsitan autem dicit aliquis consequens dicta antiquorum doctorum qui Peripateticos non imitantur, quod intelligibilia sunt in nobis in habitu cum acquisita est scientia: ridiculum enim videtur, quod intellecta non sunt in anima cum habitus sit qualitas, & qualitas sit secundum quam quales nos esse dicimur. Separata autem sunt in anima per hoc quod abstrahuntur à phantasmate, quod est eorum per accidens: cum enim acceperimus in sensu motum cognoscimus motorem per hoc quod circa motum profundatur anima & ratiocinatur de motore & substantia ipsius. Est autem duplex scientia ex phantasmate: quaedam enim est ex phantasmate, ita quod ipsa forma intellecta est forma habens esse in particulari: quaedam autem sic, quod forma intellecta non est secundum esse in particulari, sed in sensibili manifestantur opera eius: & per opera sicut per effectum venit in causam per intellectum: & sic cognoscimus separata. Hæc est via quam fere sequuntur omnes modernorum Latinorum: sed isti in principiis non conveniunt cum Peripateticis: si enim scientia sit qualitas in anima, tunc scientia non est univiale id quod est intellectu, quod est ubique & semper. Peripatetici concorditer dixerunt, quod univiale secundum actum non est nisi in anima, & quod univiale continuatur in intellectu separato. Et hæc est obiectio Avicennæ, in quam omnes concordaverunt. Amplius sit, quod quocunque modo anima veniat in conjunctione substantiarum separatarum, semper hoc verum est, quod in fine cognoscit illas substantias: oportet quod ergo per aliquid habeat virtutem cognoscendi eas: constat, quod non habet per intellectum coniunctum cum continuo & tempore virtutem tales substantias cognoscendi: ergo habebit hanc virtutem per aliquam aliam intellectum: & tunc remanet questio ut prius, & quis sit ille, & qualiter copuletur cum anima? Adhuc si per addiscere dicta, acquireret anima faciliam aptitudinem convertendi se ad intellectum agentem, quam aptitudinem non habuit ante addiscere, tunc scientia in habitu erit scire, cum homo voluerit ex aptitudine talis conversionis per studium acquisita: & hoc quidem dicit Avicenna. Sunt tamen & alia ex quibus est scientia in anima: sed hæc emanant ab intellectu agente, intellectum possibilem quocunque voluerit ille qui habet habitum sciendi: & sic univialis sunt quaedam apud omnem intelligentem eadem, & tamen non sunt per seipsa sicut res exteriores. Adhuc autem, potentia bene tenendi & potentia bene suscipiendi, non causantur ab eisdem principiis, sicut superius ostensum est. Si ergo ista duæ poten-

opoteret, quod anima rationalis haberet memoriam & reminiscenciam in omni actuali consideratione, quod falsum est: quia ea quæ sunt in anima, sunt abstracta à tempore: & omnis memorans memorat sub differentia temporis determinati. Adhuc autem thesaurus perficitur in tenendo, quæ sit autem natura animæ rationalis quæ teneat formas, non potest etiam dici ab eo qui dicere velit. Non ergo sic res servatur in anima. Si autem dicatur, quod sunt in anima sicut actus in potentia, hoc esse non potest: quia nihil aliud est intelligere & considerare secundum actum, nisi habere intellecta in anima secundum actum: aliquando autem non consideramus, quorum tamen habemus scientiam: videtur autem, quod oporteat dici, quod nihil habeat anima plus quam ante discere habuit: aut oportet, quod sint formæ speculaturæ intellectu agente: constat autem, quod posteriori modo dici non potest: quia tunc eodem modo ad intelligendum esset dispositus, & ante scientiam & post, & esset semper impossibilis ad sciendum. Relinquitur ergo, quod formæ intellectæ sunt in intellectu agente, & quod per addiscere acquirit anima aptitudinem convertendi se ad intelligibilia vel intelligentiam quæ larga est in dandis speciebus intelligibilibus, & quocunque convertitur ad eam, emanant ex ea in animam intellectas multi: & hæc est coniunctio nostra ad intelligentiam separata: & per illam ad omnes alias separatas: idcirco dicunt isti, quod etiam verum est secundum aliquem modum etiam post addiscere & scire intellectus est in potentia ad considerare: sed hæc est potentia propinqua. Est autem potentia ista in hoc quod possibilis non habet in se intelligere: quia statim ut convertitur ad agentem, habebit illum. Contra autem dictum istud sunt præcisè quatuor rationes, quarum prima est: quia adhuc quasi est ut prius. Qualiter possibilis per intellecta non remanentia in ipso acquirat aptitudinem se coniungendi agenti: de hoc enim nullam assignant causam. Secunda autem est: quia secundum hoc immediate agens continuatur possibili post scientiam, & cum sit incorporeus & separatus, videtur, quod eadem ratione continuatur ei etiam ante scientiam, & sic semper continuatur ei, ut videtur. Tertia autem est, si solum agens largitur formas intellectas, cum ipsæ differant genere & specie, debet assignare Avicenna quæ est causa differentiarum. Quarta autem est: quia cum convertitur possibilis ad agentem, tunc fluunt formæ intellectæ ad ipsum possibilem: cum ergo agens habeat se vno modo, formæ fluentes ab ipso receptæ immateriali erunt vno modo: & hoc est falsum: quia modo fluunt formæ quædam, & cras aliæ, sic etiam de aliis. Hæc igitur sunt ad quæ reducuntur dicta Peripateticorum: & sunt in eis plurimæ dubitationes, sicut cuilibet de his cogitanti patet.

*Impugnatio.*



que ponantur in intellectu possibili, quando ponitur suscipere intelligibilia speculata & tenere ea, tunc videtur intellectum esse compositum ex principis causantibus potentias illas: & hoc est absurdum: & ideo antiqui dixerunt Philosophi concorditer omnes, quod intellectus possibilis non est tenere species intelligibiles, sed suscipere tantum: intellectus quidem faciens eas de seipso est intellectus agens: & cum fecit eas, tunc resultat in intellectu possibili sicut forma obiecta speculo resultat in speculo: & ex omnibus his patet, quod difficilissima questio est ea que est superius ipducta. Et Latini quidem vique huc neglexerunt questionem illam: & huius causa est: quia non conueniunt in positionibus suis, & in dictis Peripateticorum: sed diuertunt in vnam quandam alteram viam, & induxerunt alia principia & alias positiones.

## CAPVT XI.

*Et est digressio declarans veram causam & modum coniunctionis intellectus agentis nobis.*

*Nota in quo ab Auerrope ab Auerrope.*

**N**OS autem dissentimus in paucis ab Auerrope, qui inducit ista questionem in commento super librum de anima: cum omnibus enim aliis fere Philosophis conuenit Auerroes in hoc quod dicit intellectum agere esse separatum & non coniunctum anime: & tunc supponit istam propositionem, qua etiam necessaria est, quod omne quod est separatum & efficitur coniunctum, habet aliquam causam suam coniunctionis: & tunc queritur, que sit illa causa coniunctionis per quam intelligentia agens formaliter coniungitur possibili: ut sic anima efficiatur intelligens substantialiter separata: Nos autem in dictis istis nihil mutamus nisi hoc quod etiam Aristoteles mutasse videtur: quoniam dixit, quod sicut in omni natura in qua est patiens, est etiam agens: & ita oportet in anima esse has differentias: per hoc enim videtur nobis: nec de hoc dubitamus, quin intellectus agens sit pars & potentia anime. Sed tunc dicentes eum esse partem, erit quidem anima semper coniunctus sicut pars: sed lumen eius quo operatur intellecta, licet hoc non semper actu coniunctum est intellectui possibili: quia etiam est separatum, ut dictum est superius. Conuenimus enim cum omnibus Peripateticis, quod intellectus agens magis est separatus quara possibilis: item conuenimus cum eis quod separatum non coniungitur nisi causam habeat suam coniunctionis. Et his duobus suppositis accipimus alia duo ab Alpharabio, quorum vnum dicit in libro suo de anima, & aliter in 10. Nicomachia suam que est ethica, nicomachia dicta apud nos. Idem autem quod dicit in libro de anima est, quod intellectus duas habet operationes, quarum vna est facere intellecta denudando

ea a materia, & altera intellecta intelligere, & discernere magis differri habet per primam istarum operationum quam per secundam: quoniam primam habet per seipsum solus, & secundam habet communem cum ceteris potentiis passiuis. Id autem quod dicit in 10. ethica, est quod fiducia philosophantis est non coniungi agenti intellectum ut efficienti, sed etiam sicut formæ: & explanat hoc dicens, quod intellectus agens cum agit & creat intellectum in nobis, est efficiens coniunctus nobis tantum: eo quod tunc agit operatione sibi substantiali per quam diffinitur, & agit sine nobis cogentibus, licet agat in nobis intellecta que facit: sed intelligere nostrum opus per intellectum nobis coniunctum. Et si fiducia philosophantis felicitis est coniungi intellectum sicut formæ, tunc coniungeretur ei ita quod ipsum intelligat homo felix in actu felicitatis: forma enim est per quam operamur hoc opus quod nostrum est in quantum homines sumus.

Et si forte diceretur, quod hæc coniunctio secunda est impossibilis, refellitur hoc per hoc quod nos videmus animas felicitam tunc quando perficiuntur anime eorum secundum optimum statum sapientie quando videlicet sapiunt diuina que sapit Deus, & habent delectationem in his: per effectum igitur probatur, quod hæc coniunctio erit hæc in multis, & est possibilis. Sed nobis adhuc deest modus & causa coniunctionis. In causa autem quam indicemus & modo conuenimus in toto cum Auerrope & cum Auempace, in parte cum Alpharabio, dicentes quod intellecta speculata dupliciter sunt in nobis. Quædam enim sunt in nobis per naturam, ita quod non accipimus ea per aliquod vel ab aliquo Doctore, nec per inquisitionem inuenimus ea, sicut sunt dignitates demonstrationum proprie, qualiter sunt prima & vera ante que omnino nulla sunt, que non scimus ex sensu, nisi in quantum terminos cognoscimus: notitia autem terminorum non facit notitiam principiorum nisi per accidens. Quædam autem speculata sunt in nobis per voluntatem: quia videlicet studemus inueniendo & audiendo a Doctore: & hæc omnia sunt intellectu agente influente eis intellectualitatem, & faciendo hæc intellecta esse intellecta secundum adum intellectus agens coniungitur nobis ut efficiens: & quia in omnibus his influit intellectualitatem & denudationem, sunt omnia sibi similia in hoc quod separata sunt & nuda: & ideo in omnibus his accipit continuè intellectus possibilis lumen agentis, & efficitur sibi similior de die in diem: & hoc vocatur a Philosophis moueri ad continentiam & coniunctionem cum agente intellectu: & sic cum accipit omnia intellecta, habet lumen agentis in formam sibi adhaerentem: & cum ipse sit lumen suum, eo quod lumen suum essentia sua est, & non extra ipsum, tunc adhaeret intellectus agens possibili sicut formæ: & hoc sic compositum vocatur a Peripateticis intellectus adeptus & diuinus

Intell.  
agens  
modi  
quæ

R. M.  
104

diuini: & tunc homo perfectus est ad op-  
erandum: opus illud quod est opus suum in-  
quantum est homo: & hoc est opus quod  
operatur. Deus: etiam hoc est perfecte per  
seipsum contemplari & intelligere separata:  
& iste modus & ista coniunctionis operatio  
contordat cum Aristo in 10. ethicæ suæ, ubi  
fere dicit ista, & præcipue cõcordat cum Eu-  
stratio & Michaelis ephesio, qui fere in hunc  
sensum exponunt Aristo. ibidem. Colligitur  
enim ex his, quod intellectus agens tribus  
modis coniungitur nobis, licet in se & se-  
cundum essentiam suam sic separatus: à na-  
tura enim coniungitur vt potentia & virtus  
quædam animæ, seu faciendo intellecta spe-  
culata coniungitur vt efficiens: & ex his dua-  
bus coniunctionibus non est homo perfe-  
ctus vt operetur opus diuinum: tandem con-  
iungitur vt forma, & causa coniunctionis  
eius est intellectus speculatiuus: & ideo oportet  
esse speculatiuum ante adeptum: & tunc  
homo perfectus & diuinus effectus est ad  
suum opus in quantum homo & non in-  
quantum animal est perficiendum: & sunt  
gradus in intellectu speculatiuo quibus quasi  
ascenditur ad intellectum adeptum, sicut per  
se patet euilibet. In hoc autem modo prior  
est potentia intellectus quam actu intelle-  
ctus: & hoc est quod sæpe superius diximus,  
quod possibilis prior est tempore in vno  
quoque indiuiduo, quod habet vtrumque  
intellectum: sed actu autem dictus intellectus  
est simpliciter prior. Et hoc vñ patet, quod  
intellectus agens prout est adeptus vt forma  
ingreditur ab extrinseco in homine, vt dicit  
Arist. in 16. lib. animalium.

Ex his facile patet omnium dubitationum  
solutio. Quod enim timuerunt quidam in  
hac scientia, quod videlicet ex corruptibili  
& generabili secundum dicta heret vnum:  
cum ex agente & speculatiuo & possibili fiat  
vnum, sicut dicto modo: sicut ex materia &  
forma: nos verò non in totam verum esse di-  
cimus, quod possibilis sit corruptibilis, sed  
potius separatam & incorruptibilem, sicut  
separatam & incorruptibilem est intellectus  
agens, sicut patuit ex prius habitis. Licet au-  
tem speculatiuus sit generatus ex potentia,  
attamen, sicut superius diximus, ex subiecto  
eo quod possibilis intellectus non habet  
aliquam transmutationem, nec omnino fit  
vnum sicut ex tribus sicut ex materia, sed  
solus possibilis intellectus est non quidem  
materia, sed vt materia quædam: ad ipsum  
autem vnitur agens sicut lumen ad diapha-  
num, & speculatiuus vnitur & comparatur  
ad possibilem sicut instrumentum: compa-  
ratur autem ad agentem sicut minus formale  
recipiens actum & virtutem à magis formali:  
quandocumque enim duo comparantur ad  
vnum sicut ad materiam, vnum illorum est  
forma simpliciter, & alterum est quasi in-  
strumentum & imperfectum: propter hoc est  
deductus in rationem alicuius materialis: &  
ideo cum tam agens quam speculatiuus in-  
tellectus comparatur ad possibilem intelle-  
ctum, agens erit simpliciter forma, & specu-  
latiuus erit non simpliciter forma, sed vt in-

*Intellectus  
agens tri-  
bus modis  
coniungitur  
nobis.*

*Ratio Auer-  
rois cap. 3. 6.*

strumentum: nisi enim ita ponamus, non eua-  
demus obiectionem inductam cõtra Auicennam,  
quia cum agens sit vna & simplex essentia,  
non potest esse causa distinctarum specierum  
in speculando: & ideo speculatiuus est in-  
strumentum eius ad distinguendum intelle-  
ctum possibilem. Licet autem corruptibile  
nō sit vere materia eius quod est incorruptibile,  
eo quod sequeretur, quod corruptibile  
efficeretur incorruptibile, tamen factum  
esse potest materiale sicut instrumentum est  
corruptibile, sicut virtutum celestium sunt  
instrumentum virtutes elementales corrupti-  
biles. Patet igitur solutio questionis & om-  
nium dubiorum. Mirabilis autem & optimus  
est iste status intellectus adepti: sic per eum  
enim homo fit similis quodammodo Deo:  
eo quod potest operari sic diuina & largiri  
sibi & alijs intellectus diuinos & accipere  
omnia intellecta quodammodo. Hac igitur  
dicta supr ad præfens de solutione istius  
questionis. Aristo. autem distulit eam vsque  
ad 10. ethicæ suæ ad solvendum. Est autem  
sciendum, quod ille solus in veritate mo-  
dus est, quo omnes homines naturaliter scire  
desiderant: quia isto solo modo homo est ho-  
mo & operatur quæ sunt hominis. Vide enim  
eos qui sic intellectum non sunt adepti, si  
dicat aliquid de contemplabilibus, non in-  
telligunt plus quam bestia quæ in singula-  
rium semper remanent cognitione.

Quod autem queritur, vtrum intellecta  
mancant apud intellectum quando actu illa  
non considerat, sicut dicit Auicenna. per ratio-  
nes superius inductas nos iudicamus esse ve-  
rum: quia cum medium coniunctionis possi-  
bilis ad agentem sint speculata, oportet ipsa  
manere, aut extrema diuidentur: non tamen  
concedimus, quod ipsa non est diffinita per  
tenere, & neque etiam percipere sicut virtutes  
corporales: sed potius cum anima intellectu-  
alis sit vt locus specierum vniuersaliũ, remanet  
vniuersalia speculata apud intellectum sicut  
in loco suæ generationis. Quod autem obij-  
cit, quod nihil exigitur ad speculari secun-  
dum actum nisi formam actu esse intellectam,  
dicendum videtur, quod magis libera est ani-  
ma rationalis quam sensibilis: in sensibili  
autem estimatiua & phantasia libera est ima-  
ginari cum voluerit, etiam quando imago est  
apud nos: & ideo licet species sint sicut in  
loco in intellectu, auertitur tamen ab eis  
quando vnitur, & conuertitur ad eas quando  
voluerit: cum autem hæc sit coniunctio intel-  
lectus adepti cum homine, oportet scire,  
quod quidam nobilioris animæ existentes  
quasi omnia querenda de philosophia quasi  
per seiplos facile intelligunt, sicut dicebatur  
de Hippocrate: & horum est intellectus san-  
ctus vocatus à Philosophis, eo quod pluri-  
mum possibilis eorum intellectus accedit  
ad intellectum verum qui est agens: Hac  
autem aptitudo vera vocatur subtilitas: ex  
adepto verò subita inuentio mediij termini,  
quod est causa quasi, vocatur solertia, quæ  
vna est virtutum intellectualium. Quando  
autem adeptus quasi totus est perfectio in-  
strumenti agentis, ita quod per se facit intellectu-  
tum.

*Nota quis sit  
modus sciendi  
quæ natura  
vultur omnis  
homo assu-  
derat.*

*Nota in intel-  
lectu manent  
in intellectu  
esse actuali  
intellectum.*



tunc ille proximus est ad cognoscendum futura ex presentibus. Etiam illi frequenter efficiuntur prophete: quando enim duo extrema habent coniungi per gradum, tunc multi gradus tam ex aptitudine nature quam ex speculatione medij inueniuntur: & secundum eorum diuersitatem & nobiliter & minus nobiliter coniunguntur extrema.

CAPVT XII.

Quomodo anima est omnia quodammodo que sunt.

Hinc autem ad propositum reuertentes dicamus recapitulando dicta de anima quoad potentias cognitivas, quod ex his que dicta sunt, sequitur quod anima quodammodo est omnia. Dico quodammodo: quoniam ipsa non est omnia secundum esse materiale, sed secundum esse intentionale specierum. Species enim rerum vniuntur anime: sicut receptum vnitur recipienti, licet hæc unitas neque sit proprie subiecti & accidentis, neque materiae & formae: largè tamen accepto subiecto quod subiectum dicatur id quod quocumque modo recipit aliud, à quo non habet esse materiale, sed quo perficitur ad agere secundum potentiam naturalem, quod anima etiam intentiones que sunt in ea, sunt vnum cum subiecto. Quod autem sic est omnia, patet per diuisionem: quoniam omnia que sunt, aut sunt sensibilia que sunt coniuncta cum materia, aut sunt intelligibilia sicut separata à materia: & anima secundum sensum efficitur idem cum sensibilibus, & secundum intellectum efficitur idem cum intelligibilibus, eodem modo quo eadem acta dicuntur, quorum idem est actus, licet esse sit differens.

Oporet autem querere ad hæc demonstrationem: quoniam per partes diuisionis industria probatio non est sufficiens. Accipiamus igitur istam propositionem, quod quorum diuisio est in eodem, ipsa sunt eadem: res autem & anima sunt eiusdem diuisionis: ergo anima est quodammodo omnia res: scatur enim scientia intellectiva & sensus in ea que sunt res quodammodo: quoniam id quod est dans esse & essentia totam, est forma vniuersalis vel particularis: materia enim non assumitur ad esse conferendum, sed potius vt sit subiectum esse & essentiae: & si sine subiecto tali subsistere posset, non quæreretur materia à natura, quam aliquid recipiat ab ipsa: esse autem rerum est potentia vel actu & separatim à sensibus, vel non separatim: & hæc eadem sunt in sensu & intellectu, quando hæc duo anime, scilicet sensitiuum, & scire potens, sunt hæc potentia primò, & postea sunt hæc actu: quoniam sensus primò est, & postea omnia sensibilia: & huius est maximè sensitiuum primum quod est sensus communis. Id autem quod scire ponitur post intellectum, est potentia omnia scire, & post adeptum intellectum secundum actum sunt scita omnia, sicut diximus superius. Cum autem sensitiuum & intellectiuum sint sicut potentia omnia, hoc est necesse fieri altero duorum modo-

Totum esse & essentia à forma est & materia non assumitur ad esse conferendum, sed potius vt sit subiectum esse & essentia videtur conueniens metaphysicorum 3. & 21.

rum: aut enim sunt potentia & actu ipsæ res extra animam, secundum esse materiale, secundum quod dixerunt multi Philosophi, de quibus in primo libro fecimus mentionem: aut sunt potentia & actu species rerum. Non autem potest esse, quod sint ipsæ res: non enim hic lapis demonstratus in esse materiali extra animam, est in anima, sed species lapidis est in anima, & anima est species eius, sicut diximus esse sensum speciem sensibilibus, & intellectum esse potentia speciem intellectuum. Anima igitur secundum sensum & intellectum, est sicut manus quadam que est in aliis organo corpore: manus enim non est organum vni officio tantum, sed iuuat quolibet organum ad officium suum: porrigit enim ori cibum, & expedit pedem, & purgat & deobturat aurem, & sic de aliis actibus ipsius: & ideo manus est organum organorum, habens figuram & compositionem quasi actiuam ad omne organum: & ita est sensus potentia speciem sensibilibus, & intellectus potentia speciem intelligibilibus. Per quem modum hoc fit, superius diximus: quoniam sicut necesse est, quod manus sit formalior organo, ita necesse est, quod primum sensitiuum sit formalius quam sensibilia, & primo intellectus sit formalior speciebus intelligibilibus. Hæc autem sufficienter probata sunt in antecedentibus.

Quoniam nulla omnino sunt sensibilia que sunt separata à magnitudine corporum: quia omnes formæ sensibiles, sunt formæ sibi firmum in corporibus determinantes, & in maioribus maiores, & in minoribus minores: & quia species intelligibiles sunt in sensibilibus quocumque modo, siue sint abstractiue dicta, sicut mathematica, siue habitus & formæ & passionis & proprietates ipsorum sensibilibus, sicut naturalia & moralia, ideo contingit, quod nihil omnino sentiens, nunquam aliquid potest addiscere vel scire: quoniam, sicut diximus, ante adeptum intellectum, est acceptio scientiæ ex phantasmatis: phantasmata autem non habet, nihil omnino accipiens per sensum: & si in toto periret aliquis sensum, periret in toto scientia que de sensibili illius sensus deberet elicicam enim quis specularetur accipiendo scientia, tunc necesse est simul in eo esse phantasmata eò quod phantasmata: intellectu sunt sicut sensibilia sensum, exceptio hoc solo, quod phantasmata abstracta à presentia materie sunt: sed sensibilia exigunt materiam esse presentem. Est autem phantasia secundum quam phantasma in nobis fit, & differt ab affirmatione & negatione: quoniam nature affirmationis est, & nature negationis est intellectus completens intelligibilia: & hæc complexio est aut vera, aut falsa: & ideo forte quæretur aliquis quid differt illud quod primum est intellectus completens particularia per cogitationem ab esse nunc phantasmate in anima: principium enim intellectus in nobis est cogitatio: nunquid enim ipsa phantasmata sunt non alia ab intellectu: constat autem, quod non, sed licet non sint phantasmata idem cum cogitatio intellectu, tamen intellectus cogitatio non est si phantasmate:

Tex. & com. 39.

& ideo etiam in dubium venit, sicut superius diximus, vtum intellectus secundum quod est in nobis coniunctus imaginationi & sensui possit aliquid separatim intelligere: intellectus enim post mortem constat quod intelligit separata: & nos diximus in illa questione quod nobis videbatur: quoniam nobis videtur, quod in hac vita continuatur cum agente formaliter, & tunc per agentem intelligit separata, quia aliter facultas contemplatiua non attingeretur ab homine in hac vita: & hoc est contra omnes Peripateticos, qui dicunt, quod fiducia contemplatiua est vt formam attingere intellectum agentem: est enim, sicut diximus superius, respectu status nostri intellectus, scilicet in potentia & in perfectione potentie ad actum, & in adaptionem potentie autem existens nullo modo attingit agentem sicut formam, sed dum perficitur, tunc mouetur ad coniunctionem cum adepto: & tunc quantum habet de intellectu, tantum est coniunctus: & quantum earet, tantum non est coniunctus. Habitis autem omnibus intellectibus, tunc est coniunctus & vocatur adeptus, & sic sunt differentie intellectus nostri quatuor, quorum primus est possibilis vocatur intellectus, secundus autem vniuersaliter agens, & tertius speculatiuus, & quartus adeptus. Accessus autem ex natura habitudine ad adeptum, vocatur subtilitas: & expeditus vltus adepti in actu, vocatur solertia: subtilitas autem cauatur ex splendore intelligentie super possibilem esse natura: solertia autem est bona dispositio velociter inueniendi causas multas.

Quatuor sunt intellectus differentia in nobis.

CAPVT XIII.

Et est digressio declarans, quod anima non moritur morte corporis, & quod non fuit ante corpus.

His autem omnibus habitis de facili probatur animam rationalem esse immortalem, & quod manet anima separata à corpore, & est ratio demonstratiua: quia omne essentialiter separatim à corpore, & quod non communitur corpore per se sed per alium, manet separatim à corpore: anima autem rationalis sic separata est, vt patuit ex dictis: ergo ipsa non destruitur morte corporis. Amplius autem omnis essentia vel substantia à qua fluunt potentie naturales separatim secundum seipsas & suas operationes, est substantia separata. Cuius probatio: quia si per substantiam esset commixta corpore, tunc potentia eius esset potentia commixta, & tunc non esset separata substantia: anima autem est huiusmodi substantia, cuius partes potentiales sunt intellectus possibilis & agens, que sunt partes per seipsas separata: ergo & ipsa est separata: separatim autem in substantia & actione non destruitur destructo corpore: anima ergo rationalis destructo corpore destruitur.

D. Alb. Mag. lib. 3. de anima.

strut non potest. Superius etiam induximus in primo lib. Arist. quod id quod est ex potentia, per intellectualem naturam determinatum ad esse, est aliquid in natura & in entibus mundi: intellectualis autem anima & intellectus de se est determinatum quid ad esse, & aliquid per se existens in natura, & incorruptibile tam ex potentia quam ex forma intellectuali que ad esse in natura declaratur vel determinatur. Hoc autem facile patet ex omnibus que de separatione intellectus dicta sunt. Auicenna autem sic probat & dicit: si enim anima dicatur corrumpi, aut dicitur corrumpi per se, aut corruptione alterius ex quo pendet secundum esse. Si autem corrumpatur per se, & tunc antequam corrumpatur, habet potentiam non permanendi in esse. Constat autem, quod habet essendi actum: aut ergo habet actum existendi, & potentiam non essendi secundum idem & in eadem radice, aut non secundum idem sed in alia & alia. Si dicatur, quod habet secundum idem vtrumque, scilicet potentia essendi & non essendi: tunc ab eodem erit actus essendi & non essendi potentia: sed potentia non essendi in omnibus habentibus potentiam illam, est à priuatione que est in materia per quam materia efficitur subiectum transmutationis: ergo actus essendi erit ab eadem priuatione, quod est impossibile: quoniam actus essendi erit à diuino & optimo, quod est forma eius quod verè est: si autem haberet à diuersis, tunc oportet, quod anima sit composita ex diuersis, quorum vnum sit materia habens in se priuationem, & alterum forma: omne autem quod talem habet materiam, habet eam tempore ante se: ergo materia ex qua sunt anime, est ante animas, sicut materia corporum physicorum est ante ea: & oportet generationem & corruptionem animarum esse adinuicem sicut corporum, quod est absurditas maxima. Ex hoc autem patet quod in fine primi celi & mundi diximus, quod impossibile est, quod generabile & corruptibile habeat virtutem semper essendi, cum habeat virtutem aliquando non essendi, debeat intelligi de huiusmodi generato & corrupto quod est compositum: nos enim concedimus animam quodammodo generari, si generari dicatur quod incipit esse post non esse: & cum dicimus, quod habet virtutem semper essendi. Si autem dicatur, quod anima corrumpitur corruptione corporis sicut pendens ex ipso, tunc dicemus sic dicentes, quod aut pendet ipso sicut simul existens cum ipso, aut sicut ex priori, aut sicut ex posteriori. Si autem simul existens, tunc hoc non potest esse, nisi altero duorum modorum, quod videlicet ipsa similitas sit essentialis vtrique, & de ratione anime & corporis, aut quod sit accidentaliter eis: sed si sit essentialiter tanquam ens de ratione eorum, tunc anima & corpus essentialiter & secundum suas definitiones referuntur adinuicem: ergo sunt essentialiter relata, quod fallum est. Si autem est accidentaliter vtrique vel alteri, tunc positum in ipso non esse, non erit dependentia adinuicem, & nihil sequitur impossibile: ergo ex hoc non corrumpitur anima corruptione corporis.

corpore. Si autem pendet tanquam ex posteriori, aut sicut ex priori dicto secundum causam, aut dependet ex eo sicut ex priori tempore: tunc erit corpus ante animam sicut natura propria: & potentia à qua esse & corrumpi habet: ergo anima rationalis est forma organica & actus corporis, quod multipliciter in præhabitis improbatum est. Si autem dicatur esse materia corporis sicut ex qua fit anima, hoc est absurdum: quia sic anima esset ex materia corporali, quod etiam improbatum est. Nos autem loquimur de anima rationali tantum. Si autem dicatur, quod pendet ex eo sicut ex priori secundum causam, tunc aut erit causa efficiens, aut formalis, aut materialis, aut finalis: quia iam ostensum est, quod non est causa materialis. Si autem pendet ex eo sicut ex causa efficiente, hoc non potest esse: quoniam à corpore non efficitur nisi virtus corporea, eò quod non agit in quantum est corpus, sed per qualitates activas & passivas quæ sunt in ipsa. Probatum est autem animam rationalem non esse virtutem in corpore, nec aliquid consequens corporis complexionem vel actionem corporali: huiusmodi qualitates ergo non pendet ex eo sicut ex efficiente. Sed neque pendet ex eo sicut ex forma: quia supra multipliciter probatum est in secundo libro de anima, quod anima est substantia & forma corporis, & non è conuersio. Nec potest dici, quod pendet ex eo sicut ex fine: quia sic esset corpus propter animam, & non è conuersio, quod falsum est, sicut ex superioribus habitis constat. Si autem dicatur, quod anima pendet ex eo sicut ex posteriori, tunc quaeremus verum pendet ex eo sicut ex posteriori secundum tempus, aut ex posteriori secundum ordinem qui est inter causam & causatum. Et si priori modo ex eo pendere dicitur, tunc non destruitur destructione eius: quoniam diuisa in tempore non destruantur sic quod vnum destruat necessarium destructione alterius. Et si contingat aliquando vnum eorum destrui cum alio, hoc est casus. Si autem pendet ex corpore sicut ex posteriori secundum ordinem causæ: tunc sequitur, quod non destruitur destructione eius necessarium: quia destructo posteriori, non necessarium destruitur id quod prius est. Et si contingat aliquando, hoc casus accidit. Nos autem non talem causam quaerimus destructionis. Licet autem hoc sufficienter probatum sit animam non destrui morte corporis, sed post mortem nobiliter esse accipere: quoniam tunc tota conuertitur ad intellectum agentem sicut ad formam, & per eum intelligere separata à materia, quod est summum felicitatis eius: secundum naturam tamen ponimus ipsam in corpore incipiente corpore: & hoc probatur ex hoc: quia omnis motor suo mobili operatur, sicut patet ex prioribus habitis: anima autem motor est corporis: sicut enim nulla nauis existente nullus ordiatur nauis, ita corpore proprio non existente non potest secundum ordinem esse naturæ anima. Demonstrant huius rationes in principio 8. physicorum, & ad istud probandum optimæ & præciosæ: quoniam ibi demonstratum est,

quod motor non potest esse ante mobile, neque post ipsum neque cum ipso, ita quod non moueat, & necesse est hoc esse ita in minori mundo sicut in maiori, sicut ibidem dictum est. Constat autem per omnia ante dicta, quod anima substantialiter est, ita quod per illud diffinitur, quod ipsa sit motor corporis: & si esset ipsa cum corpore, non ante ipsum, neque post ipsum facta: & sic simul demonstratione probatum est propositum, & destructus est error Platonis, qui dixit animas ante corpus fuisse ab æterno in comparibus stellis. Huius autem modus qualiter anima incipit cum corpore & non destruitur cum ipso, habetur ex ante habitis. Constat autem, quod sunt gradus in entibus & quædam sunt nobilia, & quædam minus nobilia, & quod nobilior inter omnia est anima rationalis: oportet igitur, quod ipsa maxime sit eleuata super materiam & simillima causis separatis: oportet igitur, quod ipsa sit imago causæ separatae per essentiam & potentias quasdam, sicut superius diximus. Substantia autem talis licet incipiat esse in corpore, quia tamen pendet esse eius ex causis, nullo modo potest interire cum corpore: sed hunc ordinem essentialem non possumus exposere intelligibiliter, nisi in scientia diuina: vique illuc ergo deferamus.

## CAPVT XIV.

*Et est digressio declarans errorem eorum qui dicunt de omnibus animabus tantum vnam remanere post mortem.*

**F**erunt autem quidam quod videntes animam substantialiter esse separatam, dixerunt eam non indiuiduari nisi per corpus & ad corpus, & idè destructo corpore ex omnibus animalibus non remanere nisi vnicam substantiam separatam, & horum nos tetigimus supra errorem, cum loqueremur de natura intellectus possibilis. Sed quia delitamentum hoc esse putamus, & fuerunt viri magni in philosophia, qui hunc abhorruerunt errorem, bonam nobis videtur ponere fortes rationes & demonstratiuas contra illos. Dicimus autem, quod si vna anima sit ex omnibus animabus rationalibus, aut hoc sit sic quod ex animabus substantialiter multis fiat vna, aut idè quia accidentaliter multe sunt, & substantialiter remanet vna ex multis vel omnibus post mortem corporis. Si autem primo modo dicunt, hæc est absurditas magna: quia cum omnis anima rationalis sit eiusdem speciei cum alia, non remaneret vnum nisi collectione ex omnibus, sicut exercitus & turba & populus: hoc autem simpliciter sunt multe animæ & secundum quid vnum. Viri autem sapientiores fuerunt quam ut dixerunt hoc, sed absque dubio secundo modo dixerunt dicentes animas



animas non esse multas nisi ex respectu ad corpus : & contra hoc fortissimas quatuor superius induximus rationes vel demonstrationes. Hoc autem diximus, quod illud accidens quod fecit multas animas, aut est in anima. Si enim est in anima, aut non est in anima. Si enim est in anima, cum anima sit simplex, tunc oportet, quod sit in tota anima : & sic individuatio animarum ad unum est individuatio ad alium : & sic animarum per illud accidens non erunt multiplicatae per numerum, & est contra eos. Adhuc autem quicquid accidit simplici, toti simplici accidit. Illud ergo accidens totum accideret animarum : accideret ergo ei secundum quod est in omnibus : & sic non multiplicarentur per illud accidens. Si autem accideret animarum, tunc non individuaret animam. Adhuc autem habitum est, quod speculatiuus intellectus inest animarum secundum ipsam : & sic speculatiuus intellectus esset idem apud omnes, quod omnino falsum est : quia sic uno homine existente sapiente omnis homo sapiens esset, quod falsum est. Adhuc autem cum anima rationalis sit simplex, ipsa est tota in omni corpore in quo est : ergo cum tota anima secundum istos esset in uno, & tota in alio, & tota in quolibet : & hoc non est intelligibile : quia ex hoc sequitur : quod tota esset in quolibet, & tota extra quolibet, quod est absurdum. Si autem dica-

tur esse non in corpore, sed respicere ipsum, quateratur quis sit modus illius respectus? Et dicant, quod hoc est respectus operationis : & hoc stare non potest : quoniam cum operatio egrediatur a potentia, & potentia sit in essentia, oportet eam essentialiter esse ubi operatur : & operatur in corpore : ergo est in corpore. Adhuc autem substantia quae est dans esse & rationem, est in eo cui dat esse & rationem : anima autem rationalis dat esse & rationem corpori : ergo est in ipso. Constat autem falsum esse quod isti dicunt. Si autem quateratur modus coniunctionis animarum ad corpus & individuationis, superius a nobis hic est assignatus, cum ostenderemus qualiter intellectus possibilis est separatus & conuictus in anima intellectuali. Similiter nec oportet hoc reiterare : dicit autem Avicenna, quod anima habet individuans proprium, haec naturam eius & non enim ignoremus. Sed cum omne individuans sit materia, oportet quod illud individuans esset materia incorporea in anima existens : & per formam quae non est corporis perfectio : & hoc concedunt plerique inter nostros socios. Sed nos eis in nullo contradicere volentes, probabile reputamus quod nos superius diximus, quod id probari potest ex his quae insunt animarum : istud autem non est probatum, sed ratione magis confectum.


TRACTATUS IV.

De motibus viribus.

CAPVT I.

Qua pars anima sit motiua.

Tea. & com. 40.



**O**NIAM autem sicut ab initio diximus, anima secundum duas distincta est potentias, quibus animatum videtur differre ab inanimato: dico autem animam quae animatum est : quia plantae habent partem partis animae potius quam animam : nam in plantis neutra est illarum potentiarum quibus animatum ab inanimato differre videtur : duae autem potentiae sunt, discretiuum, & motiuum secundum locum : discretio autem in communi dicta est opus tam intelligentiae quam sensus : & de utroque istorum iam habitum est : de mouente autem speculandum est nunc, quid sit anima : & hoc est querere, utrum mouens in animali-

D. Alb. Mag. lib. 3. de anima.

bas sit una quaedam pars animae, quae separabilis sit ab aliis partibus, magnitudine, & subiecto sui organi, sicut visus separatur ab auditu, sicut dixit Plato animam in vires diuidi : aut tantum separatur ab illis ratione potentiae, & virtutis, & conueniat cum eis in subiecto : aut etiam ipsum sit tota anima, & non aliqua pars alicuius animae, sicut dixerunt quidam, quod sicut vegetabilis est una tota anima, & sicut sensibilis est una tota anima, ita motiuum secundum locum sit una tota anima perficiens illud quod mouetur secundum locum. Quia autem ex omnibus distinctionibus his pars vera est, quod sit pars potentialis anima, sicut patet ex praehabitis, ideo supposito illo querendum est, utrum sit propria quaedam pars separata ab his quae conuictae sunt dici partes animae. Et quae dicta sunt, & determinata sunt a nobis, aut est harum aliqua quae sunt determinata.

In hac autem questione res quaesita magis ingerit dubitationem, secundum quem modum oporteat dicere animae partes, & quot

P. 2 nu mero:

numero: non enim sunt integrales neque essentialis, sicut in præhabitis est determinatam, sed sunt actuales siue potentie partes, in quibus inferior semper in suo superiori saluatur. Quot autem oportet dicere partes, multum est dubitabile: modo enim quodam infinita videntur. Et si enim vellemus vocare partes quibus species motorum inferuntur passiones, infinita esse videtur: quia tunc multiplicabuntur potentie passiuæ secundum formas tuorum actusorum. Et secundum hoc tot erunt appetitus, quot sunt appetibilia, & tot sunt sentus, quot sunt sensibilia specie & forma differentia: & hoc procedit in infinitum numerum. Et secundum hunc modum quidam Philosophorum determinant & diuidunt animam in ratiocinativam, & eam quæ ab animositate vocatur animatiua, quam quidam vocant irascibilem: & eam quæ vocatur à quibusdam appetitiua, quam Platonicus concupiscibilem esse dixerunt: hanc enim diuisionem secundum solas species obiectorum diuidunt Platonicus, & non secundum differentias corporum animatorum. Si autem sufficienter diuidunt animam, ut iam dictum est, tunc quælibet species obiecti faciet partem animæ specialiter: & tunc, etiam partes infinitæ: penes enim species obiectorum inueniuntur ibi alia partes, quæ magis differunt quam tres inductæ differentes, sicut in genere boni actualis: & nos possumus inuenire formas obiectorum in diuersis generibus existentibus: hoc autem euidenter ostenditur per hoc quod diuiditur anima ab istis in rationalem, & irrationalem, & irascibilem, & concupiscibilem. Et est insufficientis diuisio: quia partes animæ principales, sumptæ sunt secundum diuisionem generis animatorum, & illæ sunt vegetabilis & sensibilibus: & licet vegetabilis aliquo modo dici possit irrationalis, tamen sensibilibus neque rationalis neque irrationalis dici potest: quia, sicut dicitur in fine primi ethicorum, rationalis non est per essentiam, neque irrationalis est: quoniam participat aliquo modo ratione: eò quod persuadetur ei ratione & subiacet ordini rationis. Idem autem est de phantasia quæ ab omnibus dicta altera est: quoniam rationalis nec irascibilis, nec concupiscibilis esse videtur: hæc autem sequentia demonstrabunt. Si autem rationalis in animositate, siue irascibilem appetitum, siue concupiscibilem diuidatur penes obiectorum differentias, tunc secundum habitam rationem infinitæ partes animæ videntur esse: & hoc etiam est inconueniens.

Tex. & com. 44.

Habet igitur magnam questionem, cui harum virtutum phantasia & sensitiva eadem sit, vel à qua eorum sit altera, & præcipue si quis ponit animæ partes separatas in loco & diuisione, & non ponit vnā in alia virtualiter, sicut inferior potestas continetur in superiori. Adhuc autem appetitiua est vna eorum quæ secundum Platonem secundum rationem & potentiam relata ad actum, altera videtur esse à rationali: cum tamen inconueniens esse videatur hanc sequestrare ab vtraque, vel ab altera: eò quod in vtraque videtur contineri. Et quod continetur in ratiocinatiua, patet:

quia voluntas non fit nisi in rationali: eò quod omnis voluntas est ratiocinatiua potentia, voluntas est appetitus quidam. Similiter autem non sequestratur ab irrationali: quia in irrationali fit desiderium, & animus ab animositate dicitur, qui irascibilis vocatur: & vtrumque ipsorum est appetitus quidam concupiscibilis: concupiscibilis enim appetit delectabile secundum sensum, & irascibilis appetit arduum in quo est gloria, sicut vindictam, vel gloriam, vel victoriam, aut aliquid huiusmodi: quin mo si anima est illa tria quæ dixit Plato, videbitur esse in vnoquoque dicitur trium: quia ratio etiam appetit discernere id quod appetendum est secundum rationem rectam, sicut est honestum & partes eius. De his autem questionibus hic non est intentio: forsitan enim de his alibi determinabimus in sequentibus istius tractatus.

Sed de quo nunc ratio exiit ad querendum, hoc est, quid sit mouens secundum locum animal, quod habet motum secundum locum. Secundum enim augmentum & decrementum quod mouetur, mutat aliquo modo locum: quia augmentum crescit in locum maiorem, & decrementum decreuit in locum maiorem. Sed motor huius motus in omnibus est animatis: eò quod augmentum & decrementum insunt omnibus animatis: & ideo constat motorem in hoc motu esse vegetatiuam per cibum, & generationem, sicut diximus in 2. istius voluminis libro. De inspiratione autem & inspiratione, quæ etiam motu quadam parte corporis secundum locum perficiuntur: similiter autem de somno & vigilia, in quibus fit motus sensus & spirituum ab exterioribus ad interiora, sicut in somno quæ non sunt sine motu locali, post hunc librum in propriis locis dicemus. Nos enim hic non querimus de omni motu locali animati corporis, sed de motore istius motus tantum, quo animal procedit de loco ad locum: & hoc per organa & hæc à natura formata.

Tex. & com. 43.

CAPVT II.

Quod vegetatiuum secundum se & sensitiuum secundum se non sunt motiua secundum locum.

DE motu autem secundum locum, quid videlicet sit animal mouens secundum processum motum de loco ad locum, nunc considerandum sit: quod quidem igitur vegetabile secundum se non est animal mouens secundum motum processum, erit manifestum ex his quæ inducentur nunc. Motus enim qui dicitur motus processus, est semper extra animal motum, & distat ab ipso: propter quod dicunt vulgares, quod hic motus propter indigentiam est: & ideo oportet quod fiat cum phantasia quæ imaginatur delectabile absens, aut cum appetitu & sensu, qui apprehendit delectabile extra se præsens: & probatur ex hoc, quod nihil quod non est appetens

Tex. & com. 44.

CAPVT III.

Quare nec intellectiuis nec operatiuis secundum se sunt causa motus secundum locum, sed duo horum vel tria simul.

appetens delectabile, vel fugiens tristabile, mouetur de loco ad locum: & si mouetur, mouetur tunc volenter sicut cum transplantari est lignum: vegetabile autem dicitur de se sumptum neque phantasia habet neque appetitum sensibilem: & ideo vegetatiuum per se sumptum non mouet secundum locum. Quia tunc omne vegetabile secundum locum moueretur: planta igitur secundum locum moueretur. Et si hoc concederetur, tunc oportet concedere, quod haberent membra organica, sicut pedes, vel alas, quibus explerent huiusmodi motiua: & hoc non est verum: vegetatiuum enim secundum se non mouet secundum locum.

Tex. & com. 45.

Similiter autem nec id quod sentire potest quod vocatur sensitiuum secundum quod huius est proxima & perfecta causa: hanc enim causam mouentem querimus totam, & non causam, quæ remota est causa motus: si enim sensitiuum in eo quod huiusmodi, esset sufficiens & perfecta causa huius motus processus, omne sensitiuum moueretur secundum locum: sed hoc falsum est, cum multa animalia sensum habentia, videamus esse manentia in vno loco, immobilia vsque in finem vite suæ. Quamuis enim dilatentur & constringantur, per quem motum animalia cognoscuntur, tamen non procedunt de loco ad locum: quia, sicut iam ante diximus, nos non loquimur de motu quo quasi crescit animal in locum maiorem vel restringitur in maiorem, sed de illo tantum quo animal procedit de vno loco, & mouetur eorum in alium locum. Nec potest aliquis dicere, quod huiusmodi animalia sint imperfecta, sicut imperfecta dicuntur quæ diminuantur per impedimenta naturæ in aliquo quod est speciei suæ debitum secundum naturam, sicut monstra quæ peccata sunt naturæ, sicut diximus in 2. physicorum: talia enim animalia perfecta sunt perfectione debita suæ speciei, & generant sibi similia secundum speciem: hoc enim monstra non faciunt: si enim monstra peccent in principalibus membris, citò moriuntur. Et si peccatum sit in principalibus, sicut in manibus, vel in pedibus, non generant simile monstrum, sed simile speciei vt frequenter. Hæc igitur animalia cum producant sibi similia, perfecta sunt specierum suarum perfectione, & recipiunt augmentum & decrementum per cibum. Si ergo illa habent motiua virtutes secundum locum, natura dedisset eis organa quibus perficerent motum localem: quia natura non deficit in necessariis, nec abundat superfluis. Si enim deficeret in necessariis, tunc motor quia non haberet organum, esset superfluis: quia nunquam perficeret motum, cuius ipse esset principium & causa. Si autem abundaret superfluis, tunc iterum frustra esset vltra necessarium, cum per pauca eadem opera posset perficere.

Tex. & com. 46.

Sed neque ratiocinatiuis, scilicet pars animæ quæ ratiocinatur & deliberat de operabilibus, nec etiam vis quæ vocatur intellectus speculatiuis, sunt secundum se causa efficiens huius motus, quem vocamus processum. Hoc autem de ipeccatiuis intellectu facile probatur: quoniam speculatiuis intellectus est, qui accipit formas denudatas à materiis: & ideo nihil intelligit actuale per nos: quia omnis nostra actio est in sensibilibus & materialibus: & ideo nihil decernit fugiendo vel prosequendo. Semper autem motus processus omnis animalis, aut est actus fugientis nocium, aut prosequens siue imitantis delectabile, siue conueniens. Cum enim intellectus speculatiuis est de practiciis, quærens in eis rationem veri, non considerat ea prout sunt practica, sed prout sunt speculatiua, sicut est in scientia ethicorum doctrinali: tunc accidit, quod intellectus multoties intelligit id quod timendum est, secundum rationem, licet non eodem modo intelligat quo timendum est, sed considerat passiones eius, differentias, & accidentia per se scientia doctrinali, sicut considerat in aliis speculatiuis. Et similiter considerat aliquando id quod est letum & delectabile secundum rem, sicut quando ratiocinatur de delectatione venereorum quæ est secundum tactum, & non secundum visum, & quod ipsa est propter appetitum coitus ad generationem ordinatam: hæc enim omnia speculatiua sunt: & tunc non iacet intellectus timere vel delectari, sed potius ostendit vnum doctrinale, alias delectabile quod est in venereis: propter rem tamen quæ mouet concupiscentiam, aliquando cor mouetur, vel aliud membrorum, sicut genitalia in quibus delectatio talis vel timor ostenditur: sed hoc non præcipit intellectus: sed potius auertit ab illo: sed pronitas rei adiuncta facit huiusmodi motus membrorum: & ideo non sequitur motus processus ad rem illam, quæ non est considerata vt circa quæ sit opus, sed vt ea circa quæ est speculatio intellectus simplicis.

Tex. & com. 47.

Amplius autem cum intellectus extendit se ad particulare operabile, & decernit, & præcipit fugere aliquid aut prosequi siue imitari, tunc adhuc non est sufficiens causa motus: quia sæpe tale decretum intellectus practici circa operabilia per nos, nullus sequitur motus processus animalis: possibile enim est, vt in ethicis ostenditur, quod aliquis sanum habeat intellectum, & corruptum habeat appetitum & desiderium: & illi bene præcipit intellectus de fugiendo turpi & imitando bono & honesto, ille tamen victus passione turpis, agit & mouetur secundum desiderium,



& non mouetur secundum intellectum: & talis vocatur in ethicis quidam incontinens. Potest autem vocari inabstinens: ed quod non abstinere ab his à quibus intellectus præcipit abstinere. Hoc autem & argumento & simili videmus: quoniam videmus, quod habens artem medicinæ infirmus, aliquando non sanatur: & hoc est ideo: quia non mouetur & operatur secundum medicinæ præcepta: & hoc ostendit, quod alterius quam intellectus & scientiæ magis proprium sit agere & mouere secundum scientiam & non scientiæ: quia etiam quando infirmus curatur, magis proprium mouens habet quam scientiam habet, licet secundum scientiam non moueatur: & similiter est in intellectu & scientiæ practica, qui similiter se habet ad opera morum sicut scientiæ ad regimen corporis: & ideo dicuntur morales, quod scientiæ parum potest ad opera, sed velle operari intellectum multum prodest.

Tex. & com. 48.

Ex hoc autem forte aliquis crederet, quod appetitus moueret. Et nos eodem modo ostendimus, quod nec appetitus est sufficiens causa motus, nec sensus cum appetitu. Sunt enim quidam, ut in ethicis profatur, qui continentur vel abstinentes dicuntur, sicut religioſi & eremita, qui sentiunt motus passionum: & tamen non consequuntur in opere: propter quod coguntur remanere in regimine vito & honesto secundum quod præcipit intellectus: & tales sunt appetentes & concupiscentes turpes delectationes, & tamen non sunt operantes ea quorum habent appetitum & concupiscentiam, sed sequuntur intellectum. Licet ergo quodlibet istorum sit imperfecta causa motus, tamen nullum istorum vniuersalis est & sufficiens causa motus animalium, qui vocatur processus: oportet igitur, quod sufficiens & vniuersalis causa motus, sit congregata ex duobus vel tribus, quorum vnum discernat & præcipiat motum, & alterum exequatur. Et hæc duo sunt in homine appetitus & intellectus: intellectus enim operatiua seu practica discernit & præcipit ad quid mouendum est, & propter quid & qualiter, & ubi, & quando, & quantum cætera huiusmodi: appetitus autem sequitur & perficit hoc quod præceptum est ab intellectu. Sic ergo duo in genere sunt mouentia in homine. Si autem dicuntur tria mouentia, tunc erunt illa tria sic ordinata, quod duo sunt sicut vnum: hæc autem tria sunt intellectus practicus, & appetitus, & phantasia, quæ est sicut intellectus, quoniam ipsa discernit motum & præcipit sicut intellectus: & hoc dici oportet, quia multa animalia præter scientiam intellectualem de particularibus operabilibus sequuntur in motibus phantasias. In aliis enim animalibus præter hominem aut non est intellectus, aut si abusus dicatur esse, in eis intellectus non erit ut ratiocinans quasi ex syllogismo, sed erit ut rectus à natura, sicut diximus in secundo huius voluminis: & ideo omnia similia specie similiter operantur. Hæc igitur sequuntur phantasiam. Dicamus igitur, quod utraque hæc sunt mouentia secundum locum,

intellectus videlicet & appetitus, vel loco intellectus phantasia. Quotiescunque igitur intellectui vel phantasia appetitus consentit motum, præcipientibus, tunc erit motus & erit talis motus qualis est consensus appetitus ad intellectum vel phantasiam: consensus autem huius ad phantasiam, est vno modo & ad intellectum duobus modis: phantasia autem cum sit discretiua particulariam sensibilem, non præcipit motum nisi circa delectabile ut nunc præsens. Et ideo videmus cætera animalia non esse continentia & abstinencia à delectabilibus in sensu, quæ sunt ut nunc delectabilia: intellectus autem practicus non ex conuersione ad oculum, sed ex syllogismo præcipit operabile: & ideo cum syllogismo non peccat, tunc est motus abstinens & continentis. Verbi gratia, cum dicat intellectus, omne turpe est fugiendum, & accipiat fornicari cum Helena esse turpe, ed quod est alieni thori violatio, appetitus exequens huiusmodi motum est continens, alias continentis. Aliquando autem syllogismus hic in minori propositione obumbratur, alias obnubilatur, ex nimio æstu concupiscentiæ: & licet tunc bene vniuersaliter præcipiat intellectus, tamen vis concupiscentiæ non sinit per beneplacitum videre particulari quod sub vniuersali accipiendum erat: & si videt illud, non videt nisi speculatiue: oportet autem in operabilibus per beneplacitum videre, quia visio hæc mixta est effectui qui est circa quod præcipitur operandum esse. Et in hac propositione omnis malus incontinens ob dictam causam ignorans dicitur: & in minore propositione sic accepta non consentit appetitus sub vniuersali: & ideo sequitur peruersus motus. Mouens autem intellectus est in vniuersali propositione. In minori autem permixtus est phantasia, quæ tacta est per affectum: & hæc est causa, quod intellectus dicitur semper rectus, & phantasia aliquando recta, aliquando non recta. Intellectus autem quia in homine ex syllogismo & ratione mouet, ideo sequuntur opera hominis, vercundia, & gloria: quia turpe est abicere regnum dignorum, & sequi regimen eius, quod commune habemus cum bestiis. Et hæc est causa, quod peccatum & pœna sequantur hominis opera: similiter autem laus, & hæc non sequuntur opera aliorum animalium. Hæc etiam causa est, quod opera honesta dicuntur esse secundum naturam hominis inquantum homo est: opera autem turpia & inhonesta dicuntur esse contra naturam hominis inquantum est homo.

Nota quomodo omni malus incontinens est ignorans, & quare intellectus practicus semper est rectus phantasia autem recta, & non recta.

CAPVT IV.

De differentiis intellectus practici & speculatiui.

Tex. & com. 49.

Intellectus qui semper ratiocinatur propter aliquod quod est extra ipsum, & vocatur practicus, quod idem sonat quod operatiuus: operatiuum autem communiter voco siue sit operabile quod vocatur actuale, siue factibile: actuale autem in ethicis vocatur, quod pertinet ad opera, quæ sunt circa passiones delectabiles & tristabiles, & circa opera communicationis iustitiæ: & hæc sūt opera moris: & huius intellectus ad illa perfectio est prudentia: factibile autem vocatur, quod in mechanicis opera sit manuali, & intellectus ad ipsum perfectio est ars mechanica, sicut in ethicis habet determinari. Hic autem communiter vocamus practicum intellectum, qui est temperatiuus in his & in aliis: & huius ad intellectum speculatiuum propter doctrinæ bonitatem volumus inuenire differentias quatuor: quarum prima est, quod sine differentia, ed quod finis omnis intellectus practici extra ipsum, siue sit opus, siue operatum: opus quidem in artibus est finis, sicut in musicis, in quibus cantus & melos vltimus finis est, qui exercetur in arte: agere in aliis vltimus terminis non est opus, sed operatum: faber enim non intendit fabricare propter fabricare, sed propter gladium vel aliud vas, quod suum proprium operatum est finis suæ artis. In actualibus autem finis est operatio quæ est felicitas ciuiliſ, ed quod hæc est diuinissima, & optima est inter operationes virtutum. Quilibet autem istorum finium est extra operantem, & ideo motu acquiritur: intellectu autem speculatiua finem suum semper inter se metipſam habet: habet enim verum speculatum in theorematibus quod finis eius est: hoc enim etiam est finis sui instrumenti, quod demonstratio est & vocatur, nec extra illud aliquid acquirit: quia verum est de his quæ propter se volumus in speculatiuis, quæ essentialiter sunt de philosophia: hæc enim non sunt dialectica, quia non sunt de mera philosophia: nec sunt ethica, quia verum talium querimus propter opus, sed sunt naturalia, mathematica, vel diuina: propter quod contemplatiuus intellectus habens in se finem, perfectior & nobilior est practico: & ideo penes ipsum consistit felicitas & beatitudo speculatiua, præcipue quando fuerit adeptus agentem formam, prout diximus in tractatu præhabito libri istius.

Practico intellectus autem apprehendit principium operis, cui necessarium est, quod ipse decurrit ab vniuersali ad particulare: ed quod omnis nostra operatio circa particulare est. Secunda autem est, quia ipsam formam componit: ed quod omnis practicus for-

ma intendit componere cum opere vel cum operato, ut patet per inductionem tam in moribus quam in artibus: forma enim domus existens in mente artificis perfecta, componitur cum lapidibus & lignis: forma autem contemplationis ex rebus extra separatam per continuam abstractionem maiorem & minorem, componitur cum anima: & ideo vocatur forma abstractionis siue separationis. Et ex hoc accidit tertium, quod forma practici intellectus est forma ad rem extra animam proniciens: forma verò contemplationis vocatur à re, & non ad rem, quæ prouenit à rebus extra ad intellectum.

Tertia differentia est in hoc, quod in omnibus habentibus animam in terrenis intellectus practicus in acquirendo formam non vritur corpore, sed potius habet eam apud seipsam, sed vritur corporeo instrumento quando educit eam formam in materiam extra se existentem. Sed in intellectu contemplatiuo est conuerso: quia ipse vritur viribus & instrumentis corporalibus in acquirendo formam: quia medijs viribus & organis corporalibus perficitur abstractio, & in vſu considerationis non vritur corpore aliquo. Et ex hoc est quod dicitur intellectus practicus se extendens extra se ad particularia & ad instrumenta corporum. Sed intellectus contemplatiuus dicitur se colligens inter seipſum. Et relictis corporeis viribus & instrumentis colligit se ad vniuersale quod est inter seipſum, & magis est intellectus animæ contemplatiuus quam practicus, & nobilior anima bonum est contemplatio quam actio, ut in 10. thicorum probatur.

Quarta verò & vltima differentia est, quod intellectus practicus est causa rei quæ sibi subiicitur, sicut patet tam in actualibus quam in factiualibus. Intellectus autem contemplatiuus causatur à re quæ subiicitur eidem, ed quod accipit formam contemplationis à re subiecta, & considerat eam secundum quod est natura rei: & ideo quia intellectus primæ causæ & intelligentiarum separatæ, siue causa rei, & nunquam causatur à re, potius assimilatur intellectus eorum practico intellectui, quam speculatiuo. De his autem in prima philosophia perquirendum erit. Sufficit autem nobis ad præsentem speculationem, quod sciamus, quod intellectus practicus semper est propter aliquid esse: & ideo non quidem subiecto differt à speculatiuo, sed differt secundum esse & finem. Esse autem quod habet ex forma quod est habitus practicus, ed quibus est in ethicis, practici nomen accipit.

Intellectus speculatiuus & practicus sunt ut subiecto, sed differunt secundum esse & finem.

CAPVT V.

Qualiter vnum specie sunt mouentia & plura secundum substantiam.

Sicut autem intellectus est propter aliquid, ita omnis appetitus est propter aliquid quod non habet appetens, vel si appetit quod



habet appetitum illud secundum quod non habet, sicut appetitur delectabile habitum aliquando non secundum quod est habitum, sed ut contineretur, vel ut alio modo haberetur: eod quod contingat pluribus modis haberi idem: & iste appetitus quo appetimus secundum actum, non practici intellectus est, ut potentia ex qua cliciatur appetere, sed potius est id quod est vltimum in ordine mouentium, & proximum motui, hoc est principium motus & actionis: & ideo appetitua est potentia distincta ab intellectu, & est illa que post intellectus vel phantasia motum & actionem sequitur, mouendo lacertos & mutes ad motum perficiendum. Et ideo cum ad motum animale qui sic fit per intentionem, non exigantur nisi hæc duo, decernens scilicet & prosequens, rationabiliter videntur hæc duo mouentia, appetitus videlicet & intelligentia practica in homine. Appetituum enim per speciem appetibilis mouet sicut vltimum motus principium. Et intelligentia mouet propter appetibile: quia intelligentia secundum quod est cognitio quadam, non mouet, sed potius per hoc quod principium primum intelligibile mouens est appetituum. Si autem non apprehenderet appetibile, & non traheretur ab appetitu, intelligentia non moueret, sed potius decerneret non esse fugiendum, aut insequendum ut appetibile.

Tex. & com.

Similiter autem est in his in quibus phantasia mouet: quia animalia bruta intellectus practici phantasia vultus, que practica dicitur sicut intellectus, quia videt propter aliquid quod est extra, & quia apprehendit partem ut operabile vel appetibile, & quia est forma operatiua, & quia causa rei etiam, que de foris practici iam ante determinauimus. Hæc igitur phantasia non mouet sine specie appetibilis secundum quod est appetibile: appetibile autem in eo quod appetibile trahit & inclinat appetitum: ergo etiam phantasia sicut & intellectus, mouetur per hoc quod miscetur appetitiua: & sic possumus dicere, quod vnum specie motuum est: & hoc est appetituum. Quocumque enim est modo phantasia decernens, est motum propter appetitum: appetitus autem mouens est propter appetibile: specie igitur sunt vnum, & duo in subiectis. Similiter autem quando intellectus cum appetitu mouet: & ideo etiam est vnum specie motus, & non duo, nec vnum compositus. Si enim daretur, quod duo specie esset intellectus & appetitus quando mouent, & quod eorum sit motus similis, & sit tamen vnum motus, & cum hoc per se sit, quod vnius motoris simplicis non est nisi vnum motus, oportet dicere, quod intellectus practicus & appetitus mouerent secundum vnum aliquid, quod est commune utrique: & ex hoc sequeretur, quod motus secundum locum per se esset illis communis, & per accidens esset intellectus practici: & similiter per accidens esset ipse appetitus, sicut habere tres angulos per se est trianguli, & per accidens conuenit isosceli. Sed secundum hoc non verè essent mouentia intellectus &

appetitus. Oportet igitur, quod sit vniuersale, sed vnius propter alterum. In nullo enim motu intellectus videtur esse mouens sine appetitu: tam in rationabilibus quam in irrationabilibus.

Appetitus enim commune quoddam est ad rationalem appetitum & ad irrationalem: quoniam voluntas que solius rationis est appetitus rationalis. Cuius causa est: quia voluntas quoddam liberrimum est in anima: & illa que tantum per nos incoactè omnes facimus, ex voluntate dicimur facere. Libertas autem omnimoda non est in his que obligata sunt materiæ: & ideo in sensibili proprie voluntas non est: & si dicantur bruta animalia volentia aliquando, abusus sit vocabuli: quia voluntas eorum pro appetitu vel desiderio sensibili accipitur. In ista enim voluntate tota libertas est: quod ex hoc patet: quia cum coactio ad aliquid agendum, vel in aliquid contentendum, fiat ex tribus causis, quarum vna est violentia exterior, secunda autem obligatio ad materiam in qua est, tertia autem est per rationem & syllogismum per quem ratio cogitur ad consentium verum: ab omnibus autem his coactionibus deobligata est voluntas. Cadeat enim coactione exterioris in corpus, libera manet voluntas & dissentit interius ab his ad que cogitur extra in opere. Similiter non est virtus organica: & ideo non agitur & impellitur à natura, quemadmodum bruta ad opus aguntur. Similiter autem post conclusionem de aliquo faciendo quod de necessitate probatum est, voluntas adhuc est libera ad hoc volendum vel non, & sæpe non vult hoc ipsum. Hæc enim tota & sola causa est sui tantum: solum enim hæc sufficit ad volendum aliquid in quod consentit voluntas: quia volumus illud sine omni alia causa: & ideo regnum voluntatis, simile regno tyranni: quoniam leges edit ad libitum, & non ex aliqua causa utilitatis reipublicæ, quod sonat proverbium quod dicit, Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Regnum autem intellectus practici simile est monarchiæ in qua rex sapiens dominatur, nihil omnino discernens nisi secundum rationem utilitatis reipublicæ. Hæc igitur voluntas consistit, quod est appetitus quiddam. Et cum rationale moueatur, sicut dictum est, secundum appetitum, tunc non mouetur secundum liberam voluntatem. Appetitus enim mouet extra ad appetibile. Et hæc est causa, quod omnis appetitus est cum quodam affectu concupiscentiæ que est rei exterioris. Et ex his patet, quod intellectus & phantasia sunt mouentia propter appetitum. Et quod in omni motu exiguntur ad minus duo mouentia, quorum vnum nuntiat de motu, & alterum prosequitur. Vnum igitur sunt specie mouentia, duo autem per subiectum efficientia motuum, & tria genere, intellectus, phantasia, appetitus, & in rationali anima appetitus est voluntas libera.

Nota differentiam inter voluntatem & intellectum practicum.

CAPVT VI.

Quod intellectus semper est rectus, ille scilicet qui est mouens, phantasia autem & appetitus recta & non recta.

Tex. & com.

SI autem differentias horum considerare volumus, quod intellectus per hoc quod est intellectus nihil habens phantasmatis admixtionis, & semper est rectus: hoc enim nihil aliud est, nisi potentia habituali habens habitum principiorum moralium & factualem, in quibus nullus est error, scilicet non esse occidendum, non esse machandum, non esse furandum, iustitiam esse colendam, Deum esse venerandum, parentes esse honorandos, rem publicam instaurandam. Et in artibus similibus, sicut architectonica grauius subtrahenda, & leuia super ea coniungenda esse, prius dolanda esse, ut bene coniungantur, & huiusmodi: & ideo naturales hunc intellectum vocant naturale adiutorium vel iudicatum, in quo vniuersalia iuris sunt descripta. Appetitus autem & phantasia sunt recta & non recta. Propter quod & intellectus si exeat ex se in phantasmata, accidit ei rectitudo & curuitas. Cuius probatio est: quoniam semper quidem, ut dictum est, mouetur appetitus ad aliquid fugiendum vel prosequendum, hoc est, ad id quod habet intentionem boni convenientis vel mali nocentis: non enim mouetur ad omne bonum. Est enim boni non agibile per nos, & ad hoc non mouet, sed mouet ad actuale bonum, circa quod sunt actus & motus nostri: & per quod nos operando & mouendo acquirere possumus. Quod autem tale bonum est circa particularia, quod contingit se sic & aliter habere: & ideo aliquando est rectum, aliquando non rectum: & ideo cum appetitus & phantasia sint circa tale bonum, contingit phantasiam & appetitum aliquando esse rectam, aliquando non rectam. Si enim id quod habet intentionem boni, est bonum simpliciter, hoc semper & vbi que est bonum, tunc phantasia & appetitus circa id sunt recta. Si autem est bonum ut nunc & non simpliciter, hoc est dupliciter: bonum enim simpliciter habet in se duo: quorum vnum est, quod semper bonum est: alterum autem, quod vbi que & in omnibus bonum est: per comparationem ad illa duo dicitur bonum ut nunc & hic. Secundum autem quod opponitur ei quod semper bonum est, tunc dicitur bonum ut nunc, quod presentialiter afficit delectando sensum: & hoc est bonum quod prosequitur animal brutum & incontinens. Secundum autem quod opponitur ei quod est vbi que, sic opponitur ei bonum quod est casu, hoc malum est: sicut bonum est pignus reddere vel depositum ei qui fidei rem commisit: & tamen ut hoc malum est: quia si pignus sit gladius, & committens facinus, sit furiosus, malum est ei reddere gladium. Similiter est

Animus semper habet in se.

in aliis: & ideo circa particularia non omnino potest dirigi veritas intellectus: & ideo circa ea per phantasiam & appetitum incidit rectum & non rectum: & ideo in ethicis dicitur & epicheos, qui dirigit in particularibus, melior est iusto qui semper opera, scilicet vniuersalia iuris nititur dirigere. Non enim semper operationum mobilitas normam & regulam assequitur vniuersalium. Et ideo dicit Aristoteles, quod in talibus est directio sicut regula Lesbæ ædificationis. Est autem Lesbæ insula quadam habens lapides indolabiles, & ideo illi ad regulam omnino rectam non ædificant, sed vtrunq; regulam plumbæ, qua ad torturas ædificij curuam solum cauetur, ut non omnino fiat enormis curuitas. Rectitudinem enim seruare in operabilibus aliquando curuare est: & melius nonnunquam soluere legem vniuersalem in moribus quam in tali casu & loco obseruare.

Tex. & com.

Ex omnibus igitur nunc habitis manifestum est, quod talis potentia que appetitua vocatur, mouet: quia etsi alia mouent, propter hæc mouent, ut diximus. Sicut autem hoc dictum est, ita quidam non diuidunt, plures ponentes esse motiuas potentias, sicut rationalem, & irascibilem, & concupiscibilem. Talibus autem qui sic moriuntur animæ partes diuidunt, contingit quod si intendunt animam diuidere in quilibet partes, que aliquo modo potentiam ad modum remotam vel propinquam in communi vel particulari, quod valde multe secundum eos erunt partes animæ. Erunt vegetabile, sensitiuum, intellectiuum, appetitiuum, deliberatiuum. Adhuc autem appetibile sine appetitu sensibilem. Hæc enim plurimum differunt secundum istos, & adhuc autem magis his differunt concupiscibile & desideratiuum, & irascibile, quia concupiscibilis & irascibilis sunt digerentium obiectorum, sed deliberatiuum & appetitiuum possunt esse eiusdem. Quamuis autem sic multe vires accipiantur, quarum quedam sunt motiua, & quedam non: tamen illæ que sunt motiua, omnes mouent per appetitum: & ideo appetitiuum est per se mouens.

CAPVT VII.

Quod omnia mouentia sunt vnum specie & diuersa numero, & ad quem numerum & ad quam speciem.

Tex. & com.

QUONIAM autem appetitus aliquando sunt contrarij adinuicem propter contrarietatem boni, & ad bonum simpliciter accidit quedam pugna & contrarietas in mentibus, ex hoc quod ratio decernens motum, contraria est desiderio sensibili, quod impetum facit per motum in appetibile quod videtur bonum: hæc autem contrarietas appetitiuum sit in animalis que sententia habet per intellectum.



lectum. In talibus enim intellectus aliquando præcipit retrahere ab electione sensibili: deinde enim autem impetum facit & præcipit motum fieri per ipsum, quod iam delectabile est, eo quod nunc videtur ut nunc illud est: dulce. Et quod dulce est, ideo accipit hoc ut simpliciter bonum, & simpliciter delectabile: & hoc contingit, quod non videtur iam, quod solum facit delectabile, hoc est præsens tempus: si enim acciperet, quod præsentia ut nunc tantum facit delectationem, ut delectaret præsens ad futurum & futurum ad præsens cognosceret non esse præsens bonum simpliciter: hoc autem non facit appetitus, sed probabitur in præsens ac si sit simpliciter bonum: & sic patet, quod ut simpliciter bonum & appetitum & intellectum, sed ut simpliciter bonum mouens & intellectum, est simpliciter bonum secundum rei veritatem: sed ut simpliciter bonum mouens appetitum, aliquando non est bonum simpliciter, sed videtur.

Tex. & com.

Et cum species mouens sit in ipso quod mouetur, & quod illud est nunc bonum & simpliciter bonum acceptum: tunc patet, quod mouens omne erit vnum specie; & hoc est appetitum, & hæc similitudo possunt dici. Hieracius, qui dixit omnem rem sic esse prout videtur. Ita enim appetitus mouetur ad apparentem, ac si sit realiter bonum: quod apparet bonum. Sic igitur species mouens ut mouens est vna quæ est quod videtur bonum simpliciter: & inter mouentia quidem animam primum mouens est appetibile: & hoc est appetibile primum quod sit mouet, quod nullo modo mouetur. Mouet autem non secundum quod est in re, sed in eo quod est intellectum seu imaginatum: numero autem & subiecto plura sunt mouentia, & reducantur omnia mouentia ad tria in genere, quorum vnum est mouens, alterum quo mouetur, & tertium quod mouetur: mouens autem duplex est: est enim mouens vnum videlicet quod mouet immobile existens, quod est primum primum mouens, alterum autem mouet eum & ipsum mouetur. Mouens autem immobile quod est primum mouens, est actuale bonum, ut diximus superius: mouens autem secundum quod mouet, cum ipsam mouetur, est potentia appetitiua: omne enim quod appetit secundum quod appetit; mouet: cum motum sit ab actuali bono imaginato vel intellecto: & ipse appetitus est actus quidam & motus appetitiue potentie: quia appetere conuenit ei: & appetitus dicitur de potentia & operatione eiusdem. Quod autem mouetur per appetitum, est animal cuius est motus processiuus in rem quæ appetitur secundum quod appetitur. Quo vero appetitur, est organum corporeum appetitus, quo perficitur motus processiuus, sicut alia, vel pes: & quia talis motus processiuus communis est animæ & corpori, licet sit ab anima veniens in corpus, ideo in alia scientia ubi inquiremus de communibus operibus animæ & corpori, agendum est de illo, ubi faciemus librum de causa & differentiis huius motus, quem vocamus processiuum.

### CAPVT VIII.

#### *Qualiter est motus successiuus secundum quod fit à motore in mobile secundum locum.*

Nunc autem propter bonitatem doctrinæ, <sup>Tex. & com.</sup> ut per opus melius cognoscatur pars animæ mouens, dicemus ut in capitulo & summa, quod mouens in animalibus est mouens organicè, organo pertinente ad motum, sicut est ambulatio & volatus ex tali loco ubi principium motus illius & finis idem membrum est; & est vna vis & eadem sita in membro illo: hic autem motus est gyrantis, quando motum membrum gyrum habet expulsionis & retractionis in eodem loco. In talibus enim motibus expulsio est sicut principium, & attractio est sicut finis eius: & ideo necessario habet duas quietes interpositas, sicut patet cum expellitur crura à dextris primò & retrahitur in eodem: & ideo in omni eo quod taliter mouetur, quoddam quiete & quoddam mouetur tam in parte animalis quam in toto: & in parte quidem, quoniam omne quod mouetur in membris animalium, mouetur in quodam immobili, ad quod retrahitur expulsam, sicut manus mota expellitur & retrahitur ad membrum ascelli vel aschii immotum: & talem motum expellitur & retrahitur ad cubitum immotum, & adiunctorium motum expellitur & retrahitur ab humeris immotis: similiter autem in toto corpore: quia à parte dextra expulsa stat pars à parte sinistra, & retrahitur motum ad ipsam, & sic est in omnibus: sed in volatilibus & in natantibus non est ita: quia illa mouent dextrum & sinistrum simul, & sursum atque iatere simul, sed tamen sit ibi expulsio & retractio ad vnum immobile, sicut diximus superius. In serpentibus autem, alias reptantibus, nonnullus perficitur motus, ita quod mota anteriori parte, quiescit pars posterior, & vtraque vicissim causat motum vnum qui perficitur ita quod pars anterior expellitur & posterior retrahitur. De omnibus autem his differentiis habet determinari in libro de motibus animalium, ubi inducimus qualiter ipsi motui necessario duæ quietes interponuntur necessario.

Sed hoc sciendum est, quod cum in motibus animalium processiuus aliud quiescit, aliud mouetur: & idem sit in eo principium vnde expulsio sit, & ad quod sit retractio: finis & principium altera sunt ratione, licet magnitudine & subiecto idem sint: & huius causa est: quia cum omnia quæ moueantur animali motu, omnia mouentur depulso & attractu, sicut diximus: & depulsio & attractio sunt ex eodem in idem: & ideo oportet motum istum fieri ex eodem in idem, sicut in circulo: & hoc sic imaginari debemus, sicut si ponamus motorem circuli esse

*Nota contra Averroem in com. 55.*

*Tex. & com. 56.*

In centro tunc enim motus circuli est ex centro, ita quod primo expellitur semicirculus dextrae continet, & reuertitur semicirculus sinistri: & ita est in motu animalis, quia ex eodem expellitur organum motus, & retrahitur postea ad illud idem, quasi reuertendo, sicut diximus iam superius. Et ideo meo iudicio mentitur Averroes dicens cor esse quiescens unde sit expulsio, & ad quod sit attractio: oportet enim immobile a quo est motus, esse coniunctum organo motus. Constat autem, quod cor non est coniunctum huiusmodi organo: ostendit autem hoc anatomia: certum est enim omnium membrorum motum perficere musculis animalium. In omni autem musculo mortuo membri videmus neruum egredientem ad membrum quod mouetur: per quem expellitur a loco suae foundationis: & videmus chordam in alia parte ad radicem membri derivari a fine musculi per quem attrahitur ad locum suum: patet igitur non esse cor huiusmodi membrum: de hoc tamen erit in libro animalium subtiliter inquirendum. Sed hoc quod hic dicitur, est quod vnum a quo est motus: & id quod non est aliquid signatum in membris animalium per subiectum sed per rationem solum & est multiplicatum per numerum membrorum a quo mouentur.

Quod autem est omnino & vniuersaliter considerandum secundum huius scientiae proprietatem: quia, sicut dictum est, in quantum vnumquodque animal est appetitum, in tantum est etiam motuum secundum locum: quia, sicut diximus, species appetibilis per hoc quod est appetita mouens est principium: & ideo intellectus & phantasia non mouent nisi secundum quod sunt ad appetitum ordinata ut decernentia motum: appetitus autem est immediatum principium motus sicut compositum ex appetibili specie & informata specie illa: & ideo motus non fit vquam sine phantasia: phantasia autem mouens omnis, aut est rationalis, aut animalis, aut hominis, aut est eius quod sensum habet sine ratione sicut bruta. Et sit motus a his duabus secundum quod habentur ab animalibus. Et ideo si primum mouens consideretur, tunc est vnicum per cuius formam omnia mouentur animalia: & haec est forma appetibilis. Si autem consideremus mouens quodcumque mouet, tunc sunt duo in genere mouentia & tria secundum speciem. Quorum vnum in genere quidem mouens est ut decernens motum, alterum sicut impetum faciens in motu: sed in specie sunt tria, quoniam decernens est duplex, quorum vnum per rationem rectam decernit, aliud autem per estimationem boni, ut nunc: & primum quidem est intellectus, secundum autem est phantasia. Si autem determinari habet mouens, ut causans motum, tunc oportet duo esse ad minus: quorum vnum determinat, & alterum facit impetum: & sic sunt duo mouentia quae sunt vel intellectus & appetitus, vel phantasia & appetitus.

CAPVT IX.

*Quid est mouens in animalibus perfectis, & quando vnum mouet aliud, & e conuerso.*

Secundum autem praedicta oportet considerare de imperfectis animalibus, quae non sunt imperfecta secundum suas species, ita quod aliquid desit eis de necessariis ad ipsam, sed sunt imperfecta in genere animalium, quod videlicet non habent quosdam sensus quos habent ea animalia quae perfecta sunt: haec autem sunt quae non habent nisi vnicum sensum qui est tactus: & gustum quidem non secundum quod indicium sapientium est, id est, saporum, sed secundum quod ipse est quidam tactus: haec enim ad delectabile non mouentur nisi tangencia ipsum, quando est praesens, & secundum veritatem non mouentur de loco ad locum, sed in eodem loco mouentur motibus dilatationis & constrictionis: in his dubium est quid sit mouens. In his enim non videtur esse nisi solus sensus: sed quod non nisi praesente delectabili mouentur. Et ideo querendum est, vtrum phantasia contingat inesse talibus. Quod enim desiderium inest eis, videtur ex hoc probari: quia passiones proprie desideratiue potentiae talibus insunt, quae sunt laetitia & tristitia: haec enim talis us inesse potest antequam non dilatantur nisi in delectatione, & non contrahuntur nisi in tristitia, cum delectatio sit motus mutationis delectabilis, & contristatio sit motus fugae tristabilis: oportet igitur desiderium esse in talibus: desiderium autem est appetitus sensibilis. Sed queritur, quomodo phantasia erit in talibus: quia sine hac non perficitur motus, ut diximus superius, & talibus non videtur inesse quia, sicut diximus in antehabitis, phantasia accipit rem non praesente ea in sensu, & talis imaginatio non perficitur in talibus animalibus, ut videtur, cum nunquam nisi ad praesens moueantur. Dicimus autem ad hoc, quod talia non habent motum distinctum: & voco distinctum, qui est ad locum determinatum per phantasia & appetitum vel appetibile determinatum: & ideo etiam habent phantasia indeterminatem. Cuius causa est quia sicut superioris habitum est, sensus communis formalis est & secundum locum distinctus sensibilibus propriis, & respectu sensus communis formalis est imaginatio & phantasia: & sic semper superior formalis est respectu inferioris, & sunt illae vires distinctae in animalibus perfectis & perfectam figuram capitis habentibus. Vbi autem perfecta figura capitis non est, ibi nec sensus proprii perfectae insunt, neque superior vis bene distincta est ab inferiori, sed organa sibi inuicem sunt permixta phantasiae, & sensus communis, & sensus proprii, & hoc praecipue in animalibus imperfectis quae non habent aliquam sensum formam.



formale, sed materialem habent, qui sunt sensus tactus & gustus secundum quod est tactus quidam: & quia organa permixta sunt, eo quod talia animalia neque cerebrum neque caput habent, sed aliquid loco cerebri, & aliquid loco capitis, ideo phantasia habet permixtam cum sensu communi & sensum communem permixtum cum sensu proprio: cuius signum est, quod phantasia in talibus non mouet nisi motu sensus, qui est ex presentia rei, & hæc permixtio adducit confusam & permixtam & indeterminatam phantasiae apprehensionem, & hæc causat indistinctam & confusum motum.

Sic igitur patet, quod omnibus sensibilibus inest phantasia, sed phantasia aliquando ordinabilis est à ratione deliberante, ut in homine, & hic ordinans deliberatio phantasiae & appetitum in solis est rationariis. Cum enim sic proceditur ad motum, quod prius deliberatur utrum hoc prius vel aliud agendum sit, hoc iam rationis est opus ordinantis phantasiae & appetitum: mens autem quæ ratio est, & cuius meditari est proprius actus, à meriendo dicitur: eo quod anima ipsa vno quodam modo est potentia eius vnica, mensurat & numerat phantasmata comparando ea adinuicem: eo quod ipsa imitatur melius: quia est melius apud ipsam & magis amatum, quod potest efficere eligendo ex pluribus phantasmatis: & cum sensus & præamatum vocatur opinio: & ideo opinio acceptio eius est, quod pluribus rationibus aliis præponitur: & causa huius est: quia opinio non habet imitari phantasiae, sed potius è conuerso phantasia debet imitari opinionem à ratione elicitam: phantasia enim non habet opinionem ex syllogismo, sed potius opinio ex syllogismo habet phantasiae: quoniam opinio è vniuersaliter est agendo, & phantasia est de particulariter agendo. Syllogismus habet particulare sub vniuersali, & non conuerso vniuersale sub particulari: & ideo sub discursu syllogistico habet opinio phantasiae, & non è conuerso: & ideo cum appetitus sit particularium boni & nunc & hic, non vniuersaliter habet appetitus opinionem, sed vniuersaliter habet phantasiae: & ideo in quibus utrunque eorum est, in illis secundum ordinem mouentur ratio & opinio phantasiae, & ordinant appetitum: tamen aliquando vincitur opinio ab appetitu & phantasia: & tunc deliberatum mouetur à phantasia & appetitu: eo quod vincitur vel obumbratur ex concupiscentia appetitus & phantasiae, sicut incontinentibus accidit. Aliquando autem fit è conuerso: quia phantasia mouetur à deliberata ratione & opinione: hæc habent se sicut fit in sphaera celesti. Sicut enim in sphaeris sphaera inferior mouetur à motore primæ sphaeræ secundum motum diurnum, & tamen inferior habet motum proprium qui exiit à suo motore proprio: ita se habet adinuicem ratio, phantasia, & appetitus: aliquando enim hæc omnia mouentur motu rationis, sicut apparet in actibus continentis & abstinentis: aliquando autem non sequitur phantasiae & appeti-

Tex. & com.  
57.

tus rationem: sed mouent per se, sicut apparet in actibus continentis, & secundum naturæ ordinem motus superioris motoris semper est principalior: & quando motus egreditur ab illo, tunc semper opera ordinata sunt. Quando autem vincit inferior, tunc egreditur opus peruersum, eo quod inferior superiorem non habet ex syllogismo, sed sophisticè procedat ex bono ut nunc tanquam sit bonum per se, & essentialiter. Mouet autem iste superior tanquam in tres vires: quoniam primò decernit vniuersale decretum motus, scilicet quod omne tale faciendum est, & postea sub ipso simili mensurat phantasma particulare, & tertio non quidem concludit decernendo, sed conclusio sua est impullus ad opus per appetitum: & de hoc in ethicis est declarandum. Similiter enim appetitus incontinentis non habet conclusionem nisi impetum ad opus: sit igitur iste motus sic vicissim, ut dictum est.

In tali autem motu scibile vniuersale non mouet, sed quasi quiescens est, & fixum, & hoc præcipue verum est de scibili speculatio: de practico autem etiam verum est, sicut inferius ostendemus. Quoniam enim alia est vniuersalis opinio de operabilibus & similiter ratio, & alia est opinio & ratio particularis quæ est in phantasmate: tunc patet quod vniuersalis quidem dicit, quod hoc huius semper & ab omni & vnicuique, alias vbique, agendum sit: & hoc non mouet: quia hanc secundum similitudinem habent continens & incontinentis. Omnes enim dicunt à nullo & nunquam esse furandum: particularis autem dicit, quod hoc nunc conceptum est huiusmodi: ideo ego etiam sine huiusmodi & hoc non similiter est apud omnes. Quia enim ego concipio tale delectabile ut nunc esse huiusmodi, ideo etiam ego prosequor hoc per affectum & appetitum: eo quod in particularibus est motus & opus: & ideo ista mouet appetitum, & non mouet opinio secundum quod est vniuersalis, sed secundum quod particularis & propria: nisi forte, quod aliquis dicat, quod utrunque mouent: sed vniuersalis quidem mouet ut quiescens magis & fixa secundum rationem certam motus: particularis autem mouet ut mota & quasi fluens per hoc desiderium: & in hoc delectabile quod ut nunc est conceptum, sed vniuersalis non fluit in ipsum: quia aliter omnis talem habens acceptionem de operabilibus, iam eo ipso deflueret in hoc quod concipit, quod non est verum. Hæc igitur de mouente in animalibus secundum Peripateticorum peritiam definita sunt.

Tex. & com.  
58.

## CAPVT X.

*Et est digressio de latens suas diuersitates secundum Platonicos & Theologos.*

SI verò nos dicamus omnia mouentia quæcunque mouent spiritus operabilium circa quæ sunt motus hominum, tunc multa di-

uinitas

veritas est in mouentibus : tunc enim non determinabimus partes tantum animæ motuas subiecto ab aliis partibus differentes, sed accipiemus omnem partem mouentem quæcunque potentia cum habitu suo vno nomine vocatur : & ab illa habituali potentia differt tam in habitu quam in actu, licet sit eadem illi in subiecto, & quamuis circa idem operetur : & hoc est diuidere mouentia potius per virtutes quam per partes : vna enim pars secundum subiectum animæ multas habere potest virtutes, quibus perficitur ad opus & ad motum : & quando habitualiter potentia sumitur, hoc est cum habitu vno nomine nominatur, tunc differt à seipsa secundum quod alio habitu nominatur : & secundum hoc cum dux sint mouentes tanquam decernentes motum, & potentia intellectus & phantasia, plures accipiemus sub intellectu & plures sub phantasia. Sub intellectu autem accipiemus omnes illas, quæ quocunque modo habent speciem mouentem, quæ est species operabilium per nos : contingit enim haberi habitus operabilium vniuersales, quæ sunt quasi ipsa principia morum circa quæ quasi nunquam incidit error, & quæ sunt quasi regentia prima in motibus, quæ non accipiunt à doctore, sed sunt congenitæ nobis, sicut non esse furandum, nulli esse iniuriandum, quod mihi nolo alij ne faciant, & cetera huiusmodi : & pars intellectus coniuncta huiusmodi habitui, ab antiquis Platonis Synderesis vocata est : dictum est ab eis, quod nunquam errat per se ipsam : vocata autem est à quibusdam posterioribus naturale iudicium, eod quod iudicium ejus de moralibus per naturam datur nobis, sicut & primæ dignitates scibulum contemplationum : sunt enim hæc instrumenta intellectus practici, quibus & alia operabilia cognoscit. Et quia ab vniuersalibus est dicitur ad particulare, sub istis vniuersalibus assumit ratio quasi minorem propositionem conferens & componens vniuersale ad particulare, dicens hoc vel esse fornicationem, vel furtum, vel meretriciam, vel hæc vel illa iustitia esse videndum, vel hæc vel illa vere actione Deum esse colendum : & iam circa istud plurimus est error : quoniam & tyrannus vniuersaliter bene accipit leges esse custodiendas, sed mentitur in hoc quod dicit hoc esse legem, quod in nocentium populi statutum est. Quod autem ex duobus, Synderesi videlicet proponente & ratione cognitiua assumente quasi conclusam vocari consuevit conscientia, ideo conscientia accusat vel excusat apud rectorem : quia quasi ex quadam obligatione syllogistica obligat vel obligat agentem. Non est tamen ius naturale ex quo principaliter procedit Synderesis, sed est diuinum positum humanum, & hoc est variatum secundum consuetudinem & statuta viuentium.

Et ex his etiam habemus habitus in operabilibus regentes, & illa quidem quæ informata iure diuino regit, in operibus vocata est superior portio rationis, eod quod superiori iure perficitur, quod similitudo quæ

*D. Alb. Mag. lib. 3. de anima.*

dam est æquitatis & rectitudinis diuinæ : vocatur autem à quibusdam ratio sapientia, eo quod dicunt sapientiam esse rationem & cognitionem diuinorum, quæ altissima iustitiam & rectissima : & quia hæc non tantum habetur ut in se considerata, sed etiam particularibus comparata, ideo non est sine peccato in moribus, sed tamen peccata morum incipiunt non ex parte illa qua ad inferiora comparatur : pars autem quæ informatur iure humano, quod positum est & consuetudine approbatum, nihil habet perpetuo : rectum potius particulare est totum & locale & temporale & secundum casus varium id ex quo ipsa regit opera, sicut variatur regula Lesbæ adificationis, sicut diximus superius : & hæc vocant inferiorem portionem hominis : vocatur autem à naturalibus ratio scientia, eod quod scientiam non vocant effectum demonstrationis, sed potius habitum ex humanis regentem opera, & est habitus docens bene conuersari inter paruos ex his quæ moribus congruunt secundum ius positum & consuetudinem civium : portio autem rationis superior & inferior sub quibusdam vna est, licet habitibus & actibus & officiis sint diuisa. Sciendum autem est, quod sicut deuenitur ab vniuersali huius iuris naturalis præponentis assumptionem ad conclusionem quæ vocatur conscientia, ita etiam ex ratione superiori proponente id quod est iuris diuini & per rationem cogitativam hoc particulare conparante deuenitur ad conclusionem quæ iterum conscientia vocatur. Et simile est quando proponit ratio inferior aliquid quod est iuris humani, & conferret illud cogitatio ad operabilia, venit in quoddam quasi conclusum, quod idem vocatur conscientia propter similem obligationis modum, quod videlicet in omnibus obligatio est quasi ex syllogismo, sed tamen cum proponitur ex ratione inferiori, non perfectata est argumentatio, sed imperfecta propter defectum vniuersalis propositionis. Nihil enim in humanis statutis adeo vniuersale & verum est, quam quod semper & ab omnibus faciendum sit. Sciendum autem est, quod sicut in moribus sphaeratum est semper, quod superior ordinat inferiorem, ita est etiam in istis. Quoniam naturalia & diuina ordinant humana : & ideo verissime ius humanum est, quod ex casibus hominum habet varietatem, & tamen quantum potest attingit ius diuinum & ius naturale exemplum quoddam iuris diuini. De istis autem in ciuilibus est determinandum.

Sicut autem diximus de motibus decernentibus morum in homine, ita est de appetitiuis : quoniam appetitus, sicut diximus, commune aliquod est, & diuiditur in appetitiuum rationalem, & in appetitiuum sensibilem : & illa quidem est quæ rationalis voluntas proprie vocatur. Illa autem quæ est sensibilis pars animæ, vocatur desiderium. De voluntate autem superius dictum est : quoniam ipsa libera est ad volendum, & est quasi facultas omnium a liatum : quoniam non cogitamus nisi quando volumus : & hoc modo quasi motor

est



est aliarum virtutum ad actum vel actus, & hoc modo dicimus, quando per voluntatem domini sumus nos nostrorum actuum, & sumus liberi: quia liberum vocamus, quia causa sui est & non causa alterius: & hoc significamus, cum dicimus, quod facimus sponte id quod facimus, significantes quod causa actus non est aliunde nisi à nobis. Quoniam tamen hæc potentia quæ voluntas vocatur, vt ordinata à ratione deliberante accipitur, & tam deliberatio quam appetitus in idem feruntur, tunc facultas talis sic utroque ordinatum procedens liberum arbitrium vocatur: arbitrium quidem propter rationem deliberantem & arbitrantem, & liberum propter voluntatis libertatem, & ideo dicitur optime, quod liberum arbitrium est facultas rationis & voluntatis. Ratio enim, vt dicit Arist. in 6. ethicorum in contingentiis est operabilibus, & libertas facit nos causam istorum. Nascitur autem ex arbitratione & libertate facultas, quæ recte est hominis ad opera: quia solus homo arbitri sui constitutus est, quod arbitri libere eligit ad opus vel dimittit: & ideo etiam hoc solum acculat vel excusat apud rectorem. Quia si homo arbitri sui non esset de agendo vel non agendo, & liber non esset, non puniret vel premiaret actus eius legislator: cum autem dico hominem esse arbitrium sui, est arbitri sui iste assimilatus arbitrio, cuius arbitrium non est vallatum pœna, sed in potestate libera habet pronuntiare quod voluerit: & ideo arbitrium sæpe peruersum est, cuius tamen peruersitatis sola causa est libertas: & ideo peruersitatis operum principalior causa est voluntas à qua est libertas, quam ratio cuius proprius actus est arbitrium.

Quæret autem forte aliquis, quid vocatur facultas, quando dicimus liberum arbitrium esse facultatem rationis & voluntatis: Dicimus ad hoc, quoniam facultas est potestas facilis tam rationis quam voluntatis: rationis dico arbitrantis, & voluntatis libere volentis: vaum vel aliud: neque est facultas arbitrii quo arbitrat ratio de operabilibus tantum, sed potius arbitrii, quo quis suus arbitri constituitur ad eligendum quod voluerit: & ideo liberum arbitrium non est separatum à ratione & voluntate, cum sit potestas habentis & facilis utriusque, nullo indigens ad opus nisi se ipsa. De eligentia autem & consilio in ethicis est determinandum: vires autem animæ sensibilis secundario mouentes multum sunt valde, & sub phantasia quidem comprehenditur æstimatoria, de qua superius diximus in secundo lib. Est etiam mouens sensus sicut primo nuntians delectabile vel triste sensui

de per accidens: & quia omne mouens habet aliquid desiderij, ideo sensualitas vocatur ille motus animalium, qui afficit ipsa ex quinque sensibus corporis. Et quia talis motus nullo secundum se regimine gubernatur, sed inclinatur ad omne delectabile oblatum, ideo dicitur sensualitas perpetua esse corruptionis: ideoque omnis legislator & miles quærens instituere, auertit à delectabilibus sensualitatis quantum potest. Desideratiua autem est animæ sensibilis pars, appetitiua diuiditur in concupiscibilem & irascibilem à Platone, qui concupiscibile in hepate quidem ponit, & irascibile in cilla fellis: vocauit autem concupiscibilem virtutem desideratiuam eorum quæ afficiunt secundum delectationem quæ vocatur mulcebris, eò quod demulcendo, & emolliendo trahit appetitum, sicut est delectatio tactus in cibis & potibus & venereis, & eundem potentia erit tristitia his opposita. Irascibile autem vocauit virtutem animi quæ insurgit ad arduum quod est in ausu & gloria & victoria & in omni eo quod collocat in gloria & in gradu quodam su limitatis & altitudinis secundum seipsum & eiusdem tristitias his oppositas: propter quod ponit Plato in concupiscibili temperantiam in irascibili fortitudinem. Itæ autem dux sicut & omnis potentia animæ sensibilis, formalitatem quandam habent in homine, quam non habent in aliis animalibus: in homine enim sunt rationales, & in aliis sunt actæ à natura. Rationale enim dupliciter dicitur, scilicet quod secundum essentiam rationale est, vel quod participat aliquantulum rationem in hoc quod regimen eius participat: & sic rationale est persuasibile à ratione: & hoc modo concupiscibilis & irascibilis sunt rationales voluntate: & hoc simile est motoribus sphaerarum, sicut diximus, in quibus virtus superioris motoris remanet in inferiori, ordinans & mouens eandem. Sunt autem qui dicunt voluntatem quæ rationalis est per essentiam: eò quod est pars animæ rationalis, in concupiscibilem & irascibilem diuidi: eò quod omnino absurdum est, quia concupiscibile & irascibile à passionibus corporeis nomen accipiunt, & penes illas non potest diuidi vel denominari aliqua pars animæ rationalis, quæ vniuersaliter corporis actus existit: sed potius cuius voluntas sit simpliciter appetitas, illa in diuisibilibus permanere debet: desiderium autem quod est appetitus sensibilium, quæ multa sunt, diuidi habet per passiones in genere differentes, quæ ex ipsis sensibilibus oriuntur: & hæc passiones in genere sunt dux, neque connaturales nobis, & illarum extrinsecus: & circa primas quidem concupiscibilis, & circa alias irascibilis.

*Nota quomodo irascibilis & concupiscibilis in homine differunt à sensibus, vt sunt in brutis.*

## TRACTATUS V.

De comparatione potentiarum animæ ad animata.

## CAPUT I.

Quia omne animatum habet vegetabilem sed non necessario habet sensum.

Tex. & com.  
99.

**H**is habitis restat videre de comparatione potentiarum ad id quod habet huiusmodi potentias, in quo etiam hanc scientiam de anima finimus. Dicimus igitur, quod omne quod vivit & animam habet quæ operationes vitæ perficit & generatum est, necesse est habere animam vegetabilem: opera enim eius salvant ipsum usque ad suam corruptionem: in his autem quæ non generabilia sunt, vita nobilior est: & ideo vegetabili non indigent anima, neque viribus eius. Quod autem omne generatum animam habens necesse sit habere animam vegetabilem, probatur per effectum virtutis animæ vegetabilis: omne enim generatum imperfectæ qualitatis est, quando generatum est, & imperfectæ virtutis: oportet igitur per augmentum quod deducatur ad debitam perfectionem, & iterum per decrementum deducatur ad naturalem suam senectutis & necessitatis corruptionem: quia aliter natura deficeret in necessariis: augmentum autem sine alimento fieri non potest: oportet igitur habere nutritivam & augmentativam: & ne destituatur esse diuinum propter quod agit omne quod agit, oportet etiam ipsum generativam habere: necesse est igitur vegetabilis animæ potentias in omnibus esse generativam & corruptibilibus: generata autem dico quæcunque de seipsis generant, & non illa quæ generant suas formas & species in materia aliena, sicut faciunt corpora simplicia & immaterialia: talia enim omnia non de seipsis semen emittunt generationis: propter hoc etiam non verè generata sunt, sed agentia tantum generationem in aliis.

Tex. & com.  
100.

Sensum autem non necesse est inesse omnibus viventibus: secundum enim superius dicta ea quæ habent corpora simplicia, impossibile est habere medium in tactu: & ita simplicia non habent tactum, cum tamen simplicium quædam habeant vitam. Adhuc autem ex supra habitis constat, quod sine tactu nullus habetur sensus: tactus enim est tam sensus quam differentia constitutiva animalis: neque illa saltim sine tactu esse possunt animalia.

D. Alb. Mag. lib. 3. de anima.

malia quæcunque non recipiunt animas sensibiles sine materia, sicut illa quæ non habent sensus qui apprehendunt per medium, & sunt illa quæ non habent nisi tactum & gustum secundum quod est quidam tactus. Si autem concedamus, quod superius dictum fuit, quod nihil frustra facit natura, tunc necesse est cum illo, quod concedamus, quod animalia necesse est habere sensus: & hoc necesse est concedere: quia nos videmus, sicut & in secundo physicorum probauimus, quod omnia quæ natura constitunt, propter aliquem finem determinatum sunt, vel his quæ propter finem coaccidunt, sicut pili quos videmus in locis determinatis oriri, & in tota specie sunt, sicut sub acellis hominum & in inguine: in forma enim ista non esset, nisi essent ad finem determinatum in natura. Similiter autem est in aliis accidentibus rebus naturalibus. Cum igitur natura faciat omnia propter finem, ad quem ita nata sunt pervenire, tunc etiam facit alia quæ non mox nata corruptantur: sed ut in pluribus vel omnibus deveniat quodlibet ad finem suæ perfectionis secundum speciem, ad quam natum est devenire. Hic enim finis est principaliter intentum opus à natura. Si igitur consideremus animalia habentia processuum motum, oportet quod habeant illam ut de loco ad locum motu coniungantur convenientibus, & remoueantur à nocentibus. Si autem ista sensum non haberent, nocentia & convenientia non perciperent: oportet igitur, quod corruptentur sensum non habentia: idem autem est de his quæ permanentia & immobilia sunt secundum locum: his enim inest convenientium perceptio & detentium fuga, aliter tamen quidem quam in aliis perfectis animalibus, tamen inest modo suæ nature convenienti. Omnia igitur animalia sine sensu existentia destituerent ante perfectionem: esset igitur frustra natura, cum animalia ad debitum sibi finem produci non possent.

Similiter autem corpus non posset habere intellectum & animam discretivam & sensus non posset habere. Dico autem animalium quod motens est secundum locum, siue fuerit generatum & non factum: nec dico hoc quod animalium terrena anima non sit factum, sed quia dicunt quidam simplicia corpora esse non facta, & habere solum intellectum discretivum particularium & sensibilem, sicut ex phantasia acceptus intellectus, & tamen sensibilem animam non habent: hoc enim impossibile est omnino. Sed cælestia quidem habent intellectum actuum.

Q. 2.



& operativum, & ille discretivus non vocatur. Talia igitur non perfecta per generationem habenda intellectus agentes & operativos non discretivos, non habent sensum. Et si queramus, quare non habeat, in promptu erit assignare causam. Si enim haberent, tunc haberent aut propter dignius aliquid in anima, aut propter dignius aliquid in corpore. Nunc autem neutrum horum est in eis ex habere sensum. Intellectus enim acceptivus de se & operativus qui extra se non querit intelligibilia, non magis intelligit propter sensibilia, sed minus, eo quod à simplicibus intelligibilibus aueritur ad phantasmata. Corpus autem propter sensum non melius est, sed potius nihil erit per corruptionem quæ est ex sensu. Necessè est enim, quod omne habens sensum, valde diuise sit compositionis, & multas habeat partes molles & terrenas, quarum facilis est corruptio: & ideo generaliter breuioris vitæ quam multæ ex plantis. Vivum ergo non factum per generationem habitam non esset melius, sed peius ex sensu: igitur frustra daretur ei sensus à natura.

*Nota causa quare natura non dederit calidibus corporibus sensum.*

**Tex. & com. 62.** Sed eorum quæ facta sunt corporum & non mouentium secundum locum, nullum est omnino quod habeat intellectum sine sensu: cuius ratio iam dicta est: quia videlicet non coniungerentur convenientius, neque remouerentur à contrariis: & sic natura rgeret frustra. Si autem dicta necessitate animali daretur sensus, tunc necessarium est, quod in corpore simplici sit sensus, vel in corpore composito: non autem potest esse corpus simplex sensibile per rationem prius inductam: quoniam tactus non potest esse simplicis, & sine tactu non potest esse aliquis sensus.

**Tex. & com. 63.** Quod licet superius probauimus, tamen etiam manifestum erit ex his quæ nunc inducimus: est enim animal corpus animatum: omne autem corpus generabile & corruptibile, quia de talibus hic loquimur, est possibile tangi tactu physico, & sentiri per sensum tactuos: ergo necessarium est cum tactus sit per medium intraneum, quoddam animalis corpus sit tale, quod possit tangere & sentire sensus differentias vel tactus. Non autem sentiret qualitates tangibiles, nisi per hoc quod medietas est mixta ex eis: oportet ergo corpus esse mixtum & non simplex: nisi enim sentiret tangibilia, non posset saluari animal: quia non sentiret ea quæ essentialiter component ipsam & saluant & corrumpunt. Sic autem non est in aliis sensibus: quia illi per extrinsecam media sentiunt, & sensibilia eorum neque essentialiter componunt, neque saluant, neque component corpus, sicut & auditus & odoratus: nisi enim habeat sensum tactus, non possit quædam corruptio essentialiter fugere, & quædam saluantia essentialiter accipere. Si autem sic se habeant, possibile est saluare animal quousque ad finem nature deueniat: & ideo quia gustus est saluatiuus substantiæ animati corporis, oportet gustum esse quendam tactum. Cuius causa est: quia gustus est sensus quo

accipitur nutrimentum vel alimentum, quod nutrit per hoc quod substantialiter conuertitur in substantiam. Tale autem est corpus tangibile habens qualitates: & ideo sensus participans ipsum est tactus quidam necessarius. Hæc autem omnia constant ex determinatione de tactu & gustu.

## CAPVT II.

*Quod sensus qui sunt per media extrinsecam, non nutriunt, & qualiter sunt per media extrinsecam.*

**S**onus autem & color & odor non alunt, cum sint intentiones sine materia: & ideo talia neque sensum per substantiam alunt, neque ex eis augmentum vel decrementum. Cum autem gustus sit alimenti sensus, necessè est gustabile non per speciem saporis esse alimentum, sed oportet gustum esse quendam tactum, ita quod alimentum per substantiam accipiat: & ideo oportet, quod gustus sit sensus eius quod & possibile est tangi propter qualitates tactus quas habet: & sic vegetatiuus per nutrimentum quod ex sua substantia præstat. Omne enim quod nutritur, ex eisdem nutritur ex quibus generatur. Cum igitur generationem habeat ex tangibilibus, oportet quod ex eisdem nutriatur: gustus autem sensus est gustus: ergo erit sensus tangibilium: & sic gustus est aliquis tactus. Hi igitur duo sensus necessarii sunt animali: & ideo manifestum est, quod animal impossibile est esse sine tactu. Alij autem sensus sunt propter bonum & vtile quorundam animalium: eo quod non nisi cuidam conueniunt generi, & non omnibus animalibus: conueniunt enim habenti motum processuum, qui est vnus quo mouetur ad nutrimentum. Idem enim oportet habere sensus conueniens, & quoddam nociuum apprehendentes: & generaliter quidè verum est, quod si vllum debeat saluari, oportet saluari per tactum. Sed quædam sunt quæ etiam indigent procul apprehendere conueniens & nociuum: & hoc fit quando per medium extrinsecum aduenit, & fit eis sensibile quod apprehendunt.

**Tex. & com. 65.** Hoc autem in tali modo fit, quod medium accipit formam sensibilem in eo quod à sensibili patitur vel mouetur: sensus autem accipit in eo quod mouet secundum locum violento motu, sicut diximus ante finem octauæ physicorum. Illud enim vsque ad terminum ad quem facit & mouet mutare aliquid pellit: & sic depellens facit alterum tale quale ipsum est: & sic continè mouens vnum mouet alterum: & ideo omne depellere est motus enim qui est per medium, sicut & sensus, in quo quidem primum depellit & non depellitur, sicut chorda vel manus: vltimum autem sicut lapis vel sagitta depellitur solum & non depellitur. Medium autem

autem istorum habet vtrumque istorum: quia sicut aer vel aqua hic est & depellitur à primo, & depellit vltimum, & sunt media sic depellens & depulsa quodammodo multa, sicut & in alteratione qua sensus à sensibili alteratur, excepto hoc solo quod alteratio sensuum sit primo sensibili manente in eodem loco, quod non fit in his quæ feruntur in quibus illud quod depellitur, mutat locum: & hæc alteratio est similis motui figure sigilli & ceræ, sicut diximus superius. Motus enim figure tantum ingreditur in ceram, quantum imprimens tingit ceram, & non amplius: & ita medium tingitur specie rei sensibilibus ad tantum ad quantum durat motus rei sensibilibus: & ideo in lapide sic nihil fit de motu tali, eo quod non est medium conueniens. Sed aqua propter humidum & perspicuum tingitur vique quo hoc est procul: aer autem adhuc amplius: quia ille de facili impulsu mouetur & de facili recipit species sensibilem, & de facili agit in sensum, & patitur à sensibili si maneat: & vnus continens maneat vel sit non interceptus à spisso terminato: quod facit cum non esset continuum inter sensibile primum & organum sensus. Et quia si sit sensus visus & alij per exteriora membra apprehendentes sensus melius est quam id quod dicitur de repercussione radiorum visus à sensibili ad videntem: sicut dicitur hi qui dicunt visum per emissionem radiorum, melius est multo quod dicitur aerem pati à visibili, quam quod visus extra mittat radios, & illi repercussantur ad videntem. Patitur enim aer à figura & colore quandiu est vnus & continuus nisi interceptus aliquo corpore terminato. In leui autem humido est vnus & continuus: quia quilibet eius pars propter humidum fluit in aliam & continuatur ei: & ideo tale medium sic motum à visibili terminato motu mouebat visum: sicut etiam in cera motus est figura sigilli vsque ad finem ad quem ingreditur. Supra autem diximus, quod impressioni sigilli similis est omnis acceptio sensibilem & maxime visibilem, eo quod illa præ omnibus sunt spirituality, & esse intentionum potius quam rerum habentia.

## CAPVT III.

*Qualiter sit animalis corpus, vtrum simplex aut compositum.*

**Q**uia autem supra diximus reprehendendos esse eos qui de anima dicunt & de corpore nihil determinant, ideo quædam vniuersaliter dicemus de corporibus animalibus: subtiliter enim hæc libris de plantis & animalibus determinabimus. Dicemus igitur, quod manifestum erit ex his quæ dicimus, quod impossibile est, quod aliquod simplicium corporum sit corpus animalis sensibile, sicut quod corpus animalis aliquid sit igneum, aut æreum, vel ex aliquo vno alio elemento. Nullius enim animati potest esse tale corpus, eo quod anima multa est.

**Tex. & com. 66.**

sensibiliter operatur, in quo etiam differret à natura: & ideo est endelechia corporis organici: organicum autem est, quod est ex multis compositum: simplicium autem nullum compositum est ex multis, neque potest esse organicum. Est tamen hoc specialiter verum in corporibus animalium: quia, sicut iam sæpe dictum est, nullum animal est, quod non habeat tactum: omne enim animalium sensibile est corpus possibile tangere & tactus qualitatibus ad sensum immutari: quia aliter non saluaretur in esse animalis. Alia autem sensibilia per altera & extrinsecam media faciunt sensum, omne per alterum non coniunctum faciens sensum, facit sensus per medium quod intercedit, & distantiam facit sensibilibus à sentiente: tactus autem est sentiens in tangendo sensibilia sine medio distantia faciente, ex hocque sortitus est nomen quod tactus vocatur: tamen etiam alij sensus tangunt tangibilia vel sensibilia non simpliciter, sed quodammodo, sed tactus ille est per alterum quod est medium faciens distantiam non speciei sensibilibus, sed rei sentiente secundum esse quod habet in materia. Sentiant autem & alij sensus & aliter tactus: eo quod tactus est fundamentum omnium sensuum: & ideo quando suspensit frigidus nervus visus, qui opticus fuit vocatus à Græcis, tunc oculus nihil videt: & quando resoluatur per calidum complexionis, redditur visus. Cuius signum est, quod frigiditas in somno ligat sensum, cum tamen frigiditas non immutet nervos sensibiles, nisi in quantum tactus est in eis. Oportet ergo quolibet sensu prius disponi organum tactus, quasi possit agere comparationem sensus alterius: & sic sensus alij agunt tactus: quod fundati sunt omnes in tactu sicut in primo fundamento. Licet autem sic omnes tactu sentiant, tamen non perficitur sensus in eis secundum actum, nisi per altera membra non coniuncta per essentiam sentientibus, sed solus tactus & sentit per seipsum, & non indiget alio sensu ad sentiendum, & sentit per medium essentialiter coniunctum sentienti: & medium eius coniunctum necesse est esse, sicut demonstratum est superius, impossibile est aliquid simplicium elementorum esse corpus animatum anima sensibile: & ideo factum est quod quidam dicant corpus animalium esse terrenum: licet enim diximus in libro peri geneleos terram dominari in animatis, hoc tamen intelligitur secundum medietatem, quæ vocatur arithmetica: quia videlicet plus quantitatis terræ & aquæ dominantur in corporibus animalium quam aliorum elementorum. Secundum autem medietatem quæ vocatur geometrica, nullum dominatur plus altero in animalium corporibus. Omnium enim eorum quæ tanguntur, hæc est differentia. Tangibilem tactus est sensus susceptivus sicut medietas comixta geometricæ, sicut iam alibi diximus: non est igitur medietas tantum qualitarum terræ quibus ipsa differret ab aliis elementis, sed calidi & frigidi & humidi & sicci: & dicitur etiam molli & multorum aliorum generum superius enumeratorum tangi possibilem. Huius autem

**Q 3** tem



signum est: quia in aliquo membro excellen-  
ter dominatur terra, sicut ea quæ coagulata  
sunt calido & sicco, sicut sunt pili, & vngues,  
illo membro non sentimus, eò quod terra  
sunt: & ideo operationes vitæ sensibilis non  
perficiuntur in eis, sed vegetabilis tantum:  
& hæc est causa quare planta non habet  
sensum: quoniam in veritate terræ sunt, &  
vires habent à terra & nutrimentum: & ideo  
operationes vitæ sensibilis in eis nullo modo  
perferri possunt. Quia autem, ut dictum est,  
in tactu fundatur omnis sensus: ideo impos-  
sibile est aliquem aliorum sensuum esse sine  
tactu: sed tactus potest esse sine aliis. Tactus  
enim neque terræ simplicis est, neque alte-  
rius corporis de numero corporum simpli-  
cium.

Tex. & com.  
47.

Quare sensus  
odor & color  
per accidentia  
possunt ani-  
mal corruptum  
terre.

Tex. & com.  
48.

Manifestum est igitur, quod solo sensu ta-  
ctu privato cum sit fundamentum aliorum  
sensuum animalia mori & corrumpi & neces-  
se est: & huius causa est: quia impossibile est,  
quod aliquid habeat sensum, quod non est  
animal: & cum aliquid sit animal, non est ne-  
cesse habere alium sensum quam istum: &  
ideo positò hoc solo sensu ponitur animal, &  
destructo solo eo destruitur: & per hoc excel-  
lentia aliorum sensibilium non corrumpunt  
animal: sensum autem fortè vnum corrup-  
punt, ut color & tonus & odores nisi per ac-  
cidens, sicut tonus corrumpere dicitur animal,  
quando cum sono est de pulsio aëris & istus:  
& tunc percussio tactum corrumpit. Simili-  
ter autè odores insipientes aërem & conuer-  
tentes ad venenum naturam corrumpunt, nō  
in eo quod odores, sed in eo quod venenum  
vel aër venenosus ad interiora tagēdo ingre-  
ditur per poros occultos & manifestos. Sed  
excellētia eorum quæ sentiri possent tactu  
calidiorū & frigidiorū & duriorū & aliorū  
sensibilium his secundum se ipsam & essen-  
tialiter remanet & corrumpit animal.

Sicut enim sepe dictum est, omnis su-  
perflua excellentia sensibilis corrumpit sen-  
sum: ergo & superflua excellentia tangibi-  
lium corrumpit tactum: animal autem deter-  
minatur & dissipatur tactu. Demonstratum  
est enim, quod animal non est sine tactu, &  
quod solus tactus sufficit ad animalis consti-  
tutionem. Ex quo igitur solus tactus positus  
ponitur animal, & peremptus solus perimi-  
tur animal, tactus erit non tam sensus quam  
forma constituens essentialiter animal: & ideo  
tangibilium excellentiæ corrumpentes tactum,  
per consequens eorum animal corrumpunt  
& non solum sensum, sed in esse animali.  
Huius autem causa iam dicta est: quia neque  
animal ad hoc quod sit animal necesse est ha-  
bere solum hunc sensum tactum, alios autem  
sensus, sicut sepe dictum est, habet animal perfe-  
ctum, non propter esse, sed propter bene esse,  
ut visum habet humiditas in aëre & aqua,  
quatenus lucētia per se quæ non indigent  
medio nisi diaphano solo aliter quando ite-  
rum habet visum humiditas in aëre & aqua  
ut in lucido secundum actum illuminato  
videat colores: & per hoc animus apprehen-  
dat convenientem vel nocentem. Gustum quo-  
que secundum quod medium saporum est &

distinguitur à tactu ut discernat dulce vel  
amatum: & per hoc convenienter cognoscit  
alimentum, & desiderio moveatur vel re-  
mouetur ad ipsum vel ab ipso. Olfactum au-  
tem habet ut remotius cognoscit alimentum  
conueniens sibi: quia odor est sequela saporis  
linguam prout est non ad esse, sed ad bene  
esse, ut per ipsam aliquid alteri significet:  
sed hoc modo multas habet virtutes & ope-  
rationes ad bene esse determinatas.

CAPVT IV.

Est digressio declarans, quod sensibile  
& vegetabile & rationale in  
homine sunt in vna  
anima.

Omibus autem his comparationibus  
habitis, videtur nobis quod relinquitur  
hoc considerandum, cum in omni rationali  
sit sensibile, nec unquam à rationali sensibile  
separatur & vegetabile, vtrum ista tria sint  
in homine substantia vna, vel diuersa: & ire-  
rum duæ quæ sunt sensibile & vegetabile  
in bestiis, sint substantia vna, vel diuersa. Sunt  
enim super hoc iam quidam Latinorum di-  
uersa determinantes, licet super hoc nunquam  
non dubitauerit quisquam Peripateticorum.  
Dicunt enim corruptibile & incorruptibile  
non posse esse substantiam vnā: rationa-  
lem autem incorruptibile esse asserunt in  
homine: sensibile autem & vegetabile cor-  
ruptibile. In idem autem concidit quod di-  
cunt separabilis & non separabilis esse sub-  
stantiam vnā. Amplius autem inuicem præ-  
cedentium secundum tempus, dicunt non  
esse substantiam vnā: animam autem vege-  
tabilem dicunt tempore in hominis genitura  
precedere sensibilem, & sensibilem præce-  
dere rationalem. Probant autem hoc ex eo  
quod embria prius tempore trahunt nutri-  
mentum & sanguinem menstruofum, quam  
sentiant: trahens autem nutrimentum & con-  
uertens in speciem nutriti, non est nisi anima  
vegetabilis. Similiter autem embria puncta  
actu contrahuntur, & non sit sine sensu tactus:  
& tamen nihil adhuc agere potest intelle-  
ctu discretiuo. Adhuc autem quoniam in-  
gradientis ab extrinseco in materiam corpo-  
ris, &educti de materia non potest esse sub-  
stantia vna. Non autem est dubium intelle-  
ctum ingredi ab extrinseco, secundum omnia  
quæ de intellectu dicta sunt: vegetabilem  
autem & sensibilem educi de materia ostē-  
dunt operationes vtriusque: quæ omnes or-  
ganicæ & materiales esse constat nihilomi-  
nus ex prædictis.

Nos autem mirabilem istorum sapientiam  
quæ nulli concors est Philosophorum, con-  
uincimus per ea quæ in fine primi libri scien-  
tiæ huius diximus, quoniam quæritimus quid  
sit vniuersitas istas animas vel substantias in cor-  
pore vno, & quicquid sit illud, hoc erit aliud  
ab istis, & potius substantia & actus corporis,  
quam ista tria: oportet enim vnus perfecti  
secundum

Opinio 377-  
378.

secundum substantiam, vnā esse perfectio-  
nem. Adhuc autem separatorum per substan-  
tiam vnā per intellectum non est in alio. Si  
igitur ista tria per substantiam separata sunt,  
oportet quod vegetabilem per intellectum  
non sit in sensiuo, neque sensiuum per  
intellectum erit in intellectu: sed sunt tan-  
tum consuetudo in subiecto corpore. Hoc au-  
tem dard sequuntur duo inconuenientia, quo-  
rum vnū est, quod anima non habeat dif-  
finitionem similem figuræ: quia non sicut tri-  
gonum in tetragono, sic vegetarium erit in  
sensiuo, & sensiuum in intellectu. Aliud  
autem est, quod destruitur ordo causarum  
formalium: quia secunda causa non habebit  
à primaria: quod est, & quod causa est. Sunt  
enim ordinatae causæ formales, esse viuū,  
sensiuum, intellectuum, ut dicit Philosophus  
in lib. de causis. Si autem seperantur ista  
tria per substantias, eò quod aliquando per  
esse in diuersis inueniuntur separata: tunc  
eum debet esse alia substantia in homine  
quam viuū & sensiuum: quia quædam in-  
ueniuntur quæ sunt & nō viuū. Si verò dicatur,  
ut nonnulli dicunt, quod solus intellectus  
est substantia & forma hominis, ad quam for-  
mā vegetabilis & sensibilis sunt dispositiones,  
hoc absurdum reputatum est ab Auerenna &  
aliis Philosophis. Quia omnis dispositio ali-  
quid est de genere accidentium, & accidit  
ex hoc quod illud quod est substantiale vnus,  
erit accidentale alterius. Substantia enim  
bestiæ sensibilis, substantia est & vegetabilem  
est substantia & actus plantæ. Adhuc autem  
hæc dispositio aut est vltimata, aut non est  
vltimata. Si est vltimata, tunc semper ad ip-  
sam sequitur species, & sic in sensibili cum  
eadem materia, erit rationale semper: & sic  
omne sensibile erit rationale, sicut omne ra-  
tissimum est ignis. Si autem non est vltimata,  
tunc oportet, quod aliquid additum ei face-  
ret eam esse vltimam, & sic aliquid esset  
inter sensibile & rationale, quod vltimaret  
sensibilem, quod iterum absurdum est om-  
nino.

Sunt autem nonnulli qui dicunt tres sub-  
stantias esse vnā animam: eò quod in vno  
actu animandi vniantur, tanquam anima non  
sit nomen substantiæ & formæ, sed opera-  
tionis. Quod tanto est absurdius cæteris quæ  
dicta sunt, quanto hoc est contra omnes anti-  
quos de anima loquentes: quia animam con-  
corditer vt substantiam distinxerunt, & sub-  
stantiam esse dixerunt, præter solam illorum  
opinionem qui harmoniam animam esse di-  
xerunt, & in ratione harmoniæ posuerunt  
animam. Illi enim dixerunt animam esse acci-  
dens quod consequitur harmoniam ipsam.  
Amplius autem harum trium substantiarum  
secundum actum erit aliqua causa, aut igitur  
vno actionum prouenit ab vnitatem corporis:  
aut ab vnitatem substantiarum, tunc non sunt  
tres substantiæ sed vna, aut simplex, aut com-  
posita ex tribus. Si autem ab vnitatem corpo-  
ris, hoc absurdum est: quia iam corpora vni-  
rent actum animarum: & sic animæ non essent  
causa vnitatem corporum, & tunc quætere-  
tur, quæ sit causa vnitatem corporum, & non

erit assignare causam, etiam fingendj detur li-  
centia: non enim potest dici, quod corpora  
organica per se sint vnita ex multis, cum om-  
nis vnio materiæ sit ab vnitatem formæ perfici-  
entis. Inducunt autem isti simile omnino  
fundamentum super falsas propositiones: di-  
cant enim, quod ignis radius lunæ & solis  
sint diuersæ substantiæ, & tamen frequenter  
vniantur in illuminando, supponentes radios  
esse corpora: quod alibi improbatum est, &  
nulli Peripatetici concordant: neque etiam si  
essent radij substantiæ vniantur in illuminan-  
do quod maius lumen occultat minus, & fa-  
cit ipsum non operari lumine suo. Propter  
hoc igitur & his similia multa quæ non indu-  
ci oportet differentias in homine hæc tria esse  
substantiam vnā in homine, quæ est actus &  
perfectio hominis, nec sensibilem esse in ho-  
mine neque vegetabilem animam vel substan-  
tiam, sed potentias quæ fluunt à substantia,  
quæ est anima rationalis, sicut sepe superius  
diximus. In aliis autem sensibilis est substantia  
& non potentia, sed habet suas potentias con-  
cupiscibilem & irascibilem, & quinque à se  
fluentes sensus. Similiter autem & habet ve-  
getabilis in plantis modum quo præcedens  
potestas est in sequenti, diximus superius in  
pluribus locis quem hic iteramus propter do-  
ctrinæ facilitatem: quoniam inferior est in  
superiori sicut in magis formali, omnis pote-  
statis inferioris operationes diriguntur ad su-  
periores, sicut materiæ instrumentalis ad  
suam formam, diximus superius, quod omnis  
operatio quæ instrumentaliter se habet ad  
aliam, est materialis & imperfecta ad illam.  
Sicut enim se habent operationes quinguo  
sensuum ad sensum communem, sic se habent  
operationes sensus communis ad phantasiam.  
Similiter autem & operationes phantasie ad  
intellectum possibilem, & vltimus intellectus  
possibilis ad agentem, qui absolute & sim-  
pliciter est substantia hominis: non tamen  
dicimus simpliciter vnā esse materiam & actum,  
sed materiale hoc modo quo imperfec-  
tum dicitur materiale. Imperfectum autem  
est omne materialiter operans vel instrumen-  
taliter. Dico autem illud instrumentaliter ope-  
rari, quod operatur ad alterū quoddam quod  
est perfectio operis. Similiter autem se ha-  
bent opera vegetabilis ad sensibilem, cuius  
signum est: quia nutritia conuertit nutri-  
mentum in carnem, quæ non est subiectum  
vegetabilis tantum, sed medium in tactu: ex  
quo facile innotescit potentiarum multitudi-  
nem in anima non inducere compositionem  
essentialem, sed potius ostendit vnā forma-  
lissimum, ex quo omnes iste fluunt potentias,  
quanto formalitas est, tanto in pluribus ope-  
rationibus inuenitur, & tui ad plura indigent,  
in quo differt à natura quæ obligata est ma-  
teriæ, & vnus tantum operatur. In hoc ta-  
men vno vltimo formali aliquid est simile  
formæ, & aliquid materiæ, sed non materia &  
forma, sicut supra diximus in tractatu de in-  
tellectu. Hæc enim differentias in omni natura  
necesse est inueniri, quæ est citra naturam &  
essentiam primam. Siquis verò posterius ob-  
iiciat hæc potentias animæ non esse substan-  
tiam



tiam, sed esse potentias naturales, & ita esse de genere accidentium, & inde ulterius velut esse in anima compositionem subiecti & accidentis, inferens ulterius animam esse compositam substantiam ex materia & forma, eò quod ante omnes compositiones secundas accidentium cum substantiis compositio est prior ex materia & forma, eò quod nullam accidens accedit substantiæ simplici, siue sit materia, siue forma, nos dicimus, quod huiusmodi potentia non sunt accidentia communiter, sed sunt potentia naturales & proprietates animæ: & hæc sunt vires substantiæ eius & talia multa accidunt omni substantiæ simplici, siue sit forma, siue materia, sicut etiam nos supra dixisse meminimus. Et hoc addimus, quod tantò accidunt ei plura de talibus, quantò fuerit simplicior: quantò enim simplicior, tantò plura operatur: & utique nihil operatur cuius virtutem operis non habeat: & idè ex talium accidentium multiplicitate & multiplicatione non concludi potest compositio substantiæ. Quod autem isti obijciunt de corruptibili & incorruptibili, & separabili & non separabili, vnam & eandem habet solutionem, quod videlicet anima hominis tota incorruptibilis & separabilis est à corpore, sed per accidens non separatur in quibusdam viribus, eò quod operationes illarum non sint sine corpore, sicut superius diximus de nauta, quod substantialiter separatur à navi, licet navigatio non sit sine corpore, idè sicut senescunt & debilitantur vires animæ, ita corrumpuntur & non aliter: constat autem, quod non senescunt & debilitantur nisi corporis senectute & debilitate, sicut

debilitatur nauta vel navigatio nautæ iam fracta & scissa & inueterata: & idè anima exuta vires suas habet, licet non utatur eis, tamen non sunt otiosæ: quoniam usus impeditur per accidens, ut patet ex dictis. Quod autem inducant, quod vegetabilis præcedat sensibilem tempore, & sensibilis rationalem, non provenit nisi ex malo intellectu librorum Aristot. Docet enim Aristot. nos animam non esse in semine, sicut actus est in eo cuius est actus: quia si sic inesset ei, tunc semen esse animal vel plantam: sed docet nos, quia est in semine sicut artifex in artificio: & idè in semine non operatur nisi sicut artifex, neque unquam operatur animæ opus nisi in corpore organico perfecto secundum numerum & figuram & formam organorum: & hoc modo dicit, quod præcedit opus nutritivæ opus sensitivæ: hoc autem opus non est animæ, sed virtutis formativæ, quæ est sicut artifex formans corpus: & secundum istum modum est expositus Arist. à suis Commentatoribus: & idè ex hoc nihil inferri potest de anima, neque quod sit vna, neque quod sit multa. Hæc igitur etiam in 16. libro de animalibus dicit Aristot. ubi etiam dicit, quod spiritus qui est in semine, est intellectus, eò quod operatur ut intellectus practicus alicuius artificis. Quod autem dicit de eo quod est ingredi ab extrinseco & duci de materia, nihil omnino est ad propositum, & solatio huius patet per ea quæ dicta sunt de intellectu agente: erit autem de his subtiliter loquendum in libro de animalibus. Hæc igitur de anima secundum quod in seipsa consideratur, determinata sufficiunt.

*Quomodo intelligitur Aristot. Philosophi 2. de generatione animalium cap. 7.*



D. ALBERTI MAGNI,  
RATISBONENSIS  
EPISCOPI, ORDINIS  
PRÆDicatorvm.

METAPHYSICORVM  
LIBRI XIII.

LIBER PRIMVS,  
Qui totus est de stabilitate huius scientiæ &  
stabilitate principiorum quæ sunt causæ.

TRACTATUS I.

DE STABILITATE HUIUS  
*scientiæ & nobilitate.*

CAPVT I.

*Es est digressio declarans, quod tres sunt scientiæ theoricæ, & quod ista inter tres est principalis & stabilis aliarum scientiarum.*

*Qualiter intellectus nobis aduersimodum perficitur à scientiâ speculatiua.*



NATURALIBVS & doctrinalibus iam, quantum licuit, scientiis elucidatis, iam ad veram philosophicam sapientiam accedamus, quæ sic perficit intellectum secundum quoddam diuina quoddam existit in nobis, sicut scientia naturalis perficit eundem prout est cum tempore, & quemadmodum perfectus est à doctrinalibus in quantum ad continuum inclinatur. Omnino enim necesse

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

est perfici intellectum speculatiuum secundum omnem rationem formæ speculatiuæ secundum quam circa verum speculatur. Constat autem ex his quæ subtiliter in naturis considerata sunt, omnem diffinitionem aut rationem formarum physicarum conceptam esse cum materia, quæ motui subiacet, aut mutationi, aut utriusque & ideo concipi oportet eam cum tempore secundum quoddam tempus est in re temporali. Propter quod etiam id quod scitur de huiusmodi, multum miscetur opinioni, & pertinere non potest ad confirmatum constantem & necessarium scientiæ habitum, sicut dicit Ptolemæus. Ex his autem quæ in quadam bene probata sunt, scitur omnes scientias doctrinales medium suæ demonstrationis accipere, secundum rationem diffinitiuam formæ, quæ licet esse habeat in physicis & extra physica non inueniatur, tamen rationem diffinitiuam non habet conceptam cum materia physica, neque secundum principia essentialia dependet ad physicam materiam, sed extra eam accipit principia essentialia: & ideo

A 11







est diuersum ab ente: propter quod non differt ab ipso esse demonstrabile: ideo subiectum esse non potest. Amplius si ens, ut inquitur, esset subiectum, & omnia stabiliuntur in esse & partibus entis, verificaret ista scientia omnia que sunt & principia omnium: & tunc omnes alie scientie superfluerent, eo quod nobilissimam scientiam de omnibus haberemus: nec minus nobilem tunc oporteret inuenire scientiam. Quod autem erronea sit hæc opinio, constat quia nihil ratione quesitum est & subiectum in scientia aliqua subiecta: Deus autem & diuina separata queruntur in ista scientia: ergo subiectum esse non possunt. Amplius partes de quibus multa demonstrantur in scientia hac, non reducuntur ad Deum sicut ad commune prædicatum de ipsis, siue communitas generis, siue analogicè accipiatur. Adhuc passionis in hac scientia considerate que supra inducte sunt, non consequuntur immediatè Deum & diuina: igitur subiectum non potest esse Deus huius scientie.

Ideo cum omnibus Participatiuis vera dicitur dicendum videtur, quod ens est subiectum in quantum ens est, & ea que sequuntur ens in quantum ens est & non in quantum hoc ens, sunt passionis eius, sicut est causa tantum substantiua, & accidens, separata & non separata, potentia & actus, & huiusmodi. Cum enim sit prima ista inter omnes scientias, oportet quod ipsa sit de primo, hoc autem est ens, & stabiliat omnium particularium principia tam complexa quam incompleta, nec stabiliti possunt nisi per ea que sunt ipsis priora, & non sine eis aliqua priora nisi & entis secundum quod ens principia, non quidem principient ens, cum ipsum sit principium omnium primum, sed principia que sunt ex ente secundum quod ens est, oportet quod omnium principia per istam scientiam stabiliantur per hoc quod ipsa est de ente quod primum est omnium fundamentum in nullo penitus ante se fundatum.

Quod autem dicunt hi qui causam dicunt esse subiectum, causas considerari in particularibus scientiis, est falsum: sed potius in eis considerantur ea que inueniuntur partibus entis conceptis cum quantitate & tempore: sed per causas probantur inesse ea que inueniuntur partibus entis: & ideo tales cause reducuntur in causas primas, que considerantur in ista scientia consequentia ad ens in quantum ens est: & ideo ista non est de causa ut de subiecto: propter quod etiam scire omne stabilimentum accipit ab ista: quia cause que sunt media per que scimus, stant in causis in scientia ista consideratis, non quidem sicut subiectum, sed potius sicut quedam subiecti differentia.

Probabilior secunda est positio, & tamen falsa: quia processionis illæ diuinæ, quas inducit, non sunt primæ per hoc quod sunt diuinæ, sed per hoc quod ad entis primi simplicitatem sunt reductæ: & ideo patet, quod nulla ipsarum est absolute prima nisi ens, & omnes sunt ad ens consequentes: & ideo solum ens simplex est primum subiectum, & alia consequenter ad ipsum sicut ad partes & passionis eius. Talia etiam licet sunt tanta diuina & processionis simplices, non tamen esse habent extra materiam, sicut dicit Plato: & ideo ista sensibilia

non fundantur in ipsis per modum illam, quem Plato inducit: sed de hoc locus erit inquirendi in huius scientie libro 7. Quod autem nihil de ente dicunt demonstrari posse diuersum, etiam falsum est: quia non probat intentionem eorum: licet enim ad eas nihil habeat realiter diuersitatem, habent tamen omnia communia ad eas modum quedam additionis ad ipsum: & per hunc modum diuersitatis, qui sufficit ad hoc quod inesse monstratur alicui sicut subiecto sibi, hæc qui dicuntur passionis entis, entis inesse probatur. Huius tamen est alia solutio: quoniam etsi daretur, quod entis secundum se nihil possit probari inesse, tamen partibus entis que secundum se sunt partes eius, multa possunt probari inesse: & hoc sufficit ad hoc quod aliquid sit subiectum scientie. Nec alie scientie superfluent, eo quod causa omnium & principia stabiliantur in ista: quia primo à transcendentibus scitis, non propter hoc scitur scientia vel ars particularis. Causæ autem & principia non probantur hic per ea que sunt cuidam nature propinqua & proxima, sed potius per entis principia stabiliantur ea que propria sunt, non in eo quod propria, sed reuoluta & reducta ad ens vel partes entis secundum quod est ens, & non secundum quod est hoc ens: & ideo ad sciendas res in propria natura, sumuntur requiruntur scientie particulares, que tamen nihil penitus probare possent, nisi eo modo quo subiecta & principia sua omnia relinquunt per entis principia esse stabilita in scientia ista. Nec etiam proprie determinate scientie cuiusdam entis, isti subalternantur: quia ad subalternationem non requiritur, quod subiectum sit sub subiecto tantum, sed quod medium quod est causa propter quod, subalternatæ scientie medio concludatur vel continetur: & sic fit in perspectiva, & geometria: & sic in scientia naturali que traditur in libro physicorum, & in scientia de celo & mundo, & aliis scientiis naturalibus.

Sunt autem quidam Latinorum lococutæ dicentes Deum esse subiectum, & primæ scientie primum subiectum, & diuinæ diuinum, & altissimæ altissimum: & huiusmodi multa ponunt secundum logicas & communes consequentias: & hi more Latinorum, qui omnem distinctionem solutionem esse reputant, dicentes subiectum tribus modis dici in scientia, scilicet quod communius subicitur, aut certius, aut in scientia dignius: & primo modo dicunt ens in ista subiecti scientia, & secundo causam, & tertio modo Deum: & hanc scientiam non à toto, sed à quadam sui parte dignissima vocati diuinam. Sed ego tales logicas consequentias in scientiis de rebus abhorreo, eo quod ad multos deducunt errores. Distinctionem etiam non approbo, propter rationes in præhabitis inductas. Nec denominatio ideo fit, quod diuina dicitur. Omnia enim apud naturam omnium rerum manifestissima sunt diuinissima & nobilissima & priora omnibus, & hæc sunt ens & entis partes & principia, sicut patet per antè dicta, & ideo & honorabilissimorum & mirabilissimorum & certissimorum per totum, & non in quadam sui parte est ista scientia, quam ideo merito vocamus primam philosophiam.

CAPVT

CAPVT III.

Et est digressio declarans qua unitate, & qualiter hæc scientia sit vna.

Hæc etiam scientia vna est: quoniam licet sit de multis, de omnibus tamen illis est prout reducta sunt in ens ut partes, prout sunt ens consequentia in eo quod ens est: & ideo ens in omnibus his unitatem habet analogicè, que unitas non est quid æquiuoci omnino, sed est multorum ad vnum respicientium, non quidem quod per vnam rationem est in illis, nec etiam quod per diuersam est in illis, sicut quidam male dicunt, sed potius sic, quod ista diuersa aliquo modo sunt vnus, & ille modus quo sunt vnus, est diuersus in diuersis: sed quilibet diuersorum modorum est eius quod simpliciter verum est, sicut ens simpliciter est substantia, & aliquid illius & eiusdem entis est quantitas, & aliquid eiusdem qualitas, & sic de aliis, & hæc unitate vnitur subiectum huius scientie cum his que sunt partes eius. Alia autem unitate vnitur ad passionis: & hæc est immediatio substandi passionibus, que insunt eis, sicut quælibet vnitur scientia: & tantum extenditur illa unitas, quantum extenditur immediatio subiecti ad quascunque passionis. Omnes enim illæ per principia illius & eiusdem scientie probantur inesse eidem absque mutatione generis subiecti: nec demonstratio mutatur de genere in genus alterum: & hæc est unitas propria scientie secundum quod est demonstratiua vel doctrinalis: quia sic cognitio accidentium inesse subiecto maxime confert ad sciendum quod quid est. Quia autem passionis sunt primæ & simplices, sicut & ipsum subiectum, ideo ex his viam habet ad stabilendum omnia quæcunque supponuntur in scientiis aliis: & ideo non habet unitatem vnus particularium scientiarum: quia hoc modo non proficeret ad stabilendum principia, sicut iam sapius dictum est. Igitur quod ista scientia sit theoretica, & qualis theoretica, amplius autem de quo sit sicut de subiecto, & qualiter, adhuc autem quali unitate sit vna tam ad partem subiecti quam ad passionis, determinatum sit à nobis hoc modo.

CAPVT IV.

De primo principio generationis scientie ex parte nostra, quod est naturale sciendi desiderium.

Quia igitur ista est prima philosophia non accipiens aliquid ab aliis, sed ab ipsa omnes alie accipientes, incipimus dicentes scientie generationem, quam omnes alij supponunt. Et primo scientie generationem ostendentes in ipso sciente. Deinde stabilientes scientiam secundum ea que sunt scientie secundum seipsam. Tertio autem stabilimus ipsam ex parte

primo metaph. in primo.

D. Alber. Mag. Metaph.

scibilis de quo est. Ex parte scientis incipimus stabilire eam per primum & remotissimum sciendi principium, subicientes quæcunque iam in scientis inferioribus à nobis sunt probata. Subicitur ergo à nobis primum, quod non potest esse vanum naturale & toti speciei conueniens desiderium. Hoc enim supposito præsumimus, quod omnes homines natura scire desiderant: & cum non sit vanum desiderium, erit hoc desiderium ad inquirendum de scibilibus inclinatum principium, & per consequens erit id desiderium primum sciendi principium. In secundo autem huius scientie libro probabimus, quod omne quod est in multis per vnam rationem generis vel speciei in illis existens, est in aliquo vno primo quod est prima causa omnium in quibus existit. Est autem cognitio rerum vna quidem genere in multis existens variatis per species cognitionis sensibilis & intelligibilis & rationalis. Oportet igitur, quod vnum aliquid sit, in quo cognitio est prima, quod est causa cognitionis vniuersæ. Adhuc quoties imperfectum & perfectum sunt in vno & eodem existens caularum: à fonte cognitionis intellectualis, & quod nulla forma principium cognitionis existeret sensibilibus vel intellectualibus, nisi à fonte cognitionis intelligentie procederet. Ex hoc enim (ut ita dicam) quod candor lucis intelligentie forma existit, principium potest esse cognitionis: obumbrata quidem faciet cognitionem sensibilem, depurata verò faciet cognitionem intellectualem. Ex secunda autem accipitur, quod in quocunque vno est sentire secundum actum & intelligere, & sentire non propter aliud quoddam est, nisi propter ipsam cognitionem sensibilem, cognitio illa sensibilis ordinatur ad cognitionem intellectualem ut ad finem, & perficitur in illa.

Secundo metaph. rez. com. 4.

His itaque præsuppositis dico, quod in solo homine inter alia sensibilia secundum agere sensuum est delectatio propter ipsum sentire & accipere sensibilem cognitionem, præter omnem utilitatem nociui vel conuenientis, quod cum ipso sensibili accipitur. Alia cum animalia non querunt uti sensibus propter delectationem quam habent in ipsa sensibili cognitione, sed propter nocium vel conueniens, quod cum ipso accipiunt sensibili apprehenso: propter quod nec coloribus, nec sonis, neque musicis, neque odoribus, neque vniuersaliter sensibilibus delectantur, nisi prout vniuersaliter conuenientis ad vitam ipsorum commodum vel incommodum. Homo autem delectatur in usu sensuum in sensibili per se & per accidens: & sensibili proprio & communi, propter ipsam sentire, præter omnem aliam adiuuam delectationem vel commodum vel incommodum vel quancunque aliam utilitatem ad vitam conferentium ei, hoc est, delectatur in ipsa cognitione sensibili, secundum quod cognitio quædam est de fonte cognitionis omnis emanans. Cum igitur in eodem homine cognitio sit intellectualis, non erit delectatio in cognitione sensibili nisi in ordine ad intellectualem: igitur nec

A 3 delectatur



delectatur in cognitione sensibili, nisi propter intellectuale: & sic delectatio in cognitione sensibili in eo quod secundum se sine aliqua sunt utilitate, signum est, quod natura scire desiderat.

Omnes igitur homines præter hoc quod sunt homines per intellectum in specie & natura hominum constituti, naturaliter scire desiderant: & huius signum est cum causa vera, conuertibile enim est, delectatio sensuum secundum agere accepta in apprehensione sensibilibus præter omnem aliam utilitatem conferentium ad vitam, secundum quam nuntiant de conferente vel non conferente, propter seiplos inquantum sunt sensibilibus cognitiones tantum, diliguntur & libenter exercentur ad sensibilem cognitionem. Hæc autem inter alios sensus visus qui fit per oculos: luminositate enim oculorum delectamur, non solum ut agamus quippiam conferentium ad vitam ad nuntiationem vel directionem oculi, sed etiam quando nihil omnino convenit nobis agere circa hoc quod videtur querimus: concupiscimus tamen videre propter ipsum videre præ omnibus aliis, sola illi curiositate videndi. Huius autem causa est quam diximus: quia scilicet sensibilem cognitionem, quando sine alia utilitate desideratur, ad scientiam intellectuam ordinatur, & propter ipsam appetitur. Et cum visus per hoc quod præter differentias sensibilibus expressus aliis representat, magis omnibus sensibus cognoscere facit. Expressus enim in omnibus aliis sensibus representat visus sensata communia, & sensata per accidens, & ea quæ videntur tam corporalia sunt, quam incorporalia: & quia quicquid videtur, videtur secundum actum luminis & lucidi, & istæ sunt primæ formæ omnium rerum corporaliū, plures differentias sensibilibus representat visus quam aliquis sensuum aliorum. Quia verò magnitudo & figura certissime representat res visas, & hoc melius representat visus omnibus aliis sensibus, idè etiam certius cognoscere facit. Et cum duo sint sensus disciplinates, visus & auditus, & visus deseruiat disciplinæ secundum quod est per inuentionem, auditus verò secundum quod est per doctrinam, nec doctrina fiat nisi postquam scientia iam generata est in anima docentis, nos autem hic loquimur de primo scientiæ generatio, non facimus mentionem de auditu, nec auditus exercitium est ad eò delectabile sicut visus. Sic igitur necessario concluditur, quòd omnes homines natura scire desiderant. Cum enim hoc desiderium sit omnium quorum in specie determinata est natura vna, hoc erit desiderium naturale & naturam speciei consequens.

\* \* \*

CAPVT V.

In quo disputatur quid sit naturale sciendi desiderium, à quo scire, & unde provenit tota diuersitas studiorum.

Quæret autem fortasse aliquis, quæ illa natura in homine sit, quæ omnes homines natura scire desiderant? Homo enim studet adipisci quod desiderat: & si desiderat illud natura, erit vehementius in seipsum desiderium, & hoc vehementius accendet ad studium: & hoc in multis hominibus non videmus. Amplius vnicuique non desideratur nisi quod est de naturæ perfectione, cum sit non habitum: sicut enim in primo physicorum in fine traditum est à nobis, desiderium est imperfecti ad bonum & optimum & diuinum, cuius inchoatio est in ipso, sed à perfecto deficit. Non enim desideraret nisi per aliud simile, quod est in eo, ad bonum & optimum, sicut turpe desiderat bonum & femina masculum. Non enim desiderant inquantum turpe vel femina: quia sic sunt contraria masculo & bono, & contrarium non desiderat contrarium: sed potius desiderant inquantum imperfecta, sic turpe aliquid boni habet & femina masculi. Et sic oportet, quòd sit hoc propter quod intellectus possibilis est sicut tabula rasa ad scibilia preparatus, natura, qua omnes homines scire desiderant. Et quia corruptelæ consuetudinum & affectionum à natura deducunt hominem, ut in decimo ethic. probatum est, idè natura hæc non potest semper mouere ad studium, sed manet in potentia & virtute, contrariis habitibus naturali bonum corruptentibus & impediuntibus ne in actum procedat. Non enim vehementius accendit ad studium quam dilectio passionum secundum actum, sed secundum naturam intellectus tantum, cum fortiores dominantur concupiscentiæ innaturales corruptæ consuetudinis.

Addendum autem est, quòd id quod desideratur, de perfectione naturæ est hominis inquantum homo existens est: & idè scientiam attingens non alteratus, sed perfectus est, sicut ostendimus in septimo physicorum, & in libro decimo ethicorum: nec hic repetere oportet. Præcipue enim subtile ad hoc induximus rationes in epistola quam socijs nostris edidimus de natura animæ & contemplatione ipsius.

Cum autem sic omnes homines natura scire desiderant, & desiderium non sit infinitum, oportet quòd in aliquo scire desiderium illud finitè querant: hoc autem non potest esse nisi illud scitum quod est causa & finem omnium entium & scitorum: & hoc non est nisi intellectus diuinus, ut in vndecimo huius scientiæ libro demonstrabimus: sed non quietat desiderium sciendi secundum quod est Deus vel natura quædam secundum se existens, sed potius secundum quod est causa rerum altissima, cuius scientia causat ens: quia sic etiam est ratio & lumen scitorum omnium, sicut ars est ratio & lu-

Ter. 8.

Tertio de anima. c. 4.

7. phy. tex. c. 10.

men omnium artificiorum. Et ideo dicit Aver. in commento super vndecimo meta. Aristot. quòd questio de intellectu diuino est desiderata sciri ab omnibus hominibus. Istis principio sciendi & sine sic habitis & non diuersificatis, in intermediis est maximè diuersitas: quoniam quidam violentia passionum omnino deducuntur à sciendi studio. Quidam autem magis bonum naturæ sequentes, ad inquisitionem perueniunt & ad studium: & horum quorumcumque intellectus quidem immixtus & purus est, complexio subtilis specie caloris & humoris luminosi non constantis per frigidum congelans, nec turbata per calidum commiscens, illi student bene & libenter diuinis & subtilibus & magnis rebus. Quorum autem organum imaginationis ad recipiendum figuras per temperate siccum & complexionale non congelans frigidum preparatum est, & intellectus reflexus ad ipsum, hi doctrinalibus & mathematicis gaudent studiis & huiusmodi. Quorum autem medullosum & bene purum est organum sensus cum spiritu lucido non commixto & non pigro per frigidum congelans, & organum imaginationis consequenter erit non bene tenens figuras, & intellectus est reflexus ad subiectum, hi gratas habent speculationes naturales. Quorum autem congelati sunt spiritus & non bene clari propter frigus inspissans, occupantur circa signa theologica, & detinentur in ipsis, nec profundantur in aliqua veri speculatione. De his & huiusmodi in phisicis determinatum est à nobis, ubi de organorum complexionibus, & de natura locorum habitabilium locuti sumus. Ex inductis igitur patet, quòd primum sciendi in sciente est principium naturæ desiderium, quo omnes homines natura scire desiderant.

Nota quod... in complexione...

16. & 17.

libro de animalibus determinata sunt, planum est, quòd sensus ille est tactus qui est fundamentum aliorum sensuum, & hic est, cuius complexio mollis & recedens ab excellentia contrariorum ad mediana venit, quòd ex temperantia & crisi temperationi calis aliquantulum propinquat: & ideo principia sortitur in aliquo simili morori calis: & ideo habens sciendi potentiam, & ex mollitie potest in ipso spiritus animalis discurre, qui vchit formas cognitionis sensibilis, & quoad hæc duo perficitur apprehensio cognitionis sensibilis quoad accipere.

Sed cum scire non perficiatur per vnicam sensibilem apprehensionem, sed potius ex aliis duobus cum isto, quorum vnum est tentio sensibilem acceptorum similium, eò quòd vniuersale est vna de multis essentialiter similibus acceptio, tentio autem prius accepti cum posteriori accepto: & horum duorum cum tertio & quarto & deinceps acceptis non fit nisi per memoriam: & vna acceptio de his omnibus non fit nisi per rationem, per quæ tria insit in sciente scientia, oportet nos distinguere in generibus animalium, & videre in quo conueniant ista tria sciendi principia. Dicamus igitur, quòd sicut diximus, animalia secundum suum genus sensum habentia generantur, licet quædam eorum parum vtantur sensu secundum vitam sensus manifestam. Sed quibusdam animalium ex sensu secundum actum facta memoria non est facta: quia non tenent sensata apprehensa propter suæ complexionis aqueam frigiditatem, aut terrestreitatem, quæ immobilitat spiritum animalem formas sensibiles deferentem, sicut patet in muscarum generibus, quæ abiecta sabbello statim se inferunt læsionis immemores, nec ad certas se conferunt causas, nec aliquid videntur habere memoriæ simile: & idè quæcumque talium sunt, nihil prudentiæ vel prudentiæ habent, sed ex sensu sola conuenientia in sensu prosequuntur & inconuenientia fugiunt. Quibusdam verò ex sensu secundum actum facta sit memoria prius acceptorum sensibilibus: & cum memoriæ non tantum sit thesaurus & coactio formarum sensibilibus prius acceptarum, sed etiam intentionum conuenientis & inconuenientis, boni & mali, amici & inimici, & huiusmodi cum sensibus ab estimatiua acceptorum, sicut in libro nostro de memoria & reminiscencia probauimus. Propter hoc quòd alia prudentia sunt animalia habentia regimen vitæ ex memoria, alia verò solo sensu videntur imprudentia. Dico autem memorantia prudentia non secundum perfectam prudentiæ rationem, quæ est actiuus habitus cum ratione vera eorum quæ in nobis sunt ad vitam consentientium. Sed non habentia rationem veram, memoria vruntur loco rationis, & ordinant aliquo modo vitæ suæ commodum per quandam ciuitatis & felicitatis similitudinem, sicut est videre in apibus, & gruibus, & huiusmodi multis animalibus: sed tam apes quam grues vigent solum memoriæ. Cuius signum est, quòd à longinquis locis ad quæ transferuntur, reuertuntur ad proprias habitationes & casas.

Animalia quædam habent memoriæ & aliquid prudentiæ habere possunt.

Quædam habent memoriæ & sensum.

CAPVT VI.

De principijs secundum quæ insit primò scientia in scientibus, quæ sunt sensus, memoria, & ratio.

In Philo. sopho ubi supra.

Post hoc autem inquirenda sunt potentia secundum quæ insit in sciente scientia. Dicamus igitur, quòd animalia quidem sunt generantur habentia sensum: actus enim animalis est sensibilis anima, & sentire secundum potentias vitæ sensibilis ipsi sentientibus animalibus est esse. Est autem primus huius actus animalium sicut somnus, & sensus sicut vigilia. Primitus igitur sunt animalia sensum habentia, in quo habitus sensus est sicut sonorus: & deinde vtuntur sensu, sicut vigilia est expansio sensuum extra ad sensibilia. Cum igitur prima facultas cognitionis, & prima secundum nos potentia sciendi sit sensoris, vnde primò oritur scientia in nobis, & primo primum sit habere sensum, & primum susceptibile huius cognitionis sit ex genere animalis, & non ex differentia constitutiua hominis, quæratius quis sit sensus qui primum dat sciendi facultatem & potentiam. Et ex his quæ in secundo de anima, & in

Est autem adhuc alia animalium differentia, non quidem secundum memoriæ & sensum, sed propter



propter quem animal est animal, sed secundum duo dicta, & secundum participationem auditus non in omni, sed in quadam sui ratione. Continet autem dupliciter participare auditum. Vno quidem modo secundum communem cum sensu utilitatem conferentium, & secundum hoc sonus vel vox audita est, quasi prodens id circa quod est affectus, sicut videmus aues fugere vel conuenire ad garritus tristes auditos vel letos. Alia est participatio auditus in quantum auditus est omniam conceptus rerum significantium: & hoc modo quædam animalia videmus participare auditum cum memoria que sibi sensum animalitatis præsupponit, videmus disciplinabiliora esse quam ea que non habent facultatem memorandi huiusmodi auditorum. Hæc enim animalia sonos sic & nomina audientia consequuntur ea in memoria, & ad voces vel sonos similes agunt multa similia disciplinæ actibus. Disciplinam enim hæc vocamus quamcunque doctrinam acceptam per auditum: sicut & ipse auditus sensus vocatur disciplinabilis: nec attendimus hæc proprietatem doctrinæ vel disciplinæ que intellectualis est, sed vocamus disciplinam eruditionem per sensibilia signa factam, sicut erudiuntur canes & simiæ & psitaci & huiusmodi. Cum autem huiusmodi eruditio sit duplicis artis, liberalis scilicet & mechanicæ, videntur plura animalia inuolui secundum liberas faciles quædam artes, sicut sunt saltus, & tripudium, vel turbatio, vel aliquid huiusmodi: pauca vero secundum mechanicas. Simia enim quædam mechanicorum aliqua imitatur propter sui accessum ad hominis similitudinem. Liberales autem artes dico, quas propter se & non propter aliud volumus, sicut musicorum ars, & tripudium, & saltus, & pugilatio, & torneamentum, & huiusmodi: cetera quorum exercitiis solis delectamur. Mechanicas autem voco, quæcumque non propter se, sed propter alterius utilitatem quaerimus, sicut est fabricatio, non propter fabricare, sed propter usum: sicut propter calcem, & huiusmodi. Multa hæc autem pertractata sufficienter sunt in ethi.

Est autem differentia inter prudentiam & disciplinam secundum ea circa quæ sunt ex quibus sunt: quoniam prudentia est sagacitas quadam circa conferentia ad vitam existens ex memoria conuenientium acceptorum cum sensu secundum actum sensibilis facti. Disciplina autem est sagacitas circa ea de quibus est ars ex memoria sonorum secundum quod sunt signa rerum per modum conceptus & nominum: igitur illa animalia sunt prudentia quidem disciplina, quæcumque memoratiua quidem sunt, sed sonos secundum quod per modum nominum sunt signa rerum, audire non possunt, ut apes, quæ cum audiant sonos, non tamen per prædictum modum auditus audiunt, & si aliquid aliud animalium genus huiusmodi in hoc est: talis enim auditus sonorum non simplici audita perficitur, sed virtute affirmationis conferentis aliquæ qualiter designata per nomen vel per sonum ad modum nominis. Adhuc autem aliquid disciplinæ quæcumque animalia iuxta memoriam referunt intentiones & notitias rerum & nominum, etiam hunc sensum habent auditus quem memorantur.

Ex omnibus supra inductis concluditur, quod animalia quadam viuunt in regimine suæ vitæ solum imaginariis & memoriis. Diximus enim in scientiâ de anima, quod imaginatio reueratio est specierum sensibilium, prout sunt imagines rerum: & hoc modo aliquid memorie est imaginatio. Memoria autem est conseruatio conuenientium & inconuenientium ad vitam, ad quas intenditur per motum: & idcirco intentiones à Peripareticis Philosophis talia vocantur. Hæc igitur animalia quæcumque ex talibus regimen vitæ accipiunt, parum experimenti participant: quia cum duo sunt in experimento, vnum quasi formale, quod est acceptio similis de multis, alterum materiale, quod est memoria conferens, non participant experimento nisi secundum id quod materiale est in ipsis, sicut in scientiâ de animalibus diximus, quod auis serpentem expugnans, vulneratam sentiens, accipit lactucam agrestem, & credit ad pugnam. Sed hominum genus ad omnem sui diuersitatem viget in suæ vitæ regimine arte in factiuis, quia ars est cum certa ratione factiuis habitus, & viget rationibus in actiuis & contemplatiuis: & de his in ethicis determinatum est à nobis: hominum enim licet sit vna natura secundum speciem determinata, in multa tamen est latitudine secundum animæ facultates secundum complexionem & habitationes. Sed in tota latitudine illa & ambitu participat artibus in communicatiuis, & rationibus in contemplatione & more secundum virtutem. De facultatibus igitur siue spectantibus naturæ quibus perficitur scibilem acceptio, determinatum sit hoc modo.

CAPVT VII.

De formaliter in nobis scientiam generantibus, quæ sunt experimentum & vniuersale.

Cum autem vniuersale sit principium artis & scientiæ, & vniuersale dicitur dupliciter, vno modo prout est in multis consulum & immixtum in illis secundum quod est esse multorum, quomodo & secundum sensus notius est, sicut ostensum est in primo physicorum, alio autem modo prout est de multis vnum separatum per rationem ab illis, oportet iterum determinationem facere de principio generationis scientiæ, quod formaliter generat eam in nobis: hoc autem est vniuersale: sic autem in nullo deficiemus quando & secundum naturæ potestatem, & secundum quod formaliter complet scientiæ generationem ostendemus. Ex quo enim hæc scientia omnem stabilit scientiam, à nulla aliquid accipiens, sed omnibus stabilimentum largiens, oportet hæc quæ dicta sunt, in ista debere scientia: hæc igitur scientiæ principium vtrouque supra dictorum modorum determinemus. Dicamus igitur, quod ex quo hominum genus viget arte & rationibus, quod in generatione artis & scientiæ quæ per rationem inest hominibus qui perfectæ sunt memoriæ, sit ex

Homini  
genus a te  
rationibus  
viget.

Libro de  
animal.  
tract. 2.  
cap. 2.

In Philo.  
sopho ubi  
supra.

Quæ mem  
in similibus  
effectibus  
acceptio  
sensu vni  
experimenti  
faciunt  
in no acti.

memoria prius acceptorum per sensum & cum sensu experimentum eiusdem rei secundum speciem. Multæ etenim memoriæ in effectibus similibus acceptæ, faciunt in hominibus potentiam vnius experimenti. Potentiam autem dico non actum: quia sicut nos meminimus docuisse in ethicis, sicut duplex est actus in physicis, vnus quidem permixtus potentie, & imperfectus & imperfectus actus qui est motus, & alius impermixtus potentie & completus compleri & perfectus actus qui est forma: ita est & duplex actus in potentiis animæ, vnus quidem permixtus potentie imperfectus & imperfectus actus qui non stabilis potentiam, sicut est opinio quæ adhuc fluctuat ad oppositum, sicut & ipsa potentia est oppositorum, & hic est quasi materia: & alter qui est purus, nihil habens de opposito, in toto completus potentiam, sicut est scientia, & intellectus, & sapientia: acceptio autem vniuersalis in singularibus confusi & permixti est actus imperfectus, & idcirco potentie habet rationem & similitudinem. Propter hoc dictum est, quod memoriæ multæ vnius & eiusdem sensus vniuersalis in ipsis permixti & confusi, experimenti pariunt potentiam & non actum simplicem & perfectum: & quia experimenti potentia sic est imperfectus actus ferè est scientia, sicut motus in physicis ferè est forma, & in termino motus, in quo finis est motus secundum motum esse, est forma, & sic experimentum in fine experiendi in quo est, sed sufficienter expertum esse est scientia.

Est autem experimentum etiam arti simile, non tamen ars: est enim ars illa operum factibilium cum vniuersalis vera ratione, quæ per modum actus inest artifici. Experimentum autem est regulans opus per acceptiorem confusi in illis, & ideo potentialiter regular: propter quod & frequenter fallit ex defectu regulantis, & non tantum ex defectu rei circa quam est opus. Ars autem nunquam fallit ex defectu regulantis: quia hæc est ratio certa & vera: sed fallit quandoque per accidens ex defectu eorum in quibus factio consistit: propter quæ finem in ipso si de contingentibus nihil omiserit, semper consequitur artifex, ut habetur in topi. Cum igitur, ut superius diximus, aliqua animalia secundum partem experimento participant, homines autem secundum perfectum, accidunt & accidunt hominibus scientia & ars per experimentum, sicut in physicis accedit forma per motum, scientia quidem in experimento contemplabilem, ars autem in experimento factibilem. Experientia quidem artem facit, sicut ait quidam Philosophus rectè dicens, sed inexperientia facit casum. Quemadmodum enim in physicis casus est causa per accidens in his quæ propter aliquid sunt, ita in actibus eorum quæ sunt per nos, quæ omnia propter aliquid sunt, experimenti potentia fecit causam per se eorum quæ à nobis propter aliquid sunt: & hæc est ars in finem regulans & dirigens opus. Inexperientia autem si pertingat ad finem, sine regulante finem contingit: & hoc fit casu, sicut non expertus aliquando sanari autem non intendens, sed casu dans medicinam sanatis perficitur. Ars autem fit & generatur & perficitur in nobis, cum ex multis non confusis

Solutio: Ex  
peritiua  
artem facit,  
inexperientia  
casum.

quodam iam experimento per deputationem vniuersalis intellectus per causam veram & certam vna ex omnibus abstracta sit de similibus essentialiter acceptio vniuersalis, in qua instantia non esse probatur: & tunc experimenti potentia perducta est ad actum completum & de puratum. Est etiam simplex quod prius in confusione multorum erat acceptum. Oportet autem, quod vniuersale per se substantialiter sit multorum illorum similitudo: quia si per accidens & non per se vniuerum multa vni, non vnum faceret effectum, nec vnam certam de se generarent notionem. Acceptam namque notionem habere, quod Platoni & Socrati & aliis pluribus eiusdem complexionis & ætatis & habitationis & dietæ & exercitiij & accidentium animi & periodi & omnium talium circa hanc egreduntur & ex eadè causa & eorundem symptomatum insudantibus & laborantibus hoc iam contulit, sicut scamonea ad cholera purgationem, & vnumquodque sit in multis probatum inuenit sine instantia, experimenti est. Quod autem vniuersaliter omnibus consilium huiusmodi qui secundum vnam speciem complexionis determinati sunt, & hæc per omnia simili agitudine laborauerunt, sicut si contulit similibus per naturam similibus phlegmaticis, hoc est, ex phlegmate laborantibus, aut cholericis, aut actu sanguinis, aut melancholicis in tenax vel combusta febricitibus, artis est: quoniam hoc est acceptum cum ratione vera & certa. Hæc igitur sunt in hominibus scientiæ & artis generatiua.

CAPVT II.

Et est disputatio de solutione dubitationis prædictæ.

Ubiabit autem aliquis de his quæ dicta sunt: eo quod non semper scientia & ars ex his generari videntur: in doctrinalibus enim non multum oportet experiri: quoniam in vno vilo triangulo quod sit rectilineus habens tres angulos æquos duobus rectis, per necessariam habetur rationem in omnibus: in quibusdam nec in vno possibile est experiri, sicut quod stella fixa super polos orbis signorum rotundè perficiant in 36. millibus annis circulum: hoc tamen certè & per demonstrationes scit astronomus. Amplius cum vniuersale sit essentialis similitudo particularibus immixta, ferè videbitur alicui, quod in vno acceptum, per rationem similitudinis in omnibus acceptum sit, cum eorum quibus est vna natura communis, vna sit illius naturæ operatio. Quæcumque autem talium sunt dubitationum, sibi vnam accipiunt solutionem, quam etiam in ethicis nos dixisse meminimus, quoniam mathematica non multis indigent tempore & experimento: eo quod talia probantur per causam propter quid, & sunt separata: & ideo in talibus excellunt iuvenes: & sic est in materia cæli orbibus & stellarum motibus, quæ regularem habent motum per gradus & partes cæli: & ideo accepto tempore motus per vnum gradum, scitur tempus rotundè



tius motus. Hæc autem & huiusmodi omnia sunt de quibus est scientia secundum quod scientia est demonstrationis proprius effectus: & ideo non vniuersaliter diximus scientiam secundum veram scientiæ rationem indigere experimento: sed in artificialibus & physicis & sapientialibus secus est: quia in his ex rebus circa quas sunt, magna est aliquando mutatio: eod quod contingentes sunt, & aliquando magna & excellens super nos altitudo, sicut in sapientialibus diuinis: & ideo illa antequam acceptio vniuersalis possit fieri, sapè & diligenter oportet experiri: propter quod vniuersaliter generatur ab experimento, non vniuersaliter scientia: & hæc est solutio Aristoteli. sicut patet inspicienti in ethi. In his enim omnibus similis acceptio non est perspicua antequam probatur ad singula: neque perspicue scitur quando in vno acceptum est vtrum per eundem modum sit in alio.

Impugnatio Platonis ad Aristotelem

Quod autem Platonis amici dicunt, omnem scientiam esse in anima, nec accipi aliquam per experimentum & doctrinam, nullam habet formam rationem. Quod enim dicunt eum, qui quaerit experimento, aut inuenire scitum vniuersale, aut non inuenire. Et siquidem non potest inuenire, frustra est inquisitio. Si autem inueniet, per aliquid scit se inuenisse quando inuenit, aut nescit se inuenisse, & tunc nunquam cessabit sibi ab inquisitione. Si autem per aliquid scit, cum non sciat nisi simili, oportet quod simile ei quod inuenit, iam intus habuit: ergo omnium quæ inueniri possunt, iam ante intus sunt similes habitus: dux autem per omnia similes & eiusdem speciei qualitates & formæ non possunt secundum idem in eodem fieri: cum igitur sit in anima secundum intellectum similis cum quaesito habitus, per experimentum & doctrinam nihil generatur in anima, sed per talia excitatur anima, ad reminiscendum ea quæ prius nouit. Et hoc dicit Boetius in 3. de consolatione philosophiæ dicens, quod si Platonis multa personarum verum, quod quilibet dicitur, immemor recordatur. Omnia autem hæc deceptiones sunt erroneæ: quoniam hoc quidem verum est, quod sicut in omni potentia actus aliquid præcessit illius actus inchoatio, ita etiam in intellectu possibili secundum inchoationem consuetam præcessit notio quaeritorum: aliter enim non esset potentia propria perfectibilis hoc actu; & quoad hæc (sunt in ipsa dignitatem notitia vel notiones, quas qui quæ probat: auditas: nec oportet ad notionem hanc aliquid facere per experimentum vel doctrinam, nisi terminatum tantum notitiam. Hic ergo confusus habitus est in intellectu, sicut forma per inchoationem esse potentialis est in materia: sicut autem materia per huiusmodi esse possibile confusum, non exit ad actum, nisi per aliquid agens quod est in actu completo & determinato: ita etiam intellectus possibilis non exit actu ex forma notitiæ confusæ, nisi per aliquid quod est in actu completo & determinato: & hoc est experimentum vniuersalis speciei mouens, vel doctrina mouens signo speciei. Sed hic non loquimur de generatione scientiæ per doctrinam: quia intendimus de prima scientiæ generatione: & hoc non fit per doct. man-

quia doct. in aliter non generatur scientia, nisi postquam generata est in anima docentis. Sicut autem possibilitas materia quietatur & determinatur in fine motus contingens actum completum, ita determinatur confusus & potentialis actus ad quaerit notitiam, & scit se inuenisse quod quaerit per hoc quod determinatur ad speciem quaerit. Et quod dicunt, quod non scitur nisi simile simili, dico quod pro certo verum est hoc: sed hoc modo quod scit iste simile & tamen imperfecte confuso habitu scit, imperfecte etiam confusa forma est similis. Cum autem perfecte scit, perfecte etiam secundum speciem determinatam efficitur similis: sed Plato hoc non considerauit: & ideo formas potentie generationis & scientiæ principium dixit: de quibus congruis locis & temporibus in sequentibus subtiliter inquiremus.

Solutio ad morium Platonis.

CAPVT IX.

De comparatione arti & scientiæ & experientie secundum conuenientiam & differentiam.

Sic igitur determinatis generationibus artis & scientiæ secundum facultates naturæ, quibus secundum primas acceptiones sunt in nobis, inquiremus conuenientias & differentias artis ad experimentum, vt melius intelligatur proprium esse vtriusque ipsorum. Dicamus igitur, quod experientia nihil penitus differre videtur ab arte in hoc, quod vtraque istarum acceptio sine cognitionum est relata ad actum qui dicitur operatio circa singularia existens: actus enim licet multipliciter dicatur ad complementum & complementi propriam actionem quæ ab actu nomen accepit, & ad operationem, hic tamen non accepimus actum nisi per operationem. Hæc autem conuenientia ex ipsis probatur nominum rationibus diffinitiuis, quoniam experientia est cognitio singularium ex multiplicatis accepta memoriis circa quæ est actus: ars autem sicut 6. ethi. diximus, est cum certa ratione factius habitus. Sed si attendamus profectum in operibus, qui est in consecutione finis operis, erit differentia inter experientiam & artem in hoc quod expertos magis videmus proficere in operis sine consequendo, quam eos qui sine experientia habent artis rationem. Huius autem causa est: quia, sicut diximus, experientia est cognitio singularium in vna similitudine memoratorum: quam similitudinem non separatur ab illis, & sic dirigens in ipso est coniunctum his circa quæ est actus: ars autem est acceptio vniuersalium à singularibus separatorum, quæ non nisi potentia ad singularia respiciunt. Actus autem & generationes omnes quorumcunque, siue per se, siue per accidens sumantur, siue artificiorum, siue naturalium, sunt circa singulare hoc demonstratum illud: & hoc probatur inducendo in vno: & hoc sufficit, cum in omnibus eadem sit ratio penitus. Ille enim qui est medicans, non sanat hominem nisi secundum accidens, sed per se sanat aut Platonem aut Socratem, cui accidit esse hominem,

In Philosopho ubi supra.

Experientia non videtur differre ab arte quæ quæritur ad actum.

Cap. 5.

Experientia magis proficit in consequendo sine operis, quam habentes vniuersalem rationem sine experimento.

hominem: Si enim per se ponamus sanantem & sanatum, dicimus quod hic medicus secundum medicinam sicut hic & nunc operans, sanat hunc ægum, sicut hic & nunc infirmum. Cum autem esse hominis in quantum hic sanatus homo est, sit esse formæ hominis vt esse, & sic esse huius hominis vt subiecti vel perfecti per ipsum esse proat esse huius vt subiecti est esse materiae & complexionate ex contrariis: & sic respicit ægrotare & sanare & sanum esse: quia sic abiicitur ei aliquid & aliquid aduenit ei, & non per hoc quod est esse hominis vt forma & causa. Quamuis ergo medicus operetur circa habitudinem esse huius hominis secundum esse huius hominis, non tamen operatur circa esse hominis in quantum est esse hominis nisi per accidens: quia scilicet operatur circa eum cui per esse huius hominis accidit hominem esse. Si igitur sine experimento quis rationem artis habeat, illud in vniuersali accepto & vniuersali quoddam sic cognoscit, sed hoc in vniuersali singulare ignoret, multoties quidem curando, si medicus est, peccabit. Dico autem singulare in vniuersali accipiendum ignorari: quia licet ars sit factius habitus cum certa ratione, certe actio quæ dirigit in opere artis, est vniuersale factuum siue practicum: ideo particulare cui applicari debet illud vniuersale, practice accipere oportet: & hoc modo sapè ignoratur, etiam si sciatur theoretice: quia nescitur modus quo præparandum vel dandum est. Cum igitur singulare per se sit curabile, & vniuersale non, sed per accidens, magis proficit expertus circa singularia, quam rationem artis sine experimento habens vniuersalem potentiam tantum particularibus applicabilem: & circa quod vniuersale non est operatio nisi per accidens. Ex hoc autem intelligitur, quod quia forè in singularibus confusa operans vniuersalem memoriarum & sensuum, colligitur, quod experientia cognitio mouet ad opus sicut forma generata mixti affuerunt & cognitione, & sic mouet in modum naturæ: quia consuetudinis forma in naturam transponitur: eod quod vt natura quædam mouet, vt diximus in libro de memoria & reminiscencia: & ex illa parte sicut natura est omni arte certior, & ideo vtilius attingit finem operis. Ars autem non est dirigens nisi vt scientia quædam practica: & ideo si sine experientia sit, frequenter peccabit.

Artes præstant experientiam quantum ad cognitionem.

hoc est, ratio illa dirigens in opere artis. Vnde architectones, de quibus in 2. phys. determinamus, denominamus ex ipso nomine principalis magis scire, significamus nobiliores esse circa quodlibet genus artificiorum: & hos significamus ipso nomine principalitatis magis scire & artifices tales esse sapientiores. Causa autem huius significationis est: quia architectones sciunt factorum siue artificiorum causas: quia aliter non haberent rationem certam: hi ergo magis sciunt quam hi qui dicuntur manu artifices, siue viales, qui non materiam & efficientem in quibus motus fiant, considerant in artificio, sed tantum speciem siue formam figuræ, & illa vtuntur in opere, sicut multans vtitur gladio & naua remone. Cum enim architectones rationaliter agant scientes causam efficientem & materiam & formam & finem, viales siue manu artifices non operantur nisi vniuersalem ad actum, sicut agunt inanimata per formam positam in actu agendi, sicut exurit ignis: sed in hoc est differentia, quod inanimata & animata non cognoscunt animam, & etiam animata quæ cognitionem habent, sed non actus susceptibilia, eod quod nullo modo participant ratione, agunt per formam suam: vnde sicut natura operatur: aut si anima operatur, non operatur nisi natura instinctu, sicut vegetabilia & sensibilia: sed manu artifices licet aliquid habeant cognitionis, quoniam cognoscunt speciem, non prout ex materia vel in materia inducitur motus efficientis, sed prout referunt ad opus illi speciei proprium, tamen operantur sicut ex forma consuetudinali quæ vniuersali acquiritur. Et hoc magis determinatur ad opus: & huiusmodi denominationes facimus tanquam non sicut artifices sapientiores secundum hoc quod practici siue operariui sunt, sed potius secundum hoc quod rationem vniuersalem & certam habent, causam efficientem & materiam & finem cognoscunt. Cum igitur experientia sic operetur sicut vniuersalis, vt patet ex prædictis, ars autem per rationem & causam, ars magis accedit ad scire & sapere quam experimentum: & sic non alio est ars quam experimentum secundum nobilitatem cognitionis. Adhuc autem omnino vniuersaliter signum est scientis, scitum suum posse doctrinaliter docere per causam & rationem: sic autem potest docere a se, & non experimentum: & ob hoc concipimus, quod ars magis sit scientia quam experimentum, artifices enim possunt ex habitu artis docere prædicto modo, & similiter architectones: hi autem alij qui dicuntur experti & manu artifices siue viales, docere per causam & rationem non possunt. Amplius autem neque secundum sensum dicimus esse sapientiam siue scientiam, cum tamen sensibilibus singularium cognitiones magis sint propriae quam vniuersalium: quia vniuersale non est eis cognitum nisi cum partibus mixtum, sicut diximus in principio physicorum: sed particulare sanatum per se iudicatum secundum causam per quam est res quæ est, de nullo dicitur: non enim nuntiar sensus propter quod ignis est calidus, sed tantum nuntiat, quod calidus est. A simili ergo quod est circa singula, id dicens quia, non propter quod, minus habet

similitudinis ad scientiam & sapientiam, quam id quod est circa actum singularium dicens, etiam & propter quid: & sic expe imentam minus habens est similitudinis cum scientia & sapientia, quam ars, ut patet ex superius inductis rationibus.

## CAPVT X.

De conuenientia & differentia artis ad artem in admiratione qua imitatur sapientiam & ab aliis distinguendam.

In Philo-  
sopho ubi  
supra.

Sicut autem iam diximus conuenientiam & differentiam artis & experimenti, ita nunc ad doctrinæ perfectionem, conuenientiam & differentiam artis ad artem assignemus, ut videamus quæ artium magis sit sapientiæ similis, quæ sapientior à Grecis ab Arabibus aut Philosophis magis sapientialis vocetur, quæ secundum veritatem vocatur sapientia magis similis. Dicamus autem primo in quo omnis ars cum omni conuenit arte. Cum autem sicut ex superioribus probatur, vniuersale sit principium artis & scientiæ, conueniens est, quod ille qui quamcunque artem per inuentionem sensuum, hoc est, sensibilem cognitionem primò accipit, admirando quærat id quod est ultra communem in hominibus sensum, hoc est, sensibilem cognitionem, siue in sensu, siue in memoriis, siue in experimentis acceptam. In omni enim communi hominibus sensibili cognitione vniuersale confusum & mixtum sensibus, secundum sensus notus est, ut in principio de physico audita demonstratum est: & hoc non est principium artis & scientiæ secundum quod sic singularibus permixtum est, sed potius prout est ad rationem simplicem & causam deductum per depurationem: aliter enim in singularibus adhuc confusum obumbratum est ex materia appendicis & variabile secundum esse, & non potest esse perfecta & certæ cognitionis principaliter. Ars autem est cum ratione certa factius habitus, ut dictum est in ethicis. Cum autem sic miretur inueniens quamlibet artem ultra communem in hominibus omnibus pueris & senibus sensibilem cognitionem, non mirabitur solum id quod miratur propter aliquam utilitatem ad vitam necessariam & adminicula pertinentem: quia supra habitum est, quod utilitas magis sit à singularibus in quibus est actus quam ex vniuersali: sed mirabitur sicut miratur sapiens, qui mirando quærit causam primam, in qua stat rei demonstratio & ratio certa, & mirabitur sicut miratur ab aliis distinguens per quid & propter quid dicentem de finitionem, quæ re minus vocatur, & rem cuius est, propriis differentiis ab aliis distinguit. Dico autem, quod non solum habet mirari propter utilitatem inuentorum: quia cum in arte duo sint: est enim factius habitus, & sic est ad utilitatem vite: & sic ex parte illa qua operatur, oportet præmirari utile circa quod & ad quod sicut ad finem operis est opus artis. Sed quia hoc habet commune ars cum experimento, & ex parte illa operatur per formam

consuetudinis per modum naturæ operantis, idcirco hoc non sufficit. Sed ex illa parte qua ars est cum certa ratione causæ, oportet mirari artificem sicut miratur sapiens, & ab aliis distinguens, qui ultra communem omnibus miratur sensibilem cognitionem. Hoc est igitur in quo omnis ars cum arte conuenit omni.

Differentia autem artium est in modo illius admirationis: quoniam cum plures repertæ per inuentiorem sint artes, quædam quidem ad necessaria siue vtilia, vitæ civilis, sicut mechanica vocatur, quæ sunt pannifica, lanificium, militaris, architectura, & huiusmodi: quædam verò sunt ad introductionem seu adminiculum scientiarum, sicut grammatica, logica, rhetorica, poetica, & huiusmodi, arbitrandum est, quod huiusmodi quales dictæ sunt artes, quæ scilicet sunt ultra communem in hominibus sensum, sicut sapiens & sicut distinguens, sunt sapientiores vel magis sapientiales: eo quod magis se exaltando à sensu accedunt ad similitudinem admirationis sapientis & ab aliis distinguentis: & hoc propter illud quod illorum est, hoc est, sapientis & ab alio distinguentis, non sunt ad aliquam utilitatem, eo quod sunt non in singularibus in quibus omnis utilitatis perficitur operatio. Omnis autem admiratio sapientis & distinguentis est causæ demonstrantis quid & propter quid: & hoc consistit in speculatione, non in operatione. Huius autem signum est, quod huiusmodi sapientiæ & distinguentes scientiæ repertæ sunt postea quam omnes artes ad utilitatem existentes & omnes scientiæ adminiculantes ad instructionem iam fuerunt repertæ siue inuentæ: quoniam nisi artes ciuitatem conseruantes, inuentæ fuissent, non fuisset habitum otium & libertas inquirendi, deficientis us necessariis vitæ: & nisi fuissent inuentæ scientiæ adminiculantes ad instructionem, non fuisset habitus modus proprius inquirendi: & idcirco illis non ante repertis inutile fuisset admirantis studium & inquirendi inuestigatio. Huius autem vltimus signum est, quod tales scientiæ non ad utilitatem relatae, nec adminiculum, sed per se propter ipsum scire desiderata, primum repertæ sunt in his locis ubi omnibus ad commodum & adminiculum existentibus primitus studuerunt primi philosophantes: & hoc est circa Ægyptum & in Ægypto, ubi primum subsistere vult artes mathematicæ, doctrinales, demonstratiuæ: ibi namque liberis possessionibus donata sacerdotum libera & curis gens, studere concessa est. Sic ergo differt ars ab arte penes magis & minus accedere ad sapientis & ab aliis distinguentis admirationem. In ethicis autem lib. 6. ubi de intellectualibus virtutibus determinatum, est dictum quæ sit artis & scientiæ differentia, & ibi etiam omnium habituum qui sunt similium generum cum istis, eorum quod intellectuales sunt, determinatum est.

Cuius autem gratia nunc orationem istam introduximus, hoc est, quod cum sapientia sit omnis scientiæ virtus & vltimum posse, oportet eam quæ simpliciter sapientia denominatur, esse circa primas causas & principia. Et hoc quidem omnes opinantur. Artifex autem magis est circa causas quam experimentum tantum habens vel habentes: inter artifices autem architector ma-

Artium  
quædam ad  
utilitatem  
vitæ, quædam ad  
instructionem  
sunt inuen-  
ta.


Cap. 4. & 5.





huiusmodi quædam alia. Secundum autem hanc rationem artifex magis sapientia nomen & rationem participat quam experti: & architectus magis participat ipsum, quam vidualis qui manu artifex vocatur, eod quod manu vitur ad opus apotelesmate quod præparat artifex, sicut miles vitur gladio, qui præparatur à fabro

fertario non considerans in eo nisi speciem & actum: & sic speculatiua scientia magis sapientia nomen participant quam actiua, & præ omnibus circa primas causas erit ipsa quæ per se sapientia vocatur. Manifestum est igitur ex inductis, quod sapientia est circa quædam causas & quædam principia.



# TRACTATUS II.

## DE PROPRIETATIBVS SAPIENTIÆ

istius secundum se.

### CAPVT I.

*Qualiter dicitur sapientia, & per consequens philosophia propter rationes sapientis & sapientia.*



VONTIAM autem in hac nostra intentione quaerimus eam quæ vere sapientia habet nomen, per rationem considerandum est nobis circa quales causas & circa qualia principia sit. Fortassis autem fiet nobis manifestius, si primò comprehendamus descriptiones & opiniones quas ab antiquis Philosophis habemus approbatas: virtutem enim quædam habet communis animi conceptionis, quam qui que probat postquam audierit. Omnes enim ab antiquis in philosophia communiter tradiderunt, quod hunc principem dicimus esse sapientem, qui omnia maxime scit sicut decet, & non habet secundum vnumquodque singularem de ipsis scientiam. Qui enim omnia scit, non potest omnia scire, nisi ex his quæ sunt causa omnium, & non quorundam causarum, & quorundam non: & illæ omnium causa non sunt nisi illæ quæ sunt causa, non quidem entis secundum esse, sed secundum quod ipsum est actus simplex entis per se secundum quod ens: illæ enim solæ sunt cause omnis esse, & non habent alias se priores. Scit autem iste, sicut dicit persuasus, non ab alio, sed propter scire scientia considerans, quod non decet physicum vel metaphysicum qui ea quibus scit, esse & subsistere siue entitatem habere supponit ab isto Philosopho: & hoc quia maxime ascendit ultra communem in hominibus sensibilem cognitionem, non habet scientiam eorum quæ scit secundum vnumquodque sensibile: quia non accipit vniuersale in sensibus mixtum, sicut sentiens & memorans & experiens, sed potius scit quæ scit per primas proprias causas. Hac igitur vna est acceptio sa-

piensis accepta penes medium, per quod scit absolute relatum ad scibile quod scitur per ipsum secundum quod ipsum est per se & non per aliud ante se acceptum faciens scire.

Postea autem secundario & minus propria ratione dicimus hunc esse sapientem, qui cognoscit ea quæ duplici difficultate cognoscuntur: quia sunt & difficilia homini cognoscere, & difficilia noscere secundum seipsa. Quæ enim difficilia sunt homini, sunt à sensu remotissima: & hæc sunt rectè principia ante quæ nihil est penitus: hæc enim ideo difficultè homo cognoscit, quia intellectus hominis cum continuo & tempore cognoscere parus est. Ista autem intellectualia secundum intellectum diuinum sunt, qui quidem solus locus est huiusmodi veritatem purissimam. Et sunt etiam in se cognoscere non leuia & diuino intellectu: cuius probatio est: quia cum sint duo difficultè intelligibilia per se, vnum est difficile intelligi ille ex sui imperfectione, alterum verò ex sui perfectione. Ex sui autem imperfectione non leuia sunt cognoscere quæcunque principiam intelligendi, quod est forma, perfectum non habent, sed potentia valde permixtam, sicut hyle, & motus, & tempus: ex sui autem perfectione non leuia sunt ad dignoscendum, quæ omne principium intelligendi præueniunt, sicut Deus deorum Dionysus, qui non intelligitur nec enarratur nisi per formam sui causati primi, vel secundi, & sic deinceps: & ideo dicit Philosophus, quod non habet nomen, & quod desinitur lingua ab enarratione eius: & talia, prout possunt, in ista declarantur scientia. Hæc igitur est acceptio sapientis, & est data secundum proportionem scibilis sibi proprii ad intellectum humanum qui accipit ipsum.

Adhuc autem hunc dicimus esse sapienterem circa omnem scientiam, qui certior est & doctissimus causarum in hoc quod dicit eas quæ magis sunt causa quam alie: & hæc acceptio sapientis est accepta prius in se quam in agente. Sunt autem certiores causa quæ ex substantiabilibus certificant, & sunt doctissimi causarum, & dicentes eas quæ causarum sunt causa in hoc quod sunt & in hoc quod causa sunt. Parer autem vnum etiam parum scire, quod illa

In proo-  
rio meta-  
phy.

Prima Sa-  
pientis ac-  
ceptio.

quæ



quæ certificant ex his quæ sunt causæ esse secundum quod est esse simplex omnium rerum, magis ex substantialibus certificant quam illæ quæ certificant ex his quæ concepta sunt cum materia mobili vel quantitate: quia illa non sunt de esse secundum quod est esse, sed sunt de modo essendi quodam. Et tunc ille doctissimus est causarum: quia reddit causas quæ magis influunt omnibus, quoniam influunt, aliis nullis influentibus, & nullæ aliarum influunt sine istis: causæ enim esse simplicis sunt substantificantes & causantes esse cuiuscunque esse in quantum est esse, sicut patet in corpore mobili: hoc enim ipsum esse non habet à principiis motus & mutabilitatis, cum suum esse sit secundum naturam ante illa: sed habet ipsum à principiis substantiæ secundum quod sunt principia substantiæ & principia motus suæ esse: & quod principia sunt, habent à principiis ipsius esse: & sic patet qualiter principia esse magis sunt etiam causæ principii alii. Dico autem esse simplex, non esse uniuersale, sed esse cuiuscunque non conceptum cum magnitudine & materia subiecta motui per principia motus. Istius enim esse principia sunt principia à quibus omnia alia principia habent, & quod sunt, & quod sunt principia.

His igitur de sapiente conceptionibus sic suppositis, dicimus illam scientiam esse veram sapientiam, quæ per se est scientia, ita quod sui ipsius ipsa est causa, hoc est, quam gratia sui ipsius querimus scire & volumus, & hoc curus finis propter quam scire volumus, est in ipsamet scientia: sicut enim patet ex iam dictis, non potest esse causa suæ scientiæ ipsamet scientia, sed ab aliqua aliarum aliquid probatum & in esse stabilitum accipiat, sed potius illa à qua accipit hoc, erit sibi causa scientiæ, & tunc non erit vltimum scientiæ & virtus sapientia. Quod tamen iam determinatum est in ethicis. Oportet autem ipsamet ex omnium principii sibi esse causam scientiæ.

Amplius si non gratia sui ipsius volita sit, oportet quod non sit sapientia: quia si demat, quod propter aliud vtile vel ad quod administratur, ipsam esse queritam & volitam, illa propter quam, erit altior & dignior quam ista: igitur ista non erit virtus scientiæ & vltimum, sed potius illa propter quam istam querimus: hoc autem est contra hypotheseim: quoniam ponimus istam esse sapientiam: ergo non erit propter alterum aliquid: sapientiæ enim ratio est, vt in ethicis determinatum est, quod sit virtus scientiæ circa vltimum & maximæ virtutis scibile existens: hoc enim magis habet nomen sapientiæ quam illa scientia quæ quorundamlibet vtilium causa querita & administrantibus ad alia contingentia quæcunque. Sic igitur ista scientia verè & propriè habet nomen sapientiæ.

*Vera sapientia partes.*

*D. Albr. Mag. Metaph.*

CAPVT II.

*Et est per solutionem dubitationum digressio declarans quæ videntur esse contra inducta de diffinitione sapientia.*

**D**ubitabit autem fortasse aliquis, vtrum verum sit sapientiam esse circa omnium principia, & non secundum vnumquodque scientiam habere: tam enim in logicis quam in ethicis probatum est, quod per communissima enuntians, nihil enuntiat certum, & communissimis non sciuntur determinata & in propria natura, nisi in potentia: & hoc est imperfectissimum genus sciendi: & si illa scientia quæ omnium stabilit principia, est imperfectiori modo scita, sequitur quod omnino nihil perfecte sciatur. Amplius si ex tali us certificat, nunquam certificat: quoniam illa non sunt conuertibilia, nec proxima, sed sunt quidem causa sine qua non est res, sed non sunt causa propter quam est res. Amplius si sic se habeat ista scientia, tunc omnium aliarum scientiarum scita continebuntur sub scito huius scientiæ sicut species sub genere: & hoc videtur inconueniens: quia eiusdem est determinare speciem & genus. Et huiusmodi tales dubitationes plurimas obiciunt imperiti, quæ omnia soluere non est difficile, si ea quæ determinata sunt, ad memoriam reuocentur. Omnium enim principia non dicuntur à communitate generis omnium esse, sed ab influentia causalitatis, sicut ostendimus principia esse illius quod actus & effectus est essentia simplicis non concepta cum magnitudine & tempore, dant causam & esse principii entis determinati per quantitatem & motum: & non potest sciri mobile esse secundum hoc quod est esse verum & primum nisi per huiusmodi principia essendi: nec principia mobilis in eo quod mobile principia esse possunt, nisi sint à principiis esse veri & puri in esse stabilita & posita: & hoc est sciendi genus perfectissimum. Patet etiam illa esse essentialia & conuertibiliter cum esse primo & vero accepta, & esse causas quæ quid & propter quid est esse rei determinant. Quia verò vel non determinatum magnitudine & determinatum quantitate vel contrarietate quoddam esse addit esse simplici, quod non continetur sub esse sicut species sub genere, sed se habet ad ipsum ex additione, ideo non omnes alie scientiæ sunt partes huius, sicut species sunt partes generis & quia illius quod addit mobile super esse, principia & causæ sunt propriæ & passionis & partes, ideo speciales scientiæ & determinata requiruntur de illis quæ isti non subalternantur. In subalternis enim ex principii & causis propriis scientiæ subalternantis concluduntur passionis subalternarorum, sicut patet in peripetia & geometria: quia in peripetia quantitas rei visæ probatur per quantitatem anguli conclusi in oculo, trianguli, cuius basis est res visæ: quantitas verò anguli non sciri: cui per principia geometriæ: similiter est in aliis. Sic

*Quæ principia omnium dicuntur.*

autem principia esse veri & puri simplicis non se habent ad passiones corporis mobilis secundum quod mobile, vel ad passiones quanti mensurabilis in eo quod est mensurabile: sed conferunt esse talibus tantum principia esse puri, & stabilita in esse postea causant tales passiones in esse proximis & propriis subiectis. Sic igitur clarum est qualiter sapientia est de primis, quando omnia & præ omnibus & de omnibus certificantibus, & qualiter ipsa non est de ipsis secundum vnumquodque scientiam habens, sed potius secundum vnumquodque de ipsis habet scientiam scientia particularis quæ considerat id quod esse puro additur, aut de ipsis habet secundum vnumquodque scientiam expertus, qui singularium ex memoriis ortam habet de vnoquoque cognitionem.

## CAPVT III.

*Qualiter hæc sapientia sit antiquior & prima, & ordinans & suadens omnes alias.*

**EX** prædictis autem sequitur, quod ista sapientia sit antiquior & prior omni alia scientia quæ famulatur. Famulatur autem illa quæ est quæ sita non propter scire, sed propter opus, sicut vniuersaliter illæ artes quæ mechanicæ vocantur, famulantur. Famulatur etiam illa quæ quaeritur propter hoc quod est modus quidam & admisculans ad aliud, sicut rationales scientiæ ad aliud famulantur. Præter autem dictos modos famulantur illæ quæ non quaeruntur vt fines cognitionis speculatiuæ in quibus sit felicitas vltima: sed potius idem quaeruntur eas, quia in eis inuenimus intellectuæ quasi incorporata, sicut lucem videmus incorporatam coloribus, & quaerimus opus, vt id quod veritatis & luminis puri & intellectus est in ipsis, separando colligamus, & ex hoc in nobis perficiamus theorematum pura & firma, quorum delectatio speculatiuam in nobis complet felicitatem, sicut diuini esse & puri & simplicis sparsa sunt in physicis & mathematicis: & hoc modo alie duæ speculationis partes famulantur sapientie ambæ, & ista est prior & antiquior eis. Et siquidem in via compositionis considerentur principia simplicis esse, constituant & causant esse quod est in aliis consideratum: si autem considerentur in via resolutionis, esse aliorum resoluitur ad esse consideratum in ista: propter quod prior & antiquior sit æternior, vt ita liceat loqui, omnibus aliis esse probatur. Cuius signum est, quod iustum & dignum esse dicimus officium sapientis, quod non ab alio quodam ordinetur, sed ipse ordinet omnia alia. Cum enim omnis ordo secundum potestatem qua vnum est primum & alterum posterius, esse determinetur, illius est ordinare cum est prioris & posterioris habere rationem. Sicut autem ab omnibus, quod in posteriori non est ratio prioris, sed potius prius est ratio posterioris: & ideo sapientis qui omnia priora considerat, omnia est ordinare sequentia sapientia.

Amplius autem sapientis est, quod non sibi persuadatur ab altero, sed potius ab ipso sapiente persuaderi debet minus sapienti. Cum enim omnium stabilitur minus sapientum principia, oportet ipsum persuadere aliis, non sibi ab aliis. Dico autem persuadere veria demonstrare vel docere: quia quædam principia nec demonstrari nec doceri possunt, sed tamen habent quædam persuasiones quas facere habet sapiens, sicut non conuenit simul affirmare & negare de aliquo & huiusmodi.

Cum igitur tales quales dictæ sunt conceptiones, habeamus de sapiente sapientia, & omnia illa quæ in conceptionibus illis dicuntur, maxime necesse est scire eum, qui maxime est sapiens, eod quod ille omnia nouit quæ primis subiecta sunt, oportet quod ipse habeat scientiam vniuersalem quoad subiectum & principia: & sic habet omnium scientiam prout dicit, sicut dicit prima conceptio de sapiente. Hæc eadem ferè difficultia sunt hominibus ad cognoscendum quæ maxime sunt vniuersalia in causis, eod quod sunt remotissima à sensibus. Certissima etiam scientiarum sunt, sicut dicit conceptio tertia de sapiente habita, quæ maxime prima sunt, & illæ sunt quæ sunt de simplicissimo scibili, respectu cuius ex additione se habet consequentia scientia. Nam quæ ex paucioribus sunt, certiores sunt, quam illæ quæ sunt ex additione, sicut arithmetica quæ in demonstrando non egreditur genus discreti, certior est quam geometria quæ in multis passionibus egreditur genus continui immobilis & mensurabilis. Sicut enim in primo posteriorum determinationem inuenire in magnitudinibus, & accidentia demonstranda, nisi magnitudines non solum continuas & immobiles, sed etiam commensurabiles & incommunicantes; sicut patet in 10. libro Theorematum Euclidis. Quantitas autem quæ commensuratur, aliter secundum duarum quantitatum communicantium proportio alterius ad alterum est tanquam proportio numeri ad numerum: & ideo in talibus passionibus magnitudinum demonstrandis se habet per additionem geometria & arithmetica: quia tales passiones demonstrantur de magnitudine diuisa vel signata per partes diuidentes eam in aliquotas. Cum igitur numerum cognoscamus diuisione continui, tales passiones numeri concepti sunt cum continui partibus, & sic continuum ex additione se habet ad discretum. Etenim eodem modo se habent principia esse mobilis vt est mobile ad principia esse puri & simplicis. Ex paucioribus igitur est sapientia omnium alia particulari scientia, sicut ex paucioribus est arithmetica quam geometria. Ex paucioribus autem dico idem quod ex simplicioribus esse. Quæ autem ex paucioribus sunt, certiores sunt, eo modo certitudinis quo alia certificant non certificata ab eis. Ista igitur quæ simpliciter præ omnibus ex paucissimis est, nulli aliquid addentibus, est certissima simpliciter, & prima, & sui indigentia est in demonstrationibus omnium, & nulla indiget omnino. Sicut enim se habent illæ quæ non sunt ex additione ad eas quæ ex additione sunt: sicut enim quædam

quædam magnitudines sunt quidam numeri, & numeri illi concipiunt magnitudines illas esse corporis mobilis, an eo quod mobile est quoddam esse de principiis substantiæ fluens & creatum, & illud esse substantiæ est conceptum cum motu & materia. Est igitur ista sapientia sic prima omnium, & ideo vocata philosophia prima. Quare autem doceatur post omnes, posterius determinabitur.

## CAPVT IV.

*Qualiter prima philosophia est maxime doctrinalis & maxime desiderata.*

In Philosopho ubi supra.

**ES**t autem ista prima philosophia etiam doctrinalis maxime inter doctrinales. Sicut enim ex superius habitis constat, hi docent qui causas proprias essentielles de singulis dicunt. Cum igitur noscere siue intelligere & scire sit maxime propter causas intelligere, & scire maxime erit scientia illius quæ est sciti illius quod est maxime scibile: hoc autem, sicut ex physicis constat, est eius quæ primas priorum causas assignat. Hoc autem probatur ex hoc quod quicunque scire non propter aliud scire, sed propter idem ipsam scire quod quaerit, desiderat, maxime desiderabit scire illam scientiam quæ maxime est scientia, ex hoc quod plene satisfaciunt desiderio scientis in hoc quod prima do. et, vltra quæ non remanet aliquid inquirendum: talis autem ista quæ, sicut probatum est, eius rei est quæ maxime scibilis est quantum ad modum vel medium sciendi quod est causa prima & principium, nulli aliquid addens, sed simplex: principia enim & causæ sunt maxime scibilia quoad medium per quod fit demonstratio: quia ex his alia dignoscuntur. Ista autem non dignoscuntur demonstrata per sequentia quæ subiecta sunt, sicut causata per ea: licet ergo per modum abstractionis sint remotissima à sensibus, & ideo difficulter scibilia, homini autem sunt in hoc præ omnibus scire facientia, quia certificant per prima: sicut enim diffinitiones dicentes quid, necesse est resolui vsque ad genus primum, quia aliter non satis notificant diffinitum: ita oportet resolui causam quæ medium demonstrationis est vsque ad primam causam quæ non priorem se habet quam certificet, sed certificat per seipsam: quia sic prima demonstrationes erunt ex primis & veris, & consequentes demonstrationes erunt ex his quæ per primam & veram acceperunt fidem. Deuenire autem in primam causam contingit dupliciter, in genere scilicet & extra genus in genere quidem, sicut in passionibus discreti vel continui veniunt ad primam causam dicentem quid est passio, & propter quid inest subiecto: extra genus, sicut quando fit demonstratio de genere in genus, sicut in his quæ superius dicta sunt, quando vnum genus subiectum ex additione se habet ad aliud genus subiectum, sicut quædam magnitudines se habent ad numerum: & hoc modo ista scientia licet alterius generis quibus subiecti dat primas causas & maxime docentes,

Deuenire in primam causam contingit dupliciter.

D. Albr. Mag. Metaph.

Quicunque autem desiderat scire propter idem ipsum scire, cum scire non contingat nisi per causam, magis scire magis desiderabit, & maxime scire maxime desiderabit: sed magis scire est per magis doctrinales causas, & maxime scire est per maxime doctrinales: maxime autem doctrinalis est ista: ergo istam scientiam maxime desiderabit. Sic ergo duæ conclusiones habentur in hoc capitulo. Vna quidem, quod principalis & prima philosophia maxime est doctrinalis. Altera autem quæ est correlatum istius, per hoc quod est maxime doctrinalis maxime est desiderata scire: & per hoc vltimus patet quod in antehabitis diximus, quod cum omnes homines natura scire desiderant, desiderium sciendi, sicut in fine non stat nisi in scientia ista, nec in tota scientia stabit æqualiter ad omnia quæ sita in ea, sed stabit & omnino quietet ad certis & vniuersitatis principium & causam primam quæ est intellectus diuinus ex se producens vniuersum, cuius totum bonum est in ipso, sicut totum bonum victoriæ est in duce exercitus. Hæc autem sequentia magis clare demonstrabuntur in libro vndecimo.

## CAPVT V.

*Qualiter ista scientia per hoc quod est de eo quod vere bonum est, principalis est & est princeps scientiarum.*

**ED**em autem delectationis modo determinatur, quod ista scientia principalis est & princeps scientiarum: quæcumque enim scientiarum practicarum non ignotat cuius causa agenda sunt singula, non in vno, sed in omnibus agendis, illa maxime principalis est & magis principalis, scilicet quæ subleuat ad illud: & hoc quidem iam in primo ethicorum nostrorum ostensum est à nobis. Est enim hoc videtur ethicorum in quibusdam & in omnibus: in quibusdam quidem, sicut in equestri, gladiatoria, & manufactrice, & militari. Militaris enim non ignotat quod est cuius causa agenda sunt singula in his artibus & quæ cognatae sunt illis. Equestris enim quæ docet curere equos, & preparare ad cursum, & omnem equi motum, respectum habet ad bonum militaris: quoniam illi preparatur equus: cuius signum est milites equites ab equo esse denotatos. Ad idem autem bonum respicit factrix armorum & gladiatoria & manufactura & manufactrix artes, & sunt omnes illæ militari ancillantes & subseruientes illæ artes & militaris quæ bonum cognoscit & finem omnium istarum, ordinat istas, & est princeps omnium istarum. In quibus autem agendis apparet hoc verum esse in ciuili, quæ quia humanum bonum publicum non priuatum considerat, omnes ordinat ad bonum humanum subseruientes, sicut militarem, prætoriam, senatoriam, præfecturam, religionis culticam, mercatoriam, & orates his cognatas, & ideo om-

B 3 niam



num prædictarum princeps est & ordinat eas: sicut enim iam dudum in ante habitis diximus, illius est ordinare, cuius est cognoscere rationes & causas ordinis: bonum autem humanum publicum est causa & ratio ordinis in his omnibus: & ideo civilis in omnibus his ordinat. Si igitur principalior est, quæ considerat vniuersumque bonum, principalissima erit & princeps omnium aliarum quæ considerat id quod est omnium in omni re civili. Bonum autem omnium rei est, quod in omni & tota natura rerum est bonum, secundum quod diximus in 3. phy. quod natura est causa ordinis in omnibus: bonum autem quod omni nature est bonum, est participatio diuini intellectus secundum quod ipse est efficiens & forma & finis vniuersaliter entis siue vniuersitatis. Ad hoc enim est omne quod est, & propter illud agit omne quod agit, & ipsum est causa ordinis secundum omnem gradum omnis entis: quia vicinior illi esse est ipsum nobilior, & per plura participare: & semotum esse ab ipso, est ipsum minus nobile, & per pauciora participare: & sic per modum participationis vnumquodque disponitur in gradu vniuersitatis, & per hoc est causa ordinis vniuersi, & vniuersumque nature malum nihil aliud est, nisi infirmari & corumpi in modis commensurationibus siue proportionibus & habitudinibus participandi bonum illud secundum gradum vniuersumque nature debitum: perfici vero in bono illo est vigorari, & secundum totum esse commensurari proportionabiliter sibi secundum naturam & habitudine optima participare illud secundum analogiam vniuersi gradui entis delectam. Hoc igitur bonum est in prima causa, sicut victoria totius exercitus est in duce exercitus. In exercitu autem quidam secundum partem participant victoria bonum, vt sementes equos & coquinantes militem. Quidam autem plus, vt amantes militem. Alij vero propinqui, sicut pugnant milites. Alij eminenter participant, vt vexilliferi. Totum autem ipse dux ordinans & continens exercitum totum. Hoc autem, sicut diximus, subest in sequentibus huius scientie declarabitur. Sufficit enim quod nunc dictum est ad propositi ostensionem, quod scilicet ex omnibus quæ nunc dicta sunt, in eandem istam scientiam cadit nomen quod questum est hic, & hoc est, quod sit philosophia prima maxime doctrinalis & scientiarum princeps. Ex inductis enim patet, quod oportet istam scientiam esse theoreticam siue contemplationem esse omnium principiorum & primarum causarum non vniuersumque secundum vnumquodque, sed vniuersaliter omnium ipsa erit speculatio in causa finalis omnium: & hoc est bonum in omnium natura: bonum enim hoc esse quod est cuius causa est omne quod est, vna est causarum, & principalis scientia considerat illam: & propter illud dignum est causam esse principalem & principium omnium scientiarum.

8. phy. text com. 15.

CAPVT VI.

In quo ostenditur, quod ista scientia non est actiua, sed contemplatiua.

Quod vero ista scientia non sit practica siue actiua, palam ex hoc quod ad philosophandum mouit eos qui primo philosophati sunt. Nam omnes homines qui nunc in nostro tempore & primum ante nostra tempora philosophati sunt, non sunt moti ad philosophandum nisi admiratione. Admirationem autem vocamus agoniam & suspensionem cordis in stuporem prodigij magni in sensum apparentis, ita quod cor systolem patitur. Propter quod etiam admiratio aliquid simile habet timori in motu cordis, qui est ex suspensione. Huius igitur motus admirationis in agonia & systole cordis est ex suspensione desiderij ad cognoscendam causam entis quod apparet prodigij: & ideo à principio cum adhuc rudes philosophari inceperunt, mirantes erant quædam dubitabilem quæ paratiora erant ad soluendum, sicut Pythagorici de numerorum passionibus, & de pari & impari, & perfecto & abundanti & diminuto numero: deinde paulatim procedentes in eruditione, & melius proficientes, etiam de maioribus dubitantes erant, quorum causa non erat adeo parata, sicut de passionibus lunæ secundum mansiones, accessiones, & eclipses, & de his quæ sunt circa solem & astra, sicut quod sol declinat ad vtramque partem æquinoctialis, quod quartus circuli signorum transit temporibus inæqualibus, quia eclipsatur, quod æquat tempus generationis & corruptionis terræ nascensium, & huiusmodi, & quod astra mouentur à locis suis & non à figura imaginum, quod motum proprium habent super polos circuli signorum, & motum diurnum super polos mundi, & huiusmodi, quæ ignorans scientiam astrorum admiratur. Similiter autem proficientes in physicis plus & plus admirari cœperunt de generatione vniuersi, quærentes vtrum mundus esset factus vel non? Qui autem dabitur & admiratur, ignorans videtur: est enim admiratio motus ignorantis procedentis ad inquirendum, vt sciat causam eius de quo miratur: cuius signum est: quia ipse Philomithes secundum hunc modum Philosophus est: quia fabula sua construitur ab ipso ex mirandis. Dico autem Philomiton poetam amantem fingere fabulas. Miron enim, prima producta, fabulam sonat, & Philomiton sonat amatorem fabularum si penultima producatur: sicut enim in ea parte logica quæ poetica est, ostendit Aristoteles poeta fingit fabulam, vt excitet ad admirandum, & quod admiratio vltimè excitet ad inquirendum: & sic constat philosophia, sicut est de Phætoate, & sicut de Deucalione monstrat Plato: in qua fabula non intenditur nisi excitatio ad mirandum causas duorum diluitorum aque & ignis ex orbitatione stellarum erraticarum prouenientiam, vt per admirationem causa queratur, & sciatur veritas: & ideo poetis modum dat philosophandi sicut alie scientie

In Philosopho ubi supra.

quid est admiratio.

Ad quid poeta fingit fabulam.

ria logices: sed alie scientie vel partes logices modum dant probandi propositum à ratione vel argumentatione perfecta vel imperfecta: poetis autem non, sed modum dat admirandi per quem excitatur inquirens: licet ergo quoad mensuram metri poetria sit sub grammatica, tamen quoad intentionem logicam est poetis quædam pars. Omissis autem his rede mus ad propositum dicentes, quod admirans ignorans suspenditur ad causam propter quam sciat quod miratur. Igitur iste non philosophatur vt aliquid agit vtilium, sed tantum vt fugiat ignorantiam: non autem fugit ignorantiam nisi per scire: ergo non philosophatur nisi propter scire. Finis autem omnis speculationis est scire & veritas: & praxis omnis finis est opus: ergo scientie sunt speculatiue: hi ergo profecti sunt scientiam propter notitiam simpliciter, non causa alicuius utilitatis. Testatur autem hoc etiam id quod accidit philosophantibus: sicut enim iam in præhabitis diximus, ferè omnibus quæ ad utilitatem & necessitatem sunt vitæ & ad pigritiam siue voluptatem superfluum quæ repletione pigros facit, & similiter cunctis iam inuentis quæ sunt adminiculum eruditionis, tunc primum à curis libero animo, & ad modum querendi erudito, incepit inquiri huiusmodi prudentia siue notitia quæ ex admiratione prodigiorum exorta est. Palam igitur est, quia non queritur propter aliquam aliam necessitatem vel utilitatem, nisi propter scire simpliciter. Cum igitur scire maxime queratur secundum istam scientiam, ista scientia magis inter omnes est speculatiua.

Nota quomodo poetria sub grammatica est & sub logica diuisis repositibus.

CAPVT VII.

Quod hæc sola sapientia sit libera omnino, & quot modis dicitur scientia liberalis.

Ista scientia sola est libera inter scientias: & huius ratio est: quia sicut dicitur homo liber, qui sui ipsius causa est & non causa alterius, ita scientia dicitur libera, quæ nullius alterius utilitatis vel scientie causa est: & hoc ex præcedentibus manifestum est soli isti conuenire scientie. Dicuntur quidem alie scientie liberales & quædam exercitia liberalia: sed aliud est esse scientiam omnino liberam, & aliud est esse scientiam liberalem: quia liberam esse scientiam, est nulli in principiis, vel in demonstratione esse obnoxiam, & in fine sui ipsius esse causam, ita quod finis querendi causa & sciendi gratia sit in ipsa scientia. Illa enim stat in seipsa, non indigens aliqua aliam, & ideo nulli ancillatur: & hoc modo geometria est ancilla in quibusdam demonstrationibus arithmetice: & omnis scientia ex additione se habeat ad istam, omnis scientia ancillatur illi: & ista libera existens in se, omnibus aliis libertatem quandam in hoc quod eis certitudinem in his supponunt, administrat: per hoc enim libera facit ab obligatione qua sibi non sus-

sciunt. Libera autem est, quæ non quidem est libera, sed libertatis habet quædam modum. Sciendum igitur, quod modus iste libertatis, meo quidem iudicio potissimus est sumendus ex parte scibilis & medij per quod scitur: & quia totum physicum negotium motui subiacet & mutationi, propter quod non perfecte scitur quod est de naturis, sed error magnus est in physicis, & diuersæ diuersorum opiniones, ideo scientia physica non est libera, sed obnoxia est potius forma physice varietati: & ideo non est liberè principium sciendi. Similiter autem in diuinis quæ, vt diximus, omnem præueniunt intellectum, forma non liberè creat scientiam: & ideo nec physica, nec prima philosophia scientie dicuntur liberales, sed potius scientie mathematicæ formas stantes habentes quæ principium libertatis sunt sciendi in ipsis & non præueniunt: hoc modo enim liberales dicitur, quæ non alterius utilitatis causa queritur, & liberè scire facit scientem scientia dubitationi non obnoxia: & hoc modo sunt liberales illæ quæ dicuntur esse de quadriuo, scilicet, arithmetica, musica, geometria, & astrologia. Hoc etiam libertatis modo liberales dicuntur illæ quæ sunt adminiculantes: quia illæ sunt de intentione rerum quæ non subiacent varietati & proportionantur intellectui propter hoc quod liberè scitur quod queritur in ipsis, & non est error in eis, nec varietas opinantium: quia opinionum diuersitas accidit ex errore: & sic sunt tres in communi quæ vocantur triuim, grammatica scilicet, logica, & rhetorica, quæ tamen illum modum libertatis non habent, quæ secundum finem accipiunt, eo quod istæ propter alias inquirentur.

Ex prædictis autem superius accipitur etiam, quod istæ liberae sunt, eo quod ab omnibus liberè sunt inquisitæ: curis enim necessitatum animus occupatus philosophari non potest: sed potest animus liber & à curis euacuatus: & secundum hunc modum logica scientia quadriuales & diuina & physica generaliter & liberae dicuntur vel liberales. Quod autem quidam dicunt, omnes illas esse liberales: quia à libero subiecto quod est intellectus ad libertatem subiectum transferuntur, nullam habent rationem: quia sic artes mechanicæ per doctrinam à Doctore acceptæ erunt liberales. Exercitia autem liberalia sunt, quæ non utilitatis alicuius operari queruntur gratia, sed exercentur propter seipsa, sicut vigella, tripudium, & symphonia, & huiusmodi quidem in liberalibus & liberale opponitur mechanicæ in qua operari utilitas adulteratur scire: quia scire in talibus non propter scire inquiritur, sed propter operationem vel operatum: propter quod practicum est illud scire quo non scimus rei naturam, sed scimus operari, sicut mobile, vel adificare, vel vigellare: liberum autem in scientia diuina ferè opponitur: quia omnes alie ciuilitate ad diuinam scientiam respiciunt, ipsa autem diuina ad nullam. Sic igitur libera prima vocatur & est sapientia.

Quæ sunt quæ diuinae discipline.

Quæ sunt liberales.



## CAPVT VIII.

*Quod ista scientia est diuina & diuina  
possessio, & non humana neque  
humana possessio.*

In Philo-  
sopho ubi  
supra.  
Adulter  
citer homo  
num nati-  
ua scia  
est.

Adem autem de causa iuste putatur, quod  
possessio huius scientiæ non est humana,  
sed diuina: humana enim natura multis in lo-  
cis ministra & ancilla est & secundum multa  
quæ sunt in ipsa: propter quod quidam sacer-  
dotum Arabiæ dixisse fertur: Vt vobis homi-  
nes qui computati estis bestiarum in nume-  
rum, & laboratis seruitute reciproca, vt ex vo-  
bis nascatur liber. Nullus enim in hominibus  
liber est, sed omnes laborant ad commodum, ei  
quod in ipsis diuinum est, non intendentes. Est  
autem maximè ancilla natura humana secun-  
dum acceptionem scientiæ, sicut patet ex di-  
ctis: & quia ea quæ principia sunt scientiæ,  
vniuersale & ratio rei scitæ mixta & sparsa col-  
ligit abstractendo & separando mixtum & con-  
futum conferendo & colligendo quod in mul-  
tis sparsum est, idem etiam instrumenta sciendi  
habent decurrentia ex quibusdam in quædam sic-  
ur est syllogismus & vniuersaliter omnis ar-  
gumentatio: propter quod à Dionysio scientia  
hominis discursiua vocatur disciplina: cum in-  
quisitione enim acquiritur & incipit ab admi-  
ratione, sicut patet ex præinductis. Vnde etiam  
est, quod scientiam simplicium colligit ex om-  
nibus quæ ex additione se habent ad simplicia,  
eod quod in illis simplicia sparsa sunt & confusa.  
Vmbrosus enim & continuo & temporis con-  
iunctus est hominis intellectus. Propter quod  
possessio istius, quam nunc inquirimus, scien-  
tiæ non est humana: simplicia enim semper &  
vbique existentia ad intelligentiam simplicem  
proprie fortiantur locum, eo modo quo intel-  
lectus locus dicitur specierum: talis autem in-  
telligendo non est hominis intellectus. Est au-  
tem non omnino simplex etiam intellectus hu-  
manus per alium modum: quoniam enim non  
est causa rerum, sed potius causatur à rebus;  
non perficitur, neque finitur ad res accipiendo  
rerum causas & principia à materialibus: ergo  
incipiens necesse est, quod sit plus aliis mate-  
rialis intellectibus: propter quod simplicissimus  
non omnino proportionalis est secundum quod  
est in nobis & vocatur humanus: & quando  
simplicium & diuinorum aliquid percipit, rectè  
putatur non hoc ex hoc quod est humanus per-  
cipere, sed ex hoc quod participat aliquid diui-  
num. Simplicissimum igitur scientia est non  
humana possessio per naturam, sed id quod de  
ea habetur, lucrum potius est quam possessio  
habita ad nutum. Trismegistus enim Hermes  
dicit possessionem esse id in quo per naturam  
sedet possidens, quieto iure vtens. Ipse hoc mo-  
do sedet in cognitione sensibilium non diui-  
nissimum: sed intellectus simplex causa re-  
rum per suam scientiam existens, proprie est di-  
uinissimum simplicium. In nulla enim parte  
ancillans diuina natura cognitionem à postero-  
ribus non accipit, sed ex fonte & cardine cap-

farum quæ ipsamet est, omnium rerum præha-  
bet intellectus simpliciter, composita tempo-  
ralia intemporaliter, materialia immaterialiter:  
intelligens: quod proprium est huius scientiæ:  
ideo diuina non humana proprie possessio est  
istius.

Propter quod dicit Simonides poeta, quod  
solus quidem Deus in sciendo habet honorem.  
Sed sicut non est huius scientiæ possessio homi-  
nis, sic non est dignum omnem virum non in-  
quire huiusmodi scientiam: quia omnino se-  
cundum seipsum & propter seipsum est scientia:  
& ideo non possessio sed inquisitiua à viro ac-  
cipitur. Dico autem virum: quoniam muliebris  
animi est ad sensibilia resolutus propter frigidum  
motum animalis spirituum sistens, & humidum  
viscosum malis spiritibus inobedientes admini-  
strans: virilis autem per calidum bene mouens,  
& humidum subtile bene mobile ad simplicia  
atrolli & æterna: quoniam talium à sensibus  
alienarum multum & remoto intellectu vix ali-  
quatenus percipitur intentio: hæc enim de  
causa dixit Simonides & ceteri eius collegæ  
poetæ, quod principium diuinum inuidit ho-  
mini hæc scientiam: & ideo intellectum homi-  
nis reflectit ad continuum & tempus, vt  
semper imaginabilibus & sensibilibus detentus,  
nunquam assurgat ad simplicium intellectum.

Sed inconueniens est dictum poetarum si  
non secundum fabulam dictum accipiatur: quia  
si aliquid extra fabulam dicere intendunt, quod  
scilicet principium diuinum inuidia subiacet,  
maximè iniustum est: ex hoc sequitur, quod  
nunquam perfecti & oprimi sed imperfecti &  
informati sunt dii omnes: quia inuidia non est  
passio nisi eius cuius potest perfici aliud  
alterius bonum, vel excelli ab ipso, & per hoc  
effici minus gloriosum. Et ideo dicit Plato,  
quod inuidia ab optimo longè relegata est, &  
impotentia ab omnipotente: & ideo diuinum  
inuidum esse non contingit. Et hoc etiam po-  
etæ intendunt, sed secundum integumenta p. o-  
uerbiorum & fabularum multa fingunt metro-  
cantantes mendacia. Intendunt enim per inui-  
diam deorum, in altissimo & summe desidera-  
bili locare hæc scientiam, & ita desiderium  
hominis ad ipsam excitare: quia natum est de-  
siderium hominis altiora magis appetere: pro-  
pter quod dicunt deos hæc inuidisse scientiam,  
ne in altissima sapientia homo diis parificaretur:  
& sic minueretur honor diuinus: propter  
quod etiam referunt Apollinem Hippocratem  
Choum percussisse fulmine, ne sibi in futuro-  
rum prognosticatione parificaretur.

## CAPVT IX.

*Quod ista sapientia sola dupliciter  
est honorabilissima.*

Per eadem etiam quæ dicta sunt, probatur  
hanc ipsam scientiam honorabilissimam esse.  
Si enim honor præmium est virtutis, vt in pri-  
mo ethi. determinatum est, consequens est di-  
gnissimam omnium virtutum, honore esse  
dignissimam: hæc autem est quæ maximè est  
diuina.

diuina. Nec dubium est sapientiam esse virtu-  
tem maximè diuinam ei qui aduertit secundum  
eam & secundum eius actum esse felicitatem  
contemplatiuam. Sapientia igitur sola honora-  
bilissima est: eo quod sola maximè diuina est  
dupliciter: illa enim de numero scientiarum  
maximè diuina est, quam maximè habet Deus:  
Deus autem, vt ex antecedenti capitulo con-  
stat, hæc habet solus & simpliciter. Et si dica-  
tur homo habere eam, habet eam non simpli-  
citer, sed inquisitiuè & discursiue, & secun-  
dum hunc modum sic scilicet huiusmodi habet,  
ita quod modo simplicitatis habet eam solus,  
quomodus est possessio. Quoad scitum autem  
in ea habet eam maximè. Si qua autem scientia  
humanarum sit scilicet huiusmodi diuinorum, ea  
tamen scientia quæ Dei est, hæc vtraque habet.  
Deus enim omnibus videtur esse aliqua causa  
aut quoddam entis vniuersi principium:  
per hoc autem idem principium quod ipse est,  
habere scientiam entis aut solius Dei est, aut  
maximè suum est: quia sui ipsius contempla-  
tionem omnia scire simpliciter & intemporaliter  
& immaterialiter, præhabendo scita secun-  
dum species secundum quod sunt intellectus  
species specierum est, solius Dei est: scita autem  
ipsa nosse non est solius Dei, sed maximè suum.  
Sic igitur dupliciter sapientia existente diuina,  
tunc propter modum, tunc propter scita, propter  
vtriusque horum est honorabilissima. Licet igitur  
alix quædam sunt magis necessarie ad vitæ  
regimen, sicut præcipue sunt architectonica &  
civilis & medicina: nulla tamen inter omnes  
dignior est quam ista: sicut enim ex antehabitis  
patet illæ quæ sunt operatrices apotelesmarum,  
quibus vitæ humana conseruatur communica-  
tio, sunt maximè necessarie: quia sine illis aut  
vitæ hominis non est, aut omnino mala & la-  
boriosa est; & ideo sapientia intendere non po-  
test: propter quod etiam in 3. topicorum dicit  
Aristo, quod tempore necessitatis magis est eli-  
gendum ditati quam philosophari: quia tem-  
pore necessitatis parum proficit philosophari,  
magis occupato animo circa procuracionem ne-  
cessariorum, & ideo minus dedito inquisitioni  
mirabilium quæ inquiruntur maximè sapientia: hæc  
enim etiam est causa, quod ferè totus mundus  
scientiæ vtilium deditus est: eo quod omnes  
lucris, & pauci intendunt his quæ sunt per se  
causa sciendi. Quæ tamen sola humana sunt  
secundum quod homo tantum causatus est in-  
tellectus, sicut in ethi. determinatum est. Pro-  
pter hoc etiam dicit Auendreth ferè omnes ho-  
mines, exceptis paucis honorandis viris, esse  
computandos in numerum bestiarum. Ex his igitur  
clarum est hæc sapientiam esse digniorem.

## CAPVT X.

*De ordine doctrina sapientia huius, &  
qualiter per contrarium inchoat  
omnem admirationem.*

Portet vero huius sapientia ordinem de-  
terminare: quia igitur ista sapientia ma-  
ximè doctrinalis est docens per causam, oportet  
etiam incipere à causis, & sic continuatur ordo  
ipsius ad ordinem contrarium, quæstionum à  
quibus incipit inquisitio eius. Diximus autem  
iam in præhabitis, quod incipitur inquisitio ip-  
sus ab admiratione omnium quæ inquiruntur,  
sicut causa & principia vniuersi entis: talis  
enim admiratio omnium est causa inquisitionis  
in scientia ista. Quæritur enim ab incipientibus  
in hac scientia, si ita se habet esse rei per cau-  
sam, quemadmodum se habent automata, hoc  
est, per se effectus existentes, & non per acci-  
dens alicuius causæ: & hæc quæstio quæritur  
ab his qui nondum speculantur causam nisi  
confuse & in vniuersali. Sciunt enim huius-  
modi automata aliquas per se causas habere:  
sed nesciunt quæ sit determinatè causa dicens  
quid & propter quid huiusmodi automata, sicut  
patet in his qui inquirunt causas passionum  
quæ sunt ex sole & motu suo in circulo dese-  
rente sub circulo declini, quæ sunt vocata solis  
conuersiones ad signa tropica & æquinoctialia:  
& sicut in mathematicis sit in his qui querunt,  
quare diameter quadrati non commensuratur.  
Omnes enim huiusmodi effectuum & passio-  
num causam ignorant, ab effectibus sine pas-  
sionibus inchoant inquisitionem, inquirendo  
tendentes ad causam. Omnibus enim huius-  
modi causas ignorantibus mirum videtur, si in  
genere continuo aliquid non minorum ac-  
ceptum, non comensuratur alij non minimo  
finito. Dico autem non minimum quod non in  
puncto est diuisum: minimum enim in quan-  
titate non est accipere: & quicquid accipitur  
non vt minimum accipitur, & ideo accipi vide-  
tur vt aliquoties sumptum reddat totum, &  
ideo à numero aliquo videtur esse denomina-  
tum, sicut dimidium, vel tertium, vel quartum,  
& sic deinceps. Cum igitur omne quod mensu-  
ratur alij, secundum numerum aliquem com-  
mensuratur ei, & partes tam diametri quam la-  
teris quadrati sint non minime, sed aliquoties  
secundum numeri denominationem acceptæ,  
valde videtur mirabile ei qui causam nescit,  
quod diameter non commensuratur. Ostendi-  
mus enim in 3. physiorum, quod quantitas  
continua si secundum aliquora diuidatur, stabit  
in aliquo numero diuiso, & non diuiditur ad  
infinita. Si autem secundum minima diuidatur,  
cum non contingat diuidi in puncta, nunquam  
stabit diuiso. Sicut igitur diximus, stantibus  
diuisionibus diametri & lateris quadrati in nu-  
mero, cuius partes mensurant totum, videtur  
mirum si non commensuratur in aliqua propor-  
tione numeri. Inchoat igitur in omnibus his  
quod ab admiratione affectus. Sed oportet do-  
ctrinam dignius in contrarium modum profici-  
cere, vt inchoet à causa, & deueniens sit ad  
effectum, iuxta prouerbum, quod etiam in mo-  
tibus est, vbi passio non ordinatur nisi per co-  
natum in contrarium passionis, sicut faciunt  
qui tortuosa lignorum dirigunt. Illi enim per  
oppositum diuisi lateris incuruant formam  
conuexi, curuantes super formam concaui, &  
è conuerso, vt quod superficies conuexa efficiat-  
tur concaua, & concaua efficiatur conuexa: &  
tunc redit ad suam rectam: ita ergo oportet  
facere & hic, quoniam admirans admiratur cau-  
sam, & non satisfacit admiranti nisi per eam  
quæ



qui docet causam. Docens autem causam non miratur, quia scit causam. Signum enim scientis, ut diximus, est posse docere. Quando igitur discunt qui mirantur à docentibus, oportet doctrinam à contratio eius secundum ordinem inchoare à quo inchoat admiratio: unde enim geometricus sciens causam, non mirabitur si diametrum non fiat commenturabile lateri quadrati: scit enim omnia quæ commenturantur, secundum aliquem numerum parum commenturari: diametrum autem lateri neque communicari in numero pari, neque in numero impari: quia si detur, quod communicant in numero pari, sequitur quod par numerus sit impar: & si detur, quod communicant in numero impari, sequetur è conuersione, quod numerus impar sit par: hoc autem à nobis iam in geometricis est demonstratum. Ea autem quæ dicta sunt, ad hoc sunt inducta, ut sciamus viam doctrinæ per contrarium inchoare viâ inquisitionis: quoniam via in inquisitione inchoat ab effectu & admiratione ignorantis causam. Via autem doctrinæ inchoat à causâ assignatione, nihil mirantis, èd quod ipse scit automatam & prodigiorum causas.

Amplius sicut patet ex præhabitis aliæ scientiæ speculatiuæ ex additione se habent ad istas, & ideo demonstrationes earum in istam exaltantur & per istam fundantur: lumen ergo intelligibile huius sapientiæ colligit in omnibus aliis particularibus entibus quæ sunt in intellectu qui continuo & tempore coniungitur, & ipsi naturalius proportionantur. Paulatim igitur ac magis accipit luminis ex resolutione intelligibilem physicorum & mathematicorum ad diuina: & ideo quoad nos etiam inchoat hæc scientia à physicis & mathematicis, & determinatur ad speculationes diuinorum: propter quod ultimo docetur, & Philosophi aliis scientiis manufacti in ista terminant ro. am vitam. Modo autem postquam inducti & eruditi sumus ex aliis, per contrarium modum inchoamus fumentes ex ordine doctrinæ ab ultimo genere causarum & principiorum. Quæ igitur sit natura huius scientiæ quam querimus, dictum est: & etiam cum hoc determinatum, quæ sit intentio in qua oportet habere questionem de eo quod scire desideramus, & in qua oportet habere totam istam methodum.

CAPVT XII

Est est digressio declarans quatuor de quibus est hæc sapientia, & in quo conuenit cum topica & sophisticis, & in quo differt ab ipsis.

Ubitabit autem fortassis aliquis, quoniam si ipsa sapientia est de esse quod simpliciter, & ad quod ex additione est se habens esse menturabile, vel numerabile vel esse physicum, vel esse mobile, & omne vniuersaliter esse determinatum, videbitur hæc scientia non posse inquirere de principiis illius esse: nulla enim scientia omnia inquirat de sui subiecti

principiis: & sic videtur, quod nec de causis esse sit, nec de principiis entis ista scientia. Sed hoc, ut videtur, soluitur citius si ea quæ dicta sunt, ad mentem subtiliter reuocemus: sicut enim Boetius in hebdomadibus verissime dicit, Omne quod est, ab alio habet esse, & ab alio habet quod hoc est: quoniam à simplici conceptu entis & essentia: habet esse: èd quod esse nihil aliud est nisi actus entis vel essentia: quod autem id quod est, hoc est quod est, habet ex eo quod ex additione se habet ad ens & determinat ipsum & ponit in numerum. Principium igitur & causa cum non simplex dicant esse, sed quod hoc est, quod distinctum habet esse, palam quod sunt entis & esse consequentia. Hoc autem adhuc manifestum est ex hoc quod diuidentia sunt ens & causa & principium: non enim omne quod est scitum, principium habet, quia sic ipsius principij esset principium, & non flaret illud vsque in infinitum: sed omne quod est scitum, oportet quod habeat causas & principia, quoniam intelligere & scire circa omnes scientias conuenit ex principiis & causis accipris vsque ad elementa rerum quæ sciuntur. At tamen quamuis causa & principium sint consequentia ens, non tamen hoc quod causæ sunt & principia, habent ex hoc ente mensurabili vel mobili quod est mathematicum vel physicum, sed sunt ante hoc per intellectum. Et ideo neque mathesis neque physica habet loqui de eis, neque stabilire ea, secundum quod huiusmodi sunt. Licet ergo tam mathesis quam physica determinent de causis & principiis propriis sibi, non tamen determinare habent de causa secundum quod causa est, vel de principio secundum quod est principium: sed relinquunt hoc primæ philosophiæ determinandum.


Sequitur igitur ex his, quod hæc scientia est de quatuor in vniuerso. Est enim de ente secundum quod ens, & de partibus eius, & hoc est primum de quatuor. Est iterum de consequentibus ens secundum quod est ens, quæ sunt ante esse mathematicum vel physicum, & ideo per esse non dependent à mathematico vel physico, sed accidit esse talibus in physicis vel mathematicis, quia inueniuntur extra ipsa, & talia sunt principium & causa vnde, & vnum & multa & huiusmodi, & hoc est secundum inter ea de quibus est sapientia. Tertium autem est, quod est de physicis conceptis cum motu & materia, & de mathematicis secundum esse in materia existentibus, sicut est de motu & materia & qualitate & huiusmodi: sed non est de his secundum quod in materia sunt, quin potius, sicut diximus cum omne quod est ab alio habeat esse, ab alio quod hoc est, sapientia ista est de istis secundum quod à principiis esse simplicis habent esse, & physica vel mathesis est de eis secundum quod à physicis principiis vel mathematicis habent quod hoc sunt. Quartum autem est de his quæ ad ea quæ nunc dicta sunt, habent modum oppositum, & hæc sunt separata omnino per esse suum vbi que & semper existentia, sicut est Deus & intelligentia secundum ordines suos in quibus sunt. Licet autem de his sit sapientia ista, patet tamen ex dictis, quod vna est, quoniam de omnibus his est secundum esse non conceptam cum continuo

Qua ad metaphisicam se habent, reducantur ad quatuor.

& tempore: hæc enim forma est vniens omne vel esse de quo est ista sapientia, & sic inquirat propria accidentia omnibus prædictis.

Conuenit autem ista scientia cum ea parte logica quæ topica dicitur, & cum ea parte quæ dicitur sophistica, cum vtraque partium dictarum sit de eisdem quatuor istis: sed differt ab vtraque simul in hoc quod vtraque illarum sic est de his quatuor, quod non secundum esse simplex totum est de his, sed etiam secundum esse additum, quod est physicum, vel mathematicum, èd quod procedunt à communibus quæ in singulis inueniuntur, Sapientia autem

non est de his nisi secundum esse simplex, non secundum esse additum. Differt autem hoc à topica specialiter, èd quod ista ex veris principiis rerum docet virtutem & generat scientiam veram & puram. Topica autem ex icoribus quæ sunt signa in singulis inuenta communiter non docet veritatem, sed generat opinionem. A sophistica autem specialiter differt in fine: quoniam sophistica gloriari querit de apparenti sapientia. Sapiens autem non intendens gloriam, intendit docere veritatem multum dignam gloria & honore.



TRACTATUS III.

DE CAUSIS ET PRINCIPIIS SECUNDVM antiquorum Epicureorum opinionem.

CAPVT I.

De acceptione specierum & causarum.

VONIAM VERO iam per ante dicta manifesta sunt omnia hæc, & iam de sapientia ista diximus quicquid necessarium fuit, ad inuestigandum quæ sit quæ sunt prima ens consequentia nunc est attendendum. Ante igitur omnia alia oportet, quod à principio huius scientiæ sumamus scientiam causarum: quia ex scientia causarum sciemus omnia alia quæ queruntur: tunc enim singula quæ sita nos debemus scire, quando putamus nos non ignorare primam causam quæ omnibus aliis dat causam. Dico autem quando scimus primam causam, non per subiectum solum, sed in ratione & virtute causandi. Sic enim virtus eius & ratio primitatis extenditur vsque ad proximos, & tunc optime scimus quæ sitam causam. Causæ vero secundum modum causalitatis, quadrupliciter dicuntur: quia licet tres earum aliquando in vnam coincidunt, modus tamen causalitatis semper diuisus est. Vnam autem causam dicimus esse substantiam quæ est forma, quæ quid erat esse, hoc est, quidditatem rei dat & rationem. Si enim queratur, quare res est hæc: quod est illud, quare vel quid principium siue rei proximum, reducit per resolutionem ad rationem vltimam in qua fiat diffinitio: causa vero rei & principium esse eius est primum ipsum quare vel propter quid est res hoc quod est: per quare enim vel quid queritur de forma vel quidditate rei, nec quereretur per quare vel quid nisi ipsa esset causa & principium & quidditas: Vnam etiam causarum dicimus esse materiam: & hæc dux causæ sunt intrinsecæ rei quæ habet causas. Tertiam vero dicimus esse causam vnde est principium motus, quæ est efficiens

Prima causa, hylar, cap. 1.



Quod ueritate causa.

Forma.

Materia.

Efficiens.

mouens materiam ut inducat formam. Quartam vero dicimus causam quæ huic habet modum oppositum: quia ista inchoat motum, illa vero terminat ipsum: hoc autem est quæ est, cuius causa sit totum quod sit, & hoc est, quæ est vniuersumque bonum, hoc est enim finis omnium motus & omnis generationis: & ideo causa causarum vocatur & est, quia per intentionem mouet efficientem: & hoc mouet materiam & educit formam. De his causis secundum physicam intentionem sufficienter speculatum est in physicis: sed secundum ea quæ iam ante tractata sunt, oportet de his aliam esse speculationem in sapientia de qua nunc inrendimus: queremus enim de his secundum quod consequuntur ad ens, & sunt ante esse physicum, & sic de physicis causis & principiis faciemus mentionem: nec inquiremus de eis nisi secundum quod dependent à principiis esse secundum quod est esse, & non secundum esse physicum quod est in ipsis.

Dicto autem modo de causis querentes accipiemus opiniones antiquorum inducentes nobis priores in philosophia quicunque veniant philosophando ad percurrationem entium secundum quod esse, & quæcunque non topice vel sophisticè sed doctrinaliter sunt de veritate puri & simplicis esse philosophantes. Palam enim erit ex positionibus eorum quas inducemus, quod & isti dicunt principia esse quædam siue causas. Igitur via siue methodus quæ nobis nunc est præ manibus, erit aliquid opus siue vtile viæ isti superuenientibus. Superuenient enim dicta eorum huic nostræ viæ: & hoc erit magnæ utilitatis in opere pretium: aut enim in hac via aliud genus causæ quod antiqui non inueniant, inueniemus: aut si non possumus, etiam magis acquirissemus his quas iam enumerando induximus.

CAPVT II.

De opinione & rationibus dicentium vnum solum esse principium quod est materia in communi sumpta, non determinata ad hanc vel illam nec ad vnam rem vel plures.

In Philo- sopho ubi supra.

Primum igitur philosophantium plurimi opinati sunt omnium eorum que sunt principia, inesse in sola specie materiae. Nullam enim speciem cause penitus esse dixerunt, nisi illam cause speciem que est in materia: & hanc retulerunt causam esse entis & motus. Rationem autem induxerunt dicentes hoc esse vniuersaliter principium & causam, ex quo sunt omnia entia, sicut conferentem substantiam & esse subiecti: & hoc esse principium motus ex quo sunt primo, & in quod corumpuntur vltimo, in fine manente substantia, & passionibus qualitatibus solummodo mutatis: hoc est elementum, vt dicunt, componens esse principium: & id idem dicunt esse primum eorum que sunt omnium esse. Elementum enim est, quod compositione est primum, & resolutione vltimum, manens secundum quod principium est, in omni eo cuius est elementum, sicut iam probatum est in peri geneleos libro primo. Materia autem sic est ex qua res primo & in quod corumpitur vltimo, manens secundum esse materiae vna & eadem, mutata in passionibus. Igitur materia est principium. Hi autem nullas causarum & principiorum nisi in re ipsa esse dixerunt: quia causam & principium in ratione elementi esse ponebant. Formam autem que ingreditur in rem, non dicebant esse causam, sed qualitatem siue passionem, eo quod non manet. Manere autem secundum substantiam dixerunt esse de ratione principij.

Ter. 23. & infra vlt. que ad textum commentum vltimi.

Et propter hoc nihil dixerunt secundum esse substantiale vel generari vel corumpi, eo quod substantiale esse manet semper & conseruatur, quod solum dicebant entium esse substantiam, argumentantes ex ratione accidentis: quia quicquid adest & abest præter subiecti corruptionem, non est in eo velut quedam ipsius esse pars, & impossibile est esse sine eo in quo est: & formam autem sic inesse dicebant materiae, quod inest & non inest præter materiae corruptionem: & ideo hanc non inesse dicebant velut quandam partem ipsius esse, sed potius vt passionem subiecti que à subiecto habet quod est, & non dat esse veram: subiectum enim est existens in se completum, & causa alteri subsistendi in eo, quod in eo est, non est sicut quedam pars. Sicut enim dicimus Socratem esse nec generari simpliciter, quando secundum corpus sit albus, & secundum animum bonus vel musicus: neque dicimus eundem simpliciter secundum substantiale esse corumpi, quando deponit habitus dictarum formarum, cum in talibus mutationibus subiectum maneat quod est ipse Socrates. Sic nihil aliorum dicunt simpliciter generari & corumpi: vident enim ista, quod in omnibus mutationibus oportet esse vnam aliquam natura-

ram subiectam morui & mutationi, conseruata secundum subiectum, ex qua sunt talia omnia que sunt, siue illa vna sit numero, siue plures: vnam enim semper oportet esse secundum subiecti rationem.

Et ideo licet omnes antiqui conueniant in hoc quod materia sola est principium cuiuscunque, in hoc differebant, quod quidam plura corpora dicebant esse materiale principium, quidam autem vnum solum: & differebant etiam in hoc quod aliud & aliud corpus secundum speciem diuersum dicebant esse materiale principium. Quidam enim aquam, & quidam aërem, & quidam ignem illud principium esse dixerunt: hoc autem sequentia declarabunt.

Hæc autem ipsorum positio multis antiquorum rationibus sulca fuit, que vsque hodie apud quosdam pederat. Fortiores autem rationes eorum inueniuntur, que præcipue videbantur inducere huiusmodi positionem. Id enim vt inueniunt, quod vniuersi esse primum est principium, ingenerabile & incorruptibile per se & per accidens est. Si enim daretur corumpi per se vel per accidens, oporteret quod haberet aliud lux corruptionis & generationis principium, & sic principium esset primi principij, & sic ibitur in infinitum. Constat autem formam secundum esse generari & corumpi in his que generantur & corumpuntur: ergo forma non potest esse vnum de principijs primis: & cum finis & forma sint res vna, tunc etiam finis non erit principium. Efficiens autem non potest mouere nisi propter formam & finem. Ergo nec efficiens erit: & sic sola remanet causa materialis principium esse. Amplius si datur aliud principium primum esse præter materiam, aut illud erit simplex, aut compositum. Compositum autem esse non potest: quoniam compositi est principium, & non ipsum est principium primum, quoniam omnis compositi compositiua sunt principium primum. Si autem datur esse omnino simplex, oportet quod ipsum à nullo sibi coexistente distinctum sit. Omne enim quod distinguitur in esse ab alio ente, per aliud additum ad esse distinguitur: esse enim est, in quo conueniunt duo existentia vel plura: & non est idem ratio conuenientia & ratio differentia: oportet igitur, quod aliud addatur super esse, quod sit distinctionis causa & principium, & sic est compositum. Compositum autem probatum fuit non posse esse principium. Igitur quicquid datur, quod principium primum in ratione principij habeat simplicitatem, non potest nisi principium & causa vnica que est materia: quia hanc subiectam videmus esse in rebus. Amplius cum forma non agat secundum quod est essentia simplex, sed secundum esse quod habet in agente, forma & efficiens secundum intellectum sibi præiacere relinquunt subiectum: quod autem ante omnia est, principium est: igitur subiecta materia est principium sola. Amplius si dicatur, quod principium est consequens ens primum secundum quod in ante habitis dictum est, tunc oportet quod illud ens quod conueniuntur principium, sit simplex omnino: ab vno autem simplici non causatur nisi vnum proxime: ergo principium quod immediate sequitur ad ens, non est nisi vnum. Nec potest dici, quod illud sit

Rationes antiquorum assertorium vnum esse materiale principium.



fit efficiens, vel forma ad ens: quoniam hæc ponuntur per substantiam subiectam: quia causa mouens non mouet nisi materiam subiectam: & si mouendo dicatur inducere formam, non inducit autem eam nisi in materia subiecta: & sic iterum relinquatur, quod nihil æternæ sit permanentia nisi materia subiecta, & ante motum, & in motu, & post: ergo nihil est principium & causa nisi materia subiecta: hæc enim sola est æternaliter permanens, sola simplex & prima ex qua sunt omnia alia. Addunt autem hi in sua positionis confirmationem, quod oportet cum materia aliquid aliorum poni principium, supponentes quoniam rarum & densum nihil addunt supra materiam, nisi partium positionem propinquæ vel remotæ. Sicut enim motu videmus ex materia generari omne elementum secundum quod partes magis distant vel minus, sic etiam cælum generatur ex ratione percipui, quod nihil est aliud nisi rarum depuratum in partibus. Et sic, quod plus est, generari dicunt deorum & animarum naturas: ex subtiliori namque raro spiritum produci: quoniam spiritus principium est operum vitæ in diis & animabus: sed in hoc esse differentiam, quod dii de cæli luminoso spiritu producti, immortales sunt propter longissimam ab excellentia passionum in eis factam remotionem, quemadmodum est & in ipso cælo: animas autem esse moribundas propter maiorem ad passionum contrarietatem affinitatem. Spiritus enim ex subtili & raro & claro perfectos & deos esse dixerunt & animas; & horum omnium nutricula & materiam & principium & causam primam materiam asserbant.

*Error autem quoniam ad suam motum.*

Error autem hoc est, & sequentia hæc declarabunt: quoniam fundamenta entium quæ supponunt, falsa sunt, & peruersæ intellecta sunt, si qua veræ esse dicantur: forma enim non secundum omne esse natura corruptibilis est, sed tantum secundum esse actu quod habet in hoc generabili & corruptibili, secundum esse autem potentia non corrumpitur in isto: secundum vero esse in actu quod habet in efficiente qui per se mouet & non per accidens, qualis causa est motor primus, non corrumpitur per aliquem modum per se vel per accidens: & secundum hanc sui considerationem inferius ostendetur, quod est ante potentiam materiam substantia & ratione & tempore: & sic ipsa est principium, & ad ipsam educendam in similem formam efficienti secundum conuenientiam aliquam ponitur efficiens & finis: & per hæc destruitur ratio inducta: Quod autem dicunt simplex à nullo distingui, verum est de eo quod per resoluentem intellectum est simplex, & hoc non est nisi conceptus simplex entis, quod non est conceptus materiam, sed potius notio principij quæ est ante notionem generis & speciei omnis: sed de simplici secundum esse non est hoc verum: quia simplicia prima secundum esse seipsis distinguuntur à seipsis: illa enim supra simplicem notionem entis addunt esse quo sunt hoc quod sunt, & per hoc distinguuntur ab invicem, & cadunt in pluralitatem: quia distinctio est causa numeri. Nec est verum quod dicunt formam non agere nisi per esse mouentis, quod habet in subiecta materia: sed potius agit, prout pro-

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

bamus in fine 8. physicorum esse simplicem & impartibilem & nullam penitus habere magnitudinem. Nec dicunt bene vnum solum sequi vnum simplex, quia vnum est causa pluralitatis: quia vnum quanto fuerit simplicius, tanto erit multiplicius secundum potestatem: & quoad has potestates multa potestates illas determinantia exeunt ex vno: & ut breuiter dicatur, nihil sapienter dictum illa profert positio. Quod autem idem per se subiecti naturam dicunt esse Deum & animam & corpus, penitus nihil habet rationis: quia si daremus tantum & densum esse sicut dicunt, & spiritum huiusmodi generari qualem ponunt, non habebit vitæ operationem, nisi insit causa & principium vitæ, sicut clarum est ex his quæ in scientia de anima bene & subtiliter probata sunt: hoc autem vitæ operum principium & causa nihil potest esse materiam, nec harmonia ipsius aliqua.

Propter hæc tamen & huiusmodi frivola quæ induxerunt, dixerunt primam materiam Deum esse, & quicquid est, & formas omnes huius naturæ dixerunt esse passiones, præcipue innitentes ei quod distinctum in rebus & diuisum aliquid est, quod est omnium distinctum esse habentium principium & causa, & indistinctum autem ea existens: Deus autem & anima & cælum & elementum quoddam distinctum esse habent: distinctio vero non nisi de subiecto fit: & ideo si distinguenda per intellectum tollantur, videretur vnum manere omnium subiectum: distinctio autem dicunt formas non substantiales, eo quod posterius sunt per naturam eo quod distinguitur: sed dicunt eas esse passiones. Et hoc frivolum est, ut patet per ante dicta: tamen illud intenditur, cum dicunt ex vno eodem omnia esse, & ad vnum idem in finem etiam reuertit. Ex his igitur & similibus talem induxerunt positionem, & differunt in hoc quod quidam vnum, & quidam plura, & quidam hoc, quidam vero aliud dixerunt esse principium omnium materiale.

CAPVT III.

*De opinione Thales Philosophi, qui aquam omnium dixit esse principium, & de rationibus eius.*

Thales enim Milesius, qui vnus fuit de sapientibus quos Apollo probauit, huius philosophiæ maior princeps fuisse videtur, eo quod in ea maxime floruit, & magis efficaces & proprias induxit rationes, ut aquam omnium dixerit esse principium: quia vero vidit, quod principium est si subiecto vnum, nature tamen multipliciter inesse oportuit, ideo terram super aquam esse dixit id quod virtute omnia est, per hoc quod in cætro ponitur æqualem ad omnia habere respectum. In minore enim mundo, qui est animal, sicut declaratum est in 8. physicorum, locus medius datur nutrimenti: & quod est in minore, per conuenientiam causatur ab eo quod est in maiore, & ideo aqua ut nutrimenti omnium dicitur locum esse præcedens.

C

proculdubio enim iste fuit de opinantibus mandum esse animal, sicut ferè omnes opinabantur antiqui.

Quod autem sit principium omnium forsitan inde opinatus est: quia nutrimentum omnium est humidum. Nutrimentum enim oportet esse immanatum ei quod nutritur, & receptivum figurarum & formarum eius quod nutritur: & idè oportet ipsum esse terminabile termino alieno, non terminabile proprio: & idè verissime dixit humidum esse actu nutrimentum omnium. Cum autem incorporabile ei quod nutritur, sit nutrimentum omne: humidum autem aëris cam sit spirituale, non sit incorporale: idè dixit humidum aquæ nutrimentum esse, & non aëreum. Adhuc quia nutrimentum ad omnem nutriti corporis mouetur partem: quod non facit aër, qui leuis est in duobus elementis, & ascendit, in vno tantum descendens. Omnia autem iste Thales nutriti dixit: eò quod omnia capiunt augmentum. Non enim augmentum est sine nutrimento. Ignem enim videmus ab humido nutrir: & cum deficit humidum, non remanet nisi cinis, & deficit ignis. Adhuc autem aërem ali nubi- bus videmus, quæ sunt aquæ formam aëris accipientes. Terram etiam videmus humore ci- batam producere quæ producit. Similiter autem solem & lunam & planetas & vniuersaliter astra humore nutriti Oceani & paludum Meteorithi- darum, & idè deprimi impleta, & eleuari vacua, & aliquando in cursu directa, & ali- quando esse stationaria, aliquando autem re- trocedentia. Id enim quod fluit & effluit subie- cto manente, est nutrimentum secundum nat- uram, vt probatur in libro perihæ. humidum aquæ solum influit in omnia alia, & effluit in pluuiis & toribus: ergo ipsa est nutrimentum omnium aliorum. Propter hoc etiam iste dice- bat diluuium ex huiusmodi causa fieri: à multis enim temporibus minutissimis guttis aquæ paulatim ingredientibus in alia elementa, pau- latim dixit suspendi, & tandem vicentibus aquæ partibus effluere de sublimi ex vno & ex omnibus, & sic inundare diluuium. Cum igitur istis rationibus omnia dixerit aqua nutrir humido, intulit quod cum ex eodem principio materialiter generentur omnia & nutriantur, quod illud idem omnium generationis est idem humi- dum aqueum principium.

Cum autem ipsa veritate cogereretur dicere, duo esse in quibus est ipsa vita, humidum & ca- lidum, dixit calidum non esse per se vitæ cau- sam, sed humidum passionem: quæcumque autem est passio subiecti alicuius, secundum naturam principiat à subiecto sicut à causa: & sic non calidum est causa vel principium, quia calidum vitale causatur ab humido: & idè humidum simpliciter est principium: & idè dicebat ani- mal isto modo viuere. Nutrimenti autem actum ponebat vitæ principium: quia cum Dionysio Philosopho & pluribus aliis dicebat vitam esse morum generis nutritibilis, quod est naturam aliquid: & calidum naturale quod est dige-rens, dicebat esse passionem humidum, sicut paulo ante diximus. Ex quo enim sit aliquid sicut ex materia & subiecto, hoc dicebat esse omnium vitam principium. Hac igitur de causa eam

quæ dicta est, accepit opinionem.

Amplius vidit iste Thales, quod semina sper- matica cunctorum habent naturam. Cum enim semen sit, quod figuras suscipit generatorum, oportet quod potentia ipsius secundum bene suscipere determinetur: potentia autem bene suscipiendi est humidum spermatis: igitur na- tura determinatur humido: & hoc quidem est in animatis omnibus. Sed quia potentie facto- rum omnium non sunt in eis nisi ex potentiis principiorum, videtur quod calidum quod & humidum sit principium ex quo sunt omnia: omnium enim humidorum prima natura quæ est materia, est aqua: igitur aqua est primum principium omnium. Hæc igitur Thalesis est positio: & hanc propter inductas & similes istis dixit rationes.

#### CAPVT IV.

*De opinione antiquissima, quæ aquam  
& Thetim dixerunt esse omnium  
principium, stygem eam  
vocantes.*

Fuerunt autem alij quidam istius opinionis multum antiquiores, & multum ante eam quæ nunc est generationem, & ante eos qui fuerunt primò de diuinis theologizati existentes. Ista enim quasi prior omnibus est opinio de philosophia. Putant autem de omni & tota materia existentiam æstimandum esse, quod aqua sit principium vniuersorum: & idè isti poetice fingentes fecerunt Oceanum vt patrem, & Thetim deam aquarum quasi matrem: & hæc duo dixerunt esse parentes omnis generationis omnium rerum. Ratio autem quare posuerunt Oceanum, fuit, quod proprius est locus aquarum: & res in loco naturali sunt sincerè secun- dum naturam, & sunt simplices, & verius suæ naturæ terminum & rationem habentes: & hæc conueniunt rationi primi principij: quia multa accidunt ei quod extra locum suum naturalem egreditur: propter quod non sunt sincerum & verissimum naturæ suæ terminum attingentia. Cum enim sicut in 8. physicorum probatum est, idem sit motus ad locum & ad formam, locus qui est terminus motus localis, erit etiam ter- minus motus ad formam: & relinquatur ex hoc sinceram naturam non habere quod extra locum est naturalem: & idè cum natura principij sit prima & sincera, oportebat quod humorem ponerent, qui est in proprio loco humoris. Signum autem inducens eos fuit, quia ex hu- more nasci cuncta videbant, vt præcedenti ca- pitulo dictum est, & humorem aquæ vbiq; ad Oceanum moueri sicut res mouetur ad locum naturalem. Ratio autem quare posuerunt hu- morem aquæ, est, quod humidum aquæ facile est pinguescens, & facile euaporans, & facile dilatabile, & facile figurabile: & cum pingue- scit, concreuit in corpus solidum: & cum va- porat, spirat in spiritum: & cum dilatatur, distenditur in membra & partes: & cum figu- ratur, recipit figuras animalium & membra animalium & aliorum corporum.

Horum



Horum autem princeps fuit Homerus siue Hesiodus, & conueniunt isti cum precedentibus: quia in ordine elementorum aquam dixerunt esse in centro. Cuius ratio fuit: quia posuerunt totum caelum & stellas esse deos propter creationes & diuinas virtutes quas habent: & viderunt quia virtus stellarum & totius caeli non congregatur nisi in medio, & ad medium perpendiculariter incidit omnis radius & virtus eorum: perpendiculariter autem incidens restringitur in seipsum, & multiplicatur & intenditur virtus eorum plus quam intendi potest ex aliquo alio situ: & ideo id quod ex omnibus in se refractis radiis in aqua generatur, Thetis nomen aquarum vocauerunt, obscure videntes motuum causam. Sed quia non per substantiam commiscetur aquae, ideo putabant hanc non esse principium, opinantes nihil esse principium nisi quod per substantiam constituitur principium. Hunc igitur conuentum virtutis deorum caelestium medium aquae quidam vocant deorum synodum, quidam autem deorum sacramentum. Synodum quippe propter virtutum suarum congregationem in loco illo. Sacramentum autem propter suorum sacrorum nimium influxum in aquam. Ipsam autem aquam in loco vbi recipit haec numina, stygem vocauerunt, hoc est, paludem infernalem. Infernalem quippe propter locum, infernum. Paludem autem propter infirmitatem in ea virtutum caelestium: quia in palude magis figurantur, eo quod non fluit, sed in eandem semper incidit aquam. In stagnis autem non paludosis renouatur aqua de fundo fontaliter manans: & ideo sepe renouata non recipit stantem virtutem: & in hac regione dixerunt regem stygis vel styge, quem regem regituum virtutem & formatiuam voluerunt secundum fabulam, mentiendo mirabiles philosophias docentes. Et istae virtutes sunt semina rerum, in quibus Plato de naturali iustitia loquens, ait: Horum seminem ego faciam, vobisque tradam: vestrum erit par exequi. Hoc est igitur sacramentum quod ex omnibus honorabilibus esse dicebant, eo quod primum est entium principium in aqua. Quod enim secundum naturam antiquius siue prius est, secundum naturam est honorabilius: sacramentum autem praememoratum est omnibus honorabilibus: igitur est antiquius.

Hi autem Philosophi vel Hesiodistae terram in medio esse non posuerunt: quia frigida existens & sicca, sacramenti huiusmodi non esset receptiva. Amplius dubitantibus Philosophis utrum virtus motoris caeli sit in circumferentia, vel in centro, sicut & ipse Aristoteles in quibusdam locis dubitare videtur, consenserunt isti in hac parte problematis, quod virtus eius sit in centro, ideo non posse ignobilis elementorum, quod quasi fax aliorum quod est terra, sed potius remoueri ab ipso. Quod quidem dixit huius sectae princeps Hesiodus, & terram latam esse posuit, ut ex figura & dimensione latitudinis natae possit super aquas quae sunt inferiores. Forsan autem non est mirum alicui si aliqua antiquior & senior sit opinio de natura & natura principii. Tales igitur sanctissimos Philosophos dicimus hunc affirmare modum de prima causa naturae & principio. Vnus enim sequentium eos

D. Albert. Mag. Metaphy.

qui praecesserunt in secta ista, Hippon nomine, non est dignatus aliquid proprium ponere cum his quae illi dixerant. Causa autem huius fuit, sicut & in illis, imperfectio suae sententiae de principiis: quia non vidit nisi causam materialem, & hanc vidit subobscure.

### CAPVT V.

De opinione Anaximenes & Diogenis  
aerem dicentium vniuersorum  
esse principium.

Anaximenes vero & Diogenes cum dictis in Philosopho vbi conueniunt in hoc quod vnam solam materialem causam rerum siue entium dixerunt, sicut qui vnam corporum dixerunt esse vniuersalem omnium causam: sed differabant ab aliis in specie illius corporis. Isti enim aerem priorem aqua esse dixerunt, & esse aerem omnium principium. Fuit autem Anaximenes iste Philosophus Epicurus, nihil omnino principium esse dicens nisi corpus. Diogenes autem licet ex conditione, ut legitur, fuerit seruus, tamen ex liberalium studiis libertate est donatus. Hi ergo & quidam alij aerem dixerunt antiquiorem omnibus maxime principium corporum simplicium, & per consequens etiam esse principium corporum compositorum. Ratio autem inducens ad hoc fuit: quia videbant isti humidum cum frigido non esse causam vitae: quia frigiditas est qualitas sistens motum. Omnes autem isti licet ponerent vnum solum principium, tamen ponebant illud esse multarum virtutum agentium, sed omnes illas à subiecto causari dicebant, sicut passio à subiecto causatur: quia igitur frigiditas tollit motum & comprimit ad certam, ideo humidum cum frigido negabant esse principium: videntes quod calidum cum humido, vita & esse principium est: calidum autem cum humido primo non est nisi in aere. Amplius humidum nutriendum est ingrediens intra per os eius quod nutritur: non autem ingredi potest nisi spirans: & spirans habet naturam & formam aëris. Amplius cum calido humidum mouetur ad circumferentiam, & sic fluit ad omnia quae in circumferentia continentur. Ille autem motus conuenit constitutioni rerum: & sic aer videtur esse omnium primum & principium. Amplius vehiculum omnis virtutis est spiritus, & est formatiuus omnium: & ideo dixerunt hunc spiritum esse omnium principium vitae & causam & animam. Persuasi etiam fuerunt ex hoc, quod circa circumferentiam ignis est, qui est consumptiuus naturae, & destruit entia propter suam vehementiam actionis: circa centrum autem videbant dominari qualitates mortificativas: & ideo medium elementorum temperatum & principium esse dixerunt. Adhuc autem omne corpus spirare viderunt id quod est in omni corpore humidum: & ideo quod ex omnibus spirat, videbatur esse omnium principium primum. Videbant etiam ex aere aquam fieri facili conuersione, & in ignem mutari de facili: & cum nullus terram poneret esse principium, sed principium, videbatur istis aerem aquae & ignis



ignis esse principium, & priorem aquæ & igne: & cum hæc priora sint quam terra, videbatur eis, quod aer omnibus simpliciter sit prior: & per hanc rationem videtur principij nomen habens & naturam illam. Omnes autem isti supponunt, quod nihil per simplicem vitrutem principium sit, dicentes nihil fieri ex aliquo sicut ex principio, nisi cuius substantia materialis efficitur ex ipso: ex quo enim generatur res & in quod corrumpitur, in fine substantia principij salua, sed mutata secundum passiones, dixerunt esse principium, sicut iam ante determinatum est,

CAPVT VI.

De opinione Hipasi & Heraclyti ignem dicentium esse principium vniuersorum entium.

Vbi supra in Philo- sopho.

Hipafus autem Metapontinus & Heraclytus cuius Ephesus ignem dixerunt esse omnium causam & principium. Omnes enim isti non quasiuerunt principia nisi entis corporei: eò quod Epicuri Philosophi existentes, nihil dixerunt esse nisi corpora. Cum autem omnes conveniant in hoc quod rarum & densum non sunt nisi partium corporis positiones, sicut & veritas est, dixerunt hoc vniuersi entis principium esse, quod in genere corporum est simplicius. Est autem ignis subtilissimum corporum sphaera: ignis igitur erit principium omnium. Supponunt autem omnes isti tres propositiones, quarum prima est, quod principium est compositione primum, & resolutione vltimum, quia in ipso stat resolutio. Secunda autem est, quod principium sit simplex: quia si esset compositum, non esset primum entis principium, sed esset à suis componentibus principium. Tertia est, quod non ens non est entis principium, sed potius ens est principium non entis: non ens autem est entis negatio. Et per primam quidem propositionem videntes quod rarum constantia & multiplicatione partium componit spissum, & quod spissum resoluitur ad rarum, & hæc resolutio stat in raritate ignis, argumentabantur ignem esse principium. Per secundam autem considerantes ignem esse simplicissimum, & ideo ad concavum circumferentia moueri, iterum dixerunt ignem esse principium: simplex enim implicando se producit compositum, & compositum explicando se constituit & restituit simplex. Non ens enim non est principium entis: & ideo corpus à non corpore principiari non potest. Relinquitur igitur, quod principiatur ab eo quod maxime habet corporeitatem, & hoc est simplicissimum corporum sphaera, & hoc est ignis. Sicut enim in omnium calorum generibus vnum est principium, quod est calidissimum, ita etiam in corporum constitutionem vnum dixerunt esse principium, quod maxime habet corporeitatem: hoc autem est ignis, quoniam in physico corpore materia non est amplius extensionis susceptiua quam in igne. Addebant hi illud, quod secundum opinionem eorum, & multorum aliorum dicebatur caelum esse igneum, &

stella ignea: & has videbant esse perpetuas & rerum inferiorum quædam esse principia. Quod enim perpetuum est, principium non habet: & quod principium non habet, est principium. Cum omne quod est, aut est de principio, aut principium. Perpetuum autem non est de principio, vtdicunt. Amplius ratione vrebantur quæ vique hodie multos decepit: quoniam id quod primo mouet ad esse, principium est: lumen autem est id quod mouet ad esse omnia corporalia: lumen, inquam, quod de caelo descendit, & hoc dicebant esse defluxum lucentis corporis, quod per indiuisibilia fluit in perspicua, & per perspicua in terminata corpora, & sic constituit omnia: nihil enim est, cui lumen sic se non mitteret: & ideo hoc principium dixerunt lumen esse defluxum corporis: lucem autem primam esse dixerunt ignem, & sic ignem omnium dixerunt esse principium. Addunt autem his ad reflexionem luminis verum fieri ignem & operationes ignis, sicut patet in speculis, & aliis solidis & politis foli diametraliter oppositis: sit enim tunc dissolutio per rarefactionem, & intensio per calorem, & illuminatio per partium lucentis corporis influxionem: & cum sint ista prima in omnium naturarum transmutatione, videbatur lux ignis esse principium: est autem vera natura ignis lux: vera igitur ignis natura principium est. Adhuc autem addebant, quoniam ignis assumit vincendo omnia alia propter naturam actiuam quam habet: principij autem esse posse in alia, & quod alia non possint in ipsum, quia principia minima sunt in quantitate & maxima virtute, vt in libro celi & mundi dictum est. Ex his igitur & talibus isti ignem esse dixerunt omnium entium principia.

CAPVT VII.

De opinione Empedoclis de principio materiali entis.

Empedocles igitur quamuis ponat plures causas & non vnam solam, posuit ex parte causæ materialis esse quatuor elementa. Cum his autem quæ sigillatim alij dixerunt materiam, posuit terram: sicut enim in libro de anima diximus, omnia elementa iudicem acceperunt sigillatim præter terram: hanc enim sigillatim nullus posuit esse materiale omnium principium, sed cum aliis principium materiale dixit eam esse Empedocles. Terra enim sola per se existens ambas habet qualitates mortificatiuas. Sua enim frigiditas cum sit constrictiua, & per hoc humiditatis expressiua, per effectum repugnat subiecto vitæ, quod est humidum: per se autem repugnat calido quod est actiuum vitæ: per hoc autem quod partes constringit, fortius repugnat morui spiritus, qui omnium virtutum quæ sunt secundum vitæ opera, vector est, & omnis vitæ formator & rector. Secundam situm etiam terra à fonte vitæ, quem caelum dixit esse Empe. terra est remotissima, nullo moru bonitates eius participans. Quinimo cum omne quod progreditur ad vitam, extendat se versus vitæ

Vbi supra in textu Aristot. 11.

CAPVT VIII.

De opinione Anaxago. de principio materiali.

Anaxago. autem compatriota Empedoclis, ambo erant italici, sed Anaxago. fuit ciuis Clazomenius, Empedo. autem Siculus postea in olia Vulcani sepultus, quæ etiam eadem de causa antrum Empedo. vocatur ab antiquis: ætate quidem temporis prior fuit Empe. sed operibus philosophiæ & scriptis multo fuit posterior quoad positionem principij materialis, irrationabilius enim multo quam Empedocles pronuntiauit de principio materiali, licet in aliis melius quam Empedo. diceret, sicut de intellectu agente & separato & impermixto multo melius dixit Anaxa. quam Empedo. Hic igitur Anaxa. maxime principium materiale dixit esse omnia corpora homogenia vocata numero & quantitate infinita existentia. Dico autem homogenia, quæcunque sunt vnus forma & rationis in toto & in omnibus partibus diuisiue acceptis: & hæc sunt quæ diuisi dicuntur diuisiue continui. Continui enim quælibet pars per diuisiorem accepta, continua est, & similiter quælibet pars lactis est lac, & similiter quælibet pars sanguinis est sanguis, & sic de aliis. Non omnia tamen talia dixit esse principia materialia, sed quædam: vidit enim quædam similia specie actu & opere esse diuisa, sicut radix & ramus est in arbore, quæ cum æqualiter ligni habeant speciem, operatione diuisa sunt: & sic est de ligno in arboribus diuisis, & simile de carne in animalibus diuisis, & huiusmodi quædam excepit: dicens tamen horum principia esse eadem, sicut succum in plantis, & sanguinem vel humorem qui loco sanguinis est, esse principium materiale in animalibus. Hic autem infinita dixit & numero & quantitate continua, hoc est, à multitudine & magnitudine esse infinita. Multitudine quidem propterea quod infinita in particulari dixit constitui ex his tam in totis ipsis quam in partibus totorum. Quantitate autem magnitudinis cogebatur ista infinita ponere: quia aliter in toto separaretur vnum ex alio, ita quod amplius non posset produci ex ipso, sicut si in lacte esset finitus & non infinitus sanguis, tandem inueniretur aliquid lactis, in quo nihil esset sanguinis, & ex illo sanguis produci non posset, quod falsum est: & ideo in lacte sanguinem oportet esse infinitum, & similiter est in aliis. Infinitum enim dixit esse passionem substantiæ materialis & non quantitatis, sicut & vsque hodie multis consistitur. Cui tamen diuisio nulli Epicurei philosophi, dixit generationem & corruptionem fieri congregatione & segregatione solum harum materiarum quæ sunt similia partium, & aliter non dixit aliquid generari vel corrumpi: sed dixit omnia talia manere sempiterna secundum substantiam similia inuolantem. Hæc est igitur opinio Anaxa.

In Philo- sopho vbi supra.

vita principia quantum potest, & aperiat se ad ipsum, terra motu suo recedit à principio vitæ & esse: & cum in hoc quod est materiale principium, esse & viuere sit inchoatum, non potest terra sola esse materiale principium vel causa. Huius autem testimonium est, quod lumine participantur formæ caelestes, esse & viuere conferentes his quæ sunt, & perspicuum sit aliquid naturæ luminosæ, eò quod in illis in quibus est ex communicatione cum perpetuo superius corpore, terra sola priuata est illo, & habet priuationem illi oppositam, quæ est esse opacum: propter quod non est ipsa per se materia eorum quæ confertur lumine caelesti. His igitur & similibus de causis dictam est terram per se solam non esse principium. Et Empe. quidem sicut soli & caelo multas dedit differentias, & ipsum ignem esse fatebatur, sicut fecit omnes antiqui: ita per omnia terræ tot differentias dedit oppositas, & ipsam per se acceptam nihil dixit participare diuinum, dicens quod sol est res calida, rotunda, alba, semper mota, propter vitæ principium quod est in ipso: ita dixit, quod terra est res nigra, immobilis, frigida, propter vitæ priuationem: & ideo dicit, quod terra non nisi mixta cum aliis, esset materiale principium: & ideo tria elementa, terram, aquam, & aerem, simul permixta dixit esse materiale principium vnum, & solum ignem posuit eiusdem materiæ partem alteram: & huius ratio in sequentibus opportunius declarabitur. Videns enim Empe. ea quæ sunt, figuras tenere & formas, & considerans in eis esse soliditatem, coniecit hæc in entibus non nisi ex terra causari posse: quoniam humidum aquæ etiam formas quasdam tenet, tamen nullam profus tenet figuram, Aereum autem nec formam tenet nec figuram, nec soliditatem præstat, quamuis via & transitus formarum sensibilibus sit per ipsum. Siccum autem quod est in igne, motum habet ad circumferentiam: & ideo non tantum non tenet, sed etiam dissipat figuras, & permiscet & confundit formas quæ ad ipsum perueniunt. Hæc igitur necessitate terram cum aliis permixtam & non per se solam materiale principium esse dixit Empe. & in hoc bene dixit & sapienter. Fuit autem & hic de secta Epicureorum, & ideo entis principia non dixit esse nisi corporalia: & sola corpora consistebantur esse existentia, & ignem caelestem præcipue per limpidas flammæ siderum entibus principaliter esse Deum. In modo autem generationis omnino dixit idem cum aliis: dixit enim nihil simpliciter generari de non esse ad esse, & nihil corrumpi de esse in non esse, sed potius ista vocata elementa dixit secundum omne esse suum semper manere, & generari res ex eis per congregationem quorundam ex vno mixto, & corrumpi segregatione in vnum mixtum ex terrestribus elementis, & res denominari ab eo quod magis abundat in eis, per congregationem quarundam partium elementarium sit generatio. Quid autem effectiuum sit in huiusmodi generatione secundum Empe. postea erit manifestum.



Sine philosophia verò nec iste dixit quæ afferuit: videns enim hoc esse materiam ex quo fit res primò, & ad quod corruptur vltimò, & considerans omnia heterogenia componi ex homogeniis & resolu in ea, dixit homogenia esse materiam heterogeniorum: quamuis enim parrefactis animalibus & plantis non remaneant visibilia similia ex quibus componitur, ita nec visibilia manent elementa præter terram solam: & idè dixit hoc fieri: quia licet quodlibet sit in quolibet, tamen denominatur ab abundantiori: & in terra quæ retidua est, manet sanguis, & cætera similia. Causa autem cogens Anaxa. ad hoc fuit, quod non vidit principium formale, & idè potuit omnium formas esse intra materiam generis & speciei & numero determinatas actu, sed latere, putans, & verè, quod nihil educitur de aliquo nisi quod secundum esse est in ipso. Nesciens igitur distinguere esse secundum quod est in potentia & actu, pro constanti reliquit omnes formas esse in materia actu numero & specie & genere determinatas: & quia formarum genere & specie & numero determinatarum principia materialia non sunt nisi proxima, idè oportuit supposito hoc supponi quæ essent infinita: cum autem dissimilia sint composita, oportuit quod dissimilia non sint principia sed principia. Remanet igitur, quod principia omnia similia sint. Totum hoc sequitur ex duabus propositionibus quas & Anaxa. & omnis concessit Philosophus: quia verissima sunt si bene fuerint intellecta. Vna fuit, quod nihil educitur de aliquo nisi quod est in illo: secunda autem est, quod omne quod est in aliquo, vno & simplici mouente educitur de ipso. Cum autem videret esse simplex per naturam reduci ex alio, ponebat quodlibet esse in quolibet actu, sed latere sub forma illius quod abundat in illo: & hoc dixit propter propositionem primam: & cum vidit vno motore non educi nisi ex proximo sibi materiali & proxima esse infinita, hac necessitate coactus dixit esse finita materialia principia. Et quia vidit, quod formæ non extrinsecus adueniunt, posuit eas omnes esse intus, sed latere, dixit, quod sicut compositorum non est forma nisi figura quæ resultat ex simplicium compositione, ita etiam dixit generationem esse ex forma congregatio- nis simplicium, & corruptionem fieri quando ista forma siue figura congregatorum recernitur: & in hoc habuit plurimos sequaces, qui generationem nihil esse dixerunt nisi manifestationem accidentis: & isti in hoc quod vltimò dictum est, dediti sunt ex quadam propositione quam supposuerunt: & vna est, scilicet quod non corruptur aliquid existentium, sed id quod corruptionem vocamus, est dissolutio modi & commensurationis & harmoniæ compositorum: & per conuenientes tales modos & commensurationes & harmonias generatur, & per destitutionem talia infirmatur, & roboretur per confortationes earundem: sed existens quod non corruptur, est per se & non per aliud existens, & hoc est simplex sicut est materia per se, & sicut est forma per se, quorum naturam generatur per se, neque corruptur, sed corruptio & generatio sunt compositi: & nec illud generatur nec corruptur secundum

componentia, sed potius quia omnia componentia modis quibusdam componunt, ita quod vnum habet modum potentia, & alterum modum actus, corrupto modo illo, quo conueniunt, necesse est compositi fieri dissolutionem. Similiter est de commensuratione quæ est penes materiam & quantitatem conuenientium ad formam compositionis. Harmonia autem est penes virtutem actiuorum & passiuorum quibus commiscuntur & vniuntur: his enim constantibus constant substantiæ rerum, & his dissolutis dissoluntur. Ex his igitur positionibus Philosophorum potest aliquis cognoscere solam causam de numero quatuor causarum superius enumeratarum, quæ dicitur secundum speciem causa materialis: quia pa. um vel nihil dixerunt de aliis causis, & etiam de ista non satis certè pronuntiauerunt, sicut per se patet.

## CAPVT IX.

De ratione per quam coacti sunt ponere antiqui causam mouentem cum materiali.

Sic autem pro edentibus a. r. i. quibus in philosophando, ipsa rei veritas viam fecit ampliore, & de aliis principiis querere cogit. Si enim secundum omnes antiquos quæmaximè, quia valde pauci erant qui ponebant ens vnum & immobile vt Milesius & Zenon, quæmaximè igitur conuenit secundum antiquos, quod omnis generatio & corruptio est ex aliquo materiali vel potenciali, & nihil seipsum inducit in actum, tunc querere oportuit, quare hoc conuenit, quod generatio est de isto: sicut enim dixi, nihil mouet seipsum, nec aliquid educit seipsum de potentia ad actum. Si enim hoc deur, verificabuntur contraria de eodem. Quod enim in potentia est, non est actu: & quod modo educit aliquid de potentia ad actum, est actu. Si ergo illa duo sunt idem in re, oportet quod aliquid idem in re sit actu, & non sit actu, & sic contradictoria de eodem verificantur, quod falsum est. Relinquitur ergo aliam esse causam mouentem à materia. Quererebant igitur, quæ esset ista causa mouens secundum rem. Per inductam rationem conuicti fuerunt, quod substantia materię non facit transmutare seipsam: & huius exemplum est in artificiatu: in his enim neque lignum, neque æs, quæ sunt materię subiecta diuersis actibus, est causa transmutandi seipsam in formam artis. Lignum enim non seipsum mouendo facit se lectum, neque seipsum mouendo facit se statum idoli. Sed aliud aliquid à ligno & ære secundum rem est causa mouens, & faciens huiusmodi mutationem, qua lignum fit lectus, & æs statua imaginis. Querere autem hoc quod sic fiat & moueretur, est querere aliquid principium à materia subiecta secundum rem & rationem cau. alitatis. Materia enim & efficiens nunquam sunt idem secundum rem, sicut iam ante probatum est.

Vniuersaliter igitur quicumque Philosophorum talem tergeunt viam in philosophando de

## CAPVT X.

De Anaxagora & Hermonij opinionione quam prædicti determinauerunt de principio efficiente.

Post hos autem & talia entium principia, sicut prius aiebant, iterum & isti coacti ab ipsa veritate, quaerunt habitum siue consequens principium, ac si non sufficiant generare siue causam existentium naturam ex his quæ dixerant. Habitum autem principium dico id quod ipsa offerit considerando materia, mobili supposito, per necessitatem superius inductæ rationis oportuit ponere efficientem causam. Posita autem illa in genere viderunt, quod esse efficiens moueretur secundum formam quæ actu est, & moueretur materiam ad formam similem in specie ratione formæ mouentis: & idè nusquam videntes formam sub ratione causæ formæ, determinauerunt melius de efficiente, cum dixerunt, quod efficiens moueretur secundum formam determinatam & speciem quæ est vniuersè mouens aut secundum conuenientiam mouens, inquirere: quia non quodcumque mouens est ad hoc secundum conuenientiam habens: & idè dixerunt, quod eorum quæ sunt existentia, quædam habent huius principium ipsius esse & bene esse, & quædam sunt ab huiusmodi in esse & bene esse. Esse enim & bene esse est vnicuique secundum quod optimum suæ nature attingit: & hoc est in eis quæ sunt, & sit in eis quæ sunt ab huiusmodi determinato efficiente: quia nisi sic determinatum sit mouens, nec erit causa esse nec bene esse. Et sic philosophantes obiturnè viderunt formam, sed non in ratione causæ formæ, sed prout incidit in idem cum efficiente: & idè isti in numero principiorum nihil præinductis addiderunt, sed melius determinauerunt de efficiente siue mouente quam præhabiti. Sic autem rationabiliter querentes, fortan non est conueniens ignem vel terram vel aliquid talium elementorum causam esse mouentem, neque conueniens æstimare, quod taliter procedentes in philosophia aliquid talium causam esse dixerunt. Ignis enim & terra & huiusmodi qualitatebus suis agentia, non agunt nisi ad formas suas. Iam autem habitum est, quod efficiens oportet esse conueniens secundum rationem: quia aliter non erit causa & bene eorum quæ sunt & sunt. Neque iterum conueniens est æstimare huius causam sibiipsis esse automata siue effecta: quia iam habitum est, quod nihil sibiipsi causæ est transmutationis. Similiter non est conueniens, quod ipsum bene habere rerum secundum optimum vniuersum quæ, fortan sit tantum immutare, nec habeat aliquam aliam causam: quoniam sicut in secundo physycorum probatum est, fortan non est causa nisi per accidens in his quæ propter aliquid & raro sunt. Ita autem automata non raro, sed esse vel frequenter sunt. Oportet igitur, quod causam efficientem habeant ad formam determinatam & ordinatam, & non per accidens existentem.

C 4 Dicens

de his de quibus mirabantur à principio, & post talem viam inuentam vnum solum principium materiale esse dixerunt, nec aggrauauerunt se in considerando multum vt animam applicarent ad ea quæ res ipsa vltro ingressis eis. Ceterum quidam eorum, qui dixerunt vnum solum esse entis principium, quasi deucti apud semetipsos, & videntes quod oporteret plura ponere principia si concederent ipsum vnum esse mobile, dixerunt illud vnum quod dixerunt immobile esse: & illi iudem Philosophi rotam naturam dixerunt omnino esse immobilem, & in solum dicentes eam esse immobilem secundum generationem & corruptionem, quia hoc antiquum est, dixerunt antiqui non esse generationem & corruptionem secundum esse & non esse mutationem, sed esse tantum secundum congregationem & segregationem in vnum mixtam & ex vno, & hoc est auferre generationem & corruptionem veram: sed isti addiderunt, quod secundum aliam omnem mutationem secundum locum & alterationem & augmentum & diminutionem ens immobile est & vnum. Et hæc positio est propria istorum, & hi fuerunt Milesius & Zenon: sed Milesius vt fugeret inconueniens superius inductæ rationis, hoc dixit: Zenon autem negauit motum propter diuisionem spatij: quoniam id quod mouetur, vt sibi videbatur, faceret ad infinita si moueretur, sicut disputatum est in 6. physycorum. Inter omnes igitur qui omne quod est, vnum solum materiale principium esse dicunt, nulli conuenit intelligere dictam causam quam mouentem vocamus, nisi Parmenidi: & hoc etiam idè conuenit: quia non dicit illud esse immobile. Adhuc autem non conuenit Parmenidi dicere causam mouentem, nisi intantum quod victus superius inducta ratione, non solum vnam, sed duas ponit causas: tamen non bene & certè enuntiat de ipsis. His autem qui non vnam solum, sed plura dicunt esse principia, magis conuenit dicere causam mouentem quam Parmenidi. Sicut si dicamus, quod conuenit eis dicere ipsam calidum & frigidum secundum qualitatem esse mouentia, aut subiecta horum esse mouentia & mota, ita quod vnam moueat & alterum moueatur, quæ sunt ignis & terra. Hi enim omnes vtuntur igne quasi mouentem habente naturam. Aqua vero & terra & huiusmodi quæ motum habent deorsum, vtuntur de conuerso, quasi habentibus naturam mobilem, hoc est, quæ moueatur. Parmenide vnum solum dicente quod est esse, cum ista sui positione non conuenit dicere mouens principium esse subiecto & loco à materia separatum, sed ratione tantum, vt dicat passionem à subiectis causatam mouere, quemadmodum à principio harum opinionum diximus. Aliter enim non saluaretur hypothesis sua, quod vnum solum esse omnium principium entium diceret, nisi illud mouens, quod post poneret à subiecto causari, & idè non veram principij rationem haberet. Aliis autem qui plura entium principia dicunt esse, conuenit secundum suas positiones dicere principium mouens esse distinctum à materia & separatum ipsum ponere ab eo quod mouetur: quia isti secundum aliquid imperfectum magis appropinquauerunt veritati.



Dicens autem aliquis inter antiquos intel-  
lectum immixtum & purum vnum esse princi-  
piorum quod est principium mouens: intel-  
lectum dico dantem formas suo lumine, quod ad  
res. naturales est forma sicut ars ad materiam  
arti operatiuæ subiectam, & habet esse vnum  
primum principium, sicut causa in animalium  
generatione & in natura generabilium, & ha-  
bet esse causa totius mundi & ordinis omnium  
formatorum secundum suas formas: hæc pro-  
certo tali dicens, apparuit sicut purificans prio-  
res Philosophos circa principia aliquid præter  
conuenientiam dicentes. Palam autem est, quo-  
niam Anax. hos tetigit sermones: videns enim,  
quoniam intellectus agentis lumine formæ con-  
struuntur & determinantur secundum quod  
lumen illud miscetur corporibus, sicut lux so-  
lis mixta cum perspicuo terminato constituit  
colorum formas, dicebat intellectum agentem  
sic esse causam animalium & naturæ mundi &  
ordinis vniuersi. Et licet primus clarè dixerit  
Anax. tamen alium ante concinens & compa-  
riorum suam habuit causam hæc dicendi. Her-  
motimus enim, sicut Anax. cuius Clazomenius  
causam hæc dicendi dedit. Omnes ergo sic opi-  
nantes præter vno consensu simul potuerunt  
principium existentium esse causam, quæ est  
causa ipsius bene in rebus, & tale principium  
est causa, vnde motus inest existentibus mo-  
uentibus secundum formæ suæ conuenientem  
proportionem.

CAPVT XI.

De opinione Hesiodi & Parmenidis dicen-  
tium amorem deorum & naturalem  
esse mouens prin-  
cipium.

In Philo-  
sopho ubi  
supra.

Si autem opinio alicuius, quod Hesiodus  
primus fuit, qui quæsiuit huiusmodi mo-  
uens principium. Similiter autem si quis alius  
præter Hesiodum posuisset principiorum vnum  
amorem qui inditus est naturæ existentium, hic  
est Parmenides. Parmenides enim tentans mon-  
strare generationem mundi vniuersi, quod vide-  
licet mundus factus est, & non fuit ab æterno,  
primum omnium posuit, quod amor deorum  
providit omnibus & præordinauit vnumquod-  
que, & secundum quod proposuit & præordi-  
nauit per amoris providentiam, sic vnumquod-  
que produxit in ordine & tempore suo, & in  
hac productione indidit & amorem eorum quæ  
constituerunt ipsum, & hoc ex amore sibi à  
differentiis indito commouetur ad lux naturæ  
configurationem: & sic posuit amorem vt mo-  
uens principium. Hesiodus verò dicit omnium  
primum fuisse chaos, quod est vacuum spa-  
tium in quo mundus factus est: deinde autem  
dixit factam terram esse latam natantem super  
aquis, sicut in ante habitis dictum est: & hæc  
dicit esse facta amore mouente, qui omnia con-  
docet immortalia, quæ deos appellauit, sicut  
superius digestum est. Ab his enim, sicut dicit  
Plato, inuidia longè relegata est: & quicquid  
faciunt ex providentia, faciunt ex amore: &

hunc amorem influunt vnicuique rerum secun-  
dum conueniens suæ naturæ. Ideoque etiam  
hunc amorem diffinientes, dicunt amorem esse  
vniuersam quandam virtutem superiora mouen-  
tem ad inferiorum providentiam, inferiora au-  
tem ad reuerentiam superiorum, & ad comma-  
nendum germana: & hunc amorem diuidunt in  
diuinum, intellectualium, animale, & natu-  
ralem. In omnibus enim his superiorum est  
providere, & ex provisione amatiua bona infe-  
rioribus influere, ad quæ suscipienda inferiorum  
est se reuenter aptare & ad indita sibi bona se-  
cundum analogiam naturæ quantum fas est  
assurgere: germanorum autem in his bonis coe-  
xistere & concordare simul in vnum: sic enim  
in omnibus participatur esse diuinum, & bo-  
num provisionis secundum analogiam ad omnia  
se extendit. Sic enim fit necessariam causam  
quandam & principium quoddam esse in ipsis  
rerum existentibus, quæ res ipsas moueat con-  
gregando & vniendo: hoc autem est mouens  
causa tam prima in diis, quam proxima ex bono  
amoris, quod inordinatio est vnicuique secundum  
suæ naturæ propriam analogiam: & mouet  
tam deos quam intellectus diuinus, qui intel-  
lectualiter nulli commixti per modum virtutum  
corporalium, licet separatim mouet ad con-  
gregandum orbem connexionis amoris: & amor hic  
est causa quæ mouet animas, vt dicit Hesiodus,  
ad corporum provisionem, & mouet naturali-  
ter totam naturam: & in hoc amoris vinculo  
omnia connexa sunt & se inuicem complectun-  
tur. In hoc igitur conueniunt tam Hesiodus,  
quam Parmenides, & omnes qui amorem prin-  
cipium esse dixerunt. Quoniam autem oportet  
opinionem eorum specialiter distribuere, quis  
scilicet eorum sit prior, & quis posterior, in  
sequentibus facilius erit indicare. Amorem au-  
tem omnes isti ponunt motuum entium, &  
per modum congregationis motuum vniuersi ad  
alterum, dicentes inferiora à superioribus nihil  
penitus posse suscipere, nisi quod illa ex amore  
volunt impartiri: & hoc esse multum cum in-  
uidere non possint & larga sint: & ideo de bo-  
nis suis vnicuique tantum dat, quantum est  
susceptibile vnumquodque: & hoc quod quod-  
libet suscipit, esse quandam naturalem qua sibi  
inueniunt in bonis communicant & bona distri-  
buunt pro vniuersi cuiusque propria dignitate: &  
hunc amorem mouens principium esse dixerunt,  
& quod non tam materiam mouet, quam etiam  
immortalia omnia genera dictorum celestium.

CAPVT XII.

De opinionibus & rationibus Empe. qui  
dicit contraria esse mouen-  
tia principia.

Via verò in natura quæ tota motui & mu-  
tationi subiecta est, inesse videtur con-  
traria, eo quod omnis mutatio est inter contraria  
ex parte mobilis, & contrariorum mouentium  
per se est contraria mouere: & non solum in  
natura inuenitur ordinatio & bonum, sed etiam  
inordinabile & turpe: & ideo inueniuntur plura  
quæ

In Philo-  
sopho ubi  
supra.

quæ sunt mala contraria melioribus, & prava  
inueniuntur contraria bonis: & ideo aliquis  
posteriorum Philosophorum induxit contraria  
mouentia principia, amorem & odium scilicet,  
ita vt sigillatim singula contraria sua habeant  
contraria mouentia. Considerauerunt enim hi,  
vt diximus, quod omnis motus est inter contra-  
rios situs, aut inter contrarias formas, quan-  
do rectus est motus & finitus: & ideo isti po-  
nunt contraria bonum & malum sicut contra-  
rias formas, bonum vocantes id per quod na-  
tura attingit finem optimum, & malum id  
quod abicitur in motu: & hoc est à quo est  
motus. Videntes iterum, quod motus non est  
inter contraria, nisi ponatur natura subiecta  
motui cuius ipse motus est actus imperfectus:  
& videntes illam naturam subiectam in motu  
continuo exire de priuatione ad actum, ex illa  
posuerunt esse terminos motus, turpe & bo-  
num, & inordinationem & ordinem. Turpe  
enim dicit priuationem prout auferit materia  
pulchritudinem ad actum: & inordinatio dicit  
eandem prout priuat ordinem ad actum & locum  
& alia quæ forma sunt concomitantia. Hæc autem  
videntes non viderunt formam sub ratione causa  
formalis: sed ista dicebant esse passiones de mo-  
uente in materiam inductas: quia contrarium  
effectuum per se contraria sunt causa, ideo di-  
cebant, quod mouens ad hoc non potest esse  
vnum sed contraria: & ideo dicebant, quod amor  
non est sufficiens motuum principium, sed oportet  
contrarium amori ponere etiam odium: hoc  
autem ideo posuerunt, quia non dicebant esse  
generationem & corruptionem simpliciter, sed  
sicut generationem quandam per amoris congre-  
gationem, & corruptionem per segregationem  
odij: amoris enim est vnire & congregare, odij  
autem segregare & dispergere. Hoc etiam ali-  
quando vocant litem & amicitiam. Supponunt  
autem isti, quod omni amori odium sit con-  
trarium, & amori naturali naturale odium sit  
contrarium, & amorem esse inditum à diis pro-  
videntibus, & odium inditum esse à demone  
inuido & malo, quem calkathæon appellabant,  
quos postea Platonicus vocauerunt cacodemone-  
nes. Videntes autem ista subobscure balbutien-  
do per impropria dixerunt: sed tamen istam  
sententiam conati sunt dicere, licet non expres-  
serint per priora. Patet enim ex probationibus  
quas supponunt ex quibus procedunt, quod  
ista sequatur secundum intentiones eorum. Si  
quis enim per complexionem simul exequatur,  
& accipiat hanc sententiam secundum verita-  
tem quod dicit Empedocles, & non tunc de verbis  
impropriis ad quæ deueniunt balbutiendo circa  
veritatem, inueniet secundum eum, quod amor  
est causa agathorum sive perfectorum bonorum,  
odium verò causa malorum. Secundum dicta  
itaque si quis dixerit, quod Empedocles dixit & pri-  
mus inuenit, quod bonum & malum sunt prin-  
cipia mouentia, forsitan bene & verè id quod  
dicere intendit comprehendens. Supposito quod  
contrariorum sunt contrariae causæ mouentes,  
ita quod bonorum omnium causa mouens sit  
bonum, & malorum omnium causa sit malum  
eo modo quod dictum est. De hoc tamen in se-  
quentibus erit perscrutandum: quoniam in se-  
proximis & physicè mouentibus Empe. vera di-

xit, sed non in primo mouentibus: quoniam  
licet optimi primi sit optima prima inducere,  
vt bene dixit Plato: cum tamen hoc non habet  
contrarium malum, quod sit omnis mali causa:  
quia malum est infinitas & defectus, & non  
produciatur ex aliqua efficiente causa, sed incidit  
ex defectu alicuius principiorum: sicut dimini-  
tio membrorum causatur in generatione, sed  
non est ad propositum.

Igitur isti omnes, sicut diximus, & vique ad  
hoc balbutiendo, duas causas tetigerunt, quas  
in secundo phys. determinauimus, scilicet ma-  
teriam, & id quod vocatur vnus motus, sive  
mouens causa, obscure quidem enuntiantes,  
sed non manifestè: & qualiter in bellis pugili-  
cis faciunt primi inrudiri, ita fecerunt & pri-  
mi philosophantes. Etenim sicut primo illi à  
pugilibus circumducti sæpe faciunt bonas pla-  
gas, ita isti balbutientes aliquas de principijs  
produxerunt bonas sententias: at illi nec pugnis  
faciunt plagas ex scientia artis pugilum, nec  
isti in philosophando vsi sunt scientialibus ver-  
bis dicere quod debent. Scientialibus enim scire  
non vsi sunt nisi parum: quia non ex habitu  
scientiæ & conclusionum, sed tantum ex ha-  
bitu principiorum primorum, ad quæ ex ipsa  
veritate coacti sunt concedenda.

CAPVT XIII.

Qualiter Anax. vnus intellectus vs  
principio mouente.

Naxagoras autem quidem artificialiter ad  
mundi generationem vitur intellectu.  
Dico autem mundi generationem, generatio-  
nem calis & elementorum quæ ex motu calis &  
proportionis fitus ad caelum generantur, sicut  
etiam in scientia calis & mundi dictum est. Hac  
autem sunt primo mobilia secundum locum. In  
horum eorum prima generatione factis artificiali-  
ter vel pro causa proprio vitur intellectu. Nam  
quando quærens dubitat qua de causa de ne-  
cessitate est hoc vel illud, sicut caelum stellatum  
vna stella vel pluribus, aut qua de causa hoc est  
morum circulariter & aliud rectè, tunc oportet  
quod attrahat pro causa intellectum. Hoc au-  
tem sic probatur, sicut in secundo physicorum  
probatum est, quod necessarium in physicis  
aliter est quam in disciplinis. In disciplinis enim  
posito, ante & principio, de necessitate poni-  
tur consequens, sed in physicis posito princi-  
pio & antecedente, non ponitur consequens,  
sed potius è conuerso, posito consequente, ne-  
cessario ponitur antecedens: si enim domus est,  
oportet poni fundamentum; & non è conuer-  
so: & ideo in physicis sicut & in artificialibus non  
est necessarium nisi ex suppositione finis. De his  
autem in physicis factis determinatum est. Quer-  
ramus igitur, qua de causa necesse est caelum  
vnum esse vniuersum & alterum multiforme, &  
vnum habere vnum motum & alterum plures,  
& vnum mobilium caelorum habere motum  
aplanes vocatum, hoc est, regulariter super  
polos æquinoctialis & circulos æquinoctialis  
parallelos à dextro mundi per sinistram reuol-  
tulum





dum mouere habent principia. Sed licet quatuor ponat elementa, tamen videtur his quatuor vel duobus solum existentibus, sicut supra diximus. Igne enim videtur quasi secundum se existente propter motum & perpetuitatem & speciem quae caelestibus flammis vidit inesse. Tribus autem elementis igni oppositis, eo quod ad centrum omnia mouentur, & non perpetua sunt, & materialia, videtur quasi vna natura materiali: & haec sunt terra, & aer, & aqua. Haec autem quicumque vult, potest sumere ex speculatione naturae ipsorum elementorum. Haec igitur Philosophus Empedocles sicut diximus, sic dixit, scilicet quod principia sunt, qualiter sunt, & quot sint.

CAPVT XV.

De positione Leucippi & Democriti & Zenonis, qui ponebant inane & atomos.

<sup>In Philo. sopho. ybi scripta e.</sup> Leucippus vero & amicus eius Democritus & ipsi Epicurei Philosophi existentes dicunt prima elementa existentium esse plenum & inane sive vacuum. Rario autem ipsorum fuit, quia videbant in corporibus duo esse, substantiam & quantitatem sive dimensionem, & duo dicebant horum esse principia. Primum igitur dicebant esse plenum elementum substantiae, & inane dimensionum: primas enim dimensiones dicebant esse vacui, quod nihil aliud esse dicebant, nisi distantias loci sine omni corpore vel cum corpore. Nec dicebant distantias dimensionem vacui fieri in corpore, nisi interpositione diuisionum vacui: quia quando rarum fit ex denso, nihil aliud dicebant esse dimensionem, nisi positionem partium rari. Atomus discedit ab atomo, & interponitur distantia vacui. Et quando ipsissimum fit ex raro, coeunt atomi in distantias rari, quia nisi vacuum sit in medio, contingeret quod quando inspissatur rarum, duo vel plures atomi essent in loco vnius: & hoc est impossibile. Elementum substantiae igitur corporis elementatur ab atomis corporalibus, & dimensio ex vacui interpositione: quoniam quaecunque corpora atomalia multiplicentur adiuicem, non habebunt dimensiones, eo quod indiuisibilia sunt: oportet autem omnia naturalia quantitatem habere, eo quod omnia naturalia mobilia sunt, & omne mobile diuisibile. Amplius cum esse quod principiat res, sit prius accipere simplex quam compositum: & cum videamus, quod haec duo constituunt corpora naturalia, oportet quod ipsa prius sint in se simplicia: & sic prima simplicia res constituentia sunt vacuum & plenum quod est corpus atomum sive indiuisibile. Has autem rationes huius positionis quas indicimus, Xenophontes induxit per obliuissimum istius opinionis defensor: unde plenum dicunt esse velut ens, & inane velut non ens: quia si ipsum concreuerit esse ens, esset corpus: & tunc non posset in ipso aliud esse corpus: & sic non posset principia e cum corpore pleno. Dicunt igitur plenum quidem & solidum quod idem est ens, inane vero sive vacuum

dicunt non ens: & ideo dicunt, quod non est magis principium corporum ens quam non ens: quia nec inane magis vel minus est principium quam corpus solidum atomum, sed equaliter: corpus autem quod vocant plenum, dicunt esse corpus atomum, hoc est, indiuisibile: & dicunt, quod ista duo sint causa entium velut causa materialis: sicut & illi qui vnam dicunt vel vnam substantiam substantiam sive naturam, de quibus in principio huius tractatus diximus. Sed dixerunt isti, quod substantia corporum consistit ex corporibus atomis, & dimensio ex distantis inanis.

Dicit autem Leucippus & Democritus & Xenophontes dicebant esse non mutationem de non esse ad esse, sed potius sicut illi qui dicebant vnum aliquid esse materiam, aliam generabant passionibus & qualitatibus illius quod materiam subiectam esse dicebant, & dicebant generationem esse alterationem: ita & isti dicebant generationem alterationem secundum mutationem primarum qualitarum vacui & pleni: quae sunt rarum & densum, sicut patet per ante dicta. Dicunt autem adhuc causas aliorum differentes esse, & dicunt vacuum & plenum per mutationem rari & spissi. Has autem differentiae rerum causas, quod vna fiat hoc quod est homo, & altera lignum, vel aliquid aliud, dant esse tres, figuram quidam atomorum, & ordinem ipsorum, & positiones in raro vel spisso. Haec enim significantius huius dicunt, quod differentia rerum sit aut rhythmo, aut diathige, aut tropo solis, ita quod non est alia causa differentiae horum: at rhythmos figura est, diathige vero ordo, tropus autem positio. Dicebant enim atomos esse rotundos, & hos mobiles: aut acuti anguli, & hos penetratuios: aut quadratos, & hos stabiles. Ordinem autem dicebant ex hoc, quod primum illius figurae vel alterius ordinatur in compositione corporis. Positionem autem ex hoc, quod vnius figurae extra, vel intrus, vel altius, vel infra, vel supra, vel ante, vel retro, & de aliis similiter, & sic causari rerum diuersas compositiones. Huius autem exemplum dabant in elementis litterarum. Dicunt enim, quod eisdem litteris aliter ordinatis & aliter situatis dicuntur comediae & tragediae: quae tamen sunt opposita vel composita carmina laudis hominum vel vituperationis: eo quod in figura vocis quando formatur vocalis prima, differt a figura propria vocis non solum qua scribitur, sed qua formatur vocalis secunda. Quae est apud Graecos, apud nos est vocata. Secunda autem differt a prima ordine: quia profundius formatur a quam e, & simpliciter habet figuram formationis suae. Tertia autem in formando non ordine differt ab his, cum non sit eiusdem ordinationis, eo quod sit consonans: sed differt & generat sui differentiam positione, eo quod ante vocalem vel postposita aliter sonat, & immedata vocali coniuncta, vel alia interiecta, sonat aliter: & hoc modo diuersis positionibus suis cum vocali multas vocis litterae generat differentias: & sic dicebant facere atomos figurae & ordine & situ diuerso compositas multas vel compositorum differentes generare.

Scias autem hos etiam sicut aegros...



signorum  
& erroris  
causa.

do palpasse circa veritatem. Nescientes enim distinguere inter potentiam & actum, videbant bene, quod oporteret aliquid esse principium quod esset natura subiecta & fundamenti in corporibus, & hoc putabant esse corpus: quia supponebant cum omnibus antiquis Philosophis, quod ex nihilo nihil fit: non corpus autem putabant esse nihil corporis, & sic ex non corpore non fieri corpus omnino: & eadem ratione ex non homine non posse fieri hominem: non videntes distinctionem inter non corpus nihil existens corporis, & non corpus quod non actu est corpus, sed potentia est corpus & est fundamentum corporis. Sic igitur supponentes ex corpore fieri corpus, videbant ab ipsa veritate coacti, quod darent illi corpori dimensionem, essetque sic principiatum & non principium. Et ideo invocauerunt atomum, nescientes distinguere inter corpus physicum & mathematicum: quoniam primum corpus physicum est aptum natum mensurari tribus diametris & ad rectos angulos vndique se secantes: & hoc cum actu atomum & potentia atomum, & hæc

est subiecta corporis materia: & hoc quidam dicere intendebant, sed non valebant exprimeret. Amplius iterum supponentes ex nihilo nihil fieri, & nihil quantitatis videntes esse in materia subiecta prima, secundum quod est subiecta, & nescientes quod potentia est in ea dimensio, dixerunt quod oporteret principium dare dimensionibus: & non inuenientes dimensiones simplices omnino nihil nisi in vacuo, posuerunt vacuum esse, & huiusmodi interceptione vel spissari vel rarificari corpora, & sic fieri generationem & figuras corporum ex tribus superius dictis, figura, & ordine, & oppositione. Hæc igitur de principis est positio istorum. De motu vero vnde, hoc est, qua de causa mouente inest existentibus, & his aliis omnibus, & in hoc similes existentes negligenter dimiserunt intactum. De duabus igitur causis visum est prius a primis philosophantibus intantum questum esse in quantum a nobis dictum est in antea habitis: & hæc dicta sufficiant de positione Epicureorum.

# TRACTATUS IV.

## DE OPINIONIBVS STOICORVM de principis.

### CAPVT I.

De Pythagoricis qualiter dicebant numeros mathematicos esse principia.

In Philosopho  
r. h. y.  
cap. 1.

**S**TOICORVM autem circa principia nunc in alio tractatu inducimus assertiones, incipientes a Pythagoricis, qui primi principes in hac secta floruerunt. Dicitur autem primo, quod omnes Stoici conueniebant in hoc quod physicorum principia ponebant esse non physica: sicut Epicurei in hoc conuenierunt, quod principia physicorum physica esse corpora perhibuerunt, sicut patet in omnibus antea habitis opinionibus quas induximus. In his igitur Philosophis & ante hos de quibus diximus in physicis, illi qui vocantur Pythagorici, tangentes physicorum mathematica principia esse, primi inter Philosophos produxerunt ea in medium philosophantium, & in talibus principis conuerti per totum tempus philosophie sue dixerunt, quod ea que sunt principia mathematicorum, principia sunt cunctorum existentium. Rationem autem huius assignantes dixerunt, quod omnia corpora mobilia in motu considerantur, & ante corpora non sunt nisi ordines intelligentiarum quarum principia hic non quaruntur.

tur. Cum igitur ante corpus mobile sit corpus secundum naturam, principia corporis erunt ante principia corporis mobilis: sed qua sunt principia priora secundum naturam, magis habeant rationem principiorum quam ea que sunt principia posteriora. Sunt igitur principia corporis magis principia quam ea que sunt principia mobilis. Similiter quoque principia sunt priora, eo magis sunt vniuersalia & plurimum principiorum: ergo principia cunctorum sunt principia corporis: corporis autem vel cuiuslibet quantitatis sunt principia que constituunt ipsum in esse corporis secundum quod corpus est: non autem constituunt ipsum in esse corporis nisi mathematica: ergo mathematica sunt principia corporis, & per consequens sunt principia cunctorum.

Et omnis iste error prouenit ex hoc quod non distinguebatur natura corporis quod preterit sibi corpus mobile, & quod supponitur in ipso. Si enim hoc dicitur esse corpus tribus diametris dimensum, & in esse corporis constitutum, impossibile est euadere rationes inductas: & hoc putabant Pythagorici persuasi a quodam signo non sufficienti, quod scilicet corpus mobile per velox & tardum diuisibile est in infinitum, sicut ostendimus in 6. Physicorum nostrorum: & cum diuidi in infinitum sit passio mathematici corporis, oportet mathematicum corpus esse quod supponitur in corpore mobili physico. Hoc autem non est necessarium.

Corpus  
si e sub  
forma mo  
bilis  
conceptum  
etiam phy  
sic est di  
uisibile in  
infinitum.

sanum: quoniam si corpus accipiatur sub forma mobilitatis solum, sic abstrahit a mobili ad situm, & a mobili ad formam, & a figura recti motus, & a figura motus circularis, & huiusmodi motus addibilis est in velocitate additioni temporis, & addibilis in tarditate ad diuisionem spatij: & ex illa parte sequitur diuisio in infinitum: eriam corpus physicum sicut & mathematicum corpus: aut quod subicitur in corpore sic mobili, non est constitutum tribus dimensionibus que per tres sunt diametros, sed potius quod aptitudinem habet extendi tribus diametris: hoc autem est substantia in qua fundatur secundum esse mensuræ diametrorum, & non ipsa dimensio est que habet huiusmodi aptitudinem: & sic principia huius corporis sunt cunctorum corporum principia: hæc autem sunt principia substantie: & hoc ignorantes Pythagorici prædictos inciderunt in errores.

A principio igitur sue philosophie persuasi, quod mathematicorum principia sunt cunctorum principia, sic processerunt vterius inquirentes, que sunt prima principia mathematicorum. Videntes autem, quoniam numeri sunt natura primi in genere mathematicorum, eo quod numeri qui differentiis causantur, prout sunt pluralitas, ab unitate procedunt forme simplicis, que prima consideratione sunt entis & differentiarum entis & unitatis ipsius, ideo nisi & conati sunt isti speculari & multas similitudines in numeris, quas aptabant existentibus, siue essent per se non facta per generationem, siue essent facta, sicut sunt generata: est magis sint conati per similitudines aptare entibus quam ea que speculantur in igne & aqua & terra vel aere vel aliis corporibus physicis, que Epicurei Philosophi principia esse dixerunt. Dicebant quidem, quod hæc talis numerorum passio est iustitia: eo quod iustitia in communicatione est secundum medietatem proportionis geometricæ, & in distributione est secundum medietatem proportionis arithmeticæ. Illa vero talis numeri passio est anima, & talis anima est intellectus: quoniam dicebant, quod nobilior anima ad intellectum siue intelligentiam se habet secundum proportionem dupli, & sensus se habet ad animam superiorem secundum proportionem sexquialteri, & ad intellectum purum secundum proportionem tripli: natura autem corporis ad sensum quidem secundum proportionem superbi-partientis, & ad animam nobilem secundum proportionem dupli, ad intellectum secundum proportionem quadrupli. His enim proportionibus se habent inuicem, vnum, duo, tria, quatuor, qui sunt primi numeri secundum quod numerus duo: est autem principaliter multi secundum quod multum est ad infinitum tendens, & tria principium est finiti in numero, & quatuor est primum multum constitutum: numero vero accidit & multum & paucum finitum & infinitum esse. Similiter autem dicebant, quod est in his quorum esse permixtum est cum potentia, sicut materia, & tempus, & motus. Talis enim proportio vel passio numeri est materia, & talis est motus, & tale est tempus: quoniam tempus ad motum se habet sicut proportio a qua-

lis ad æquale, & motus ad mobile, sicut tria ad vnum, & materia ad formam sicut duo ad vnum: & ita in omnibus dicebant singulorum esse principia singulos numeros.

Amplius speculabantur etiam passiones & rationes harmoniarum, quibus corpora componebantur, & ex miscilibus aliter vniuersibus principis constituebantur, dicentes hæc vniuersum secundum proportionem hanc, & ita secundum aliam, sicut subtripulum aquæ ad triplum est terra, & quadruplum aëris in hoc vel illo mixto, sicut dicebat Empedo, constituitur ex partibus sex, quarum quatuor dedit Vulcano, & alias duas distribuit aliis elementis. Sic igitur quoniam & alia ab his que hic diximus secundum essentiam accepta videbantur assimilari numeris, & numeri sunt primi omnis nature existentium, sicut ante probatum est, ideo assimilauerunt, quod elementa numerorum & principia sunt elementa & principia cunctorum entium. Hæc igitur in numeris est positio Stoicorum, quorum præcipuus princeps fuit Pythagoras, vir vniuersè probissimus, de quo ab omnibus Philosophis primis præiudicatum est primus dicta sua pro auctoritate debere recipi, & nihil amplius probationis debere exigi a quoquam dicta sua referente, nisi quia ipse dixit: ipse autem erat Pythagoras, sicut dicit Tullius in libro de natura deorum.

### CAPVT II.

Est digestio declarans qualiter principia numerorum secundum Stoicos sunt principia cunctorum.

**N**Os autem ad intellectum Stoicæ positionis aliquantulum digrediemur: videretur enim nobis hæc summa esse philosophia. Dicamus igitur incipientes ab his que omnes Peripatetici principia esse dicunt; hæc autem sunt forma & materia, sicut manifestum est ex determinatis a nobis in 2. phy. licet sint tria principia motus: priuatio que vero abicitur in motu continet, & forma que continet educitur, & subiectum quod mouetur: tamen non sunt nisi duo principia entis, que sunt forma & materia. Loquamur igitur de forma, querentes an forma & unitas sint idem aut non. Constat autem, quod sunt idem intellectu: quoniam sicut dicit Euclides in 7. geometria & Pythagoras in arithmetica, unitas est qua qualibet res vna est. Qualibet autem res est vna ea natura qua ipsa est hoc quod est: sed qualibet res est hoc quod est per formam: ergo qualibet res est vna per formam: & sic intellectus unitatis positus concludit intellectum forme: & si e converso forma prius sumatur, per formam concludetur intellectus unitatis. Ex quo conuincitur idem intellectus esse forme & unitatis. Modum tamen alium habet unitas, & alium forma: quoniam in se considerata est unitas, sed considerata prout eius proprietas est esse quod dat rei, est forma. Est autem dico forma proprietatem potius quam esse: quia esse nihil aliud est







bona & 16. mala coelementaliter iuncta. 10. faciebant principia: hæc autem dicebant principia omnia, cum tribus modis varientur existentia quidem ita quod quædam ordinantur ad alia à quibus accipiunt esse: quædam autem sunt absoluta: & inter absoluta quadam prima existentia, quædam autem sunt mobilia siue mota: dixerunt hæc 10. istam triplicem entium diversitatem à 10. coelementariis principis sufficienter causari: tria verò coelementaliter accepta dixerunt esse entis principia, infinitum finitum, par & impar, vnum & plura: & accipiuntur ista secundum ordinem resolutionis, ita quod prius causatur à consequente & resoluitur in illud. Finitum enim omne per vnum primo, & par secundo, siue per par proxime, & per vnum primo finitum est: quoniam finitum est, cuius omnis pluralitas & potentialitas par sibi in complemento formæ ad terminum unitatis formæ reducta est, & aliter non existens perfectè, & contra cuius pluralitas & varietas potentie impar sibi ad vnius terminum reducta non est, infinitum est. Similiter autem in eadem coelementatione ponebant principia motus coelementaliter accepta, scilicet dextrum & sinistrum, masculinum & femininum, quiescens & motum, sicut dictum est in aliis non æquè prima: quoniam in his quiescens abusive vocauerunt, quod nullo modo mouetur: & hoc est cuius omnis bonitas est intra ipsum, sicut unitas prima in qua nullus est numerus, & nulli unitur, & hoc est primum non motum stabile dans cuncta moueri: & hoc est omnia alia formis sigillans, & omnibus aliis formas suas imprimens, & ideo masculinum: & quia formans est mouens ad locum, sicut in 8. phys. probatum est, ideo ubi abundat virtus sic entia sigillantis & formantis, ibi est dextrum. Propter hoc etiam Pythagorici primi inter philosophos in primo corpore sic formato dextrum & sinistrum posuerunt, non secundam figuram sed secundum virtutem dextrum & sinistrum distinguentes. E contra verò cuius non omnis bonitas secundum actum rerum est intra, per motum acquiritur, & illud etiam est in potentia ad motum & est motum: & quia id recipit & sigillatur ab alio quodam mouente & sigillante, est femininum: & quia semper regitur de imperfecto ad perfectum: & quos trahit potentiam sui ad mouentis virtutem, est sinistrum: sinistrum enim est quod trahitur in motu post dextrum, & per quod ad dextrum fit regressio. Quatuor autem coelementaria quæ reliqua sunt in ente generabilia, inferiora posuerunt, & duas quidem coelementationes in simplici posuerunt esse principia: duas autem in composito secundum prima elementaria. In simplici quidem posuerunt rectam & curuam: quoniam simpliciter leue & simpliciter graue recta sunt à medio vel ad medium mota. In alio autem leue & in alio graue sunt curua & reflexa & sursum & quæ curuantur inferiorius. In igne quidem aer, in aere autem & igne aqua. A deorsum autem superius: in terra quidem aqua, in aqua autem & terra aer: & ideo hæc & media & alterabilia & in partia sunt & multarum formarum esse dixerunt: quia cuiuslibet habet tres formas recti & conuexi & concavi. Secundum autem

ordinem inferioris ad superius ponebant lucem & tenebras: quoniam secundum Commentatorem cum perpetuo superius corpore participant ista. Quæ enim participant actu & potentia participium, luminosa sunt, & lucent, sicut dixerunt lucere ignem. Quæ autem communiunt cum perpetuo superiori in potentia participium tantum, sunt transparentia & non luminosa: & quæ priuantur vtraque, sunt opaca: & hæc tenebrosa vocauerunt: & hæc sunt in elementis ante formas & qualitates elementorum secundum naturam: & ideo ista principia vocauerunt elementorum, nihil in hæc falsitatis dicentes, nisi quia principia substantie elementorum neglexerunt. In non simplicibus autem secundum perfectionem quidem finis & motus dicebant principium esse bonum, & secundum infirmitatem & defectum consequendi verum terminum & verum finem, dixerunt esse malum: & secundum consecutionem virtutis celestis quæ inferius generata mouet ex quatuor punctis obliqui circuli, & non pluribus, secundum quæ distinguitur vniuersumque periodus, est quadrangulum & altera parte longius. Puncta sunt duo solstitialia distinguenda profundum ab ante & retro, & duo æquinoctialia ab ortu in occalum accepta distinguenda latum: longum etiam inferius generatorum distinguitur secundum motum rectum ab inferiori ad superius ascendendo. Dicebant enim & verè, quod quadratum ex ductu eiusdem lineæ in seipsum producitur, sicut determinatum est in secundo geometria. Quadrangulum autem quod est longius altera parte, conficitur ex vnius lineæ ductu in aliam. Quæcunque igitur inferiorum æquales habent arcus periodi, ad statum & decrementum pertinentes, & arcus siue semicirculus sub quo concluduntur ad statum secundum æquales medietates quæ sunt quarta circuli, distinguitur, ita quod vna quarta conducit ad statum quantitatis, & altera ad terminum roboris & virtutis, & tertia à quantitate virtutis declinat ad diminutionem quantitatis, & quarta mensurat declinationem quantitatis, horum periodus est circulus incipit quadrato: & latera quadrati sunt mensura totius suæ durationis regulariter & vnicè hanc solum periodum naturalem & bonum esse posuerunt, sicut & in veritate res se habet. Quorumcunque autem incrementa & decrementa quantitatis & virtutis materialia sunt, tunc erit maxima materialitas in eo quod parum creuit virtus post acceptam quantitatem & velociter declinat: & horum periodos incipit altera parte longiori quadrato, & est ipsorum duratorum permanentia irregularis & mala & cum ægritudinibus multis, & infirma sunt ad sui esse opiniones naturales. Sic igitur 20. quidam principia in duabus sistris boni & mali ordinata Pythagorici posuerunt: quæ tantum 10. sunt, quando elementaliter accipiuntur, hæc scilicet, finitum & infinitum, par & impar, vnum & plura, dextrum & sinistrum, masculinum & femininum, quiescens & motum, rectum & curuam, lucem tenebras, bonum malum, quadrangulum quadratum, altera parte longius quadrangulum. Et in istis rationibus quas induximus ista principia esse dixerunt, non multum à veritate decedentes.

Com. 2. cap. de historia or. uis.

CAPVT V.

De his in quo Alcmaon Crotoniates conuenit cum Pythagora in positione principiorum.

In Philo sopho ubi supra.

Is autem aliquid simile videtur suscipere & approbare Alcmaon de Crotonantia ciuitate exortus. Aut enim iste Alcmaon recipit istam opinionem à Pythagorice: aut è conuerso Pythagorici suam opinionem receperunt ab isto. Alcmaon enim iste fuit iam in ætate robusta, quando senio confectus fuit Pythagoras, & valde simpliciter sic enuntiauit principia rerum cum Pythagorice. Alcmaon enim dixit, quod multa sunt duo, eò quod principium sunt multitudinis: & hoc dixit Alcmaon quando determinauit contrarietatem humanorum. De aliis enim patris & parum loquebatur nisi de humanis ad mores pertinentibus, & in his omnem multitudinem virtutum & virtutum reduxit ad duo: vnum quidem quod est virtutis, alterum autem quod est vitii: & hoc est duo, abundantia scilicet, & defectus. Sed iste Alcmaon non posuit contrarietates determinatas & puras secundum naturam, sed quæcunque fortuna & casu contingentes & non puras secundum naturam, sicut album & nigrum, dulce amarum, bonum malum, magnum paruum, & sic de aliis quæ casu contingunt: hæc enim contraria posuit iste de ceteris contrariis indeterminatè: & ideo quædam aliquando dixit esse principia, aliquando principia: & Pythagorici verò denuntiant & quor & quas contrarietates dicunt esse principia. Ex his igitur ambobus Philosophis tantum est accipiendum, quod contraria sunt existentium principia, & hoc non potuit accipi ab aliis qui generationem negabant, & vnum solum principium esse dicebant: aut si dicebant plura esse principia, non dicebant agere & pati. Sed congregatione & segregatione fieri generationem & corruptionem per litem & amicitiam, quæ verè non sunt contraria, eò quod non agunt & patiuntur ab invicem. Item accipitur ab istis quæ sunt illa quæ dicunt esse principia & contraria. Sed quomodo hoc conuenit ducere ad causas à nobis superius per quatuor causas, non satis planè est articulatam siue distinctam ab istis Philosophis. Videntur tamen hæc ordinare elementa sicut in specie causalitatis & materia. Dicunt enim constitui & plantari substantiam eorum quæ sunt ex his, sicut ex eis quæ sunt sicut materia: plantari enim dicunt generabilia, & ingenerabilia dicunt substantiam esse ex istis. Ex quo autem res sunt vel sunt, & est in eis manens, est materia. Sufficit igitur quantum ad præsentem speciem intentionem antiquorum & de principis intentionem speculati ex his quæ dicta sunt à nobis.

CAPVT VI.

De tribus positionibus in naturalibus, quæ omnes in hoc conueniunt quod vnum dicunt omne esse quod est, & sunt Parmenidis & Melissi.

In Philo sopho ubi supra.

Sunt autem quidam Philosophorum, qui de Somnis entis principis emanauerunt, ac si omnia sint vna sola natura & tantum vnius naturæ. Quia dicunt omnia per naturam esse vnum & idem, & totam pluralitatem quæ est in rebus, non esse nisi per accidens: sed non omnes illi qui hoc dicunt, dicunt illud vno modo, sed in tres opiniones distribuuntur, sicut patebit in sequentibus. In hoc tamen conueniunt omnes, quod non benedicunt quod dicunt: quia in syllogismis probationum quos adducunt, peccant, & in materia falsas propositiones ponendo, & in forma syllogismi, quia non syllogizant bene, sicut ostendimus in primo phys. nec oportet hic repetere. Conueniunt iterum in hoc quod hoc dicunt quod non est secundum naturam dictum: quia motum & principium motus auferunt: & ideo naturalis Philosophus non habet disputare cum eis. Omnes isti conueniunt in hoc quod illud vnum quod dicunt esse, sit immobile. Igitur cum in presenti queramus causas naturales quæ determinatæ sunt à nobis in physicis, nullatenus conuenit ut habeatur sermo de istis quoad præsentem causarum perquisitionem, in qua per habitum querimus numerum causarum naturalium. Isti enim non loquuntur ut quidam Philosophorum, qui naturaliter loquentes, ipsum ens vnum esse sicut aquam, vel aërem, vel ignem, & non omnino auferunt motum, sed omnia generant ex vno per motum quasi ex vna materia omnia ex vno esse dicentes: sed isti dicunt alio modo omnia esse vnum. Isti namque qui physicè loquuntur, illi vno quod dicunt esse ex quo omnia sunt, motum apponunt, dicentes omne quod est, generari quocunque modo generationis: sed isti non physicè loquentes, dicunt vnum quidem omnia esse, & dicunt illud esse immobile, & secundum tantum quod auferunt motum, istius speculationis siue inquisitionis in qua sumus, ens in quantum est inquirentes, est proprium de eis disputare & non philosophiæ naturalis. Et hæc omnia determinata sunt in primo phys. unde cum sibi disputauimus de istis, diximus nos facere inducendo Philosophum primum: quia ex principis naturæ non potuimus habere viam contra ipsos. Hæc autem in altiori existentibus inquisitione, quamuis de re naturali queratur, oportet nos latius de his interioribus considerando, perquirere eorum positiones, & rationes eorum quibus ponunt quod ponunt, & in quo conueniunt, & in quo differunt, ut videamus quid philosophiæ dicta eorum contineant. Parmenides dicit omnia esse vnum, & videtur tangere, quod omnia sunt vnum ratione formæ & speciei quæ est æternæ quidditas. Melissus verò

1. phys. ex. c. 19. & infra.



ipsum quod est omne, dicit unum & idem esse secundum materiam: & ideo Melissus dicit omnia esse unum finitum & immobile. Parmenides autem omnia dicit unum esse finitum & immobile. Zenophanes vero qui primus fuit inter hos tres, eo quod Parmenides fuisse dicitur eius discipulus, dicit quidem omnia esse unum, sed nihil explorat de altera istarum naturarum, utrum scilicet sint unum per formam, vel unum per materiam: & ideo Zenophanes neutrum istorum visus est attingere: sed respiciens ad totum caelum cum monibus coordinatis sibi, dicit hoc unum totum esse quod est Deus, & Deum dicit esse omnia.

Sicut igitur diximus in præhabitis, hi prætermittendi sunt quoad præsentem de physicis causis questionem. Duo quidem omnino, scilicet Melissus & Zenophanes, quasi parum rudiores & agrestiores, in schola non connutriti: eo quod dicunt ipsum unum quod est omnia, esse in finitum & immobile, Parmenides autem curialior esse dicitur: quia motum aliquem dat entibus, sed absolute substantialem aufert generationem: & ideo Parmenides visus est dicere, quod dicit, melius videns quid dicere congruit. Arguit sic Parmenides: quodcumque præter ens est, de omnibus nihil est omnino: quia ens non distinguitur ab aliquo entium: ergo ens omne est una & eadem natura entis indistincta ab aliquo entium: & sic Parmenides nihil dignatur esse præter ens. Non, ens igitur quod est præter ens solum, nihil dignatur penitus esse. Si ergo aliquid sit illud, non est aliquid præter ens. Quod autem non est aliquid præter ens, est ens solum. Ergo omne quod aliquid est, ens solum est, & unicum ens: igitur omne quod est aliquid, est unum solum ens: sed omne quod est, aliquid est: ergo omne quod est, unum solum ens est. De his autem manifestius diximus in physicis, libro primo: sic autem omnia unum solum ens esse dicens, ab ipso tenui coactus sequi ea quæ apparent in sensu, dicit omnia esse unum secundum rationem & quid est & formam, plura vero per accidens in formis sensibilibus esse suscepta, & ibi accidentalem motum esse non negavit. Et ideo postquam unum omnia esse dixit in substantia & esse, rursus in sensibilibus duo ponit esse principia, calidum & frigidum, ut terram & ignem dicens esse principia. Ex his autem quod principium est secundum proprietatem entis, est calidum, quia motum habet à centro: frigidum autem eo quod prius motum, & constingitur ad centrum, ordinat principium esse per modum non entis. Hæc igitur sunt horum trium Philosophorum positiones, & in quo concipiunt, & in quo differunt, dictum est.

## CAPVT VII.

*Et est digestio declarans rationem Zenophanis, qua omnia dicit esse unum Deum.*

**R**efusus autem istorum scrutabimur propositiones, ponentes rationes & defectus eorum, & ponentes primam positionem Zenophanis,

qui non distinguens de materia & forma dixit omnia esse Deum. Innitebatur autem iste quatuor propositionibus, quarum una est, quod quæcumque distinctum esse habent sub uno communi intellectu alicuius naturæ, per diuisionem differentiarum oppositarum exeunt ab illo communi intellectu naturæ illius. Secunda est, quod omne quod distinctum esse habet sub uno sibi communi & aliis, est compositum ex alia natura communi & differentia continent ipsam in actu. Tertia est, quod idem est à quo non differt differentia. Quarta est, quod simplex omnino nullam habet differentiam secundum inesse distinctum distinguentem. Hæc propositiones colliguntur ex libro Alexandri Greci cuiusdam Peripatetici, qui opinionem istius Zenophanis post eum suscepit. Accipiamus igitur primam propositionem per se notam, quod omne quod prædicatur de pluribus, & non conuersim de illis prædicatur, & non accidentaliter illis est conueniens, est una natura quædam quæ est substantialiter in omnibus illis: ens enim prædicatur de Deo, noy, & materia prima, non conuersim, & non accidentaliter conueniens illis: igitur est una natura quædam quæ substantialiter est in omnibus illis. Nec potest dici, quod intellectus entis est intellectus principij & non generis: quia de hæc quoad propositum concludendum nulla est penitus differentia. Modi enim entis quibus dicitur per prius & posterius, non sunt de substantia & substantia, sed de substantia & accidente. Quod si etiam per prius & posterius diceretur, adhuc esset aliquo modo communis intellectus entis de ipse de quibus dicitur, & non haberet aliquod ens determinationem ad hoc ens ab ipso intellectu entis: quia aliter idem esset principium conuenientie multorum adinueniem, & principium differentie eorundem adinueniem, quod est impossibile. Rediit ergo, quod ens primum de natura diuina & materia & mente sit una natura communis in illis. Accipio ergo quartam superius positam propositionem, quod simplex non habet differentiam, & procedo sic: materia prima est quæ non habet aliquam differentiam, eo quod omnis differentia est à forma: & prima materia est ante omnem formam: quia aliter non esset in potentia ad omnem formam: ergo non habet aliquam sub entis intellectu differentiam: igitur ipsa nihil addit super ens. Eodem modo Deus, qui causa prima est, simplex est, & nullam super entis intellectum addit differentiam. Eodem modo noy siue mens nihil addit, secundum quod mens dicit ipsam primam, & simplicem naturam nature incorporeæ, non contractam ad aliquam naturam corpulentem, vel animæ, vel alicuius alterius. Renocemus igitur ad memoriam tertiam superius positam propositionem, quod idem est à quo non differt differentia. Et concludemus, quod Deus, noy, & materia prima sunt idem & unum ens penitus: eo quod quæcumque entia sunt, & nullam sub ente participant differentiam, eadem sunt: Deus autem, noy, & materia entia sunt, & sub ente nullam entis differentiam participant: ergo Deus & noy & materia sunt eadem. Si autem daretur, quod aliquam sub ente differentiam participant, vel modum differentie, cum illis ad eas quod

est in eis se habeant ex additione, sequeretur quod essent composita: & hoc esset contra rationem primi: quia principium non potest esse compositum: eo quod omne compositum suis componentibus debet esse suum tanquam principis. Sunt autem ista prima in omni natura, Deus, noy, & materia. Sequitur igitur, quod ista sunt eadem in natura & esse.

Vltimus autem probat Zenophanes ex his omnia esse substantialiter unum, supponens tres propositiones, quarum una est, quod de consequentibus esse, nihil est substantia rei. Secunda est, quod differentie accidentales non variant substantiam. Tertia est, quod consequentia esse sunt accidentia. Et inde processit sic: quæcumque sunt post prima de essentia rei existentia, sunt esse substantie consequentia. Omnia autem quæ sunt, sunt post prima superioris inducta, quæ sunt rerum substantia. Ergo omnia quæ sunt, sunt esse substantie consequentia. Non enim posset poni forma, quæ est substantia, præcedere materiam, nisi poneretur esse lumen Dei vel noy siue intelligentie: hæc autem sunt eadem ipsi materie: ergo ut lumen illorum non præcedit esse substantie ipsa forma: omnia igitur substantie esse sunt consequentia: ergo per primam propositionem sunt illa non substantia: ergo sunt accidentia si aliquid sunt, sicut dicit tertio supposita propositio: ergo non distinguit in esse substantia, sicut dicit propositio secundum supposita. Ex hoc igitur concluditur: quæcumque in esse substantia indifferencia sunt, substantialiter eadem sunt: ergo omnia quæ sunt, substantialiter & in esse substantia eadem sunt.

Amplius propositiones ab omnibus Philosophis suppositæ sunt quatuor de esse diuino, quarum una est illud esse perpetuum & æternum, quod idem substantialiter manet ante omnem & post omnem mutationem. Secunda est illud esse diuinum, quod per se ipsum largitur omnibus quod sunt. Tertia diuinum ubique & semper esse. Quarta est diuinum ad sui substantiam nullo indigens. Ex his igitur sic procedebat: materia est quæ ante omnem & post omnem mutationem, & in omni mutatione manet eadem, eo quod incorruptibilis & ingenerata, & per eandem rationem immobilis: quoniam si moueretur ad esse materie, tunc motui in esse materie & subiecti non subiceretur, quod est falsum: igitur ipsa est immobilis & æterna. Adhuc ipsa sola est, quæ de se ipsa largitur omnibus hæc quæ sunt: quia ipsa præstat omnibus subsistere & subsistere per se ipsa: quod non facit forma, etiam si forma esse poneretur, eo quod forma non est fundamentum subsistens & subsistens, sed potius si esset, inesset fundata & inherens. Similiter ipsa est in omnibus ubique & semper: quoniam in secundo huius scientie habebitur, quod quando aliquid unum est in multis, per unam rationem illis existens, oportet quod illud sit primum in aliquo uno, quod est causa omnium illorum: sustinere autem & fundare in se formas & suscipere eas, est in omnibus quæ sunt hoc aliquid: ergo est in eis gratia primi fundantis & suscipientis & sustinentis. hoc autem est materia: ergo materia est ubique, ut habitum est superius, quod ipsa est semper. Similiter

materia ad sui esse nullo penitus indiget: quoniam si aliquo indigeret, iam non esset prima. Congregabat igitur Zenophanes omnia hæc in materia prima, esse diuinum, esse perpetuum immobile, omnibus dans moueri in ipso, omnibus per se ipsum esse largiens, ubique & semper esse, & nullo ad sui esse indigere: & concluderat, quod materia prima sit Deus.

Amplius hyle secundum se accepta est impartibilis & impassibilis: ergo & immobilis: quia non paritur aliquid nisi moueatur, & non mouetur nisi sit diuisibile, sicut in 6. phys. probatur est. Quod igitur mobilis efficitur hyle, hoc est à corporeitate quæ aduenit ei. Corporeitas autem adueniens ei, est accidens ipsius. Ergo motus accidit ei per actus ipsius: & similiter passio & omnis diuersitas corporum & motuum & passionum est ex hoc quod aduenit ex corporeitate & contrarietate: ergo una hyle est in omnibus illis indiuisibilis & immobilis & impassibilis: multa autem corpora mota & multa patientia: ergo omnis diuersitas est ab accidentibus & proprietatibus aduenientibus: & nihil diuersitatis est à substantia ex parte materie, sicut dicit Zenophanes.

Omnino autem eodem modo se habet noy ad animam & animæ differentias, quo se habet hyle ad corpus & corporis differentias: quoniam noy in eo quod huiusmodi, non comprehendit formas corporum nisi per aliquid adueniens ei quod facit ipsam noy proportionalem corpori: & tunc efficitur imaginans & sentiens & patiens à sensibus & motibus à sensu factis. Sicut ergo hyle non distinguitur à diuersitatibus corporum, eo quod sunt post ipsam: ita noy non distinguitur à diuersitatibus animarum, eo quod sunt post ipsam: & sic erit una hyle omnium corporum, & una noy omnium animarum. Quæcumque autem non differunt, danda sunt eadem: impartibile autem immobile & impassibile non differunt in noy & hyle, eo quod utriusque aduenit partitio & mobilitas & passio: posterius adueniente corporeitate & contrarietate, in se autem sunt uno & eodem modo impartibilia & immobilia & impassibilia: ergo nulla differentia differunt noy & hyle: ergo eadem sunt per omnia.

Eodem autem modo conclusit hæc ambo esse Deum: & sic intulit Deum esse omnia, & fieri Deum corporealem ex posterius adueniente corporeitate, & sensibilibus ex posterius aduenientibus formis sensibilibus. Hoc autem alij quidam imitati sunt templorum facientes inscriptiones: circa idola enim Palladis in scriptura ferunt fuisse, quod pallas est quicquid est, & quicquid erat, & quicquid erit, & quicquid vides, cuius peplum nullus unquam sapientium reuelare potuit. Et hæc opinio placuit Alexandro Peripatetico: & aliquid eius quantum scimus, David de Dinando ascriuit, sed perfecte & profunde non intellexit. Hoc autem quod hic inductum est de eo, sufficit ad hoc quod sciantur rationes Zenophanis, quæ cum in hunc produxerunt errorem, quod ad totum respiciens ipsum dixit esse Deum. Cælum autem vocauit omnia mundi simplicia corpora, dicens Deum corporeitate distinctum sine passionum differentia esse cælum. Cælum autem siue corporeitate



eam assumptis passionum differentis fieri elementum: & sic omnia substantialiter esse Deum.

## CAPVT VIII.

*Est est digressio declarans improbationes & solutiones rationum ipsius Zenophanis.*

**N**E autem in errore isto cuiusque remaneat intellectus, licet nobis non sit hic contra istas positiones disputare, tamen ad faciliorem doctrinam ista improbamus hic, & vias soluendi demonstrabimus, & tunc ad Melissi procedemus positionem. Dico igitur, sicut probauimus in 2. physic. quod mouens & materia nunquam sunt res vna: & sicut patet per antecedentia, si res mouens & materia essent res vna per substantiam, sequeretur quod contradictoria essent simul vera: Deus autem est mouens primum, & materia prima est motum primum: & sic illa duo nunquam possunt esse res vna. Quod autem Deus sit causa prima & mouens primum, & sic causans per suam essentialem scientiam, probabitur a nobis in 1. huius scientia libro. Amplius probatum est in 8. phy. quod primus motor nec potest esse finitus, nec infinitus per quantitatem vel virtutem corpoream, neque diuisibilis: sed oportet ipsum esse indiuisibilem & impartibilem, nullam penitus potentiam habere magnitudinem. Si autem esset idem cum materia, posset esse in maiori maior, & in minori minor, & esset diuisibilis. Potentia igitur non potest esse idem cum materia. Adhuc primum regit omnes res prater quod commiscetur cum eis: materia autem in nulla reum est nisi per vnionem & mixtionem substantia: & virtutis: igitur Deus nullatenus potest esse materia prima. Eodem autem modo probatur omnino in minori mundo, quod noys Deus & mens & materia & hyle non sunt idem: & hoc satis patet per ea que scripsimus in nostra epistola de natura anime & contemplatione & immortalitate eius: & ideo ista relinquuntur: agrestes enim & rudes sunt in philosophia qui his ad consentiendum mouentur.

Ad propositionem ergo quas in prima sua disputatione supponit Zenophanes, dicendum ad primam, quod illa propositio quam inducit, quod quæcunque distinctum esse habent sub vno communi intellectu alicuius nature, per diuisionem oppositarum differentiarum exeunt ab illo, falsa est, nisi intelligatur de sola generis communitate: quoniam multa indiuidua distinctum esse habent sub vno communi intellectu nature communis, quæ est essentialis similitudo ipsorum, & totum esse ipsorum, & per diuisionem tamen oppositarum differentiarum non exeunt ab illo, sed potius per diuisionem materiarum. Si autem accipiat de intellectu entis qui est ante omne genus, tunc omnino seipsum non intelligit Zenophanes: falsum enim est, quod notio entis sit intellectus communis his de quibus prædicatur ens, ita quod ipsa per oppositas differentias exeant ab ente: ita natura entis simpliciter est vnum, & alia

omnia sunt modi illius vnus, quod verè est ens, sicut ens est substantia, & omnis varietas accidentium est secundum diuersos modos esse substantia: licet enim ipsa substantia sit ens verè vnum, esse tamen eius non est vnum & idem secundum quod est materia vel disposita qualitate, vel relata, vel agens, vel patiens: & sic de aliis: & sic accidentium varietates sunt non essentia, sed entis esse quod est substantia. Quod autem vterius ex ista procedit, & dicit, quod ens dictum de substantiis diuersis, non dicatur per prius & posterius, iterum est falsum: quia ens per prius est actus, & ens per posterius est potentia, & ens simpliciter est substantia quæ est hoc aliquid. Adhuc autem alio modo falsum est, quod ens sit commune siue per modum principij siue Deo siue causæ primæ & suo causato, ita quod sit aliquid quocumque modo in vtroque: quia secundum hoc aliquid esset commune causæ primæ & suo causato: & sic causa prima esset composita ex illo communi & quodam alio: & tunc non esset prima causa. Ens autem scimus esse causarum primum causæ primæ: & sic non est commune causæ & causato: sed potius ante omnem entis diuisionem est hæc diuisio, ens à seipso & ens ab alio: & ens quod ibi diuiditur, est ens simpliciter, & potius entitatis eius quod non est ab alio & ens eius quod est ab alio, non est sub illa, sed potius vestigium illius & resultat quædam & imitatio & non pars illius tanquam communis natura quæ sit in ente à seipso & in ente ab alio: & patet ideo, quod nihil valet pro: sius quo procedit ex illa propositione. Similiter secunda propositio quam ponit, quod id quod distinctum esse habet sub vna natura communi sibi & aliis, est compositum ex illa natura & differentia constituyente, falsa est, nisi intelligatur de generis distinctione vel speciei: quoniam illa differentia distinctum habet esse sub vna natura communi sibi & aliis, in qua est potestare, & tamen non est composita ex illa natura & differentia constituyente, sed est simplex: & similiter omnia prima seipsum differunt & distinguuntur & ex hoc nullam penitus probantur habere compositionem, sicut Deus, noys, & materia siue hyle. Tertia autem simplex est vera, sed maxima differentia differunt quæ seipsum differunt & aliis differre sua differentia tribuunt, sicut homo & asinus seipsum non differunt, sed eis suæ differentia, quæ sunt rationale & irrationale, differre tribuunt. Differentia autem differunt seipsum: quia aliter differentia esset differentia, & abiret in infinitum. Quarta autem falsa est, nisi fieret vis in habere differentiam: eo quod habens & habitum sunt diuersa: tunc enim verum est, quod habens differentias sit compositum. Si autem in hoc non fiat vis, tunc falsum est: quia id quod est in sine simplicitatis, est quicquid habet, tamen multas habet differentias. Ex his igitur satis patet solutio primæ suæ disputationis. Patet etiam, quod est agrestis & sine disciplina.

Adhuc autem, quod in secunda disputatione dicitur, quatuor esse de esse diuino, sine intellectu omnino est dictum. Omnibus enim parum scientibus patet, quod natura supponitur omni mutationi, & relinquatur post omnem muta-

tionem sicut subiectum omnis mutationis: Deus autem & noys nullius penitus sunt vel esse possunt mutationis subiecta: & quod ex ista vterius assumit non esse mutationem ad hyle, illud verum est, quod hyle est quod mutatur ad formam: & ideo licet non sit mutatio ad hyle, tamen immutabilis non est hyle ipsa. Deus autem & noys nec mutantur nec ad ipsa potest esse mutatio aliqua: & cum æternum sit immutabile, patet quod hyle non est æterna. Sed in temporalibus omnibus magis temporalis & propè nihil existens. Secunda autem quæ dicit, quod diuinum est per seipsum largum & largiens omnibus de seipso, hoc omnino verum est: quia hoc est diues in se & in aliis. Et cum largitur esse secundum actum, largitur & bonitates quæ sunt ab ipso & lumine diuinarum suarum. Materia autem siue hyle pauperima est omnino, nihil de esse largiens, cum totum esse sit effectus formæ, & auara est suscipiens, & turpis omnibus indigens. Et quod vterius inducit, eam omnibus dare quod sunt, omnino falsum est: quia hoc dat forma per hoc quod est aliquid de esse diuino: fundamentum tamen est in quo recipitur & fundatur esse, & contrahitur ad hoc quod sit esse huius secundum quod hoc est, & hoc est paupertatis & particularitatis ipsius. Similiter verum est hoc, quod diuinum est vbique & semper: sed hoc nullo modo conuenit materiarum, quæ per partes est, & non vbique tota: hoc est, ita quod pars eius vna est hic & alia pars alibi: propter quod etiam in poetis Atlas vocatur, qui vbique est & semper: vbique quidem, quia per partium distensionem: semper autem per successionem formationum, in quæ successione manet hyle & subiectum vnum & idem. Deus autem vbique est per rationem suæ simplicitatis, non diuisus per partes, sed semper est non vt subiectum omnium quæ succedunt ibi formarum: sed extra tempus excellens & mensurans & regens omnia, nulli diuino periturus est ex omnibus. Quarta autem propositio, quod diuinum nullo indigens ad esse suum, omnino vera est de Deo, & de materia omnino falsa: quia licet nullo indigeat vt materia, tamen omnibus indiget ad esse perfectum. Adhuc enim nihil omnium est quod ita & tot & tantis indigeat sicut ipsa: & quod ad esse materiarum nullo indiget, hoc ideo est: quia hoc est primum in ratione subiecti: & si ad hoc alio indigeret, oporteret quod hoc esset subiectum prius primo, & abiret hoc in infinitum: & infinitum abhorret intellectus omnis. Patet igitur, quod hæc disciplina etiam præter omnem rationem ficta est.

Quod autem tertio adducit, quod hyle secundum se est impartibilis & immobilis & impassibilis, & quod hyle accepta corporeitate efficitur diuisibilis & mobilis, & accepta contrarietate efficitur passibilis & sensibilis: & quod noys similiter se habet ad acceptionem sensus & imaginationis, & Deus similiter ad indumentum quantitatis ætærorum & elementum, multum est inrationabile & totum penitus impossibile & abominabile. Dicere enim hyle esse indiuisibilem, etiam quando est secundum se accepta, est penitus falsum. Tunc enim est diuisibilis in potentia, non actu. Vnde hoc non

fuit dictum alicuius sapientis scientis philosophiam. Similiter dicere, quod per contrarietatem assumptam sit mobilis, omnino falsum est, & a nobis improbatum est in physicis: secundum hoc enim maneret corporeitas vni numero in toto & omni motu & mutatione, sicut subiectum motus & mutationis manet vnum numero: & secundum hoc corpus naturale constitueretur dimensionibus quantitatum: & mathematica secundum esse accepta erunt principia physicorum, quæ ambo sunt absurda apud omnes qui aliquid nouerunt de peritia Peripateticorum: ideo in physicis determinauimus corpus physicum ab aptitudine mensurationis trium diametrorum constitui, & non ab actuali mensuratione quantitatis mathematicæ secundum esse acceptæ: hæc enim aptitudo subiecti & materiarum, quod vnum numero manet in toto motu & mutatione, & ab hoc habet mobilitatem. Receptibilitatem autem formæ habet ante hanc à seipso: & si passibilis dicitur receptibilis, tunc passibilitatem habet à seipso à hyle. Si autem passio est à contratio, tunc passibilitatem habet à contrariis susceptibilis, & passioem ipsam habet à contrariis susceptis & secundum actum agentibus: quia hæc passio magis facta abiicit à substantia, & non sit nisi agentibus adinuicem contrariis, & mutuo se abiicientibus à subiecto. Noys autem non sic se habet ad imaginationem: quia cum noys in anima hominis habet imaginationem, habet illam ex potentia organica, cuius organum non recipit nisi figuras corporum: & hæc potentia fluit ab anime substantia secundum quod ipsa est entelechia corporis organici physici habentis potentiam ad vitæ opera: & non est ex hoc, quod ipsa noys anima per hoc efficiatur, quod formam assumat corpoream, sicut iste satius dicit, & cum Alexander secutus est. Et fuit hoc principium hæreticis cuiusdam Tertuli Græci opinantis animam habere effigiem membrorum. Si enim sic dimensiones corporum accipit sicut hyle, eo quod idem est noys & hyle, vt isti dicunt, oportebit quod sicut hyle corporeitate vestita & contrarietate disposita, nullum prorsus actum habet extra corporis & contrarietatis permissionem, ita noys indura forma anime quæ est dimensiones, vt iste dicit, nullam habeat operationem separatam à corporis mensuratione & similitudine: & sic nulla esset in nobis operatio intellectus omnino: quod experientia docent esse falsum. Isti concedunt hoc adducentes pro se quod dicit Aristoteles, quod non sicut intellectus est cum continuo & tempore. Sed iam in præhabitis ostendimus, quod licet sit cum continuo & tempore in prima intelligibilis acceptione, tamen apud se inuenit sine continuo & tempore intelligibile quod est ipsa rei veritas & quidditas: & tunc omnino est sine continuo & tempore. Deus autem sine syllogismo inducitur sic se habere ad celum & ad mundum, & ideo esse noym & hyle: & secundum hoc nec diuinus intellectus esset etiam sine continuo & tempore, quoniam hyle: & secundum hoc in omnibus rebus esset intellectus apud se, & cum continuo & tempore intelligeret in omnibus, & secundum hoc secundum prudentiam dictus intellectus esset in omnibus:

*Nota modo natura à seipso dicitur habere passibilitatem, & quomodo non.*

*Nota quædo intellectus cum tempore continuo & tempore.*



& si dicat iste, sicut dicit Demo. quod hoc verum est, sed in quibusdam obruitur corporeitate, quod ad iudicium de rebus & conceptionem & notionem venire non potest, illud est absurdum: quia propter formam est materia: & ideo secundum potestates formæ aptatur materia. Si igitur hyle potestates has habet in omnibus, aptabitur ei organum potestati suæ ad operationes congruum. Loqui autem diu de abactionibus istorum virorum frivolum est: ex dictis enim satis intelligitur istos in philosophia agrestes esse & rusticos, & naturales eorum positiones nullo modo existere.

CAPVT IX.

*Et est digressio declarans opiniones & rationes, & solutiones rationum Melissi.*

Melissus autem positionis huius susceptor, articulavit eam: eod quod Zenophanes non distinguit aliquid, sed omnia dixit esse Deum. Melissus autem omnia dixit esse unum in materia, persuasus rationibus tribus, quas ex propositionibus quatuor assumpsit, quas parabat esse veras. Una autem & prima suarum propositionum est, ante principium materiam nihil esse omnino de rebus naturaliter & substantialiter existentibus. Secunda est, formam vel aliquid aliud non causare & agere, nisi actu sit & substantiata. Tertia est, formam non substantificari ad hoc quod actu sit & agat nisi per materiam. Quarta est, consequentia non esse substantias rerum, sed esse accidentia quæ substantiam nec distinguunt nec in numero ponunt. Ex his igitur sic processit: principium est rerum omnium, ante quod nihil est de esse rerum, & ex ipsa est esse totum: ergo materia est solum rerum principium. Si enim datur forma esse ante materiam, tunc non est actu, neque agit, nisi substantiata & fundata per materiam. Igitur oportebit, quod materia fundans formam sit ante primam materiam, quod est absurdum. Si autem sit non fundata forma, hoc est contra tertiam propositionem: & tunc queratur, in quo sit vel quale esse habeat? & si dicatur, quod est in intellectu agentis. Cum igitur hoc quod intellectu est, sit secundum quid & non simpliciter, erit actu agens id quod tantum est secundum quid: & hoc est contra propositionem secundam. Ex his igitur relinquuntur formas omnes accipere esse ex hoc quod fundantur in materia, & sic esse materia consequuntur, & tunc nihil secundum substantiam diversificant, sicut dicit propositio quarta. Amplius iste Melissus dixit esse accidens id quod nihil addit de substantialitate formarum, aut nullum aliquid addit substantialitati materia: eod quod suam substantialitatem nec acquirit per formam adiuventem, nec amittit eam ea recedente: & sic forma de substantialitate nihil existens, materiam non diversificat, neque numerat, nisi per accidens. Tertio autem induxit id, quod omnis forma qualitas quædam est, & in qual. predicatur. Quod autem qualitas est,

substantiam non diversificat: eod quod multe qualitates sunt in vno & eodem & propriæ & communes. Et ex his dicebat materiam solam esse rerum substantiam: & quia formis non dividitur nisi per accidens, ideo dixit omnia esse substantialiter vnum & idem: & eam ex se sit infinita materia, & non possit per formam distinguui, dixit eam esse infinitam: & cum infinitum non habeat quo moueatur, dixit illud vnum esse infinitum & immobile.

Hæc autem nihil habent veritatis: licet enim in ordine materia nihil sit ante materiam, & ideo sit ipsa materiale principium, tamen simpliciter forma est ante materiam tempore, & ratione, & substantia. Ipsa enim efficiens per se forma est omnium, non quidem appropriata omnibus & incorporata, sed præhabens in se omnia formata & omnia faciens ea, sicut principium non coessentialia, sed immediatum in omnibus per substantiam suam agens. Et hoc quidem exemplum est in microcosmo in quo vna numero anima in semine ut artifex existens, & non ut perfectio formalis ipsius, non per accidens, vel per aliud, sed per se & immediate agit formam capitis, cordis, & hepatis, & carnis, & ossis, & nervi, & aliorum omnium per hoc quod est forma talis corporis: & hoc modo ut artifex talis per seipsum, non per accidens, vel per aliud agit materiam ad formas: & est ante eam duratione & ratione & substantia. Quod autem forma non sit actu nisi fundata & substantiata in materia, penitus est falsum: quia sic materia conferret esse formæ, quod falsum est: quia & conuerso forma dat esse materia: forma enim est quasi foris manens dicta: & quanto plus manet foras materiam substantia & esse & operatione, vetius habet nomen forma: & ideo intellectus vetius est forma quam sensus, & intelligentia vetius est forma quam anima, & Deus maxime est forma omnia formans. Illa autem formæ quæ in materia sunt, imagines vocantur: eod quod sunt formarum veterum resurrationes & imitationes quantum permittunt materia, ut dicit Plato. Ex hoc autem patet non esse verum dictum Melissi. Licet autem forma nihil conferat materia de esse materia, eod quod esse materia habeat materia à seipsa, tamen composito sola confert esse forma, & materia suscipit illud, & distinguitur & numeratur ex ipso. Nec sequitur si in quale prædicatur, quod sit accidentalis qualitas, quia est qualitas essentialis, quæ est conferens esse: & hoc ignoravit Melissus: tamen forma non prædicatur per hoc quod est causa rei, sed per hoc quod est esse rei: sed de hoc modo disputandi non est locus. Sic igitur finita materia per formam nec vna manet, nec infinita: quoniam quæcumque pars eius clauditur inter fines vnus formæ, dividitur ab altera & numeratur cum illa & finitur: & ideo nec vnum ens, neque infinitum: sed quia quod in ipso fuit in potentia ad esse, est etiam in potentia ad non esse, habet quo & ad quod moueatur: & ideo non est vnum omnia infinitum & immobile, sicut dicit Melissus. Agrestis enim & iste est & rusticus in physicis, non civiliter disputans, sicut & doctor tuus Zenophanes: & ideo sermones istorum relinquuntur: quia sufficit id quod dictum

est in contradictione positionis istorum. Diximus tamen in physicis quædam de ista positione, quæ si addantur ad ea quæ hic dicta sunt, magis erit sufficiens contradictum.

CAPVT X.

*Et est digressio declarans positionem Parmenidis & rationes eius in quo peccauit.*

Parmenides autem ambobus hystationabilibus dixit: omnia enim dixit vnum esse secundum formam & rationem: & fundatur dictum istum super sex propositiones, quarum prima est, primam formam omnium esse hanc causam primam. Secunda est, omne quod agit ad inductionem formæ primæ, informatum esse virtute luminis, & ideo omnes secundas causas agere secundum formam primæ causæ. Tertia, nihil esse in actu nisi quod a lumine primæ causæ in esse constituitur. Quarta, est lumen illud causam primam per secundam non multiplicari, sed potius secundam per ipsam vni. Quinta, est lumen illud præhabere virtute omne quod est & sit & simpliciter, & in se continere omnia. Sexta & vltima est, quod quicquid præter illud est quod verè est & vnum & simplex est, non esse nisi nihil penitus esse. Prima autem istarum propositionum constat per hoc, quod omnis causarum multiplicitas quæ in eodem genere est causæ, reducitur ad aliquam vnâ primam in eodem genere, in quo stat, & quod est prima causa: quia aliter in causis iterum in infinitum. Nulla autem formalis causa accipi potest ante causalitatem largissimi. Cum enim quælibet intelligentia sit plena formis, constat primam causam cuius lumen influit omnibus intelligentiis, lumen vniuersaliter formans omne quod est habere. Non enim largitur omnibus nisi per intelligibile lumen suum. Secunda autem constat per hoc, quod causa & secunda & tertia & deinceps, quod est & quod causa est, habet à causa prima: & hoc non possit esse in ordine causarum formalium, nisi causa prima informet sequentes lumine suo: & hoc patet, quod inde virtus cæli mouens cum virtute elementis & caloris complexionibus, sic informat virtutem elementis, ut secundum eam agat ad formam substantiæ, quam virtus elementis nunquam produceret. Similiter in semine calor animæ animalis informans calorem cæli & elementis, sic informat, ut secundum rationem eius fiat actio ad formam viui & animati, & sic est in omnibus videre. In eadem igitur similitudine se habet forma causæ primæ ad omnes alias secundas formas & tertias & sic deinceps. Et per idem autem manifestatur veritas propositionis tertiar: quoniam ex quo secundæ causa virtutem cauendi esse non habent à se, sed à lumine super eas à prima causa fluente, lumen cuius a prima sanctorum est omnis esse: & sic nihil in esse actu constituitur nisi à hunc causa prima. Quarta autem constat per hoc quod nihil multiplicatur nisi per differentias diuidentes ipsum. Secunda autem & omnia sequentia non sunt

differentia luminis causæ primæ, sed sunt ipsi: & ideo non diuidunt & multiplicantes ipsum: & per hoc constat per omnes quæ sunt propositionis. Secunda autem patet per hoc, quod omne quod est ab vno simplici, vniuersum est & collectiuum & comprehensiuum eorum quæ sunt sub ipso: quia ipsum comp. chendit omnia illa: & sic constat vtrique pars quæ est propositionis. Quinta autem constat per hoc, quod nihil largitur aliquid nisi præhabeat & continet illud virtute. ad minus: quia aliter non possit largiri ipsum. Sexta & vltima constat per hoc, quod extra vel præter esse est nihil esse: quia omne quod est, per hoc est, quod aliquid esse habet. Constat autem iam per ante dicta, quod omne esse luminis simplicis est causa primæ: & sic quod præter illud est, nihil est omnino. Procedit ergo sic: omne esse existentium omnium est luminis causæ primæ quod est vnum in se, non multiplicatum per aliquod signorum: ergo omne esse vniuersumque rei est simplex, vnde non multiplicatum: omne quod est simplex, vnum est non multiplicatum: quia ad multiplicationem esse sequitur multiplicatio eius quod est: quia vnum esse est vnus rei substantialiter. Adhuc quod præter esse est, nihil est: sed quod præter esse vnum simplex est, præter esse est: ergo quod præter esse vnum simplex est, omnino non est, & nihil est. Hæc igitur positio est Parmenidis: & quia omne quod terminatur per formam, finitum est, ideo dixit omnia esse vnum finitum: quia verò extra esse nullus motus est, & extra esse est, quod est extra vnus simplicis primi esse, ideo dixit vnum esse omnia finitum & immobile. Et patet quod hoc quod dixit, non enuntiauit abique physica & magna ratione: peccauit autem in hoc, quod posuit primum per secundam non multiplicari: cum enim sint secunda subiecta ipsius primi, constat quod prima per esse multiplicatur in ipsis: & sic multiplicata sunt in genere & specie & numero: & vnio qua vniantur secunda in primis, est vnio secundum rationem principij vniuersalis principiar: & hæc est vnio proportionis sine analogia, & non vnitas secundum esse alicuius substantiæ. Atrepde autem, quod Anteros dicit peccasse Parmenidem in hoc quod illud vnum quod est omnia, putabat esse vnitatem que est dicere quantitates principiarum quæ est vnitas: & hoc ego non puto: quia parum experti in philosophia sciunt hoc vnum quod conuenit cum ente & in genere, non est vnitas quod principiarum numerus est, non esse sed potius ita intelligendum est, sicut diximus de positione & peccato ipsius.



CAPVT XI.

Quid in summa colligatur ex omnibus opinionibus & questionibus inductis tam Epicureorum quam Stoicorum: & hoc est quod non possit alia præter prædictas causas.

Primo metaphysica, text. 1.

Habitis autem his ex omnibus dictis Philosophis concedentibus idem & sapientibus per rationem uniuersalemque positionis suæ accipimus ea quæ à principio dixerunt. A primis enim Epicureis Philosophis accipimus quid principium existentium & formarum esse corporum aqua namque & ignis & his similia sunt corpora, & talia pro principis esse posuerunt, sed differunt: quia à quibusdam eorum accipimus, quod principium existentium & subiectorum sit unum: ab aliis uero accipimus, quod sint plura, sed tamen corporea principia, utriusque tamen dicentibus quod unum, quam dicentibus quod plura sint corporea principia, non ponentibus ea in aliam speciem causalitatis nisi in speciem materię. A quibusdam uero eorundem Epicureorum accipimus, quod ponunt istam causam quam diximus esse materialem, & cum ea quam uocamus unde motus, siue mouentem & efficientem: uel accipimus iterum illam quæ est unde motus à quibusdam Epicureis positam esse uide simplicem, sicut ab Hesiodo, qui non ponit nisi amorem deorum mouentem. Ab aliis uero eiusdem sectæ Philosophis ponentibus eam duas accipimus esse mouentia, sicut Empedocles dixit mouerelicem & amicitiam.

Text. 2.

Omnis tamen Epicurei alij ab Italicis absque Italicis obcurus dixerunt de causis his & præcipue de mouente causa. Italicis enim Anaxagoras & Hermonius & Empedocles fuerunt, & illi distinctius aut intellectum agentem, ut Anaxagoras & Hermonius: aut duo mouentia posuerunt, ut Empedocles. & tamen omnes isti, ut diximus, tantum dictis causis unde sunt, materiali scilicet, & unde motus, & harum alteram, scilicet quæ est unde motus, quidam eorum dixerunt esse unum, quidam autem duas.

Pythagorici uero à quibus se ita incepit Stoicorum, duo principia dixerunt secundum eandem modum causarum, materialis scilicet & formalis. Quos modos superius inter causas enumerauimus: sed addiderunt unum in positione suæ quod istorum est proprium. Dixerunt enim, quod finitum & infinitum & unitas, quæ posuerunt esse principia tam existentium quam factorum, non sunt alie quidem nature corporum quibus ista insunt, ut passionem subiectis: sicut si diceremus, quod finitum & infinitum & unum esset ignis finitus uel infinitus uel unus, uel terra finita uel infinita uel una, uel aliud tale corpus: sed ipsum finitum uel infinitum & unum, quæ sunt finitas uel infinitas & unitas, dixerunt horum esse substantiam de quibus prædicantur, sicut principia de principiat. Horum autem omnium rationem nos superius assignauimus in capitulo uel Py-

thagoricorum assignauimus rationes: & idem numerum dixerunt formalem esse substantiam omnium per modum quem superius declarauimus.

De his igitur causis secundum hunc quem diximus modum, enuntiauerunt. Incepit autem isti Pythagorici unum dicere & diffinire de ipso quid est siue rerum quidditate: sed ualde simpliciter & sine arte tractauerunt superficialiter, & non per substantialia res diffinierunt: & cum primum inest hoc quod dicitur terminus, hoc putauerunt esse substantiam rei siue quidditatem. Dicentes enim formam non esse principium in eo quod forma est, sed in eo quod est unitas: & materiam non esse principium in eo quod materia, sed in eo quod duo: dixerunt per prius conuenire terminum esse unitati & binario quam formæ & materię: & ideo numerum substantialem terminum & principium dixerunt esse omnium tam existentium quam factorum. Et hoc est simile, ac si aliquis dicat, quod idem est dupla res & dualitas siue binarius, & quod esse omnis dupli esse binarius: eod quod primo binario contingit esse duplum ad unum. Sed fortasse hoc non semper est uerum: si enim in diucretis accipiat, est uerum: sed in aliis contingit, quod idem non est esse dupli quod binarius: quia uni & eidem rei accidit aliquando aliqua duplicitas potentię & actus uel alterius, cuius tamen esse non est esse binarius & discreti: & si detur oppositum, sequitur quod multa erunt unum solum: quia binarius uel ternarius uel alius numerus in multitudine discreta consistens erit una sola res: quia diffinitum terminatum ex actu & potentia ex omnibus diffinientibus est unum solum: & hoc inconueniens sequitur generaliter ad dictum Pythagoricorum, & est inconueniens magnum: quia multa in numero & in discrecione consistunt, & simpliciter sunt multa, & nullo modo unum formaliter. Quidditas autem rei simpliciter est unum & non multa, sicut probabitur in 7. libro scientię huius. De prioribus igitur Philosophis Epicureis & aliis Stoicis sequentibus tot causas quod diximus, est accipere & non plures: & patet, quod nullam nouam causam addunt superius dictis à nobis.

CAPVT II.

De causa positionis Platonis & modo qua colligit eam ex Heraclito & Socrate Philosophis, & qualiter posuit ideas, & quid ideas esse dixit, & qualiter unam, & qualiter plures dixit esse ideas.

Post omnes autem dictas philosophias & diligenter inspectas ipsarum causas in omnibus præhabitis inuenit Platonis in philosophia negotium sine studio: & in multis quidem requiratur Pythagoricos, aliqua tamen pauca habens propria quæ inuenit præter Italicorum de physicis philosophiam: eum enim conuictio facile inducat ad opinandum, & quod conuictum est, de difficili sit moueri. Plato

Text. 1.

Text. 2.

Plato conuictus audire illud quod conueniens uidebatur cuidam Philosopho nomine Cratilo & opinionibus Heracliti Ephesini Philosophi, conuenit cum eis in opinionibus quibusdam. Dicebant autem de sensibilibus particularibus nullam posse esse scientiam, eod quod continue desinant & nunquam permaneant in eodem statu: Agentibus enim qualitatibus sensibilibus & patientibus abinucem oportere dixerunt fieri abiectionem continuum in subiecto & renouationem: & ideo esse, quod est formæ proprietatis & effectus, non stat in talibus, sed fuit continue, & forma quæ inest materię similiter. Quod autem fuit, non est una forma, sed forma post formam, & semper habet permixtã esse cum non esse, & potentiam cum actu: & ideo cum omne nomen imponatur ab una aliqua forma, dixerunt isti, quod res tales nomina rem eorum significantia habere non possunt: & si habent, dixerunt illi quod infinita significant: eod quod in quolibet fieri sunt infinita facta, sicut ostendimus in 6. metaphysicorum: & ideo ulterius intulerunt de quolibet simul affirmare & negare: & isti plurimos auerterunt à studio philosophię naturalis: eod quod desperauerunt de scientia naturalium. Et ideo dicta istorum Plato posterius ueniens suscipit ita esse: & ideo Porphyrius dicit, quod descendentem à generalissimis usque ad specialissima iubet Plato quiescere: eod quod esse individui indimibile sit, & terminari propter sui esse transmutationem non possit: & ideo de ipso non possit fieri disciplina. Hęc igitur ita suscepit Plato à Cratilo & Heracliti positionibus. Ab alia autem parte Socrate de Macedonia doctore suo: & præcipue circa Stoicos in id circa moralia tantum studente & negotiante, & de philosophia naturalis non se intromittente, licet de omnibus scientiis plenus extiterit.

Text. 3. Socrates circa moralia negotiatus est, sed de naturali natura nihil.

In moralibus ipse Socrates quæsiuit uniuersale per quod diffinitio sit, & quod est principium artis & scientię: & ipse Socrates querens uniuersale, primus fuit qui institit ad sententiam ueritatis de danda diffinitione per uniuersalia, in qua tamen quid est & propter quid est diceretur: & illum etiam quoad hæc recepit Plato propter huiusmodi uniuersalium inquisitionem: quasi etiam de aliis quam de moralibus quæ sunt physica, hoc idem sit eueniens, & non conueniens sit hoc alicui sensibile esse, quod illa sunt continue desinentia. Impossibile nanque esse dixit communem rationem diffinitionem de aliquo sensibile: eod quod semper transmutentur. Sic itaque tali necessitate compulsus, talia communiter diffinientia quid & propter quid dicentia appellauit existentium ideas & species: idea enim Græcè, Latine est forma uel species. Sensualia uero particularia dixit omnia dici de nominibus suam naturam significantibus, sicut Sor. dicitur homo, & Beuellus dicitur asinus. Propter ea autem ideas uocantur in quantum causa sunt, sed species in quantum sunt formæ, & secundum ea in quantum sunt formæ quid est esse rerum significantes: dixit enim, quod à speciebus idealibus multa sunt & sunt de ratione uniuersorum, omnia scilicet quæ ad unam communem idealem speciem habent respectum.

D. Alb. Mag. Met. phy.

unum: & hoc dicit fieri secundum participationem ideæ unius à multis. Plato enim mutauit nomen dictum Pythagoricum in participationem. Pythagorici namque dicunt, quod existentia physica sunt numerorum primorum mathematicorum immutatio in res physicas, sicut patet per ante dicta: & non posuerunt participationem, sed potius totum numerum secundum esse immutari, & fieri physicas res ex quibus sunt sensibilia. Plato uero quia dixit ideas esse perpetuas, dixit non immutari in physica, sed participari: sicut id quod est corruptibile & particulare, participat incorruptibile & uniuersale. Nomen ergo siue appellationem transmutauit, participationem uocans hoc quod institutionem illi uocauerunt: quia etiam illi numeros primos dixerunt esse perpetuos & uniuersales uirtute, licet de uniuersali sub ratione uniuersalis non fecerunt aliquam considerationem. In communi autem tam Pythagorici quam Platonici dimiserunt & neglexerunt querere si sit specierum aliqua imitatio uel participatio: & si sit, quæ sit illa: sed tantum suspoperunt huiusmodi esse specierum participationem siue imitationem qualem diximus.

Plato enim dixit sementem omnis nature facere Deum deorum, & tradere cum diis inferioribus ad par exequendum in rebus physicis. Hoc autem dicebat fieri per lumen causæ primæ, sicut diximus in opinione Parmenidis: & hoc lumen dixit esse omnis nature sementem, eod quod secundum suam uirtutem efficitur omne quod sit. Lumen autem illud habet se ad physica sicut forma artis ad materiam, & sicut lux ad esse & substantiam colorum, & sicut formantia quæ est in semine animalium & præcipue hominis, se habet ad figuras & species membrorum: forma enim artis non inducitur in materiam nisi applicetur uirtuti manuum artificis, & uirtuti securis, & perpendicularium, & omnium simetrarum, & omnium instrumentorum per quæ deducitur à mente siue intellectu pratico artificis in materiam: & omnia in quæ deducitur, & quorum uirtutibus applicatur, determinant ipsam, & informantur ex ipsa: & per hoc quidem quod determinant eam & coaptant eam particularitate materię: & quia informantur ex ipsa, ideo agunt ad esse quod est actus ipsius solius, & non alicuius eorum quibus applicatur. Domus enim non est actus securis uel perpendiculari formaliter loquendo, sed est actus formalis formæ artis domificandi quæ est in anima architecti. Similiter autem lux se habet ad colores: eod quod, sicut diximus, omnium colorum lux est una & simplex hypostasis, applicata tamen superficiem claræ, in qua plene diffundi potest propter multum perspicuum terminatum quod est in ea, albedinem producit: applicata autem siue diffusa in superficie unius de perspicuo terminato habente magis, impletur diffusio, & erit pallor: & applicata ei in qua est perspicuum aquatum, producit uicem clariorum uel minus clarum: & sic est de aliis secundum quod per perspicuum aquatum est clarus colorum generibus: ita quod in omnibus huius colorum existens hypostasis determinatur, & proprium generis huius uel illius est: & in omnibus formis ad quam colorum claritas



non est nisi lucis vel luminis forma : propter quod etiam omnibus color motibus vitus est secundum actum siue lucidi effectum siue formam lucidi, quæ lux vel lumen est, vt in 2. de anima à nobis determinatum est. Eodem modo formatiua quæ est in femine primo in corde seipsonens, vna quidem est secundum substantiam & formam & substantiali operatione formam suam quæ vitæ forma est, communicans accipit spiritum instrumentum, per quem sicut suæ virtutis vectorem cuncta distincte producit; in se enim vna existens & per spiritum applicata & infusa spiritibus & humiditatibus & calidibus & locis & complexionibus membrorum, ex vnoquoque istorum distincte producit hoc membrum quod est cerebrum, vel hoc quod est hepar, vel hoc quod est oculus, vel pes, vel manus : quia tamen omnia quibus miscetur, format vel continet ad formam suam quæ est vitæ hominis vel alterius, idè omnis illa membrorum diuersitas concorditer est ad vitæ operationem, & figura ad opus hominis vel alterius à qua virtus formatiua descendit in semen : & nisi esset vnum sic omnium diuersitatem operantium continens & informans, tunc quod produceretur, esset confusum : quia calor signis vnum, & virtus calis aliud, & virtus humidi iterum aliud, & vnumquodque similiter aliud & aliud produceret. Propter quod etiam ex dicto Parmenidis dicere, quod primum formans non distinguitur ex secundis quibus adiungitur, sequebatur in toto non esse differentiam partium: propter quam causam illam dubitationem mouit Aristor. in primo phys. vbi tractat Parmenidis positionem. Sed Plato melius ista declarans, dicit primum misceri cum secundis : & idè partes quodammodo idem esse cum toto, & quodammodo esse diuersas, sicut in primo nostrorum physicorum determinauimus. Sic igitur Plato: Paterni intellectus lumen eius qui est pater, omnium vna & simplex est idea, virtute quidem & causalitate vniuersalis, & idè in seipsa præhabens virtualiter omnes omnium formas excellentiori esse quam sint in seipsis: quoniam in intellectu paterno sunt lux & vita ipsius operatiui intellectus : & hæc idea procedens ex ipso, coniungitur luminibus omnium motorum orbium & motuum totius orbis, & miscetur cum ipsis, & ipsi desiderant eam sicut formantem lumina sua propria : & motus processus eius est, quod mixta lumini primi motoris sic determinata procedit in secundum, & ex illo determinata procedit in tertium, & sic procedit in omnes, omnes informans & ab omnibus accipiens determinationem : & hoc est lumen primum virtute multiplicabilem Deum deorum facere, & diis inferioribus tradere: ipsique præcipitur vt exequantur eam per infusionem eius in virtute celestium corporum per omnem periodi inuentam in omnibus luminariis applicationibus & præuentionibus & radiationibus usque ad exagonis & tetragonis tam accedendo quam recedendo sumptis, & vt vniuersaliter dicatur, in omnibus periodi partibus & virtutibus planis & applanis motuum in circulo perfectorum : & tunc efficitur plus à pluribus determinata, & plura informans, & sic infunditur elementorum virtutibus : & in

illis simpliciter determinata, informat omnia & infunditur particulari generanti & materia particulariter generantis : & ex omnibus virtutibus illis illa iterum determinata & informans cas, efficitur tunc huic vel illi materie congrua, simplex in se quidem in essentia existens : sed omnium quibus determinatur, habens virtutes : & sic ideatur id quod generatur : & hoc est deos sementem à Deo deorum acceptum ad par exequi. Quia autem in tali infusione lumen primum aliquando plus vincit lumen motorum super virtutes materie corporeæ ; & aliquando è conuersio plus vincunt virtutes corporeæ, & magis occumbit lumen intelligentiæ & paterni & primi intellectus. Sed in quo plus occumbit lumen, efficitur corruptibile. In quo autem vincit & irradiat non commixtum materie primum lumen, manet incorruptibile, secundum aliquid immixtum materie, & secundum aliud quid non commixtum : idè præceptum Dei deorum est, vt id quod ex productis sibi simile viderent, ad se sumerent ad sedes sideras : & quod sibi dissimile cernerent, dimitterent corpori materie & transcorporationi subiicere. Ex omnibus igitur inductis patet, qualiter vna omnibus idea vniuersalis est causa, virtute omnia habens & præhabens & continens ad vnum: & hoc multiplicatur ex respectu ad ideata, non in se, sed quia multorum est. Et patet qualiter ex mente diuina procedit in corpora. Et hæc est in omnibus Platonis intentio : & ista sunt vniuersales ideæ siue species, quæ sunt ante res, & sunt multæ & vna : origine enim vna & formante luce. Multæ autem ex determinantibus sic vel aliter, & luce prima occumbente plus vel minus. Causa autem positionis est quæ dicta est à nobis in principio capituli.

CAPVT XIII.

Qualiter Plato posuit mathematica & principium materiale & formale, & in quo conueniebat cum Pythagoricis, & in quo differabat ab eis.

Amplius autem præter sensibilia & ideas Plato posuit mathematica corpora, quæ secundum esse sunt infra res sensibiles, & differunt tam ab ideis quam à sensibilibus : à sensibilibus quidem, quia secundum rationem semper ita sunt & immobilia : à speciebus verò differunt, quia sunt quædam in multitudine existentia sicut sensibilia, cum species sint eadem: eadem enim species est vna, & eadem vnus multitudinis vnusque & vnus & eandem secundum formam & speciem. Mathematica autem sunt in multis vnus rationis, sicut omnis circulus & omne quadratum est vnus ratio in quocumque sit : idè quoddam abstractat à materia sensibili : vnde etiam quinque regularia corpora quæ in vltimo Euclidis probant, adaptabat quinque corporibus simplicibus. Hoc autem non conuenit speciebus: quia ideæ secundum diuersitatem rerum sunt diuersæ secundum rationem: sensibilia autem concipiunt materiam determinatam. Causa autem huius positionis est, quod videbat

Tex. c. 6.

videbat mobile corpus in quantum est mobile, præterlinquere ante se corpus, & idè illud putabat esse principium corporis mobilis. Corpus autem omne putabat constitui ex principiis quantitatis : & idè corporum naturalium ex qua cum diuersitate causabat diuersitatem : & hoc quidem non est verum, sicut per antecedentia satis est manifestum. Quoniam autem species ideales sunt causæ omnibus aliis quæ sunt per naturam secundum Platonem, putabat Plato, quoddam elementa specierum idealium, omnium existentium essentia elementa. Posuit igitur, quod causa materialis omnium sit magnum & paruum principia rerum : sed illud quod est causa formalis vt substantia, vnum est quod est idea prima. Dixit enim ex illis quæ sint magnum & paruum, fieri & esse species & numeros rerum secundum participationem vnus ideæ primæ : & illud vnum ideale principium dixit esse rerum substantiam, & nullum aliud entium dixit esse vnum nisi illud vnum : quoniam illud vnum est, quod vnitur, etiam in multitudine quadam sit, sicut patet ex superioribus inductis : & illud vnum dixit fieri numerum ex communicatione primi cum secundis, & hunc numerum dicit esse formas & species rerum omnium. Magnum autem dixit componi ex paruis infinitis, & magnum quidem esse substantiam, sed elementum magnum dixit esse multa vel infinita parua.

In his autem positionibus serè Plato dicit vt Pythagorici dixerunt. Non enim differit quoddam ille dixit numeros mathematicos esse principia: Plato autem ponit principium esse numerum idealem. In hoc igitur quod dicit, quod numeri sunt causa substantiæ siue formæ cunctis existentibus, simpliciter dicit vt Pythagorici pro infinito verò quod quasi vnum materiale principium ponit Plato, illi fecerunt principium materiale dualitatem : & infinitum illud quod est materia, dixit Plato constitutum ex magno & paruo : & hoc est propria positio eius in qua differit à Pythagoricis.

Tex. c. 8.

Amplius Plato quidem ponit numeros ideales esse præter sensibilia : eò quod secundum principia suæ essentia non dependent ab illis, sicut nullum superius secundum principia essentialia dependet ab inferiori : Pythagorici verò numeros quos dicebant esse principia, dixerunt res ipsas esse secundum formam, & non habere essentiam extra res ipsas : & adhuc Pythagorici non ponunt mathematica inter res & numeros, sicut Plato ponit mathematica esse inter species & res sensibiles. Quod autem Plato posuit vnum & numeros esse præter res ipsas quæ sunt in natura, & non dixit vnum & numerum esse res ipsas sicut Pythagorici dixerunt : & quod vniuersaliter introduxit ideas, apparet per scrutatio de rationibus diffinitiuis, sicut diximus in ante habitis : quia cum videret, quod non conuenit scire nisi per demonstrationem, & demonstrationem medium est diffinitio, inuestigabat diffinitionem, & videns quod in sensibilibus nihil est finitum & manens, quod sit ratio omnium quæ sunt diffinita extra res sensibiles : & sic introducit ideas. Et idè fuit quia priores Philosophi non habebant artem resolutoriam decentem demonstrare quæ docet inuenire rei diffinitionem in ea parte logicæ, quæ posteriora

D. Liber. Mag. Arctij.

analytica vocatur. Isti autem Platonici fecerunt in positione sua dualitatem veram aliam principij : quia dixerunt eam esse materiam sicut iam ante diximus : & hoc idè : quia sicut omnes numeri præter primos quæ principia sunt numerorum, generantur ex dualitate, ita omnia generantur ex magno & paruo. Primi autem numeri sunt vnitas & binarius : quia vnitas est principium numeri, & binarius est principium pluralitatis. Generantur autem ex dualitate magni & parui sine materia & speciebus sicut procedant ex quodam ethimagio siue sigillo : quia sicut sigillum est præter causam quam imprimat, & non dat ei esse suum, sed tantum formam sine materia : ita sigillant ipse ideæ materiam sensibilem, & nihil dant ei de esse perpetui, sed tantum formam. Hoc autem ita non est, sed potius è conuersio : quia non rationabile sic contingere : huiusmodi autem in sequentibus huius scientia est manifestum.

Tex. c. 9.

Sed quia nunc intendimus hoc quod Platonici ex materia magno & paruo diuisa multa faciunt, siue fieri dicunt : sed ipse species non generant nisi sigillando semel quantum ad vnitatem sigillantem : videtur enim in natura rerum, quod ex vna materia sit vna mensura quantitatis ex qua sit res vna : sed ille qui inducit species in res sensibiles sicut formator & sigillator vnus & idem existens in specie & forma separatus, multas facit species particulates in rebus sensibilibus. Et hoc habet secundum aliquam similitudinem masculi ad feminam : femina enim impletur impregnata ab vno motu masculi feminis in eam : masculus autem separatus à femina, multas implet : & sic dixerunt separatam inductorem formæ sigillare multas materias : & formæ tales sunt multæ similitudines & imitationes principiorum quæ dixerunt esse principia existentium. Isto igitur qui dictus est modo, Plato determinauit de principiis quæ nunc querimus. Palam autem est ex his quæ diximus, quia non est vnus nisi solum duabus causis, scilicet ipsa quæ quod quid est, siue forma, & illa quæ est materia : species enim sunt causæ eius quod quid est omnis vnus formas participantis : speciebus verò dicitur causam esse vnum paruum omnia alia formans. Vtitur autem & illa quæ est materia subiecta de qua species dicitur. Species autem sigillare habent in sensibilibus : sed vnum primum formans habet esse in speciebus. Materia verò subiecta qua vtitur Plato, est illa dualitas quæ est magnum & paruum, sicut diximus. Amplius ad hoc bene & male in moribus dedit causam elementis huiusmodi idealibus, ita quod singularis dedit singulam causam. Elementum enim boni est causa bonorum : & elementum mali causa malorum : & ista elementa sunt ideæ boni & mali : quod tamen non oportuit, quia existente quadam causa boni, non oportuit esse causam formalem mali : & quia malum est priuari boni, & formam non habet : & idè elementa rerum magis & melius dicimus inuestigasse quosdam primorum Philosophorum ante Platonem, sicut Empedocles & Anaxagoras, eò quod illi propria rerum naturalium principia posuerunt : Plato autem extra naturalia principia quæ sunt rerum naturalium. Hæc igitur dicta sunt de opinione Platonis.

E. 2

CAPVT



CAPVT XIV.

Quod non est addere quintam causam præmemoratis quatuor causis ex omnibus dictis intentionibus Philosophorum

Textus iste non est in Averrois quem exponit Doctor sed in translatione Iohannis Argyropoli bene respicitur.

Respondeo igitur & summam siue particularem pertransivimus determinando qui Philosophi, & quomodo siue quibus rationibus dixerunt de principis siue causis rerum existentium, & de ipsa veritate rerum, quæ est rerum quidditas ex simplicibus & primis substantiæ subiectæ principis constituta. Omnia enim aliorum dicta redeunt aut ad opinionem Epicuri, qui ponit corporea: aut ad opinionem Stoici, qui mathematica ponit principia: aut ad opinionem Platonis, qui consentit in aliquo cum veritate. Ex omnibus inductis licet irrationabiliter dicta sunt, hoc tamen ab eis habemus, quia omnium loquentium de principio & causa nullus dixit aliquid novum generis causæ quod præter quatuor genera causarum quæ à nobis in secundo physici sunt definita, quasi quintum genus esse addere intenderit. Sed omnes Philosophi siue de natura sola loquentes, siue de ipsa veritate prima existentium loquantur, obscure quidem quantum poterant, videntur in positionibus suis appropinquare illis causarum generibus, & nullum genus causæ novum addere. Illi namque Philosophi qui solum materiam principium omnium esse dicunt, siue ponant materiam esse unum aliquid, siue plura: & siue ponant esse corpus, siue incorpoream, sicut Plato, qui dixit materiam esse duo, magnam scilicet & parvam. Mathematici autem omnes qui ponunt causam mathematicam esse dicunt. Similiter & Stoici qui dixerunt infinitum esse similitum partium commixtum principium. Et similiter Empirici ignem & terram & aquam dixit esse principium materiale. Anaxa. enim materialem causam dixit finitatem mixtionis similitum partium, sicut patet per determinata in antè habitis. Omnes enim isti sunt agentes causam quam vocamus materialem. Amplius autem quicunque dicunt, aut ignem solum, aut aerem solum, aut aquam solum, aut corpus medium quod sit igne ipsius & aere subtilius. Omnes enim isti tale corpus quale posuerunt, dixerunt esse materiam. Omnes igitur isti non tetigerunt nisi solum materiam, nihil ex quo fierent res, novum quod non rationem materiæ habeat, adiacentes.

Alij autem Philosophorum locuti sunt de causa unde est principium motus siue mouere, sicut illi qui dixerunt amorem & odium, siue licentiam & amicitiam, quod idem est, esse causas. Similiter autem & illi qui dixerunt esse causam aliquid ex cuiuslibet quæ enumeravimus, dixerunt esse aliquid mouens, sicut calidum, vel frigidum, vel aliquid huiusmodi. Nullus enim horum in hoc genere causalitatis invenit aliquid quod haberet rationem causalitatis novæ: quia omnes in ratione mouentis dixerunt

esse quod posuerunt. Sed nullus antiquorum plane & manifestè dixit causam formalem, quæ quid erat esse rerum & substantia, eò quod esse & quidditatem & rationem dat his quæ sunt. Maxime tamen hanc dederunt causam illi qui species esse posuerunt, sicut Platonici, & illi qui ponunt rationem definitivam esse in speciebus & non in sensibilibus continue transmutabilibus. Isti enim non ponunt species esse ut materiam sensibilibus: neque etiam quæ sunt in speciebus prima principia, sicut unum primæ causæ & luminum numeri, de quibus diximus supra, ponunt esse materiam sensibilibus: neque suscipiunt species sicut ea à quibus proveniat principium motus sicut à mouente & efficiente. Dicunt enim, quod species magis sunt causa immobilitatis & sunt in quiete quam sint causa motus vel mouentis: sed potius dicunt, quod species præstant singulis siue singularibus aliorum omnium à speciebus quid erat esse, propter hoc quod immobiles sunt & quiescentes. Speciebus autem unum quod est idea causæ primæ, præstat esse.


Illam verò causam quæ est causa actus siue perfectionis & transmutationis omnis rei, & causa motus, hoc est, propter quam est id quod est, & vocatur causa finalis, modo quodam dicunt: sed isto modo non dicunt quo verè est secundum rationem causalitatis finis: quia eam non dicunt prout est finis intentionis mouentis & finis motus prout desiderium materiæ est in ea: sed balbutiendo dicunt eam prout inclinat aliquo modo efficientem, & hoc ipsum non determinat. Quidam enim ponentes intellectum agentem, cuius facere est propter aliquid, & ponentes amorem intellectus, ut bonum quoddam, dicunt esse istas causas sicut hoc esse bonum à quo invidia est longe relegata, & hoc quia bonum est ex amore causante res quas facit: sed hoc verò intellectum ut bonum ponentes, non ponunt hoc sicut propter quid causam, quia scilicet sit causa propter quam sicut finem sicut illud quod est existens, aut propter quam sit factum id quod sit in numero existentium, sed potius ponunt eas esse causas sicut ab his, sicut motus eorum qui sunt & esse eorum qui sunt: finis enim est quod in termino motus includit id quod sit: & tunc ultra id non mouet efficiens: & hoc modo amor intellectus non est causa, sed potius mouens, si ut iam dictum est. Similiter autem & illi qui dicant, quod omnia ista sunt unum aut ens principium, sicut Xenophanes & Parmenides, dicunt causam talem esse quæ est natura substantiæ, & eius quod quid est: sed non dicunt hoc quod est esse huius causa: nec dicunt huius causa fieri quod sit sicut causa finis: igitur accidit eis modo quoddam dicere id quod est causa, sicut bonum rei & finis. Dicunt enim secundum accidens obicere secundum quod est dispositio efficientis ad mouendum, & simpliciter non dicunt: & hoc est secundum accidens dice e, non simpliciter: hoc enim accidit fini, quod inclinatio sit efficientis: substantialiter autem est terminus intentionis & motus. Quia igitur sic ab istis definitum est de causis & determinatum est quæ & quæ sunt secundum istos, dicimus quod omnes inducti Philosophi videntur testimonium præbere in numero

T. x. c. 40.

numero superius dictarum causarum per hoc quod aliquam quintam causalitatis causam addere non valent.

Amplius autem ex inductis Philosophorum inquisitionibus palam est, quia inquirenda sunt principia vel in modo sic dicto per rationem omnium causarum, aut secundum alium modum quarundam dictarum causarum. Quo au-

tem modo vero vel falso quilibet inductorum Philosophorum dixit, & quomodo per rationes probavit dictam suam, & quomodo se habent quæstiones quæ contingunt de principis citis, post hoc deinceps de his percurramus, videntes utrum vera sunt quæ dixerunt, & utrum valentes rationes eorum.



TRACTATUS V.

DE CONTRADICTIONE OPINIONUM inductarum de principis.

CAPVT I.

De contradictione Epicureorum qui ponunt corporum materiam esse unum unum corpus dicentes eam esse.

T. x. c. 1.



INCIPIENTES igitur ab hinc ad contradicendum his quæ inducta sunt, dicimus quod quicunque omne quod est ponunt esse unum quandam naturam, quæ est materia omnium, & hanc dicunt esse corpoream, hoc est, mensuram quantitatis habentem, facile palam est, quia multipliciter delinquant: diminute enim loquantur de principis, & rationes non probantes inducunt. Diminute autem & insufficienter loquentes primo insufficientes ponunt principium materiale: corpoream enim materiam ponentes, non ponunt nisi naturam corporum, & non ponunt materiam incorporeorum: cum tamen sint & existant incorporea, sicut substantia secundum quod substantia, & ens secundum quod ens, & omnia diuina: hæc enim sunt ante corpoream mensuram, & sunt in eis potentia & actus, & materia & substantialis forma, ut sapius in præhabitis determinatum est. Amplius autem diminute loquantur de principis generabilium & corruptibilium: quia cum conentur physice tractare de omnibus corporibus, absterunt motum qui est mouens & efficiens in materia generabilium & corruptibilium: cum tamen sine causa mouente materia nequaquam moueatur ad generationem & corruptionem. Amplius autem diminuti sunt & insufficientes: quia cum ponant tantum materiam, convenit eis, quod substantiam & quod quid est nullius entis ponunt esse causam, quod est valde inconueniens.

T. x. c. 2.

Adhuc autem rationes quibus videntur inponendo hoc vel illud corpus materiam, sunt valde vanæ & debiles: quo enim modo faciunt quodlibet simplicium corporum per se solum

D. Alberti Mag. Metaph.

omnium esse materiale principium, aut quomodo per rationes faciunt quodcumque per se solum esse materiam omnium, præter terram, cum speculentur in entibus generationem & adinueniam factam? Dico autem, quod ponunt corpoream omnium esse naturam aut ignem, aut aquam, aut terram, aut aerem, vel plura horum simul, vel omnia, aut aliud aliquid tale corporeum: quædam enim horum, ut dicunt, sunt ex adinueniam concreatione siue inspissatione, ut densa ex raris: quædam autem dissolutione sicut rara ex densis: horum autem quod materiale principium esse dicunt, plurimum differunt secundum eos in prius esse vel posterius esse: eò quod ipsi supponebant esse, id est, hoc elementum, quod est primum in compositione, & posterius in resolutione: & in hoc conveniunt omnes.

T. x. c. 3.

Quidam autem dixerunt, quod spiritum componitur ex multis raris subtilibus, & resoluitur in ea ultimè: & illi omnes opinabantur illud nunc maxime esse elementum inter omnia ex quo fit concrectio & inspissatione aliquid licet primum compositum: tale verò est, quod minutissima est partibus, & subtilissimum est corpus: unde quicunque ignem ponunt esse principium materiale omnium, dicunt hoc maxime consistendo hanc quam diximus rationem. Similiter autem & quicunque consentiunt quodlibet aliorum corporum esse elementale, subtile scilicet in partibus, prædicta ratione dicunt quod dicunt.

T. x. c. 4.

Nullus enim posteriorum Philosophorum unum solum corpus materiam omnium esse dicentium, dignatus est terram esse elementum, persuasus præinducta ratione: & id eò propter magnitudinem & grossitatem partialitatis terre dixerunt eam non esse elementum. Quodlibet autem alio unum trium elementum iudicem quandam Philosophum accepit, qui ipsum ponit corpus unum esse materiam: hi namque Philosophi dixerunt ignem materiam esse, alij verò dixerunt materiam esse aquam, alij verò dixerunt hoc elementum esse dicunt. Qui enim præinducta consenserunt rationi, duabus distabantur rationibus: quarum una fuit, quod in

E 3 cunctis



circulari generatione elementorum adinuicem videbant aliquid esse oportere subiectum mutationis saluatum: hoc autem nullum esse elementorum: & ideo consentientes superius inducitur rationi dixerunt illud esse igne spissius & aere subtilius. Causa autem quare dicebant igne spissius, fuit: quia videbant materiam corpoream amplius extendi & ratificari non posse quantum extenditur in igne: & cum hoc ignis non sit, dixerunt ipsum minus rarum esse quam ignem. Aere autem subtilius dicebant, propter superius dictam rationem: quia scilicet subtile ex quo fit spissum, resoluitur vltimum. Secunda ratio fuit: quia videbant subtile spirituale non esse incorporabile: & ideo cum ex elementa corporea fiant, dicebant elementum esse subtile quod incorporabile est, & hoc aqua: quia humidum aqua est, eo quod est penetratiuum partium & parvis partium. Sic igitur & his de causis singulorum elementorum iudicem accepit, præter terram quam nullus antiquorum ponit: propter hoc quod confesum esse opinati sunt spissum componi ex raris, sicut magnum ex paruis: spissam enim dicebant quoddam magnum esse. Sed cum ratio elementi sit, quod est primum generatione in simplicium generatione, & quod est in compositione primum & resolutione vltimum, sicut consistebantur, quare non dicunt etiam terram elementum omnium esse corporum, sicut multi hominum esse dixerunt? Multi namque dicunt, quod omnia sunt terra, quia cum non dicant esse formam aliquam, materiam dixerunt esse omnia, & accidentibus diuersificatam, & sita partium fieri hoc vel illud. Dixit enim Hesiodus poeta, qui & Homerus dictus est, terram primum fieri inter corpora simplicia, & eam natam lato pectore super aquam. Sic enim, ut recitat Hesiodus, conuenit esse antiquam & publicam siue vulgarem esse susceptionem quam omnes susceperunt. Ratio autem antiquitatis est duplex. Vna quidem: quoniam locus generationis circa centrum est: & ibi est locus primus terra: & ideo in principio producit ut mater & materia aliorum. Alia autem ratio est, quod elementa omnia composita sunt maxime ex terra, & in ipsam maxime resoluntur. Ista igitur sunt duæ sectæ Philosophorum sic de materia corporum loquentium. Secundum igitur istorum primam sectam, nec bene dicit si quis horum simplicium corporum aliquod præter ignem qui est subtilissimus corporum specie: & secundum eandem neque recte neque bene dicit, qui ponit, quod elementum omnium est corpus, quod est igne grossius & aere subtilius: quia nihil horum est subtilissimum corpus: & ideo secundum dicta eorum non est principium. Si vero sicut posterior dixit secta, quod est generatione posterior, hoc est, remotius à generatione, est prima natura prius in omnibus: & quod est densum & concretum, est posterior sine longinquis in generatione, tunc accipit contrarium dicto primo: aqua enim secundum hoc est prior aere, & terra prior aqua, & sic terra est elementum primum, ex quo conuertuntur per resolutionem generantur, & quæ præstant materiam generant. Ista igitur sunt dicta

de opinionibus eorum qui vnam causam materialem qualem diximus, inter simplicia corpora posuerunt.

CAPVT II.

De contradictione Empedoclis plura materialia ponentis, & de contradictione eius quod dicit de mouente principio.

Idem quoque sequitur ad dictum eius qui plura simplicium corpora materiam omnium ponit, sicut dictum est Empedo. qui posuit quatuor corpora simplicia esse omnium materiam: hinc autem Empedo. contingunt quadam inconuenientia, quæ sunt eadem cum his quæ contingunt præhabitis, qui vnum corpus ponunt esse numerum: quadam etiam propria inconuenientia his accidere necesse est. Et illa quidem quæ illis & istis contingunt, sunt inconuenienter dixisse de principiis, sicut & illi, propter insufficientiam materie, & efficientis, & formæ. Proprium autem inconueniens est quod accidit Empedo. quia nos cernimus elementa esse generata ex adinuicem, non saluata vna elementi forma in subiecto generationis, quasi non semper in subiecto transmutationis igne & terra eodem secundum formatum corpore permanente in tota transmutatione ignis: & terra & alia huiusmodi non existent prima materia generationis. De his autem & huiusmodi satis in physicis nostris est dictum versus finem primi libri, ubi de principiis determinatum est.

Similiter Empedo. nec recte nec omnino irrationabiliter putandus est dixisse de causis eorum quæ mouent, vtrum vnum vel plura sint mouentia. Quod enim mouentem causam posuit, rationale fuit: & hoc fuit ipsa veritate coactus, sicut in ante habitis dictum est. Quod autem hanc ponit & amicitiam quæ sunt secundum prima mouentia & non determinant subiectam actionis & passionis eorum, non recte fuit. Adhuc autem sic dicentibus sicut dicit Empedo. necesse est, quod ex toto alteratio auferatur. Lis enim & amicitia non faciunt nisi congregationem & segregationem, & non alterationem in congregatis & segregatis. Similiter ex calido non exit frigidum, nec e contrario ex frigido calidum secundum dicta Empedo. Ipse enim ponit quid ista patitur contraria quæ materia & huiusmodi: nec dicit, quod est vna natura sicut subiectum manens in tota transmutatione quæ facta est ignis quando fit ignis ex aqua, & quæ facta aqua quando fit aqua ex igne. Non enim ponit nisi agentiam hanc & amicitiam, & non dat eis materiam subiectam, sed tantum congregationem & segregationem sine materia subiecta, quæ vna est sub vobis contrarium: & sic patet, quod insufficiente locutus est de principio mouente. Adhuc autem ponere duo æque primo mouentia, est penitus inconueniens. Necesse est enim, quod omnis multitudo mouentium & motuum reducatur ad primum motum & ad mouens primum, sicut in 3. phys. ostendimus. Adhuc autem quod

niam si demus licet mouere & amicitiam, quid mouebit licet aliquando ut moueat postquam autem non moueat, Empedo. non determinauit: & eadem ratio est de amicitia: & sic ante hæc dicto mouentia necesse est aliud mouens ponere: & his similia sequuntur inconuenientia.

CAPVT III.

De contradictione ad positionem Anaxagoræ.

Si quis autem suscipere voluerit Anaxagoram dicentem duo esse elementa siue principia, quorum vnum est proprie principium, & alterum elementum, oportet quod suscipiat cum secundum antiquorum positionem, quam tamen ipse Anaxa. non articulauit. Dico autem articulare ad intellectum & intentionem exprime & proferte. Secutus est enim iste Anaxa. quosdam antiquos dicentes eam esse necessariam: Est autem illa quam diximus in physicis, quod scilicet ex nihilo nihil fit: & cum non album nihil supponatur esse de natura albi, album non fiet ex non albo. Et eadem ratio est de omnibus aliis: heterogenia autem sunt ex compositione homogeniorum: omnia igitur homogenia sunt elementa prima. Cum autem multa & infinita sunt & distincta sicut facta & existentia, oportet quod ex aliquo fiant in quo actu sint omnia, sed latent: & ideo oportet, quod primum elementum sit mixtum ex omnibus homogeniis, in quo actu sint, sed latent. Hanc ergo rationem ab antiquis latentiam formarum ponentibus suscepit Anaxa. & non articulauit eam, ut per intellectum videretur quid esset dictum, omnia esse permixta, & ad vnum actum mixti redacta. Est enim mixtum, sicut in primo per genesios determinatum, & hoc modo non articulauit Anaxa. per intellectum probando quæ miscibilia essent, & quæ non, & quæ essent natura mixti & mixture: sed simpliciter accepit hæc ab antiquis, ac si esset ex necessitate sicut dixerunt. Accipit igitur ipsum, illo dicto tamen absurdo existente, quod scilicet secundum principium alicui vni sunt permixta. Sequuntur enim ex hoc tria inconuenientia, quorum vnum est quod accidit per syllogismum ea ante ea oportere præexistere impermixta: quæcumque enim miscetur adinuicem, prius alterari necesse est abinuicem: non enim alterantur abinuicem, nisi quæ separata sunt: igitur non miscentur adinuicem, nisi quæ sunt separatim distincta. Secundum autem inconueniens est: quia non est quodlibet aptum secundum naturam permisceri cumlibet. Dicere igitur omnia permisceri adinuicem, est absurdum. Non enim miscetur adinuicem, nisi quorum vna est materia & excellentie qualitarum actiuarum & passiuarum tangibiles & remissibiles adinuicem. Adhuc autem tertium inconueniens est: quia secundum hoc dictum huiusmodi & accidentia alia parauerunt a substantiis: quia per eandem rationem sunt mixta accidentia, per quæ alia mixta dicuntur esse: quia album non fit foenit ex non albo, nec albedo ex non albedine. Igitur accidentia omnia mixta sunt, & latent actu existentia in mixto, sed eorum est permixtio & separatio: igitur accidentia sunt separabilia à substantiis: & sic accidentia sunt substantia. Patet igitur, quod ratio suscepta non fuit articulata.

tionem sunt mixta accidentia, per quæ alia mixta dicuntur esse: quia album non fit foenit ex non albo, nec albedo ex non albedine. Igitur accidentia omnia mixta sunt, & latent actu existentia in mixto, sed eorum est permixtio & separatio: igitur accidentia sunt separabilia à substantiis: & sic accidentia sunt substantia. Patet igitur, quod ratio suscepta non fuit articulata.

Si quis tamen exequatur articulans ea quæ intendit dicere Anaxa. apparebit multo mirabilius dicens: quia inuenitur contradicere sibi ipsi. Quoniam namque in illo mixto nihil penitus erit discretum, quia discretum non est mixtum, patet quia nihil erit verum dicere de substantia illa permixta nisi quod permixta est: sed nihil omnino poterit prædicari verè de ea. Dico autem, quod æque nigram, aut caruleum, aut colorem poterit aliquis prædicare de ea, sed potius non colorata erit. Si enim colorata esset, ex necessitate haberet aliquid colorum supra dictorum extremorum vel mediorum. Similiter autem per eandem rationem erit etiam sine humoribus: eadem quoque ratione non erit illa substantia mixta aliquod homogeniorum: non potest enim esse aliquod quale vel quantum nec aliquid aliorum homogeniorum. Si enim aliquid talium inesset ei, oporteret quod inesset ei in parte aliqua dictarum entis specierum: hoc autem est impossibile, quod aliquid horum actu prædicetur de ipso, ideo quod hæc omnia ponuntur esse permixta. Si enim prædicantur actu de mixto, tunc iam sunt discreta secundum actum: & hoc est contra hypothesim: quia dicit omnia esse permixta præter intellectum: hinc enim solum dicit impermixtum & purum. Patet igitur, quod mirabilia dicit, & quod contradicit sibi ipsi.

Ex his autem eisdem dictis accidit his qui sequuntur Anaxa. dicere duo principia quæ ponit. Vnum quidem, quod est agens omnia intellectus: hoc enim dicit esse principium simplex & impermixtum. Alterum autem, quod secundum Anaxa, & secundum veritatem omnes ponimus velut interminatæ antequam determinetur & quadam specie participet. Sed Anaxa. dicit hoc indeterminatum ex mixtura & latentia. Materia autem dicitur indeterminata ex preparatione & potentia cuius ipsa est subiectum. Anaxagoras igitur nec planè nec rectè dixit de principis: maxime quia intellectum ponit aliquando mouere, aliquando non: & tunc oportet, quod intellectus huiusmodi sit motus motorem sui, sicut in 2. phys. ostendimus: & quia dixit mixtum interponens ipsum, sicut ostensum est hic. Dicit tamen velut aliquid dicto eorum qui postea dixerunt de principis propinquum, & his quæ nunc magis apparent: quia etiam Plato posuit datorem formarum Deum deorum aliquando mouere & aliquando non, sicut Anaxagoras: & posuerunt multi mixtum, sicut testatur Ouidius tangens opinionem eorum dicens:

Ante mare & terras & quod tegit omnia cælum,

Vnus erat ista natura motus in orbe,

Quem dixere chori.

Sed in se moues etiam recipiantur, per quæ sunt



funt fermonibus principiorum, qui sunt circa generationem & corruptionem & morum solum: omnes namque huiusmodi Epicuri Philosophi solum philosophantur, & querunt circa principia & causas talis substantiæ quæ est generabilis & mobilis: & idem inquisitio eorum est insufficientis de substantiis & principiis substantiæ secundum quod est substantia. Quicumque enim speculationem faciunt de omnibus existentibus, & ponunt, quod existentium quædam sunt sensibilia sicut naturalia, quædam insensibilia sicut mathematica & diuina, palam est, quia faciunt perquisitionem de utriusque generibus sensibiliæ & insensibiliæ: propter quod magis nobis etiam investigandum est, quid bene aut quod non bene dicant ad ea quæ conueniunt nobis ad perquisitionem propositorum quæ modo inquirimus in sapientia ista quam præ manibus habemus nunc.

CAPVT IV.

De contradictione ad positionem Pythagoricorum de numeris quos ponunt esse principia.

ERGO Philosophi qui primi fuerunt Stoicorum & vocati sunt Pythagorici cupientes supplere hanc quæ dicta principiorum insufficientia, vsi sunt eis principis & elementis extraneis ab eo modo quo vsi sunt physiologi qui naturaliter & per naturalia principia de naturis docuti sunt: quia delectantes rationem Heracliti & Zenophanis & quorundam aliorum philosopharum, acceperunt principia sensibiliæ ex non sensibilibus: acceperunt enim principia de natura & genere mathematicorum: & hæc non sunt naturalia. Nam mathematica de natura quidem sunt existentium sicut partes entis: sed sine motu sunt: quia principia mathematicorum non concipiuntur cum materiis quæ in motu sunt: & idem secundum principia suæ existentie sunt sine motu, & generaliter dicuntur esse sine motu, præter ea quæ sunt de astrologia, non quod astrologia considerat quæ de mobilibus & motibus considerat per principia motus, sed potius quantitates & situs mobilium & morum & quantitates temperum considerat in astuis per principia quantitatis mathematicæ, & non considerat naturas astrorum quibus disponuntur ad motum, nisi illa pars astrologiæ quæ mixta est physica, de qua diximus in secundo physico. Sed redeamus ad propositum dicentes quod Pythagorici quidem disputant & tractant de omni natura, & dicunt modum generationis celi, & obseruant ea quæ accidunt circa partes celi, sicut circa solem & lunam & alias stellas, & obseruant ea quæ accidunt circa passiones & operationes eorum. Dico autem passiones sicut eclipses & præuentiones & situs eorum. Operationes autem voco quæ faciunt secundum naturam in calore & frigore & imbris & ventis & huiusmodi. Hæc enim omnia diligenter obseruant Pythagorici, & omnes communes & proprias dispensant causas ex principis mathematicis, non naturali-

121. u. 121. u. 121. u.

bus, quasi consentiant physiologis, quod quantuncumque communiter accipiatur, quod non est nisi sensibile & naturale. Omne enim quod comprehendit id quod vocatur cælum & continet, dicunt esse sensibile ens: & idem licet non naturalia posuerunt principia, tamen ipsa eadem principia non attribuebant nisi naturali enti.

Hæc enim principia quæ ponunt, sicut diximus, sufficientia dicunt esse, quod ascendunt & exaltentur ad principiandum quæ sunt superiora inter entia, sicut est cælum & partes celi, quæ nobilitate & loco altiora sunt cæteris entibus: & dicunt ea magis esse conuenientia cæteris quam rationes principiorum quæ sunt de natura & naturaliter sumptæ, eo quod principium perpetuum debet esse. In naturalibus autem naturaliter sumptum nihil est stans & perpetuum. Sic igitur dicunt de principis entis sensibilibus: sed non dicunt per quem modum causatur motus, non positus principis, nisi sine fine finito & infinito, pro subiectis motus solum, & posito pare & impare numero pro principis: ex his enim non causatur motus.

Adhuc autem si dicatur non esse motus, non dicunt illi quomodo sit possibile sic generationem & corruptionem esse sine motu: cum tamen generatio & corruptio conueniant sensibilibus. Adhuc ex his quæ ponunt principis, non dicunt quomodo possibile est esse operationes eorum quæ gestiuntur sicut feruntur & mouentur circa cælum. Amplius siue demus & concedamus ex his principis quæ ponit Pythagoras, esse magnitudinem sine probatione, siue etiam hoc ostendatur per apparentem aliquam probationem, & non fiat vis in hoc aliqua: quin magnitudines ex talibus constitui possint: tamen ex his sic existentibus magnitudinibus quæremus ab eis, qualiter ex his principis quædam corporum sunt leuia & quædam graua siue grauitatem habentia. Ex quibus enim principis supponunt ista fieri, & dicunt ea ex illis esse facta, nihil magis dicunt fieri de mathematicis corporibus quam de sensibilibus: scimus autem quod mathematica nec leuia nec graua secundum quod talia, non constituuntur ab huiusmodi principis. Et ex hoc ulterius sequitur, quod de igne secundum quod est corpus naturale leue, aut de terra secundum quod est corpus naturale graue, aut de aliis corporibus huiusmodi naturalibus, nihil penitus dixerunt per huiusmodi principia, sicut sunt dicentes nihil existere de sensibilibus proprium principium.

Amplius queramus ab eis, quomodo oportet accipere illa quæ dicunt esse causas entium quæ sunt numeri passiones, & numerus ipse, quod sunt causa & principia eorum quæ sunt circa naturam celi & eorum quæ sunt facta ab initio mundi, & eorum quæ sunt nunc, cum ipsi dicant nullum penitus esse numerum alium præter eum ex quo constat mundus à principio factura mundi: Et hæc ratio fundatur super hoc quod non est principium essentialiter constitutum alioquin corpus, nisi quod nec ponitur illi. Si ergo numerus constituit à principio mundi corpus incorruptibile quæ in motu reterantur secundum eandem materiam substantiam, quasi consentiant physiologis, quod quantuncumque communiter accipiatur, quod non est nisi sensibile & naturale. Omne enim quod comprehendit id quod vocatur cælum & continet, dicunt esse sensibile ens: & idem licet non naturalia posuerunt principia, tamen ipsa eadem principia non attribuebant nisi naturali enti.

Tex. c. 19.

Tex. c. 21.

Tex. c. 22.

ziam, & non sit alius numerus nisi ille: tunc oportet, quod aut ille numerus excorporetur illis, & illa corumpantur, quod est absurdum. Aut oportet, quod alius sit numerus quo ista & illa constituuntur: & hoc est contra hypotheseim & contra veritatem: quia cum verique sit mathematicus, vna species numeri non differat ab alia simili specie, sicut nullæ formæ eiusdem speciei acceptæ sine materia differentiam habent.

Tex. c. 23.

Dicunt tamen Pythagorici numero mathematico res constitui. Nam cum in hac parte entis sit res mora non habens esse habile, de qua non potest esse firma & stans conceptio scientialis, sed potius est ea opinio, & tempus mensura esse ipsius, sicut dicunt Pythagorici: parum verò desuper aut subter est iniustitia: cum tamen sic non diuersificet: id enim quod est subter, non subiaceret ordini recto: & sic iniustitia dominatur in eo, & hoc quod est supra, ordini subiaceret recto: & sic patet, quod subter & supra differunt, vt iustitia, & iniustitia. Similiter autem discretio rerum, quod quædam res sicut discretæ suis formis & suo esse: quædam autem sunt per mixtæ semper, & semper est in eis permixtio. Omnia enim hæc, vt dicunt Pythagorici, cum per situm non causentur, demonstrationem faciunt, quod horum diuersorum vnumquodque est numerus, & diuersitas numeri secundum quod numerus generatur ex numero, hanc facit rerum diuersitatem: & accidit secundum hunc locum iam quandam pluralitatem esse constitutarum magnitudinum: quia passiones numeri tales sequuntur singula loca, ita quod alius numerus est in vno loco, & alius in alio secundum Pythagoricos. Queramus igitur, verum idem est hic numerus qui est in celo constitutus cælum, quem eundem specie & numero oportet accipere, quod est horum vnumquodque quæ modo sunt & generantur quæ sunt sensibilia: aut ille numerus est alius qui est præter sensibilia: & tunc redit superius inducta ratio contra Pythagoram.

Tex. c. 24.

Licet autem Pythagoras eundem numerum vtrique constituentem esse dixerit, tamen Plato motus præinducta ratione dixit esse alium & alium numerum incorruptibilem & corruptibilem. Sed dixit, quod illi qui sunt intellectuales & incorruptibiles numeri sunt causas: & alios autem dixit esse rerum corruptibilem sensibilem, & hos dixit esse sensuales & corruptibiles. Omnis autem ista diuersitas prouenit ex hoc quod Pythagoras ponit numeros mathematicos principia, & non vidit, quod mathematica aliquam differentiam haberent à mathematicis quæ sunt eiusdem generis & speciei: & ideo dixit perpetuorum & sentium eodem esse numeros. Numeros autem res materiales principia dixit esse Plato: & ideo diuersorum numeros dixit esse diuersos, & præcipue incorruptibilem & corruptibilem. Ambo autem huiusmodi principia posuerunt, vt euadereat philosophata Heracliti. Non enim videbant, quod vniuscuiusque generis principia oporteret reduci in idem genus, sicut principia substantiæ in substantiam, & principia quantitatis in quantitatem, & principia corporis mobilis in corpus mobile: nec videbant corruptibilia

reduci ad principia incorruptibilem, sicut omnis motus reducitur ad primum motum qui est causa eius, & motus primus ad motum primum quod est incorruptibile & simplex. De Pythagoricis ergo dimittatur ad præcens. Sufficit enim quæ dixit tangere tantum punc quoad præsentem speculationem.

CAPVT V.

De contradictione contra Platonem qui posuit ideas, & sumitur contradictio ex hoc quod separata idea non possunt esse substantia rerum sensibilibus formales, per quas sensibilia numerantur & ponuntur in numerum sicut numeratur res per suam formam.

QUI vero posuerunt, quod ideae sunt principia entium, multipliciter peccant. Primum quidem: quia cum ipsi sint querentes causas existentium horum quæ sunt sensibilia, attulerunt alia ab his æqualia numero illis. Dico autem alia: quia separata quæ cum illis sensibilibus etiam sunt, nec habent esse idem: & hoc est ac si quis velit per formas rerum numerare res, siue in numerum ponere, sicut qualibet res per suam formam ponitur in numerum, putet quod non possit res istas numerare siue in numerum ponere paucioribus existentibus numeris idearum siue formarum per quas istæ res ponuntur in numerum: quia res numerandæ superant numero numeranti: sed cum plura facit quibus numeret, putet se posse numerare. Species enim ideales sunt res æquales his quæ sensibilia numeramus. Non enim sunt pauciores eis. Dico tamen res: quoniam essentialibus horum sensibilibus æquales ponuntur esse species: sed indiuiduantia excolescant super numerum idearum.

Tex. c. 25.

Tex. c. 26.

De quibus ideis querendo causas sensibilibus, processimus ad ideas, rationem Heracliti fugientes: vnaquæque enim idearum nomen habet cum istis commune, quorum causa est, & rationem diuersam: quia separati & sensibiles non est vna ratio, quod vnum est perpetuum, & aliud corruptibile: circa substantias enim rerum quæ sunt alia ab ideis, & hæc sunt indiuidua sub communibus speciebus contenta, est vnum quod est species in multis & de multis tam in sensibilibus quam in sempiternis separatis. Hæc igitur quæ in sempiternis sunt, & substantia predicata sunt sempiternorum, attulerunt Platonici ad sensibilia, vt per ea ponantur in numerum, sicut res in numero ponitur per suam formam, & sicut per suam formam, numeratur: & sic id quod est res separatum, numerat eam & dat ei esse: & id quod æquiuocè conuenit ei, numerat eam & dat ei esse. Sicut si diceremus, quod homo vnum numeratur forma hominis picti, quod est magnum inconueniens.

Aliiter autem dicit Averroes obicit Aristotelem contra Platonem, dicens quod Aristoteles vocat numerum æqualem numerum parem, & quod inconuenit.

122. u. 122. u. 122. u.



inconueniens sit dicere, quod par numerus numeretur, & non impar, cum utriusque sit numerus, & dicta illa non sunt curanda: quia non est verum, quod Plato posuit numerum mathematicum esse iterum principium, sed potius numerum rerum, sicut dictum est in ante habitis: & hæc perueritas contingit ex translatione Arabica quæ mendosa & corrupta est. Obiectio ergo est, quod numerus sensibilium est numerus linearum formarum: formæ autem sunt separata: ergo numerantur sensibilia alio quodam ab eis allato numero: res autem numeratæ formis suis non numerantur paucioribus quam ipse res sunt: oportet igitur formas tot esse ad quas à sensibilibus processimus, quot sunt sensibilia. Est autem hoc inconueniens, quod qualibet istarum formarum quæ ponitur separata, est æquiuoca ad sensibilia eiusdem nominis existentia, cum ea quæ sunt de esse separato, non sunt uniuoca ad ea quæ per esse concepta sunt cum materia: sed in separatis multis est vnum prædicatum uniuocè de illis: & similiter in multis conceptis cum materia est prædicatum commune uniuocè prædicatum de ipsis: sed non est vnum uniuocè prædicatum in separatis, & cum materia conceptis. Si ergo ista per separata sicut per formas suas numerantur per alia in ratione ab ipsis quæ non conueniunt cum eis nisi in multitudine & paucitate numeri, quod est absurdum: quia sic eadem ratione. 10. lupi possent numerari per formas. 10. ouium, & sic forma canis vel lupi esset forma ouis, quod absurdissimum est & falsum.

## CAPVT VI.

*Et est secunda contradictio contra Platonem ex hoc quod idea ponuntur non esse præter propriam rei intellectum per quem de re syllogizatur.*

**A**mplius secundum quos modos secundum Platonem ostendimus, quia sunt & esse habent species ideales, secundum nullum eorundem modorum videtur, quod aliqua species separata esse possit: propter syllogismum enim & scientiam ostendimus secundum Platonem species esse. Scimus autem, quoniam ex quibusdam non est necesse fieri syllogismum. Ex speciebus enim & intentionibus particularibus ad nihil possumus syllogizare. Ex quibusdam vero est syllogismus: quia ex speciebus & notionibus uniuersalibus rerum quæ sunt ubique & semper, syllogizamus ad quamlibet rem demonstrandam. Sed istæ species & notionem ex quibus syllogizamus, non sunt eorum quorum nos Platonici utamur eas esse: quia species ex quibus syllogizamus omnia, quorumcumque sunt scientiæ secundum rationes illarum scientiarum sunt, hæc rationes sunt secundum illud quod in affirmationibus est vnum de multis non habens esse separatum ab illis, & in negationibus est similiter secundum diuisionem: quia illud quod est vnum in multis non habens esse separatum, negatur de quibusdam: hoc autem est illud secundum quod per intentionem accen-

pram aliquid particulatum corrupit illi in intellectu, quod uniuersale habet esse in ipso, & est esse ipsius: igitur syllogismus non fit per notionem & speciem separatam. Horum enim sensibilibus demonstrator est quidem intentio & forma quæ est phantasia: sed per uniuersale abstractum quod est in intellectu ab eis, syllogizatur de eis, nec posset de eis syllogizari, nisi esset esse ipsorum: igitur per hoc quod separatum est ab eis, nihil potest syllogizari de ipsis: igitur idea non sunt ponendæ eo modo quo ponuntur propter syllogismum.

**A**mplius autem rationum & syllogismorum quæ sunt omnibus certiores, sunt demonstrationes ostensiuæ, quarum est definitio dicens quid & propter quid rei ad quam inferendam syllogizatur: & istæ rationes syllogismorum demonstrationum non secundum rationes quidditarum, non sunt nisi duæ in genere: syllogizantes enim per formas rerum communiter ex quibus syllogizant, quas Græci vocant ideas, faciunt eas, & accipiunt esse ad aliquid, non quidem absolute, sed quia esse eadem est coniunctum compositioni & respectui: quia quidditas est alicuius, & non absolute accepta ut per se existens, sicut patet ex ipsa talium notionum definitione: quoniam species est eorum quæ principaliter in quid prædicatum magis proprium, & genus eorum quæ principaliter in quid prædicatum magis commune, & sic facile est videre in aliis: igitur species ex quibus rationes certissimæ procedunt, secundum esse dependent ad ea quorum sunt esse & notionem: ergo non habent esse absolute & separatam, sicut dicimus loquentes secundum Platonem: & hæc est vna pars notionum & specierum ex quibus procedunt rationes certissimæ, quæ de rebus per ea quæ sunt essentialia rebus, de rebus syllogizantes. Alia pars eorundem rationum quæ de rebus sensibilibus syllogizatur, est quæ de homine per formam hominis concludit: & cum homo in eo quod homo, sit solus & simplex intellectus, per quem concluditur delectatio quæ est ex contemplatione theoreticatum esse pura & firma, non habens contrarium: & hæc sola notio siue species in syllogismo posita, habet esse separatam, sicut in sequentibus huius scientiæ prod. auimus: & idem secundum ordines specierum per quas res, quia sunt sensibilia secundum quod sensibilia, de quibus non est intellectus, sed phantasia, sicut diximus: & sunt notionem uniuersales essentielles sensibilibus, de quibus est intellectus, & per esse non sunt separata, & est intellectus ipse qui est species & notio hominis per quem opera propria homini, & passionem concluduntur: & hic solus habet esse separatam. Nullo igitur modo per rationem & syllogismum certissimè de re concludentem potest esse demonstrata idea, quam nos Platonici ponimus: & quoniam rationes quas inducunt illi qui ponunt species ideales propter quas ponunt ideas, auferunt ea quæ magis esse volunt, quoniam ideas ipsas, quas ponunt hi qui dicunt esse ideas. Cum enim idea non sit inuenta nisi propter uniuersale prædicatum & essentielle quod substantia liter multitudine sensibilium, oportet quod omne commune prædicatum essentialiter colligens multitudine

Tex. c. 12.

## CAPVT VII.

*Et est tertia contradictio contra Platonem accepta simul ex veritate rei, & ratione opinionis ponentium ideas.*

**C**onsiderando autem ea quæ dicunt secundum necessitatem & secundum opinionem sue opinionis rationem, qua ponunt ideas, dicimus quod ideas nihil aliud esse necesse est, nisi species participabiles substantiæ particulatibus substantiæ: non enim ideas participant secundum accidens aliquod, sed oportet, quod ideam unumquodque participet in quantum non de subiecto prædicatur de illo, sed substantia liter: potest enim aliquid participare aliquod prædicatum & substantia liter & per accidens. Et hoc explanando dico, ut si quid particulare subiectum per se duplo vel binario participat quod est substantia liter prædicatum eius, participabit etiam sempiterno, sed per accidens: accidit enim duplo, quod sit sempiternum: quia separatum est, ut dicunt: igitur species prædicata de multis erit substantia ipsorum, & non participata per accidens. Species autem illæ sic de substantiis prædicata, substantiam significat tam hic in sensibilibus, quam illic in separatis: quia etiam in illis multitudo colligit ad vnum aliquod prædicatum de ipsis: igitur in separatis necesse est apparere aliquid vnum in multis prædicatum de illis, quod sit habens esse præter ea de quibus prædicatur, secundum rationes per quas ponunt ideas. Et tunc quaeremus de illo communi: quoniam siquidem vna & eadem species idealis est idearum habentium vnum commune prædicatum, & sensibilibus participantium ideis: tunc oportet, quod aliquod commune sit uniuocè prædicatum de sensibilibus participantibus ideas, & de ideis quas participant sensibilia. Et per hoc exemplum videre possumus. Quod enim magis est in dualitatibus hæc demonstratis corruptibilibus singulis & in aliis dualitatibus quæ multæ sunt, sed sempiternæ sunt, est ipsa dualitas, quæ commune prædicatum est vnum & idem: aut quod magis est prædicatum commune vnum & idem in ea dualitate quæ est sensibilis, & in alia quæ est in sempiternis incorruptibilibus? Non enim potest dici, quod prædicatum commune vnum & idem, quod est dualitas, contra participata magis insit illis quam istis. Ostendimus enim, quod accidit dualitati illi, quod sit sempiterna: & hoc non facit magis inesse illis quam istis: & ex hoc sequitur, quod idearum sint ideas, & quidditates quidditas, & formæ forma, quæ omnia sunt absurda. Si vero dicatur propter hoc, quod non est eadem species participata ab his & illis: tunc non conueniunt ista & illa nisi nomine & non ratione: quoniam tunc idea non diceretur de sensibilibus secundum suam substantia liter rationem: & sic diceretur de sensibilibus a quiuocè: & hoc est si aliquis vocat communi nomine Calliam siue Socratem hominem, & Calliam ligneam hominem, nullam inspiciens rei & nature

Tex. c. 13.

**A**mplius ad eandem estimationem rationis secundum quam & propter quam dicimus esse ideas, non solum ponuntur ideas esse species substantiarum, sed etiam multorum aliorum. Intelligentiæ enim siue notio vna in multis existens quæ est scientiæ principium propter quam ponimus ideam non solum esse circa substantias individuales & sensibiles, sed etiam de aliis & scientiæ quarum principium est uniuersale, non solum sunt de substantiis, sed aliorum sunt multorum quæ sciuntur. Oportet igitur, quod idea quæ est quidditas accidentium, habeat esse separatam, per hoc quod oportet quod habeat ideam quæ est principium sciendi ipsum: hoc autem absurdissimum est quidditatem alicuius quæ ad aliquid est, habere esse separatam, & per se existere, & substantiam esse non habere nisi ab alio. Accidentem autem mille talia inconuenientia si quis sequatur rationes quas ponunt de principis, sicut diximus.

Tex. c. 10.

**C**onsiderando autem ea quæ dicunt secundum necessitatem & secundum opinionem sue opinionis rationem, qua ponunt ideas, dicimus quod ideas nihil aliud esse necesse est, nisi species participabiles substantiæ particulatibus substantiæ: non enim ideas participant secundum accidens aliquod, sed oportet, quod ideam unumquodque participet in quantum non de subiecto prædicatur de illo, sed substantia liter: potest enim aliquid participare aliquod prædicatum & substantia liter & per accidens. Et hoc explanando dico, ut si quid particulare subiectum per se duplo vel binario participat quod est substantia liter prædicatum eius, participabit etiam sempiterno, sed per accidens: accidit enim duplo, quod sit sempiternum: quia separatum est, ut dicunt: igitur species prædicata de multis erit substantia ipsorum, & non participata per accidens. Species autem illæ sic de substantiis prædicata, substantiam significat tam hic in sensibilibus, quam illic in separatis: quia etiam in illis multitudo colligit ad vnum aliquod prædicatum de ipsis: igitur in separatis necesse est apparere aliquid vnum in multis prædicatum de illis, quod sit habens esse præter ea de quibus prædicatur, secundum rationes per quas ponunt ideas. Et tunc quaeremus de illo communi: quoniam siquidem vna & eadem species idealis est idearum habentium vnum commune prædicatum, & sensibilibus participantium ideis: tunc oportet, quod aliquod commune sit uniuocè prædicatum de sensibilibus participantibus ideas, & de ideis quas participant sensibilia. Et per hoc exemplum videre possumus. Quod enim magis est in dualitatibus hæc demonstratis corruptibilibus singulis & in aliis dualitatibus quæ multæ sunt, sed sempiternæ sunt, est ipsa dualitas, quæ commune prædicatum est vnum & idem: aut quod magis est prædicatum commune vnum & idem in ea dualitate quæ est sensibilis, & in alia quæ est in sempiternis incorruptibilibus? Non enim potest dici, quod prædicatum commune vnum & idem, quod est dualitas, contra participata magis insit illis quam istis. Ostendimus enim, quod accidit dualitati illi, quod sit sempiterna: & hoc non facit magis inesse illis quam istis: & ex hoc sequitur, quod idearum sint ideas, & quidditates quidditas, & formæ forma, quæ omnia sunt absurda. Si vero dicatur propter hoc, quod non est eadem species participata ab his & illis: tunc non conueniunt ista & illa nisi nomine & non ratione: quoniam tunc idea non diceretur de sensibilibus secundum suam substantia liter rationem: & sic diceretur de sensibilibus a quiuocè: & hoc est si aliquis vocat communi nomine Calliam siue Socratem hominem, & Calliam ligneam hominem, nullam inspiciens rei & nature



turæ communicationem : & sequitur, quod idea non sunt formæ essentialiter participata & substantialiter, sicut videt Callias homo per intentionem & naturam hominis ligni vel idoli, quod similitudo quadam est eius. Veritas ergo rei & ratio qua ponitur idea simul accepta probant ideas omnino esse nihil : & hoc infendimus.

CAPVT VIII.

Est contradictio sumpta ex hac quod sunt inutiles ideas ad motum & scientiam, & est ratio sensibilium.

Tex c. 31. **M**aximè autem inter omnia præhabita aliquis considerans tubiliter dubitabit, quid utilitatis conferre possunt species ideales sempiternæ secundum esse his quæ sunt facta vel corrupta de numero sensibilium existentibus: talis enim species idealis supposita nec potest esse causa motus qui est de subiecto ad subiectum: nec potest esse causa transmutationis alicuius quæ est de non subiecto ad subiectum, vel de subiecto ad non subiectum: & hoc est ideo: quia mouens materiam est in materia, & aliter non moueret eam, sicut patet, quod semen mouens in generatione, vnitur materię generabili, & ingreditur in eam, sicut spiritus ingreditur in corpus, & virtutes celestes non mouent materiam nisi prius ingrediantur materiam cum virtutibus elementaribus, sicut ostendimus in 16. de animalibus: quoniam si non essent intrus, non tangerent: & si non tangerent, non agerent: & si non agerent, non sequeretur alteratio. Separatum autem esse habens nec intus est, nec tangit, nec agit. Ergo nihil confert ad motum vel transmutationem. Sed nec ad scientiam: casibilem auxiliabitur idea: eo quod secundum esse de numero aliorum est, quæ sunt separata esse habentia. Non enim possunt separata esse subiecta eorum quæ sensibilia sunt: quia nullus substantia quæ est esse ipsius, separatum habet esse ab ipso. Si enim essent substantia & quidditates ipsorum sensibilium, pro certo non haberent esse nisi in ipsis: & motus eis moueretur, & eis destructis impossibile esset aliquid illorum remanere. Sic autem non sunt, sed permanentia & separata sunt. Ergo distinctam esse habentia his sensibilibus nihil conferunt utilitatis ad esse istorum. Sic autem separata existentia nec ad scientiam, nec ad esse conferunt, cum eadem sint principia essendi esse & cognoscendi ipsum: nec ista separata intunt participantibus ea sensibilibus, sicut causa ad esse quæ est causa formalis. Sic tamen fortasse causas esse opinantur illi qui ponebant ideas, sicut dicitur per alium ex hoc quod dicitur color alius subiecto ad extrinsecum adueniens, sicut esse mixtum prius est separatum: & ad hoc facilius intelligendum, oportet nos hic anticipare ea quæ postea in huius scientiæ libro nono proferenda sunt. Dicimus igitur secundum doctrinam Aristotelis, quod nulla forma mixta est cum subiecto quod

Non est materia est in materia. Vide 7. me. com. 28. & com. 31. in fine comment.

est materia: sed omnibus formis in materia potentia existentibus sit educio earum ad hoc quod in effectu & actu sint per motum qui est actus existentis in potentia secundum quod est in potentia: quod sic probat Aristoteles. Quoniam enim hyle est subiectum mutationis & motus primum, oportet in hyle ipsa tria supponi, sine quibus nullo modo est transmutatio vel motus: est in transmutatione quod continuè abicitur, & hæc est priuatio: & est in ea quod continuè sit & educitur: & hoc est esse formæ. & est quod vnum & idem numero manet in toto actu, & hæc est substantia materię: & quodcumque horum desit, non est hyle subiectum mutationis & motus: igitur in intellectu materię clauditur esse formæ in ea secundum inchoationem: quia aliter non exiret continuè accepta per motum: forma igitur non est ei immixta per aduentum ab extrinsecum, sed intrinsecum in intellectu eius: & hæc est causa, quod vnum est vnius naturæ constitutum ex materia & forma: sed non constituunt ex subiecto & accidente: & ideo dicit Aristoteles, quod materia non intelligitur nisi per analogiam ad formam.

Dua autem alia sunt opiniones de formis. Vna quidem Platonis, quod scilicet omnes alia formæ sint à datore ab extrinsecum influxu materię: & hoc dicit Plato: & secundum hoc formæ sunt sicut materię sicut superficialia & non intrinsecum per esse & intellectum materię, & sic sunt sicut mixta. Alia autem est Anaxagoræ, qui dixit omnes in materia esse actu, sed latere, & quoad hoc iterum cum materia mixta sunt, & ut intrinsecum naturæ per esse & intellectum materię: & quoad hoc Plato & Anaxagoras vnum ponunt, licet causa suæ positionis non sit vna & eadem. Omnia autem ista orta sunt ex propositione quam omnes concesserunt antiqui, quod scilicet ex nihilo nihil fit omnino: & ideo cum forma actu fiat, dicebant oportere præexistere formam ex qua fit: & tunc dixerunt Plato quidem ad datorem & ideas, Anaxagoras autem ad latentiam, & dixerunt formas præexistentes esse mixtas materię: & Aristoteles videns inconuenientia quæ sequatur, elegit verum dicere, quod sunt in potentia materię. Dicere igitur prædicto modo mixta esse cum materia, ratio mobilis valde & subuertibilis est, quam, sicut per antecedentia patet, prius dixit: licet per hoc motuum ante te causam sic dicendi haberet, & postea in ea successorem habuit Eudoxum, & alij quidam consentiunt illis: facile namque est colligere multa & valde impossibilia ad talem opinionem destruendam: quia iam dictum est vnum inconuenientissimum, quod ex forma scilicet & materia non sit vnum: & secundum est, quod motus non est actus eius quod est in potentia, sed efficiens: nec motus est exitus de potentia ad actum, sed est influxus agentis secundum formam: & quia materia non est subiectum motus proprium, sed est tantum in quantum insitit agens formam: & quia materia non desiderat formam, eo quod nihil desiderat aliquid nisi per aliquid similitudinis quod habet cum ipsa: & quod quilibet forma potest fieri in quacunque materia, cum nihil forme appropriatum hæc forma hæc mate-

Nota tres opiniones de formis, pro quibus vide dist. 2. de Auct. 22. met. c. 18.

ria: & quod generatio non est compositi, sed formæ tantum, quæ generatio nihil est nisi datio formæ à datore: & quod materia non mouetur, sed potius in eam quietam ingreditur forma: & multa talia facili inueniuntur quæ vidit Aristoteles, cum abhorruit istam positionem. Adhuc autem non est aliquis consuetus modus dici, quo ex speciebus sempiternis fiant alia ab eis quæ sunt sensibilia corruptibilia. Patet igitur omnino ad esse & scientiam rerum inutilem esse idearum positionem.

CAPVT IX.

De contradictione contra Platonem sumpta penes ideas secundum quod dicunt esse exemplaria opificum.

Tex c. 32. **D**icere verò, quod species sunt paradigmata siue exemplaria esse, ad quæ respexit opifex quando fecit istum sensibilem mundum, & quod ista ad exemplaribus participant existentiam in isto mundo sensibilis: & ideo istæ formæ sunt imagines illarum quæ sunt in mundo archetypo, sicut dicit Plato, vaniloquium est: & est hoc dicere fabulosas & poeticas fabulas: potiora enim figmentis talia sub integumentis mentium volentes corruptibili metaphora significare vniuersaliter virtutis operatiue primi intellectus, qui omnia rectè producit ac si producit ad exemplar vnumquodque. Dicere autem hoc simpliciter & sine metaphora esse vnum, vaniloquium est: quia ad perfectam rationem agentis non requiritur, nisi quod formam, quæ est principium actionis, apud se habeat: hanc autem formam habet agens intellectus per formam quæ est scientia sua: & naturaliter agens habet eam, quia ipsa est forma per quam inest ei agere: & ideo neutrum agens indiget exemplari extra ad quod inspiciat quando agit. Queramus igitur à Platone, quid sit agens vel operans in tota natura, quod sit ad ideas respiciens: sine enim omni exemplari conuenit, quod aliquando sit in natura simile illi, & aliquando non, sed sit dissimile: sit enim aliquando quod generatur, simile generanti, aliquando non: igitur etiam existente exemplari, Socrate separato, & non existente eo, sit iste Socrates ex Demonis patris sui, qualis in natura est iste sensibilis Socrates. Similiter autem palam est, quando secundum Platonem exemplaria ponantur propter communia prædicata quibus vniuntur particularia, erunt tot exemplaria, quot sunt prædicata communia, quæ sunt prædicata per se, ex quibus scitur & syllogizatur: ergo etiam ponatur Socrates sempiternus ad quem respiciens operator fecit istum sensibilem Socratem, oportet concedere, quod illius sempiterni Socratis sint exemplaria plura: ergo & species plures erunt exemplaris Socratis sicut sunt hominis prædicata communia per se, animal, & substantia, & huiusmodi: hæc enim similitèr erunt & autopsantropos, hoc est, per se homo, qui est homo separatus: ergo speciei erit alia species prior ea: quod non dicunt qui

Alber.

D. Alber. Mag. Metaphy.

ponunt exemplaria esse.

Amplius species erunt non solum exempla sensibilium, sed etiam exempla specierum, sicut genus exemplarum est speciei: & hoc ibi cum illud quod sit ad eius exemplar, sit imago, & non idea, siue forma, siue species, sicut patet per prædicta, exempla specierum quæ ponit Plato, erunt imagines sicut & illæ formæ quæ sunt in materia: & hoc est contra Platonem dicentem formas formantes, quæ sunt separata, non esse imagines. Amplius quilibet rectè opinans opinabitur impossibile esse, quod forma substantialis quæ est rei quidditas, & id cuius est illa substantia, sint secundum rem separata: substantia enim est esse eius cuius est substantia, & non habet aliud esse ab ipso, ita quod de subiectis illis quorum est substantia, impossibile est remanere aliquid substantialium secundum esse: quomodo ergo erunt idea separata secundum esse, cum sint substantia rerum? Et licet hoc absurdum sit & contra opinionem omnium, tamen in Phædone sic dicitur, quod species separata sint causæ esse rerum & fieri earundem.

Amplius etiam dicitur existere species, tamen hæc singularia non participabunt ea, nisi ponatur aliquid mouens in materia; quod faciat separata venire in ista singularia: & hoc iam in superiori capitulo ostendimus esse impossibile. Adhuc autem multa sunt per artem quæ sunt alia à speciebus: quia non dubitamus, quin formæ artificialium sint accidentes materię: & ideo scimus talia non habere species quæ per se existunt: & sic domus & anulus sunt sine speciebus separatis: quia horum non dicimus species esse, sicut iam diximus. Igitur cum artificialia imitentur naturam, palam quia contingit & alia quæ naturalia sunt, & esse, & fieri, propter tales causas coniunctas cum materia, quales & nunc dicte sunt esse in artificialibus.

CAPVT X.

De contradictione contra positionem Platonis, quod numerus idearum est principium.

Plato autem non solum posuit ideas esse formas rerum & principia, sed etiam dixit species esse numerum, sicut diximus superius. Non autem dixit numerum illam qui in genere est discreta quantitas esse principium, sed potius illam numerum qui est speciem & idearum. Has enim dixit numeris & numerorum proportionibus inætas constituere res in harmoniis compositionibus tam ex parte forme quam ex parte materię: propter quod triplicem dixit esse numerum, instrumentalem scilicet, quod redditur & mensuratur entium discreta quantitas: & formalem, quo res quilibet ponitur in numero & constituitur in proportione numeri: & materialem, quæ est res sensibiles in positione constituitur. Procedamus igitur nunc contra istam positionem, dicentes quædamque inconuenientia sequuntur. Nec curamus hic de his

Tex. c. 33.

Nota quem numerum Plato posuit principium, & quomodo sit numerus instrumentalis.

F

q. 2.



quæ dicit Auerroës : quia non videntur nobis esse secundum literalem Aristot. intellectum. Dicamus igitur, quia si numeri quidam formales sunt ideales species, per quem modum erant isti numeri cause rerum existentium? Queramus, utrum sint sicut cause rerum? quia res ipsæ constitutæ sunt alijs quidem causati ab illis numeris, sicut si dicamus, quod vnus numerus causatus ab illis est homo qui est species & esse indiuiduorum, & alius numerus etiam ab illis causatus est Socrates indiuiduus, & alius iterum numerus sub communi numero herminis acceptus est Callias, & sic de omnibus indiuiduis & communibus speciebus & generibus acceptis ac indiuiduis. Si autem sic dicatur, tunc queramus, quid causalitatis habent illi numeri separati ad istos conceptos cum materia? Non enim est sufficiens differentia quam dicunt, quod illi sunt sempiterni, & isti non, ad hoc quod illi sunt cause, & isti causati. Quod enim aliquid sit sempiternum, non confert ei, quod sit causa, præcipue prout causa & principium est forma: sed potius hoc quod essentialiter constituitur ipsum, & sit de esse ipsius, sicut & in ante habitis diximus sæpius.

Tex. c. 39. Si vero dicatur, quod proportionales siue rationes numerorum sunt hoc in sensibilibus substantiis constitutis, sicut symphonia quedam proportio numerorum in tonis, ita etiam in harmonia principiorum constituitur substantia, illud non longe est à veritate: sed secundum hoc, cum omnis proportio sumatur in aliqua natura, piam esse aliquid numerum, cuius est ista proportio, & ea sensibilia constituta quorum sunt istæ proportionales, sunt illa natura: & si illa natura quæ sic proportionata constituit substantias, est materia corporum sensibilibus, oportet quod & ipsi numeri sint proportionales illius materie, & sint proportionales alterius ad aliud. Omnis enim proportio est habitudo vnus ad aliud, sicut est proportio partium materie carnis ad formam carnis. Dico autem partes materie sicut tot partes terræ ad tot aquæ, & tot aeris ad tot ignis, & in complexionationis omnibus & compositionis est similiter. Dico autem generaliter, quod hoc dictum est sicut si est Callias proportio in numeris partium ignis, terræ, & aquæ, & aeris: tunc oportet etiam, quod aut antropos, hoc est, per se homo siue separatus homo, siue ponatur esse numerus, siue non: tamen oportet, quod proportio sit in numeris quarundam rerum: quia aliud sunt quam numerus, quæ non nisi in proportione constituant ipsum: constat enim, quod non est simplex, sed est in eo potentia genus & actus: nec ista conueniunt adinuicem in proportione potentia ad actum & actus ad potentiam. Sicut autem in proportione existens rerum quæ non sunt numerus, non erit ille homo aliquis numerus qui sit præter res illas ex quibus in proportione conuenientibus constituitur: & sic male homo separatus numerus esse ponitur à Platone.

Tex. c. 37. Amplius si numerus dicitur esse idea quæ ponit Plato, ita quod esse idearum sit esse cuiusdam numeri facientis ideas, sicut anima dicitur esse numerus seipsum mouens, sicut dicit Plato: tunc oportet, quod ea quæ conueniunt numero commun., conueniant & formis

idearum. Videmus autem, quod ex multis numeris fit vnus per aggregationem, & ex quibuscunque numeris aggregatis fit vnus numerus: quomodo autem ex quibuscunque speciebus pluribus fit vna species? Et si forte dicat Plato, quod non constituitur numerus ex numeris primis, sed ex vnis siue vnitate vnitate, & ita dicat fieri in formis, sicut millenarius constituitur ex decies centum, & centum ex decies 10. & 10. ex decies vno, & recurrit constitutio omnis numeri vsque ad vnitatem quæ primum constituitur. Tunc queramus, quomodo se habent vnitates in numero qui formas constituit? Si namque illæ conformes sunt vnus speciei secundum naturam, multa sequuntur inconuenientia, quorum principale est, quod ex his quæ sunt vnus speciei & nature, nihil sit omnino: quia ex homine & asino nihil sit omnino: & non est inter ea proportio nisi æqualitatis & similitudinis: proportio autem in qua res constituitur, est diuersorum ad vnum secundum aliquam medietatem arithmetica, vel geometricam, vel musicam habitudo. Secundum autem est, quod si ponamus aliquod fieri in talibus totum esse eiusdem speciei: & sic omnia essent eius speciei: quia ex eisdem vnitatibus fierent & eiusdem speciei ideas: & ex ideis eiusdem speciei fierent eiusdem speciei ideata sensibilia. Et alia infinita sequuntur inconuenientia.

Et si propter hoc dicatur, quod vnitates non sunt conformes, sequitur statim, quod nec eadem sibi inuicem sunt vnitates separatae quæ constituunt formas: & sequitur propter hoc, quod nec alie possunt esse omnes omnibus adinuicem, ita quod qualibet sit alia in specie ab alia. Et hoc planum est videre: quia cum illæ vnitates quæ formas constituunt, sunt per naturam ante formas ideales, sicut in esse formali constituentes eas: ipsæ sunt omnino separatae ab omni materia materiatarum, & sunt impassibiles: & tunc queramus, à quo differunt abinuicem separatae & sic impassibiles existentes vnitates? & non erit etiam fingere volenti assignare differentiam. Talia enim dicta non rationabilia sunt, sicut constantia per syllogismum, nec sunt concessa intelligentiæ, sicut sunt principia per se nota: ergo formæ non sunt sicut formas numerus constituitur. Amplius autem cum numerus circa quem est arithmetica, sit genus discretæ quantitatis, qui nullum ens vel formam constituit, oportet ad genus aliquod à numero formas faciente numerum illum facere, circa quod est arithmetica: illius enim vnitatis nihil constituit nisi numerum: & sic habemus quatuor numeros: vnum arithmeticum, qui est determinati generis: & vnum indeterminati generis, qui in esse formali constituit ideas: & tertium numerum idearum: & quartum numerum idearum constitutorum, & hæc est derisio: & ideo ideas numeri esse non possunt.

Adhuc autem secundam ea quæ vltimo diximus, numerus qui constituit, medius est inter numerum simplicem arithmeticum, & ipsas ideas constitutas: omnia autem quæ sunt infra aliqua siue media aliquorum secundum naturam sunt composita aut ex his quibus est simpliciter compositio mediorum, & hæc

## CAPVT XI.

## De contradictione contra Platonem de reductione substantiarum ad principium numerorum.

3. phy. tex. eom. 6. & tex. c. 6.

hæc sunt quæ maxime distant in genere illo. Aut enim sunt ex aliquibus quæ sunt principia ad ipsa media, licet non sint principia: & prima simplicia absolute: sicut componuntur media quadam ex medijs, quæ comparata ad ipsa, sunt extrema, sicut docuimus in 3. phy. Aliiter enim non posset dici quare numeri formatum essent medij inter formas & presentia sensibilia secundum Platonem: quia formæ ideales non constituunt res presentes, nisi mediante ratione numeri: quia ligantur cum sensibilibus: & sicut illi numeri medij sunt inter eas & sensibilia presentia, ita necesse est numeros qui constituunt formas, esse medios inter numeros mathematicos & ideas.

Tex. c. 40.

Amplius secundum hæc quæ dicta sunt, vnitates quæ sunt in dualitate constitutæ, ideas habent alias priores se vnitates dualitatis quæ prior est ea: & hoc est impossibile, cum vna vnitatum nihil addat super aliam, eò quod vtrique ab omnium materia materiata separata est, sicut patet per ante dicta. Amplius in isto numero medio queramus, quare ille numerus est vnum simul collectum siue comprehensum? Dico autem vnum, quod simpliciter est vnum: & hoc est quod forma vnum est: hoc enim non erit assignare: quia discretio non est causa vnitatis simpliciter, cum ipsa sit simpliciter multitudo: & multitudo in eo quod huiusmodi, non est causa vnitatis simpliciter: igitur idea est multa simpliciter, & non vnum, eò quod eius causa est multitudo simpliciter.

Tex. c. 41.

Amplius autem ad omnia quæ dicta sunt si in numero constitutæ ideas vnitates sunt differentes secundum speciem & formam, cum illa sint elementa prima rerum, tunc oportebit eum aliquid simile dicere, quemadmodum dicunt quicunque quatuor dicunt aut duo specie differentia. Horum enim quilibet sit plura dicit elementa specie differentia: quia non dicit primum elementum esse corpus quod commune est his quæ ponunt esse principia: sed dicit ignem & terram esse elementa, siue sit eis commune, siue non: & ita dicit Plato vnitates differentes esse principia prima, non considerando communem eis numerum, sicut patet per ante dicta. Et sic aliquando dictum fuit: sed nunc dicitur à Platonibus, quod vnitates quæ sunt principia idearum, sunt similes: & hoc est dicere, ac si diceremus, quod quasi vno in forma existente elemento sunt tres, sicut ex igne, vel aqua quæ sunt similia partium secundum formam. Si autem sic dicant aliquid vnum esse elementum, & non vnitatem absolutam, sed suppositum & subiectum vnum homogenium: tunc sequitur, quod substantiæ formales rerum non sunt numeri, sed potius illud vnum quodcunque est illud. Patet autem, quia si vniuersitas rerum est aliquid vnum & idem, & hoc est principium omnium formale, oportet quod illud vnum multipliciter dicatur, & non vno modo: aliter enim impossibile est omnia dicere vnum, sicut patet in ipso ente: quia sicut dicit Porphyrius, si quis omnia entia vocet, æquiuoce nuncupabit: & ita est de lumine prima cause quod temeraria omnium dixit Plato: hoc enim non omnibus vno modo acceptum erit principium.

D. Alber. Mag. Metaphy.

NOs autem volentes substantias sensibiles corporeas reducere ad principia prima præ-

memorari numeri secundum Platonem, tunc ponimus lineam longitudines constare ex primis contrariis lineæ, quæ sunt productum siue longum, & breue: & hoc dicimus esse ex contrariis partibus quantitatis quæ sunt magnum & paruum, ut dicit Plato: & planum siue superficiem dicimus constare ex primis suis contrariis, quæ sunt latam & arcum siue strictum, quæ etiam sunt magnum siue paruum in superficie. Corpus vero dicimus componi ex profundo siue alto, & humili siue amo. In vnoquoque enim genere principia proxima ad constituendum res generis illius, prima contraria sunt. Primum autem omnium in genere continuum, quæ sunt ut primum subiectum siue materia eorum quæ sunt in quantitate, est magnum & paruum, inter quæ est motus augmenti & diminutionis. Secundum igitur Platonis philosophiam corpus reducitur cum sua contrarietate ad superficiem & contrarietatem suam sicut ad principium, & superficies cum sua contrarietate ad lineam cum sua contrarietate, & linea cum sua contrarietate reducitur ad magnum & paruum, magnum & paruum reducuntur ad prima contraria numeri, quæ sunt multum & paucum. Magnum enim diffiniunt, quod componitur ex multis: & paruum, quod componitur ex paucis: & sic omnia reducimus ad numeros sicut ad prima constituenta.

Attamen licet hoc ita dicamus secundum

eos, queramus ab eis, quomodo sic principium se materialiter constituit, habeat aut planum siue superficies lineam quæ nullam habet latitudinem? Aut quomodo habeat solidum corpus sicut principia sic constituenta lineam & planum quæ nihil habent profunditatis. Aliud enim genus contrarium est latam & arcum siue strictum: & aliud genus contrarium profundum siue altum, & humile siue amum: & non subalternatim posita ista, nec reducibilia ad se inuicem, nec sunt vnus motus principia, sicut patet ex his quæ in 2. cæli & mundi determinauimus. Quemadmodum ergo numerus in eis non est sicut principium, eò quod multum & paucum ab his per aliud genus diuisum est, cui nihil horum subalternatim positum est: ita nihil eorum quæ sunt sub numero, & super numerum, contingit istis quasi inferioribus sub numero constitutis: & ita non reducitur ad numerum quasi ad principium aliquod partium. Sed nec est profundum latum: si enim hoc daretur, tunc oporteret, quod esset aliqua superficies. Quando enim alterum de altero ut de subiecto prædicatur, quæcunque prædicatur de prædicato, & de subiecto prædicatur. Si autem genus esset profundum latum, esse,

F 2 profundum



profundum esset latum, sed etiam corpus latum quoddam est siue tunc sicies, quod impossibile est. Amplius puncta quæ prima continui sunt principia, ex quo sicut ex principio exeunt, si omnia continua reducuntur ad numeros. sicut ad prima constituenta. De hoc enim genere principiorum contendeat Plato, ac si tota naturalium doctrina & existentiam vniuersaliter esset geometrica: sed aliquando vocabatur punctum principium materiale lineæ: & videns impossibilia quæ sequuntur, scilicet quod longitudo componitur ex non longis, & quod rectum recto continuaretur, & punctum puncto rangeretur, & punctum consequens siue habitum esset ad punctum, & multa alia quæ in 6. phys. à nobis determinata sunt, mutauit sententiam: & hoc quod est principium lineæ, indiuisibiles lineas esse posuit. Sed non eadit per hoc præinductum questionem, quid sit principium puncti: & quia si concedamus indiuisibiles esse lineas, quod tamen falsum est, quælibet indiuisibilium linearum habebit necessarium terminum punctum: igitur ex qua ratione numeri linea est numerus aliquis, ex eadem ratione etiam punctum erit numerus aliquis. Non enim vnitatis sola punctum constituit: quia sic differet constitutum à constituyente, hoc est, punctus ab vnitatis. Oportet igitur, quod punctus sit quidam numerus: & sic id cui penitus pars non est, numerus est, quod absurdissimum esse indicatur ab omnibus. Sic igitur numeri non possunt esse principia ad quæ substantiæ rerum quantitatem habentium reducuntur, nec ipsæ quantitates continuæ ad se inuicem causantur.

CAPVT XII.

De contradictione contra Platonem secundum quod idea dicuntur esse cause generationis.

Text. c. 44. Omnium autem & vniuersaliter omni sapientia querente causam de manifestis, eod quod occultum non probatur nisi per manifestum, nos qui philosophantes secundum Platonem sumus scientiam, prætermisimus hæc quæ manifesta sunt inquirere: eod quod nihil omnino dicimus de causa mouente quæ est principium transmutationis materię ad formam: hanc enim, sicut in ante habitis diximus, in materia esse necesse est. Sed philosophando purantes nos dicere horum quæ sensibilia sunt, substantiam formalem, & opinantes formas quæ in transmutationibus sunt, non posse principia esse eorum quæ sunt & scientiæ, dicimus sine magna ratione alias quoddam à sensibilibus formis esse separatas substantias. Sed omnino superuacaneè dicimus quomodo illæ separatae substantiæ sint horum quæ in sensu demonstrantur substantiæ formales: cum sine transmutatione nihil sensibile participare conueniat huiusmodi separatis, sicut in ante habitis prius diximus. Sic igitur frustra ponuntur esse ideae sicut cause formales sensibilibus. Adhuc autem nullam prorsus ex istis positionibus in scientiis

videmus causam existentem propter quam omnis intellectus rerum & omnis natura facit, sicut ponit Plato ideas, propter quas omnis intellectus facit scire res esse: intellectus enim non facit scire per separatas: eod quod separatum secundum esse non est quid & propter quid rerum, & natura non facit esse res hoc quod sunt per separata: quia non coniunguntur rebus, ita quod sint esse rerum sensibilibus. Nec videmus in tota ista philosophia Platonis, quod species ideales tangant illam causam quam dicimus esse vnum principiorum rem constituentium & facientem scire eam quæ est causa quæ vera est rei quidditas, sicut paulò ante diximus. Sed secundum dicta Platonis mathematica, siue separata, secundum rem facta sunt præsentibus in sensu, philosophiam adicientibus Platonis oportere tractare huiusmodi separata gratia aliorum ab eis quæ sunt separabilia. Cum enim in sensibilibus non inueniatur aliquid permanens vnum in multis & de multis existens, oportere iudicabant ponere mathematicas, hoc est, separatas formas, quæ immobiles existente, vnum essent in multis & de multis: & sic facere res esse quæ sunt & sunt principium sciendi quæ sciuntur. Et sic oportebat, ut dicunt, mathematicas formas tractari propter sensibilia.

Text. c. 45. Amplius autem si rei sequantur conuenientiam, magis rationabiliter suscipiet aliquis mathematicam esse substantiam illam quæ subiecta est ut materia, quam formam rerum esse mathematicam. Materiam enim mathematicam quam posuit Plato esse magnum & paruum, sicut diximus in ante habitis, suscipiet aliquis prædicari communiter de materia sensibilem, & ipsam esse subiectum primæ contrarietatis formæ & materię: hoc enim conuenit dictis Physiologorum, qui ponunt rarum & spissum, dicentes ea esse primas subiecti materialis differentias. Cum enim omnia contraria quæ principia sunt transmutationis & motus, reducuntur ad priuationem & habitum per hoc quod vnum est superabundantia & alterum defectus, dicebant Philosophi spissum esse defectum & rarum superabundantiam, qui ponebant principia elementa magis formalia: & illi qui ponebant principium esse materiale, magis dicebant e conuerso spissum esse abundantiam, & rarum esse defectum: & huic conuenire videtur dictum Platonis: quia ex hoc quod magnum est secundum eum quod componitur ex multis, paruum quod componitur ex paucis, erit spissum sicut magnum, & rarum sicut paruum. Spissum enim est, quod ex multis constantibus proprie, & rarum quod ex paucis distantibus longè: & sic ad minus congregatione in spissum & segregatione in rarum possit fieri generatio & transmutatio. Et de motu quidem aliquid sic rationabiliter susceptibile dicit Plato. Siquidem enim ea quæ materialia dicit Plato, fuerint motus principia, palam quia species quas ponit, mouentur. Dico autem moueri sicut moueri dicunt ea quæ per motum accipiuntur, & non sicut illud quod subiicitur motui: & hoc multò magis susceptibile esset species dicere mathematicas nullo modo motus. Si enim species prædicto modo non mouentur, vnde

vnde ergo venerunt in ista generata sensibilia: Non enim erit assignare speciem quam non semper habuit, nisi per motum accipiat eam: & si sic non dicantur venisse in materiam, non potest dici vnde venerint: quia per hoc quod separata esse & immobiles ponuntur, tota perferatio quæ de materia proprie est, aufertur & destruitur per istam positionem. Licet ergo etiam ex parte materialis principij non satis bene dixerit Plato, tamen susceptibilis & tolerabilis dixit quam ex parte formæ quam posuit esse separatam secundum esse.

CAPVT XIII.

De contradictione contra Platonem in hoc quod formas easdem secundum esse separatum & distinctum dicit esse in omnibus & in pluribus.

Text. c. 46. Quod autem Plato dicit vnum esse separatam acceptum in multis esse & prædicari de illis, & hoc dicit propter vniuersalem & simplicem naturam quæ inuenitur in multis & de multis prædicari in ratione vna, & hoc maxime dicit de magis vniuersalibus quæ sunt ens & vnum, improbare illud non est difficile: facile namque videtur esse monstrare parum studentibus in philosophia, quod vnum secundum esse acceptum non sit omnia. Nam ex suppositione quæ per se intellecta concedenda sit, non potest dici, quod vnum secundum esse distinctum omnia sunt, sicut dicit Plato: sed si quis dicit concedendo, quod omnia sunt id aliquid demonstratum vnum, quod habet esse separatam, sicut dicit Plato vnam ideam entis omnia informare, sicut vnus masculus implet multas feminas secundum esse separatas ab eis: quod non faceret si vni feminæ per materiam esset coniunctus, sicut masculinum & femininum non implet in plantis: & ideo masculinum non implet in plantis nisi vnum femininum. Sic dicenti obiciemus dicentes, quod hoc non potest esse verum, nisi det illud vnum quod in omnibus existendo idem de omnibus prædicatur esse vniuersale, sicut genus quod vna ratione prædicatur de omnibus in quibus est: hoc enim esse oportet vnde illud quod secundum esse vnum est numero in omnibus: & hoc non potest diuersa ratione prædicari de eis. Sic autem vnus in omnibus multis esse est impossibile, sicut patet in quibusdam: nullam enim vnam vnus naturæ secundum esse habent rationem ea quæ sunt omnia: nec etiam ea quæ in quantitate sunt post numeros, ut dicit Plato, longitudo scilicet, & latitudines, & profunditates huiusmodi vnius generis habent vnam rationem. Probauimus enim iam pridem hoc in vnum genus non reduci, nec reduci ea ad genus numeri: similiter autem nec ea quæ modo sunt, & ea quæ post futura sunt, huiusmodi vnius generis habent vnam rationem: quia sic dicendo vnum & idem actu secundum esse acceptum & formam reiteraretur in his quæ secundum substantiam corrumperuntur, quod est impossibile: quia in secundo perit generis pro-

barum est, quod quæcunque corporalem substantiam habeat motum, non reuertantur eadem numero. Eodem autem modo nec illa quæ aliquam habent potentiam ad esse, possunt hoc modo esse vnum: eo quod potentia eorum non est vna & vniuersalis: ista enim quæ sic sunt in omnibus, non possunt aliqua species esse separata. Dictum enim Platonis est, quod species sunt numeri quidam constituti à numeris simplicibus: & ista quæ insunt rebus secundum suum esse, non sunt numeri, nec possunt esse media quæ dicunt esse infra duo extrema, sensibilia scilicet, & numeros ideales. Si enim essent media, tunc essent mathematica materialia quæ dicit Plato esse, & non in omnibus esse eadem. Nec etiam possunt corporalia esse ista sensibilia: quia tunc, ut dicit, nec ad esse proficerent, nec ad scire. Oportet igitur, quod ista quæ in omnibus sunt eadem secundum rem, sint quartum genus entis: & sic erit de ipsis quartum genus scientiæ theoreticæ: quia nec est diuinum, nec mathematicum, nec physicum: & cum illa quæ in omnibus sunt sicut cause primæ & propriæ entis vniuersaliter, erit ista scientia vniuersalis ad diuinam, & omnes alias, & habebit stabile principia & causas tam diuinæ scientiæ quam aliarum: & hæc est absurditas maxima.

Text. c. 47. Adhuc omnino & vniuersaliter si aliquis querat elementa siue principia quæ in esse existentiam omnium ingrediuntur, sicut principia rerum existentium sunt forma & materia, & non diuidat multipliciter dicta ens & vnum, quæ sunt in multis, impossibile est inuenire, eod quod nihil vnum per vnam rationem & esse vnum sit in omnibus, qui potius nihil vnum secundum esse est in pluribus omnibus. Et si considerentur etiam ea quæ ut genera sunt in pluribus, quæ secundum esse tamen non sunt in eis, cum sint eadem per vnam communem rationem existendi in multis: vnde in libro de anima diximus, quod ratio animalis vniuersalis secundum vnum quodque speciale animal cui inest, altera est: & si secundum vnam communem rationem sumptam penes intentionem simplicem & absolutam animalis est in multis, ista ratio logica est & non physice sumpta. Multo ergo minus vnum secundum esse distinctum & separatum ab esse eius cui inest, potest esse in omnibus vel pluribus. Et aliter adhuc in ista positione est peccatum. Querentes enim secundum dictum modum de rebus physicis, ex quibus sicut principia sunt esse elementaribus, non conuenit accipere causas aliquas, ex quibus est facere, aut pati physice, aut ex quibus cauatur corpus rectum, cuius est facere, aut pati: sicut enim dicitur corpus rectum propter motum rectum quem habet. Separata enim secundum esse actionis & passionis & rectorum corporum principia: licet enim causas habent in materia secundum esse agentes, sicut in omnibus physicis demonstratum est. Si autem quis dicat, quod non oportet diuidere multipliciter dictum quod est in omnibus vel pluribus: quia talia principia non dicuntur esse nisi sola in instantiis, & illis insunt per vnum modum: tunc etiam si hoc concedatur, quod tamen verum non est, si aliquis querens totius substan-

In fine de generatione & corruptione.



ria elementa patet se habere omnium existen-  
tium elementa, deceptus est: & non est verum  
si hoc dicat: quia secundum diversitatem exis-  
tentium differunt elementa rerum quæ sunt  
ingredientia esse ipsorum. Patet ergo ad esse  
non proficere huiusmodi vnum, quod in om-  
nibus vel pluribus esse dicitur, & tamen habet  
esse separatum & distinctum ab esse ipsorum.

CAPVT XIV.

De contradictione contra Platonem in  
hoc quod dixit ideas princi-  
pium scientia.

Tex. c. 47. **Q**uod autem ad scire ideas non conferant,  
sic ostendimus. Si enim formæ per quas  
scimus quid est vel propter quid est qualibet  
rerum extra animam habent esse separatum,  
oportet quod sint singulares, & comparatio earum  
ad intellectum non est ita quod intellectus  
abstrahat eas à rebus, sed potius sicut compara-  
tur ad sensata, ita intellectus comparabitur ad  
intellecta extra eum entia: unde sicut habentes  
per naturam facultatem sentiendi non discimus  
videre, sed præsentem sensibili sine doctrina acci-  
pimus sentiarum, ita omnino non discimus scire,  
sed præsentem forma separata scimus. Non enim  
tunc ex multis sensibilibus memoria, nec ex  
multis memoriis experimentum, nec ex multis  
experimentis accipitur vniuersale, sed omnino  
per nihil prius acceptum doctrina vel natura  
sciam præsentem idea scimus. Quæramus igitur,  
cum non fiat scientia in nobis nisi per principia,  
& præcipue per essentielles causas & proprias  
quæ sunt elementa, quomodo volens dicere &  
scire dicit istas ideas, quas Plato posuit om-  
nium esse elementa. Palam enim, quia non est  
possibile sic dicere, quia sit quedam præcogno-  
scens prius: cum tamen omnis scientia & om-  
nis doctrina fiat ex præexistenti intellectu cog-  
nitione quorundam, ex quibus fiat ex prin-  
cipiis cognoscimus alia de quibus quæramus &  
dubitamus: sicut enim geometriam discunt  
conclusiones geometricas oportet præcurre alia  
quæ sunt principia, quorum sicut principio, unum  
est scientia conclusionum quam addidit, &  
non præcognoscat quæ sita de quibus futurus  
est dicere nisi per præsentia præcognita: ita est  
etiam in omnibus aliis quæ addidimus. Si autem  
ideas principium sunt sciendi, vnaquæque  
idearum immediatum ordinem habebit ad in-  
tellectum, sicut immediatum ordinem ad sen-  
sum habent sensibilia: & sicut non accipimus  
vnum sensibile per aliud præexistens in sen-  
su, ita non sciemus in intellectu per aliud præ-  
existens in intellectu: igitur si aliqua per ideas  
omnium est omnium scientia, quæ ideas sunt  
particulares formæ secundum esse separatae mo-  
tiue intellectus, sicut sensibilia mouent sen-  
sum, sicut aiunt quidam, hinc taliter & ex tali-  
bus omnia non præexistit aliquid cognoscens:  
sed omne per seipsum cognoscit, & nullum per  
aliud prius cognitum cognoscit.

Tex. c. 48. Cum tamen omnis disciplinaliter cognoscens,  
non disciplinatus, nisi per cognita, aut omnia,

aut quedam, quæ maxime prima sunt aliorum.  
hoc enim in omni disciplina complexorum &  
incomplexorum iam secundum viam intellectu  
quam secundum viam sensus, in demonstratione  
enim quæ est cognitio complexi secundum  
viam intellectu, oportet principia præcogno-  
scere, & in diffinitione per quam scitur incom-  
plexum secundum viam intellectu, oportet  
præcurre & esse nota ea ex quibus est diffin-  
itio. Similiter autem & in his quæ sciuntur per indu-  
ctionem quæ est ex prioribus secundum viam  
sensus. Sed si dicat Plato, quod ea quæ sunt prin-  
cipia sciendi omnem rem, non accipiuntur ab  
intellectu, sed sunt in nobis connaturalia nobis  
existentia: & tunc cum illa sint quid est & pro-  
pter quid est res qualibet connaturalis, erit  
scientia quid & propter quid est qualibet res:  
& sic potissima omnium scientiarum connatura-  
lis est nobis. Connaturalia enim naturam non  
derelinquunt.

Mirum ergo est, quomodo alicuius rei obli-  
uiscimur, aut aliquid nos latet, cum connatu-  
raliter in nobis habeamus potissimam omnium  
scientiarum de qualibet rerum: quæ enim con-  
naturaliter habentur & perfecta per naturam  
habentur, magis habentur facultate & vni quam  
ea quæ acquiruntur doctrina vel assuetudine.  
Amplius ius suppositis quomodo cognitionem  
aliquam potest suscipere aliquis? hoc enim non  
potest videre, quia manifestum habet apud se  
ex talibus formis ex quibus est res qualibet  
& quomodo est ex illis: & hoc est cognoscere  
perfecte & de nullo dubitare. Quod falsum sit,  
patet: quia videmus multas dubitationes &  
opinionem diuersas esse de multis rebus. Ambi-  
git enim aliquis de rebus quemadmodum &  
circa quasdam syllabas ambigit grammatici:  
cum enim syllaba sit comprehensio litterarum,  
quidam opinantur quæ vna est littera Græca,  
elemento composito venire in compositionem  
syllabæ, & dicunt componi ex f. & e. vel scilicet  
dum hoc nomen litteræ ex s. y. in. a. sicut gram-  
matici nostri dicunt & esse duplicem componen-  
tem ex s. & e. Alij vero dicunt alium esse sim-  
pliciter sonum, qui nullius sit cognitorum in aliis  
litterarum. Si enim, ut dicunt Platonici, omnia  
perfecte scimus, nulla debet esse dubitatio de  
vna & eadem re, nec diuersorum diuersa opi-  
nio, sed de omnibus vna omnium perfecta  
scientia conceptio. Amplius autem ea scibilia  
quorum est sensus aliquis, sicut colorum, quo-  
modo potest illa cognoscere non habens illum  
sensum? cum in posterioribus analyticis osten-  
dimus, quod omnis nostra cognitio oritur ex  
sensu: & tamen si verum dicunt Platonici, hoc  
oportet accidere. Si enim illæ quas dixerunt  
ideas, sunt omnium elementa & immediata  
principia & quid & propter quid omnia di-  
centia & existentia quemadmodum compositæ  
voces syllabarum & dictionum sunt ex pro-  
priis elementis, & hæc sunt apud nos connatu-  
raliter, cæcus natus & omnino nullum sen-  
sum habens, per ideas colorum demonstrat. abis  
de coloribus, quod absurdum patet esse omni-  
bus. Ex omnibus igitur inductis est mani-  
festum, quod ideas naturaliter nihil ad scire pro-  
ficiunt.

Tex. c. 48.

CAPVT XV.

Et est digressio declarans positionem Plato-  
nis, & melius intelligatur contra-  
dictio contra ipsum.

**A**d intelligentiam autem eorum quæ dicta  
sunt, interponere nos oportet quedam  
de opinione Platonis: quia igitur superius di-  
ximus qualiter Deus opifex & pater eorum se-  
mentem eorum facit, & diis filiis tradit, & illi  
ad par exequuntur. Dicebat Plato primas rerum  
formas, quæ vere formæ dicuntur, sunt lu-  
mina intelligentiarum quæ à nullo formantur,  
sed omnia formant alia, quamuis quibusdam vir-  
tutibus materialibus determinentur & appro-  
prientur materiæ: tamen quicquid illa virtutes  
formatiue virtutis habent, ab istis est: & sic  
conferunt illæ virtutibus materiæ determinan-  
tibus eas & ab eis nihil accipiunt: & hoc est  
quod in libro de causis dicitur, quod omnis  
intelligentia est plena formis: verumtamen ex  
intelligentiis est quæ habet formas magis vni-  
uersales, & quedam quæ habet formas minus  
vniuersales: quoniam quod illud lumen fuerit  
intelligentiæ superioris, eò est magis vniuer-  
sali virtutis, & plura infansans, & virtutem  
præhabens in se inferiorum, ita tamen, quod  
formæ illæ non distinguuntur ab essentiali lumi-  
ne intelligentiæ, & non sunt concepta quedam  
variata secundum res quarum sunt formæ, sed  
potius lumen formans, sicut diximus animam  
se habere ad formas membrorum quas facit, &  
lucem se habere ad formas colorum. Propter  
hoc dicebat Plato, quod res sensibiles sunt no-  
bilibus in suis formis separatis, quam in seipsis  
& numeris: quia in seipsis sunt per casum &  
obtenebrationem lucis intelligentiæ: in lu-  
mine autem intelligentiarum sunt lux quæ est  
ratio conformatiua formæ eorum quæ formas  
artingunt: & dicebat, quod principium co-  
gnitionis est forma prout lumen est, & non  
prout obruitur materia & occumbit, quod for-  
ma per hoc quod est separata, est principium  
cognitionis, & non per hoc quod est coniu-  
ta cum materia. Nec tamen intendebat, quod  
simpliciter esse haberet separatum secundum  
rem in natura existentem particulariter, sed  
intendebat esse formæ in eo quod forma est: hoc  
enim esse formæ eò verius est, quod magis sepa-  
rata forma est: esse autem formæ non habet for-  
ma, nec à materia, nec in materia per se, ita  
quod non habeat ipsum extramateriam. Si enim  
non haberet nisi in materia, non esset aliqua  
forma, nisi esset virtus in materia, quod fal-  
sum est: nec esset aliqua forma, nisi esset virtus  
materialiter operans, quæ omnia falsa sunt. Sed  
forma habet esse formæ in eo quod separatum  
lumen est hypostasis formarum: sicut lux cor-  
poralis est hypostasis colorum: per hoc enim  
nullo modo dependent ad materiam. Sic igitur  
separatum esse formæ habens per hypostasis  
suam quæ in esse formali substantificat eam, ha-  
beret quod est principium esse & scientiæ, sicut  
patet per ante dicta. Quia autem anima intelle-

Qualiter  
Platonis  
est  
monio  
formis  
nobilis  
sunt in  
se  
idris  
quam  
in seipsis.

ctualis sacramentum est luminis intelligentiæ  
haber forma per lumen quod est in ipa quasi  
hypostasis cognitionem ad intellectum, qui est  
imago intelligentiæ, cuius lumine est hyposta-  
sis formatum omnium, & sic connaturales ani-  
mæ Plato posuit ideas intellectui nostro, &  
studium nihil aliud esse dixit, nisi quod anima  
abstrahendo à sensibilibus quibus intendit, hoc  
lumen inuenit in seip. a. & non quod abstrahat  
ista à sensibilibus rebus, sed potius quod seipsam  
à sensibilibus quibus intendit, auertrat, & lumi-  
na veritatum omnium in seipsa inueniat. Quia  
tamen hæc lumina sunt imagines primæ lucis,  
formæ rerum sensibilibus sunt imagines forma-  
rum sic separatarum.

Bene autem oportebat in acquisitione scientiæ  
lumina formarum separatarum detri minari  
ad formas rerum per sensum acceptas, & sic fieri  
proptiam vniuersaliusque cognitionem: quia  
dicebat Plato, quod intellectus vniuersalia re-  
tinet, & singularia perdit, & sic cognitionem  
omnium esse apud nos, & tamen studio indi-  
getur propter hæc duo, scilicet ut intellectus se  
in se conuertens & à sensibilibus abstrahens lu-  
mina formarum apud se inueniat: & ut lumina  
illa ad formam rerum determinata propriam rei  
cognitionem perficiant: & hoc modo intelli-  
gendo Platonem, non multum deuenit à vero:  
quia etiam Arist. non multum diuersa dicit ab  
hoc intellectu. Secundum dicta igitur omnis  
contemplationis nostræ finis est, quod anima  
hypostasis formam omnium, quæ est lumen  
intelligentiæ puram ab omni eo quod materiale  
est vel virtutis materiæ, inueniat: quia tunc  
reuenit seipsam prout ipsa est solus & pur-  
us intellectus sine continuo & tempore.

De his autem locuti sumus in epistola nostra  
de natura intellectualis animæ & contemplatio-  
ne, & perfectius de hoc trademus nositiam in  
vltimo scientiæ huius. Arist. autem iur contra  
illa non in hoc quod sic formas à primis lumi-  
nibus intelligentiarum dixit derivari, sed po-  
tius in hoc quod istas non ex materia educi di-  
cebat, sed à datore formarum extrinsecus dari:  
quia sic non esset motus, sicut superius osten-  
dimus. Iur etiam contra ista in hoc quod vnum  
secundum esse Plato in multis esse dixit, & non  
multipliciter dictum: volebat enim Plato, quod  
vnitas formæ esset à vnitate luminis quod est  
hypostasis eius. Arist. autem dicebat, & ve-  
rum est, quod licet lumen hoc sit hypostasis  
formarum, tamen determinantia lumen illud  
sunt esse naturalia formæ in quantum est forma  
rei illius: & ideo materia participatur esse lumi-  
nis in formis & formatis, sicut & lux corpora-  
lis multipliciter esse accipit in coloribus diuer-  
sis: & quia sicut resolutio colorum est ad hypo-  
stasis vnica lucis coloris, ita dicebat Plato,  
quod resolutio formæ est ad hypostasis vnica  
primæ lucis: & ideo aliquando obicit contra  
eum Arist. ac si dicat omnium esse vniam ideam  
quæ per vnicum est: sit in omnibus eadem: &  
quid non per se sicut homo in philosophia  
nisi ex scientia daturum philosophiam Arist.  
& Platonis. Ex his igitur præinducta facile pos-  
sunt intelligi, tam ex parte Platonis, quam  
etiam ex parte Arist. Hæc igitur dicta suffi-  
ciant.

Ad quid  
studium est  
necessari  
secundo  
Platonis

non perfect-  
eur homo  
in philoso-  
phia nisi ex  
scientia  
daturum  
philoso-  
phiam  
Arist. &  
Platonis.



## CAPVT XVI

*Quod non sunt inuenta ab antiquis nisi  
quatuor causæ extra superius dictas.*

**Q**uoniam ergo omnes dictas à nobis in secundo phylico. causas omnes Philosophi præinducti nisi sunt querere, & quia extra has nullam penitus ex dictis eorum habemus dicere nouam causam, palam est & nunc & ex superius dictis à nobis. Sed licet nisi sint dicere istas & nullam extra eas, tamen obicere, & modo quodam obicere omnes istas causas prius dictas sunt, quia etiam finalem apposuit Socrates, licet quicumque efficientem. Cum enim omnis efficiens ad finem moueat determinatum, implicite etiam & obicere dixit causam finalem: modo ergo quodam omnes ab eis dictas sunt, modo autem alio nullatenus secundum veritatem sunt dictas.

**Tex. c. 50.** Primi enim temporis philosophia visa est ut infans adhuc balbutiens de omnibus his causis, velut adhuc noua existens circa principia quæ quæsiuit, & præcipue circa primum earum principium, quod homini cognoscere est difficile: hoc autem patet ex hoc, quia etiam Empe. ante nos dixit os dixit inesse ratione quæ est forma dans esse & rationem: hoc autem quod dixit, est ipsum formale principium, quod etiam esse, & substantia formalis rei quælibet est id quod est. Sicur autem dixit os secundum id quod est inesse rationi, similiter necessarium est carnem sic dicere inesse rationi & aliorum singula, quæ distinctum habent esse in natura: aut enim omnia sic sunt à forma hoc quod sunt, aut nihil eorum suum esse habet à forma: propter hoc enim principium formale & caro & os est hoc quod est & aliorum vnumquodque, & non propter materiam in qua non distinguuntur ab inuicem: hanc materiam Empe. dixit esse ignem & ter-

ram & aërem & aquam, sicut patet ex dictis in opinione Empe. Sed ista sic dixit esse de necessitate dno principia sine quibus non est res, quod alium ante se dicentem hoc causam habuit dicendi, manifesta verò & propria determinatione secundum naturam rei non dixit: de talibus autem quid & qualiter dixerit quilibet, dictum est à nobis in præcedentibus. Causa autem quod non nisi quatuor dicere putauerunt, est: quia querentes principium earum sicut fecit Empe. non nisi duo intrinseca elementa inuenerunt, scilicet formam quæ esse confert, & id cui confert quod est subiecta materia: considerantes autem principia motus & fieri, omnia ista quatuor ipso motu extraxerunt. Motus est actus imperfectus: & cum sit actus, est actus fluens & non permanens, & omne quod fluit, aliquando erit in termino fluxus. Per hoc igitur, quod est actus, viderunt quod non est agentis nisi in actu existentis: cum autem quodlibet imperfectum, actu sit agens perfectum, & ab hac veritate compulsi potuerunt causam mouentem & agentem. Per hoc autem quod est imperfectus actus, erit actus existentis in potentia, quod est subiecta materia: & per hanc necessitatem potuerunt materiam. Per hoc autem, quod est continuè fluens actus secundum ipsum esse ipsius motus, quod non competit nisi formæ, potuerunt formam. Per hoc autem, quod ad finem fluit, intentum ab efficiente, causam finalem esse potuerunt. Nec plura sunt in motu, & ideo veritas compulsi causas quatuor, quæ dictæ sunt querere, & nullam eis quæ dictæ sunt, potuisse inuenire. Quæcumque verò de his causis & principiis dubitauerunt, recapitulabimus iterum de causis intendentes secundum illas dubitationes, verum scilicet finitæ sunt vel infinitæ, & verum sunt primæ & ultimæ in eis vel non, & quem ordinem habeant primæ ad sequentes, & de aliis huiusmodi queremus in sequenti libro: forsitan enim in talibus causarum demonstrationibus aliquid inuestigabimus utile ad determinandas dubitationes posteriores, quas in tertio huius scientiæ libro disponemus.

## LIBER

LIBER SECVNDVS.  
TRACTATVS VNICVS

*DE SCIENTIA VERITATIS, ET QUOMODO  
consideratio de veritate vno modo est facilis,  
alio modo difficilis.*

## CAPVT I.

*De comparatione intellectus quomodo  
se habet ad res cognoscendas.*



**V**M autem habitum sit, quod causas sunt quatuor, & non possunt esse plures species causarum, causa autem est medium per quod scimus omne quod verè scimus, nec causa faciat scire nisi secundum quod est finita numero specierum, & secundum quod causa in antè habitis accipiendo, quamuis post oportet nos ostendere finitas esse causas, antequam progrediamur ad solutandas quæstiones & dubitationes posteriores, in quibus ad sciendas dubitationes nos oportet: uti causis: quia aliter conclusiones quas conclusimus ex causis, non erunt firmæ & stabilis. Quia autem scientia veritatis est quam per causas accipimus, ideo oportet nos primò determinare de scientia veritatis: hoc enim potissimum faciendum nobis hinc putamus: eò quod veritas istius scientiæ causa est veritatis in omnibus, sicut posterius ostendemus.

**Tex. c. 1.** Dicimus enim, quod theoria siue contemplatio siue consideratio de veritate existens, vno modo est difficilis, alio modo facilis. Hoc autem probabitur per signum ex parte sui effectus sumptum: Signum autem illud est, quod nullus Philosophorum dignè prout ipsa res exigit, vquam potuit acquirere inuentione, vel doctrina, vel doctrina & inuentione simul: hoc enim signum est, quod aliquo modo est difficile. Quod autem alio modo sit facilis, signum est, quod nullus omnium eorum qui considerauerunt in ea, omnino & vniuersaliter sefellit, ita quod nihil veritatis participaret in ea: sed vnusquisque aliquid dixit de natura eius, licet balbutiendo id dixerit, tamen ab ipsa manifesta veritate compulsi aliquid veritatis nisi est dicere. Vterius autem ad hoc signum quod secundum vnum aliquem in ea considerantem aut nihil aut parum valde contemnit immittere de veritate ipsi scientiæ. Dico autem nihil propter modum, & parum propter dictum quod dixit: modo enim aperto nullus antiquorum id dixit, Dixit

tamen quilibet intendendo & conando, aliquid dicere principiorum, & parum circa hoc quod dixit quod aliorum dictis coniungibile & commiscibile fuit ad scientiæ sacramentum & augmentum. Signum verò vterius facilitatis est, quod ex omnium considerationem in veritate dictis simul coarticulatis sit aliqua vocabulis scientiæ mensura quantitatis. Dico autem ex dictis simul coarticulatis: quia, sicut in antè habitis libro diximus, antiqui dicta sua non articulauerunt. Nos autem & articulabimus quæ balbutientes dixerunt & coarticulabimus in vnum, quæ sparsa & non congregata dixerunt: nec ex his coarticulatis proficiens fieret scientiæ mensura, nisi, sicut diximus, ab ipsa veritate quæ vtro se eis offereret, compulsi multa vera dixissent. Huius autem simile est, quod in proverbio vulgari solemus dicere, in foribus quis delinquit intendentes, quod in eo quod coram & præ foribus est, non est qui in toto deniet, eò quod ab eo quod coram & præ foribus est, non est qui in toto auerti possit, eò quod totum impingit seipsum, quod omnino coram & præ foribus esse probatur. Sic enim in omnibus quæ considerantur, sunt quædam prima principia coram & præ foribus, per quæ aditus est ad alia: & in his non est aliquis errans & ignorans omnino, præcipue tamen hoc est in communissimis & primis quæ in hac scientia considerantur, quamuis enim quidam Heracliti sequacium contradictoria simul esse vera dixerunt, & nominum significationem non esse finitam, tamen hoc nec ad idem nuq̃ temporis, sed sub forma retulerunt, & propter subiectam rerum transmutationem quam sensibilibus inesse videbant, dixerunt nihil verè de rebus posse enuntiari. Et sic patet, quod ab his quæ præ foribus sunt, non in toto deliquerunt vel deniuerunt. Hoc igitur modo quo præ foribus est ipsa veritas, facilis esse significatur. Sed in hoc quod non posse eam habere pro toto vel pro parte, vocabulis quantitatis ostenditur, quod est difficile: & ideo in superiori diximus libro, quod ista scientia est de his quæ difficile est homini cognoscere, & quod possessio eius est non humana, sed diuina, & quod tamen non in toto effugit hominem, quod omnis homo naturaliter scire desiderat ipsam, & non est inane desiderium. Et hæc omnia in præhabitis sunt ostensa. Sed in his attendendum

*nota aurea  
Ptolemai  
sententiam  
pro qua vi-  
de in simi-  
li Anar. 12.  
metaphys.  
c. 45.*

dendum est quod in Alarba sua dixit Ptolemaus, Si aliqua scientia secundum aliquid vitra nosse nostrum exaltata est, & secundum aliquid comprehensibilis est a nobis, omnino & penitus stultissimus est, qui propter desperationem eius quod supra nostrum nosse & posse est, comprehendere negligit & illud quod de ipsa noscibile sit. Sic enim & omnia scibilia posset negligere: quia in humanis inventionibus nihil ex omni parte beatum est. Sic igitur & in sapientia illis quæ præ foribus sunt, primum insistentes, quantum possumus, nitentur etiam ad ea quæ magis remota ad cognoscendum.

## CAPUT II.

## De causa difficultatis &amp; facilitatis in theoria veritatis.

*Ter. c. 1.*

**D**ifficultate autem secundum causam facientem eam existente secundum duos modos, scilicet rebus cognoscendis, quæ aliquando sunt causa difficultatis, & ex dispositione cognoscantis, quæ etiam nonnunquam est causa difficultatis cognoscendi, hoc in theoria sapientie non in rebus cognoscendis est causa difficultatis, sed in nobis cognoscentibus causa huius difficultatis existit. Hoc autem, ut melius intelligatur, attendendum est, quod non potest idem esse causa oppositorum per se loquendo: igitur idem non erit causa difficultatis & facilitatis in theoria sapientie: non autem sunt in ipsa nisi duo, theorans videlicet, & res theorata: habitum autem est, quod ipsa res præ foribus: est enim res in sapientia considerata præ foribus, & via ad omne scire & principia per quæ est scire stabilienda: igitur facilitatis est causa res theorata, & difficultatis causa est in theorante. Exemplum autem horum quæ dicuntur, habetur ex his quæ diximus in primi libri proemio: quoniam quando res ipsa immixta potentie quæ nullius scibilis cognoscendi principium esse potest, cum & ipsa non cognoscatur nisi per analogiam ad formam, illa est causa difficultatis cognoscendi ex seipsa, sicut multa difficultate causatur physica. Quando autem res ipsa ut primum principium penitus est, nihil habens potentie obumbrantis, tunc si hoc difficultate cognoscitur, erit causa difficultatis non in re cognoscenda, sed in dispositione cognoscentis: licet enim quod simpliciter primum est & causa omnium; sit præueniens intellectum & sic sit obsecrum, non est hæc obscuritas in ipso, sed in similitudine & imperfectione cognoscentis intellectus quem præuenit: & hæc satis in antè habitis ostensa sunt. Patet igitur, quod sicut oculi nocticoracis & nocturæ suæ vespertilionis ad lucem diei suæ solis se habent, sic & intellectus animæ nostræ se habet ad ea quæ naturæ suæ omnium cognitio scibilia sunt manifestissima. Hoc autem sic probatur: lux solis suæ diei tripliciter se ostendit, scilicet in sole, in sereno & claro aère, & immixta tenebris, sicut in crepusculo vel diluculo. Et in rota quidem solis non aspicitur nisi à visu valde coadunato & forti, sicut aquila oculum solem videre dicant,

cuius tamen oculos si diu aspiciant solem, splendor solis vincit & excellit. In sereno autem diei & aëris multi vident oculi lumen solis & clarè non offensi, omnes scilicet habentes pupillam mundam & spiritum plenum & fortem qui vocatur clarus spiritus. Immixtum autem lugen tenebris vident oculi debiles, spiritum obsecrum visuum habentes & pupillam humoris non coadunatam. Est autem iis proportionatum triplex intelligibile triplex intellectus: est enim intelligibile sicut lumen solis in sole, & hoc est triplex sicut lumen solis in sole est triplex. Est enim lumen solis in sole soli incorporatum, & lumen solis à sole existens, sed in sole dictum, eò quod fulgor eius est in solis claritate, nulla parte per aliud aliquid temperatum vel parum habens temperamenti: & est lumen solis à sole procedens, temporale quidem, sed non adhuc temperatum. Primum est solis natura, secundum est solis character & forma, tertium illuminationis ex parte illuminatorum, prima formalis causa: & sic triplex est cognoscibile primum & diuinum: & primum quidem est lux primæ causæ in seipsa, & secundum est lux primæ causæ ab ipsa procedens in fulgoris suæ lucis vigore intelligentia, & tertium est lux procedens ab ipsa in prima rerum entitate & substantia antequam contrahatur determinatione quantitatis & contrahatur ad imaginata & sensata. Sicut enim in præhabitis diximus, lux causæ primæ omnium formarum est hypostasis, formas præhabens, & has simpliciter & immaterialiter habens, & virtutis eximie omnibus conferens formationem, & à nullo aliquid recipiens: & isti sunt modi primi intelligibilis, quod hinc solis comparatur quod est causa diei. Intelligibile autem secundum est sicut lux in sereno aère, & hoc est sicut intelligibile mathematicum cum materia sensibili inquieta & obscura non conceptum, sed secundum diffinitionem ab ea separatum, stantia & firma habens theorema circa imaginatis conceptum, sicut lumen solis à sole in aërem transfusum, & hoc etiam triplex: quoniam id quod serenissimum in eo est, illud est quod absolutum & simplex in seipso existens ab omnibus aliis separatum, & hoc est theorema arithmeticum: & illud quod minus serenum est in eo, est illud quod ex additione se habet ad istud, sicut theorema geometricum, ut in antè habitis diximus: & id quod magis trahitur ad declinationem, est illud quod utroque istorum indiget in demonstrationibus: & in altera parte sui coniungitur etiam rationibus physicis, & hoc est theorema astronomicum. Tertium autem lumen contemplationis est quod est sicut lumen tenebris permixtum & aëri inquieto non sereno: hæc est theoria physica concitata cum materia, continuo, & tempore, sicut sæpe diximus, & occumbit ab intellectu in opiniones, sensam digniorem habens quam rationem: & habet etiam tres gradus, & acceptum in vniuersali est magis certum, & habens viam demonstrationis, sicut patet in physicis: & est acceptum in mobili ad situm magis inclinatum & minus mixtum, nitens modo demonstrationi & modo rationi, sicut in celo & mundo patuit: & acceptum in eo quod mobile est ad formam, nitens simul rationi & opinioni, & ibi

*Triplex in-  
telligibile.*

*Triplex est  
cognoscibi-  
le primum  
diuinum.*

*Intelligi-  
le mathe-  
maticum  
triplex.*

*Intelligi-  
le physicum  
triplex.*



*Triples est intellectus.*

& ibi multum est permixtum tenebris propter potentiam materię cui in parte illa plurimum permiscetur. Triplex autem intellectus, diuinus, & intelligentię separata, & hominis intellectus. Est autem diuinus omnium horum causa per seipsum: & ideo iste simpliciter & vniuersaliter omnia præhabendo intelligit, & nunquam occumbit, & est sicut lumen solis in rota solis, quod omnium luminum est causa & vniuersaliter præhabet ea. Intellectus autem intelligentię separatus participando lumen primæ causæ quæ vniuersaliter præhabet omnia, intelligit omnia per lumen quod est causa omnium: & hoc exequitur quælibet intelligentiarum per motum sui orbis: & hoc modo desiderat ipsum. Et ideo isti duo intellectus à lumine incipiunt, & tenebris nunquam permiscetur: quia licet lumen formæ quæ ab ipsis est, occumbat & tenebris permisceatur, hoc accedit lumini non secandum quod ex ipsis est, sed secundum quod esse habet in continuo & contrarietate quæ tempus metitur. Intellectus autem humanus, eo quod est animæ intellectus, quæ imaginatione distenditur & sensu patitur & alteratur, coniunctus est imaginationi & sensui: & ideo incipit ab eo lumine quod est permixtum tenebris, & per separationem apud se factam tandem venit in intelligibile sincerum, propter quod est sicut visus nocturnus in inceptione sua. Sed quia præexistentium cognitio multum confortat lumen ipsius, per studium facit, quod visus nocturnus non habet: venit enim ab intellectu obscuro ad lumen sincerum, & à lumine sincero coadunato visus venit ad lumen primum, & per gradus ascendens tandem accipit ipsam in fonte luminis, sicut aquila contactur lumen in rota solis: & hæc est summa felicitas: & in eo finitur desiderium quoties homines natura scire desiderant: hæc enim contemplabilia sunt nature manifestissima: quia per se manifesta existentia, omnibus aliis causa sunt manifestationis.

CAPVT III.

*Quod grates omnibus referenda sunt, qui in tanta difficultate ad veritatem conati sunt.*

Tex. 6.1.

**N**on solum autem iustum est his referre grates Philosophis, quorum aliquis in veris opinionibus communicat, sed etiam illis qui de veritate aliquid superficialiter enuntiauerunt: ideo enim quia difficultatis causa in natura plantata est, excusandi sunt de balbutione, & grates eis referenda de studij labore: cum primam viam aliis fecerunt, & in hoc pro certo aliquid sunt cooperati, & non conuenerunt nobiscum. Remansit enim in via quam fecerunt & possibilitatem ostenderunt perueniendi, quamuis errarent in multis: sic enim præinstruxerunt & preparauerunt, ut ab inuentis ab eis profiteretur in philosophia. Et hoc quidem videre possumus in scientia particulari quam Timotheus optime considerans perfecit, qui si non fuisset, multam & multimodam melodiam secundum nouem musarum causas in voce, fidibus, & si-

stulis, & cymbalis non haberemus: & si primus qui primam viam dedit, non fuisset, Timotheus excitatus ad studium in musicis non fuisset, & Phrynis causa fuit meritorum studiorum Timotheo. Ita Pythagoras causa fuit Timotheo, & Timotheus Prolemao, & hic Boetio, & Boetius multis aliis. Et eodem modo de enuntiantibus veritatem in theoria veritatis. A quibusdam enim primis & laudabilibus viris quosdam accepimus opiniones dubias & debiles: eo quod illi victoratis oculis in initio viam panderunt, & præterea alij meliores & acceptabiliores dederunt opiniones quas & nos accepimus: sed & primi fuerunt his causa dicendi & studendi, & ideo vtrique laudabiles & grati extollendi: propter quod & primitus huiusmodi viri laudabilibus studiis operam dantes, à quibus oneribus & vrbaniatibus absoluti sunt liberæ accipientes possessiones, nulla necessitate familiaris rei retracti sapientiam inueniunt & scriberent in otio & animum nullis necessitatibus ad exteriora retractum ad interiora colligerent & intellectura, ut ita dicam, intus legerent & inuenirent in lumine soli intellectui connaturali: & de his quidem in præcedentibus dictum est, sed adhuc in sequentibus determinabitur. Patet igitur qualiter theoria veritatis sic quidem facilis est, sic autem difficilis.

CAPVT IV.

*Quæ sit scientia veritatis, & quod à verissimo causatur omnis veritas.*

**Q**uod autem sola philosophia veritatis scientia vocetur, recte habet rationem. Ex his enim quæ in priori ante hanc libram determinata sunt, manifestum est, quod theoreticæ siue contemplatiuæ siue speculatiuæ scientiæ veritas est finis: practicæ autem siue operatiuæ scientiæ secundum suum nomen finis est opus: quamuis enim practicæ intendat aliquando quomodo se habet opus secundum motus efficientis & materiæ sicut architectonica faciunt, sicut superius & in 2. phy. determinauimus, tamen non considerant causam secundum se & 25. prout principium est esse & scientiæ in causato: sed practici omnes speculantur causam relatam ad aliquid visus siue utilitatis prout agunt & non semper simpliciter: & ad hoc utilis est, sicut qui facit ferram, considerat ferrum, eo quod de lana incidens ferram fieri non potest vtiliter: & considerat formam in figura dentium, quia nisi dentata sit, non incidit per minutias: & hoc modo nauta remonis considerat speciem & formam ad vsum gubernationis. Omnis igitur practicoꝝ speculatio non est ut sciamus, sed ut agamus aliquid vtiliter & ut nunc. In speculatiuis autem theoretis consideramus vniuersaliter & ut semper causam rei secundam quod causa est: & hoc ideo faciamus: quia verum de re nescimus sine causa. Scire enim arbitramur vnumquodque, cum causam cognoscimus: vnumquodque enim sic consideramus, & non aliquid specialiter vel magis particulariter ad opus

Tex. 6.3.

2. phy. 2.4.

& 25.

Tex. 6.4.

opus relatum. Id autem inter alia pro causa maxime consideramus secundum quod sicut causam in omnibus est alijs est vniuersalis nominis & rationis. Sicut verbi gratia dicimus, quod ignis calidissimus est: quia caliditatem habet simplicem & in termino: & hoc est caloris causa omnibus alijs in rei & nominis participatione. Licet enim aer calidus sit, non tamen sic actiuam in alia habet caliditatem: à simili ergo arguendo verissimum est illud quod omnibus posterioribus est causa in hoc quod vera sunt, & veritatis nomen & rationem participant: hæc autem sunt principia existentis secundum quod existens est, sicut sapius ostendimus. Quapropter ea quæ perpetua & semper existentis sunt principia, necesse est esse verissima: hæc enim sunt quæ non sunt quandoque vera, & quandoque non, sed semper: nec sunt illis vera & non alijs, sed omnibus & vbiq;: nec talibus sicut causa prima, causa aliqua est esse vera, sed ista omnibus alijs sunt causa veritatis. Cum autem eadem sint principia esse & veri & scire, sequitur necessario, quod vnumquodque sicut se habet ad esse, ita se habet ad veritatem. Cum igitur hæc scientia quæ est de ente secundum quod est ens, se habeat ad principia esse prima, non cuidam, & alij non, nec quandoque, & quandoque non, nec aliqua sit ante eam, & hoc modo nulla particularium scientiarum se habeat ad esse & veritatem: sed vnaquæque particularium considerat principia cuiusdam & cuiusdam non: & quæ quandoque sunt principia, & quandoque non, & quælibet aliarum habeat ante se istam, patet quod ista scientia causa est veritatis omnibus particularibus scientiis. Et ab ista omnes accipiunt principia veritatis quæ est in eisdem.

## CAPVT V.

*In quo inducendo probatur, quod ad rectam theoriam cause non procedant in infinitum.*

**Q**uia autem theoria veritatis non habetur nisi per causam, nec theoria vnquam perficitur nisi cause sint finitæ, oportet nos ostendere causas esse finitas. Dicimus igitur, quod in omni esse & in omni theoria sicut cuiuslibet palam est, principium est quoddam in quodam genere causalitatis: & ideo cause existentium infinite esse non possunt, siue secundum directam theoriam: vnam autem alteram eiusdem modi causam accipiamus, siue sumamus secundum species causarum infinitos esse causalitatis modos: hoc autem inductionis modo probatur in singulis causarum speciebus. Nec enim est possibile vt secundum modum causalitatis materia hoc progrediatur ex hoc secundum rectam theoriam in infinitum: velut si diceremus carnem quidem progredi ex terra velut ex sua propria materia, terram vero progredi ex aere sicut ex sua propria materia, & aërem ex igne, sicut dixit Empe. & hoc secundum rectam theoriam nunquam stare, sed abire in infinitum, ita quod non sit deuenire ad materiam primam,

quæ communis est omnibus materiis. Quod si commune primum distat per infinita, nunquam conuenit fieri appropriationem vique ad propriam illius & istius materiam: quia quæcunque additis non appropriabitur quod à proprietate istius distat per infinita: & cum non fiat generatio alicuius nisi ex propria sua materia, non fieret vnquam generatio alicuius. Similiter autem hoc manifestum est secundum eundem theoriam modum in causa efficiente, quæ est vnum principium motus: sicut si diceremus hominem ab aere circumstante moueri secundum virtutes cæli, & aërem moueri à sole qui fert omnes virtutes cæli & aduehit radiis suis, & solem diceremus moueri ab odio, sicut dixit Empe. & huiusmodi mouentium nullum omnino esse finem: quia in causis mouentibus communis causa & remota efficitur propria, sicut & in materialibus esse diximus: & omnes mouent virtute mouentis primi. Et ideo si mouens primum distat per infinita, nunquam fiet appropriatio: & cessabit omnis motus & tota natura. Similiter & secundum eundem probationis modum ostenditur hoc in causa finali, quæ est cuius causa sit omne quod fit in alijs causis: quia propter illam mouet efficiens, & ad eam mouetur materia. Hanc igitur secundum directam theoriam non est possibile abire in infinitum: sicut si dicamus, quod ambulare est propter sanitatem, sanitas est propter felicitatem, & felicitas iterum est alterius gratia: & ita dicamus semper aliud esse alterius causa in infinitum: quia si sic esset, cum omnia priora sint propter vltimum, contingeret si vltimum non esset, quod nec priora essent propter vltimum: & sic propter nihil esset omnino: vltimum enim non est, si distat per infinita media. Secundum autem omnem eundem modum considerationis probatur, quod similiter est in quid erat esse, quæ causa est formalis & rei propria quidditas: quia cum motus sit forma post formam, si forma quæ est rei terminus, distaret per infinita in actu accepta media, nunquam contingeret aliquem motum perfici, quod plane & absolute est falsissimum.

## CAPVT II.

*Qualiter demonstratiue probatur, quod causa efficientes secundum speciem non vadunt in infinitum, & hoc per syllogismum.*

**H**oc autem idem per syllogismum sic demonstratur, & primum in causa efficiente. In causis enim mouentibus, sicut in 8. phys. 8. phy. 37 declaratum est, quedam sunt primæ, & quedam mediæ, & quedam vltimæ. In talibus autem omnium mediorum mouentium quæ sunt mouentium mota, extra quæ est accipere aliquod quod est vltimum, quod est motum tantum, & extra quæ est accipere aliquid primum, quod est mouens tantum, non morum, omnium talium in toto ordine mouentium vel motorum id quod prius est in ordine mouentium, est causa mouens omnium eorum quæ sunt

For. c. s.

et 37.



sunt post ipsum in eodem ordine : & priori cessante a mouendo mouens , necesse est omnia alia cessare : & in hoc toto ordine quantumlibet multa sint numero & subiecto , non tamen sunt nisi causa secundum speciem mouentis , si mouens tantum non motum ab alio , & mouens aliud & motum ab alio ; & tertium quod est motum tantum . Et si nos interrogari fuerimus , quod istorum trium oportet dicere simpliciter causam mouentem : Dicimus , quod id quod est primum quod per se mouens est , oportet simpliciter , & ultra dicere mouentem esse causam & esse vniuersaliter mouens . Non enim possumus dicere , quod id quod est vltimum , sit causa motus & mouens ; quia hoc est motum tantum : & ideo illud nulli est causa mouens , sed est finale in quo stat virtus & causalitas mouentium . Sed neque medium possumus dicere esse simpliciter causam mouentem & motus principium : eo quod medium est mouens motum ; & est secundum formam mouentis vnum , & non est causa motus nisi vniuersum quod est motum tantum . Quod autem non est nisi causa vniuersum in genere aliquo , non est causa simpliciter : quia quod simpliciter est causa in aliquo genere causalitatis , omnibus illam speciem causa participantibus est causa , sicut iam in ante habitis huius eiusdem libri ostendimus . Sicut autem iam ante diximus , quoad formam mouentis moti nulla est differentia , siue vniuersum , vel plura subiecto dicantur esse mouentia mota , siue etiam dicantur finita , aut infinita : quia quantumlibet finite vel infinite multiplicentur subiecto vel numero formaliter , tamen omnia media sunt vnum : & non curamus de materiali multiplicatione , sed de formali tantum : infinitorum enim numero & subiecto & omnino & vniuersaliter infiniti alicuius secundum istum accepti partes omnes in forma medij mouentis sunt , & in illius forma sunt vnum : & similiter est si demonstratur per omnia media quae a principio mouerunt vsque ad illud quod mouet hoc & modo siue nunc . Cum igitur omnia media non tantum moueantur & moueant , nisi ex aliquo primo & per se mouente : & id quod mouetur tantum , etiam non moueatur nisi ex mouente & motu , si in toto isto ordine mouentium non est aliquid quod sit vniuersaliter mouens primum omnia mouens & non motum ab aliquo , sequitur quod ex toto ordine istorum nulla sit penitus causa mouens : quia non existente primo , nullum mouebit aliorum .

Obiectio. Tex. c. 37 & infra.

In hac autem demonstratione , quae etiam posita est in 8. phys. eo quod quia mouens motum compositum est , & huius compositionis id quod est motum per se , inuenitur extra compositionem , oportet etiam , quod id quod est mouens tantum , per se inueniatur : & tunc demonstratio eadem superat idem quod hic dictum est . Videbitur autem forte aliter contrarium quod hic dicitur , ad id quod in 8. phys. diximus , motum infinitum esse & non stare : ab vno enim motore simplici secundum formam in eo quod immediate mouet , non est nisi motus vnius : primum autem mouens simplex est secundum formam : & sic ab ipsa non est nisi motus vnius . Similiter autem & media mouen-

D. Alber. Mag. Metaphy.

tia omnia non sunt nisi formaliter vnum . Ergo & in illis & ab illis non est nisi motus vnius : & sic stant isti motus in vltimo quod mouetur . Ostensum autem est in 8. phys. quod non stant omnino . Ad hoc autem intelligendum oportet scire , quod nos ordinem & numerum mouentium causarum dupliciter possumus accipere : & dupliciter est iste ordo in natura : vno quidem modo vt mouentium ordo & numerus accipitur cum ordine conuertente firum : & sic primum mouens est primum caelum compositum ex motore & ex corpore quod primo mouetur , & media quae sunt mouentia quod mota sunt omnia sic composita , & vltimum motum est corpus in quo consistit virtus primi mouentis quae est actus eius secundum quod est mouens : quia sicut diximus in 3. phys. motus est actus mouentis : haec enim non sunt mouentia firum & numero determinata secundum ordinem 10. sphaerarum , & vndecima est sphaera ignis , & praeter haec sphaera aeris , & deinde sphaera aquae , & vltimo sphaera terrae & mouentia propria ad generationem singularum plantarum & animalium quae finita sunt numero & forma in subiecto & firum . Aliter accipitur ordo mouentium per se secundum quod abstrahit a firum : & secundum hoc mouens est primum simpliciter mouens & non motum , & mouet motum primum per se vniuersum , & post ea venit motus per mouentia mota per se , sicut prius dictum est , vsque ad id quod mouetur tantum : & sic iterum finitus est motus qui est actus primi motoris , & stat infra duos terminos , quorum primum est mouens tantum , & secundus est motum tantum : & hoc modo processimus in demonstratione a nobis hic inducta . Tertio modo sumitur numerus & ordo mouentium per accidens & non per se , secundum quod accipitur mouens primum vno modo se habens ad aeternum , nec finitum , nec infinitum hoc modo prout corpus vel virtus corporis est finita vel infinita , & motum primum accipitur secundum quod ipsum est in principio & sine simul potentia & & non actu : secundum enim hanc modum vnius motus infinitus secundum naturam est a primo motore in mobili primo , & hoc non est secundum formam primi mouentis secundum quod est mouens , sed potius secundum quod ipsum est sphaericum semper in potentia in principio in fine existens . Hoc igitur modo accidentis quo essentialiter conuenit quod non conuenit secundum ipsum mouenti secundum quod est mouens , & motu secundum quod est motum , accidit motum esse infinitum , neque finitur intra aliquos duos terminos : & hoc dico secundum naturam primi mouentis & motu primi , & non secundum quod determinatur voluntas eius ad mouendum ad quoddam determinatum ; sicut dixerunt multi theologizantes . Et attende , quod hoc modo accidentis mouentia media potentia sunt infinita : quoniam si ponamus duos motus , scilicet planes & aplanes esse super polos diuersos secundum inaequalem velocitatem & tarditatem , & primum est motum aplanes , qui vocatur diuinus , & secundum est motum planes super diuersos polos , sequetur necessario , quod quoniam propter diuersitatem medietum relocatorum ad superius quolibet

Solutio. Nota quod modo ordo & numerus mouentium causarum dupliciter potest accipi. Vide pro hoc Comp. hic est. 6.

G



quolibet in momento motus est diversitas angularum & formarum mouentium, & hoc potentia continetur exente in actum est infinitum: & quia secundum has formas currit generatio & diversitas figurarum in generatis, loqueretur necessario, quod generatio secundum huiusmodi circulum qui propter diversitatem polorum obliquus est, erit inquieta & virtualiter infinita, sicut diximus in secundo peri generatos. Et iste est intellectus Peripateticorum in hoc loco, quem multi ignorauerunt: non enim est dubium motum & generationem infinitam esse secundam convenientiam mouentis & moti, quantum finiri possit omni hora & omni die secundum imperium Dei illius qui dicitur deorum Dominus & Deus Socratis, sicut bene dixerunt Timæus Hermes & Plato. Sic igitur patet, qualiter consistit motus secundum quod est actus mouentis & mobilis, & finitur, & qualiter non consistit neque finitur.

Tex. c. 56.

CAPVT VII.

Qualiter demonstratur, quod cause materiales stant in deorsum.

Tex. c. 57.

Utrum autem iam manifestum sit, quod in ordine mouentium est status sursum ad mouens, sicut probauimus. Per se enim ad sensum nobis erat certum, quod in deorsum steterint inuentia: eo quod apud nos in icnisa videmus motum vltimus mouentia: si contra in materia videmus certissime, quod in sursum in prima materia stant cause: quia necesse est, quod primum ex quo fit quicquid fit, sit incorruptibile & ingeneratum, sicut iam ante diximus: & ideo constat per se, quod cause materiales stant in sursum, sicut etiam constitit, quod cause efficientes stant in deorsum: & ideo sicut probauimus causas efficientes stare in sursum, ita oportet, quod probemus causas materiales stare in deorsum. Dicamus igitur, quod sicut non est possibile in mouentibus in sursum in infinitum abire, ita nec in deorsum in causis materialibus possibile est abire in infinitum, licet sursum habeat principium in eo quod primum est ex quo fit aliquid, sicut si dicamus cum Empedo. ignem esse primum, & dicamus ex igne quidem vt ex prima materia fieri aquam, & ex aqua terram, & ita semper fieri aliquid aliud ex aliquo, & hoc nunquam stabit. Dupliciter enim fit aliquid ex aliquo: aut quod mouetur ordo prioris ad posterius: & tunc oportet, quod posterius sit perfectio prioris, & prius sit via ad posterius, sicut diximus, quod ex isthmis siue ludis inchoatis agorum sunt perfecti agones olympij: aut sicut diximus in exemplo nobis noto, quod ex vespera sunt tormenta: aut sicut diximus, quod ex ordinatione castrorum sunt bella siue agressiones: & vniuersaliter sicut diximus fieri completum ex hoc quod imperfectum eiusdem forme existens. Nec hoc dicimus solum in artificialibus, sed verius dicimus in naturalibus, sicut dicimus ex puero ad robur & consistentiam complexionis mutato fieri virum perfectum. Sec-

Dupliciter aliquid fit ex aliquo. Istud inchoatum agorum. Quatuor sunt genera. Quia quibusdamque an no in Graecia celebrantur.

cundus autem modus est, sicut diximus, quod ex aqua sit aer.

Ad hoc autem intelligendum oportet scire, quod esse ad quod est motus materia dupliciter accipitur. Est enim esse forma quæ est sicut somnus, & esse forma quæ est sicut vigilia, sicut diximus in secundo de anima: esse autem forme quæ est sicut somnus, est esse ligatum & potentia materiali permixtum & imperfectum: & hoc esse habet multos gradus, eo quod motus est forma post formam: & hoc esse est esse forme secundum quod forma adhuc est fugens in motu de esse ad esse, sicut diximus in 16. de animalibus, quod non est viuus & animal simul, & non est homo & animal simul: & hoc modo non est infans & puer simul, & non est puer iuuenis & adultus simul, & non est iuuenis & vir simul: & in viro est status esse forme quæ est sicut vigilia, non ligatas vel impeditas habens operationes: quia sicut diximus in 7. phys. non æqualiter pueri iudicant senibus presbyteris: & secundum hoc secundum prudentiam dictus intellectus non æqualiter inest omnibus hominibus, sed potius in sedendo & quietendo complexionem fit anima sciens & prudens. Alio autem modo fit aliquid ex aliquo sicut ex potentia materia quæ est subiectum transmutationis & motus. Primo ergo modo hoc fieri ex hoc est hoc fieri post hoc sine transmutatione substantia, sed non sine alteratione qualitatis materia. Secundo autem modo fieri hoc ex hoc est vnum fieri ex altero non sine transmutatione substantia. Ergo secundum ea quæ nunc dicta sunt, sic ex puero virum fieri dicimus, sicut dicitur fieri hoc quod continetur fit ex forma post formam ex eo quod iam factum est secundum eandem formam: & secundum quod est sicut somnus: & sicut fieri dicimus id quod continetur perficitur per gressum ad perfectum esse forma, qui est sicut vigilia ex eo quod perfectum secundum esse est imperfectum & diminutum quod est forma quæ est sicut somnus ligare mutationibus & qualitatibus materia. Generatio enim quæ est continua mutatio ad vltimam perfectionem, semper est materia infra esse & non esse, donec ad complementum vltimo deueniat, in quo forma perfecte terminat materiam, & sic omnes suas operationes exercere super eam in nulla parte impedita: & similiter quod quodlibet factum semper est existentis & non existentis quid cuiuslibet fieri multa sunt hæc facta, & in quolibet abiicitur non esse & accipitur esse: & continetur si est forma post formam & esse post esse, primo quidem ex non esse ad esse procedens, & postea continetur procedens quasi ex somno ad vigiliam: & cum euigilat secundam operationem vnam, non euigilat secundam operationem aliam: & hoc de quodam non esse ad quoddam esse procedens. Ex hoc exemplum est, quod non solum dicimus, ex ignorante fit sciens, sed etiam dicimus, quod addiscens qui iam secundum aliquid habet scientia formam, factus est sciens perfecte: & hoc significamus in motu cum dicimus, quod ex discendente fit sciens, cum sic dupliciter dicitur hoc fieri ex hoc, illud quod sic dicitur fieri ex hoc, sicut ex potentia & non esse, sicut fit ex

Secundo de anima tex. c. 5.

7. phys. tex. c. 10.

ad q.

are aqua, non fit ex illo nisi corrupto altero secundum substantiam. Illud autem quo hoc dicitur fieri ex hoc sicut post hoc, non fit ex hoc illo corrupto secundum substantiam: & hoc est in omnibus commixtis ex elementis, in quibus paulatim progressus fit ad esse perfectum per multa media: quod non fit in simplicium generatione ex inuicem.

Propter quod etiam illa in quibus fit hoc ex hoc sicut post hoc, non reflectuntur siue conuertuntur ad inuicem: quia id quod est prius, non potest esse posterius ad idem: vnde nec dicimus, quod ex viro fiat puer, ex congressione ordinatio castrorum: non enim dicimus, quod factum iam in esse perfecto fiat ex generatione illa quæ est forma post formam: sed potius dicimus, quod sic factum & perfectum in vltimo termino generationis fit post generationem imperfecti progredientis ad perfectum sine corruptione substantia: & sic dies perfecta quæ est meridies, quando lumen solis totum implet hemisphærium, circulo pyramidis luminis solatis directe super terram vndique iacente, & diametro pyramidis perpendiculariter centrum in hemisphærio percutiente, fit ex aurora vel mane, in quo lumen quod est forma diei, permixtum est opacitati, & pyramis solis non nisi in puncto tangit sphaeram terræ secundum hemisphærij descriptionem: ab illo enim mane continue erigitur pyramis donec in meridie perfecte stat super hemisphærium, ita quod circulus qui est basis pyramidis, ambit circulum horizontis: & ideo non potest dici, quod secundum generationem diei aurora siue mane fiat ex meridie. Exemplum autem quod quidam hic ponunt, sicut in vapore fit nebula, non est conueniens: quia non semper ex vapore fit nebula, sed vapor depressus est nebula, nisi dicamus, quod nebula dicitur vapor spissus: & quia vapor per naturam factus est, continue inspissatur egrediente accidentali calido, & sic motus ille perficitur in esse nebula. Altera quæ est generatio simplicium quibus nihil præiacet nisi materia simplex ingenerabilis & incorruptibilis, reflectuntur siue conuertuntur ad inuicem.

Tex. c. 56. & infra.

Sic igitur hoc fieri ex hoc dupliciter dicimus, quod vtrumque horum impossibile est in infinitum abire. Nam generatio eorum quæ non conuertuntur, est infra existentia imperfectum & perfectum, & in his necesse est esse finem in quo stet generatio: quia aliter periret finis qui in natura intenditur, & esset casuale opus natura: igitur non fit hoc ex hoc in talibus. Alia autem quæ sunt simplicia, reflectuntur ad inuicem, & non semper fit hoc ex hoc in infinitum secundum rectam generationis theoriam: sed alterius generatio est alterius corruptio in talibus, sicut ostensum est à nobis in secundo peri geneleos. Ex hoc igitur vltimus concluditur, quod primum sempiternum ingenerabile, ex quo aliquid fit, impossibile est corrupti: constat enim ex omnibus quæ in fine primi physicorum & hic dicta sunt, quod secundum nullius vnquam Philosophi positionem generatio est infinita in sursum respectu primi: quia quilibet posuit aliquid materiale elementum esse primum. Necesse est autem ex quo primo se-

D. Alber. Mag. Metaphy.

cundum substantiam corrupto aliquid factum est, non esse illud sempiternum. Cum vero circulus sit talium generatio, & vniuersiusque eorum generatio ex altero fit alterius corruptio, nullum elementum manet incorruptum, & sic nullum eorum est simpliciter materia prima, sed potius quod est incorruptibile & ingenerum.

CAPVT VIII.

Quod causa finalis non potest abire in infinitum.

Amplius autem id quod est cuius causa finalis, sicut omnia alia, est finis siue causa finalis: & talis causa sic vltima est in motu & prima in intentione, quod ipsa non est alicuius alterius causa, sed alia omnia sunt propter eam & causa ipsius. Si igitur tale quod talis habet causam modum & rationem, fuerit ipsum quod vltimum est in motu mouentis & materiae huius quod est finis motus vtriusque dictarum causarum, non potest esse infinitum: quia vltimum quod est finis vltimo acceptum est actu qui est motus efficientis & materiae: & per hoc acceptum actu perfecta quiescit materia quæ est subiectum motus, & principium mouens cessat mouere: infinitum autem est, cuius partes accipienti semper est aliquid extra accipere: & ideo nunquam in ipso conuenit accipere vltimum. Si videretur, quod id quod est finis, non erit tale vltimum, loqueretur quod finis non erit id cuius causa mouer efficiens, & cuius causa mouetur materia: & hoc est, quod causa finalis non est causa finalis.

Tex. c. 58.

2. ratio.

3. ratio.

Tex. c. 58. & ratio.

Amplius autem illi qui sua positione faciunt infinitum in causa finali, quasi sui dicti obliuiscuntur: quia volunt entia esse bona, & bonum esse quod omnia optant & ad quod & propter quod mouentur: & in ista positione auferunt boni naturam & rationem: nihil enim optat hoc naturali appetitu quod nunquam contingit consequi: quia esset vanum & inutile naturale desiderium: id autem quod in infinitum distat à quolibet entium, nunquam contingit consequi igitur illud non contingit apperi: & sic illud non esse bonum alicuius consequitur ex hoc quod infinitum. Infinitum igitur faciens in causa finali, auferit rationem boni entium.

Amplius autem nullus omnino mouentium & efficientium conabitur aliquid facere, si non sit futurus venire ad terminum motus vel operis sui: quia nec opus regitur intelligentia, quis mouens est vniuersale motum, & ab ipsa est naturalis appetitus boni omnis rei naturaliter: & tunc sequitur, quod aut casu moueat omne quod mouer, & casu mouetur omne quod mouetur: aut quod causa finalis actu includatur à motu qui est actus perfecti mouentis, & actus imperfecti mobilis: primum autem horum est impossibile: secundum igitur erit necessario concedendum.

Amplius autem intellectus actiua, qui Graece vocatur practicus, secundum hoc nihil esset in existentibus. Omnis enim qui talem habet intellectum, causa alicuius facit omne quod

G 2



facit. In liberalibus enim finis est operatio ipsa, in mechanicis autem apotelesma sive operatum, in musicis autem causarum volumus, in fabrilium autem gladium vel quid tale per operationem effectum, sicut determinatum est in principio nostrorum ethicorum: id autem propter quod facit qui intellectum habet, terminus est aliquis quem opere consequi intendit: igitur idipsum est causa finalis: quia finis intentus nihil aliud est quam terminus operis & intentionis & appetitus.

## CAPVT IX.

*Quid cause formales non videntur in infinitum.*

**E**odem autem modo ostendemus, quod infinitum non est in causa formali: forma enim resoluitur in differentia si est forma quæ est species. Si autem est forma generationis, stat in aliquo primo, sicut iam ostendemus. Loquamur ergo primo de forma quæ est totum esse & est species. De illa enim secundum duas comparationes oportet ostendere, quod non est infinita: quia enim illa constituitur ex genere & differentia, oportet ostendere, quod stans inferius ad differentiam ultimam constituentem non est infinita ad superius per genera: & hæc est prima ostensio. Et secundo reuertemur ostendentes, quod stans superius in genere, non est infinita versus inferius differentias diuisivas propter quarum infinitatem non est accipere ultimam constituentem differentiam.

Dicamus igitur, quod forma quæ quid erat esse rei, eo quod quicquid est præter ipsam, non est de esse, sed de indiuiduantibus, non contingit diuidendo per sua differentia reduci ad aliam rationem quæ suorum differentium sit differentio, quæ multiplicetur super rationem differentiam superiorum in infinitum. In talibus enim constat id quod est superius & prius sine ante, semper esse magis causam rationis & esse: & id quod est posterius, minus esse causam prædictorum: quoniam id quod est prius, consequentibus est causa, & non e conuerso, sicut diximus superius: in omnibus autem talibus necesse est primum aliquod quod est causa omnium: quoniam sicut in mouentibus prius diximus, in talibus cuius primum non est, nec consequens est, cum primum sit causa consequenti, & quod est, causa est: igitur genera in quæ ad superius forma resoluitur speciei, stant in aliquo primo, & sic ad superius forma non procedit in infinitum.

**A**mplius dicentes formam ab inferiori per differentias diuisivas procedere in infinitum, destruunt scire quod est de re secundum propriam naturam & substantiam. Non est enim possibile scire aliquid secundum perfectum & verum sciendi modum, nisi prius per differentia diuidendo perueniatur ad ea quæ secundum totam indiuidua sunt, ita quod formalibus ad esse conducentibus vterius non diuiduntur: quia illa forma sic accepta est ultima & propria perfectio, & conuenit illi causa essentialis.

sed non est aliquam rem cognoscere; si ponatur infinitus esse per diuisas formas progressus: impossibile est enim quæ sic sunt infinita, intelligendo pertransire.

Si enim datur, sicut dixit Plato, quod sic intelligere oportet. Quæramus, quomodo intelligere oportet quodlibet compositum ex multis: non enim simile intelligere ei quod est, scilicet infinita accipiendo in talibus, sicut quidam dicunt, quod in linea intelligitur totalitas lineæ per diuisiones medietatum, secundum quod suarum medietatum diuisiones non stat diuisio: & sic superficiem componi ex lineis & intelligi, & corpus componi ex superficiebus & intelligi, & omne diffinitum ex infinitis: & sicut illi dicunt, non contingit intelligere aliquid: nisi enim statuatur ultimum in quo steterit diuisio, nec perficietur esse, nec perficietur scire, propter causam quam diximus: quia scilicet nos non arbitramur nos scire & cognoscere aliquid, nisi cum causam cognoscimus, & quoniam illius est causa, & quod ultimum habemus usque ad elementales causas, sicut declarauimus in primo physicorum: ideo qui intelligendo lineam procedit in infinitum, nunquam enumerabit sectiones in quas diuiditur: & ideo non intelligit ipsam: sed si intelligi debeat, oportet quod intellectus eius steterit ad genus primum & ad differentiam ultimam, qui est alius intelligendi modus quam per sectionem diuisionis.

Sed adhuc etiam si formam consideremus prout est actus materię & perfectio compositi ex materia & forma, adhuc impossibile est, quod ipsa sit infinita: quia hoc modo intelligendi necesse est, quod materia intelligatur in eo quod iam motum est & generatum: compositum enim hoc modo per motum esse & generatum esse perfectum est, & hoc quod in actu est & perfectum esse habet in natura: ei autem quod infinitum est magnitudine vel multitudine, nullum est esse actu & perfectum in natura: igitur infinitum non est hoc modo actu perfectum: ergo forma sic actu perficiens non est eius quod est infinitum. Si autem datur, quod infiniti est taliter forma actu perficiens & compositum, sequetur quod ei quod non est infinitum, eo quod est per formam terminatum & perfectum, conuenit esse infinitum: & sic terminatum & finitum erit non terminatum & non finitum: & sic contradictoria verificabuntur de eodem, quod est impossibile. Quod igitur nullum genus causarum sit infinitum secundum rectam theoriam, probatum est à nobis.

## CAPVT X.

*Quid cause non sunt infinita secundum speciem causalitatum.*

**Q**uod autem neque secundum species causalitatum cause sunt infinitæ, sic declaratur. Si enim non quatuor tantum, ut in præcedenti libro diximus, sed infinitæ essent pluralitate species causarum, non contingeret etiam hoc supposito aliquid perfecte cognoscere. Sicut cum Lepius diximus, tunc opinamur nos scire quantum

quælibet rerum, cum cognoscamus causas omnes ex quibus est: & si qua deesset, non esset vera rei comprehensio per intellectum. Quia verò esse non cognoscitur nisi per formam & materiam, eò quod forma multarum rerum materiam concipit in ratione sua, fieri autem rerum non cognoscitur nisi per mouens & subiectum & finem: sed infinitum quod per adiectionem specierum & causarum infinitum est, non contingit pertransire in tempore finito à quocumque intellectu rei per causas accipientes: igitur cum esse & fieri rei perfecte per intellectum comprehendatur, non possunt species causarum esse infinitæ: esse enim rei est per suas causas actu: & ideo non possunt esse infinitæ: quia cum infinitum non sit nisi potentia, impossibile quod per infinitum aliquid sit in actu: quamuis enim forma vniuersalis quæ est esse rei, sit infinitorum, hoc non est nisi in potentia & non in actu. Nullo igitur modo cause sunt infinitæ secundum aliquam rectam theoriam, licet per accidens secundum theoriam circulatoriam, sicut diximus, quædam earum sunt infinitæ: finitis autem sive existentibus sunt ipsa principia sciendi sicut sunt principia essendi.

## CAPVT XI.

*Qualiter consuetudinis habitus impedimentum est theoria veritatis.*

**C**um autem iam determinatum sit à nobis qualiter theoria veritatis facili sit secundum aliquem modum, & difficilis secundum alium, & quod theoria veritatis sit per causas quibus non accidit in infinitum abire, oportet nos determinare theoria veritatis impedimenta. Sunt autem duo in genere impedimenta videndi veritatem. Vnum quidem quod est ex modo nature, & alterum quod est ex natura. Ex modo autem nature existens est ex consuetudine: quia sicut diximus in ethicis, & libro de memoria & reminiscencia, consuetudo in natura transponitur, & consuetudinalis habitus in modum nature mouet ad consentiendum, etiam si sit contra naturam & contra rationem. Vnde ethicus suum calorem præternaturalem esse non sentit, quamuis maior sit quam calor febricitantis. Conducunt igitur auditiones eorum qui auribus insonant secundum consuetudines. Nam ut consueuimus audire, ita dignum videtur nobis sciri & esse verum: & quæcumque sunt audita præter ea quæ consueuimus audire, non videntur ad nos verisimilia, sed potius ralia propter hoc quod inconueta sunt, minus nota & magis extranea nobis esse videntur. Nam id quod conuetum est, notius nobis esse videtur: eò quod ad modum nature nobis accidit.

Quantam verò habeat vim huius consuetudinis habitus, leges ostendunt: quia enim homo civile animal est naturaliter & non potest perfici ciuilitas sine congregatione, nec congregatio potest esse sine republica, oportuit leges ponere ad rempublicam continendam: multæ autem in legibus huiusmodi propter metum prænarum & affectiones præmiorum de his con-

D. Alber. Mag. Metaphy.

ficta sunt, quæ præter rationem sunt & præter veritatem: in huiusmodi enim legibus fabularia & puerilia quedam de pœnis & premiis conficta magis quidem valent apud eos qui talia semper audire consueuerunt, quam vera cognitio de præmio virtutis & pœna vitiorum: & hoc non est nisi propter consuetudinem quæ facit credibilia, quæ alias omnino incredibilia iudicantur: sicut expressè videmus in legibus his quæ carnalia sibi præmia constituunt, sicut delectari venereis & potibus & cibis post mortem: cum ratio non admittit aliquod virtutis præmium nisi in quo & Deus delectatur, hoc est, contemplationem sui ipsius, sicut in fine ethic. determinatum est à nobis. Sed quia non necessarium est ad hominum ciuilitatem homines pure intelligere veritatem, sed potius hominem pietatem colere & iustitiam seruare & rempublicam tenere, ideo à legislatoribus non principia queruntur veritatis, sed potius dantur præcepta pietatis, & quæ facilius mouent spe præmiorum & metu pœnarum ad regimen & conseruationem reipublicæ: & ideo facti sunt esse dii multi, & cultus multi, & religiones in quibus non attenditur quod verius, sed potius quid facilius moueat ad reipublicæ conseruationem. Hoc autem præcipue sit secundum huiusmodi sapientie principia, quæ de vniuersitatis principio & de separatis intendit: propter quod de his & exitu rerum in esse multi multa consueuerunt. Sicut & Socrates tria genera deorum quasi rerum introduxit principia, & in primo genere 2. nomina præter Deum deorum esse posuit. Dixerunt enim alij alia secundum leges diuersorum. Intantum autem factum est hoc credibile apud diuersos, quod cum omnis intellectus in theoria veritatis in quibusdam ut primis principiis utatur, illi propter vim consuetudinis contraria horum principis esse & veritatis supponant: ostendimus enim superius in quo omnes conueniunt sapientes ex nihilo secundum naturam nihil posse fieri, sed omnem formam ex propria educi materia, & ideo rerum perfectarum specificas differentias & species proprias habere materias: quæ omnia sunt principia apud recte philosophantem, tamen sunt quidam physice loqui volentes, dicentes aliquid ex nihilo fieri suæ essentia, ut magnitudinem ex nihilo magnitudinis, & sic de aliis: & dicunt, quod species rerum & specificæ differentie sunt ex non propriis materiis, ut homo non ex homine, sicut imperfecta quedam ex putrefactione tenentur generantur animalia. His igitur & huiusmodi apologiis vis perpenditur consuetudinis.

## CAPVT XII.

*De impedimento naturali ad veritatis theoriam.*

**E**t autem aliud impedimentum theoria veritatis ex ipso modo naturæ: quoniam licet homo secundum quod homo solus intellectus sit, tamen intellectus in homine secundum esse trahitur ab imaginatione & sensu & aliis corporeis virtutibus non finitibus cum

Non est necessarium ad hominum ciuilitatem homines pure intelligere veritatem, sed potius hominem pietatem colere & iustitiam seruare & rempublicam tenere, ideo à legislatoribus non principia queruntur veritatis, sed potius dantur præcepta pietatis, & quæ facilius mouent spe præmiorum & metu pœnarum ad regimen & conseruationem reipublicæ: & ideo facti sunt esse dii multi, & cultus multi, & religiones in quibus non attenditur quod verius, sed potius quid facilius moueat ad reipublicæ conseruationem.

Tex. c. 11.



purè contemplari theoriam veritatis. Alij enim si non mathematicè quis demonstrat ea quæ dicitur, non recipiunt per consensum ea quæ dicitur: & isti sunt in quibus prævalet super intellectum virtus imaginationis: & isti nihil credunt nisi quod imaginari poterit: & idè extra mundum similem huic mundo imaginantur mundum & locum & tempus vique in infinitum, nec suscipiunt aliquas esse intellectuales substantias quæ sine hoc sint: & nunc, nec aliquid dicunt esse æternitatem & huiusmodi quæ accipiuntur per intellectum ab imaginatione non recipientem. Alij in quibus omninò intellectus ad sensum reflexus est, nec recipiunt aliquid si non extra id per sensum demonstratur. Hi autem qui fingentis legum confusi sunt, conantur induci sibi testem poetam talia poetizantem. Illi autem qui physicis affueri sunt, omnia volunt audire secundum certitudinem aut per se notam, aut ex his demonstratorum. Aliis autem qui vulgaribus imperiti affueri sunt, siebilis & contristabilis est certitudo physica: aut quia propter defectum studij non possunt complecti talem sermone ignorantem veritatem conclusionis syllogizata, aut propter naturalem micrologiam, siue defectum rationis vel ingenij. Id enim quod certum est per syllogismum, aliquid habet tale ad quod non de facili potest deficiens à studio, & id quod non potest deficiens in via rationis. Et idè ex omnibus inductis patet, quod sicut est in symbolis contractuum in mercationibus, ita non liberum est unicuique eligere secundum naturam in rationibus. In contractibus enim non semper attenditur valor rei, sed potius placitum vendentis vel ementis, & ad illud obtinendum contenditur: & causa contentionis potius est in vendente vel emente, quam in re ipsa. Et sic in susceptione propositorum circa principia theoriam veritatis, ut patet ex inductis. Maxime autem hoc est in sapientia prima, in qua, sicut diximus, multa sunt, in quibus homines omnes communicant: circa istam enim magis communicant homines, quam circa sequentia: & error circa ista est causa erroris circa consequentia. Cuius signum est, quod omnes homines circa principium vniuersitatis rerum aliqua niti, & circa exitum seruum in esse & causas multa fingere & paucos attingere veritatem in illis videmus.

CAPVT XIII.

De remedijs contra impedimenta inducta.

**R**emedia verò contra inducta impedimenta sunt. Contra primum quidem quod est ex vi consuetudinis & tecum habet ignorantiam male dispositionis, est, quod oportet hominem primum erudiri modum philosophiæ, quo sciar quomodo singula sunt accipienda: quia tunc audita contra modum illum existentia refutabitur & non probabitur ut animi conceptum. Modus autem iste est in scientiis logicis secundum omnes partes perfectarum & imperfectarum argumentationum: quia ex illis potentes erimus syllogizare de omni problemate: & ipsi dispa-

rationes sustinentes nihil dicemus repugnans omnibus, probabilia communia in omnibus vel pluribus inuenta, ab his quæ propria & sensibilia sunt, singulis scientes distinguere, & perfecta rhetorice & poetice per illa sciemus dignoscere. Propter quod absurdum, quod aliquis illis non imbuatur, sed simul velit quærere scientiam speculatiuam aliquam de his quæ essentialis est speculatiua, & modum proprium illius, non præhabendo prius modum omnium philosophiæ communem: alterum enim istorum quod est acceptio scientiæ cum modo proprio, neglecto modo communi, non est facile accipere: quia tales virtutes & complexionones probationum non cognosceret, & sapè falsa pro veris accipiet, & non probata sumet pro probatis: & idè tales qui in logicis instructi non sunt, in omnibus errantes inuenimus.

Contra secundum verò quod ex natura est impedimentum, est quod accepto modo communi argumentationum discernat circa vniuersali quæque modum proprium: quia sapientis hoc est, quod de vnoquoque proprius se habet sicut est de eo tenet accipere: & idè demonstratio siue pericrutatio mathematica non in omnibus est appetenda: quia si in vna scientia differunt demonstrationes, ita quod demonstratio primæ certitudinis est demonstratio propter quid: & ea quæ est secundæ certitudinis, est demonstratio quia: multò magis in diuersis scientiis erit diuersitas demonstrationis: & sic comparando scientias in genere primæ certitudinis demonstratio erit mathematica: quia illa est de non conceptis cum materia, licet secundum esse sit in materia. Secundæ autem certitudinis demonstratio est physica, in quibus ipsa materia & motus varietatem inducunt & casum à certitudine prima, sicut in principiis huius scientiæ diximus: igitur in non habentibus materiam, esse tamen habentibus in materia, appetenda acrobologia mathematica. In rhetorice autem & ethice sufficit persuasionem inducere. Propter quod etiam hic modus istius scientiæ proprius, in quo modo sumus, non naturalis est, nec in eo physica à nobis quærenda est certitudo. Omnis enim natura forsitan materiam habet. Forsitan autem dico propter intellectum qui est vltima perfectio hominis, qui à materia separatus sicut ipsa intelligentiæ, quæ secundum Peripateticos vltimæ sunt perfectiones calorum: sed hominis intellectus continuus est cum continuo & tempore per imaginationem & sensum: & quòd hoc aliquam inclinationem habet ad materiam, quam non habent intelligentiæ quæ Peripatetici dicunt esse calorum perfectiones. Tamen materia æquiuocè est in his quæ sunt in potentia ad vbi tantum, & in his quæ sunt in potentia ad vbi & formam: & ideo etiam natura dicitur æquiuocè de illis, quoniam non est principium motus & quietis in quibus est per se & non secundum accidens: & ideo de reiteratis in vbi secundum substantiam incorporealem semper motis, non per eandem rationem dicitur in his quæ secundum substantiam incorporealem mouentur. Ista sapientia verò quamuis sit de physicis quibusdam, tamen non est de his præsertim physica, sicut in ante habitis sæpius declaratum est. Et oportet nos pericrutari primum quid

*Abstrahere est sicut scientiam & modum sciendi quæ reu.*


*Tex. c. 16.*

*Vide in s. mili. Auc. roem hic.*

*Materia æquiuocè dicitur de his quæ sunt in potentia ad vbi tantum, & de his quæ sunt in potentia ad vbi & formam. Vide Comment. in nato. 8. meta. com. 12. & quid.*

quod est natura in vniuersali, quod & fecimus in scientia de auditu physico: sic enim de quibus particularibus est physica, manifestum erit, sicut docuimus in libris qui sunt de particularibus naturalibus, sicut est mobile ad formam & ad locum, de quo in celo & mundo: & mobile ad formam, de quo secundum sui diuersitatem in alijs libris naturalibus tractatum est à nobis. Ex his enim quæ ibi dicta sunt, scitur quod ista sapientia non naturalem modum nec mathematicum habere potest, sed vniuersaliorem vtroque modo: & probationes eius erunt circa certitudinem mathematicam & physicam & su-

pra certit ueritatem topicam quæ est in logicis. Oportet etiam nos primo quærere, vtrum vnius & eiusdem scientiæ sit quærere causas & principia omnia entis, aut plurius: si enim plurius esset hoc, ita quod vna scientia quæreret quædam principia & quædam causas, & alia scientia quæreret alias, sequeretur quod non omnes cause & principia essent entis secundum quod ens, & quædam essent cuiusdam entis, & alia erunt alterius entis, quod esse non potest: & idè de omnibus huiusmodi questionibus & similibus oportet nos hic adunatè dubitationes.



LIBER TERTIVS.  
DE QUÆSTIONIBVS  
A PRINCIPIO  
QUÆRENDIS.  
TRACTATVS I.

DE INTENTIONE LIBRI ET  
numero conclusionum.

CAPVT I.

De ratione quare in hac scientia rationes proponuntur simul.

*Tex. c. 1.*



**N**obis ad quæsitam scientiam quæ sola theoria veritatis est, accedere volentibus, necesse est primum aggredi quæstiones, de quibus in hac scientia in primis dubitare & disputare oportet: in particularibus enim scientiis dubitationes de quæsitis non simul sed sigillarim cum his quæ tractata sunt, commiscuimus. In hac autem vniuersali sapientia quæ de principiis est aliarum scientiarum, omnia simul dubitabilia & materialiter dicta determinata sunt: quia ex materialiter dictis & distinctis oportet procedere, quod fieri non potest, nisi prius essent distincta. Similiter autem ad quæsitam communia procedere habemus, quod iterum fieri non potest, nisi quæsitæ essent præordinata. Non enim illius sapientiæ quæ omnia declarat, celare est intentum, sed declarare quod intendit, ut sciatur

quibus & quibus principiis & probationibus venit ad illud. Ea verò quæranda sunt, quæ quicumque quidem non ignoret auctoritatis Philosophorum aliter: & aliter de diuersis susceperunt per rationem: & ea etiam quæ similia istis extra ea quæ suscepta sunt, prætermissa sunt & intacta: hæc enim quæ aliter & aliter dicto modo suspecta sunt, disputabilia sunt in vtramque partem: & quia latent, oportet ea præordinare & prædisputare, ut bene declaratur omne quod intendimus. Omnibus enim vtiliter inuestigare aliquid volentibus, inest bene disputare, ad vtramque partem ab initio circa ea quæ primum quæsitæ declarationes debent esse omnium aliorum in particularibus scientiis determinandorum: quia omnium posteriorum in scientiis particularibus certa inuestigatio est solutio certa priorum circa communia in vniuersali scientia dubiatorum. Soluere verò non est eius quæ ignorat modum dubitationis. Dubitatio namque interminatus motus est rationis super vtramque partem contradictionis: & ideo notanda est & ligata ratio ne procedat ad alteram partem contradictionis, equaliter ambiens vtramque. Hoc autem de ipsa re de qua dubitatur, demonstrat dubitatio ipsa mentis, quæ vtramque contradi-

*Quid est dubitatio.*

G + contradi



in ratione metitur partem: in quantum  
... mens dubitat, in quantum pa-  
... ligatis: hoc autem est, quod  
... scilicet & ligatis impossi-  
... ad id quod est  
... contendent. Propter  
... in hac sapientia oportet prius  
... causas eorum,  
... Quia in hac metho-  
... inuestiga-  
... consequentiam, similes sunt  
... in via se ponunt, & ignorant quo  
... non determinantes prius quo ten-  
... dere velint.

Et ad hæc quæ diximus contingit talibus,  
quod non cognoscunt quando quæsitum inue-  
niunt: quia nesciunt ad quid disputant. Finis  
enim inquisitionis quæ est conclusio quæstionis,  
in talibus est incognita. Sic ergo non præ-  
dubitan dupliciter errat, in via scilicet & in  
fine. In via quidem: quia nescit ad quid indu-  
cit principia ex quibus procedi t. In fine autem:  
quia nescit se conclusisse proprium quando con-  
claudit, & ideo nihil certum habet. Et horum  
utramque valde impertinens est huic sapientie:  
& ideo in ea prædubitandum est.

Amplius dignius & vtilius est in ea prædu-  
bitare, & non tantum necessarium. Cum enim  
hæc scientia omnium stabiliat principia, nec sta-  
biliti & fundari possint, nisi contradicentium  
soluantur rationes, & vniuersaliter illa solui  
non possunt, nisi prædubitaretur de quibus con-  
tradicit aduersarius, necesse est hanc sapientiam  
habere per prædubitationem rationes omnium  
eorum quæ audiuntur proposita ab his qui sunt  
aduersarii & prædubitantes, & has necesse est  
habere ad indicandum & determinandum de  
auditis.

Ad intelligentiam autem horum quæ dicta  
sunt, sciendum quod nos dubitationem pro  
interminato motu rationationis accipimus in  
premissis, quando ratio ante consensum mo-  
do viam habet ad vnum, modo ad alterum: &  
hoc esse bonum potest, nisi quia in vniuersalibus  
& primis non potest haberi modus demonstra-  
tionis: & quia ista sapientia de talibus est, oportet  
quod medius sit inter logicum & demon-  
stratum: quia enim ex communibus est, oportet  
ipsum esse non demonstratum: quia vero  
non est interminati generis, sed ex his quæ sunt  
entis in quantum ens est, procedit, est mo-  
dus eius præter logicum. Aliiter autem minus  
largè sumendo dubitatio est indeterminatus  
motus rationis super partes contradictionis sine  
rationatione consentum inclinante. Ambiguum  
autem est, quando ambit utramque par-  
tem per rationes equipotentis. Opinio autem,  
quando non confirmato quidem consensu com-  
pletur alteram. Fides vero quando forti-  
ficatur in alteram sine fundatione  
in eadem scientia, aut quando  
fundatur per demon-  
strationem.

\* \* \*

CAPVT II.

De numero quæstionum in primis ponenda-  
rum, & quæ sint ipsæ  
quæstiones.

Et autem circa communia ista dubitatio pri-  
ma quidem de his de quibus dubitauimus  
in prædictis in fine libri præcedentis, vtrum  
vnius vel multarum est scientiarum causas spe-  
culari. Quædam enim scientiæ sunt in quibus  
nihil demonstratur per finem vel efficientem, eod-  
quod abstracta à motu sunt ea quæ considerant:  
& forte aliquis crederet, quod sic esset in prima  
omnium sapientia, quod non omnium specula-  
tio causarum pertineret ad vnam scientiam pri-  
mam, eod quod ipsa magis abstrahit à motu &  
materia quam mathematica: & ideo hic oportet  
quærere, quia sicut diximus in fine libri præce-  
dentis, si non vnius primæ scientiæ esset con-  
templatio causarum omnium, non esset vna  
prima scientia quæ stabiliret principia omnium,  
sed oporteret inquiri aliam ab ista scientia quæ  
de quibusdam principiis certificaret. Hæc igitur  
quæstio primo est quærenda.

Secundò quærendum est, vtrum istius scien-  
tiæ primæ est scire principia primi entis, quæ  
sunt principia substantiæ tantum, quæ sunt  
quatuor causæ superius inductæ: aut ipsa eadem  
scientia cum causis & principiis esse habet etiam  
considerate de principiis demonstrationis pri-  
mis, ex quibus non quidem in vno genere, sed  
omnes & in omni genere demonstrationum  
ostendunt hoc quod probant, vt vtrum con-  
uenit vnum & idem simul affirmate & negare  
vel non, & vtrum vni & eidem sint inter se  
æqualia, & de aliis talibus primis principiis  
& dignitatibus. Hæc enim etiam quædam prin-  
cipia sunt & causæ, & sunt circa esse & non esse  
in quantum est esse & in quantum est hoc esse  
vel illud.

Tertia autem quæstio est, si hæc prima scien-  
tia est circa substantiam sicut circa ens primum,  
vtrum ista sola scientia sit circa omnes substan-  
tias in quacunque accipiantur diuersitate gene-  
ris, aut non sit circa omnes, sed circa plures  
quæ magis accedunt ad vnam generis rationem:  
quoniam substantiarum multa sunt genera ab-  
stracta & concepta cum materia secundum ra-  
tionem diffinitiuam.

Quarta quæstio est, si plures scientiæ sunt de  
diuersis genere substantiis & entibus & secun-  
dum rationem diffinitiuam diuersitatis, vtrum  
omnes illæ sunt cognatæ tanquam partes vnius  
substantiæ existentes, aut earum vna quidem  
quæ est de separatis secundum esse & rationem,  
habet nomen sapientiæ, aliæ vero aliquo alio  
causentur nomine, vt illa quæ est de separatis  
secundum rationem & non secundum esse, di-  
catur doctrinalis: quæ vero de conceptis secun-  
dum esse & rationem, dicatur naturalis.

Quinto autem necessarium est quærere pro-  
pter Platonicos, vtrum sensibiles substantiæ  
solum esse dicendæ sunt, an præter eas dicendæ  
sunt esse & aliæ à sensibilibus.

Sextò

Sexto autem propter eandem quærere oportet,  
vtrum omnes substantiæ non sensibiles  
sint vniæ secundum genus vnum, aut sint  
plura genera substantiarum non sensibilibus, si-  
cut dicunt illi qui sua positione faciunt esse plu-  
res species ideales substantias separatas & causa-  
les, & mathematica quæ dicuntur esse media in-  
ter hæc diuina & sensibilia. De his enim, vt  
diximus, perscrutandum est.

Adhuc autem septimò quærendum est, vtrum  
speculatio istius sapientiæ sit circa substantias  
entium solum, aut sit etiam circa ea quæ secun-  
dum se accident substantiis.

Adhuc autem octauò quæratur de eodem &  
diuerso: & quia ab eodem ens causatur in quan-  
titate æquale, & in quantitate simile, ideo sub  
eodem quæstionis articulo quæratur de æquali  
& inæquali, & simili & dissimili.

Nonò autem quia diuersitatis causa contra-  
dicta est, quæratur de contrariis & de non con-  
trariis.

Et decimò de priore & posteriore, & de aliis  
omnibus talibus de quibuscunque dialectici ex  
probabilibus incedere reant, licet non bene  
certificent ex probabilibus solum facientes per-  
scrutationem. Eorum enim theoria inquisitiua  
est de omnibus: sed primus Philosophus de his  
certificat ex propriis entis secundum quod ens  
est: quia ista consequuntur ens in quantum est  
ens. Omne enim ens comparatum ad ens, aut  
idem est illi, aut diuersum: aut contrarium, aut  
conueniens: aut prius, aut posterius, & sic de  
aliis.

Amplius & vndecimò quæratur de his quæ-  
cunque his eisdem accidunt secundum se & non  
secundum accidens.

Duodecimò autem quæratur non solum quod  
in se est horum vnumquodque prædictorum, sed  
etiam vtrum vnum vni tantum est contrarium,  
plura opponuntur vni, sicut vni videntur &  
multum & paucum esse contraria.

Tertiodecimò vero quæratur, vtrum illa quæ  
sunt principia & elementa rerum, sunt genera  
communis, aut sint particularia, in quæ diui-  
ditur & resoluitur singularium existentia com-  
positorum.

Quartodecimò quæratur, si detur, quod ge-  
nera communia sunt entis principia, vtrum fi-  
nalita sine vltima genera quæcunque de indi-  
uis prædicantur, sunt principia, aut sint prima  
genera priora finalibus & prima. Finalia autem  
dico in quibus sit generis communitas, & hæc  
sunt species specialissima. Et hoc est quærere,  
vtrum animal vel homo magis sit principium,  
quia multis videtur homo magis esse princi-  
pium, eod quod magis & proximus est circa sin-  
gularia: hoc enim Platonicis inferunt quærendo  
vniuersalia principia ponentes quæ sunt in ani-  
ma.

Quintodecimò quærendum est, quod & ma-  
ximè tractandum est, vtrum ens est aliqua se-  
cundum se causa præter numerum, aut non:  
hoc autem quæratur propter formam quam  
nullus omnino antiquorum nisi balbutiendo  
potuit.

Sextodecimò iuxta hoc quærendum occurrit,  
vtrum illa causa quæ propter naturam entis cau-  
sa esse ponitur, sicut separata à materia sicut

quidam acm à uolenti esse offesse dixerunt,  
aut uon sit separata ab ea, sed de materia produ-  
carit de potentia extens ad actum.

Decimoseptimò quærendum relinquatur, cum  
in compositis aliquando sint plura genera com-  
ponentium, & sint quædam etiam simplicia,  
vtrum forma perficiens sit vnum vel plura,  
vtrumque enim ab antiquis dictum est, quod  
Anaxa, multas & infinitas in quolibet esse po-  
suit, & Empc. dixit inesse vnam quæ est har-  
monia. Dico autem vnum quod ratione est  
vnum, & plura quæ subiecto & loco sunt plura.  
Et quia sic de vnitare & pluralitate sunt Philo-  
sophi locuti.

Decimooctauò etiam de forma quærendum  
est, vtrum ipsa est aliquid præter totalitatem  
cuius est forma, sicut dicitur antea addita toti  
quam Democritus in omnibus esse dixit, &  
Orpheus, licet aliter diceret quam Democritus.  
Dico autem simul totum quod Græci simolon  
vocant, quando prædicatur aliquid de materia  
sue compositione materiali, quod nihil est ad-  
ditum illi, sed tantum prædicatur compositionem  
eius aut harmoniam: tunc enim quæratur, vtrum  
forma est aliquid præter formam totalitatis il-  
lius aut nihil aliud. De his quidem dicta aliquid  
est præter compositionem materiam, sicut de ve-  
getatiuis & sensibilibus & per se motis: de aliis  
vero dicta forma nihil est præter totalitatem ma-  
teriam. Tunc sub eadem quæstione quæratur,  
qualiter sint talia de numero existentium quæ  
in eis sunt formalia principia.

Decimononò quærendum est, vtrum prin-  
cipia entium sint determinata numero, aut spe-  
cie: & hoc est quærere, vtrum sint ea quæ in  
rationibus diffinitiuis sunt, determinata, aut  
subiecto, aut loco. De hoc enim inter Stoicos  
& Epicureos non parua est contentio.

Vigésimò autem quærendum est, vtrum ead-  
em sint principia corruptibilem & incorrupti-  
bilibus, aut diuersa.

Et si sint eadem, tunc vigésimoprimò loco  
quæratur, vtrum sint omnia principia tam cor-  
ruptibilem quam incorruptibilem incorrupti-  
bilia omnia: vel si sint diuersa corruptibilem  
& incorruptibilem principia, tunc sub eadem  
quæstione quæratur, vtrum incorruptibilem  
principia sunt incorruptibilia & corruptibilem  
corruptibilia.

Amplius autem quæratur vigésimosecundo,  
quod omnium difficillimum & plurimam habet  
dubitacionem, vtrum vnum quod est princi-  
pium numeri, & ens quod est principium  
& causa prima omnium, sit non diuer-  
sum aliquid, sed sint omnium existentium sub-  
stantia, quemadmodum Pythagorici & Plato  
dixerunt, licet differenter dixerint, sicut in pri-  
mo huius sapientiæ & scientiæ libro ostendimus,  
aut non est vnum quod est principium numeri  
idem omnino enti, sed id quod est entis prin-  
cipium, est diuersum aliquid ab vno & ente, &  
est aliquid subiectum & determinatum sub en-  
te, & hoc aut mouens ponitur sicut principium  
omnium. Empe. dicit amorem, aut materia  
sicut Philosophorum alius dicit ignem, alius  
verò aquam, alius ætrem, sicut in primo libro  
à nobis determinatum est de his qui vult  
aliquid subiectum omnium esse dixerunt prin-  
cipium.



cipium, ita quod quodlibet elementum iudicem accepit præter terram.

Vigesimo tertio quaeritur, vtrum principia rerum sint vniuersalia, aut singularia, propter eos qui vniuersalia ante res esse dixerunt, sicut causa sunt ante causerum.

Vigesimo quarto quaeritur, vtrum principia rerum sint potentia vel actus: quia id quod est in potentia, non fit in actu nisi per hoc quod est in actu: quod tamen multi negauerunt.

Amplius quaeritur vigesimo quinto, vtrum vniuersitatis principia sint aliter principia entium quam per motum, aut non principient aliquid nisi per motum: & hoc præcipue quaerendum est propter motorem primum, quem aliter quam per motum qui est actus mouentis, dixerunt quidam esse principium. Hæc enim magna in hac sapientia præstant dubitationem.

Adhuc etiam vigesimo sexto quaerendum est, vtrum numeri mathematici & longitudines & figure superficierum & puncta sint substantiæ & substantialia principia entium, sicut quidam dixerunt, vel non.

Et si sunt substantiæ rerum vt dicunt quidam, tunc vigesimo septimo quaerendum, vtrum hæc mathematica secundum esse separata sint à sensibilibus, aut secundum esse sint in eis. De omnibus enim his quaestionibus non solum difficile est veritatem ipsam inquirere, sed nec facile est bene dubitare, ita quod ipsa dubitatio in rationem disputariam deducatur.

CAPVT III.

Est digressio declarans numerum & ordinem quaestionum inductarum.

NOs autem non omnes disputabimus nec volumus inductas quaestiones: eo quod quibusdam earum disputatis & solutis, facile est determinare de aliis: licet enim omnes inductæ quaestiones sint de principiis, tamen quedam earum sunt de principiis secundum quod theoria veritatis sit super ea, sicut 1. & 2. à principio secundum ordinem inductæ: alia autem 15. sunt de ipsa natura principiorum. Principia autem, secundum quod theoria veritatis est de eis, dupliciter considerantur, ex parte scilicet speculationis in qua secundum rationem scientiæ vniuntur speculata omnia, que reducibilia sunt in vnum genus speculationis: aut ex parte speculatorum, secundum quod genus speculationis vnum multiplicatur in speculatis secundum diuersas speculatorum rationes. Et secundum primum modum quo speculata vniuntur in vno genere speculationis, sunt acceptæ quatuor quaestiones primæ: secundum autem modum alterum sunt sumptæ octo quaestionesque sequuntur. Inter quatuor autem primæ tres priores sunt de vniione quam potest facere theoria sub scientia vna: & quarta est de ipsa ratione & dignitate talis scientiæ. Primæ autem tres diuersificantur secundum principij rationem, ex qua informatur speculatio. Hæc autem est


Principia dupliciter considerantur.

triplex: est enim principium primum ex quo est aliud: si ergo sit principium essendi, habet rationem causæ secundum causæ diuersitatem: & quaeritur de hac diuersitate si est reducibilis in scientiam vnam, & hæc est quaestio prima. Et est principium non esse, sed cognitionis: & de hoc quemadmodum reducatur ad scientiam est quaestio secunda. Et est principium primum & principale eius quod est substantia: & de hoc qualiter in scientiam incidit, est quaestio tertia. Quarta est de principitate & natura huius scientiæ. Per iam dicta patet ordo & connaturalitas inductarum quaestionum, & qualiter determinatione primæ & quartæ, sicut patet in sequentibus. Ita in 8. autem sequentibus, quia patet quod primæ duæ sunt de subiectis speculationis, & sequentes 6. sunt de per se accidentibus: & inter duas primas prima est de diuisione primi entis secundum naturam, & secunda est de diuisione eiusdem secundum quorundam positionem, secundum quod de ipsis est scientia. Sex autem quæ sunt de per se accidentibus, diuersificantur secundum considerationem accidentis absoluti & comparati: absoluti quidem in genere vel specie considerati secundum quod habet comparisonem ad subiectum cuius est per se accidens: aut secundum quod comparatur vt subiectum ad accidens proprium quod per se conuenit ei. Septima enim est in genere de accidente proprio absolute accepto. 8. & 10. sunt de accidente absolute in specie accepto. Et harum diuersitas plana est per ea quæ dicta sunt in præhabitis. 11. verò est de accidente accidentium, & vltima est de accidente comparato: & de omnibus dictis non quaeritur nisi secundum quod vna scientia est de his, vel plures, sicut cuiuslibet patet per seipsum.

Alia verò 15. quaestiones sic diuiduntur, quod primæ 9. sunt de principiis quæ sunt causæ secundum rem siue naturam earum acceptæ. Sequentes autem 6. sunt de his quæ Pythagorici & Platonici posuerunt circa principia & causas. Inter 9. autem primas tres sunt diuersitates secundum tres causarum considerationes, & omnes præcipue sunt de causa formali. Cum enim principium & causa esse dicatur causa in quantum ab ipso cauatur, & dicatur elementum in quantum est essentiale primum componens, potest esse quaestio, vtrum remotum & confusum in re inuenitur sicut genus sit principium & elementum, vel propinquum determinatum & specificatum, vel etiam quod est pars esse vel id quod est totum vel esse causarum: & penes hoc accipiuntur duæ quaestiones primæ. Hæc autem formali principio sic accepto delimitatur de ipso per comparisonem ipsius ad aliud coefficientiale principium quod est materia, vtrum aliud sit ab ipso vel non: & si aliud, vtrum separatum secundum esse: & si non separatum, vtrum sit vel multiplicetur secundum materiam in qua est: & qua forma est natura & forma est anima, dubitatur vtrum aliquid sit additum vel non: & penes hoc accipiuntur quatuor quaestiones sequentes, sicut cuiuslibet patere potest. Tertia autem diuersitas sumitur penes esse principij formalis in se vel in subiecto, quod est materia in genere vel secundum materiam determinationem.

minationem per potentiam ad motum & transmutationem: & sic accipiuntur tres quaestiones consequentes, vtrum numero vel specie siue ratione determinetur, vtrum corruptibilem & incorruptibilem sint principia eadem, & vtrum principia corruptibilem & incorruptibilem sint incorruptibilia, sicut patere potest facile per antè dicta. Sex autem vltimarum quaestionum prima est de principio formali propter positionem Pythagoræ factam, sicut scitur ex his quæ loquentes de positione Pythagoræ determinauimus. Alia autem quinque sunt propter Platonis philosophiam: & prima quidem tres sunt de principiis primis quæ non sunt elementa, sed sunt ante res præhabentia eas simpliciter & immaterialiter, sicut dixit Plato: alia autem duæ sunt de his quæ possunt esse principia & elementa. Tres autem primæ differunt sic, quod prima inter tres est de modo ipsarum causarum, quæ sunt principia præhabentia de quibus quaeritur an sint vniuersalia vel particularia quædam. Sequentes autem duæ sunt de modo

causandi illarum causarum: quia Plato posuit formas æternas causare: & ideo si modus causandi attenditur ex parte causæ causantis, quaeritur vtrum causent potestate vel actu causa existentes. Si autem modus idem ex parte causati accipitur, quaeritur vtrum causent cum motu vel sine: quia causatum non sine motu producitur, & tamen huiusmodi principia separata videntur materiam mouere non posse. Vltimæ autem duæ sunt de his quæ sunt principia & elementa: & penultima quidem est de substantia huiusmodi elementorum quæ sit: & secunda est de modo, quoniam si mathematica sint substantia entium, cum ea quæ sunt de substantia rerum in ratione sua concipiant materiam rerum, videbuntur talia non esse separata per rationem distinctiuam. E contra autem cum sint mathematica, separata esse videntur: & ideo insurgit quaestio, vtrum sint separata. Ex dictis igitur ratio & ordo facile quaestionum manifestatur.



TRACTATUS II.

DE DISPUTATIONE QUESTIONVM INDUCTARVM.

CAPVT I.

De disputatione prima quaestiois & quartæ.

Ex. c. 1. Vtrum vniuersum, vel plurimum scientiarum sit eipia generata casarum speculatio.



DISPUTANDO autem de quaestionibus inductis, non eundem tenebimus ordinem, sed coniungemus eas quarum adinueniam manifestatur determinatio. Primum igitur disputemus de quibus in primis diximus, scilicet vtrum vnius vel plurimum scientiarum sint omnia genera causarum quæ speculanda sunt. Et quia logicè disputabimus, & logicè est inquisitione procedere, quaeramus quomodo erit vnius & eiusdem scientiæ principia cognoscere quæ non sunt contraria existentia? In analyticis enim posterioribus determinatum est, quod vna scientia quæ est vnius generis subiecti, & quæcunque considerantur in scientia, per diuisionem contrariarum exeunt à genere illo. Quæcunque igitur per diuisionem contrariarum non reducuntur ad genus vnum, non sunt considerata in scientia vna. Genera autem causarum, licet diuersa sunt, non tamen per modum huiusmodi contrariarum reducuntur ad genus vnum. Non igitur vna de ipsis est scientia: quia omnium huiusmodi contrariarum est scientia vna, &

non aliorum, vt per se patet in omnibus.

Amplius cum vna scientia sit de ente aliquo vno secundum genus, facile est videre, quod non omnis scientia considerare de omnibus generibus causarum: quia multa sunt de numero existentium quibus non omnia insunt genera causarum. Quo namque modo possibile est causam quæ est motus principium siue mouens, quæ vocatur efficiens, inesse his quæ sunt immobilia? & cum omne quod participat bonum, non participat ipsum nisi exeundo ad finem motus qui est appetitus eius quod mouetur appetita perfectio, quomodo possibile est inesse boni naturam in his quæ sunt immobilia? Omne enim quod secundum se & sui naturam bonum est, in se est: & secundum quod est finis & vltimum appetitum, est causa: & ideo, sicut iam antè diximus, illius causa, & propter illud sunt & sunt omnia cætera. Non enim loquimur hic de puro & primo bono, quod secundum quod ait Plato, per substantiam est bonum. Nec loquimur de bono quod secundum supposita cum ente conuertitur: hoc enim quod à bono est, boni sunt rationem, quia boni est bona adducere. Nec potest intelligi, quod non est bonum quod ab eo bono est, quod essentialiter bonum, & quod non aliud disponit ad causandum nisi bonitas. Causæ in prima quia bona est, diffundit causata. Et ideo omnia quæ ab ipso sunt, bona sunt: quia primo bonitatis ratio, quantum possibile est, &



sultat in ipsis. Sed nos hic non de tali loquimur bonitate, sed de eo quod est ex ultimo & optimo quod res appetit ab ipsa: hæc enim est finis. Finis autem talis in quid est appetitus & cuius causa sit totum quod sit, est finis actus & complementi cuiusdam. Omnis enim talis actus est cum motu: quia est ultimum motus. Ergo tale principium boni & finis non conuenit esse in immobilibus. Nec in talibus conuenit aliquid esse autogatum, hoc est, per se bonum inquantum huiusmodi sunt. Propter quod in signum huius etiam in mathematicis nihil ostenditur per eam causam quam finalem vocamus. Non enim in mathematicis est demonstratio aliqua, eò quod melius aut deterius sit aliquid. Nec omnino vilius mathematicorum talium alicuius reminiscitur causarum: quia nulla conclusionum mathematicarum posset concludi. Quæ enim separantur, secundum formam & rationem separantur: secundum finem autem & efficientem & materiam semper volunt esse concepta & coniuncta, & non separata. Propter quod etiam sophistarum quidam, ut Aritippus, causam in genere causarum ponere præneglexit: opinatus est enim omnia causarum naturam mathematicis, sicut & multi alij: in mathematicis autem non videns eam, etiam in aliis dixit non inesse hanc causam: sed casu fieri ea quæ fiunt. In aliis autem artibus illiberalibus quæ mechanicæ vocantur, ut est rectorica siue ædificatiua, & cotaria, dicit omnia dici ita quod aliquid in eis est melius & aliquid vilius siue deterius: mathematicas autem in scientias nullam de bonis vel de malis rationem facere. Ex his igitur patet non esse vnam aliquam scientiam de particulari ente tractantem, quæ de omnibus inquirat generis causarum.

Sed si propter hoc dicatur, quod scientiæ conueniunt diuersitates causarum sunt plures, ita quod diuersa principia siue causæ sint attributa diuersis scientiis, sicut mathematicis attribuitur forma per quam demonstrant, & physicis motus & materia per quam peculiariter demonstrantur physica, & isti scientiæ attribuitur vltimus finis & forma principalis: tunc antequam ad istam disputationem, oportet nos quartam superius motam hic inducere questionem: quia ex eius determinatione dependet determinatio questionis primæ. Queramus igitur, si diuersis scientiis speculatiuis diuersæ attribuantur causæ, quæ illarum scientiarum dicenda est sapientia illa quæ hic queritur, aut quis illorum Philo-sophorum est maximè sciens rem quæcunque de qua queritur habentium causas illas quibus causæ attribuantur? Aliquando enim contingit vni & eidem inesse omnes quatuor modos causarum, sicut domus causa vnde motus siue mouens, formaliter quidem mouens est ars rectorica, efficienter autem mouens est ædificator. Cuius vero causa sit siue finis est operatio siue vtilitas domus, sicut operire à caumate & à pluuiis. Materia vero domus est terra, lapides, & ligna. Species vero siue forma domus est ratio, quæ dat esse & rationem quæ est figura in talibus artificialibus. Nec potest esse, quod per quamlibet istarum causarum notificata æqualiter sciatur. Queramus igitur, si diuersis scientiis diuersa attribuantur

Si dicatur  
causæ & di-  
uersis scien-  
tiis consi-  
derantur,  
quæ illarum  
scientiarum  
causæ sunt  
causæ?

genera illa causarum, quam ipsarum scientiarum secundum dudum à nobis de sapientia & sapiente in primo libro determinata decet vocare sapientiam? Cum enim sapiens sit qui causam cognoscit, quia doctissimum causarum sapientem esse dicimus, videtur quandam rationem habere quamlibet scientiam vocari sapientiam, quæ docet per aliquam causam.

Sed hæc omnia facile determinantur, si consideratur in modo causarum quas considerant scientiæ theoreticæ: inquantum enim causa considerata in scientia senior est & prior, intantum est principalior, & ipsa & scientia quæ eam considerat: & hoc est cuius veluti seruientes & famulantes existentes alias scientias quæ famulantes causas considerant, non conuenit contradicere, sed in omnibus obedire & famulari. Talis autem iuste est, qui est vltimi finis & boni eius quod totius vniuersalitaris est bonum: huius enim causa sicut ducis & ordinantis fiunt omnia cetera. Ad hoc enim famulatur efficiens & materia & forma omnis, & ad hoc bonum ordinatur omne quod est in prima vniuersalitaris causa sicut in duce exercitus, sicut sapius diximus: & ideo cum ista scientia principaliter consideret hunc finem, ipsa erit vocata sapientia. Inquantum verò hæc eadem sapientia est primarum causarum, sicut in antè habitis determinatum est, & inquantum diffinita est esse eius quod maximè scibile est, secundum suam naturam maximè etiam faciens scire: sic etiam post considerationem vltimi finis, erit etiam consideratiua substantiæ quæ est forma & quidditas rerum. Cum enim multis modis aliquis idem sciat, magis quidem dicimus scire eum qui per demonstrationem rem illam in ipso esse formali quid ipse est secundum substantiam, quæ quid est & propter quid dicit, quam qui non nouit rei substantiale esse. Et horum & eorundem qui sic diuersimodè per diuersa nouerunt rem, dicimus alij alio magis & certius nosse, inquantum nouit per formam priorem, sed maximè illum nosse dicimus, qui nouit primum quid est. Non autem dicimus illum maximè nosse, qui nouit accidentia rei, sicut qui nouit quanta, & qualis est, aut quid facere, aut quid pati apta nata sit. Amplius & in alijs speculatiuis scientiis, quæ non adeò post formas considerant sicut ista: tunc putamus scire ea quæ singularia sunt, hoc est, determinati entis accidentia, quorum sunt mathematicæ demonstrationes, quando scimus formaliter quid est, sicut patet ex vltimo secundi geometriæ. Si enim queramus, quid est tetragonizare? hoc est altera parte longiori quadrangulo & dato trigono æquum quadratum describere? Dicemus, quia mediæ intentionis proportio inter latus longius & breuius, dat lineam quæ in se ducta tale describit quadratum: & huius causa est formalis talis æqualitatis quadrati. Similiter est in alijs omnibus demonstrabilibus. Igitur ista scientia princeps erit ex consideratione nobilissimi finis, & certissima ex consideratione forme quæ principalis & vera rei quidditas est. Hoc enim est principium substantiæ in eo quod substantia est entis in eo quod ens, sicut sapius dictam est. Considerat hæc scientia etiam efficientem, sed non ita principaliter: sed

considerat.





sem: eod quod & ipse qui substantias cognoscit, procedit ex eis & supponit eas. Similiter autem natura earum demonstrationi repugnat. Quia via enim demonstrationis erit scientia, qui effectus demonstrationis est de talibus dignitatibus: Cum enim omnis demonstratio primum per se demonstrat inesse subiecto, nos etiam nunc sine demonstratione nominamus per se quid cuiuslibet inest subiecto in dignitatibus: eod quod per se nota sint: & omnes artes alia ab ista sapientia videntur eis ut per se notis. Ad oppositum autem huius obicitur. Si enim dicatur, quod de huiusmodi dignitatibus est aliqua demonstratio: scientia oportet quod illa sit aliquid generis subiecti. Omnis enim scientia demonstratio exigit aliquod genus subiectum, & quædam habet sicut passiones quæ subiecto probantur inesse: quædam autem habet dignitates illorum ex quibus procedit, cum passiones subiecto inesse demonstrat. Nam impossibile est de omnibus esse demonstrationem. Omnem enim demonstrationem necesse est de aliquibus subiectis siue circa aliquid & aliquorum quæ inesse probantur, & ex aliquibus confessis & notis dignitatibus. Sic igitur conueniat vnam esse scientiam demonstratiuam de his quibus videntur scientiæ omnes dignitates, tunc necessario ex syllogismo accidit omnium esse genus vnum de quo fit illa scientia. Omnes enim particulares demonstrationes de quocunque ente sunt, videntur ipsis dignitatibus. Et hæc quidem vera est demonstratio primæ partis questionis, quod vna est scientia quæ est vnius subiecti non determinati est de ipsis: & hæc est ipsa quæ est de ente secundum quod ens in quantum ens consequens est principium demonstrationum, licet antecedit hoc ens vel illud: & tamen hæc scientia non per viam demonstrationis ostensiuæ certificat de ipsis, sed potius deducendo ad impossibile eum qui potuit horum contraria principiorum.

Sed hic positum queratur altera pars questionis, vtrum sit ista scientia eadem vel alia ab ea quæ est de primo ente quod est substantia? Si enim alia est scientia quæ est de substantia, & quæ est de dignitatibus his, tunc superius diximus, quæ est earum principalior, & quæ earum est prior. Vniuersaliter enim & maxime principia & prima aliorum sunt dignitates, & similiter vniuersaliter & maxime principium omnium est substantia. Si igitur primi Philosophi qui considerat substantiam, non est de dignitatibus specierum veritatem & falsitatem querere & stabilire eas, cuius ergo est? sicut enim in ante habitis sæpius dictum est, de dignitatibus quibus videntur omnes, oportet ab aliquo stabiliri: aut oportet, quod omnes ex dabitur procederent.

Tex. c. 5.  
Verum omnium substantiarum sit vna scientia?

Et tunc oportet nos tantum inducere questionem, vtrum scilicet totaliter siue vniuersaliter vna scientia est omnium substantiarum, sicut in vltima parte questionis præinductæ supponi videtur, aut sunt de substantiis scientiæ plures? Siquidem ergo dicatur, non de omnibus substantiis est vna scientia, tunc queratur cuius substantiæ est scientia ista philosophia prima quæ certificat dignitates, & non erit æquæ. Si autem derur de omnibus substan-

tiis esse scientiam vnam, hoc non videtur rationabile esse: quia secundum hoc vna scientia demonstratiua esset de omnibus per se existentibus, & de accidentibus propriis siue prædicatis quæ sunt in eis, quod est impossibile: quia substantia communis quæ subiectum est scientiæ, non scitur nisi per diuisionem: eod quod non habet prius & posterius: partes autem per diuisionem acceptæ per diffinitionem nominantur: sed accidentia sequuntur inesse substantiis per collectionem syllogisticam, quæ est demonstratio propter quid: & veteres Peripatetici artem logices diuiserunt in artem diuidendi & diffiniendi & colligendi. Non igitur vna & eadem scientia videretur esse de substantiis & dignitatibus. Siquidem autem demonstratiua omnis speculatur singularia, hoc est, propria accidentia, & concludit hoc ex communibus opinionibus siue conceptionibus animi, quas quilibet probat auditas, videbitur iterum vna esse scientia de his. Nam hoc modo in subalternis scientiis circa demonstrationem quia de omnibus subiectis eiusdem generis & accidentibus & dignitatibus est vnius scientiæ cognoscere, similiter in subalternantibus propter quid & ex quibus alia probant, est etiam vnius, siue sit eadem, siue alterius, sicut altera, sicut subalternans & subalternata: siue ergo hæc scientia speculetur accidentia in propter quid, siue speculetur ex his in scientia quia, semper de accidentibus & substantiis & dignitatibus est scientia vna in communi. Est igitur veritas, quod scientia de dignitatibus & de substantia quæ est primum ens, est vna, sicut diximus: & scientia de omni substantia secundum quod reducitur in substantiam primam, est vna. Substantia autem prima est illa quæ simpliciter est accepta secundum separata substantiæ principia, non concepta cum quantitate & sensibili materia: hæc enim est causa & subiectum substantiæ conceptæ, sicut sapias iam paruit per ante dicta: hoc enim modo nihil prohibet corruptibilem & incorruptibilem esse genus vnum, quod est principium in vno quidem existens per se, in aliis autem per analogiam ad illud: & tunc subiectum hoc conuenit scientiæ propriæ: & cum vna scientia communis dicto modo sit de inductis, non enim est vnus modus sciendi de ipsis, sed quædam diuisione, quædam autem diffinitione, quædam verò demonstratione sciuntur: quia nihil prohibet multos esse modos sciendi in vna scientia eorum quæ diuersimodè sunt in ipsa, sicut subiectum & partes subiecti & passiones.

Amplius autem quod 7. queratur, nunc tractandum, quia ex dictis facile accipit determinationem: & hoc est, vtrum theoria illius scientiæ est solum circa substantias subiectas, aut est circa ea quæ accidunt substantiis? Dico autem exemplificando, sicut si solidum siue diuisione corporis substantia subiecta quædam, ut aliqui dixerunt, esse ponatur, & similiter linea & superficies, tunc queratur, vtrum vnius & eiusdem scientiæ est ea cognoscere & accidentia propria quæ accidunt circa vnumquodque istorum generum subiectorum, de quibus quidam ostendunt accidentia mathematica, aut alterius scientiæ esse cognoscere subiecta, & alterius accidentia. Nam si derur, quod eiusdem scientiæ

Tex. c. 6.  
Vtrum hæc scientiæ sit solum circa substantias?

est vtrumque istorum, cum vna scientia sit eiusdem demonstrationis effectus, non erit sola demonstratio per diffinitionem passionis, sed etiam erit demonstratiua quædam scientia, quæ est substantiæ subiectæ per diffinitionem subiecti, & erit vna demonstratiua scientia de subiecto & passione, quod est contra præinducta. Non enim videtur demonstratio esse de aliquo si ipsam est quid siue substantia. Si verò propter hoc dicatur, quod sunt diuersa, tunc queratur, quæ sit scientia quæ est speculans accidentia quæ sunt circa substantiam, quæ non speculatur aliquo modo substantiam? hoc enim reddere est valde difficile: quia sicut in sequentibus huius scientiæ patebit, principia substantiæ sunt principia accidentium proprietaria, & quorum eadem sunt principia, illorum est vna scientia: & hoc quidem est verum. Et prima pars questionis patet per ea quæ in præcedenti sunt dicta questione.

CAPVT III

De disputatione quinta & sexta questionum.

Tex. c. 8.  
Verum sola substantia sensibilis inueniatur? Et supposito, quod sit aliqua substantia præter sensibilia, vtrum illa sint vnius generis?

Amplius autem quod 5. & 6. queratur, hic determinandum est. Queratur igitur questio quinta, quomodo sensibiles substantiæ solæ dicendæ sint esse sicut Epicureis placuit, aut sint dicendæ præter eas etiam alia substantiæ? Et adiungatur huius questio, quod 6. queratur, secundum quosdam Stoicorum sunt dicendæ alia à sensibilibus substantiæ, vtrum illæ sint vnius generis, aut sint plura genera substantiarum, sicut dixerunt Platonici dicentes species ideales, & ea quæ infra hæc media inter sensibilia & ideas esse dixerunt, inter quæ media mathematicas dicunt esse scientias. Quomodo autem nos dicimus, quod species siue forme causæ sint entium & substantiarum, dictum est à nobis in prioribus sermonibus habitis de eisdem. His autem positionibus multis modis habentibus difficultatem, nullo minus absurdum est dicere aliquas quidem esse naturas præter eas quæ in celo sicut in continentibus & per morum causante continentur. Hoc enim absurdum est omni eo quod aliquis posuit Philosophorum de principiis loquens: sed istas medias inter sensibilia & ideas eadem nomine & ratione sensibilibus præterquam quod ideas & materia sunt sempiterna, sensibilia verò sunt corruptibilia, absurdum est omni absurditate. Nam autopropon; siue per se separatam hominem & equum, & per se separatam sanitatem, & hæc omnia nihil aliud dicunt esse ab homine concepto cum materia, & equo, & sanitate quæ sunt in materia sensibili, simile aliquid facientes his qui deos esse dicunt similes hominibus & animalibus, quos in omnibus præter solam corruptibilitatem nominis & ratione humane speciei dicunt esse: talia enim dicentes nihil aliud positione sua fecerunt, nisi quod dii quidam sempiterni sint homines: sic nec isti qui ideas & media ponunt prædicto modo, nihil aliud aliud faciunt nisi quod res sensibiles sunt intran-

mutabiles & sempiternæ: quia quæ ratione & nomine cum sensibilibus conueniunt, acceptam cum materia sensibili habent rationem, & non ideo sunt sensibilia necessaria. Amplius autem si quis præter ideas & sensibilia ea ponat quæ dicuntur infra siue media, sicut quidam fecerunt Platoniorum, dicentes mathematica media secundum esse in sensibilibus non esse, sed separatam esse habentia, hoc quidem sic dictum multas per se sine idearum positione & sine his quæ talia in sensibilibus dicunt inesse, habebit dubitationes. Statim enim palam est, quia eadem ratione qua corpora sic ponunt separata, similiter erunt separatæ lineæ quæ secundum esse sunt præter ideas linearum & sensibiles lineas: & similiter vnumquodque generum mathematicorum, sicut superficies, & punctum, & vritas, & numerus, & proportionem, & alia huiusmodi. Igitur quoniam astrologia vna est scientiarum mathematicarum, & ipsa circa calum medium, & non circa hoc sensibile calum, quia scientiæ mathematicæ sunt circa mathematica media, ut isti dicunt. Secundum hoc ergo erit, quod calum secundum separatam esse existens ab hoc celo sensibili, & similiter alia, sol, & luna, & stellæ, & circuli, & omnia quæ in celo, alia erunt media separata secundum esse. Et quomodo tantis absurditatibus nos credere oportet? hoc enim calum & cælestia non est rationabile esse immobile: quia ad nihil tunc vile esset: mobile verò esse cum separatam esse, omnino est impossibile: quia nihil mobile nisi quod cum materia, & motus conceptus est secundum rationem. Similiter autem est de his de quibus tractat optica siue perspectivæ. Oportet enim esse radios & lineas visuales medias alias secundum esse à sensibilibus. Et simile sequitur de his de quibus inter mathematicas tractant harmonica siue musica: hoc enim impossibile est esse præter substantialia propter eadem quæ dicta sunt causas: & tamen hoc sequitur secundum positionem istorum. Nam & si ea quæ nomine & ratione sensibilia sunt infra media, tunc palam est, quoniam & sensus medij & separati, & similiter animalia erunt separata materię infra ista sensibilia corruptibilia & æterna idealia.

Tex. c. 9.

Dubitabit autem aliquis & aliter circa istam positionem querens circa quæ istorum quæ ponunt existentium, oportet querere eas scientias propter quas ista separata esse dicuntur. Nam si, ut dicunt isti, nihil solum differt geometria mathematica ab ea quam vocant geodesiam, hoc est, scientiam mensuræ agrorum: quia hæc quidem quam geodesiam dicunt siue mensuram sapiet arearum mensurandi, est quidem mensurandi ratio horum quæ sentimus sicut acrearum, & diuiditur in planimetriam & profundimetriam & altimetriam & cosmimetriam: illa verò quam vocamus geometriam, est non sensibillum quantitarum, quæ media & separata esse dicuntur: palam est, quia eadem ratione propter scientiæ separationem præter medicinabilem sensibillum corporum scientiam, & erit alia scientia medicinabilis separatam, cuius ratio ponatur ut regula circa causas medicinæ sensibillum, sicut ibi ratio geometrica ponitur circa geodesica: & similiter est alia scientia medico-



rum in omni- us alijs. quæ est præter singulas  
aliarum quæ sunt de sensibilibus scientias : &  
quod plus est , quædam erit media inter hanc  
sensibilem medicabilem , & illam quæ est idea-  
rum medicabilem. Sed quomodo potest hoc iu-  
dicari ab aliquo possibile ? Nam si quædam sa-  
lubria siue sana sunt præter sensibilia , tunc  
oportet , quod etiam præter ea sit salubre iudi-  
cans sanitatem & faciens eam , sicut vrina , po-  
tio , & cibus , quod absurdissimum esse nullus  
dubitatur. Similiter autem quidam istorum sunt,  
qui simpliciter inducta negant & alia : ideas  
enim & media propter scientiam quæ incorru-  
pibilem tantum est , ponentes , dicunt nec ve-  
rum esse , quia geometria sensibilem sit mensu-  
rarum & corruptibilem : quia si ita esset , cor-  
rupta esset scientia , lineis corruptis : quod est  
inconueniens , cum scientia sit incorruptibilis  
& incorruptibilem. Adhuc autem dicunt hi,  
quod nec sensibilem mensurarum est scientia  
aliqua : astrologia enim scientia non est circa  
caelum hoc sensibile , neque etiam sensibiles  
lineæ rates siue quales dicit esse geometria :  
quod patet ex hoc , quod cum nihil sensibilem  
sit longitudo sine omni latitudine , nihil om-  
nino est sensibile rectum : & eadem ratione ni-  
hil sensibile est flexum sine curuam , cum tamen  
rectum & curuum lineam diuidant : & idem cir-  
culus sensibilis qui est lineæ flexæ , tangit regu-  
lam quæ est linea recta sensibilis , non secundum  
punctum : cum tamen , sicut in 15. & 16. tertij  
geometriæ nostræ determinatum est , linea con-  
tingens non nisi secundum punctum contingat  
ipsum : huius autem causa est quam diximus ,  
quod scilicet omne sensibilibus acceptum corpus  
est , & corpus secundum superficiem tangit , &  
non secundum punctum. Propter quod etiam  
Pythagoras alia non dicens à sensibilibus , &  
ideo geometras redarguens , ait nec motus siue  
motuum quantitates circles , hoc est , circulos  
caeli similes in aliquo esse his de quibus in astro-  
logia sunt sermones per demonstrationes geo-  
metricas , nec astris puncta dicit habere eandem  
naturam. Cum tamen astrologia non nisi di-  
centis astrorum facit demonstrationes , & illam  
demonstrationem ponat circa astra : dicit enim  
iste abstractentium hoc modo esse mendacium.

Idem Com-  
mentarior  
cómto 2.  
bis.

Ter. c. 9.

Sunt autem aliqui tertiam sectam inter hos  
habentes , qui dicunt esse tria genera entium,  
quæ dicta sunt : tamen ea media quæ inter ideas  
& sensibilia dicta sunt , secundum esse , non esse  
extra sensibilia secundum esse , sed prius secun-  
dum esse dicunt ea esse in sensibilibus , sed pro-  
lixæ & pluris quam præter speculationi ex-  
pediat , est orationis pertransire , ostendendo om-  
nia impossibilia quæ accidunt eis secundum  
suam positionem. Sufficit enim ad falsitatem  
huius positionis ostendendam , talia speculari  
quæ speculari videntur esse falsa statim. Si enim  
hi veram dicunt de modis quæ sensibilibus esse  
dicunt , quia nomine & ratione conueniunt cum  
ipsis , non est congruum , quod media solum sic  
habeant : sed palam est per eandem rationem ,  
quia cum species ideales conuenit per eandem  
rationem in sensibilibus esse , nec extra ea ha-  
bere esse aliquod : quia eiusdem rationis & no-  
minis cum sensibilibus sunt utraque istorum ,  
sicut scatur ex ante habitis. Amplius autem cum

esse mediorem sic esse perpetuorum & esse sen-  
sibilem sic esse corruptibilem , esse illorum  
non est esse istorum , licet vnum fingatur esse  
in alio : secundum hoc ergo duo solida corpora  
duas quantitates secundum esse habentia , ne-  
cessè est esse in eodem loco : & sic duo corpora  
essent vnum corpus , sicut demonstratum in  
4. physico. Et ad hoc sequitur quædam non  
esse mobilia , sicut separata secundum esse exi-  
stentia , cum tamen sint in subiecto & loco in  
his quæ sunt mora sensibilia : quod est incon-  
ueniens : quia talia solida quantitates habentia ,  
mouentibus nobis mouentur si in nobis sint.  
Vniuersaliter autem siue totaliter queramus ,  
causæ causæ aliquis quidem ponit hoc esse in  
sensibilibus : Eadem enim contingunt incon-  
uenientia huic positioni , eis quæ in prima parte  
huius disputationis dicta sunt. Est enim secun-  
dum istos caelum aliquod secundum esse præter  
hoc caelum sensibile , quod tamen non est extra  
illud , sed in eodem loco cum isto : quod im-  
possibile est magis quam si extra ipsum poneretur :  
& sic etiam redarguuntur nostri temporis  
& gentis quidam figmentis gaudentes , qui  
caelum quoddam immobile dicunt penetrare per  
hoc caelum sensibile : & per quatuor naturas  
elementorum , quod loco conferit mobilitatem :  
& alia multa mendacia fingunt de loco. De his  
ergo & huiusmodi questionibus dubitatio est  
multa , quomodo oportuit posiram à Philosophis  
se habere veritatem.

CAPVT IV.

De disputatione tridecima questione : &  
est digressio declarans qualiter eadem  
sunt principia essendi & cognoscendi ,  
& qualiter diffinitio substantiæ data per  
componentia substantiæ particularia &  
data per vniuersalia formalia est vna ea-  
dem & non diuersa.

Consequenter disputabimus id quod  
inquisitum est de principiis , vtrum oportet  
inscipere , quod genera sunt principia & ele-  
mentarum , an magis elementa & principia  
rerum ea sunt particularia ex quibus res ipse  
secundum substantiam componuntur , quæ com-  
positione prima sunt & insunt rebus , sicut ele-  
menta vocis literarum esse videntur , quibus pri-  
mis componuntur voces literarum omnes. Sed  
non videtur elementum vocum literarum ge-  
nus commune quod est vox. Similiter autem  
diagrammarum , hoc est , propositionum ea di-  
cimus esse elementa quorum sicut materialium  
vel essentialium demonstrationes insunt in alio-  
rum demonstrationibus , & ex quibus vt pro-  
batis componuntur aut propositionum communis  
& genus existens ad omnes propositiones vel  
plures. Ita igitur est questio : sed si sequamur  
ea quæ dicunt Epicurei , siue plura corpora po-  
nunt elementa , siue vnum : tunc dicemus par-  
ticularia ex quibus componuntur corpora , esse  
elementa : quia illa dicunt principia rerum esse  
res ex quibus corpora componuntur & constant ,  
sicut

Tex. c. 10.  
Verum ge-  
nera si  
principia  
& elemen-  
ta rerum,  
an ea ex  
quibus v-  
numquod-  
que est factum  
ex par. i-  
bus

sicut Empedocles dicit principia esse ignem &  
aquam & elementa media quæ sunt infra hoc ,  
vt dicit Empedocles quæ sunt terra & aqua ex  
quibus composita sunt entia & insunt eis secun-  
dum essentias suas primas. Sed non dicit esse  
principia rerum quæ sunt vt genera eorum quæ  
sunt. Et similiter si quis vult ad hæc naturalia  
speculari & ad naturam eorum quæ sunt artifi-  
cialia , querens cognoscere naturam eorum :  
sicut si speculetur ad lectum , speculabitur ex  
quibus partibus est , & quomodo sint compo-  
sitæ partes in eo ad formam : & tunc si speculans  
vere cognoscer naturam illorum. Ex his igitur  
& huiusmodi rationibus dicitur , quod genera  
eorum quæ sunt , non sunt principia entium.

In oppositum autem huius obicitur , quod  
si cognoscimus vnumquodque per diffinitiones ,  
sicut in sequentibus ostendetur , & principia  
diffinitionum sunt ipsa genera in quibus pote-  
stas sunt omnes diffinitiones : tunc videtur , quod  
necesse est etiam diffinitionum principia essentia-  
lia esse ipsa genera. Adhuc autem cum vnum-  
quodque ex eisdem sciatur principiis ex quibus  
est secundum substantiam , sicut eorum quæ  
sunt accipienda scientia , oportet quod accipia-  
tur scientia specierum siue formarum secundum  
quas dicuntur esse essentia & secundum quas  
sunt hoc quod sunt. Harum autem formarum  
siue specierum secundum quidditatem prima  
principia sunt genera. Genera autem prima prin-  
cipia sunt entium. Ad hoc idem inducitur , quod  
dicunt quidam Philosophorum qui loquuntur  
de entium elementis : & dicunt elementa en-  
tium esse vnum & ens formalia , aut magnum ,  
aut paruum materialia : & vtuntur eis sicut ge-  
neribus : secundum istos igitur sunt genera prin-  
cipia rerum.

Nota quo-  
modo eade  
sunt prin-  
cipia essen-  
di & cog-  
noscendi  
diuersim-  
do.

In contrarium autem horum est , quod ambo  
illa dicta , quorum primum est Epicureorum ,  
secundum autem Stoicorum , non simul possunt  
esse vera : quia non est possibile ambo ista secun-  
dum intentiones ponentium ea dicere esse prin-  
cipia : & idem hoc est , quia sicut esse substantiæ  
rei diffinita est vnum , ita ratio diffinitiva sub-  
stantiæ est vna secundum intentiones istorum ,  
ea diffinitio quæ est per genera , diuersa erit ab  
ea quæ dicitur ex quibus materialiter est res , cum  
substantialiter insunt eidem sicut componentia  
compositi. Hoc autem vt melius intelligatur ,  
oportet scire , quod sicut paulo ante obiciendo  
ad vitamque partem questionis inuimus , ea-  
dem sunt principia essendi rei & cognoscendi  
eam , si non eodem modo sint accepta : prin-  
cipia enim essendi sunt hæc materia in qua res est  
in proxima potentia , & ex qua , sicut in præ-  
cedenti huius philosophiæ libro diximus , pro-  
cedit res , sicut ex imperfecto ad perfectum : &  
aliud est principium essendi rem , hoc est , actus  
qui est finis generationis eius vel à quo res est  
id quod est : & hæc sunt ambo particularia : &  
ex his realiter diffinitur res , quando dicitur ,  
quod est composita ex tali materia & tali forma :  
sicut si de homine loqueremur , & diceremus ,  
quod homo est id quod componitur ex tali cor-  
pore quod est physicum organicum ad poten-  
tias vitæ hominis , & ex anima quæ est endele-  
chia & principium & causa huius vitæ. Hæc  
autem eadem principia per intellectum accepta

D. Alber. Mag. Metaphy.

sunt vniuersalia & principia cognitionis : qui  
sic corpus huiusmodi physicum & organicum  
ad potentias & opera vitæ , est in quo potentia  
vitæ sunt confusæ & indeterminatæ & imperfe-  
ctæ & inchoatæ tantum : & hæc intentio per in-  
tellectum abstracta & simpliciter accepta est alia  
forma aut quæ est actus & causa vitæ & deter-  
minatio ipsius : & completio est anima ratio-  
nalis : & huius intentio vniuersaliter & simpli-  
citer per intellectum accepta est differentia con-  
stitutiva hominis , quæ est rationale : non modo  
ergo eodem accepta , sed eadem sunt principia  
essendi & cognoscendi : & ratio substantiæ est  
vna & eadem , sed modus diuersus : & hoc est  
secundum Peripateticorum sapientiam. Sed se-  
cundum Epicureorum quia secundum materiam  
diffinitur , & secundum Stoicos qui formas  
ponunt in diffinitione , non est vna. Quia  
Epicurei formam nullam dixerunt esse in mate-  
ria , dicentes generationem esse alterationem :  
& idcirco intentio materiæ non est per analogiam  
ad formam determinata propter hoc in-  
tentio communis abstracta per intellectum ab  
huiusmodi materiæ , non habet rationem gene-  
ris , quia nulla potest in se habere differentias ,  
sicut nulla potentia materiæ quam ponunt , in  
se habet formam. Similiter Stoici formas po-  
nentes , eas ab extrinseco datore esse dixerunt ,  
& idem non educi de materiæ , & per consequens  
eas non esse actus & determinationes. & causas  
& principia completa potestatem materiæ : &  
idem diximus , quod secundum intentiones ip-  
sorum diffinitiones substantiæ quas dederunt ,  
sunt diuersæ , nec reduci possunt ad vnum , cum  
tamen diffinita substantia sit vna & eadem.

CAPVT V.

De hoc quod queritur in 14. questione ,  
& est in eo de generibus & spe-  
ciebus & differentiis.

Ad hæc autem quæ dicta sunt , inducemus  
hoc quod 14. inquisitum est. Si enim se-  
cundum Stoicorum peritiam concedatur , quod  
ea quæ maxima sunt principia , sunt genera ,  
queretur consequenter , vtrum oportet estimare  
prima & altissima esse generum principia , aut  
vltima specialissima quæ immediate predicata  
sunt de indiuiduis. Etenim hoc habet dubita-  
tionem : nam si vniuersalia in eo quod sunt vni-  
uersalia , sunt principia magis quam non vni-  
uersalia , vel minus vniuersalia , palam est tunc ,  
quod suprema inter genera maxime sunt prin-  
cipia : illa autem ambitu suæ vniuersitatis dicun-  
tur de omnibus : & secundum hoc tot erunt  
numero principia entium , quot sunt genera  
prima : & tunc secundum Pythagoricos & om-  
nes Stoicos erunt ens & vnum , quæ commu-  
nissima sunt principia entium & eius quod quid  
est. Ita namque secundum ambitum suæ com-  
munitatis maximæ de omnibus predicatur exi-  
stentibus. Isti enim ens in ratione generis non  
acceperunt , nisi quia de differentiis specie  
predicatur.

Tex. c. 10.  
Verum pri-  
ma genera  
an vltima  
possida sint  
principia

H. I.



In contrarium autem huius est, quod secundum rei veritatem non est possibile, quod vnum & idem genus sit omnium entium, quod sit vnum vel ens: quia non omnia entia in vnam possunt colligi generis communitatem. Necessarium est enim, quod differentia, hoc est, ea in qua per differentias diuiditur, & sub eo per eas constituuntur, sicut & ens & vnum, in sui natura quodlibet & quodlibet eorum sit vna natura generis, quæ de ipso in quid vniocè prædicatur: hoc enim de ratione generis quod prædicatur vniocè in quid de pluribus specie differentibus. Sed impossibile est, quod aut species prædicetur de differentiis propriorum generum essentiali prædicatione, aut quod genus prædicetur de differentiis si pure differentie sine speciebus in quibus sunt per esse accipiantur. Differentia enim, sicut iam paulo ante diximus, est intentio formæ puræ, & genus est intentio materię proprię, & species est intentio compositi formæ puræ neque est materia, neque compositum: & idem natura differentie neque genus, neque est species, neque in prædicatione essentiali subicitur ei genus vel species, nisi differentia secundum esse accipiat per species cuius est actus. Differentia enim secundum sui naturam prædicatur in quale, licet vniocè sit quid: genus autem & species in quid prædicatur secundum naturam. His ergo sic suppositis concluditur vnum & ens impossibile genera esse: quia si vnum aut ens genera essent, nulla differentia diuident vnum, & ens esset secundum sui naturam vnum & ens, quod falsum est: quia vnum & ens indistincta prædicatione prædicantur de omnibus. Si autem non ideo genera, tunc non erunt principia si principia genera esse ponantur.

## CAPVT VI.

## De duabus conclusionibus ad intellectum precedentium introductis.

**Text. c. 11.** **A**mplius autem iuxta illud queritur de medijs, quæ sunt post ens & vnum, & infimis quæ sunt sub communissimis generibus. Omnia quæ infra siue media sunt, quædam sunt genera concepta cum differentiis quæ diuisiue sunt superiorem & constitutiue inferiorum, & hoc est vsque ad specialissima quæ vltimus formaliter per differentias indiuidua sunt: & idem quædam horum videntur genera esse, & quædam genera esse non videntur: propter quod querendum relinquitur, quæ illorum magis sint principia? Adhuc autem amplius queritur, cum duo sint constituenta species indiuiduas, genus scilicet & differentia, vtrum differentie magis sint principia quam genera, vel è conuerso? Si autem hæc quæ differentias vocamus, sint principia, hoc est ac si dicatur infinita esse principia: quia cum positione materię non sunt ad tot quin possunt esse ad plura, & materiale prædicatum sit diuisibile generatione inquieta, quæ generatio causatur à figuris periodi in dechui circulo, quæ secundum rationem finis mouentem potentia sunt infinite forma

differentiales, hoc modo potentia sunt infinita, sicut patet ex multis quæ in libris naturalibus à nobis secundum perfectam rationem determinata sunt: sunt tamen etiam differentie infinitæ nobis: & sic si sunt principia, principia sunt ignorata à nobis: quia infinitum quoad nos non est notum nobis. Aliter autem obicitur ad præcedens problema quæstionis, si aliquis ponat primum & conueniens genus esse principium, sicut in præcedenti videtur relinqui quæstione: tunc enim differentia non erit principium.

Contra hoc autem esse videtur: quia si de ratione principij est, quod est simplex & spirituale siue secundum speciem vnum, vnum autem est magis quod magis est indiuisibile, videbitur magis specialissimum esse principium quam generalissimum vel subalternum: omne enim quod diuisibile aut est diuisibile secundum materię proprietatem quantitatem per quam in partes diuiditur & in multitudinem agit, aut per formam siue speciem, sicut quod diuiditur per oppositionem differentiarum. Quod autem prius participat diuisionem, secundum magis est id quod diuiditur secundum speciem, sicut genera in species diuiduntur per formales differentias: species verò non diuiduntur nisi per materiam, quæ non tota est in ipso quod dicitur: & ideo species dicitur sicut integrum esse potentia & operatione in omnibus indiuiduis: genus autem est potestas, non secundum idem esse in omnibus indiuiduis, neque etiam secundum eandem potestatem, neque secundum eadem operationes, sed potius secundum vnum quodque est altera: & ideo animal non saluat integrum vniuersale quod totum secundum partem materię in qua potentia est, multiplicatur: genus autem diuiditur diuisione vniuersalis, quod multa ambigunt in quibus est secundum formam, & ideo pars est illorum multorum. Species autem integrum totum omnium suorum indiuiduorum, quæ sunt materialis multiplicatio. Ipsius igitur vltimum prædicatum quod est specialissimum, est magis vnum integrum quam generalissimum vel subalternum: homo enim materialiter tantum multiplicatus in homines, non est genus hominum aliorum siue diuersorum: species ergo magis est principium quam genus.

Amplius in quibuslibetque est aliquid secundum naturam prius, & aliquid secundum naturam posterius, ita quod prius non habet nisi esse imperfectum & confusum, quod perficitur & determinatur per posterius, non est possibile prius quod in posterius est, secundum aliud esse in natura præter ea quæ sunt posteriora: quia in talibus esse prioris est esse secundum quid: & ideo talium determinatio sicut in libro 2. de anima diximus, est sicut determinatio numerorum & figurarum: & hoc est sicut si prima inter species numeri est dualitas, non erit aliquis numerus in genere, qui sit præter species numerorum, & in omnibus æquælibus est dualitas: & similiter non erit figura in genere extra species figurarum, & in omnibus consequentibus erit figura prima, trigonum enim est in tetragono. Si horum autem genera non sunt præter species, quæ tamen sunt

à quibus omnium aliorum esse dicuntur principium esse, eò quod mathematica omnium aliorum principia esse dicebant, tunc multo magis syllogica, hoc est, contracta ad species, etiam aliorum erunt: genera mathematicorum genera maxime præter species esse videntur. Sic autem genera se habent ad subalterna & species, & est habitudo hæc prioris imperfecti ad posterius sicut ad actum & complementum, sicut dualitas secundum potentiam est in sequentibus numeris, & trigonum est in sequentibus figuris, & genus in sequentibus speciebus: in indiuiduis verò quorum esse totum integrum est species, non est hoc principium secundum naturam, hoc posterius secundum naturam aliam quæ se habent adinuicem sicut actus ad potentiam, sed omnia sunt cœqua secundum naturam perfecti actus: principium autem perfectissimum est & maxime secundum actum: specialissimum igitur magis est principium quam generalissimum vel subalternum.

Amplius vbiçunque est hoc quidem melius & nobilius, id verò vilius & ignobilius est, semper quod melius & nobilius, est prius & magis principium quam id quod est vilius & ignobilius. Cum igitur nihil horum sit genus: quia secundum potentiam dictam & priuationem & vilius & ignobilius est, species autem secundum actum diuinum & optimum dicta & melius & nobilius est. Cum igitur principium sit melius & diuinus & nobilius, specialissimum erit principium, & non genus aliquod. Ex his igitur & huius rationibus videtur, quod specialissima quæ de indiuiduis solis sunt prædicata: esse principia generum potius quam è contratio.

Iterum autem in contrarium huius obiciendo, quomodo oportet suscipere ista principia, non est facile dicere per rationem. Id enim quod est principium & causa, oportet esse præter res principiatas, quarum est principium, & oportet, quod possibile sit, quod separatur ab eis, & secundum esse principij & essentiam non dependent ab ipsa: tale verò quod sic est, oportet aliquid esse in se præter singularia: quare autem siue qua ratione suscipiat aliquis sic separatum principium esse, nisi quia vniuersaliter & de omnibus non conuersim prædicatur? Sed si propter hoc principium dicatur esse principium, ea quæ magis sunt vniuersalia, magis dicuntur esse principia, quæ de pluribus absque conuersione sunt prædicata: igitur prima principia prima erunt genera. Itæ igitur sunt rationes disputatiue ad quæstiones præinductas ab antiquis ad vtramque partem disputationis inducæ.

## CAPVT VII.

## De disputatione quæstionum 15, 16, &amp; 17.

**Text. c. 11.** **E**t autem continua his quæ dicta sunt dubitatio, & cum præcedente conuenientiam habens, & omnium dubitationum difficillima, & ad considerandum maxime necessaria, de

qua secundum aliquam sui conuenientiam & partem etiam nunc in præcedenti quæstione instituit ratio disputatiua, & ex qua simul determinatur totum quod queritur in quæstionibus 15, 16, & 17. Quæstio autem hæc est, *verale sit materiam & synolon siue simul totum quod est particulare, sicut quidam Stoicorum dixerunt? Nam si sicut illi obicitur dicunt, non est aliquid forma siue vniuersale præter particularia siue singularia, & singularia sunt infinita, sicut in antè habitis ostensum est, & infinitorum non est disciplina, quomodo conueniet accipere scientiam infinitorum? Non enim sciuntur singularia per hoc quod sunt infinita, sed per vnum quod vnum aliquid & idem est secundum substantiam & rationem: & hoc non est principium cognoscendi secundum quod est indiuiduatum in quolibet ipsorum, sed est principium cognoscendi in quantum est vniuersale in anima secundum esse abstractum & separatum ab istis: in quantum enim in quantum sic separatum est, in quantum scimus & cognoscimus omnia per ipsum.*

Sed in contrarium huius est, quod si hoc est necessarium & oportet propter istam rationem aliquid esse vniuersale præter singularia secundum esse separatum ab eis, tunc per eandem rationem erit necesse, quod genera sint præter singularia, siue vltima, siue sint subalterna, siue sint prima generalissima, siue etiam generum principia quæ sunt vnum & ens. Quod autem hoc sit impossibile, nunc in quæstione immediate præcedente, dubitatur. na & disputatiua ratione probatissimum.

Amplius si præter hoc maxime ponitur forma & vniuersale esse aliquid præter synolon, hoc est, quod est simul totum, & hoc est particulare simul habens formam cum materia, quando conceditur aliquid esse primum de materia sine multitudine materiali, queramus, verum prædicatum illud est species aliqua? Si enim est species aliqua prædicata de multis, cum id quod est in particulari vno, non prædicatur de alio, sed potius negetur de ipso, oportet quod illa species sit aliquid aut præter omnia, aut præter quædam sit, & præter quædam non sit, aut præter nihil omnino sit eorum de quibus prædicatur. Non est rationabile, quod præter quædam sit: quia non est ratio quare sit præter quædam, & quædam non. Si autem detur, quod nihil est præter aliquod singularium, sed est in omnibus illis, cum omne singulare sit tantum cum sentitur, sequitur quod nihil erit omnino intellectuale, sed omnia erunt sensibilia: & non erit scientia alicuius comprehensionis, nisi aliquis dicat sensum & comprehensionem sensus qua singularia comprehendit, esse scientiam, sicut dixit Heraclitus.

Amplius autem si hoc detur, quod vniuersale nihil sit præter singularia, non est aliquid sempiternum & immobile: omnia enim sensibilia qualitatibus sensuum affecta & determinata corrumpuntur & sunt in motu, & de talibus, vt Heraclito visum est, non est scientia. Si autem cum Heraclito concedatur, quod nihil est sempiternum, & ea quæ inducta sunt non esse inconuenientia, tunc sequitur, quod impossibile







quod principiorum hæc quidem erunt incorruptibilia, sicut cælum, illa verò corruptibilia, sicut ea quæ habent corporalem substantiam motam: & propter quam causam talis in principiatu erit variatio eidem & eodem modo existentibus utriusque principii.

*Solutio.  
Hæc definitio  
vnum.*

Igitur de ista questione querentes rationem reddere Hesiodista & omnes qui primi temporis Philosophi theologizantes, hoc est, principia diuina ponentes erant, curauerunt persuadere ex talibus quæ solum ad eos ipsi sufficientia erant. Nos enim Philosophos per syllogismum omnia inuestigantes sperauerunt tanquam ex his certificari quæ omni ratione certiora essent: & hæc fuerunt oracula reuelationum & responsa deorum, quæ omni dicebant esse certiora syllogismo: & idè quicquid à Philosophis syllogismo in contrarium obici poterat, fallibile contempserunt & incertum. Deos enim isti facientes sua positione principia prima, & vnum quidem deorum esse dicentes, qui opifex paterque est omnium. 12. alios deos incorporeos esse posuerunt. Ex his autem deis vel diis omnia esse facta dixerunt: & vnum quoddam his omnibus esse inditum tam cælestibus quam terrenis: & idè duo genera deorum esse dixerunt, & tertium compositum ex utroque: & quidam quatuor addiderunt de hecistis loquentes. Primum autem genus esse dixerunt cælestium, secundum terrestrium, & tertium hominum genus cælestium deorum habentium in veritate cognitione, pietatis cultura, & iustitiæ amore. Quartum autem infernalium deorum quidam coniunxerunt. Cum ergo omnis ista diuersitas à primis & incorruptibilibus qui dii sunt, procedat, questionem inductam soluebant, quod quædam facta sunt incorruptibilia, quæ nectar & manna degustant, quæ quicquid est hic siue admiratio interpretatur, & à poetis ambrosia deorum dicitur, sicut cælestia: quædam autem facta sunt corruptibilia, quæ nectar & manna non degustant.

*Impugnatio.*

Palam autem est, quod ista nomina symbolicè sumpta dicunt sibi secundum suam facultatem nota, in qua non est peccatum vti metaphoris: eò quod diuina non benè nisi metaphoris vestita intelliguntur: & idè præter nos Philosophos inter quos peccatum in problematibus est metaphoris vti, dixerunt esse quod de prolatione harum diuinarum causarum enuntiauerunt. Si enim propriè secundum quod sonant hi accipiantur sermones, obiciemus eis dicentes: quia gratia voluptatis & non naturalis necessitatis tangunt ea quæ nectar & manna siue ambrosia deorum dicuntur, nectar & manna non sunt causa existendi: si verò tangunt ea gustu causa existendi, & naturalis necessitatis, ut restaretur deperditum in corpore per cibum, tunc mirabile videbitur si sempiterni erunt hi qui propter restaurationem deperditi cibo indigent.

Sed isti fabulosè philosophantur, nectar dicentes subtile refulgentium à palude siue mari Meotide. Manna autem dulce diuinum signant in fabula motorem primum esse in centro mediæ immobilitatis spheræ totius: refulgentium autem primas ex isto & ascendens esse fragile & volatile materiam superiorum, quod tantum est in

potentia ad motum. Dulce autem formam siue luci similem: & hoc gustari continuè dicebant dum per motum cælestia continuè primo motori se assimilaret, & bonitates eius participare satagunt: & idè cibari ex his cælestia potæ dicunt deprimi, dum hoc per motum generabilibus infundunt, & ieiunia his dicunt leuari de cursu dingi vt bonitates diuinas percipiant. Quæ autem hic non nisi quadam remota reuelatione percipiunt, dicunt fieri corruptibilia participantia materiam secundum potentiam ad formam priuationi subiectam. In omnibus autem numinis aliquid remanere, quod facit ipsa ad aliquam deorum similitudinem restitui. Hæc autem in poetis determinata sunt. Sed in ista philosophia non est dignum cum studio intendere de his quæ fabulosè sunt sophizata.

De his autem qui positionem suam per demonstrationem siue qualemcumque probationis dicunt rationem, oportet cum studio contradicendi vel consentiendi audire, cum interrogando proponunt de prædicta questione, quare scilicet ex eisdem & huiusmodi principii existentia principia quædam secundum naturam sempiterna sunt de numero existentium principiorum, quædam verò secundum naturam corrumpuntur? Sed quoniam antiqui nec causam huius veram dicunt, nec rationabile est sic se habere vt dicunt, palam est dicendum hoc à nobis, quia nec eadem sunt causæ corruptibilium & incorruptibilium sunt illæ causæ quas illi dicunt. Quod ex hoc constat: quia causa huius quam aliquis antiquorum maxime existimat per rationem differentie confesse rei quæ sita secundum consonantiam eius quod queritur, est sententia Empedoclis: & hoc idem inconueniens passus est, quod alij: hic enim principia omnia materialia quatuor elementa, & formalia amorem & odium ponens incorruptibilia, dicit ex his eisdem incorruptibilibus principii quædam fieri corruptibilia & quædam incorruptibilia: ponit enim principium quoddam & causam corruptionis esse odium, in quibus est & in quibus odium non est, hæc esse incorrupta mouentia. Videbitur autem aliter secundum dicta Empedoclis etiam hæc omnia generare odium præter vnum solum. Nam omnia secundum Empedoclem ex odio sunt præter Deum quem cælum & cælestia vocat. Dicit ergo iste Empedocles principia ex quibus omnia sunt præsentia, & quæcumque futura erunt, & ex quibus artes pullulauerunt secundum partem animæ, & ex quibus viri secundum perfectionem sexus, & feminæ secundum sexus occasionem & imperfectionem, & bestie gressibiles, & vultures volatiles, & aqua natantes nutriti pisces, & etiam præter hæc diuinitates longæui & immortales. Et præter quæ dicta sunt, dicit, quia si non esset odium in rebus, amore vniente essent vnum omnia. Nam quando ista conueniunt in vnum, tunc illud constitutum est & expedito nouit odium, quod vltimò facit dissolutionem in omnibus cum quibus est per naturam.

Propter quod etiam accidit ex syllogismo Empedoclis secundum suam positionem felicissimum Deum, qui infelicitati corruptionis non subiacet, quem cælum vocat, minus prudentem

*Solutio.  
Empedocli.  
Impugnatio.*

tem esse omnibus aliis: eo quod non omnia elementa & principia secundum eum cognoscit. Nam odium in se non habet: notitia vero secundum Empedoclem perficitur simili simili, sicut in primo de anima diximus: terram namque per terram cognoscimus, & per aquam aquam, & per affectum suum amorem cognoscimus affectum suum amorem, & odium odium per difficile & abominabile cunctis odium. Sed quia nos de Empedoclis positione multa in praecedentibus & in libris physicis diximus, redeamus ad quaestionem, unde incepit disputationis ratio. Hoc tamen palam est ex dictis Empedoclis, quod odium non magis sit causa corruptionis quam existendi siue generationis. Similiter autem nec amor secundum dicta eius non est magis causa existendi, quam non existendi: amor enim colligens quaedam in unum, quibus est causa existendi, corrumpit alia quibus collecta separantur. Similiter autem odium separans quaedam coniungit ad alia.

Simul autem cum his quae dicta sunt reprehensibilis est Empedocles, quod transmutationis quae in entibus, nullam dicit causam sufficientem, praecipue quare haec transmutantur ad hanc formam & illa ad aliam. Non enim dicit nisi quod sic aptum natum est ex natura, quod amantia se & habentia symbolum & germanitatem, conueniunt, & diuisa ab his separantur. Sed quando magnum odium ex multa elementorum componentium contrarietate in membris eius quod compositum est, nutritum est, & amicitiae colla dissoluta sunt, ad honorem intendebat ut separatum esset & vinceret perfectio tempore periodi: hic enim honor quo gloriatur odium dissoluendo colla amicitiae, dissoluit sacramentum a diis caelestibus perfectum omnis eius quod est mutabile. Est autem mutabile omne id in cuius compositione miscetur odium colligatum amicitiae. Hoc igitur dicit Empedocles quasi necessarium sit ex istis causis transmutari omne quod transmutatur. Causam vero conuenientem quare sic vel sic mutetur, nullam ostendit.

Attamen tantum solum dicit quod etiam confessum est ab aliis. Non enim dicit, quod existentium principiorum quaedam sunt corruptibilia, & quaedam incorruptibilia, sed omnia dicit corruptibilia praeter elementa. Dicta vero superius disputatio, quam hic disputamus, querit cur haec existentium sint corruptibilia, illa vero non, si ex eisdem sint principijs, & ideo pro illa parte non soluit: quia cum dicit causam quare quaedam non corrumpantur, dicit ideo esse: quia non habent odium principiorum: & sic dicit non ex eisdem principijs esse corruptibilia & incorruptibilia: & hoc in ista parte quaestionis non quaerebatur. Tot igitur & talia dicta a nobis ad probandum, quod sunt eadem principia corruptibilem & incorruptibilem.

Si vero dicit quis diuisa esse corruptibilem & incorruptibilem, vna quidem erit prima dubitatio, verum principia ipsa corruptibilem sine corruptibilia & incorruptibilem incorruptibilia, sicut 2. querit questio. Nam si dicantur illa principia esse corruptibilia, tunc manifestum est, quia necessarium est, quod ipse principia ex aliquibus aliis inter se sint prin-

cipijs. Omnia enim quae physicè corrumpuntur, resoluuntur in ea ex quibus sunt principia principiorum priora ipsis: hoc autem est impossibile, siue status sit in principijs in ante sumendo, siue non, siue in infinitum principijs sicut alia principia priora. De principijs enim principiorum eadem est questio quae de istis: & sic abitur in infinitum. Si autem status, sic non potest esse nisi in incorruptibilibus principijs: & tunc non soluitur questio, sed manet. Amplius aliud inconueniens est: quia corruptibilia principia possunt non esse & auferri per corruptionem: & tunc quaeramus, quomodo erunt in natura principia corruptibilia ablati principijs: ablati enim principio non potest causari principiatum.

Si vero propter ea quae dicta sunt, iterum quis eligeret aliam partem istius quaestionis dicens, quod principia corruptibilem sunt incorruptibilia: tunc quaeritur, cur ex quibusdam principijs incorruptibilibus existentibus sunt corruptibilia, & diuisa autem ab his quae cum his similibus incorruptibilia sunt, & incorruptibilia causata: similitudo enim causam similes videntur debere esse effectus: unde sic contrarios a similibus principijs fieri effectus non congruum: sed aut impossibile est si essentialis & immediati sunt effectus, aut multa indiget ratione, si effectus non sunt aequaliter immediati & essentialis. Amplius autem in hoc ostenditur ista opinio esse vitiosa: quia nullus vnquam Philosophorum ratione videntium conatus est dicere praeter studium diuisa esse principia corruptibilem & incorruptibilem, sed concorditer omnes per studium loquentes eadem dicunt vtrorumque esse principia: verum omnes Philosophi concordant & quasi iustificando & diuidendo per distinctiones inquirunt qualiter eisdem existentibus principijs quaedam principiorum sunt corruptibilia, & quaedam incorruptibilia, alteram partem huius quaestionis accipientes ut parum aliquid. Et in hoc ostenditur vitiosissima esse omnium haeresis Manichaei, qui istam quaestionem soluens, duo dixit esse principia, vnum incorruptionis, alterum corruptionis.

*Vitiosissima omnium haeresis Manichaei.*

Non ignoro autem Auicbron in libro fontis vitae istam videri soluere quaestionem, dicentem ea quae principia sunt & elementa, sicut forma & materia prima, quidem esse omnium eadem, proxima autem non esse eadem. Et primam quidem materiam vocat in qua prima inueniuntur materialis principij proprietates, quae sunt sustinere, recipere, subsistere, fundamentum esse, siue fundare, indiuiduare, participare, & huiusmodi: & hanc dicit eandem esse tam corporalem quam spirituales & tam corruptibilem quam incorruptibilem. Proximam autem esse determinatam forma substantiali secundum gradus ipsas quae sunt esse, vivere, sentire, & intelligere, & determinatam cum forma substantiali aptitudine per tres diametros horrogonaliter se secantes: & hanc secundum suos gradus esse materiam corporum omnium, & determinatam tertio loco per qualitates primas actiues & passiuas, & hanc secundum duos gradus esse physicorum transmutabilem materiam. Quod autem istam materiam facit diuisitatem, non dicit.



dicit, nec intendit dicere de principio & elemento quod est forma: hoc enim lumen est intelligentiæ, sicut sæpius diximus: & gradus accipimus secundum lumen intelligentiæ purum, & secundum lumen intelligentiæ virtuti corporis, quod eius instrumentum est, permixtum: & tunc secundum gradus illius diversificatur: quoniam si virtus corporis non determinatur qualitate, efficitur forma physicè transmutabilis: & sic vnam primam formam ponit in omnibus: & ferè tendit hoc ad positionem Platonis: multa enim dicta Parmenidis & Zenophanis & aliorum de quibus in primo libro mentionem fecimus, omnia dicta sunt ad huius questionem solutionem.

Opinio autem Aristotelis est, quod principium mouens idem sit: & cum motus sit actus mouentis primi & instrumentum, & motor moueat ad formam quam habet in seipso, quod forma quæ est in materia potenciali sit vna, sicut vna sanitas ex anima medici per instrumenta medicinæ in animal traductæ, & sicut forma formatiue virtutis quæ ipsa est per virtutem spirituum in distincta membra traducta. Sic enim motus primi motoris stat ad id quod mouetur & non mouet, & est dux virtus eius omnibus ad formam mouentibus. Materia autem secundum Aristot. secundum esse accepta, sicut proprie sumitur in physicis, non est vnius generis, sed accepta sicut substantia fundans vna est. Similiter autem est de fine qui vltimus quidem vnus est: vniuscuiusque autem est diuersus. Causa autem corruptionis in omnibus est longè à principio primo distare, & causa incorruptionis est propinquè esse iuxta principium, & causa motus est participare vellè esse diuinum. De omnibus autem his in physicis quidem multa diximus, præcipuè in 8. phyl. & in secundo celi & mundi, & ubi de natura loci disputauimus: iterum autem de his cum studio in 11. huius sapientiæ libro intendemus.

## CAPVT XI.

## De dissolutione questionis vigesima secundæ.

Tex. c. 16.  
Vnde vnum  
& ens sine  
sua substantia  
recurrat?

Omnia autem ad considerandum difficultissima, & ad considerandam & videndam veritatem maxime necessarium est, vtrum vnum & ens sit substantia entium? Et quia difficile est valde videre, quid antiqui in illa senserunt questione, reperimus eam de verbo ad verbum secundum quod superius posita est. 2. 2. enim est questio, & queritur in ea, vtrum vnum quod est principium numeri, & ens quod est principium omnium & ad aliquid ante se non resoluitur, sint omnino idem & non diuersum aliquid, sed tamen sint separata & prima substantia entium, an non sit ista prima substantia entium, sed potius aliquod subiectum & determinatum sub vno & ente sit principium rerum, siue illud sit mouens, vt amorem vnitatem & principium entium ponit Empedocles, siue sit aliud materiale principium, sicut ignem vel aquam vel aliquid tale, vt ponentur diuersi Philo-opho-

rum esse substantiam & non vnum & ens. Queramus igitur secundum hunc intellectum questionis, vtrum vnum primum separatum quod secundum antiquos est principium numeri, & est ipsa vnitas prima, qua qualibet res est vna, & ens quod est entitas primo, sit separata existentia substantiæ omnium entium, eo modo quo de eis in opinione Pythagoræ & Platonis in libro primo expositum est, ita quod vtrumque eorum ita est substantia rerum, quod per ea nihil aliud est entium aliquid, nec ipsa adinuicem sunt alia, ita quod hoc quidem sit ens, illud verò vnum, sed ipsa rei vnitas sit ipsa rei entitas, & substantia sui quidditas ipsius: aut oportet querere quid in entibus determinatis est ipsum ens, quod est principium entis, vel quid est & quæ est substantia in ipsum primum ens quod est principium, quasi sit quedam alia natura subiecta huic communi intentioni quæ est ens & vnum.

Hi namque Philo-ophorum qui mathematica principia ponunt, dicunt primo modo. Illi verò de numero Philo-ophorum sicut naturalia principia ponentes, secundo modo naturam entis & vnus habere se putant. Plato namque & Pythagorici putant eas & vnum quæ primæ sunt intentiones, esse non aliud aliquid abinuicem: & hoc idem quod est vnum & ens, esse naturam entium substantialem, quasi substantia entium sit id quod est vnum aliquod esse & ens: eò quod viderunt, quod in quolibet ab eò est rei entitas & rei vnitas, idemque est entitas vnitas & substantia qua res est id quod est: & dixerunt ista esse prima ab omnibus particularibus maxime separata, & incorruptibilia, & ideo esse principia prima. Alij verò de natura loquentes, & vt Empedocles, quasi ad notius secundum sensum reducunt principia, dicunt, quia aliquod vnum determinatum in natura ens est principium. Videbitur autem alicui effectum amoris, sicut Empedoclis vel dicta consideranti hoc principium quod est vnitatis & entitatis causa, amorem esse conciliarium eorum quæ in generatione vnus vniuntur, & sic amorem esse vnum, & ens entium sic per causam dicta: hic enim amor, sicut diximus, est causa quare omnibus in se vnum. Alij verò dicunt hoc ignem esse, alij aërem dicunt esse vnum hoc & ens, ex quo facta sunt entia, & esse entium. Similiter autem aliquid subiectum communi intentioni entis dicunt, & illi qui plura ponunt elementa esse principia entium. Necesse est etiam iis tot dicere ens & vnum, quot dicunt esse essentialia principia entium. Omnes enim isti coguntur ab ista ratione quæ super duas fundatur propositiones, quarum vna est, quod principium substantiale rei eius est entitas qua est id quod est. Alia est, quod idem omnino est rei vnus quæ est eius entitas. Ista igitur est diuersitas opinionum de hac questione.

Obiciamus igitur primo contra eos qui dicunt vnum & ens communia non esse rerum substantiam, sed aliquid subiectum eius, sicut dicunt Philo-ophi. Dicimus ergo, quod si qui non ponunt vnum & ens, quæ sunt primi intellectus, esse substantiam & quidditatem primam quæ est rerum substantia & principium, illis ex syllogismo accidit nec aliorum aliquod esse

esse separatum & rerum substantiam : vnum enim & ens sunt prima & magis omnibus vniuersalia : & ideo si principium quod est substantia entium, est quod est primum & in pluribus inuenitur, ens & vnum substantia sunt, vel nullum aliorum est substantia : quia secunda habent à primis & quod sunt principia sunt. Si vero non est aliquid quod sit in se separatum & principium vnum & ens, vix aliorum aliquid erit prater ea quae dicta sunt singularia : & sic nec diffinitiones erunt, nec demonstrationes, quod valde impossibile est. Amplius cum vnum sit principium numeri, & numerus sit multitudo ex vnitatibus aggregata, & vnum sit conuersum cum ente, si ponatur substantia vnius quod est principium non existere per se & esse principium, tunc palam est, quod nec numerus erit quasi natura aliqua separata ab existentibus. Numerus enim est vnitatis, sicut diximus. Vnitatis autem est principium vnum : & ideo est quod est aliquid separatum : quia de ratione principij est, quod sit separatum per se existens, quod est contra omnes Pythagoricos & Platonicos, qui ponebant numerum esse rerum & primum vnum separatum esse numerum principium, sicut satis in primo libro est expeditum. Si enim aliquis dicat, quod vnum & ens non sunt substantia separata, quae sunt rerum principia, hoc stare non potest : quia si aliquid est vnum & ens idem, quia conuertuntur, tunc necesse est, quod prima eorum principia sint vnum & ens : quia nihil aliud ab ipsis praedicatur de eis vniuersaliter non conuersum, sed ea ipsa sunt prima praedicata per se & de omnibus aliis. Cum igitur quid est res & substantia rei est quod substantialiter non conuersum de re praedicatur, & est à re separatum, eo quod non conuertitur cum ipsa, oportet quod substantia primae sint ens & vnum & sint principia & substantia rerum omnium.

Sed in contrarium huius obiciendo videtur, quod si ipsum ens & ipsum vnum secundum se acceptum dicitur esse quid & substantia separata & quidditas omnium aliorum, multa erit dubitatio, per quem modum esse possit diuersum aliquid prater ea. Dico autem hoc exponendo, quod dubitatio magna erit, quomodo vno erunt plura entia : quia cum differentia sit causa pluralitatis & numeri, & nihil differentiae & distinctionis in entibus ponant primum ens & primum vnum, eo quod omnia conueniunt in eo quod ens & vnum sunt : & quod est principium conuenientiae, non est principium differentiae. Si ergo dicatur, quod tota substantia & quidditas omnium entium sunt primum ens & vnum, non erit possibile dicere, unde veniat entium diuersitas & pluralitas : quia quod diuersum est ab ente, non est omnino : igitur, sicut in primo libro diximus, necesse est accidere secundum Parmenidis rationem, quia omnia entia sunt vnum & idem primum ens. Vtrumque ergo dictorum in ista quaestione est valde difficile, siue namque dicamus, quod vnum primum ens sit idem rebus & substantia earum, sequitur impossibile esse, quod numerus sit rerum substantia siue substantiale principium entium. Si autem dicamus primo modo, quod vnum & ens non sunt substantia & prin-

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

cipium prius animae, sicut paulo ante diximus, quare, sequitur impossibile esse, quod numerus sit quidditas & substantia entium : quia diximus quod numerus est vnitatis : & ideo si prima vnitatis entium substantia non est, numerus, substantia entium non erit. Quod si dixerimus aliam partem, quod vnum & ens est tota substantia entium, eadem dubitatio est de ente quae prius dicta est, unde scilicet veniat pluralitas rerum : Id enim vnum quod alietatem & diuersitatem habet ab vno quod est principium & primum vnum, hoc est, secundum vnum quod aggregatur primo vno, necessario erit ex aliquo quod sit prater ens primum : & si tunc primum ens est tota rei substantia, tunc illud secundum nihil esse necesse est, ex quo in numero substantiali quod diuersitatem facit, abundat ab ente primo. Sed hoc dato, iterum non erit numerus : & sic iterum numerus non potest esse substantia rerum. Omnia enim entia aut sunt tantum vnum, aut multa quorum quodlibet est primum tantum vnum, & sic vnitatis vnius : & hoc non facit numerum : quia vna vnitatis non est numerus, sed multa & diuersa. Et ille est intellectus huius disputationis : & ideo Anaxagoras errat non tangens verum intellectum. Amplius Zeno omnibus his contradicens dicebat vnum non esse aliquid ens. Si enim vnum est indivisibile sicut verum, tunc secundum hoc quod dignius in opinando iudicauit Zeno, vnum nihil erit omnino : quia quod nec additum facit maius, nec ablatum facit minus, existens omnino nihil esse dixit, pro ratione accipiens, quod tale tali additum facit magis tale : & si vnitatis & punctus essent entia, addita entibus facerent maius, & ablata facerent minus : hoc autem dixit Zeno quasi palam sit, quod entis veri sit mensura, & quod non est dimensum non sit ens : quod autem dimensum est, corporale est aliquid. Corpus enim solum secundum Zenonem est verum ens. Alia vero diuersa aliquo modo dimensa faciunt maius, & quodammodo addita nihil faciunt maius, & quoad hoc sunt non entia. Linea addita longitudinem auget, & diminuit ablata, sed non latitudinem & profunditatem. Superficies autem addita auget longitudinem & latitudinem, & ablata easdem dimensiones diminuit, sed non profunditatem. Et ideo quodammodo sunt, & quodammodo non sunt. Corpus autem est simplex, punctum vero & vnitatis secundum dictam rationem nullatenus sunt.

Sed quoniam iste Philosophus Zeno sic ponderose per graues rationes specularum, & secundum eam indivisibile vnum non conuenit esse, quod falsum est & rei veritati repugnans, ideo licet non ad propositam quaestionem pertinet, tamen ut perfectior sit doctrina, habeatur responsio suae orationis. Dicamus igitur, quod indivisibile additum alicui, maius non facit : sed additum aliis, facit plus secundum discretam quantitatem : quoniam additur vel indivisibili vel diuisibili tale indivisibile : quia antea additum plus facit, & subtractum paucius vero nihil, sed aliquid.

Sed querendum est, quomodo ex tali vno indivisibili à pluribus erit mensura siue dimensio quantitatis continua, sicut quidam dixerunt.



vult? hoc enim simile est ei quod est lineam ex punctis componi dicere: quia iam in multis locis librorum naturalium testatur est.

Adhuc autem si quis suscipiat opinionem aliter dicentium, quod scilicet ut quidam dicunt, fiet quantitas in genere tam discreta quam continua ex duobus, quorum vnum est ipsum vnum indivisibile, & aliud sit non vnum, & ex his duobus dicat, quod fiat numerus, nihil minus quam prius querendum est, quare & quomodo ex vno & non vno quandoque fiat numerus qui est discreta quantitas, & quandoque mensura quæ est quantitas continua, id quod factum est ex vno & non vno, si illud non vnum quod additum vni est principium factorum est æqualitas quadam, & vna natura semper, sicut principium primum semper conuenit vnã naturam esse: nec enim palam, quod mensuræ continuæ fiant ex vno & eodem ex quo sunt numeri: nec etiam palam est, quomodo continua fiant ex numero: quia ex principiis essentialibus eodem modo se habentibus palam non est quomodo diuersorum generum sunt facta: ergo quantitas continua non est ex vno vnico, nec ex pluribus vnis, nec ex vno & non vno: & sic nullo modo vnum quod est indivisibile & principium numeri, est principium entium omnium. Omnis autem illa antiquorum omnium contradictio causatur ex hoc, quod non distinxerunt multitudinem vnus & entis: quoniam in veritate communissima ens & vnum non sunt subiecto entium sicut vniocè prædicata de entibus, sed analogæ sunt primo quidem dicta de substantia, & de aliis prout sunt substantiæ, sicut in sequentibus huius scientiæ declarabitur.

## CAPVT XII.

## De disputatione. 26. questionis.

Tex. c. 17.  
Verum nu-  
merum &  
magnitudi-  
nem sub-  
stantiæ p-  
rimo?

Consequens autem dubitatio post ea quæ dicta sunt, est quæ 26. loco proposita fuit, utrum scilicet numeri & superficies & corpora & puncta substantiæ aliquæ sunt, an non? Nam si ita substantiæ non sunt, & principia sensibilium, ut quidam dicunt, diffugi à nobis aliquid esse ipsum ens sensibile: quia non videmus ex quibus componatur nisi componatur ex dimensionibus: & si ista non sint substantia- lia principia, diffugit rationem nostram quænam entium sunt substantiæ siue substantia- lia principia corporum physicorum: omnis enim quantitas corporum constituitur ex tribus dimensionibus: nec est corpus aliquod nec rationem corporis habet, quod non est dimen- sum: & ideo corpus physicum secundum hanc rationem est, quod cum quantitate trium di- mensionum motui & mutationi subiectum est: & cum nihil mobile sit nisi quantum tri- bus dimensionibus terminatur, & non conuer- titur, quia non omne tribus dimensionibus terminatum est mobile secundum sepius iam inductam rationem, erit corpus dimensum tri- bus dimensionibus prædicatum substantiale & prin- cipium substantiale physici corporis: & sic prin-

cipia corporis erunt principia corporis physici. quia quod est principium principij, est etiam principium principij. Si ergo illa dicantur non esse principia, videtur effugere rationem nostram quæ sunt principia: passiones enim siue passibiles qualitates & ea quæ sunt ad aliquid siue relationes & dispositiones siue habi- tus & rationes, & omnis alia multitudo acci- dentium, nullius penitus videntur significare substantiam, sed potius sicut consequentia esse substantiæ indiuiduæ referuntur ad subiectum quod est hoc aliquid sicut ad causam, sicut in sequentibus ostendemus: omnia enim ista & sunt in subiecto & denominatione dicuntur de aliquo ut de subiecto. Subiectum autem est in se completum, quod est causa existendi in eo, & nihil eorum hoc aliquid: ea verò quæ maxi- mè sunt prima secundum naturam, subie- ctum significare videntur, ut sunt aqua, ignis, & cætera elementa ex quibus constant compo- sita siue commixta corpora: horum autem cor- porum calores & frigiditates & similes passio- nes, sicut humiditates & siccitates, licet sint potentia naturales, tamen non sunt substantia, sed corpus ista suscipiens & patiens solum re- manet ut ens aliquid per se: & sicut substantia alia per se existens: corpus autem componitur ex dimensionibus linearum & superficialium. Et ideo Plato tradidit, quod quinque primis cor- poribus attribuantur quinque corpora secun- daria, ita quod corpus quatuor basium quod continet triangulos æquales & similes, attri- buitur igni: & habens sex bases quadratas & similes æquales, comparatur terræ: & quod habet 8. bases triangulares æquales & similes, comparatur aëri: id autem quod est 20. basium triangularium æqualium & similibus, compa- ratur aquæ: habens autem 22. bases pentago- nales & æquales & similes, comparatur cælo. Sed secundum dicta corpus est minus substan- tia quam superficies, & superficies est minus substantia quam linea, & linea minus est sub- stantia quam vnitas & punctum, sicut prin- cipiarum & constitutum minus est substantia quam principium constituens: his enim diffi- nitur & determinatur corpus: & hæc quidem contingere videntur esse sine corpore: corpus verò esse sine his impossibile est: quia si cor- pus est, superficies est & linea, & non conuer- titur: & talia omnia separata sunt per naturam, sunt prædicata essentialia ratio essendi & co- gnoscendi, sicut sæpè dictum est in huius libri ante habitis. Propter quod multi quidem de prioribus Philosophis, qui Epicureorum sectam tenebant, putant quod id quod verè ens est, cor- pus est & substantia. Alia verò omnia quæcun- que formæ putabant esse passiones, & ideo cor- porum principia verè entium principia esse opi- nati sunt. Postiores verò qui Stoicorum se- ctam inchoauerunt, & sapientiores fuerunt quam priores, principia entium opinati sunt numeros esse, & hos esse ante principia corpo- ris. Quomodo autem dicebamus, si ea quæ dicta sunt, non sunt substantia & prin- cipia verè entis, omnino nulla sunt substantia ut vera & principia physicorum corporum, quæ sola verè sunt: & omnino, ut videtur, nullum erit verè ens, si corpus dimensum non sit verè ens.

ens: quia sicut diximus, horum accidentia non est dignum vocari vere entia esse.

Sed in contrarium obiciendo si hæc quæ inducta sunt, confiteretur aliquis, quod scilicet corporum longitudines & puncta sunt magis substantia & principia, tunc non videmus secundum rectam rationem considerando quantum corporum sunt substantia & principia. Nam si ista impossibile est esse principia & substantiam in sensibilibus, cum illa sola sint corpora physica principata, tunc nulla erunt substantia & principium puncta & lineæ & superficies. Quod autem impossibile sit esse ista principia & substantiam in sensibilibus, relinquatur ex dudum determinatis à nobis in physicis. Corpus enim physicum secundum naturam est ante corpus mathematicum: quia corpus physicum est substantia ex materia & forma apud vndeque interfecantibus se ad rectos angulos tribus diametris determinati, & hoc est ante corpus tribus diametris mensuratum & ante ipsas dimensiones quæ sunt corpus mathematicum. Relinquatur ergo, quod impossibile est quod istæ dimensiones sint principia & substantia sensibilibus corporum. Amplius autem ea quæ dicta sunt omnia videntur esse dimensiones corporis iam secundum substantiam subsistentis, superficies quidem mensurans ad latitudines, corpus verò sive corpora dimensio mensurans ad profunditatem, linea verò mensurans ad longitudinem. Sunt igitur omnia ista secundum naturam consequentia corpus iam constitutum ex principis substantialibus, non sunt principia substantialia ipsius. Ad hæc autem quæ inducta sunt, est quoddam si dimensiones sunt in quolibet corpore, simpliciter est figura in quocunque solido corpore naturali. Igitur si in lapide figura Mercurij non est principium substantiale, nec in cubo figura cubi sicut principium determinatum & substantia, tunc nec firmi sive corporis dimensio, nec superficies erunt principia ad esse determinantia corpus sensibile: quia figura nihil est aliud quam quantitas linea vel lineis determinata: & ideo si dimensiones debeant dici substantialia principia, ideo quod corpus secundum quod est non est sine eis, tunc etiam figura erit substantiale principium: quia nullum corpus est sine figura. Nam si quæcumque dimensio substantiale principium est, tunc figura est consubstantiale principium. Quamvis enim ipsa figura sit determinans medietatem corporis, & sic diuidatur diuiso corpore sicut dimensio, & nec separetur à corpore nec à medietate, quia corpore resolutio in partes dimensionis, resoluatur figura in partes figuræ: tamen non est propter hoc substantiale principium corporum: ergo nec dimensiones principum & superficialium erunt principia corporum. Eadem autem ratio est & in puncto & unitate, quorum utrumque accidentalis quantitatis est principium & non substantia. Est igitur secundum dictum istorum si maxime inter principata substantia est corpus, dimensiones autem & principia quantitatum sunt magis substantia quam ea substantia quæ est corpus, & ista, sicut iam probatum est, non sunt substantia aliqua: tunc diffugit à nobis, sicut à principio questionis dictum est, aliquid

*D. Albert. Mag. Metaphy.*

esse primum, quod secundum ipsos verè est ens & diffugit à nobis id quod verè est aliqua substantia verè entium.

Ad hæc autem omnia quæ dicta sunt circa generationem & corruptionem accidunt ex ista positione irrationabilia. In generatione enim videtur vera substantia non ens prius nunc esse per generationem, cum generatio sit mutatio ex non ente in ens: aut per corruptionem videtur e contra, prius existens posterius non existere, & substantia sensibilis videtur pari ista cum generatione & corruptione, & sic fieri à principis substantiæ vel resolui in ea: & generatio quidem est compositi ex his quæ non idem sunt nomine & diffinitione, sicut ex eisdem nomine & diffinitione compositur linea & superficies, similiter & mathematicum corpus: & cum diuiduntur ista, diuiduntur in ea quæ eadem sunt cum diuiso nomine & diffinitione. Secundum autem ea quæ nunc dicta sunt, non conuenit fieri sive generari & corrumpi puncta & lineas & superficies & corporis dimensiones, ita quod quandoque illæ dimensiones sint existentes generatæ ex non punctis & non lineis & non superficialibus & non corporibus, & quandoque sint non existentes corruptæ ex punctis in non puncta, & ex lineis in non lineas, & ex speciebus in non superficies, & ex corporibus in non corpora. Nam sicut quando sunt mathematicæ quantitates ex pluribus quæ conueniunt nomine & ratione corpora simul copulantur, sicut quidam antiquorum corpora ex corporibus dicebant copulati, tunc quandoque sit una quantitas copulatum nomine & ratione conuenientium, aut distinguuntur ex uno in ea quæ nomine & ratione conueniunt: quia duæ quantitates sunt sic distinctorum, sicut omne continuum ex continuis copulatur & in continua diffinitur. Igitur secundum superius inductam generationis rationem taliter copulatum non est compositum, sed potius id quod est corruptum: & cum accidit corruptio cum sit de numero discretorum, hoc est in principia sua ex quibus est resolutorum, quæ prius sunt non substantiæ existentes, illarum, inquam, compositio est generatio, & sic compositur generatur. Indivisibile autem punctum non potest sic diuidi in duo componentium, materiam & formam: quia mutationi & motui non subicitur, & per consequens ea sic diuiduntur: quia essentialiter principiantur à puncto sicut linea & superficies & corporalis dimensio. Non ergo subiciuntur generationi, & componuntur & diuiduntur per materiam & formam sicut generata & corrupta. Et si datur, quod generantur & corumpuntur, oportet quoddam ex aliquo quod sub privatione ipsorum est materiali principio generentur, & ad idem corumpantur, quæ omnia impossibilia sunt.

Similiter etiam se habet circa id quod ipsum nunc est in tempore: hoc enim etiam non per se conuenit fieri & corrumpi: at tamen ipsam nunc in tempore videtur semper aliud & aliud esse, non quidem substantia alia vel alia existens, sed aliud secundum esse præteriti & futuri quod constituit: sed de hoc sufficienter determinatum est in quarto nostrorum physicorum.

*I 2*



corum. Sed quoad præsentem intentionem sufficit hoc quod non est compositum ex materia & forma, siue potentia & actu, ut possit generationi subiacere & corruptioni: & sua copulatio qua prius & posterius copulat, non est compositio qua componitur generatum. Palam est autem, sicut diximus, quod similitudinem se habet circa puncta & lineas & superficies. Eadem enim ratio quæ ad ea quæ dicta sunt, est de omnibus. Omnia enim hæc secundum unam similitudinem sunt aut termini copulantes continuum ex continuis, aut divisiones sunt distinguentes continuum in continua. Hæc autem questio accidit his qui non distinguunt inter corpus mathematicum & physicum, & principia mathematici dicunt esse principia physici: & hæc disputatio quæ facta est in contrarium, est eius vera determinatio, tamen à nobis in pluribus digesta.

CAPVT XIII.

De solutione ultima questionis prius inducæ.

Tex. c. 18. Vtrum præter mathematica sint alia quædam principia sensibilia quæ dicuntur species?

Minimo verò sine vniuersaliter dubitabit aliquis de questione vltimò superius posita, siue de 27. quia hæc affinitatem habet cum ea quæ iam disputata est. Hæc autem est, quare etiam præter mathematica & sensibilia in quibus sunt mathematica secundum esse, oportet quærere quedam quæ nec infra sunt siue media: & hoc est quærere, si substantiæ quedam separatae, sunt præter sensibilia, aut omnes sunt in eis? Quærimus hæc ergo, ad quam vtilitatem quærentur hæc quæ sunt substantiæ quas secundum Platónem ponimus esse species: nam hoc cogit nos quærere species: quia mathematica non possunt esse formalia principia sensibilia, cum in aliquo quodam quam species ideales differant à sensibilibus: eò quod mathematica cum formis substantialibus non conveniunt nomine & diffinitione, sed differunt ab eis, eo quod non habent rationem conceptam cum materia sensibili, & tamen secundum esse sunt in eis: & ideo non possunt esse principia eorum: quia principia nomine & ratione conveniunt his quorum sunt principia, sicut per se homo cum homine, & per se asinus cum asino, & sic de aliis, & sic esse plura similia specie, quorum quedam sunt separata, & quedam sensibilia, non differunt ratione diffinitionis sicut mathematica & physica, & hac necessitate species inquiruntur: quia id quod non est in actu speciei & formæ, sed in potentia, non fit in actu nisi per hoc quod est actus & species.

Sed si sic dicatur, sequitur quod principia horum sensibilia quæ sunt ideæ, non erunt in aliquo determinato numero: quia sicut præsentium sunt sensibilia litterarum, hoc est, litteratarum vocum quidem omnium non possunt esse numero determinata principia quæ componunt eas, cum ipse litterarum voces infinite sunt, sed specie & forma possunt esse huius vocum principia elementaria determinata, sicut

sunt Latina elementa determinata, quæ tamen voces componunt infinitas in quibus materiata sunt infinita, nisi quis sumat elementa & principia huius syllabæ determinatæ aut huius determinatæ vocis: harum enim principia & elementa sunt numero etiam determinata, & non tantum specie. Secundum hanc igitur rationem si ideæ quærentur ad hoc quod principia & elementa sint sensibilia existentia de ratione eorum in eis, oportet quod species quidem determinata sunt, sicut & sensibilia, sed non numero, sicut nec sensibilia sunt determinata per materiam. Omni autem eodem modo simile est in eis quæ sunt infra suæ mediæ: mathematica namque & illis in mediis infinita sunt per numerum quæ specie sunt determinata: ergo non habent diversum modum essendi à mathematicis: ergo si non sunt in aliquo esse differenti quod sit præter sensibilia & mathematica alia quedam entia, qualia esse dicunt quidam ipsas species ideales, non erit ideæ una numero & specie substantia separata, sicut dicunt unum esse hominem specie & numero, ex quo sicut ex sigillo sunt omnes homines, & sic dicunt esse unum numero asinum, & sic de aliis. Et iterum ex ista ratione sequitur, quod nec principia entium numero erunt quanta sunt alia ab eis sensibilia, sed specie tot erunt quanta sunt illa specie, & quot sunt in eis multiplicata per numerum eorum: & sic non sunt separata. Igitur si hoc quod dictum est, necessarium est, tunc etiam necessarium est propter hoc quod dictum est sic esse: etenim quamvis hoc per talem rationem non certificauerint illi qui dicunt esse species ideales, hoc tamen est quod dicere volunt, & eos ea quæ dicta sunt necesse est dicere: quia secundum eos idearum singula substantia quedam formalis est, & non secundum accidens, sed per se, quia est forma & ratio substantiæ.

In contrarium obiciendo, quod si ponimus species esse & non esse numero determinatas sicut sunt singularia sensibilia quorum sunt principia, sed ponimus multas quidem species sed quamlibet unam numero & esse sicut principia, iam disputando questione 19. diximus quæ ex hoc contingere necesse est impossibilia: cum enim sint principia & elementa, contingit secundum hoc tot esse principia, quot sunt principia & non plura.

Est autem huius questionis solutio, quod Plato non sic ponit ideæ: licet enim poneret species multas & numero unam, ipse tamen vitate dixit eas vniuersales, sicut causa una eadem manens præhabet causata multa & facit ea. Sed ista disputatio destruit formas in hoc quod sunt principia essendi & cognoscendi: quia sic oportet ipsa esse in se & aliquid esse rei: & sic veritas est, quod in artifice primo siue motore primo est forma una, & multe in rebus, & hæc forma una est ipsa mens motoris secundum substantiam & esse, & non multiplicatur nisi secundum rationem relationis agentis per intellectum ad ea quæ agit.

Notaandum post rationem idearum secundum Platónem.

CAPVT XIV.

De questionibus 24. & 25.

Tex. c. 19. Vtrum principia sint in potentia, vel in actu?

Is autem quæ in hac questione dicta sunt, affine & cognatum est quærere quod 24. loco supra in enumeratione questionum est positum, vtrum scilicet illa quæ sunt principia & elementa entium, sint principia potestate existentia, aut alio modo, hoc est, actu. Hæc autem questio causatur ex hoc quod unumquodque prius videtur esse in se, quam in actione producendi alterum. Si igitur detur, quod aliter existentia sunt principia quam potestate, ita quod sunt actu principia, tunc sequitur, ut videtur, quod aliquid sit prius principis primis: quia in unoquoque uno quod est actu quandoque, & potentia quandoque, prior est potestas quam actus qui est causa alia secundum modum à potentia ente: sed possibile non est quod aliquid sit prius primis principis: ergo necessarium est esse illo modo quo potentia videlicet sunt principia, propter rationem quam primò induximus: propter quam ferè omnes antiqui posuerunt & dixerunt aliquando ex non agentibus principis facta esse agentia, & sic incepisse mundum per generationem, sicut disputatum est à nobis in principio 8. phys. nostrorum.

In contrarium autem huius obicitur, quod si detur, quod principia & elementa primo sunt potestate principia, tunc contingere potest, quod aliquando nihil omnino sit entium: & hoc ideo contingit: quia illud quod nondum est, possibile est esse: non enim fit aliquid nisi quod primo est non ens. Et hoc impossibile est produci in esse nisi ab eo quod actu est. Cum igitur nihil fiat quod est de numero impossibilium esse, nihil erit omnino si principia non actu sint.

Est autem huius questionis veritas, quod necessarium est primum principium actu esse & primum motum & per illa naturaliter produci omne quod produciatur & causatur: à primo enim principio causantur intelligentiæ secundum suos ordines & calorosa ordines, sicut ostendimus in sequentibus. Non autem loquimur hic de elementis quatuor ex quibus sunt mixta corpora: quia illa non sunt elementa entis: sed loquimur de elementis & principis entis, sicut Anaxagoras & Empedocles & Plato posuerunt principia quandoque agentia & quandoque non agentia, & incipere agentia fieri postquam non egerunt: & hoc sæpius fieri in reuolutionibus multorum seculorum, quæ successiue fieri dicebant post magnam mundi annum reuolutum. Contra quas positiones perfecte disputatum est in 8. nostrorum phys. sicut diximus. Istas igitur omnes disputationes quæ-

tere est necessarium de principis. Ex istius autem eiusdem questionis disparatione & determinatione scitur id quod 25. quæsitum est, vtrum scilicet cum motu principia vel sine motu sint: constat enim, quod si primo potentia sunt quam actu, quod oportet ea per motum fieri principia: & hæc est falsa pars questionis. Si autem sunt actu, tunc primum principium est immobile, sed per motum qui est actus eius, principiat omne quod est, sicut diximus in antè habitis.

CAPVT XV.


De solutione questionis 23. prius propositæ.

Vltimò quæramus quod 23. quæsitum est, vtrum principia vniuersalia sint, aut, ut dicimus, singularia rerum singularium: licet enim aliquid simile quæsiuimus huic in questione 24. tamen non est idem: quia ibi quæsiuimus quæ sit natura generis tantum, hæc autem quærimus de natura formæ quæ verè est rei principium. Si enim detur, quod principia sint vniuersalia: tunc videtur, quod non erunt verè & realiter substantiæ: nihil enim predicatum communium significat hoc aliquid, sicut omne quod hoc aliquid signatur per suam formam, sed potius significat quale quid: substantia verò omnis significat hoc aliquid, eò quod dat ei rationem & nomen: hoc autem etiam ostenditur deducendo ad impossibile: si enim tale significans est hoc aliquid, & est forma particularis, quæ prædicatur: sicut quidam dicunt: & cum hoc supponitur, quod prædicatur communiter, tunc idem numero prædicatur de omnibus, sicut homo vnus numero de Sorte & Platone & omnibus aliis. Sortes ergo est idem homini, idem Plato, & omnes alij: & quæcumque vni & eidem sunt eadem, ipsa sunt eadem: ergo omnes homines sunt vnus numero homo. Idem est cum dicitur, Sortes animal quod idem numero animal cum omnibus animalibus aliis, si singularem talium prædicatum significat hoc aliquid & vnus idem: ergo si detur, quod vniuersalia sint principia, hæc & talia contingunt impossibilia.

Si autem detur, quod non sunt vniuersalia, sed quasi singularia: tunc nulla erunt per ea scibilia: eò quod omnes omnium scientiæ sunt vniuersales: ergo principia vniuersaliter prædicata oportet ponere diuersa à principis istis primis, si futura est esse eorum scientia de ipsis.

Et veritas huius questionis est, quod eadem principia sunt vniuersalia & particularia & præsentia essendi & cognoscendi diuersimodè accepta, sicut in antè habitis diximus.






TRACTATUS III.

QUI EST DE ITERATA DISPUTATIONE

27. inductarum questionum, & est totius digressio declarans ante habita.

CAPVT I.

De disputatione questionis primæ & determinatione eiusdem.



**X**PERTIS autem & determinatis his que secundum Arist. de 27. problematibus succinctè disputantur, videtur nobis rursus de his eisdem à principio inquirendum & latius disputandum secundum ea que à posteris considerata & inuenta sunt, vt ex collatione ipsorum cum præhabitis melius videatur theoria veritatis. In substantiali enim discussione questionum inductarum de principiis maxima consistit pars istius sapientie, & præter hoc secundum seipsum philosophiam habet ille modus. Queramus igitur id quod à principio questum est, vtrum vnus aut plurius scientiarum sit speculati omnium genera causarum? Si enim, sicut in huius sapientie primo libro determinatum est, vna sit scientia ab aliqua vnitate qua subiectum vnum immediatè substat passionibus, eò quod passionibus eiusdem omnes fluunt de substantia vna, videbitur non esse vnus & eiusdem theoria causarum: eò quod causarum non sunt eiusdem nature passionibus: alie enim sunt passionibus efficientis, & alie materialis, & alie formalis, & alie finalis cause. Nec videtur aliqua esse vnitas qua causa secundum genus commune accepta substat accidentibus propriis vniuscuiusque cause: eò quod passio immediata efficienti non sit immediata causa secundum se; sicut nec passio trianguli est immediata figura in eo quod figura est in genere sumpta abstractè à qualitate speciei figure. Amplius in multis scientiis vnus est causarum, in quibus tamen nullius causarum est consideratio. In geometricis enim & arithmetis & aliis doctrinalibus vnus est cause formalis: cum tamen nulla sit de causa formalis consideratio siue theoria. Sic igitur licet & primus Philosophus vtriusque omnibus generibus causarum, eò quod per omnia demonstrat, non tamen propter hoc theoria causarum videtur pertinere ad ipsam. Amplius causa vnde motus & causa que secundum se subiectum mutationis & motus est, non videntur considerari nisi ab illa scientia que considerat motus principia: hæc autem est physica: videtur ergo, quod hæc que cause à sola physica habeant considerari.

Alie autem, sicut formalis causa videtur secundum sui primam rationem non respicere motum si recipiamus formas formantes separatas esse, quarum illæ que sunt in materia sunt imaginæ: & sic trium causarum que sunt, vnde motus, & materia, & forma, consideratio ad nullam vnam scientiam videtur pertinere, eò quod non vnus est scientie consideratio mobilis & immobilis, nec eadem sunt principia mobilis & eius quod est immobile. Similiter autem causa finalis propter quam sit quicquid fit, & mouet omne quod mouet, non videtur esse nisi finis motus, & in cuius consecutione & motus cessat à mouendo, & id quod mouetur quiescit: & sic etiam illa ad physica videtur pertinere theoriam. Et sic huius scientie non erit considerari nisi causam vnam, & ad physicam pertinet theoria trium causarum aliarum & forme cuiusdam que posita est in materia & per mutationem & motum educitur de eadem.

Sed si hoc aliquis constetatur, obicit in contrarium huiusmodi Auicenna dicens ens diuidi in causam & causarum, & hanc esse diuisionem entis secundum quod est ens: entis autem theoria & omnium partium entis que sunt eius partes in eo quod ens, est theoria primæ philosophie: & idem dicit omnium causarum speculationem non esse nisi primi Philosophi. In idem & per eandem rationem consentit Algazel, & his consentire videtur, quod hæc scientia est de primis principiis entis: & hæc non videntur esse nisi causarum genera: vnde in primo libro de numero quaesimus & speciebus causarum, quarum etiam finitatem & statum determinauimus in secundo huius sapientie libro: nec posset inquiri status causarum per singula genera, nisi etiam causarum pertineret ad eandem scientiam consideratio.

Sed hoc dato iterum omnino inordinatum videtur in primo Philosopho prius querere causarum genera & determinare quod & que sunt, & deinde finita illa esse ostendere, & tunc deinde dabitare vtrum ad se pertineat huiusmodi consideratio vel non: cum enim sapientis sit ordinare & non ordinari ab alio, omnino indicamus inconueniens aliquid inordinationis esse in eo qui sapientissimus est omnium, & cuius error à nullo vnquam corrigi posset superiori.

Propter quod absque præiudicio sententiæ melioris nobis videtur, quod tota theoria causarum ab vna eadem scientia potest inquiri, scilicet vt quaesitum & conclusum per consequens, & vt pars subiecti siue subiectum de quo aliquid concluditur,

In oppositu m.

Solutio ad questionem ex intentione propria. Theoria

causarum tripliciter esse capi potest.

concluditur, & tertio vt medium siue principium per quod concluditur id quod concluditur de subiecto vel de parte subiecti. In hac autem questione non queritur de causis primo vel secundo modo, licet hoc videatur innuere ratio Auicennæ, sed solum tertio modo queritur hoc, vtrum vnus & eiusdem scientie sit consideratio causarum, & in hac intentione à nobis in præhabitis secundum intentionem Aristotelis disputata est questio & oritur ex hoc quod ex præiudicis scitur, quod causarum genera vt partes entis & passionibus eius pertinent ad hanc sapientiam: & idem necessarium est querere, vtrum etiam per omnia hæc demonstrat, aut non; eò quod ipse est de separatis ratione & re: & que sic separata sunt, principia habent separata. Causarum autem genera non omnia separata esse videntur, sicut in obiciendo ostensum est. Quod igitur dicitur, vnam scientiam esse ab vnitate aliqua substantiæ passionibus, omnino concedendum est: sed secundum hoc causalitatis vel causarum esse sunt passionibus que insunt enti, & sic que sit sunt in scientia de ente secundum omnes causalitatis & causarum esse differentias, sicut in primo & secundo libro docuimus. Et sicut docent verba Auicennæ & Algazelis. Et quod dicit esse non vnitatem aliquam qua causa in genere substat passionibus causarum, dicendum est, quod passionibus que sunt communes omnibus substantiæ cause in genere, & passionibus specialibus causarum per se insunt specialibus causis que per diuisionem sub communi genere causis accipiuntur, sicut in ante habitis diximus, in vna & eadem scientia diuersi sunt modi sciendi, ita quod primum subiectum quod prius non habet ex posterioribus que potestare sunt in ipso, scitur per diuisionem, eò quod per priora sciri non potest: & partes eiusdem subiecti que priora se habent, sciuntur per diuisionem: & passionibus tam subiecti quam partium subiecti, per collectiuam siue syllogisticam demonstrationem sciuntur. Sed secundum hoc scientia non est effectus demonstrationis, siue habitus conclusionis tantum, sed est habitus omnium eorum que ad idem immediatè ordinantur. Hoc autem quod inducitur de vni causarum, non habet rationem: quia non est aliqua scientia que in suis demonstrationibus causis non vtratur, sed eiusdem scientie que vtratur causis, si est essentialis pars theorie, est determinate modum cause qua vtratur; secundum modum separationis subiecti & passionum quas communicat: & idem in hoc præhabitis vbi secundum verba Aristot. disputauimus, induximus quod geometra nihil demonstrat per causam vnde motus vel finalem: quia cum sit geometria de conceptis cum materia secundum esse, & separatis secundum rationem, & efficiens & finis sunt cause esse potius quam rationis, & non posset considerari in mathematicis causa vnde motus vel finalis, nisi que sunt principia concepti cum materia mobilis, que consideratio non pertinet mathematicis; sed in diuinis est consideratio esse præcipue, & huiusmodi sunt principia ante esse mobile, & sunt eius principium omnia genera causarum: & idem cum hæc scientia vtratur his, oportet inquiri in ea qualiter demon-

Nota quædam præterea

strat per omnia genera causarum: & idem simile non fuit quod pro simili inducitur: licet enim causa vnde motus & materia & finis videntur mobilis in eo quod mobile est esse principia, tamen & causa vnde motus immobilis prædicatur, & est materia non determinata per subiectum mutationis & motus, sed potius per hoc quod ipsa est fundans eas & indiuiduas & substantiæ entitati & huiusmodi que sunt ante motus subiectum, eò quod non subicitur mutationi & motui nisi fundarum & indiuiduum & substantiæ, & non conuertitur quod causa fundamentum & indiuiduum & substantiæ in seipso mutationi subicitur & motui: & similiter est finis qui est in primo motore vniuersum esse immobili, qui est in eo sicut in duce exercitus, quam non includit aliquis motus secundum se: & quoad huius considerationes determinatur primum mouens & prima materia substantiæ & abstractus ab omnibus finis: & sic illa cause sunt, quarum modum determinare habet primus Philosophus, & secundum eundem modum vtratur eisdem: & per hoc satis clare patet & necessitas & intellectus & determinatio questionis primæ.

philosophus de quatuor causis considerat. de a. meta. Com. 6.

CAPVT II.

Et est digressio declarans disputationem & determinationem questionis quartæ.

**H**is itaque determinatis consequenter oritur ex ista questione quod quarto questionum inductarum. Si enim concedatur, quod plures scientie sunt in suis demonstrationibus videntes causas, & ad diuersa que diuersitatem habeant concepti esse & separati: quia secundum hunc modum diuersa diuersis sunt principia, tunc queritur, que scientiarum causis in demonstrando vtrium sit notanda nomine scientie que sit: quam primam sapientiam siue philosophiam vocamus, & quis scientiarum habentium scientiam per causas est maxime sciens rem que sitam. Surgit autem hic questio sicut in ante habitis diximus ex hoc, quod vni & eisdem conueniunt aliquando omnes cause, licet secundum diuersum esse, conceptum scilicet & separatum diuersimodè conueniant ei, & cum rei concepta omnia genera causarum conueniant, demonstrabitur & illud per omnia genera causarum: & cum sapiens sit doctissimus causarum, sicut in primo libro determinauimus, videbuntur plures esse causarum doctissimi & plures sapientes & sic primi Philosophi. Et quamquam mathematicus sui esse causas dat formales in demonstrando, & non materiales, vel mouentes, vel finales, non erit minus doctus causarum, sicut placuit Aristippo, quam alij qui eius quod considerant omnes causas considerant: sicut non est minus sapiens qui docet rem per causam quam habet, & non docet per causam quam non habet. Non enim est sapientia docere per causam que non est. Secundum hoc igitur videtur, quod quilibet scientium sit æqualiter sapiens: quia & mathematicus docet

mathe.



mathematica per causam, & naturalis naturalia, sicut diuina diuina: videbitur ergo, quod plures sunt primæ philosophiæ suæ sapientiæ secundum datam in primo libro sapientiæ diffinitionem. Hoc autem videtur adhuc, per hoc quod ab antiquis omnibus confessum est opus esse sapientis de vnoquoque prout res se habet de eo, ita fidem facere tentare, siue igitur fidem faciat per vnam, siue per plures, siue naturaliter, siue mathematicè, siue diuinè, dummodo doceat per causas rei prout res ipsa se habet, sapiens erit, & suus habitus vocatur sapientia. Amplius si secundum quod in ethicis determinatum, hæc sapientia virtus sit scientiæ & vltimum: tunc quando vniuscuiusque demonstratione ducitur & resoluitur ad vltima quæ secundum naturam prima sunt, erit effectus talis demonstrationis sapientiæ. Fit autem hoc tam in physicis & mathematicis quam in diuinis, eò quod medium esse demonstrationis, aut est primum, aut ex primo ad quod reducitur fidem faciens. Erunt igitur secundum omnia inducta multæ sapientiæ.

Hoc autem quam impossibile sit, ipsum demonstrat nomen: siue enim sapientiam primam philosophiam dicimus, siue vltimum dicamus scientiæ, non potest esse nisi vna: quia non sunt multa vltima, sicut nec sunt duo prima. Amplius omnis multitudo reducitur ad aliquod vnum primum vnde sicut à principio procedit. Si igitur multitudo siue pluralitas sit in speculatiuis theoriis quæ essentialiter speculatiue theoriæ sunt, apparet illam pluralitatem reduci ad principium aliquod primum, à quo sicut fonte tota in omnibus emanat consideratio: hoc autem sapius docuimus, quod illa prima quæ considerationis principium est & finis, est scientia diuina. Illa igitur sola vocabitur omnis scientiæ virtus & vltimum philosophiæ prima.

*Solutio quæ  
fitur.*

Quod absque omni ambiguitate verum est: sicut enim ex ante dictis patet, ipsa eò principalior omnibus, quia est tenuissimi & antiquissimi finis, qui omnia secundum ordinem causalitatis antecedit, qui & in sola vniuersitatis est causa, sicut & bonum victoriæ est in duce exercitus: ille enim finis est ad quem omnes alie causas famulantur, & se coaptant ad hoc quod nihil omnino agant contradicens illi, sed omnia quæ agunt, temper sunt illi subseruientia, sicut quilibet cuiuslibet operis in exercitu, coquinando, & quilibet arma parando, subseruiunt ad includendum ducis militis victoriam: quamuis vnus agat aliquid, quod vicinius subseruit, alius autem quod remotius: & cum sola diuina sit de huiusmodi sine propter quem sunt omnia, & propter quem queritur quicquid scire desideratur, ab hoc habet quod est principalior & prima, & quod finis eius & faciendi generatur semetipso est: sicut autem causæ non sunt æqualiter primæ & principales & antiquæ, ita nec æqualiter faciunt scire: forma enim est per quam efficacissime scimus, & à qua potissima scientiarum omnium quæ est per quid est res. formarum autem omnium duces & primæ sunt illæ quæ sunt primæ intelligentiæ rerum ideales: istæ enim dicunt & informant omnes orbium & elementorum virtutes, & eas quæ sunt in ge-

neratis & corruptis, & ad ipsas omnes alie formarum resoluuntur, & ab ipsorum imitatione in minori vel maiori habent, quod formæ sunt & quidditas. Propter quod etiam oprime Plato enuntiat de eis, quod Deus deorum opifex & pater producit illas ex seipso sicut sementem esse & vitæ & sensus & rationis & intelligentiæ. Et cum has formas solus considerat primus Philosophus, ab eis habet, quod ipse solus attingit vltimum scientiæ quod est scientiæ virtus.

Licet igitur mathematicus quasdam considerat quidditates, sicut eius quod est tetragonizare, & physicus etiam considerat quasdam, illæ tamen non sunt primæ: & ideo non sunt ex se scire facientes: quia non subsistunt intra sola subiecta rei principia, sed concepta sunt cum his quæ determinant subiectum mensuris: & quælibet licet substantiæ non sint, & hæc sunt accidentia quæ aliquo modo faciunt ad cognitionem eius quod quid est siue substantiæ physicorum: sed hæc cognitio est ex posteriori, & ideo non est potissima nec prima: talia tamen quia eorum esse & natura transmutabilis est, sunt circa generationes & actus & complementa quæ sunt generationum fines, in quibus id quod generatur, est in esse & perfectum, & sunt citra omnem transmutationem: & quia omniam talis motus est mouentis, & est actus eius quod mouetur, ita talia propria cognoscuntur ex mouente & materia: forma enim in his in idem coincidit cum fine, & forma in fieri est motus in talibus, & est concepta cum materia quæ mutatur principaliter: ergo physicus considerat mouentem quandam & materiam, & considerat formam non separatam à materia: ergo mouentis & materię: propter quod neque principalis est nec virtus scientiæ in faciendo scire. Sed modum oppositum in his habet prima philosophia propter considerationem antiquissimi finis & primæ substantiæ formalis & quidditatis, sicut diximus: & quia sic in his mouens & materia opponitur fini, ideo secundum dictos modos demonstrare per diuersitatem inductarum causarum, erit alterius & alterius scientiæ: & quamuis philosophia prima demonstret per causam quæ principium est mouens, tamen tantum considerat primum mouens immobile, quod per suam formam quam intra se substantialiter habet, agendo ad formam, facit scire substantiam: sicut cognoscitur domus ex forma domificantis in quantum domificantis est, & sanus ex forma medici sanantis in quantum est sanans: & si virtus materia in demonstrando, illam inducit per analogiam relata ad formam quæ consueta est in ipsa: quia aliter non esset principium cognoscendi aliquid. Et patet clarè qualiter primus Philosophus vsum mouentis & materię ad formam refert & finem: sicut etiam domus cognoscitur de efficiente secundum actum formæ mouentis & materię relata ad formam, & per formam quæ est actus efficiens, & finem qui est efficiens vltimum intentum ad quam famulantur ligna & lapides & quæcunque alie partes secundum modum sibi proportionatum: cum tamen ille finis sit in prima causa domus sicut in duce omnium illorum: & sic est in omni anima agente formas

membrorum ex suis formis quæ in ipso substantialiter existunt, & sunt virtutes eius: & similiter est in omni causa vniuersaliter agente formas multitudinis ad vnum vniuersalem finem ordinatas. Patet igitur, quod licet physicus omnes inductarum causas & physica doceat per eas, non tamen ipse potissime facit scire: neque est primus Philosophus, sed doctus & ordinatus & persuasus est à primo. Et similiter licet nunquam assignatur à sapiente causa quæ non est, tamen assignatur ab ipso potissima causa quæ est: nec à numero causarum inductarum dicitur sapiens, sed potius quia inducit primas quæ non docentur per alias quæ sunt ante ipsas. Opus autem sapientis quod ab antiquis determinatum est, intelligitur quod fidem facit sapiens de vnoquoque prout res se habet: & ideo cum naturalia doceat, hæc vtrius non docent, nisi docta essent per diuina: & sic facit fidem sapiens. Et hoc etiam modo sapientia virtus esse scientiæ dicitur & vltimum. Igitur sic ipsius inducitur & deducitur per disputationem & determinatur tertio quaeritum.

### CAPVT III.

*Et est digressio declarans secundum  
quaesitum ex rationibus posterorum Peripateticorum.*

Revertens autem reuertentes ad secundum suum vniuersalem problema, quaeremus, vtrum vnus & eisdem scientiæ sit cognoscere substantiæ principia demonstrationis vniuersalia, ex quibus omnes scientiæ demonstrant quæ quidem in hac sapientia communes opiniones dicuntur, eò quod non supponitur, sed inquirendo disputatur de ipsis: & ideo per modum opinionis quæ est non confirmatus habitus, accipiuntur & non per modum intellectus. Hæc autem ab antiquis demonstrationes vocantur: ideo quod orans demonstratio fit per eas. Quaeritur igitur principale in hoc capitulo est, quod dictum est: sed adiungi iterum hoc quaeritum ad quartum oportet, quod si detur non esse vnus scientiæ determinare de vtriusque his, tunc oportet quaerere, quæ scientiarum sit appellata prima philosophia quam hic inquiremus? Oritur autem hæc quaeritio de principis ex hoc quod omnium primarum propositionum complexio sit ex primis & simplicibus substantiæ principis, sicut omnis complexus & compositus intellectus sit ex simplicibus: quia sicut Empedocles de talibus, quod germanorum primorum omnia capita fuerunt prius sine ceruice, & postea per amicitiam colla coniuncta sunt indissolubiliter. Capita autem vocat primas causas simplices: ceruicem vocat compositionem: & germanitatem vocat habitudinem proximam primorum adinuicem, sicut quando prædicatum est ratio subiecti, vel e conuerso: & huius amicitiam vocat naturalem talium inclinationem: & colla vocat eorum quæ coniuncta sunt necessitatem. Cum ex primis simplicibus principis ita componantur, & ex tali compositione faciant scire & doceant,

videntur ad idem genus scientiæ pertinere cum primis substantiæ principis. Hoc autem & hoc efficiens probatur per hoc quod talia principia demonstrationum non sunt in genere aliquo affirmantia vel negantia, sicut est idem quod impossibile est simul esse & non esse, aut quod nomina significant, aut quod nomina infinita non significant, & huiusmodi: hæc enim nullum sibi penitus vendicant determinatum genus. Si igitur extra genus omne sunt, videntur esse circa esse & non esse simpliciter: est autem & non esse simpliciter non considerat nisi sapientia ista: & ideo viderur, quod ad istam sapientiam pertineat scientia istorum, ad quam pertinet cognitio & theoria entis. Amplius quæcunque demonstratiue docentur, docentur ex talibus opinionibus primis: docere autem vniuersaliter non est nisi huius scientiæ: cognoscere igitur de talibus ex quibus vniuersaliter docetur omne quod demonstratur, non est nisi huius scientiæ prima.

Si autem hoc concedatur, in contrarium huius sunt quæcunque in ante habitis secundum verba Aristotelis bene obiecta sunt, & hæc dimittantur. Præter autem omnia illa hoc esse viderur, quod omnis qui aliquid docet, ex aliquibus principis docere videtur hoc: & illa principia non demonstrat: quæ aliter demonstratio irret in infinitum in ante sumendo: videntur igitur, quod sicut omnes alie scientiæ, ita & prima philosophia supponere habet propositiones primas. Hoc autem iterum videtur inconueniens: quia ex quo inquit de causis primis & principis ex quibus oriuntur complexiones primarum propositionum, & affirmationes & negationes, oportet quod etiam inquirat de propositionibus primis: & si inquirat, oportet quod per disputationem stabiliter & probe esse earum. Non enim potest dici, quod alia scientia inquireret de principis demonstrationum quam illa quæ inquit de ente primo & principis eius: quia sicut diximus, propositionum primarum complexio est compositio primorum simplicium intellectuum entis primi & principiorum eius: & ideo quæ prima secundum theoriam sunt propositiones primæ cum principis entis primi secundum materiam & eodem genere prioritatis. Incomplexum enim & complexum prius & posterius non causantur in rerum generibus, sed in intellectu compositioe tantum. Hoc autem in huius libri sequentibus erit manifestum. Non igitur posset assignari rationabiliter quæ scientia esset de primis propositionibus ab ea quæ est de principis primi & principalis entis.

Et ideo proculdubio quaerit huius veritas est, sicut & inenitabiliter probatur est, ad istam eandem pertinere cognoscere non modo per vsum, sed per inquisitionem tam de principis substantiæ quæ est ens primum, quam etiam de principis primis demonstrationum ex quibus omnes demonstrant vniuersaliter. Sed inquisitio de eis duplex est, ad hominem scilicet, & ad rei naturam: & prima quidem melius fit deucendo ad impossibile, si proterius & errans sit homo: aut per viam sensus per inductionem, si manu ducendus sit & in via accipiendi scientiam ex nobis notis: aut per terminum compositionum.

positionem, si sit ignorans signata nominum: & hoc modo sapiens ille inquit de principis demonstrationum. Ex prioribus autem secundum naturam & ostensivè nec inquiri nec determinari potest de ipsis sicut ex necessitate inducta probat obiectio.

## CAPVT IV.

*Est digressio declarans iteratam  
disputationem & determinationem  
questionis tertie*

**E**st autem adhibita præinductis questio tertia, utrum vna & eadem scientia est de omnibus substantiis, ut videtur? quia ex quo scitur vnumquodque per sua principia prima, ex quibus tota ratio sciendi emanat, videtur illius similiter cognoscere omnes, cuius est cognoscere prima principia substantiæ: & sic primæ philosophiæ est cognoscere substantias omnes. Ex quo etiam patet, quod hæc questio oritur ex determinatione questionis secundæ. Amplius principia quidditativa sunt principia substantiæ in quolibet: iam autem in secunda parit questio, quod principia quidditativa que sunt forma & finis, ex quibus diffinitur omne quod recipit diffinitionem, cognoscit sapiens qui est primus philosophus: cognoscere igitur videtur substantias & subiecta omnium: subiecta enim, sicut diximus, aut diuisione aut diffinitione cognoscantur.

*Ad oppositum.*  
Sed si hoc conceditur, videbitur prima philosophia esse sufficiens ad omnia scienda, & omnes alie videbuntur superflue scientiæ: quoniam accidentia propria sciuntur per sua subiecta, cum subiectum non solum subter accidentibus, sed etiam sit causa eorum, & in diffinitione accidentis loco differentie ponatur & actus: cognitis igitur in prima philosophia omnibus subiectis & passionibus omnium substantiarum siue subiectorum, superflue erunt omnes particulares scientiæ: in omnibus enim illis, siue sint scientiæ quia; siue scientiæ quid & propter quid, vnius & eiusdem scientiæ est consideratio subiecti & passionis: in omnibus enim illis ex communibus conceptionibus speculatur accidens esse in subiecto. Si vero diceret aliquis, quod prima philosophia non esset omnium substantiarum, sed quarundam, sicut Platoni videbatur scienti, quod sit substantiarum separatarum non sensibilium, videtur hoc esse inconueniens. Cum enim ipsa sensibilitas videatur esse passio substantiæ, videtur ipsa substantia subiecta sensibilitati non dependere nisi ex ipsis principis substantiæ secundum se sumptæ, que abstrahit à substantia sensibili: & sic iterum redit, quod omnis substantia est de contemplatione eius de cuius contemplatione est cognoscere principia substantiæ secundum se sumptæ: & si cognoscere habet subiecta, habet etiam cognoscere accidentia: & sic secundum prius inducta videbuntur alie scientiæ esse superflue. Est autem huius questus determinatio, quod cum queritur, utrum vna & eadem sit scientia omnium substantiarum, potest queri

de substantia in eo quod substantia est: quia sic est primum ens ad quod omnis alia reducitur multitudo accidentium; & sic etiam quæcunque sunt substantiæ determinatæ, dependent secundum theoriam veritatis ab ista substantia: & hoc modo ista sapientia que est de causis & principis entis & demonstrationum, vna & eadem sit existens de omnibus substantiis. Si autem substantia in ambitu toto accipiatur suæ prædicationis, prout omnis substantia stat in terminis generalissimis & indiuidui, sic vna scientia que essentialis pars est theoriæ, non est de omni substantia: est tamen vna que docet modum theoriæ vna scientia de omnibus substantiis. Sed hæc est pars rationalis scientiæ que coordinationem docet prædicabilium exantium ab vno primo prædicato: accepta enim substantia in huius prædicationis ambitu, non habet eadem nec vniuoca principia secundum esse: quia non sunt eadem nec vnius rationis principia mobilis & immobilis, neque sunt eadem vel vnius rationis principia corruptibilis vel incorruptibilis substantiæ: propter quod quedam principia substantiæ diffinita ipsam sunt separata, & quedam sunt cum materia concepta: & horum non est vna scientia & eadem: propter quod etiam non sunt eadem omnes substantiæ passionem.

Quod igitur dicitur prima philosophia sola cognoscere principia substantiæ, hoc quidem verum est de substantia que ens est, ad quod sicut ad subiectum & causam refertur accidentium multiplicitas, & ad quod secundum ordinem principij reducitur totius determinatæ substantiæ communitas: & sic est de omni substantia & accidente vna scientia que est prima philosophia. Alie tamen scientiæ particulares necessariæ sunt, que substantiam determinatam secundum esse considerant, & per principia concepta cum materia & motu determinant de ipsa, quod non facit prima philosophia. Sic enim substantia habet multas passiones quas non habet in quantum est ens primum & aliorum existentium principium. Nec est verum, quod sensibilitas sit passio substantiæ, sed potius est differentia constituens cum motu & materia conceptis substantiam. Sicut enim de talibus formis dixerunt Peripatetici, Porphyrius, Alex. & Auicena, essentialiter sunt qualitates virtutem substantiæ habentes: secundum autem doctrinam Aristoteli huiusmodi formæ sunt vere substantiæ, & non inquantum cum virtute naturali quam habet ad agendum vel patiendum: propter quod secundum nomen qualitates & passiones dici videntur. Hæc igitur huiusmodi est determinatio questionis: sicut enim ad alia quesita, ita etiam necesse est ad hoc quesitum referri quod quarto quesitum est. Si enim aliquo modo vna est scientia de omnibus substantiis & aliquo modo plures, surgit questio, utrum omnes dicantur primæ sapientiæ æqualiter, vel non? Et si non, tunc queritur, que illarum sit vocanda sapientia? Et constat, quod secundum prædeterminata non omnes sapientiæ sunt dicendæ, sed ea sola que est de substantia que est ens primum & omnium principium. Nec omnes de substantia scientiæ sic cognatæ sunt quasi vnius & eiusdem



dem generis, sed affinitate cum philosophia in hoc quod sua principia stabilimentum habent ab ea que est philosophia prima, sicut omnis substantia stabilitur a principis prime substantie que est ens primum & vnicuique entis principium. Hec igitur est determinatio inductorum.

emanant de ipsis secundum quod reducuntur in ens primum, sed potius prout cum materia determinata conceptas habent rationes, & ideo de talibus substantiis concluduntur. Hoc autem patet in sumo & claudo & omnibus accidentibus determinatarum substantiarum subiectarum. Per hoc igitur patet determinatio questio-

CAPVT V.

Et est digressio declarans septimum questionem aliter quam superius disputatum est.

Prædictis autem adiciendum est, quod 7 queritur, verum videlicet primæ philosophiæ circa substantiis theoria est, aut etiam circa omnia ea quæcunque per se accidunt substantiis? Hæc cum præinductis fore habet eandem determinationem. Oritur autem hæc questio ex immediatè questio: quia dicto, quod prima philosophia est de omni substantia redyta & resoluta in eam que est primum ens & entium principium, surgit questio, verum eodem modo etiam sit de omnibus differentiis passionum omnis substantiæ vel non, vt si dicamus, quod substantiæ subiecta sunt corpora mathematica, & similiter lineæ que secundum Platonem, substantialiter constituunt superficies, que sunt substantiæ constituentes corpora: tunc prima philosophia erit de his secundum quod resoluuntur ad substantiæ, que est primum ens, substantialia principia. Tunc igitur queritur, verum etiam sit de per se accidentibus istarum substantiarum subiectarum de quibus sunt demonstrationes mathematicæ, aut aliter scientiæ est accidentium horum speculatione. Si enim daret, quod est de horum per se accidentibus sicut de substantiis subiectis, tunc prima philosophia erit demonstratiua quedam siue particularis considerans ens in parte & substantiam particularem: quia accidens determinatum non inest immediatè nisi subiecto determinato. Non autem videretur demonstratio esse primæ philosophiæ si sit quid, siue aliquid est, sed de eo quod simpliciter est & de accidentibus eius. Hæc igitur est disputatio & causa præinductæ questionis, quam aliter in præcedentibus disputauimus sequentes Auenoem, qui in alio intellectu eam exponit, & videtur sua expositio veram Aristoteli intellectum non tangere: quia parum est querere, verum vnus & idem modus sciendi sit subiectum scire & accidens, & talis questio non est de principiis: sed prout hoc disputatur, questionis habet rationem & est de principiis. Adhuc autem non est inconueniens passionem concludi de subiecto per definitionem subiecti si subiectum non vt subiectum tantum, sed vt subiectum & causa passionis diffiniatur: quod tamen Auer. habet pro inconuenienti. Est igitur huius questionis determinatio, quod prima philosophia aliquo modo est de substantiis omnibus, sed non est de omnibus accidentibus: quia accidentia determinatarum substantiarum non

soluitur  
questionis.

CAPVT VI.

Et est digressio declarans determinationem 8. 9. & 10. questionum prius inductorum in ante habitu.

Exit autem Aristoteli. quod si diuersæ sunt scientiæ considerantes subiecta & accidentia, quod hoc reddere erit valde difficile: quoniam si accidens (vt diximus) causatur a substantia, & est substantia loco determinantis differentiæ in diffinitione ipsius, non potest cognosci accidens sine substantia, sed accidens non proprium cognosci non habet a scientia que est aliquo modo omnium substantiarum, sed cognoscitur de his que sunt immediatè ab ente quod est subiectum primum, vel ab eo quod conuenitur cum eo sicut est vnus: & ideo cognoscitur de eodem & diuerso, simili & dissimili, equali & inequali: quia vnus in substantia causalat idem, & vnus in quali substantia secundum qualitatem causalat simile, & vnus in quantia substantia secundum quantitatem causalat equale: & quia hæc a primis sunt, ideo etiam a prima habent determinati philosophia. Adhuc cum omnis diuisio fiat per oppositionem, & oppositio sit causa prima diuersitatis eorum que exent ab vno primo, in quo sunt potestate, erit eiusdem scientiæ primæ determinate diuersum & dissimile & inequale, que causalatur ex hoc quod diuisio prima comparatur adiuuicem. Et si accipiatur comparatio in formis primorum diuisentium, inuenitur quod contrarietas formarum est causa diuisiois: & sic iterum ad eandem scientiam de contrarietate pertinet considerare. Si autem diuisio primum comparatur primo diuiso, surgit natura prioris & natura posterioris: & tunc eadem scientia tractare habet de prioris & posterioris & sic contrarietas in actu in his que idem sunt potentia, causa est diuersitatis in substantia: & causa dissimilitudinis in qualitate, & causa inequalitatis in quantitate. Et cum comparatur hæc contrarietas ad id in quo contraria simul sunt in potentia, causa est prioris & posterioris secundum naturam. Et sic terminatur id quod 8. queritur & 9. & 10.

Sed dubitatio incidit: quoniam de his omnibus determinatur dialectici ex probabilibus facientes periculationem: & nos iam ante diximus, quod dialectica non est aliqua pars essentialis philosophiæ: vnde videri posset aliter, quod ad sapientiam primam, que potissima est pars theoriæ & dea scientiarum, tractare de his non pertinet. Sed hoc facile soluitur per hoc quod dialectica & prima philosophia modo illi sepe sunt circa eadem & de eisdem tractantes: *Nota que modo illi sepe sunt circa eadem & de eisdem tractantes: uelut in*

primus phi-  
losophus &  
dialecticus  
in confi-  
deratione  
versatur  
circa es-  
sentiam.

sed dialectica inquisitiva est : & ideo facit in-  
terrogationem per inesse sicut accidens, vel  
in esse sicut prædicatum substantiale non con-  
uertibile, vel inesse sicut prædicatum conuertibi-  
le ad quod consequitur idem : & ideo inquit  
non de natura talium prædicatorum, sed po-  
tius quid cui inest secundum horum prædica-  
torum rationes : & ideo ex probabilibus oportet  
dialecticam procedere : quia non querit rei  
naturam per essentialia illi nature convenien-  
tia : & propter eandem causam non est philo-  
sophus, sed potius docens modum philoso-  
phandi. Sed sapientia prima de natura horum  
inquit per ea quæ essentialia sunt ipsis natu-  
ris istorum, sicut nos iam in hoc eodem capi-  
tulo naturas & origines horum ostendimus : &  
ideo pater, quod aliter tractat de his primus  
Philosophus, & aliter dialecticus. Hoc igitur  
modo sunt determinate hæc quæstiones : nec  
opinor vera esse quæ dicit Averro. in talibus,  
quod scilicet dialecticus & primus Philoso-  
phus communicent in probabilibus rationibus.

## CAPVT VII.

*Est est digressio declarans disputatio-  
nem & determinationem un-  
decimæ & duodecimæ  
quæstionum.*

**I**uxta hæc quæ dicta sunt, queremus id quod  
1. loco posuimus : & hoc est querere de  
his quæcunque his eisdem quæ enumerauimus,  
accidunt. Quamuis enim aliquibus videatur  
hoc incredibile, si accidenti aliquid accidat, eo  
quod videatur aliter in infinitum : tamen  
huiusmodi accidentibus primis qualia determi-  
nauimus, multa accidunt, eo quod quodlibet isto-  
rum multipliciter est dictum : & quædam con-  
ueniunt eis per se prædicata de ipsis, quædam  
autem per accidens sunt attributa eisdem, &  
ipsa accidentia quibusdam per se, quibusdam  
per accidens conueniunt secundum quod per  
accidens conuenire dicitur, quod per aliud con-  
uenit, sicut patet in quinto huius sapientie  
libro. Ex quo enim multipliciter dicitur vnum  
& ens quæ sunt prima quibus hæc accidunt,  
oportet etiam, quod accidentia eorum multi-  
pliciter dicantur tali multiplicitate quæ est  
principij multiplicitas, scilicet quod quodlibet  
illorum primo quidem sit in vno, & posterius  
in aliis : & tunc in ambitu illius multiplicitaris  
in accidentia & prima dicantur multipliciter,  
in qua multiplicitate multa conueniunt vni &  
eidem in vno sine multiplicitaris modo, quæ  
non conueniunt ei in modo alio multiplicita-  
tis eiusdem. Propter quod etiam id quod 1. est  
queritum, his adiungemus, quod est, verum  
vnum vni sit contrarium vel non ? sicut vnum  
videretur contrarium esse multo & paucio : &  
multa sunt huic similia, sicut voluntatio in mo-  
ralibus opponi videretur tam inuoluntarium per  
ignorantiam quam etiam voluntarium per vio-  
lentiam.

De omnibus enim his oportet determinare  
ad quam scientiam pertinet tractare de istis :

constat enim ex his quæ iam ante determinata  
sunt, quod prima philosophia est determinate  
de primis. Non autem sufficienter determinatur  
de ipsis, nisi determinet ambitum comuni-  
tatis eorum : communitas autem primorum  
quæ sunt vnum & ens, non est communitas  
generis, sed potius eius quod per prius & po-  
sterius dicitur de multis. Oportet igitur primam  
philosophiam omnes tales primorum determi-  
nate multiplicitates : non autem sufficienter de-  
terminatur de multiplicibus, nisi etiam osten-  
datur quid accidat omnibus his in quibus ali-  
quo modo per suam communitatem est primum  
multipliciter dictum. Oportet igitur philoso-  
phiam primam determinare de accidentibus  
omnium supra dictorum : & per hanc rationem  
etiam habetur vera ratio quare in prima philo-  
sophia simul oportet tangere distinctiones mul-  
tipliciter dictorum. E contra autem videtur,  
quod si determinantur accidentia eorum in quæ  
diuiditur multipliciter dictum, cum ea in qui-  
bus diuiditur multipliciter dictum, sint entia  
determinata, videbitur prima sapientia deter-  
minare accidentia omnium determinatorum :  
quod superius dictum est esse particularis specu-  
latiue quæ considerat ens determinatum : hoc  
enim accidens si secundum ipsum & per se con-  
uenit siue accidenti, siue subiecto, de particu-  
lari ente emanat : & sic conuenit scientiæ par-  
ticulari. Huic autem occurrit, quod non quod-  
cunque determinatum ad scientiam pertinet  
particularem, sed potius id quod tali forma de-  
terminatur, quæ per esse & rationem vel per  
esse solum est in sensibili materia. Si enim ali-  
quid per diuisionem determinetur ad speciem  
quæ nec secundum esse nec secundum rationem  
& esse sit in sensibili materia, quantumcunque  
determinetur, tamen adhuc ad considerationem  
metaphysici pertinebit : sicut hoc ipsum quod  
vocalis intelligentiam secundum rationem de-  
terminatum esse habet, & tamen est de confi-  
deratione Philosophi primi : eo quod sua forma  
non concretam habet rationem, sed potius te-  
paratam.

Quod autem dicitur, quod si accidens acci-  
dat accidenti, quod hoc abibit in infinitum,  
non est verum in his quæ per se accidunt, sicut  
patet cum dicitur, quod numero accidunt par  
& impar, & pari & impari multa accidunt, quæ  
omnia determinate habet arithmeticus. Quod  
autem multa accidunt pari & impari, patet cum  
par diuiditur in pariter parum, & in pariter  
imparum, & similiter impari & unicuique illo-  
rum accidunt multa. Similiter autem rectum &  
curuum accidunt lineæ, & tam recto quam  
curuo multa accidunt, de quibus omnibus tra-  
ctat geometer. Similiter igitur tractabit Philo-  
sophus primus de per se accidentibus primorum,  
& de accidentium accidentibus omnibus, &  
tanger omnes multiplicitates eorum, & vtram  
vnum vno opponatur, vel plura vno opponan-  
tur, & quæ de omnibus his secundum na-  
turas istorum & non per signa & icotes prædi-  
catorum quæ in multis inueniuntur inesse. Iste  
igitur sunt quæstiones 1. quæ sunt de princi-  
piis primis secundum quod theoria veritatis  
philosophie est de ipsis, sicut diximus in huius  
libri principio.

CAPVT



CAPVT VIII.

Et est digressio declarans 13. loca  
quasitum.

**I**am autem quaestiones quae de ipsis sunt prin-  
cipiis, aggrediamur. Primum autem tan-  
gemus eas quae de ipsis sunt substantiis principio-  
rum, querendo, in quo genere substantiae quer-  
enda sunt principia. Primum igitur id quod 3.  
loco superius positum est, tangamus, videlicet  
scilicet principia & elementa genera sunt quae  
sunt principia formalia, aut principia sunt illa  
materialia in quae secundum materiam diuiditur  
singulum existentium: & hoc est querere,  
vtrum principia & elementa rerum primarum  
sunt in genere substantiae formalis, aut in genere  
substantiae materialis? Stoicorum enim studium  
videns, quod forma dat esse & per formam res  
est id quod est, & quod esse proprius actus &  
effectus est essentialis formae, & quod in formis  
prima sunt genera vniuersalia, adhuc autem,  
quod res omnes cognoscantur per formas suas  
secundum hoc quod sunt, & quod haec notitia  
incipit a generibus primis, dixerunt genera esse  
principia & elementa existentium. Amplius  
autem viderunt aliud esse principium, & aliud  
principiatum, & aliud id in quo principiatum  
est id quod principiatum a principio & elemento.  
Cum igitur esse singulorum sit id quod princi-  
piatum est, subiectum autem suo materia sit in  
quo fundatur esse quod principiatum est, neu-  
trum horum erit esse principium & elementum:  
& cum in re nihil sit praeter hoc nisi forma, re-  
linquitur quod forma est esse & entis princi-  
pium & elementum.

Ad opposi-  
tum.

Contra autem Epicurei considerantes omne  
esse per generationem de materia educi, &  
diuersa compositione eorundem elementorum  
diuersa fieri, sicut patet in diuersa compositione  
litterarum ad orationes diuersas constituendas,  
& in diuersa compositione simplicium ad diuer-  
sitates complexorum, & in diuersa composi-  
tione primatum propositionum ad diuersitatem  
syllogismorum, & diuersa compositione ele-  
mentorum ad diuersitatem complexionum, pro-  
nuntiauerunt materiam & partes materiae prin-  
cipia esse & elementa eorum quae sunt: & sicut  
in ante habitis diximus, has sententias non ad  
vnum referebant intellectum, cum nec Stoici  
formam dixerunt esse in materia, sed & datose  
extrinseco: nec Epicuri dixerunt materiam in  
se formam habere, sed diuersa disgregatione &  
aggregatione fieri generationem.

Solutio que  
sionis.

Nos autem secundum Peripateticorum peri-  
tiam in ante habitis diximus quid de hac tenen-  
dum est quaestione. Hoc tamen hic adiungamus,  
quod materia nullo modo potest esse generatio-  
nis aut entis principium, nisi secundum analo-  
giam ad formam: ad formam autem non habet  
analogiam nisi per formam esse imperfectum &  
indeterminatum & confusum existens in ea:  
propter quod ipsa non est substantia simplex:  
& si ut substantia simplex acciperetur, non po-  
test esse mutationis subiectum, cum mutatio

D. Alber. Mag. Metaphy.

fit forma facta post formam continuè: nec sim-  
plicitate accepta esset entis principium, cum  
omne ens perfectum principiat ab imperfecto  
secundum idem esse: imperfectum autem se-  
cundum idem esse perfecti sumptum est eiusdem  
formae cum perfecto secundum modum & esse  
differens: & sic materia est principium esse &  
generationis subiectum. Sic autem accepta ha-  
bet potentiam ad actum formae & operationes:  
& si intentio huius esse per intellectum accipi-  
tur, haec intentio est genus secundum quod  
genus est primum subiectum confusum & inde-  
terminatum, & potentia in se habens differentias  
quibus determinatur & perficitur potentia eius.  
Peccatum igitur Epicureorum fuit, materiam  
ut substantiam simplicem accipere, & eam sic  
principium & elementum entis esse dicere.  
Stoici autem peccabant in hoc quod formam ab  
extra venire esse dixerunt. Secundum autem  
illum modum nec est esse principium, nec cum  
materia, facit vnum nisi congregatum. Non  
enim est vnum & idem nisi quod prius est in  
potentia, sit idem numero postea in actu, licet  
secundum modum & esse sit differens: idem  
autem numero sic non est materia cum forma  
simplici: & ideo non fiet ex istis vnum nisi  
congregatione vnius cum alio. Propter quod  
forma extra materiam sumpta dici esse princi-  
pium & elementum non potest. In materia au-  
tem sumpta est ipsa finis generationis & actus  
materiae, & principium esse & distinctionis ab  
aliis: propter quod est idem quod differentia  
secundum rationem differens. Sic igitur patet  
qualiter forma sit principium, & qualiter ma-  
teria, & qualiter in idem concurrat definitio  
data per materiam & formam cum ea quae datur  
per genus & differentiam.

CAPVT IX.

Et est digressio declarans intellectum  
14. quaestioni prius pro-  
posita.

**E**X isto autem aliquantulum innoscit quod  
14. quasitum est. Si enim genera per ali-  
quem modum principia sunt & elementa en-  
tium, cum in formis illa quae sunt magis vni-  
uersales, influant secundum casualitatem, non  
influentibus minus vniuersalibus, & non e-  
conuerso, videtur maxime vniuersales esse per  
se principia & elementa, & minus vniuersales  
non esse per se principia, sed per maxime vni-  
uersales. Amplius autem in motu ad formam  
illa maxime est principium ante quam nihil est  
in motu, haec autem est maxime confusa & in-  
determinata: sed sicut est in fieri, ita est in esse  
& in entibus: maxime igitur vniuersalia viden-  
tur maxima principia: sunt autem maxime vni-  
uersalia vnum & ens: igitur haec videtur esse  
principia entium prima. Non huius obistere vi-  
detur, quod vnum & ens non sunt genera: non  
enim praeducta ratio probat vniuersalia esse  
principia per hoc quod sunt genera, sed per  
hoc quod sunt prima essentialia prima autem  
essentialia esse vni & enti maxime conuenit.

Adhuc



Adhuc autem in ratione principij esse videtur ante ipsum nihil esse, & ex eius esse sequentia consistunt: sic igitur ad omnia sequentia se habent vnum & ens. Ex his igitur & huiusmodi rationibus Stoici vnum & ens esse dixerunt principia & elementa eorum.

In contrarium autem huius Peripateticorum obiicit subtilitas, dicens omne quod est principium entium, aut in quid, aut in quale esse predicatum de ipsis. Et siquidem in quid sit predicatum, oportet ipsum esse principium vt subiectum primum quod primum est ad esse potentia ad primum subiectum. Si autem sit predicatum in quale, oportet tamen illam qualitatem esse substantialem sicut est actus rerum & differentia: & idem dicunt illam esse terum substantiam & entium formam. In his autem principiis neque potentia est actus neque actus potentia: & idem compositum non est aliquid istorum, sed natura differentes & a se invicem & a composito sunt ambo predicta: vnum autem & ens sunt natura, non differentes ab aliquo eorum quæ sub ipsis accipiuntur: non igitur possunt esse principia & substantia existentium.

Quia autem questio superius inducta quaerit, vtrum vniuersalia genera magis sint principia vel specialia magis: Idem etiam de hoc aliter quam superius oportet disputare. Stoici enim magis vniuersalia genera magis dicebant esse principia, cum propter hoc quod sunt priora, tum propter hoc quod magis sunt simplicia & in pluribus inuenta, tum quia etiam ab aliis separata sunt non ab aliis dependentia, sed alia ab ipsis: & maxime quia prima causa magis sunt propinqua cum omni denominatione fiat ab aliquo proprio: talia autem non sunt materiae vel specialissima. Cum enim prima causa æqualiter se habeat ad omnia, & æqualiter omnia præhabeat in seipsa, in ea quæ maxime æqualiter se habent ad entia & maxime præhabeant ea, maxime sunt principia. His autem adhuc addebant rationem, cuius sophistica non videbant, dicentes hoc non posse esse principium quod per aliquem modum est in alio, & educitur de ipso: species autem omnes & differentias per aliquem modum videbant esse in genere, & per intellectum educitas de ipso esse: propter quod subalterna & vltima specialissima nullo modo dicebant esse principia. E contra Peripatetici dicebant naturam eam & substantiam secundum hoc quod differens est substantia a natura generis, non esse in genere, nec educi eam de ipso, sed secundum esse potentiale forma & differentia est in genere & ad esse accidentale educitur de ipso: & idem prior est actus potentia substantia & ratione. Est autem & simplicior, cum non dividatur nisi per accidens, scilicet quantitate materiae, & est ratio sua secundum vnumquodque dividendum eadem. Similiter autem & operatio substantialis. Genus autem cum dividatur potentie divisione, & cum potentia perfecta per actum secundum vnumquodque dividendum ratione efficiatur alia & alia, erit etiam substantialis operatio altera: eo quod omnis potentia determinatur per analogiam ad actum: & sic diuisibilis est genus quæ differentia: & licet in pluribus inuenia-

tur hoc, non est ratione simpliciter, sed ratione diuisibilitatis quam diximus: & quod dicitur separari ab aliis & non alia ab ipso, & idem prius est natura & intellectu, dicendum quod verum est hoc, quod prius est his quorum est primum, & hæc sunt species constituta, sed non est principium natura illius quæ est differentia & actus & forma, & idem non separatur ab ipsa sicut prior natura, sed sicut imperfectum a perficiente, & sicut confusum a determinante, sicut separatur dualitas a qualibet specie pluralitatis constituta per aggregationem, & sicut separatur trigonum a qualibet figura plurium angulorum in qua est secundum quantitatem & quantitatis diuisionem, quando per formas numerorum & figurarum quantitatis continuæ & discretæ sit diuisio. Secundum hanc diuisionem dualitas & trigonum non diuiduntur, sed sunt quasi prima subiecta quæ formis diuersis constituunt species discretorum & continuo- rum. Hoc etiam modo scitur, quod actus & forma & differentia propinqua est motori: & genus propinquius materiae, eo quod actus est diuinum & optimum & desideratum quod pluribus bonitatibus cum primo conuenit motore, & est melius, eadem de causa & perfectius, non dependens ad aliquid, sed potius ad quod est aliorum dependentia: & hic est verus Peripateticorum intellectus & subtilis: & secundum hunc intellectum propinqua genera sunt magis principia: & vt generaliter dicatur, quodlibet generum eo magis est principium, quo magis vltimas differentias participat.

CAPVT X.

Et est digressio declarans intellectum 15. questionis primæ inductæ.

Continua autem cum his dubitatio quaerit, vtrum vniuersalia genera magis sint principia vel specialia magis: Idem etiam de hoc aliter quam superius oportet disputare. Stoici enim magis vniuersalia genera magis dicebant esse principia, cum propter hoc quod sunt priora, tum propter hoc quod magis sunt simplicia & in pluribus inuenta, tum quia etiam ab aliis separata sunt non ab aliis dependentia, sed alia ab ipsis: & maxime quia prima causa magis sunt propinqua cum omni denominatione fiat ab aliquo proprio: talia autem non sunt materiae vel specialissima. Cum enim prima causa æqualiter se habeat ad omnia, & æqualiter omnia præhabeat in seipsa, in ea quæ maxime æqualiter se habent ad entia & maxime præhabeant ea, maxime sunt principia. His autem adhuc addebant rationem, cuius sophistica non videbant, dicentes hoc non posse esse principium quod per aliquem modum est in alio, & educitur de ipso: species autem omnes & differentias per aliquem modum videbant esse in genere, & per intellectum educitas de ipso esse: propter quod subalterna & vltima specialissima nullo modo dicebant esse principia. E contra Peripatetici dicebant naturam eam & substantiam secundum hoc quod differens est substantia a natura generis, non esse in genere, nec educi eam de ipso, sed secundum esse potentiale forma & differentia est in genere & ad esse accidentale educitur de ipso: & idem prior est actus potentia substantia & ratione. Est autem & simplicior, cum non dividatur nisi per accidens, scilicet quantitate materiae, & est ratio sua secundum vnumquodque dividendum eadem. Similiter autem & operatio substantialis. Genus autem cum dividatur potentie divisione, & cum potentia perfecta per actum secundum vnumquodque dividendum ratione efficiatur alia & alia, erit etiam substantialis operatio altera: eo quod omnis potentia determinatur per analogiam ad actum: & sic diuisibilis est genus quæ differentia: & licet in pluribus inuenia-

scientia, non erit scientia aliqua de rebus: eo quod non est scientia alicuius nisi per id quod est vnum in multis & de multis: & hoc non est materia, quia materia non est vnum in multis & de multis. Adhuc autem esse perpetuum & immobile non est nisi vnum: materia autem habet esse perpetuum & immobile in omnibus: igitur hoc esse est vnum: eo quod ipsa ante omnem mutationem est & motum, & post omnem mutationem est & motum eadem permanens, sicut alibi sæpe probauimus: est igitur materia perpetuum quid & immobile secundum substantiam: a forma igitur non recipit esse aliquid. Cuius igitur forma non sit inuenta nisi propter esse quod confert, videtur propter nihil penitus forma esse inuenta: forma igitur non est aliquid in genere causarum præter materiam. Amplius ex duobus diuersis in natura & esse non fit vnum aliquid secundum esse & naturam: propositio enim per se nota est, quod ex vno simplici fit vnum, & ex duobus diuersos modos habentibus in causando nunquam fit vnum: ex materia & forma fit vnum non congregatione, sed natura & esse: igitur forma vnum videtur esse cum materia, licet modo quodam differat: & hæc ratio maxime mouebat Epicureos. Adhuc autem inducebant, quod quicquid est in re est singulare: singulare autem est incommunicabile: forma autem ab omnibus a quibus esse ponitur, dicitur esse communicabilis & communis: igitur nihil est in rerum natura de formis. Substantia autem omnium rerum aliquid est in ipsis rebus. Cum igitur non sint nisi duo essentialia rerum principia, forma scilicet & materia, non videtur aliquid esse principium rerum præter materiam. His igitur & similibus rationibus quidam cum antiquis Epicureorum Philosophis contentientes dicunt formam nihil penitus esse præter materiam. Contra quod Stoici obiectentes dicunt, quod si verum est quod inductum est, perire scientiam, & perire intellectum, & perire id quod est per naturam: scientia enim non est nisi per id quod vnum est in multis, sicut præinductum est: intellectus autem non est de hoc quod sentitur, sed potius de hoc quod per abstractionem accipitur ab intellectu: non autem sit abstractio materiae a materia, sed potius formæ a materia: igitur forma est aliud a materia. Intellectus enim fit per id quod idem & vnum est in multis similitudo essentialis eorum: hoc autem non est materia: quia non est vna materia in multis, sed potius diuersa, quæ diuersas causas est diuersitatis numeri in eis. Esse etiam perit ab existentibus si non sit forma: esse enim actus est alicuius essentialis causæ: non autem est actus causæ illius quæ se habet ad esse & non esse: ad esse autem & non esse se habet potentia: materia igitur esse non est actus sine effectu materiae. Oportet igitur ponere formam præter materiam, cuius effectus sit esse. His igitur & huiusmodi rationibus forma ponitur esse causa præter materiam. Et quod materia ponitur vnum quid & perpetuum & immobile, hoc est verum quantum ad hoc quod non mutatur vel mouetur ab esse vel ad esse materiae, sed non quantum ad hoc quod non mutetur secundum esse & esse sicut mutatur subiectum mutationis & materiae.

motus, & propter hoc esse necessaria est forma. Similiter etiam vnum fit ex materia & forma non in eo quod hæc duo sunt substantie differentes secundum seipsas, sed in eo quod materia analogiam habet ad formam, per hoc quod forma secundum esse confusum & imperfectum est in ipsa. Idem enim quod est in potentia, sit in actu: & idem idem & non congregatum sit ex potentia & actu. Propter quod etiam diffinitio complectens potentiam & actum est vnum secundum esse & non multa: licet etiam in re existentia singularia sint & incommunicabilia, tamen forma accepta præter seipsum est forma communis est & principium cognitionis, sicut sæpe in ante habitis determinatum est. Et tunc accipitur tribus modis, ante rem scilicet sicut causa formalis, & in re, & post rem per abstractionem separata ab ipsa, secundum quos modos triplex vniuersale Stoici esse dixerunt, sicut in aliis locis sæpius determinauimus. Hic igitur esse intellectus 15. questionis.

CAPVT XI.

Et est digressio declarans intellectum 16. questionis.

Sextodecimo vero loco quaeritur, vtrum forma loco & subiecto & esse separata sit a materia, vel non sit separata ab ea, sed coniuncta eidem loco & subiecto, esse habens in ipsa, & non ens extra ipsam: Et hæc questio est inducta ex contrariis assertionibus Stoicorum & Peripateticorum. Stoici enim formas extra materiam separatas esse dicunt, & esse formantes eas quæ sunt in materia, & eas quæ sunt in materia esse imagines quasdam & resurrationes & vmbra earum quæ veræ formæ sunt & extra materiam esse habent: huius suæ assertionis multas & fortes afferentes probationes, quarum prima est, quod formæ omnes procedunt ex lumine primæ causæ, quæ se habet ad totam materiam sicut artifex ad totum artificiatum, & sicut formatiua virtus quæ est in semine, ad formationes membrorum. Si igitur sic sunt in lumine causæ primæ, sunt omnes ante materiam, & extra eam secundum esse & locum: & sic constat omnes formas secundum esse separatas existere a materia. Adhuc autem omne formatum habet aliquid formans ipsum quod est extra ipsum, sicut agens & operans est extra patiens & operatum. Cum igitur formæ materiales in materia formate sunt, oportet quod agens & formans sint extra materiam. Hoc etiam argui videtur ex ratione generantis: quoniam generans est dans formam quam superius dare videtur, si forma est in materia, & cum ipsum generans & mouens sit extra materiam: videtur formæ omnes separatae extra materiam existere. Amplius ad hoc est motus celestium, vt ex motore primo formæ in se descentes per motus suos adiuu & passiuis influant, & per generationem & completionem illorum in inferioribus explicentur. Si igitur sic discedant nec descendunt nisi ab his principijs in quibus sunt, videtur formæ primæ in his quæ extra materiam sunt, existere separate.

Forma communis quæ est cognitionis principium triplex modis accipitur.



separata, & primæ quidem formæ esse diuinæ & intellectuales, secundæ autem in sensibus & proportionibus periodi, quasi mathematicam ante qualitates actiuas accipientes dimensionem: in tertio loco subiecti passiuæ & actiuæ sensibilibus. Sunt igitur triplices formæ diuinæ, mathematicæ, & sensibiles, sicut Plato tradidit, qui in secta Stoicorum præcipue floruit. Et secundæ quidem imagines quedam sunt primarum, tertiæ autem refractiones & vmbre quedam secundarum, primæ autem secundarum & tertiæ archetypus.

Si autem obiicitur de formis accidentiarum, quæ non possunt intelligi esse separate, dicunt Stoici nullam esse instantiam: quia accidentia potius sunt esse quam essentia, nec sunt esse simpliciter, sed modi quidam essendi: & cum in accidentibus accipiatur universale quod dicitur quid accidentis, est ipsa quidditas non simpliciter quidditas, sed qualitas, vel quantitas modum quandam imitans quidditatis & substantiæ: & ideo accidens causatur omnifariam, nec habet talem à primo descensum, sicut formæ substantiales, sed sicut à subiecto cuiuslibet formæ substantialis.

Addunt etiam Stoici, quod cum in omni substantia naturali triplicem inueniamus modum, vnum quidem quod substantia est, alium autem quod determinabilis est & determinata dimensionibus & figuris, tertium autem quod distincta est & distinguibilis affectionibus qualitarum actiuarum & passiuarum, oportet quod isti modi causas habeant ad quas referantur. Quod autem substantia est, non potest haberi nisi à primis substantiæ principijs, inter quos fons & origo est lux & intellectus cause primæ: fons autem & origo omnis mensuræ & figuræ est dimensio & figura periodi. Cum igitur in his sicut in mouentibus & instrumentis sui esse est substantia, mensurabilitatem accipit & figurabilitatem: in materia autem actiuorum & passiuorum necesse est, quod affectum agentium & patientium accipiat.

Adhuc autem in assertionem suæ opinionis adducunt, sic esse in maiori mundo, sicut est in minori: minor autem mundus perfectus non est nisi homo per intellectum agentem & operatum operans, & sub se habens motores per imaginationes & sensum mouentes & in potestate habentes universam materiam membrorum corporis: in hoc autem exemplo omnes formas substantiæ membrorum ab intellectu agente procedere, & in ipso simplices esse substantias, in imaginatis autem virtutibus dimensionabilitatem & figurabilitatem accipere, & in materia qualitatibus sensibilibus affici. Similiter igitur erit in mundo maiori, in quo ad intellectum primi motoris secundi qui quantitati coniuncti sunt, ordinantur ut instrumentaliter seruientes: & materia elementorum subiaceat sicut materia quam in potestate habet motor primus. Propter quod primum vocant patrem intellectum, secundum autem sicut deos quorum opifex & pater est intellectus primus, mundum autem sensibilem sicut filium, & materiam sicut materiam. Aliquando autem primum dicunt sicut animam mundi, & secundum sicut vias, & tertium sicut corpus, diffi-

nientes primum, sicut Apuleius tradit, dicens primum esse mundi animam motu & ratione mundam gubernantem. Hæc igitur confirmatio est opinionis Stoicorum de separatione formarum.

In contrarium autem huius toris viribus Peripatetici obiiciunt dicentes, quod sine natura intrinseca, ut est omnis forma substantialis, materia subiectum esse non potest motus & mutationis quæ est generatio: cuius in propatulo demonstratio est: quia mutatio omnis est forma post formam, & ideo prima mutationis inchoatio est forma de potentia existens ad effectum. Cum igitur materia subiectum sit generationis primæ, oportet formas omnium generabilium esse in materia. Adhuc autem si nihil formæ præexistit in materia, materia per analogiam ad formam non determinatur: non igitur est aliqua materia alieui rei magis propria quam alia: & sic credit inconuenientia in physicis improbatum, quod ex quibus quodlibet potest generari: quia materia per hoc quod est tantum substantia à forma differens, & qualiter se habet ad omnem formam recipiendam. Amplius si nihil formæ in materia præexistit, secundum hoc vnum secundum esse vel essentiam non fit ex materia & forma: quia non est idem secundum substantiam quod primum est in potentia & postea in acta: sed est ibi congregatio duorum naturas differentes habentium, quæ non vere faciunt vnum: neque vna distinctio erit sic ex materia & forma constituti, quæ omnia absurda sunt & recte intellectui contraria. Amplius si forma extrinsecus est ingrediens in materiam, in omni generatione formæ inductio incipit in exterioribus materie, & sic paulatim ingreditur ad interiores partes materie, sicut videmus fieri in inflammatione lignorum ab igne. Huius autem contrarium videmus in omnium generatione physica, & præcipue in generatione animalium in quibus partes materie prius interioribus distribuuntur: & tunc demum exteriorum incipit formatio. Amplius autem formam quæ omnino est ab extrinseco, est ingrediens in materiam, de potentia nulla materie educam, sicut est intellectus, videmus in nulla materie obligatione coactari, neque alicuius corporis actum fieri. Si igitur omnis forma sic ab extrinseco ingreditur, de nulla materie potentia educata, necessarium relinquitur omnem formam que liberam, & nullius materie actum existere. Et huius consequentia necessitatem Plato vidit, quando dixit substantias recte esse intellectus simplices ab omni materia puras.

Hæc igitur & huiusmodi sunt quæ Peripatetici inducunt: & quæ nos hic suscipimus. *Solutio qua fionia.* Peripatetici conari declarare, dicimus cum Auer. quod nulla causa fiat quare Philosophi vias Ansto. Peripatetici in pluribus locis sunt, nisi quia pauciora vel nulla inconuenientia sequantur ex dictis eius. Secundum igitur intellectum Ansto, dicimus omnes formas potentia esse in materia & per motum educi de ipsa.

Ad ea autem quæ inducunt Stoici de huiusmodi primis mouentibus, dicendum videtur, quod illa non probant formas esse distinctas extra materias nisi in ratione formæ efficientis, quæ causæ,

*Ad oppositum.*

*Solutio qua fionia. Auerroem vide pro hac sententia 11. ca. 1. q. 1. primo & 2. met. com. 3.*

causa alia est à causa formali: forma enim eadem numero quæ in efficiente primo est, & est lumen intellectus & ratio operis, non efficitur in materia, sed conueniens vel similis secundum quod est possibile, quod effectus imiteret causam: & omnia secunda mouentia sunt instrumenta primi, & mouent in virtute formæ intellectus agentis à primo vsque ad vltimum, sicut mouent qualitates elementales in semine per virtutem & speciem formatiue virtutis quæ est in spirita seminis, & sicut mouentur qualitates elementales in corpore animato per virtutem & speciem animæ quæ est in eo. Et quoad hunc modum motus primi mouentis & instrumentorum dicuntur diuinæ ideæ & celestes formæ formantes & imprimentes & agentes & extra manere, & materiales formæ dicuntur resolutiones & vmbre & imagines, & formata quedam, licet totum esse earum educatur de materia. Hoc etiam modo generans est dans formam, non quidem eandem quæ secundum esse est in ipso, sed similem illi vel conuenientem quantum possibile est educendo de materia. Nec ad hoc est motus celestium ut eadem quæ in primo sunt, motus insuat, sed ut instrumenti virtute formetur à primo ut ad conueniens moueat materiam. Et ex his patet, quod non est aliud universale à particulari nisi in modo, & quod sunt eadem principia essendi & cognoscendi, nec sunt aliquæ formæ mathematicæ inter ideales & sensibiles, & quod vera est instantia de accidentibus quoad hoc quod forma substantialis educitur de materia sicut & accidens, licet alius sit modus educationis vniuersæ: & ideo sicut accidens non habet esse separatum à substantia, sic forma substantialis non habet esse separatum à materia. Quod autem est triplex formæ determinatio, culatur ex principijs eius proprijs: quoniam illa per se faciunt eam esse substantiam: per esse autem quod habent in materia mobili, faciunt ipsam quantitatem determinabilem: & per esse quod habent in materia sensibili, faciunt ipsam affici passionibus: & huius causam in multis locis determinauimus. Ex his autem vltimis patet, quod forma secundum esse non est ante rem cuius forma est, nec aliud est intellectus entis, & aliud esse eius, sed idem. Et sic dissoluitur quod inducunt Stoici.

CAPVT XII.

Et est digressio declarans intellectum 17. questionis inductæ.

Consequens autem questum est. 17. in ordine superius enumeratarum questionum, & hoc est, verum vnum sit hoc principium quod est substantia, aut plura numero? Hæc enim questio est orta ex præinducta & superius secundum dicta Ansto. imperfectè disputata: omnium enim Stoicorum sententia fuit substantiam hanc vnam numero simpliciter, annexam tamen sibi esse quandam pluralitatem. Huius autem rationem assignabant: quia siue forma consideretur ex parte originis, siue

*D. Alber. Ad ag. metaph.*

in seipsa, siue secundum comparationem ad ea quorum est forma, semper est vna numero & eadem. Si enim ex parte originis consideretur, est ipsa vna & eadem quæ tamen est operatum intellectus primi agentis: nec hoc secundum esse vel essentiam multiplicabile est per aliquem modum, cum sit substantia primi intellectus, sicut substantia animæ vna est non multiplicata; separans tamen virtute propria vnius & eiusdem speciei formas ossis & carnis & nerui & aliorum membrorum similibus & heterogeniorum. Si autem in se consideretur forma simplex, est essentia simplex & innatiabilis. Igitur ex illa parte etiam est vna simplex. Si autem comparatur ad ea quæ sunt post eam, hoc est, ad ea quorum est forma, constat quod ipsa causa est vnitatis & pluralitatis omnium illorum. Igitur vnitatis & pluralitatis ipsius non causatur ab ipsa; & ideo si in se est vna, ipsa etiam in illis erit vna: & sic videtur omnibus modis forma vna & eadem numero remanere. Amplius quod subtractis omnibus se consequentibus remanet vnam & idem, ipsum in se vnum est & idem: subtractis autem omnibus formam consequentibus non remanet nisi forma vna & eadem: ergo in se forma est vna & eadem. Amplius forma quæ predicatur de omnibus similitudinem essentialiam habentibus, aut est vna & eadem re & nomine, aut nomine quidem eadem, sed re diuersa. Et si eadem re & nomine forma, vna erit in omnibus re & nomine. Si autem est diuersa re & nomine eadem, tunc æquiuoce predicatur. Et hæc est ratio Auerrois in quibusdam librorum suorum, & reputat eam fortem & insolubilem.

In contrarium autem huius est, quod sicut in præmissis habitum est, quædam formarum diuiditur quantitate, & quædam diuiditur formalibus differentiis: & quocumque modo fiat, forma semper agitur in pluralitatem. Ad hoc autem omnis forma numeratur numero subiecti: constat autem subiecta esse plura: plures igitur sunt & formæ & multæ numero. Huius autem questionis veritas satis patet in disputatione priori, in qua Ansto. sententiam declarauimus: forma enim secundum quod est in multis, multiplicatur per aliud: secundum autem quod est de multis, est vna per se, & secundum rationem, non habens ex se diuersitatem numeri. Licet autem sit vna secundum originem & in se & secundum quod est de multis, tamen quilibet harum vnitatum quedam est annexa pluralitas. Vna enim ideo in lumine intellectus practici pluralitatem habet rationum ad speciem & finem operum relatarum, sicut vnius intellectus ratio est ossis & nerui & manus & pedis, quando intellectus corpus operatur, cum tamen intellectus per se idea siue species vna sit: & hanc pluralitatem facit relatio speciei intellectus ad opus. Formæ autem secundum se connexa virtutum & potestatum pluralitas est: & hanc pluralitatem facit fluxus formæ de pluribus per ordinem ante se præpositis, sicut plurimum potestatum est vita quam esse, & sensus quam vita, & intellectus quam sensus. Formæ autem quæ est de multis, connexa est subiectorum pluralitas secundum potentiam vel actum: quia vel est in multis, vel in multis

K 3



multis potest esse quantum est de sua natura, cum sit comunicabilis. Hoc igitur modo forma est vna de multis re & ratione, sicut dicit Auctores. Separata enim ab hoc & nunc remouet id quod idem est vbiq; & semper, cuius locus & species est intellectus, eod quod, sicut diximus in libro de natura animæ & opere ipsius, intellectus est species intelligibilium & locus: erit enim agens intelligibilia per intellectum agentem: & est species intelligibilium per lumen agentis, quod proprie est intelligibilium forma: & est locus intelligibilium per intellectum possibilem: ex his enim tribus & minimis natura constat intellectus: & hæc se habent sicut sol & lumen solis & perspicuum ad colores esse secundum quod est motus visus. Et hoc modo dicunt Philosophi, quod idem vniuersale est in omni intellectu, & est vbiq; & semper presentia sui potius quam informatione subiecti alicuius.

## CAPVT XIII.

Et est digressio declarans intellectum  
18. questionis.

Quia autem principium quod verè est substantia, est in materia, nec separatim ab ea, & est vnum, coniunctum tamen multitudini, oportet induci questionem 18. vtrum scilicet sit aliquid præter simul totum compositum ex mixtis & compositis alia quacunque compositione, quod Græce synolon vocant: & hoc maxime dico synolon sine totum, quando aliquid nomine forme totius & compositi prædicatur de materia sic composita, nihil addens nomine prædicati nisi materie compositionem, sicut coagularum, liquabile, arefactibile, scissibile, & alia huiusmodi quæ in scientia meteororum sunt à nobis determinata: aut forte nihil addit supra hoc, aut in quibusdam addit, in quibusdam autem non addit: & tunc oportet querere & scire, qualia sunt in quibus addit, & qualia sunt talia in quibus non addit? Si enim nihil addit in omnibus, sicut Empedocles & multi dixerunt, quod substantia formalis non est nisi harmonia compositorum & compositionis, tunc non oportet nos aliqua considerare per speciem, sed inuenire quæ sit prima materia in quolibet, & qua qualitate actiua vel passiva illa materia ad formam synolon deducatur & sciemus totam materiam entium, sicut in liquabilibus calido & humido diximus materiam primam esse aquam: arefactibilem autem esse calido & sicco diximus de materia terre esse: & si sic est in omnibus. Omnium etiam animatorum & celestium sciemus naturam, quoniam scimus propriam eorum materiam, & quo agente, & quo patiente ad compositionem conueniunt. Et hoc quidem multi etiam philosophorum & modernorum dixerunt, volentes formas nihil esse nisi accidentia compositionis & miscibilium, intantum quod & intellectum possibilem qui locus est speciei, mixturam quandam elementorum tradiderunt esse. Quorum ratio est, quod omne esse

quod est in aliquo, est in eo secundum potestatem eius in quo est. Cum igitur forme sunt in composito synolon, sunt in eo secundum potestates compositi: est autem potestas compositi proportio potestatum eorum quæ composita sunt & mixta: forma igitur omnis quæ est in composito synolon, non est nisi proportio mixtura & compositionis eorum quæ miscentur & componuntur. Hoc idem asserunt per rationem forme. Cum enim omnis forma eadem est potentia materie, sicut docent Peripatetici, & potentia materie non sunt nisi proportionales potentiarum & virtutum eorum quæ mixta sunt & composita, non erit forma actus nisi huiusmodi potentiarum synolon, & sic forma non erit nisi talis compositionis & synolon harmonia. Talibus igitur formis & non aliis circundatam dixerunt esse materiam: & hoc secundum poeticas fabulas pepulum dixerunt esse Palladis: & quia difficile est scire naturas & quantitates huiusmodi miscibilium, dixerunt, quod pepulum hoc nullus hominum reuelare potest: cum tamen Pallas scit quicquid est & erat & erit, & quicquid in mundo apparet & non apparet. Et de his nos alibi locuti sumus.

In contrarium huius obicitur: quoniam si forma non est aliquid præter synolon, non est ambo ista quæ sunt forma & materia, tunc nulla potestas apparet in synolon nisi qualitatum compositi: sed vbi non est potestas, ibi non est opus: opus ergo omnino nullum erit nisi qualitarum compositionis: nullum igitur erit opus anima: quia omne illud opus est secundum potentias vite & non secundum potentias synolon sine compositionis. Opera autem vite sunt nutrire, augere, mouere secundum locum, sentire, & intelligere, & huiusmodi alia. Quod quia omnibus patet esse falsum, constat præducta non solum esse falsa, sed hæretica. Nec patiendum est tales homines viuere, qui quicquid boni est in natura nituntur destruere.

Dicamus igitur huius questionis determinationem, quod in quibusdam forma non est aliquid præter synolon, quæ sunt materialia non attingentia naturam perfectam, sicut est nix, grando, & qualia diximus in meteoris: & in aliis est aliquid præter formas synolon quæ naturam perfectius attingunt, sicut maxime sunt animata. Si autem in animatis aliquid est, cuius anima separatur à materia vt perpetua & incorruptibilis, hoc iam in parte in scientia de immortalitate anime tradidimus: & ad hoc in hac scientia postea ostendemus. Ea autem quæ inducta sunt in contrarium, non est difficile soluere. Materia enim non solum habet potentias & virtutes ex miscibilibus, sed etiam ex influenza celestium desuper, ex virtute mouentium intellectuum supercelestium, & ex virtute animarum, in quarum corporibus dirigitur & maturatur, sicut in scientia de animalibus determinatum est, & secundum huiusmodi potentias perfectius accipit actus qui sunt aliquid præter synolon. Tanta igitur de 18. questione dicta sunt.

CAPVT

## CAPVT XIV.

Et est digressio declarans intellectum  
19. questionis.

Ex quo igitur iam constat principia formalia esse aliquid in quibusdam præter synolon, in quibusdam autem nihil, restat inducere id quod 19. questionem est, vtrum sint determinata principia talia, sine sint in rationibus, sicut illa quæ sunt aliquid præter synolon, sine sint in subiecto, sicut illa quæ nihil sunt, nisi forme synolon, sine determinata numero, ita quod sint duo vel tria vel aliquid secundum numerum aliquem & non plura: aut determinata secundum speciem, ita quod sint vnus vel duarum specierum vel alicuius determinati alterius numeri, licet sint indeterminata secundum numerum subiectorum suorum. Et quocunque modo dicantur esse determinata, ita quod nec ordine nec compositione sint agibilia in pluralitatem maiorem quam sit numerus in quo determinata sunt principia, cum principia, formalia entibus deus esse & rationem & substantialitatem, concluditur, quod entia non erunt plura quam sunt principia, sicut in antè habitis ostensum est disputationibus: & idem multi fuerunt qui infinita dixerunt esse principia forma & subiecto: & omnia esse in omnibus. Considerauerunt enim, quod principia incorruptibilia sunt, & idem adiunxerunt in compositione & mixtura non transmutantur: propter quod nullum dixerunt esse actum mixtum, sed omnis actus esse principiorum compositorum & denominationem fieri à dominante, cum tamen omnia sint in omnibus. Cum enim incorruptibilia sint, non alterantur adinuicem, sicut dicunt. Alij autem determinata dicunt esse principia in specie, & non secundum numerum subiecti, vt Platonici, qui ideas dicunt esse principia, & has numero intellectuum primorum esse species determinatas: eod quod tot sunt ideæ primæ, quot sunt intellectus actiui qui in potestate habent materiam: quæ tamen ideæ omnes sunt ex ipsa vnus & simplicis intellectus primæ idea, & ad illas omnia formantur subiecta materia: pro ratione ponentes, quod ante omnem multitudinem est vnitas, & omnis multitudo reducitur ad vnum: & sic omnis multitudo subiectorum ad vnum in forma reducitur, & omnis multitudo formarum reducitur ad vnitatem illam quæ est formarum species, & hoc est intellectus agens formas, & multitudo talium intellectuum reducitur ad vnam vnus primæ ideam quæ est species & lumen omnium intellectuum actiuorum. Et isti non aberrant omnino, sicut in consequentibus apparebit. Alij autem subiecti numero dicunt principia esse determinata, dicentes quod omnia sunt aut aqua vna, aut vnus aer, aut vnus ignis, aut aqua & ignis, aut quæcunque duo, aut tria, aut omnia quatuor elementa intransmutabiliter composita, & compositione sua entia facientia, quæ non sunt aliud ab ipsis. Et horum omnium rationes iam in antè habitis determinauimus.

Hæc igitur de ista questione cum his quæ in præcedentibus determinata sunt, sufficiant. Sic igitur patet determinatio. 7. questionum quæ de principio formali sunt.

## CAPVT XV.

Et est digressio declarans intellectum  
questi. 20.

Vigesima autem questio est, vtrum eadem sint corruptibile & incorruptibile principia, an diuersa? Nec modo queratur, quæ sunt principia, sed quorum: nec de vno querimus quocunque principio, sed de quolibet secundum quamlibet causam determinatam: De hac igitur questione, si quæ multa secundum theologizantes dicta sunt: aliter autem adhuc de hac disputare oportet. Si enim eorundem effectuum sint principia eadem, videtur quod contrariorum effectuum sint principia contraria: corruptibilia autem & incorruptibilia sunt contraria: videtur igitur, quod corruptibile & incorruptibile principia sint contraria: & hæc fuit ratio Manichei de duobus principiis. Adhuc autem principium primum causa est per se, aut non. Si non est causa per se, non est primum, sed ante ipsum est principium aliud. Si autem per se causa, tunc non causat aliquid nisi in sui conformitatem. Si igitur principium esse incorruptibile, erit omne causatum suum incorruptibile. Videmus autem multa corruptibilia. Ergo illa sunt ab illis quodam principio. Dicit autem forsals aliquis, quod primum principium causat per voluntatem & intellectum, & idem causat proit vult. Contra hoc est, quod in sequentibus huius scientiæ probabitur, quod in primo voluntas est idem quod essentia, & non disponitur diuersis volitis: igitur causatio suæ voluntatis est vno modo sicut causatio naturæ: & sic sequitur idem quod prius conclusum est. Adhuc dicitur, quod causat per intellectum: videmus autem, quod celestia per intellectum mora vno modo mouentur semper, & nulli subiacent diuersitati. Cum igitur intellectus primi magis sit stabilis quam intellectus motorum, magis vno modo erit causatio intellectus primi quam sphaerarum celestium. Quicquid igitur procedit per ipsum, procedit per vnum modum & in dispositione vna. Cum igitur res sint contrarium dispositionum, non videtur procedere ab vno & eodem principio. Hæc & huiusmodi mouebant Pythagoram ad ponendum duas essentias principiorum, vnam boni, & alteram mali: & tota causa huius dispositionis est: quis querebant causam mali, ignorantes an est malum, & quid est malum.

Nos autem quantum hoc negotium exigit, soluta, determinare volentes inducta, dicimus quod malum in natura non est aliquid existentium, & idem non habet causam aliquam essentialem, sed principio est harmoniæ & conuenientiationis principiorum constituentium, & priuatio modi ipsorum, & idem non habet causam esse causantem, sed defectus causalitatis est sibi causa, cum malum naturalium quod est corruptio, nihil

K 4 aliud



aliud sit quam contra naturam illam esse quæ est proportio principiorum constituentium in esse, & solutio modi compositionis & harmoniarum eorum. Dico igitur, quod in his in quibus inæqualis est distantia, & conuenientia ad principium primum, non est æqualis participatio esse diuini: quoniam propinquissima, sicut intelligentiæ sine motu participant: propter quod intelligentia indivisibilis & simplex facta est in luce principij primi. Magis autem distantia participant hoc per motum localem, in quo est substantia incorruptibilis mota, sicut corpora superælestia. Quæ autem sunt in vltima resolutione, participant hoc per successionem generationis, habentia causam suæ successionis motus declinæ circuli, in quo elongatio generationis primi soluit harmoniam & inducit corruptionem generatorum: & hoc est corruptio & naturæ malum: & per hoc patet, quod eadem sunt mouentia principia corruptibilium & incorruptibilium, sed mouentia non mota sunt principia corruptibilium per instrumenta quæ sunt mouentia mota per accessum & recessum & alios motus siue diuersitates, ita quod semper mali nulla est causa efficiens, sed deficiens. Quoniam si mouens præsentia facit esse, absentia facit non esse, sicut patet per inducta. Quod igitur dicitur, quod contrariorum contrariæ sunt causæ, per se falsum est, si sub contrariis comprehenduntur priuatiue opposita: sed vnum & idem diuersimodè se habens, causat taliter opposita. Nec negandum est, quin principium primum sit causa per se & essentialiter, & secundum voluntatem vno modo stantem semper: & idè ad omnia æqualiter se habet: sed non omnia æqualiter se habent ad ipsum, sed quedam propinquius, & quedam longinquius secundum perceptionem suarum bonitatum, sicut, alibi sæpe diximus. Et ex his cum illis quæ in antè habitis determinata sunt, patet factis quod tenendum est de præinducta questione. Nos enim hoc de malo animæ & hominis in motibus non loquimur: quis non est de propositione questione secundum propositam opus quod hic prosecutur.

## CAPVT XVI.

*Et est digressio declarans intellectum  
21. questionis.*

**D**Einde est querendum de intellectu questionis 21. vtrum scilicet omnium tam corruptibilium quam incorruptibilium principia sunt incorruptibilia, aut corruptibilia principia sunt corruptibilia, & incorruptibilem incorruptibilia? Et quia de mouentibus iam constat per determinationem questionis præcedentis, queramus de aliis principijs materialibus & formalibus & finalibus. Videantur enim principia materialia esse incorruptibilia per Aristot. determinationem in superiori positam disputatione: quia nec motus esset neque mutatio, nisi subiectum quod est materia, incorruptibile & ingenerabile ponatur, sicut constat ex scientia primi philosophorum. Per eandem enim demonstrationem

constat, quod forma neque generabilis est, neque corruptibilis, neque mobilis. Quicquid enim secundum essentiam non fit per motum vel generationem, esse supponitur ante omnem motum & ante omnem generationem, secundum essentiam non fit per motum vel generationem: formæ autem essentia esse supponitur in materia ante motum omnem & ante generationem omnem: non fit igitur per motum vel generationem. Huic demonstrationi non obstat, quod forma non est in materia nisi in potentia. In potentia enim esse dicitur esse compositi, non esse formæ secundum essentiam: forma enim per essentiam eadem est, siue sit in potentia, siue sit in actu. Quod autem secundum essentiam præsupponatur esse in materia, ex hoc patet, quod omnes Philosophi in hoc conueniunt, quod nihil sit physicè ex nihilo, sed ex aliquo. Si autem essentialiter forma non præxisteret in materia, oporteret quod ab alio extrinseco daretur materiæ, aut quod fieret ex nihilo, quorum vtrumque sæpius à nobis improbatum est. Amplius motus & mutatio non sunt nisi ad esse: & hoc est compositi & non essentia formæ simplicis: ergo forma neque per motum neque per mutationem fit quæ est generatio. Cum igitur generatio & corruptio non sint circa idem, necessariò sequitur, quod neque corrumpitur per corruptionem.

In contrarium autem huius est, quod mouentibus nobis mouentur ea quæ in nobis sunt, & generatis nobis generantur ea quæ in nobis sunt, & corruptis nobis corrumpuntur ea quæ in nobis sunt: formæ autem quæ sunt principia substantiarum, sunt in nobis: videtur igitur, quod mouentur & generantur & corrumpuntur, nobis corruptis & generatis & motis. Adhuc autem aliter videntur formæ incorruptibiles esse, per hoc quod principia scientiæ perpetua sunt & incorruptibilia, sicut Platoni videtur.

Hæc autem & huiusmodi in præhabitis sufficienter pettractata sunt: quia principia proxima rei principiatæ & essentialia, corruptibilia sunt per accidens, quando res corrumpuntur per se, & sic sunt etiam generabilia & mobilia: per se autem sunt ingenerabilia incorruptibilia & immobilia, sicut optime est probatum. Formæ autem primæ quæ sunt mouendi rationes in mouente, & fines vltimi qui sunt in primo motore sicut in duce exercitus, sunt absolute immutabiles & immobiles. Materia autem secundum id quod subiectum est & fundamentum, incorruptibilis est & ingenerata: per esse tamen quod habet à disponentibus corrumpitur & generatur, & corruptio vnius est generatio alterius.

## CAPVT XVII.

*Et est digressio declarans intellectum  
22. questionis.*

**D**ifficillimum autem ad considerandum omnibus antiquis visum est id quod 22. queritur questione, vtrum scilicet vnum & ens quæ sunt primi entium intellectus, eadem sine substantia,

substantia, & non diuersum aliquod subiectum, aut non, sed aliqua contenta sub ipsis sunt reum substantia, sicut amor, aut odium, aut ignis, aut aqua, aut aliquid aliud huiusmodi: Et hanc quidem questionem superius multum exquisitè disputauimus per Aristot. rationes, & idè illa non repetemus: sed alius ordinantes disputationem, rationes Platonis & Pythagoræ inducimus. Videamus igitur de reum principijs primis. Omnium enim quorum resolutio fit in vno, est vna natura principium in quam decurrit omnium relatio, & non resoluitur in aliud: sed entium omnium resolutio fit in ente & vno: & hæc non resoluitur in aliquid quod sit prius ipsis: igitur ens & vnum substantia sunt & principia omnium entium. Amplius omnium eorum quorum est substantialis egressus siue profluxus ab vno faciente per essentiam omnia, necesse est esse naturam vnam, sicut patet per inductionem omnium ab vno essentialiter fluentium, quod per essentialem operationem producit ea: non autem dubium est omnium entium profluxum esse ab vno primo principio faciente essentialiter & non accidentaliter operationem: videbitur igitur esse omnium natura vna: & hoc non potest esse nisi ens & vnum: sunt igitur principia & substantia omnium vnum & ens. Simile huius videtur tam in sensibilibus quam in intellectibilibus: quoniam quia visibilia fluunt à luce, omnium visibilibus principium essentialiter est lumen: & quia omnium intelligibilium fluxus est ab intellectu agente, lumen intellectus agentis principium essentialiter omnium est eorum quæ intelliguntur. Hinc est quod Plato Deum deorum patrem & opificem inducit dicentem: Horum tementem ego faciam vobisque tradam: vestrum erit par exequi. Et hæc est causa, quod vna natura quæ primum ens est & primum vnum, antiqui Pythagorici & Plato dicebant omnium principia: lumen enim intellectuale factuum quod fuit à prima causa, sementis est omnium, & hoc est causa entitatis omnium, & vnitatis omnium aliorum, quæ sunt posteriora ipso: & hoc aliquando volebant dicere quando dixerunt omnia fieri ex ipsa vnius & entis idea.

Est autem deceptio secundum aliquid in hac opinione: quia cum resoluitur omnia in ens & vnum, non fit in ens resolutio in vna natura quæ vniocè sit vna natura omnium: id autem quod substantiale est principium entium, vniocè est in illis quorum est principium: quia aliter non esset diffinitum: & idè peccauerunt hi Philosophi in eo quod non distinxerunt vnum & ens. Similiter autem cum fixus omnium est ab vno faciente, illud faciens non influens etiam essentiam suam in facta, licet non opteret accidentaliter, eò quod nihil penitus potest accedere illi, sed operatur per suam scientiam, quæ est lumen intellectus sui qui actiuus est, & hoc lumen procedit in diuersitatem generum & specierum secundum ordinem quem constituit sapientia sua, quæ causa ordinis est vniocè: & cum illud lumen non participet secundum potestatem & naturam eius à quo fuit, sed secundum potestatem percipientium ipsum: & hæc potestas sit valde difformis generis & speciei, non est in eis vt vna natura vno

modo accepta, sed potius vt vnum multiformiter participatum: & hoc non est substantiale principium, sicut paulo ante diximus. Et est simile huius in lumine solis, quod formatiuum est omnium generatorum: & tamen quia non participatur vnica solis potestate, sed multis potestatibus participantium, non facit vt omnia sint vnus nature per quam diffiniuntur formaliter, sed sunt diuersarum naturarum & formarum & diffinitionum: & tamen in lumine solis est vt fiat quicquid sit in eis: & similiter in lumine intellectus primi est, vt fiat quicquid sit, & tamen non est formalis substantia omnium. Et forte idè hoc vocauit Plato sementem potius quam genus vel formam: quia informatiua sementis est vt fiat radix & stipes & folium & ramus & flos & fructus, & tamen non est vniocum principium saluatum in omnibus inductis. Ex his igitur probatur, quod non est recta demonstratio superius inducta & probata per ea quæ vniocè procedunt ab vno essentiali aliquo principio. Patet igitur præinducta questionis determinatio secundum Peripateticorum subtilitatem.

## CAPVT XVIII.

*Et est digressio declarans intellectum  
23. questionis.*

**C**onsequens questio quæ 23. ponitur in ordine questionum est, vtrum principia sint vniuersalia, aut vt singularia reum: quæ licet iam in aliis determinata sit, tamen vt sufficientior sit doctrina, dignum est de ea aliquid disputare. Omnium autem Stoicorum sententia fuit vniuersalia reum esse principia, & huius potissimum causas tres assignabant: quoniam si essent singularia, cum singularia sint infinita, & infinita non sint scita, neque perfecta essent reum principia & ignorata & imperfectissima: non ergo essent causa scientiæ reum & perfectiones earum. Secunda autem causa est: quia si essent singularia, non essent nisi tantum vnus solus rei principia: quia singulare non conuenit nisi vni soli: principia autem querantur quæ sunt omnium principia. Tertia autem causa est: quia si essent singularia, non essent diffinitiva: diffinitiva enim priora sunt diffinitis secundum naturam: singulare autem nullum omnino est prius, sed omnibus est posterius secundum naturam: & idè singulare non præhabet aliquid, sed præhabetur ab vniuersali causa: & cum diffinitiva præhabeant diffinitum, diffinitiva non possunt esse principia.

Et contra autem illi qui dicuntur Epicuri concedebant omnium principia esse singularia, causas iudicis potissimè quatuor assignantes. Quarum prima est, quod principium rei secundum naturam esse habet in re ipsa: nihil autem est in singulari nisi singulare. Secunda autem est: quia principium reum singulare est proprium, & proximum: quia aliter singulare non constitueret: proprium autem & proximum singulare est singulare. Tertia verd est: quia singulare non constituitur nisi per generationem: generatio autem



autem cum sit actus quidam principij, & actus particularium & singularium sint, oportet principia singularia esse. Quarta cui potissime innotuitur, est: quia vniuersalia in intellectu sunt: ea autem quæ in intellectu sunt simplici, causa rerum secundum esse quod habent in natura, esse non possunt.

Sententia autem Peripateticorum media via inter hæc incedens dicit, quod principia rerum secundum esse accepta singularia sunt: secundum rationem autem abstracta à rebus & separata vniuersalia sunt: & si hoc modo natura simplex principiorum consideratur, sunt antea res & principia cognitionis earum, licet abstractio eorum sit post esse, & accidit rei, & vniuersale abstrahatur ab ea. Et quia de huiusmodi multa dicta sunt, videntur nobis sufficere quæ diximus ad præductæ quæstionis determinationem.

CAPVT XIX.

Et est digressio declarans intellectum quæstionis 24.

Quærebatur autem 24. utrum potestate vel actu sunt principia: quæ quidem quæstio secundum superius inducta non est disputata nisi secundum contrarietates assertionum Epicureorum Philosophorum ad Peripateticos: nunc autem de ipsa secundum Stoicorum subtilitatem differendum est. Quia igitur sicut in præhabitis diximus, ista sapientia maxime intendit de fine ultimo & prima forma, quæramus, an hæc principia potestate sint principia aut actu? Videbitur fortassis finis vltimus esse potestate: propter quod enim mouet principium mouens, & mouetur: omne quod mouetur, potestate est & non actu: quoniam si actu esset, non moueret motus, nec moueretur materia. Quoad igitur durat motus, videtur potestate esse finis vltimus mouentis, & eius quod mouetur. Amplius dux ex exercitibus tandiu mouet exercitum quoad in potentia est victoria: finis autem vltimus vniuersi entis est sicut finis ducis exercitus. Ex his igitur & huiusmodi videtur esse in potentia.

Huius autem contrarium videtur: quia id extra quod aliquid est & maxime finis, est indigens & imperfectum; primus autem motor nullo est indigens omnino & omni perfectione perfectior: videtur ergo, quod omnis finis motus & operum eius sit in ipso. Similiter autem videtur de forma prima: si enim illa in potentia sit, & non sit in actu, cum nihil redudatur de potentia ad actum nisi per id quod est in actu, erit ante primam formam forma alia quæ educit primam materiam de potentia ad actum: & sic aliquid erit in vno & eodem genere prius primo, quod est impossibile. Si autem propter hoc decet prima forma in actu esse, & non potentia: tunc sequitur, quod aliquid sit vnus actus primus qui est actus omnium & in hoc omnia eunt vnum, quod sæpius in antea habitis improbatum est.

Secundum Peripateticos autem quos defen-

dimus, dicemus adhuc quod finis vltimus est in actu & non in potentia, nisi secundum aliquid. Finis enim vltimus est bonitas & perfectio causæ primæ, quæ omnimodè actu est & non potestate, sed consecutio eius in parte cuiuslibet entis proportionata est in potentia: & ideo prima causa est immobilis in se, cum nihil sui sit extra ipsam, sed mouet omnia alia quæ sui consecutionem habent extra se secundum aliquam bonitatem suarum participationem. Similiter autem & prima forma quæ lumen est intellectus eius, in actu est, in qua est quod fiat omne quod sit. Sed resultatio eius quæ est forma entis facti, est in potentia: sicut forma artis in actu est, sed resultatio eius in lignis & lapidibus est in potentia: & sic est de forma solis ad formas generatorum, & forma luminis ad colores. Per hæc igitur patet determinatio quæstionis huius.

CAPVT XX.

Et est digressio declarans intellectum quæstionis 25.

Am de 25. quæstione pertractandum est, utrum scilicet principia aliter sint principia quam secundum motum, aut per motum sint principia rerum. Dicebat enim Plato formalia principia rerum & idealia sine omni motu principia rerum existere & remanere, ea etiam remotis eis quorum sunt principia: & huius assignabat causas tres & modos duos. Causarum autem vna est: quia separata sunt à materia huiusmodi principia: aliter enim non possent esse principia, cum omne quod in materia est, principiatum sit: & cum formæ principia sint, oportet formas esse separatas. Secunda autem causa est, quod formæ secundum essentiam sunt ante materiam, & non dependent ab ipsa, sed à conuerso materia dependet ad formam: quod autem ante aliud est secundum naturam non dependens ad ipsum, non subiacer motibus & passionibus eius: forma igitur non subiacer motibus & passionibus materię. Tertia causa est, quod forma sit præter omnem motum & causa immobilitatis: quia omne quod mouetur, quiescit quando adipiscitur formam ad quam est motus. Cum igitur separatam ante mobile existens quod est causa quiescens & immobilitatis, sit præter omnem motum, & forma sit huiusmodi principium, videtur forma aliter quam secundum motum esse existentium principium. Huius autem quidam Platoniorum ponebant duos modos, quorum vnus est in sigillo, quod absque omni motu quo cetera mouentur, nihil accipiens, & nihil abiciens, format ceram, & est principium formationis eius. Alius est forma artis secundum quam sit calculus, in qua arte ad vnam formam separaram & immobilem multi sunt calcei. Et sic dicunt esse de opifice primo & rerum paradigmatis.

In contrarium huius est quod in physicorum demonstratum est, quod videlicet nunc agens & ante hoc non agens, non agit nisi per motum aliquem factum in ipso. Si igitur

tur principia sint aliquando principiarum, aliquando principia non fuerunt, sunt facta principia per motum. Propter quod Peripatetici dixerunt, quod principia rerum per motum sunt principia, neque sunt formæ rerum separatæ nisi per modum illum quo principia sunt scientiæ rerum. Qui modus à nobis determinatus est.

CAPVT XXI.

Et est digressio declarans intellectum quæstionis 26.

Utrum autem numeri & longitudines & figuræ & puncta substantiæ quædam sint entium, aut non. 26. est quæstio, & à nobis in anteriori disputatione secundum sententiam Aristoteli multum discussum: & ideo pauca de hoc quæsitoremanens addenda. Non enim Plato dixit hoc omnium esse principium, sed mundi sensibilis tantum: & ideo quædam hic dixit esse principia, & non simpliciter. Videbatur enim hæc præter inductas vti ratione: quia id quod est substantiæ aliquid, non habet accedens causam sui & principium: partes autem substantiæ sunt substantiæ aliquid: non habent igitur partes substantiæ principium & causam sui accidens: partes autem substantiæ non sunt aliquid substantiæ nisi per dimensiones diuidi possunt: dimensiones autem quæ diuersitatem substantiæ conferunt in ea quæ aliquid substantiæ sunt, sunt substantiæ & non accidentia: cum enim diuisibilitas non fiat substantiæ nisi in substantiis, ipsa diuisibilitas non videtur accidens causam habere. Adhuc prima indiuisibilitas in habentibus firmam in potentia est puncti: si autem substantia sola sit, ipsa sic indiuisibilis est: videtur ergo puncti habere rationem. Hæc & huiusmodi multos mouerunt ad dicendum, quod dimensiones substantiæ sunt rerum diuersarum.

Solutio.

Nona subtilis motus loquens de Doctoris & pondera.

Sed ad omnia hæc sciendum, quod licet substantia indiuisa sit actus, si sola intelligatur, tamen potentia diuisibilis est, sed non est potentia diuisibilis nisi quia potentia habet partes: & ea quidem quæ sunt partes, habet in seipsa, sed secundum actum partium non habet ea nisi quando partitur & diuiditur: non autem diuiditur nisi cum dimensionibus accepta: & ideo accidens partialitatis secundum actum habet à quantitate: sed id quod est pars quod potentia est ad huiusmodi accidens, habet in seipsa: & quando dicitur indiuisibilis si sola esse intelligatur, est illa alia indiuisibilitas à puncti indiuisibilitate: quoniam negatio est diuisibilitatis à substantia secundum omnem genus, ita quod nihil est diuisibile. Non autem ita est de puncto: quia licet sit indiuisibile secundum potentiam & actum, est tamen hoc aliquid in genere diuisibile, quia principium diuisibile & substantia. Et per hoc patet inductæ quæstionis declaratio secundum Peripateticorum studium & subtilitatem: sicut enim in physicis nos dixisse meminimus, à substantia quæ actu quanta non est, sed potentia, educitur si-

cut à causa & subiecto quantitas, quando sit actu quanta: & similiter ab eadem quæ actu diuisibilis non est, educitur diuisio: & hæc quidem diuisio primo est quanti: secundum autem per quantum est substantiæ. Nec propter hoc aliquid sibi substantialium habet ab accidente, sed aliquid habet substantia quantæ quantitate, quæ non habet substantia per se sola.

CAPVT XXII.

Et est digressio declarans vltima quæstionis determinationem.

Vltima omnium superius enumeratum quæstionum est, qua quæritur, quod si quædam horum substantiæ sunt, vtrum sint nomine & ratione separata à sensibus, aut sint in eis secundum convenientiam nominis & rationis: Sicut enim olim disputauimus, ea quæ principia sunt rerum, dant eis nomina & rationes: & ideo si dimensiones & numeri mathematici sint principia sensibilium, oportet quod cum sensibus nomine & ratione conueniant: & sic quædam linee & superficies erunt rationale animal, quædam autem rudibile, quædam hinnibile, & sic de aliis, quæ valde absurda: & ideo coactus fuit Plato hæc principia secundum materiam dicere, & alia separata ponere formalia, quæ nomine & ratione cum sensibilibus conueniant, sicut & autoantropos, & autozoanos, & autopegafos, & huiusmodi de quibus sæpius multa dicta sunt. Ratione autem vsus est Plato ad probandum huius principia esse: eo quod hæc nullum relinquunt sensibilem & omnium eorum quorum est vna in communi natura, est etiam quantitas vna & vna in communi figura. Amplius autem omnium quorum est vna figura, duo sunt termini quantitatis in magno & paruo, inter quæ secundum materiam est ista natura: sicut enim diximus in libro de anima, quod omnium natura constantium terminus est & ratio magnitudinis & augmenti: videtur igitur, quod hæc sunt principia corporum sensibilium secundum materiam. Amplius non subditur materia generationi nisi diuisibilis & quanta. Non est autem diuisibilis & quanta, nisi per magnitudinem & paruitatem: quia non diuiditur nisi compositum ex paruis, & est hoc magnum: nec per diuisionem accipitur nisi minus toto, & hoc erit paruum: paruum igitur & magnum sunt principia substantiæ secundum materiam.

Quod si concedatur, optime disputatum est in contrarium per sententiam Aristoteli in præcedentibus inductam, quæ omnino est necessaria: & secundum eundem Aristoteli dicendum est, quod dimensiones & figuræ nec sunt principia substantiæ secundum formam, neque secundum materiam. Et quod non sint principia substantiæ secundum formam, patet ex superius inductis. Quod autem secundum materiam non sunt principia, ex hoc patet, quod materia principium est & non habet principium. Est autem principium vt subiectum, & non vt quanta magna vel parua. Et quod aliqua quantitas & aliqua

2. de anima. 1. 1. 1. 1.



aliqua quantitatis figura consequitur esse generatum, est propter potestates formæ, quas non explet nisi in quanta & tali figura partium materia & organorum compositi: & ideo omnium talium est ratio quantitatis & figuræ: & cum hæc sint consequentia compositum, patet quod non sint principia substantiæ secundum materiam, nec materia subiicitur formæ vel generationi secundum quod est quanta, licet sine quantitate motui & mutationi non subiiciatur: quia cum per se sit generationis & corruptionis subiectum, generatio autem & corruptio non sint nisi fines motuum, nec mobile nisi quantum, inde est, quod oportet generabilius materiam esse quantam. Patet igitur, quod accidit

materiæ quantam esse: & hoc ignoravit Plato, & adhuc multi ignorare videntur. Similiter autem materia non subiicitur formæ sensibilium secundum quod est quanta, sed cum formæ sensibilium sint multarum potestatum, & hæc diversitas potestatum exigit materiam diversitatem in quantitate partium materiæ & figuræ, oportet materiam subiectam sensibus formis quantam & distributam esse, & in diversas figuras in partibus illis. Non ergo hæc sunt principia materiæ, sed potius in composito principiantur ab ipsa. Sic igitur determinatæ sunt quæstiones in hac scientia de principiis inducæ.



LIBER QVARTVS,  
QVI EST DE PRINCIPIIS  
HVIVS SCIENTIÆ, QVÆ SVNT  
PASSIO, SVBIECTVM,  
ET DIGNITAS.

TRACTATVS I.  
DE QVO SIT VT DE SVBIECTO,  
& de quibus passionibus.

CAPVT I.

*Quod hæc scientia est vniuersalis, & nulli scientiarum particularium est eadem.*

Tex. c. 1.



AM compleuimus in præcedentibus libris de quibus causis inquirere habet hæc scientia, quoniam inquiruntur hic primæ causæ, quæ extremæ sunt in resolutione causarum principiorum. Prælibatum est etiam in eo qui ante hunc librum est, quæ sunt quæstiones istius scientiæ, atque causæ iam dudum inuestigatæ quæruntur. Restat igitur nunc vt ostendamus in hoc libro scientiam hanc esse talium quæstorum, & per huiusmodi extremas causas quales assignauimus, licet iam dixerimus in præmissis, non omnes entis omnes causas esse: quia si omnes causas æquè principaliter essent omnis entis, oporteret, quod omne ens esset eiusdem naturæ cum ente transmutabili, in quo conueniunt omnes causæ, sicut diximus in secundo phy-

ficorum: non igitur entis in quantum est ens sunt omnes causæ: diximus autem in præhabitis, quod sapiens qui dicitur Philosophus, est doctissimus causarum, principaliter autem cognoscit finem vltimum & formam primam entis secundum quod est ens: & hoc quidem sine demonstratione dictum est in præhabitis: nunc autem demonstrare intendimus, quod est quædam scientia quæ per extrema & prima principia formæ primæ & finis vltimi considerat ens in quantum est ens, & quæ insuat enti: hoc enim habito stabilita est sufficienter scientia ista, cum iam determinata sint principia & quæstia & subiectum & passiones ipsius. Hoc igitur facere principaliter intendimus in hoc libro quarto: ex consequenti autem, quia scientia de primo ente secundum quod est ens, est etiam de primis principiis demonstrationis omnium scientiarum, sicut in secunda quæstione libri præcedentis determinauimus. Quidam contradicunt principiis illis, asserentes nihil penitus scire aliquem nec scire posse, ideo ex consequenti manifestabimus mendacium huiusmodi sophistarum: & in his duobus tractatibus complebitur liber iste quartus.

In primis igitur præmittemus propositionem

2. phy. tex. com 70. & infra.  
Idem Commentator hic. & 3. meta com. 3. & in pr. logo suo super vltimo phy.

nem tria quae in primo tractatu intendimus continentem, dicentes quod certissime scientia quaedam una est & eadem, quae speculari habet ens in quantum est ens & subiectum, & eadem speculari habet eas passiones & praedicat quae huic enti insunt secundum se siue essentialiter secundum quod est ens: haec autem scientia nulli scientiarum quae in parte entis speculari dicuntur, est eadem. Hoc autem vicinum primo ostendimus, quod scilicet scientia vniuersalis quae est de ente secundum quod ens, & de praedicatis entis, nulli particularium scientiarum est eadem. Nullam enim scientiarum specularium intendit vniuersaliter de ente in quantum est ens, cum duae sint speculatiuae praeter hanc, physica scilicet & mathematica, utraque istarum est abscondens per formam ens, ad genus determinatum trahens partem aliquam determinatam entis, & speculari accidens siue passionem & praedicatum quod accidit per se circa partem illam entis determinati per principia non extrema, sed propria & proxima, sicut faciunt illa de numero scientiarum specularium quae sunt mathematicae, & sicut facit physica: physica enim ens contrahit ad corpus mobile, & illius accidentia per principia propria entis mobilis speculari ita mathematica tota contractum ens ad quantum a motu & materia sensibili separatum considerat, & praedicata quae insunt illi per se considerat per principia non extrema, sed propria. Cum igitur non sint plures speculatiuae quarum istae quae inducuntur sunt, scientia quae considerat ens in quantum est ens, nec in substantia, nec in passionibus; neque in principiis est alicui scientiarum particularium eadem. Nulla enim scientia considerans ens non in parte, & principia & passiones entis non in parte, est eadem alicui ens in parte, & passiones in parte entis, & per principia propria consideranti. Scientia autem ista quae sapientia vocatur, considerat ens non in partem determinatum, & accidentia entis non determinati, & per principia entis non determinati: igitur illa scientia nulli particularium est eadem, sed diuersa ab ambabus illis. Non dicimus autem hanc scientiam particularem ideo quod particulariter praedicato subiiciatur, aut ideo quod praedicatum particulariter & non vniuersaliter insit subiecto: hoc enim modo omnis scientia vniuersalis & vniuersalium est: sed dicimus scientiam particularem; quae considerat naturam determinatam per formam vnam generis, aut speciei, aut passiones quae secundum illam naturam illius formae illi enti determinato conueniunt secundum ipsam naturam per quam determinatur, sicut est corpus physicum & quantitas mathematica. Per oppositum autem huius dicimus scientiam vniuersalem, quae est entis indeterminati quod secundum se & secundum sui compositionem. Sic igitur patet, quod scientia vniuersalis non est aliqua particularium specularium. Quod autem haec scientia vniuersalis non sit sibi subalternans particulares specularium, & quod ita habita adhuc necesse sunt aliae, iam dudum in scientia primi libri declarauimus.

D. Alber. Mag. Metaph.

CAPVT II.

In quo probatur, quod haec scientia est de ente secundum quod ens, & solvantur obiecta quae sunt contra haec.

**O**stendamus autem primam partem superius inductae propositionis, quod scilicet sit scientia quae speculari ens in quantum est ens, & quod haec scientia sit ista sapientia, cuius esse stabilire intendimus. Si enim est scientia quae per extremas causas & per extrema principia speculari primum ens, oportet quod quaedam scientia sit quae speculari ens in quantum est ens, iam autem in quaestione habitum est primi libri praeducti, quod extremarum causarum & principiorum consideratio pertinet ad hanc scientiam, & in quaestione tertia habitum est, quod eiusdem est speculatio primi entis: igitur scientia istius est entis speculatio: quoniam enim principia prima, & extremas in quibus stat resolutio quingimus causas, sicut primam formam, & vltimum finem, palam, quia principia illa & illas causas necesse est esse alicuius naturae subiectae in hac scientia, non secundum accidens, sed secundum ipsam: causa autem illa & principia non sunt naturae alicuius significantis ens in parte, sed naturae entis secundum quod est ens. Oportet igitur, quod ista scientia sit entis in quantum est ens. In nulla enim scientia quarantur principia naturae subiectae secundum accidens, siue secundum aliud conuenientia. Si igitur Philosophi alij praeter nos etiam sicut & nos entium elementa & principia querentes, ea quae fuerunt principia, quae naturae rei subiectae conueniunt secundum ipsam, & non per aliud, sicut querentes naturae transmutabilis elementa attulerunt ea quae conueniunt transmutabili in eo quod transmutabile, & non in eo quod elementum vel ignis, necesse est etiam entis elementa & principia esse principia entis, non secundum accidens, nec secundum aliud, sed secundum ipsum essentialiter in quantum est ens. Nobis igitur istam sapientiam tradere volentibus necesse est accipere causas primas entis in quantum est ens, & non in quantum hoc ens vel illud.

Dubitat forte aliquis si de ente possit esse scientia, cum nihil diuersum praedicabile sit de ente: omnis autem scientia est passionis quae sic est in subiecto, quod in numero est cum subiecto; differentia autem in causa est numeri: ubi igitur nulla differentia est & nulla diuersitas, nullus est numerus: & sic nulla demonstratio & nulla scientia. Amplius ens est causarum primum & non est causarum aliquod ante ipsum: igitur nulli subiectibile esse videtur, sed praedicabile de omnibus: & sic scientia non videtur esse de ente vt de subiecto, neque vt de praedicato, cum non habeant differentiam ad aliquod entium. Et sunt ista obiecta sophistarum.

Ens enim subiectum est habens accidentia multa quae accidunt ei per se, licet realem ad ipsam non habeant differentiam, habent tamen differentiam.

Tex. c. i.

Obiecta  
sophistarum  
contra praedicta

solutio  
differen



differentiam in modo: quod patet per hoc: quia cum ens nihil habeat ante se, patet quod non procedit in esse sicut forma alicui addita præcedenti, sed sicut subiectum in quo informata sunt omnia sequentia: vita enim est ex additione formæ cuiusdam se habens ad ens, & similiter substantia, & sensus, & ratio, & intellectus. Nec dicitur esse subiectum sicut species quæ subicitur generi differentia constitutiva: sed dicitur subiectum sicut illud quod præsupponitur in omnibus sequentibus, & omnibus substat eis. Et sic patet, quod licet sequentia reale ad ipsum non habeant differentiam, habeant tamen ad ipsum differentiam in modo. Et hæc differentia sufficit scientiæ primæ philosophiæ. Sic enim antecedentia entis demonstrantur inesse, ut entia per informationem esse habentia insunt entis per creationem solam habentis esse in eo quod nihil penitus ante se habeat. Reliqua autem ad minus sibi præsupponunt ipsam ens. Sic enim intelligitur quod in libro de causis dicitur, quod prima rerum causarum est esse, & non est ante ipsam causam aliquod. Omnia autem alia sunt per informationem, ut bonum, & verum, & omnia alia.

CAPVT III.

Qualiter scientia que considerat ens in quantum ens est scientia una.

**Q**uia vero omnis scientia una est vnius generis subiecti, ens autem non est vnum genus aliorum, oportet nos ostendere quomodo possibile sit scientiam de ente esse vnam scientiam. Dicamus igitur, quod ens multis quidem modis dicitur de his quæ sunt sub ipso, ut partes ipsius. Et ideo non dicitur vniuersè: quia vniuersum de multis dicitur vno modo & ratione vna, licet forte magis & minus communicat illis de quibus vniuersè prædicatione prædicatur, sicut substantia maxime dicitur de prima substantia, & minus de secunda, si ab actû substantiæ substantia dicatur. Ens autem cum multis modis dicitur re & ratione de multis dicitur, dicitur tamen omnibus his modis ad vnum nomen, & ad vnam aliquam naturam, ad quam omnes illi modi dependent: & ideo non est æquiuocum secundum veram æquiuocationem, secundum quam solum nomen commune est & ratio substantiæ & naturæ diuersa est, & ad vnam naturam non dependet ipsa diuersitas. Et hoc videmus in analogia communis dicte secundum causam finalem. Sic enim dicitur salubre multis modis diuersis ad vnum quod est sanitas, & finis omnium salubrium: hoc enim dicitur salubre siue sanum ut conseruans sanitatem sicut exercitium; aliud autem salubre siue sanum dicitur ad conseruante sicut in actione sua sanitatem faciens, sicut portio siue pharmacia humorem putridum expellens: aliud autem salubre siue sanum dicitur tertio modo à dictis (duobus sicut signum sanitatis, sicut pulsus, vel vna, vel ceteri dies

laudabiles: quartum autem salubre siue sanum dicitur sicut susceptibile sanitatis de facili, sicut corpus mundum ab humoribus malis. Et cum diuersi sint modi quibus ista sana dicuntur, est tamen vnica natura sanitatis ad quam sicut ad finem omnia sana dicuntur, & à qua sani accipiunt nomen.

Huius autem adhuc simile exemplum est in communitate analogiæ cause efficientis dictum, & est communitas qua multa dicimus esse medicinalia per comparationem ad vnam eandem medicinam. Dicitur enim his medicis medicinalis in habendo facultatem medicinæ secundum habitum regentem actum medicæ actionis. Aliud autem dicitur medicinalis in existendo subtile secundum industriam ad medicinam, sicut verula sine arte operans. Aliud autem dicitur medicinale, quia facit actum conferentem medicinæ, ut clyster vel syringa. Et cum modi sint diuersi omnes isti, tamen vna est ars medicinæ secundum naturam & nomen & rationem ad quam omnia ista modis diuersis dependent, & à qua accipiunt nomen medicinalis. Similiter autem multa alia sumamus ad similitudinem istorum multipliciter secundum analogiam dictam, de quibus in 5. huius sapientiæ libro determinabimus. Simile vero istorum multipliciter dictorum ad vnam formam & ad vnam materiam dictorum, non est possibile inuenire: quia multæ respicientia vnum secundum formam sunt vniuersa: eorum autem quorum est vna materia, est transmutatio adinuicem: si autem non transmutantur adinuicem, non est eorum materia genere vna. Quando autem est vna materia secundum genus multorum, hæc non tota est in aliquo istorum: & ideo sicut ad vnum ad materiam vnam multa non dicuntur. Multipliciter igitur dicta ad vnum sunt secundum finem & efficientem causam.

Ita etiam multipliciter ad vnum subiectum omnium sicut superius dictum est; etiam ens, multipliciter dicitur de multis, quæ omnia dependent ad vnum ens, quod est verum ens & subiectum vnicum omnium, & accipiunt nomen ab ipso: & ideo talis dicti multipliciter ratio refertur ad principium vnum: quedam enim dicuntur etiam quæ sunt substantiæ, quedam vero ad substantiam dependentia, quedam sicut passiones substantiæ, quedam autem sicut vix in substantiam, sicut generatio quæ est substantiæ actus potentis permixtus, aut sicut corruptiones quæ sunt vix in non esse in qua esse substantiæ continet abicitur, aut sicut priuationes quæ sunt potentia pura actui non permixta, aut sicut qualitates primæ vel secundæ alterantes substantiam, alterationis enim finis est generatio vel corruptio: aut sicut effectiua substantiæ, sicut sunt virtutes informantes qualitates actiuas & passiuas ut actum inducant substantiæ, sicut sunt virtutes intellectuales, & animæ virtutes in caloribus & spiritibus feminum & animarum: aut sicut generantia substantiam elementaliter, sicut materia & forma: virtutes enim faciunt substantiam effectiue generantia aut constituunt eam elementaliter: aut sunt entia, ad quod sunt aliqua de his quæ ad substantiam dicuntur, sicut tota accidentium multitudo: nec tantum recipiunt nomen entis quæ

quæ sic secundum primos intellectus rerum, sed etiam quæ respiciunt ens secundum intellectus secundos logicos: unde horum quæ dicta sunt, non solum affirmationes, sed etiam negationes: horum autem entium negationes substantiæ dicimus esse & non esse significare, licet huiusmodi intentionum dispositio non sit nisi in anima: propter quod etiam dicimus non ens esse non ens. Omnibus igitur dictis modis dicitur ens per dependentiam ad subiectum vnum, quod est verè ens, cui alia vel inferunt passiones, vel sunt transmutationes eius, vel transmutantia ens verum, vel ad ipsum dicta sicut dispositiones, vel mensuræ, vel respectus, vel habitus, vel actiones verè entis, vel intentiones secunda acceptæ circa ipsum esse verè entis, vel alicuius quod dicitur ad ipsum ut accidens ad subiectum: propter quod etiam quidam dicitur accidens non ens, sed esse quodam esse & signare. Omnia igitur diuersis modis dicuntur ad vnum.

Quemadmodum igitur salubrium omnium vna & eadem est scientia quæ est de verè sano, & medicinalium omnium vna est scientia cura, verè medicinali dicto: ita hoc conuenit esse & in aliis multipliciter ad vnum dictis. Non enim solum est vnius & eiusdem scientiæ speculari circa ea quæ vniuersè vnum dicuntur, sed etiam est vnius & eiusdem scientiæ speculari omnia illa quæ prædictis modis ad vnam dicuntur naturam: omnia enim illa quodam modo dicuntur circa vnum, & secundum quod circa vnum sunt, essentialia habent prædicata quæ probantur eis inesse. Ea autem quæ æquiuoca sunt, licet aliquod habeant prædicatum quod vniuersaliter conuenit secundum totum ambitum vocis, tamen nullum penitus habent prædicatum essentialiter secundum communitatem vocis omnibus conueniens. Verè enim dici potest, quod omnis canis est pulcher: sed cum res penitus sit diuersa quæ in communitate vocis continetur, quod essentialiter est vni, non est essentialiter alteri: & sic nihil essentialiter prædicari potest de æquiuoco. Ex dictis igitur palam est, quod vnius & eiusdem scientiæ est speculari entia secundum quod entia sunt in tota entis communitate dicta. Quia vero analogum esse dicitur & dependens ad vnum cuius simpliciter & primo est ipsum nomen, ideo proprie illius primi est ipsa scientia, ex quo omnia dependent alia, propter quod accipiunt ipsum nomen commune. Si igitur in analogia entis hoc primum est substantia, oportet primum Philosophum, qui de ente intendit habere scientiam substantiarum: & quia scientia non habetur nisi per causas & principia, oportet Philosophum habere causas & principia substantiarum. Adhuc quoniam omne analogum est in communitate quadam cuiusdam generalitatis & ambitus multorum, & omnis generis vnius est vnus sensus & vna scientia, sicut grammatica quæ orthographia dicitur; vna existens scientia omnes speculari literatas voces, ideo etiam vnius & eiusdem scientiæ est speculari entis in quantum est ens omnes species quascunque species habet ens, & species specierum, siue sint separate, ut Platoni placuit, siue sint in re, sicut in anima, secundum quod ad ens referuntur. Sic enim vnam

genus vocamus, quod est vnum & primum subiectum, ad quod alia quocunque modo omnia referuntur. Palam igitur est de ente omni esse scientiam vnam ut de subiecto, quod multa habet essentialia prædicata, quæ sequuntur ens in quantum est ens, sicut potentiam & actum, & idem & diuersum, & huiusmodi: & hæc eadem est de speciebus entis omnibus & specierum speciebus, secundum quod ad ens primum sicut ad vnum subiectum quocunque modo referuntur.

CAPVT IV.

In quo declaratur, quod hæc eadem scientia est de his quæ insunt enti secundum quod ens, & conuertuntur cum ipso, sicut est vnum.

**N**unc igitur tempus est ut secundam partem principii huius libri inducæ propositionis declarem, quod scilicet secundum eandem scientiam est de his quæ insunt enti secundum quod est ens, sicut superius diximus. Primum autem inter hæc quæ sunt entis in quantum est ens, vnum est, quod conuertitur cum ipso. Si enim ens & vnum sunt sic idem quod sunt vna natura formæ & non tantum vnum suppositum quod subicitur illi naturæ, sed sunt sic idem, quia consequuntur se adinuicem sicut consequuntur hæc duo nomina principium & causa, quæ eandem rem modis diuersis significant, & ideo non consequuntur se sicut ostensa vno & eodem verbo hæc nomina. Sed illa diuersitas verbi nihil restat siue resistit, si utrumque istorum similiter accipiamus ut magis primum inter alia. Principium enim & causa vnam dicunt naturam, sed non modum vnum: quoniam principium dicit modum negationis, secundum quod ante non est aliud: dicit igitur modum abnegationis prioris illius naturæ, quæ est causa ad quam sequitur aliud, quod est ex ipsa natura quæ est causa: & sic principium non addit super causam rem aliquam secundum modum qui consistit in negatione quæ consequitur naturam illam quam dicit causa, quæ est ex qua sunt omnia alia: hæc enim est ratio causæ quæ tantum causæ, & non causati habet nomen & rationem. Si igitur sit vnam naturam modo negationis consequentem dicit vnum, non differt ab ente: & talis differentia, quod non ostenditur hæc natura nomine vno, non impedit, quin ipsum vnum sit magis primum inter alia sicut & ens. Quod autem principium & causa non sunt nominabilia nomine vno, & quod similiter ens & vnum non sunt nominabilia siue ostensibilia nomine vno, ideo est: quia omne nomen sicut alicui imponitur, ita quod ab aliqua imponitur qualitate vel modo qualitatis: propter quod etiam omne nomen substantiam cum qualitate dicit significare grammaticus: qualitatem tamen latè accipit pro qualitate & modo qualitatis siue per affirmationem siue per negationem dictæ: modos enim potius quam res attendit grammaticus.



ricus. Non autem idem modus eiusdem naturæ est à quo imponitur nomen principij, & à quo imponitur nomen causæ in eo quod est causa: quia causæ nomen imponitur à modo affirmationis, quod est vniuersaliter & essentialiter aliud esse ex ipsa. Nomen autem principij imponitur à modo negationis. Hanc affirmationem consequentis quod est ipsam non esse ex alio, quæ negatio non consistit nisi ex affirmatione prior: & ideo nihil apponit causæ, sed dicit modum alium: & cum illi modi sint affirmationis & negationis, non sunt significabiles nomine vno & diffinitione vna, modos illos determinante. Et similiter est de modis entis & vnus. Ens enim est à forma: forma autem duo facit per suam essentiam, & non per accidens. Vnum quidem, quia dat esse per hoc quod est actus: alterum autem est quod terminat per hoc quod est terminus entis: terminat autem per hoc quod facit iudicium in se & ab aliis diuisum, & diuisum ab aliis est per hoc quod non est alia: & sic terminatio formæ consistit in negatione quæ consequitur entitatem formæ in eo quod est: nomen ergo entis est formæ per hoc quod dat esse, & nomen vnus est eiusdem naturæ per hoc quod est terminus: nec addit super ens naturam, sed modum qui consistit in negatione consequente hanc affirmationem qua dicitur hoc ens esse ens. Patet igitur, quod licet differentia sit in ostensione nominis, non tamen ista nominatio remouet ipsam à natura primi entis.

Huius autem probatio est, quod cum dicitur vnus homo, & ens homo, & homo, non est aliquid diuersum siue diuisum in nominibus istis, sed vna & eadem natura hominis: sed ostendunt hæc tria diuisionem eiusdem naturæ diuersis modis significandi repetitam, cum dicitur ens homo, & vnus homo, & homo: partem autem est, quia non separatur natura illa per hæc nomina: eod quod est eadem generatio & eadem corruptio entis hominis, & vnus hominis, & hominis. Nullam enim naturam per se vel per accidens addit generatio vnus super generationem entis hominis vel hominis. Et nullam alicuius naturæ substantialis vel accidentalis adimit corruptionem corruptio vnus hominis aliam à corruptione entis hominis vel hominis. Si autem vnus aliquid adderet super ens, haberet illud generationem & corruptionem præter generationem & corruptionem entis, sicut Michael generatur, & corrumpitur musicus, manens Michael & homo. Et ideo partem est, quia in his nominibus vnus homo & ens homo & homo, & ostendunt hoc quod diuersus de diuerso modo significandi, & quod nihil aliud sit vnus præter ens. Amplius autem vnus cuiusque rei substantia est vnus quoddam non secundum aliquod accidens, sed per se ipsam. Si enim secundum actiones aliquod aliud à se esset vnus, illud accidens aut esset vnus, aut non. Si non esset vnus, tunc non esse vnus faceret substantiam vnus, quod non potest esse. Si autem erant vnus, tunc aut illud per se ipsum esset vnus, aut per aliud. Et non dici potest, quod per se ipsum: quia datam est, quod vnus addit naturam aliam quæ id est vnus quod vnus dicitur. Si autem per aliud

est vnus, tunc iterum queritur de illo alio quod ibi in infinitum. Igitur dare oportet, quod vnus cuiusque rei per se vnus est non secundum aliud accidens aliquod. Similiter autem substantia vnus cuiusque entis ens est per se ipsam & non secundum accidens aliud, substantiæ eius: ergo ens & vnus, cum dico, hoc est ens, & hoc est vnus, sunt ipsa natura quæ est rei substantia: ergo ens & vnus sunt idem, siue vna & eadem natura.

Ex hoc autem correlarium sequitur ulterius, quod quot sunt species vnus, tot sunt species entis: & de omnibus illis est vnus scientiæ secundum genus speculati, quæ est illa quæ vocatur philosophia prima. Vnum autem in substantiis facit idem, & vnus in qualitate est simile, & vnus in quantitate est æquale: & hæc omnia species sunt vnus & entis, & consideratio horum & similibus his pertinet ad Philosophum.

## CAPVT V.

*Et est digressio declarans solutionem rationum sophisticarum inductarum ad hoc quod ens & vnus non sunt vna & eadem natura.*

**D**abitur aliquis de inductis an vnus & ens consequuntur se invicem sicut vnus & eadem rem & naturam significantia. Obicit enim contra hoc Auicem, dicens, quod si vnus & ens significant eandem naturam, tunc ista nomina vnus & ens sunt synonyma, & est negatio quando vnus alteri additur, cum dicitur ens vnus. Amplius cum dicitur ens vnus, hæc duo nomina iunguntur sibi per appositionem, sicut cum dicitur animal homo: quia vnus non determinat alterum: videtur ergo, quod vnus iungatur enti per denominationem & informationem: hoc enim videtur ex hoc quod numerum & suppositum trahit ab ente sicut denominationem à denominato, & adiectiuum à substantiuo. Omne autem depominatiuum formam aliam ponit quandam supra denominatum. Vnum igitur dicit aliquam formam enti additam, cum dicitur vnus ens. Amplius vnus dicit indiuisiorem quam non dicit ens: & cum dicitur vnus ens, indiuisiorem ponit vnus super ens: addit ergo aliquid enti. Amplius vnus principium est numeri: sicut igitur punctus est natura continui, licet non sit continuum: ita vnus est natura numeri, licet non sit numerus: est igitur vnus accidens. Cum igitur dicitur vnus ens, addit vnus quoddam accidens super ens. Adhuc sicut ex præhabitis scitur, ens solum est creatum: vnus autem est per informationem: quia suum intellectum ponit circa ens præsuppositum: est enim vnus ens indiuisum: ergo addit aliquid super ens. Amplius omne diuidens aliquid addit super diuisum: vnus autem cum multo sibi opposito diuidit ens: ergo addit aliquid enti. Amplius si ens & vnus sunt penitus vna & eadem natura, quicquid opponitur vni, opponitur & alteri;



teri: multum autem opponitur vni: ergo opponitur & enti, quod falsum est: ergo vnum & ens non sunt penitus vna & eadem natura. Hac & similia inducit Auicem. pro se, quando contradicit Aristotelem in supra inductis rationibus.

Solutio  
quæstionis

Quia autem superius inductæ rationes sunt inrefragabiles, reuertemur dicentes, quod ens & vnum sunt vna & eadem natura: & vniuersitatisque rei vera entitas est eiusdem rei vera vnitatis: nec addit vnitatis entitati nisi indiuisiuitatem quæ non ponit aliquid, sed in negatione consistit: & hæc negatio consequens est affirmationem veræ entitatis, quando dicitur, hoc est ens, vel eas est ens, vel hoc ens est hoc ens. Cum enim duo facit forma dando esse & determinando, & terminet per hoc quod esse dat, erit terminatio secundum rationem intelligendi consequens dationem esse, licet simul generatione & tempore sit vtrumque: & quoad hoc vnum est consequens ad ens, cum tamen vna natura sit vniuersitatisque: modus igitur diuersus importatus per ens & vnum, facit quod nomina non sunt synonyma, nec est nugatio, quando sibi coniunguntur, nec per appositionem coniunguntur sibi. Et licet vnum ponat modum suum quem importat circa ens, sicut circa suppositum suum, tamen ille modus non est alius forme alterius ab ente, sed modus negationis qui sufficit grammatico: & ideo non est denominatiuum, sed modum habens denominatiui: & hoc forte attendit Auicem. cum dicit esse denominatiuum, sed modum habens denominatiui: & hoc forte attendit Aristotelem. cum dicit esse denominatiuum. Sic igitur licet indiuisiuitatem addat supra ens, & quoad hoc præsupponat ens; hoc tamen non est aliquam formam addere, sed potius modum qui ex negatione resultat. Quod autem dicitur, quod vnum principium est numeri, dupliciter accipi potest, propter æquiuocationem principij: est enim principium conyaturalis ei cuius est principium & reductum ad genus principij, & hoc est quasi principium intra, sicut punctus est principium continui, & nunc temporis: & est principium quod est causa non intrans in genus causari, sicut substantia est causa accidentis, & subiectum passionis, & hoc modo duplex est vnitatis, quæ vna est terminus substantiæ vel entis, & vnum huiusmodi est entis terminatio, & hoc est causa vnitatum non de genere vnitatum existens: alia est vnitatis quæ est indiuisibile siue indiuisibilitas causata & abstracta ab hoc vno, & hoc est accidens, cuius collectio facit numerum: & hoc vnum non est conuertibile cum ente, sed primum. Ex dictis autem patet qualiter vnum sit factum per informationem: & ens per creationem, & qualiter vnum consequitur ens: & ideo diuidit ipsum; & modum quemdam addit ei, gratia cuius opponitur multitudini, cui non opponitur ens: & sic patet omnium præinductorum solutio. Et facile est per hæc quæ hic dicta sunt, excusare dicta Auicem, quia pro certo si quis subtiliter dicta sua inspiciat, dicere intendit hoc quod dictum est. Ex omnibus autem inductis hoc accipiendum est, quod ens & vnum vnam dicunt naturam: & ideo species vnius

Duplex est  
vntas, vna  
de Auer.  
hic com. 3.  
& 10. met.  
com. 8.

sunt species entis. Et Philosophus tractans de ente & speciebus eius, tractabit de vno & speciebus vnius.

CAPVT VI.

In quo ex prædictis declarantur partes  
& ordo prima philosophia.

Redeamus igitur ad propositum dicentes, **R** quod fere omnia contraria reducuntur ad vnum & sicut ad principium: quia cum idem sit vnum, sicut diximus, & illi opponitur diuersum, a diuersitate incipit omnis contrarietas & omnis oppositio. Dico autem fere propter oppositionem priuatiuam quæ relinquit subiectum: & quoad hoc a diuersitate non incipit hæc autem speculata sunt in parte in logicis & speculanda sunt melius posterius in eglōgia, hoc est, in distinctione contrariorum: & in quantum principiantur ab vno, intantum speculatio eorum pertinet ad istam philosophiam: quia tamen speculatur Philosophus de ente, & primum ens ex quo alia pendunt & entia nominantur, est substantia, quæ sunt substantiæ, tot sunt partes philosophiæ primæ. Sunt autem substantiæ separate quæ primæ sunt in esse secundum omnes sui differentias, licet vltimæ sunt in nostra cognitione, & sunt substantiæ physice quæ secundum suas differentias posteriores sunt in natura, licet priores sunt in nostra cognitione quæ a sensu incipit: & ideo sequentes facilitatem doctrinæ in 7. & 8. determinabimus quidditates physicarum substantiarum, & sua consequentia, sicut potentiam & actum, vnum & multum in 9. & 10. & tunc in 1. libro deinceps & de separatæ cum subiectione loquemur. Ex his igitur patet, quod necesse est esse aliquam primam philosophiam habentem istas substantias, & similiter habentem cognoscere vnum & ens. Omnia enim ista recta ratione existunt habentia pro generibus primis vnum & ens. Dico autem vnum & ens esse genera: eo quod sunt prima subiecta, ad quæ omnia alia se habent per informationem & additionem, sicut diximus in antè habitis. Ex quo prima philosophia est de his, necesse est etiam, quod scientia librorum in quos ista philosophia diuiditur, sequantur hoc sicut diximus: est enim Philosophus in hac parte similis illi qui dicitur mathematicus. Mathesis enim habet partes in quibus quædam est scientia prima, sicut in quanto discreto est arithmetica prima, & in quanto continuo geometria est prima. Est autem in discretis secunda scientia, sicut musica: & in continuis, sicut perspectiua: & sunt in mathematicis alia deinde scientiæ, sicut in discretis scientia Algorithmi & de pugnis numerorum, & scientia abachi & huiusmodi: & in continuis scientia de planimetria & cosmimetria & de ponderibus & de ingenis. Et sic etiam partes habet philosophia prima de substantia & accidente, quæ erit scientia libri sexti: & de quidditate substantiæ, quæ erit scientia libri 7. & de substantia physica, quæ erit determinanda

D. Alber. Mag. Metaphy.

in 8. & de consequentibus substantiam & vnam substantiam, quæ erunt scientiæ. 9. quoniam potentia & actus sequuntur primum ens, & vnum & multum, & idem & diuersum & contrarium sequuntur primum vnum: & potentiam & actum considerabimus in 9. & vnum & multum & idem & diuersum & contrarium pertractabimus in 10. & 11. & deinceps attingemus ad loquendum de substantiis separatim: & in his complebitur tota ista philosophia. Quoniam autem est istius scientiæ speculari ea quæ opponuntur vni, & vni opponitur pluralitas quæcunque oppositio, oportet quod ista scientia speculetur & negationem & priuationem vnius: vtraque enim istarum oppositionum specularatur vnum, cuius aliqua oppositio est sicut negatio, & aliqua sicut priuatio: hæc autem negatio cuius oppositio aliquando importat vnum, est duplex: aut enim simpliciter dicitur extra genus & negat vniuersaliter, quia non est illi vniuersaliter conueniens: aut negat in genere, quia scilicet non est illi conueniens de his quæ sunt alicuius generis determinati. Hoc autem est: quia sicut diximus in præhabitis, vnum non addit supra ens nisi modum negationis: est enim vnum indiuisum in se & diuisum ab aliis: & cum actus negationis sit diuidere, est vnum non alia sibi opposita, & cum sic negatur ab aliis sibi oppositis, quæ sunt plura & multa & paucata, his enim opponitur, o test esse oppositio negationis, & potest esse oppositio priuationis. Et sicut oppositio negationis potest esse oppositio vniuersalis negationis in omni genere vel in genere determinato: sicut si dicam vnum in diuersis esse negatiuum pluralitatis, aut paucitatis, aut multitudinis, sicut par & impar negatiue possunt opponi in genere numeri. Quando autem habet oppositioem priuationem ad sua opposita, accipitur vt potentia priuata formis oppositorum suorum: & hoc est quando accipitur vt potentia omnis numerus: quia sic potentia est pluralitas, & potentia multitudo, & potentia paucitas. Omnes autem istos modos oppositionum vnius oportet determinare hanc scientiam: hinc enim vni quod hæc scientia considerat, adest differentia harum oppositionum, sicut diximus. Et causa differentiarum est: quia intellectus eius est in negatione. Absentia enim vnius in suis oppositis negatio est ipsius in oppositione qua opponitur vt negatio: in oppositione autem priuationis quædam sit natura subiecta quæ potentia est sub formis suorum oppositorum: & de illa dicitur priuatio. Horum autem omnium causa est, quod vnum extra genus est, & vnum in genere: Extra genus quidem vniuersaliter conuertitur cum ente: in genere autem vnum quidem in substantia facit & est idem, & in qualitate est simile, & in quantitate est æquale, & sic de aliis. Oportet igitur, quod vnum extra genus quod importet modum negationis extra genus, & vnum in genere importet modum negationis in genere. Si autem accipitur vt potentia pura, importabit modum priuationis.

Quia igitur omnes istos oppositionis modos habet vnum, & pluralitas opponitur vni, oportet quod iam dicte scientiæ quæ est prima philosophia, sit cognoscere quæcunque his oppo-

nuntur quæ dicta sunt predictis modis oppositionum: & habebit cognoscere quæcunque opponuntur his quæ dicta sunt præinductis modis oppositionum, & habebit cognoscere opposita modis vnius, quod in vno sumitur genere, sicut diuersum, & dissimile, & inæquale, & quæcunque alia vni in eodem genere dicto opponuntur, aut quæ sunt dicta secundum ista opposita, aut etiam quocunque modo dicuntur secundum pluralitatem & vnum sicut causata ab ipsis: vnum enim in genere substantiæ dicitur idem, & vnum in genere qualitatis dicitur simile, & vnum in genere quantitatis dicitur æquale: & his opponitur diuersum & dissimile & inæquale causata à pluralitate in dictis generibus accepta: & ideo diximus, quod negatio vnius duplex est: extra genus secundum quod cum ente conuertitur, in genere quando in vno determinato genere accipitur, vt idem, simile, & æquale: vnum autem eorum quæ sic vni opponuntur in genere vno accepto, est contrarietas. Differentiæ namque accipiuntur in genere determinato, & differentiæ sunt contrarietas generis in quo potestate sunt differentiæ: contrarietas autem diuersitas est & causa diuersitatis.

Ex omnibus igitur inductis planum est, quod cum multipliciter dicatur vnum, oportet quod & ea quæ dicta sunt oppositionum, multipliciter dicantur: attamen quia non dicuntur æquiuocè, omnia hæc est cognoscere vnius & eiusdem scientiæ. Non enim sic multipliciter dicta sunt simpliciter diuersa sicut æquiuoca: sed erunt æquiuoca, si nec secundum primum dicerentur à quo nomen accipiunt: nec dicerentur ad vnum ad quod dependent secundum rationem: tunc enim omnino esset ratio substantiæ diuersa: & ideo de eis non posset determinare vna & eadem scientia. Hoc igitur est causa diuisionis & ordinis partium huius scientiæ. Quoniam verò omnia sic multipliciter dicta referuntur ad id quod primum & principaliter habet nomen illud & rationem, sicut verbi gratia quæcunque multipliciter vnum dicuntur, referuntur ad primum vnum, quod principaliter vnum dicitur, & similiter dicendum est se habere in aliis multipliciter dictis, sicut est idem, & diuersum, & contrarium, & his similia, oportet quod sigillatim sic reddendum sit ad primum cum diuisum & distinctum est, quoties siue quot modis dicitur in singulis prædicamentis quæ tali multiplicitate communiter de multis dicuntur: oportet enim distinguere quomodo singula ad suum primum dicuntur: in tali enim multiplicitate dicitur hoc quidem habendo illud primum per nomen & principalem rationem: illa verò alia dicuntur nomine illo faciendo actionem aliquam illius, sicut verula dicitur medica: alia verò secundum quosdam alios modos dicuntur. Sic igitur oportet nos in hac sapientia specialem inducere librum, vt distinguamus quoties singulum talium dicitur, & ille erit liber quintus.

De principiis autem entis & de statu principiorum oportuit fieri librum primum & librum secundum. Et quia principia sunt per quæ determinantur huius scientiæ quæstia, & oportuit præcipue quæstia, oportuit de quæstis inducere

ducere librum tertium. Qualiter autem quæstia sunt determinanda per principia, & qualiter in vnam scientiam reducuntur, & quo ordine terminanda sunt, oportuit scire per istum librum quartum.

Palam est igitur illud quod in quæstionibus in præcedenti libro dictum est, quod vnius & eiusdem scientiæ est sermonem habere de his omnibus quæ sequuntur vnum, & de substantia & consequentibus eius: hoc enim fuit vnum dubitatosum in quæstionibus: quia licet plures fuerint quæstiones, tamen circa vnum versantur omnes. In 6. enim quæstionibus quæ sunt à 7. vsque ad 12. inclusiue, hæc quæstia sunt, vtrum scilicet vnius & eiusdem scientiæ esset determinare de substantiis & consequentibus vel non.

## CAPVT VII.

In quo probantur ea quæ dicta sunt in præcedenti capitulo.

**H**ÆC autem omnia probantur ex hoc quod Philosophi de omnibus inductis est posse speculari secundum facultatem istam: quia si non est Philosophi, tunc oportet, quod sit alius cuius qui consideret ens determinatum quem supra vocauimus Philosophum particularem, sicut est mathematicus, vel physicus: & tunc quæritur, quis sit ille qui inuestigat, si idem est Socrates & Socrates sedens, & similiter in aliis in quibus dicitur idem vel diuersum: aut quis sit ille qui inuestigat, si vnum vni est contrarium vel non: aut qui inuestigat quid est contrarium secundum esse & naturam: aut qui inuestigat quoties dicitur singulum multipliciter dictorum: & similiter quis est ille qui inuestigat de omnibus talibus. Quoniam enim secundum omnia quæ induximus entis secundum quod est ens & vnius secundum quod est vnum, sunt eadem passiones, & eadem passiones non sunt numeri in quantum est numerus, nec sunt linea in quantum est linea, nec sunt ignis in quantum est ignis, palam est, quod non particularis scientiæ, sed vniuersalis illius scientiæ quæ considerat ens & vnum, est in talibus cognoscere & quid est siue substantiam, & omnia accidentia consequentia eam: & ideo etiam primi Philosophi qui de illis accidentibus intendebant, non peccant, sicut nec rectè vel de quibus contenti philosophari: sed ideo peccant, quia in omnibus talibus primum ens est substantia, de qua nihil audiunt per inquisitionem, quia non receperunt, dicentes & ponentes principia substantiæ, & noluerunt ponere numerum & vnum & multa esse principia, cum illa sint substantiæ & substantiæ principia consequentia. Sicut enim numeri sunt quædam subiecta, & illorum subiectorum in quantum sunt numeri sunt numerorum quædam passiones per se consequentes numerum, sicut imparitas, & paritas, & commenturatio, & æqualitas, & excedentia siue abundantia, & defectus, de quibus in arithmetica dictum est, & alia his similia quæ adinuicem secundum seipsa insunt numeris vt passiones subiectis. Similiter autem

sicut insunt quædam passiones per se & solido & immobili & leui & graui, quæ in physica sunt determinata, insunt aliqua propria: sicut etiam in quantum est ens, quædam insunt propria, & illa sunt etiam de quibus primi Philosophi est scrutari veritatem, sicut diximus.

Signum autem huius est, quod dialectici & sophistæ licet docendo dialecticam & sophisticam sint determinati generis, tamen in vni eandem subiungunt figuram cum primo Philosopho: quod quod imitantur eum: sophistica enim circa omnia apparet est sophia siue sapientia, & dialectica disputat de omnibus sicut & Philosophus. Disputans autem de omnibus non potest inquirere de omnibus: nisi secundum id quod commune est omnibus: ens autem est id quod commune est omnibus & vnum. Similiter circa ista eadem verò communia est philosophia, sicut dictum est in sophistica enim quam dialectica circa idem genus subiectum versatur cum prima philosophia. Sed differet philosophia à dialectica quidem modo potestatis & veritatis mediis: quoniam dialectica procedit ex figuris quæ inueniuntur in multis: sed philosophia procedit ex essentialibus propriis & profundis in natura rei. A sophistica autem differet secundum vitæ prohæresim siue electionem: quia sophistica eligit consequi gloriam, philosophia autem veritatem. Est enim dialectica quasi comformidine tentans per probabile de eisdem de quibus philosophia per essentialia medium est sciens quidem veritatem: sophistica enim vita est scire, sed non est secundum veritatem ens sciens.

Amplius autem alia contrariorum eodem modo ab ea quæ dicta est, quod reducuntur contraria in genus vnum primum quod est priuatio: omnia enim, sicut & in naturalibus docuimus, contraria reducuntur ad priuationem & habitum, reducuntur enim ad contraria in situ sicut ad prima elementa & principia contrariorum: & hæc reducuntur ad priuationem & habitum: & qualiter sit, in parte diximus in physicis & in parte posterius dicemus. Omnia enim taliter opposita referuntur ad ens & non ens, secundum quod ens & non ens priuatiue opponuntur, & referuntur ad vnum & pluralitatem secundum quod vnum potentia plura priuata actu pluralitatis. Sic enim inter ea est oppositio priuationis & habitus, sicut ex antè habitis constat: secundum hoc enim motus & status, hoc est, immobilitas quæ sunt contraria, referuntur secundum antiquos ad vnum & plura: quoniam indiuisibile quod verè est vnum, est immobile, & mobile pluralitate partium quæ sunt ante & post, continuè referuntur ad pluralitatem. Similiter autem ferè omnes Philosophi consententur omnia entia & substantiam componi ex contrariis. Ferè autem dico propter eos qui ponebant vnum ens infinitum & immobile, sicut Melissus & Parmenides. Hi enim entia ex contrariis componi non dicebant. Omnes autem alij dicebant entia componi ex contrariis: quidam namque dicebant numeros esse principia, & hi dicebant entia componi ex pari & impari. Alij autem physica ponentes principia, dicebant contraria esse, calidum & frigidum, ex

Circa idem  
etiam verum  
sanctum  
lectum  
et  
sophistica  
et prima  
philosophia.

Tex. 6.



quibus omnia dicebant componi. Alij autem materialia volentes ponere contraria, dicebant ea esse finitum & infinitum, ex quibus omnia dicebant componi: ex his enim dicebant componi magnum & paruum. Alij autem formalia ponentes contraria, dicebant illa esse amorem & odium, ex quibus omnia dicebant componi. Alia etiam omnia quæcunque contraria ponebant antiqui, reducta videntur secundum veritatem & secundum eos ad vnum, & pluralitatem, sicut ad ens & non ens priuatiue opposita. Hic igitur ipsa reductio sumatur & supponatur à nobis ab ipsis antiquis: principia verò omnia quæ sunt præter alia quæ dicuntur principiata entia, cadunt secundum reductionem ad vnum & ens, quasi ad ea genera quæ dicta sunt esse genera principiorum. Sicut enim in primo physiconum ostendimus, omnes qui ponebant principia contraria, ponebant vnum sicut ens, & alterum sicut non ens, & sicut diximus, hoc ponebant sicut vnum, & alterum sicut plura.

1. phy. tex.  
com. 11.

Palam igitur est de his quæ dicta sunt hic, quia vnius & eiusdem scientiæ est de his quæ dicta sunt contraria speculari, & ens in quantum est ens. Et huius ratio est: quia secundum præductos Philosophos omnia aut contraria, aut ex contrariis facta: principia verò contrariorum secundum eosdem Philosophos sunt vnum & pluralitas, & illa quæ sic reducuntur ad vnum & ens, sunt vnius & eiusdem scientiæ, siue vnum quod est genus ad quod reducuntur secundum vnum & idem nomine & ratione, dicatur vniuoce, sicut dixit Plato, siue non dicatur secundum vnum vniuoce, sed multipliciter, sicut forsan veritas se habet: & hoc hic non probatur, sed supponimus, & in consequentibus ostendimus. At tamen quamuis multipliciter dicatur vnum de multis, alia tamen omnia vna dicuntur ad vnum primum, & contraria vni, sicut multa, & diuersa, & dissimilia, & inæqualia, & huiusmodi alia, dicuntur etiam ad vnum primum. Et quamuis ens & vnum non sint vniuersaliter idem nomine & ratione sicut vniuoce, tamen forsan in omnibus non separatas habent rationes sicut æquiuocum; sed quidam modorum eius est dictus ad vnum primum nomine & ratione: alij verò modorum eius participat nomen ad idem dictum siue posterius: & hæc omnia speculari est istius vniuersalis scientiæ.

Propter quod non est geometriæ speculari quid absolute & vniuersaliter sit contrarium, aut quid absolute & vniuersaliter sit perfectum, aut quid vniuersaliter sit vnum, aut ens, aut idem, aut diuersum: non enim ista considerat nisi ex conditione qua ad materiam sibi propriam contrahuntur.

Manifestum est igitur, quod vnius & eiusdem scientiæ vniuersalis est ens in quantum est ens speculari, & omnia quæ insunt ei in quantum est ens. Manifestum est etiam, quod theoretica ista non solum est substantiarum secundum suas diuersitates, sed etiam existentium quocunque modo, secundum quod ad ens reducuntur, & etiam dictorum superius quæ insunt enti secundum quod ens: est igitur de inductis supra, & de priori & posteriori, & genere & specie, & toto & parte, & aliis & de om-

nibus talibus. Et sic patet de quibus est scientia ista. Ex istis patet solutio omnium questionum. 1. 2. primarum præter secundam.


### C A P V T VIII.

*Et est digressio declarans coelementationem contrariorum ad priuationem & habitum, qualiter vnum in genere & extra genus habent negationem.*

**A**D faciliorem autem doctrinam oportet nos hic ostendere quod supposuimus, qualiter scilicet coelementatio contrariorum ad priuationem & habitum reducatur, & qualiter prima contraria sint contraria accepta secundum situm. Ad hoc autem intelligendum est, quod & in quarto cæli & mundi diximus, & perfectius in libro de natura loci & locati. Si enim intelligamus materiam vniuersitatis generatorum extensam in concauo orbis lunæ sine forma naturali cum potentia ad ipsam, non erit causa quare hic generatur terra & ibi aër, nisi aliquod generans: quia generans dando formam dat locum: generans autem non potest esse nisi motus cæli secundum quod motus est actus talis corporis secundum quod est compositum ex motore & mobili: quia sic virtus eius formas producit substantiales, sicut & calor naturalis per hoc quod est instrumentum animæ. Si igitur concauum lunæ sumatur secundum quod est locus, sunt in concauo virtutes cælestes generantes. Non enim accipitur locus mathematicè, sed physicè. Virtutes igitur istæ sunt fortiores etiam in immediato quam in mediato, & fortiores in propinquo quam in remoto. In eo igitur quod immediatè coniungitur concauo superficiæ lunæ, quæ est locus aëris, simpliciter generabitur corpus rarum & calidum & formalissimum inter corpora, & in concauo ignis in quo iam virtus cæli diminuta & priuata est, & deficit virtus ignis, generabitur illi conueniens magis: & iterum in concauo illius ubi virtus cæli adhuc minor est, & deficit virtus aëris, generabitur corpus quod est sub illo materialius & spissius illo, & sic deinceps, sicut diximus in libris physicis. Et si obijciat aliquis quod differentia situs sunt accidentia: & secundum hoc accidentia sunt causa substantiæ: patet, quod hoc non valet: quia accipit hic locum physicè in quo agunt virtutes corporis illius cuius est superficies, & agunt vt vires substantiæ cælestis & elementalis. Hoc autem modo producant substantias & generant eas: & hoc modo prima in materia accepta contrarias est rarum & spissum ex parte patientis: ex parte autem generantis est prima contrarietas altera, & vnum, & in omnibus forma & virtus est generans & dans locum, & priuatio virtutis & formæ inducit aliquid materialius, quod se habet per modum priuationis ad illud: & hoc modo calidum est habitus, & frigiditas est priuatio: quia in ea deficit virtus cælestis, & deficit in ea virtus motus, & idem sinit motum. Sic etiam rarum est habitus, & spissum est priuatio propter eandem causam: & album est habitus

habitus propter lucis participationem, & nigrum est privatio eiusdem: in igne autem siccum est habitus, & humidum est a privatione causatum: & in terra est conuersus modus horum contrariorum: & hoc est ideo: quia humidum in aere est ex privatione completa raritatis: in terra autem siccum est ex privatione, quia est ex sicco humidum exprimentes, sicut in aliis locis satis declaratum est. Philosophi autem haec omnia reducebant ad ens & non ens, quae similiter dicebant opponi sicut privatio & habitus opponuntur, & ad vnum & plura quae similiter dicebant opponi. Et causam huius assignamus in primo libro: entitatem enim dicebant esse in omni re, ab vno primo, quodcumque ponebant esse illud primum, & illud esse vniuocum in omni genere entis dicebant, &

hoc dicebant esse vnum: sed non eos dicebant esse privationem illius primi in omni eo quod non est, & sic cadebat in resolutionem in plura: & ideo dicebant pluralitatem esse non ens: & sic, sicut ad prima opposita reducebant omnia in ens & non ens, & in vnum & plura. Vnum autem secundum intellectum Aristot. dupliciter accipitur; extra genus scilicet, secundum quod conuertitur cum ente: & in genere, & sic in substantia vnum est idem, & in qualitate vnum est simile, & in quantitate est aequalis, & sic de alijs: & ideo cum vnum sit non diuisum in se & diuisum ab alijs, habet negationem extra genus & in genere, & habet etiam oppositum privationis ad ea quae sibi opponuntur, sicut patet per ante dicta.



# TRACTATUS II.

IN QVO AGITVR DE STABILIMENTO principiorum demonstrationis.

## CAPVT I.

Quod vnum & eiusdem scientie est tractare de primis principis demonstrationis, & de ente primo quod est substantia.

Ter. 67.



TERMINATIS autem his, dicendum est de hoc quod in secunda quaestione quaerebatur, vtrum videlicet vnius & eiusdem scientie sit tractare de his dignitatibus quae in omnibus mathematicis dignitates vocantur, & de primo ente quod est substantia, an de hoc determinare sit scientiarum diuersarum? Ex his autem quae ante dicta sunt, palam est, quod vnius & eiusdem scientie tractare est de vtriusque, & est illius scientie quae est Philosophi primi penetratio illa, quae est de his vtriusque. Dignitates enim communes sunt omnibus generibus subiectis in omnibus scientiis, & non sunt conuenientes tantum & contractae ad vnum genus aliquod proprium alicui Philosophorum, sed potius omnes vtriusque primis dignitatibus. Et hoc non potest esse causa, nisi quia primae dignitates quae sunt principia omnium demonstrationum, sunt entis inquantum est ens: nihil enim aliud commune est omni generi subiecto nisi ens secundum se acceptum. Cum igitur dignitatibus demonstrationum vtriusque omnia genera scientiarum; oportet quod dignitates sint secundum ens acceptae: vnumquodque enim genus subiectum particularis scientie vnum est & determinatum, sicut corpus mobile, & sicut conti-

num, & sicut numerus, & huiusmodi. In tantum ergo haec genera determinata vtriusque principis, inquantum eis sufficiens est ad naturam propriam. Sed hoc principio quod de quolibet affirmare vel negare, & de nullo simul, quod est circa esse & non esse, vtrius geometer sic, quod quamlibet lineam necesse est esse simetram vel asimetram: & arithmeticus vtrius eo sic, quod quemlibet numerum necesse est esse parem vel imparem. Sufficiens ergo sibi his dignitatibus vtrius quilibet Philosophus particularis: hoc autem est, quod vtrius dignitatibus quantum contingit genus sibi subiectum, de quo faciunt demonstrationes Philosophi particulares per ipsum demonstrationis principium. Manifestum est igitur ex dictis, quod dicta omnium demonstrationum principia insunt omnibus inquantum communicant in ente, & hoc est inquantum entia sunt. Igitur speculatio de his principis est illius Philosophi qui cognoscit ens inquantum est ens. Huius autem signum est, quod nullus Philosophorum particulariter de parte aliqua entis intendendum videtur aliquid dicere de generalibus & vniuersaliter primis principis demonstrationum. Nullus enim intromittit se dicere vel probare si haec prima vera sint, an non. Et hoc patet per inductionem, quia nec geometricus facit hoc, nec arithmeticus.

Sed quidam Philosophorum ignorantis proprium subiectum, de his volebant determinate, & hoc secundum suam falsam opinionem merito fecerunt, qui ipsi soli a suis sequacibus putantur de natura tota intendere: & quia putant naturale esse totum vniuersaliter ens, putant quod illius sit intendere de ente cuius est intendere de natura. Sed quoniam ex predictis patet.



paret, quod aliquis Philosophus est superior physico, eò quod natura est determinatum quoddam genus & subiectum entis, ideò de his principiis perferatari erit illius qui theorizat ea que sunt entis vniuersalis, & qui speculatur ea que sunt circa primam substantiam que est omnium principium, & hoc est ipse Deus. Physica enim philosophia quædam quidem est, sed non philosophia prima: & ideò non est physici de his cognoscere.

CAPVT II.

*Quod principium firmissimum congruit dicta prima philosophia, & qua sint principij firmissimi proprietates & differentia.*

**Q**uicumque verò Philosophi qui de veritate prima loquuntur, dicere conantur, quomodo oportuit recipere per intellectum prima demonstrationum principia, non faciunt hoc nisi propterea quod ignorant posteriora analytica. Si enim illa scirent, profecto supponerent, quod circulo non potest fieri demonstratio: & ideò principia per conclusiones demonstrari non possunt. Scirent etiam per eadem analytica, quod demonstratio non vadit in infinitum in ante sumendo, sed stat in principiis primis demonstrationum, que ante se alia principia non habent ex quibus demonstrantur: & ideò nullus est modus doctrinæ quo sciatur, nisi forte per cognitionem terminorum in principiis positurum, qui suis definitionibus sciuntur. Ipsa autem principia secundum se que dignitates vocantur, oportet scientes præuenire, antequam aliquid sciatur per demonstrationem: & non oportet discipulos audientes hæc querere a doctoribus: hæc enim sunt instrumenta quibus omnis intellectus accipit omnem scientiam: & ideò ex potentia sciendi non egreditur in actum sciendi, nisi per illa, & est talium scientia innata nobis. Palam igitur ex dictis est, quod Philosophi primi cuius est speculari de substantia prima, que est substantia omnium dicta, eò quod illa causa omnium, est perferatari etiam de principiis primis syllogisticis, ex quibus omnis scientia demonstrat omne esse quod probat: illi enim Philosopho qui maxime inter omnes Philosophos habet dicere & docere de vnoquoque prout se habet in rei veritate, maxime conuenit dicere firmissima rei principia: quia non potest docere de re qualibet ita vt se habet, nisi per rei cuiuslibet principia: igitur illi maxime conuenit qui habet docere de ente secundum quod est ens; firmissima entis principia: quia ille solus habet dicere de re qualibet vt se habet, & non est circa hoc ens prout est hoc ens vel illud: hoc autem Philosophus qui sic de ente, est Philosophus primus, sicut patet per descriptionem sapientis quam in primo huius sapientie libro posuimus. Diximus enim ibi omnia maxime scire sicut decet non singularem, sed vnumquodque eorum scientiam habentem.

Firmissimum autem omnium principiorum

est quatuor differentiis omnia alia excedens: est enim manifestissimum circa quod mentiri & decipi nullatenus contingit, absque conditione vniuersaliter verum existens, & quod oportet præuenire scientes, & non audientes querere, sicut diximus. Quod enim impossibile sit mentiri circa ipsum, ex hoc patet, quod notissimum esse est necesse. Nemo autem deceptus mentitur in notissimo: omnes enim qui decipiuntur & abducuntur in mendacium, decipiuntur circa ea que ignorant: & tunc modica deceptio in principio, maximum in conclusione inducit mendacium & defectum. Oportet etiam hoc principium firmissimum esse non conditionale, vt hic vel nunc vel huic sit verum, & non verum vbiq; & semper & in omnibus. Diximus enim, quod principium illud necessarium est præhabere apud se antequam aliqua per doctrinam accipiat quilibet intelligens aliquid. Quod autem sic necessarium est præhabere, non est conditio quædam secundum quam sit verum & non aliter sit verum: hoc enim principium necessarium est cognoscere quemlibet qui aliquid habet cognitionis, & cognitionem huius principij est necesse venire ei qui habet eam, & non per auditum discere. Venire autem dico cum natura potentia scientiam accipiente. Palam igitur est, quod tale principium quod quatuor illa habet que induximus, omnium est firmissimum. Quod autem vel quod sit principium post ea que dicta sunt, continue deinceps dicam. Principium igitur de quo diximus, est quoddam affirmatio & negatio de nullo verificantur simul eodem & secundum idem & in eodem tempore, sed de quolibet est affirmatio vel negatio vera.

Idem enim simul inesse & non inesse eidem & secundum idem est impossibile: & accipiuntur adhuc omnia que circa principium determinata sunt, sicut quod in eodem loco & in eodem tempore & eidem & secundum idem omnia talia sint hic determinata, que ad hoc principium exiguntur, quando accipitur ad logicas difficultates determinandas: logici enim vtuntur hoc principio sicut & metaphysicus, eò quod vtrique horum Philosophorum viam habet ad principia methodorum. Id igitur principium quod nunc diximus, est omnium principiorum firmissimum: habet enim illud prædictam determinationem per quatuor præinducta: impossibile namque est quemlibet suscipere per intellectum, quod idem & secundum idem simul sit & non sit: non enim est sic in rei veritate, quemadmodum quidam purant Heraclitum dicere. Non est enim necesse, quod illa suscipiantur esse vera & intellecta, quæcumque aliquis dicit simplici dictione: & si dicatur, quod non sit verum quod nos hic dicimus, sed verum sit quicquid aliquis dicit, tunc sequetur, quod eidem & secundum idem simul in sint contraria, quod est impossibile. Quod autem hoc sequatur, palam est: determinentur enim nobis & concedantur ea que consueta sunt concedi per eandem quam nunc diximus propositionem, quod impossibile sit idem esse & non esse simul & secundum idem. Scimus autem, quod opinio contraria est opinioni, cum opinio sit habitus suscipiens verum & falsum secundum rei mutationem, sicut & oratio verum & falsum suscipit.

*certissimum principium quatuor differentiis omnia alia excedit.*

Tex. c. 2.

**I**nscipit. Opinio autem opinioni contraria precipue est, que est oppositionem secundum contradictionem habens. Palam igitur est, quod impossibile suscipere per intellectum vel opinionem eundem & secundum idem esse & non esse simul. Si enim hoc detur, sequitur, quod ille qui hoc mensiens dicit, simul & idem & secundum idem habebit opiniones contrarias: si enim dicat se opinari idem esse & non esse, oportet quod cum hoc opinetur illud non esse verum quod dicit: ex quo contraria dicit simul esse vera: & sic habebit simul duas contrarias opiniones de eodem & secundum idem, quod videlicet contradictoria eidem in sint simul & secundum idem, & non in sint eidem & secundum idem. Patet igitur, quod non est accipere per intellectum contradictoria simul inesse eidem & secundum idem: & hæc est causa quare omnes demonstrantes, principia suorum demonstrationum resoluentes reducant ea in istam que dicta est, vltimam opinionem siue acceptionem: & istam non reducant in aliquam acceptionem principij que sit ante istud. Ista enim dignitas est naturaliter principium etiam aliarum dignitatum omnium.

Sunt autem multi, sicut paulò ante diximus, qui dicebant hoc contingere, quod idem secundum idem simul sit & non sit, & dicant se ita existimare, quorum in sequentibus dabimus rationes. Hæc autem ratione existimationis multi vtuntur in his tantum, que de natura sunt, eò quod illa in motu omnia esse dicunt. Et quia motus est actus existentis in potentia, dicunt omnia simul esse per actum & non esse per potentiam. Nos autem nunc quantum proposito sufficit sine probatione accipimus supponentes ex inductis, quasi impossibile sit hoc quod idem secundum idem simul sit & non sit: per hoc enim ostendimus, quod istud est firmissimum principiorum omnium.

Quidam tamen impetiti dignantur demonstrare principium istud, volentes ad hoc inducere demonstrationem ostensiuam: & iste error contingit eis propter apedepthiam. Est autem apedepthia ignorantia, qua non cognoscitur quomodo oportet querere demonstrationem, & quomodo non oportet querere demonstrationem. Omnium enim esse demonstrationem est impossibile. Si enim hoc daretur, tunc procederet demonstratio in infinitum in ante sumendo: igitur tunc demonstratio nulla fieret sic, cum omnis demonstratio sit ex primis: in infinitis autem nullum est primum. Si verò quorundam non oportet querere demonstrationem que sunt principia omnium demonstrationum, tunc non haberent ex ratione dicere que sunt illa que magis dignantur tale esse principium de quo non queritur demonstratio, quam id quod induximus. Contingit autem aliquando non quidem demonstrationem semper esse propter quid, sed contingit quædam argumentatiue demonstrare, demonstratione scilicet quia, que est per effectum vel per causam remotam non conuertibilem. Et etiam hoc modo impossibile est demonstrare principium superius inductum, dummodo hoc solum supponatur, quod ille qui dubitat circa hoc, aliquid dicit & scit se aliquid dicere. Si verò nihil dicit vel scit se di-

cere, derisio est, quod quatuor rationem ad eum qui nullam habet in seipso dicit sui rationem, in quantum nullam habet rationem, similis est planta: talis in quantum talis est vincitur enim ab asino & quolibet bruto, quod non existimat idem esse & non esse. Quod si existimaret alius idem esse & non esse, non vitaret foueas, existimans idem esse cadere in foueam, & non cadere. Dico ergo differentiam esse inter argumentatiue demonstrare, & demonstrare: quia in veritate demonstrans opinabitur accipere quod in veritate est in principio per quod demonstrat propter quid: sed si talis non sit demonstratio, tunc argumentatio erit & non demonstratio, sicut scilicet si per effectum vel per causam remotam arguat. Oportet autem dignari quemlibet etiam sine demonstratione argumentem ad omnia talia que sic argumentatiue probantur, id quod diximus esse principium talium omnium dicere, scilicet idem secundum idem esse vel non esse: hoc enim forsitan quilibet arguens sic opinabitur querere a principio antequam ad aliquid procedat: quia sine illo nullam penitus in argumentatione potest ponere propositionem. Manifestum igitur, quod hoc principium non est audientem querere, sed præcientem habere. Habet igitur hoc principium totam firmissimi quam diximus determinationem.

CAPVT III.

*Quod non conuenit simul affirmare & negare per probationem simplicem ex hoc quod sermo aliquid significat.*

**Q**uamuis autem ostensiuæ non probetur præmemoratum principium, tamen deducitur ad multa impossibilia qui hoc presumptis negare, si dederit, quod dicta huius sermones & rationes aliquid significant in quantum in eo sunt sibi significando vel in quantum in alio sunt per auditum significando alteri: hoc enim est necesse, quod scilicet sibi & alteri significant aliquid si per sermones aliquid dicere intendit. Sin autem datur, quod nihil significando dicit, tunc dictum tale non habebit virtutem & rationem sermonis: nec erit talis dictio sermo: quia omnis sermo institutus est aliquid significare, cum sermo ad aliud non sit nisi vt conceptus cordium nostrorum nobis inuicem significemus. Si igitur nihil significat dictio, non erit talis dictio sermo, nec ei qui loquitur ad seipsum aliquid significans, neque aliquid designans ad alium cui loquitur. Sed si dederit aliquis, quod dictum aliquid significat, tunc erit demonstratio, quod idem secundum idem non simul est & non est: ecce namque aliquid erit diffinitum nomine significatum, quod dicitur inesse vel non inesse: sed causa demonstrans hoc quod erit huiusmodi demonstratio, est ille qui sustinet hoc esse verum, quod sermo loquentis aliquid significat: dummodo enim hoc detur, ipse qui dicit rationem siue locutionem interpretatiuam non esse, & destruit

Tex. c. 10.



eam, de necessitate sustinet & pōnit eam esse. Dicens enim rationem interpretatiuam non esse, aliquid significat, sicut iam ex hypothesi concessum est: & si hoc dicto aliquid determinatum dicit, hoc idem verum est quod significat per nomen. Deinde igitur nomen dictum significat determinatē aliquid esse vel non esse: igitur non omne dictum se habet simul sic & non sic, quod significat simul idem esse & non esse secundum idem. Amplius per eandem hypothesim si homo significat vnum determinatum & vniuocē, sit hoc quod significat, animal bipes. Dico autem etiam vnum significare in his complexis enuntiationibus, quando significant hoc esse si hoc est: & siquidem illud significatum sit homo, hoc erit homini esse: quia hoc est essentialiter prædicatum de ipso & totum & solum significatum ipsius. Si autem aliquis dicat cum Heraclito, quod homo vel aliud nomen non significat vnum solum, sed plura: hoc nihil restat sine impedire, dummodo solummodo illa plura dicat esse finita, & essentialiter significata, non denominatiuē, sed sicut plura quorum quodlibet est essentialiter subiecto de quo prædicatur nomen: ponatur enim in singulis rationibus nominis proprium nomen diuersum. Dico autem exponendo hoc, ut si quis non dicat, quod hoc nomen, homo, significat vnum, sed multa, de quibus tamen vniuocē dicatur animal bipes, si illa plura quæ significat hoc nomen, homo, sint vnum in natura & vniuoca: tunc enim patet, quod hoc nomen, homo, significat illud vnum vniuocum, quod dicitur de pluribus, & dicitur illud esse, & non dicit illud esse & non esse simul. Si verò homo dicit rationes diuersas & plures, sed distinctas numero, idem sequitur. Ponatur enim nomen speciale cuiuslibet rationi substantiæ diuersæ secundum vnamquamque rationem: licet enim nobis nomina fingere: tunc enim nomen illud significabit ea quæ significat esse tantum, & non significat ea esse simul & non esse. Hæc autem positio fuit Heracliti, quod plura significat non esse, sed finita. Si autem non ponatur nomen significare plura & finita, sed potius plura & infinita, sicut dixit Anaxagoras, tunc palam ex prædictis est, quod nulla erit ratio vel disputatio vel fermocinatio inter homines: quia nomen non significare vnum, est nomen nihil significare. Vnum enim nomen vniuocum est ab vna forma impostum, & hoc importatur per nomen: & si non significat illam rem, penitus nihil significat. Illam autem rem significare non potest, si infinita significat: quia si plura significat, tunc posset cuiuslibet nomen aptari, sicut diximus: sed si infinita significat, non possunt aptari nomina infinitis: & sic illa tunc vno nomine significari non possunt: quia vno nomine semel posito nullus potest vni uocē simul: quia non contingit intelligi simul nisi vnam nomine vno. Non significantibus autem nominibus à nobis auferitur disputatio quam simul habemus adiuuicem: & illa quæ secundum veritatem est disputatio ad alterum, & illa quæ minus proprie disputatio vocatur, quæ est hominis ad seipsum. Nihil enim contingit intelligere secundum actum, si nihil intelligat esse vnum: sed si conuenit intelligere, tunc hoc modo

conuenit ut ponatur huic determinatæ rei quæ intelligitur, nomen vnum.

Sed sic sicut à principio dictum est, erit aliquid vnum significans nomen vnum, & significabit vnum in re. Nec hoc modo igitur conuenit, quod hominem esse significet, cum hoc eodem modo simul hominem non esse. Si autem aliquis dixerit, quod homo non solum significat multa ut denominatiuē dicta de vno ut subiecto, sed significat ea ut multa quæ denominant ipsam ut vnam sibi essentialiter & vniuocē: & hoc idem dicunt; quia nos non dignamur dicere, ut vnum significant ea quæ de vno denominatiuē prædicantur, hoc iterum erit inconueniens: quoniam sic muscum & album erant essentialiter vnum vniuocum in nomine hominis musci & albi. Sequitur autem ex hoc ulterius, quod omnia erunt vnum ratione & genere: quia omnia de substantia denominatiuē prædicantur. Omnia enim secundum hoc erunt vniuoca. Et hoc falsum est: quia denominatiua non sunt vniuoca. Tamen etiam secundum hanc positionem in vno nomine non erit idem esse & non esse nisi secundum æquiuocationem illam solum, si quem nos Latine hominem vocamus; alij autem aliter lingua vocant non hominem: tunc enim nomen vnum diuersis idiomatibus significabit finitum & infinitum, & affirmatio & negatio in genere quæ est negatio termini infiniti, quod scilicet non homo significet aliquid in genere vno, quæ est negatio termini infiniti animalis, quod est non homo, referuntur ad vocem vnam prædicto modo æquiuocam. Sed quod à nobis hic dubitatum & quaesitum est, non est hoc quod quaeramus, si contingit simul hominem esse & non hominem esse secundum æquiuocum nomen tantum: sed quaesitum est à nobis hoc, si contingit secundum rem idem esse hominem & non esse hominem simul & secundum idem. Si autem dicatur, quod non homo & homo non significant aliquid diuersum, tunc palam est, quia non esse hominem secundum rem non erit diuersum ab esse hominem: ergo hominem esse erit non hominem esse secundum rem: hæc enim duo erunt vnum & idem secundum rem & rationem. Esse enim vnum & idem significat re & nomine esse vnum, sicut vnum & idem sunt synonyma vestis & in iumentum, & vinum & merum & bacchus, & ensis & gladius: & hoc vnum est quando ratio rei est vna. Si verò ista fuerint sic re & ratione vnum, nomine tantum differentia: tunc hominem esse significabit hominem non esse: & hoc est contra hypothesim: quia datum fuit, quod ista diuersa significant, quando datum fuit, quod quodlibet significat id cuius est ipsa diffinitio. Verbi gratia homo significat id quod est animal bipes. Itaque si quidem est verum dicere, quod homo est animal bipes: hoc enim, sicut diximus, significat nomen, cum dicimus, quod homo erat, necessarium est, quod nomen non significat nisi vnum: sed si hoc est necesse, tunc nullo modo contingit, quod idem hominem esse sit non animal bipes esse. Necesse enim esse, sicut in logicis dictum est, significat idem quod impossibile non esse, & conuertitur cum ipso. Igitur ex omnibus prædictis sequitur, quod non contingit hoc quod simul

Tex. c. 11.

simul verum sit dicere vna dictione hominem esse & non esse hominem.

Eadem autem ratio est de negatione in dictione qua dicimus non esse hominem: hoc enim non significat esse hominem: & hoc est idem: quia hominem esse & non esse hominem diuersa significant magis quam disparata sint diuersa. Si enim album esse & hominem esse diuersa significant, quæ cum subiecto possunt esse vnum, tunc multo magis hominem esse & hominem non esse, diuersa significant. Ita enim duo, hominem esse & hominem non esse, multo magis opponuntur, quam album esse & hominem esse: igitur ista duo significant diuersa: & non aggregantur sub vnius nominis significatione. Si quis autem dixerit, quod album natura & diffinitione idem quod homo significat, tunc contra hoc idem dicimus quod & prius diximus, quod scilicet secundum hoc omnia erunt vnum & idem natura & diffinitione, quia omnia alia denominant substantiam, & erunt idem natura & diffinitione cum ipsa: omnia igitur erunt vnum, & non solum opposita erunt vnum. Si autem hoc non contingat, sed est impossibile, tunc sequitur necessarium, quod vno nomine non significantur opposita: & hoc maxime patet si concedatur, quod interroganti & querenti potest responderi directe ad propositum hoc quod interrogat & querit: si enim aliquis interrogat & querit vna simplici interrogatione, an hoc est homo? & respondens respondet negationem cum affirmatione dicens, quod hoc est homo & non homo, non dat responsum congruum interroganti, quia plura respondet vnum solum interroganti & querenti. Quamuis enim nihil abest siue differat vnum & idem esse in re hominem & album, & alia mille in pluralitate accidentium, quæ omnia vnum sunt subiecto, tamen interroganti simplici & vnica questione, si verum est dicere hoc esse hominem vel non, danda est vnica responsio, & respondendum est ei nomen vnum significans id quod interrogat, & non est addendum in responsione, quia hoc sit etiam album & nigrum & magnum & alia mille talia quæ accidunt ei: impossibile est enim accidentia vni quæ infinita permaneant siue pertinere respondentem. Oportet ergo, quod aut omnia respondendo permeet, cum eadem ratio sit de omnibus, aut nullum: sed non omnia permeabit: nullum igitur respondebit nisi interrogatum. Similiter igitur secundum omnem eundem modum quamuis milles idem sit homo & non homo, quia mille per negationem termini infiniti supponere potest, tamen interroganti si est homo? non est respondendum simul, quia est homo & non homo, si, sicut dictum est, non homo, & alia quæque accidunt homini, sunt respondenda secundum affirmationem & negationem, ut respondeat quæcumque sunt & non sunt, sicut album & non album, & nigrum & non nigrum, & magnum & non magnum, & alia infinita talia quæ accidunt. Si enim hoc non facit sic respondendo vna responsione vnum interroganti, tunc non disputat: quia nunquam responder ad intentionem interrogantis. Ex omnibus igitur quæ inducta sunt, planum est, quod nomina nec infinita neque opposita neque multa signi-

ficant. Et sic patet ulterius, quod non significant contradictoria.

#### CAPVT IV.

*Quod si contradictoria sint simul vera, sequitur nihil dici secundum substantialem prædicationem, sed omnia secundum accidens.*

Minimo verò destruant substantialem diffinitionem quæ quid erat esse verum dicebat, qui dicunt, quod contradictoria sunt simul vera. Est enim secundum istos necessarium dicere, quod omnia quæ de re prædicantur, accidunt ei, & nihil sit substantiale prædicatum, & quod accidat homini hominem esse, & similiter accidit ei animal esse, & alia similiter prædicata non prædicantur nisi secundum accidens. Si enim dicamus contradictoria de eodem prædicari, tunc si detur, quod id prædicatum quod est hominis esse sit quid ipsius, sequitur statim ex tali hypothesi, quod illud idem erit non hominem esse, aut non esse hominem. Negatione enim infinita quæ relinquit aliquid, sequitur quod idem sit esse non hominem, & negatione extra genus quæ nihil relinquit, sequitur quod idem sit non esse hominem vel non sit esse hominem: & hoc non est verum, cum ista sint negationes quidditatis quæ est esse hominis, secundum epim rei veritatem vnum tantum erat quod significabat rei substantiam quæ est quid ipsius, sicut & vnum est esse. Ostendimus enim in ante habitis, quod diffinitio data per materiam, reducitur ad eam quæ datur per formam: hoc autem vnum quod significabat substantiam, erat secundum rem substantia alicuius: significare verò substantiam est terminum rei significare: & hoc est non alicui competere nisi rei illi & ab omnibus alijs separare: & ideo significans substantiam rei est non esse aliud aliquid illud ipsum quod est rei diffinitio. Si ergo omnia ista dicantur esse falsa, & contradictoria dicantur esse simul vera, cum ei quod est hominem esse sit aliud illud quod est non hominem esse. Et similiter aliud sit ab ipso quod est non esse hominem: eod quod negatio sine sit infiniti, sine simpliciter negationis, temper est aliud ab affirmatione: & si tunc contradictoria contingant eadem, ut dicunt, tunc diffinitio non contingit tantum vni, sed vni & alij: & quod contingit eidem inesse & non inesse, est accidens: necessarium ergo est istis, ut dicant, quod non erit aliquid ratio diffinitiva alicuius: sed omnia dicantur secundum accidens quæ prædicantur de aliquo: ratione enim inducta diffinita est substantia & accidens, quod scilicet substantia quæ est quidditas, non alij competit, sed ab omnibus separare: accidens autem est, quod contingit eidem inesse & non inesse: hoc enim modo album accidit homini: homo albus enim est & non albedo: & ideo contingit albedinem sibi inesse & non inesse, quod non contingeret si substantialiter esset albedo.

Si autem forte aliquis diceret, quod hoc Tex. c. 12.

M non



esset inconueniens, & concederet, quod omnia secundum accidens dicuntur quæcunque prædicantur de aliquo, tunc cum hoc dicatur secundum accidens, quod non contingit secundum ipsum: quod autem non secundum ipsum contingit, contingit secundum aliud: tunc omnia prædicantur secundum aliud, & nihil secundum seipsum. Sequitur ergo ex hoc, quod nullum est primum vniuersale prædicatum, sed ibitur in prædicatis secundum aliud in infinitum, si semper accidens non secundum ipsum de subiecto aliquo significat prædicationem: hoc autem est impossibile: oportet enim, quod omne per accidens ad aliud per se prædicatum reducatur: accidens enim est, quod cum sit in aliquo, non est in eo velut quædam pars: & impossibile est esse sine eo in quo est: & sic patet, quod in ratione accidentis cadit esse in alio & de alio prædicari, aut simpliciter, aut secundum quid: & sic accidens secundum se & secundum ipsum prædicatur de subiecto. Subiectum non est nisi duplex subiectum, videlicet per accidens, & quod per se est subiectum. Subiectum verò per accidens dico, quod non gratia sui & secundum se est subiectum, sicut quando accidens dicitur inesse accidenti, sicut musicus dicitur albus, vel è conuerso. Subiectum verò per se, est in cuius ratione est, quod sit subiectum, sicut substantia, quæ ideo substantia est, quia substat accidenti, in se perfectum quid & per se ens existens: & hoc cum dicitur, Socrates est albus, non potest esse pluribus modis prædicatum accidens: & sic non abitur in infinitum. Non enim, sicut diximus, plura duobus complectitur: accidens enim non accidit accidenti, sicut diximus, nisi quia ambo eidem accidunt, quod per se est subiectum, quia quod sit subiectum, cadit in ratione sua: & si mille essent accidentia, idem esset ac si essent tantum duo. Dico autem hoc explanando, sicut quando dicimus album esse musicum, aut è conuerso, hoc scilicet musicum esse album, eò quod ambo ista accidunt homini qui per se subiectum est, eò quod est substantia quæ de ratione sua habet quod est subiectum. Sed non est eodem modo, si dicatur, Socrates est musicus, eò quod ambo dicantur eidem accidere tertio quod diuersum sit secundum esse substantiale ab utroque: quia Socrates est prima substantia quæ de ratione sua maxime substat. Quoniam igitur quædam accidentium ita dicuntur, quod de ratione sua inherencia illi insunt quod de ratione sua & non secundum accidens subiicitur, alia verò dicuntur alio modo, quia ambo de ratione sua inherencia accidunt ei quod de ratione & natura propria substat, oportet quod quæcunque sic dicantur esse in subiecto accidentia, sicut album inest Socrati, non contingit esse infinita in superius, ita quod semper vnum prædicatum gratia alterius insit: quia tale accidens de ratione sua inest ei quod de natura & ratione propria subiicitur. Non igitur vadit hoc in infinitum, ita quod Socrati albo dicitur aliquod ab albo accidat propter quod insit ei albedo: & hoc ideo est: quia non sit vnum diffinitionem & esse ex omnibus subiectis & accidentibus in infinitum: & ideo Socrates per se & de natura sua habet subiecti, & non

*Subiectum aliud per accidens, aliud vero per se.*

*Accidens non accidit accidenti, nisi quia vtrumque eidem acci-*

gratia alterius alicuius quod faciat ipsum subiectum, sicut Socrates gratia alterius participat rationale, quia gratia hominis, cum vnum fiat ex animali quod est esse Socratis: & ideo cum dicitur Socrates albus, non oportet, quod Socrati aliquid aliud accidat, gratia cuius subiicitur illi, sicut gratia alterius subiicitur rationali animali, cum dicitur Socrates rationale animal: nec etiam oportet, quod albo aliquid aliud accidat, gratia cuius insit Socrati, sicut musicum: quia naturam horum magis accidit alij quædam reliquum reliquo: & hoc simul & æqualiter vna accidentis diffinitione sunt diffinita, scilicet quod cum sit in alio, impossibile est esse sine eo in quo est, cum non sit pars: & ideo vtrumque per se, id est, per suam rationem inest, & non vnum per alterum vel per aliud: & hoc ideo est: quia hoc quidem sunt accidentia quæ prædicantur & insunt: illa verò non sunt accidentia quæ subiiciuntur & quibus insunt. Quæcunque verò sic insunt de ratione propria, illa non insunt accidenti per aliud in infinitum accidens: sed quæcunque alio modo dicuntur, sicut musicum albo, illa quidem accidenti insunt per accidens, hoc est, gratia alterius quod est de se subiectum: & illa etiam non vadunt in infinitum: ergo neutro istorum modorum omnia semper dicuntur secundum accidens aliud, & hæc est diffinitio hypothesis inductæ: ergo falsa est & impossibilis: & sequitur ex hoc quod dicebatur nihil dici secundum substantiam: oportet igitur necessarium, quod aliquid sit substantiam & quod quid erat esse significans. Si autem hoc datur, tunc in principio huius capituli ostensum est, quia impossibile est simul prædicari contradictiones. Quando autem dicimus substantiam & maxime substantiam primam per se esse subiectum, & accidens per se esse in alio, & esse prædicatum, intelligimus de illo alio dicendi per se, in quo prædicatum est de ratione subiecti: quem modum inter modos dicendi per se in analyticis posterioribus iam dudum diximus esse primum: sic enim substantia est, quæ substat, ens in se perfecta: & accidens est, quod est in alio in quo habet esse: propter quod & accidens potius est esse quam essentia, & ideo etiam perfecta non habet diffinitionem. Sic igitur patet, quod impossibile est omnia dici per accidens & inesse per accidens: quia ipsum accidens per se inest subiecto. Nec possibile omnia subiici & substat per accidens: quia ipsa substantia & præcipue prima substat per se. Et sic patet, quod contradictoria non verificantur de eodem, vt manifestum est per ea quæ indiximus: nec ibitur in infinitum in his quæ prædicantur accidentibus. Nec est hæc diffinitio in his quæ per accidens prædicantur, vtrum simpliciter vel secundum quid prædicantur: hoc enim nihil impedit propositam hinc nostram intentionem.

*Accidens potius est esse quam essentia.*

CAPVT V.

*Quod ad dicere contradictoria esse simul vera de eodem secundum idem, sequitur omnia esse vnum & idem secundum idem.*

**A**mplius autem si contradictiones simul de eodem vera sunt omnes, sicut quidam dicunt, tunc palam erit ex ista quam hic inducemus ratione, quod omnia erunt vnum & idem: sequitur, quod idem quodcumque subiectum sit nauis triremis quam galeam vocant, & hoc idem sit nauis vniuersalis quam scapham vocamus, & illud idem erit homo, sicut consequenter ostendemus. Dicitur autem galea nauis triremis: propter tres ordines remorum, qui sunt in ea, quorum vnus remigubernans, & hinc & inde sunt duo ordines in lateribus remorum remigantium vnus super alterum. Scapha autem vniuersalis vocatur: quia vno vritur remotam ad gubernandum quam ad remigandum. Sic ergo si de eodem vno & eodem subiecto & secundum idem simul contingat affirmare & negare, tunc sequitur illud vnum subiectum esse nauim triremem & vniuersalem & hominem: & hoc inconueniens necesse est concedere omnes illos, qui dicunt illam rationem Pythagoræ veram esse, quam ipse assignat causam esse eius quod est contradictoria simul esse veras de eodem. Pythagoras autem, sicut inferius ostendemus: dicebat, quod existimationes hominum sunt causæ affirmationis & negationis rerum, & non rerum compositionis & diuisionis: quia mille sunt extra animam, vt dicebat, sunt causæ existimationis. Sequitur igitur secundum Pythagoram, quod si alicui videtur, quod homo non sit triremis nauis: quia tunc negatio est vera, quæ dicit, quod homo non est triremis nauis. Si autem contradictoria omnes sunt simul vera de eodem secundum idem, tunc sequitur, quod affirmatio dicitur negationi contradictoria sit simul vera de eodem. Ex eadem etiam causa sit vt concedatur dictum Anaxa, qui dixit omnia esse in omnibus. Et sic dixit omnes res simul secundum actus suos simul in eodem esse, & nihil verè esse vnum ab vna forma, sed vnum quodque esse omnia: & hoc verificatur secundum istam opinionem, quæ dixit contradictoria simul esse vera. Anaxagoras enim videtur quodlibet ens dicere esse indefinitum siue non definitum ad formam vnam: eò quod dicit omnium esse in omnibus esse: & isti putantes dicere ens actu secundum formam quod indefinitum sit: eò quod omnes forme sint in quolibet, dicunt ignorantes de non ente actu quod sit indefinitum. Nam indefinitum ad esse est potestare ens & non esse delectat: & hoc quidem voluerunt dicere, sed propriis verbis exprimere nescierunt: sed tamen quia isti indefinitum quodlibet esse dixerunt ex hoc, quod in quolibet sunt infinita secundum formam, oportet quod dicant de vno omni simul vera esse affirmatio & negatio omnium, sicut etiam sequitur hoc contra eos qui dicunt ratio-

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

nem Pythagoræ. Huius autem hæc est ratio. Inconueniens enim videtur si de aliquo verificetur sui substantialis prædicati negatio, & quod non verificetur de eo negatio prædicati, quod diuersum per disparationem vel oppositionem est ab illo. cum minus videatur verificari de eo negatio sui essentialis prædicati, quam disparari vel oppositi. Dico autem explanando hoc, quod si secundum istos verum est dicere de eo quod est homo, quia non est homo: tunc multo fortius verum est de eodem dicere, quod non est nauis triremis: & sequitur, quia etiam est triremis, & non triremis nauis. Secundum istos igitur si est affirmatio de aliquo & alicuius, tunc necesse est etiam negationem eiusdem inesse eidem. Sed si alicui subiecto non conuenit affirmatio disparari vel oppositi prædicati, sequitur quod illud principium negatur de eodem magis quam suum essentialis prædicatum, sicut iam ante diximus. Si autem ipsa negatio inest talis prædicati, tunc etiam affirmatio inest eidem: ex quo contradictoria sunt vera de eodem: & sic quod non est triremis nauis, est triremis nauis: quia cui conuenit negatio, conuenit & opposita affirmatio: & sic est de quolibet essentiali & disparato prædicato: ergo omnia sunt vnum & idem: quia omnia quæ sunt, de vno & eodem prædicantur. Hæc igitur impossibilia sequuntur contra eos, qui istam Pythagoræ & Anaxa, defendunt rationem: quia etiam secundum Pythagoram esse rerum sequitur modum opinionum in anima: quia idem & diuersum cum eodem & ab eodem potest componere & diuidere. Secundum Anaxa, verò omnia sunt in omnibus, & sic omnia de quibus negantur vel affirmantur. Adhuc autem ipsum non esse secundum has opiniones necessarium est de eodem dicere prædicando, & de eodem simul negare: est enim negatio negationis. Si autem concedatur, quod verum est, quod idem secundum idem sit homo & non homo, tunc negationes vtriusque horum sunt etiam vera de eodem: & sic palam est, quia id quod est homo & non homo, neque homo est neque non homo: hæc enim duo duæ sunt negationes prædicatum duorum. Si autem dicatur, quod vna sola negatio est quæ componitur ex vtriusque negationibus, tunc etiam opposita illi composite erit etiam vna. Et tunc illa contradictoria simul verificantur de eodem. Patet igitur, quod quocumque modo accipiantur contradictoria, dummodo concedatur eas simul de eodem & secundum idem veras esse, sequitur quod omnia sunt vnum.

CAPVT VI.

*In quo per consequentiam affirmationis & negationis, & et contra probatur, quod contradictoria non sunt simul vera.*

**A**mplius si dicantur contradictoria simul esse vera, aut hoc est ita in omnibus quod ad affirmationem sequitur negatio, & è conuerso ad negationem affirmatio, aut non in omnibus

*Tex. 2. 16.*



sic se habet, sed in quibusdam tantum. Si dicatur hoc in omnibus sic se habere, tunc omne quod est ens, est etiam non ens, & omne quod est album, est etiam non album. Et simili modo se habet circa alias affirmationes & negationes: & hoc esse inconueniens in præcedentibus est ostensum: quia si nihil prædicatur in quid, & omnia erant vnum & idem. Si autem dicatur, quod hoc est circa quasdam res & circa quasdam non est ita, sicut dixerunt Pythagoras & Heracli. quoniam de quibus sunt opiniones contradictoriae, de illis sunt contradictoria vera, de quibus non sunt opiniones contradictoriae, de illis non sunt contradictoriae verae, sicut inferius patebit, tunc ad minus concessum erit, quod contradictoriae sunt opposita non habentes medium secundum se in quibus sunt secundum se: & contra hoc nihil habemus dicere disputando: quia hoc absolute est verum. Si verò dicitur, quod contradictio simul verificatur circa res omnes, iterum quaeremus diuidendo: sic aut enim tunc dicitur, quod de quocunque contingit aliquid dicere affirmatiue, de eodem contingit hoc idem negare: & de quocunque contingit aliquid negare, de eodem contingit etiam e conuerso illud idem affirmatiue dicere, ita quod negatio vniuersaliter sequatur ad affirmationem, & e conuerso affirmatio ad negationem, ita quod istae conditionales sunt verae: si aliquid affirmatur de aliquo, hoc idem negatur de eodem: & e conuerso, si negatur de aliquo, hoc illud affirmatur de eodem. Aut non est quod de quibuscunque quidem contingit aliquid affirmando dicere, de eodem contingit hoc idem negare, sed non e conuerso est, quod de quibuscunque contingit aliquid negare, quod de eodem contingat illud idem affirmare: & hoc est, quod negatio quidem sequatur vniuersaliter ad affirmationem, sed affirmatio non vniuersaliter ad negationem sequatur. Et si sic dicatur, quod sequatur ad affirmationem negatio, & non e conuerso, cum negatio dicatur non esse quod non est, & non sequatur ad eam affirmationem, tunc non esse erit firmum & intransmutabile in esse, & opinio negationis & non entis erit firma secundum eos qui ens dicunt sequi opinionem: secundum illos enim hoc loquimur: quia tunc opinio non entis non potest esse opinio entis. Si autem hoc datur, quod ipsum non esse quod significat negatio, firmum sit & notum, tunc necessario sequitur, quod affirmatio erit notior, aut negatio quae opponitur negationi: quia illa affirmationi equipollet, sicut si dicam negationem huius quod est hoc, non est ens: hoc enim negatio est, non hoc est non ens, & hoc equipollet huic, hoc est ens: & ideo affirmatio, hoc est ens, & negatio negationis quae est, non hoc est non ens, sunt notiores quam negatio quae est, hoc non ens, vel hoc non est ens: quia privatio non intelligitur nisi per habitum, & negatio non intelligitur nisi per affirmationem. Si ergo negatio est opinionis firma, ita quod ad eam non sequitur affirmatio, tunc multo magis erit quatio de affirmatione firma, ita quod etiam ad affirmare non sequitur negare: & sic concluditur propositam, quod nec ad affirmare sequitur negare, nec ad negare sequitur affirmare: & sic

nunquam simul verificantur contradictoria. Heraclitus tamen cuius est hæc positio, dicebat negationem sequi ad affirmationem, & non e conuerso dicebat negationem notiore quam sit affirmatio: quia dixit res simpliciter non esse, esse autem secundum quid, eod quod omnes in motu sunt. Si autem aliquis dicat similiter esse de negando sicut de affirmando, ita quod quicquid de aliquibus contingit negare, de eisdem necessarium est hoc idem affirmando dicere: tunc iterum diuidendo quaerimus: aut enim verum est, quod diuidens negando dicat illud idem affirmando, ut verbi gratia vna pronuntiatione dicat aliquid esse album, dicendo per affirmationem, & eadem dicat diuidendo per negationem illud idem non esse album: aut non affirmat diuidens siue negans, aut affirmans diuidit siue negat. Et si datur, quod non est verum, quod diuidens siue negans dicat siue affirmet, non affirmabit ea eo ipso quod negat ea: nec est causa, quod non affirmat ea nisi quia non sunt: quæ enim non sunt, non possunt affirmari: & quæ non sunt, non possunt aliquo modo pronuntiarum affirmando. Et causa huius est: quia non intelliguntur esse, & quæ non contingit intelligi, non contingit significari: igitur in talibus affirmatio non sequitur negationem: & dictum erat, quod in omnibus sequeretur. Si vero verum est diuidentem eo ipso quod negando diuidit aliquid ab aliquo, affirmat, dicendo illud idem de eodem, tunc omnia erunt vnum & idem, sicut etiam in antea habitis dictum est: & idem erit homo, & tritemis nauis, & Deus, & asinus, & sic de alijs: & eorum contradictiones erunt verae de eodem, de quo verae sunt affirmationes. Sed adhuc secundum hanc positionem nihil videretur differre vna res ab alia: si enim diceretur vna res ab alia differre, cum non differat nisi per formam propriam, illa prædicaretur de illa re, sicut prædicatur verum de ea & proprium: & ideo negatio eiusdem non esset vera de eodem. Similiter autem si datur, quod diuidentem aliquid ab aliquo contingit esse verum, tunc oportet, quod hoc ipsum verum & proprium significet ipsum suum dictum: quia nisi conueniat ei aliquid verè & propriè quod diuidit ipsum ab alijs: alia verò non verè negantur de ipso. Ex his igitur omnibus non sequitur ad affirmationem negatio, nec e conuerso ad negationem affirmatio, sicut dicebant in priori membro superius inductæ diuisionis.

Ad hæc autem quæ dicta sunt, sequitur aliud inconueniens: quia si ita est, ut dicunt, quod affirmatio sequitur ad negationem, & negatio sequitur ad affirmationem, sequitur, quod omnes aliquid dicentes dicunt verum, & cum hoc mentiantur, & dicunt falsum: & idem homo seipsum falsum dicere constiteret in omni dicta suo: quia si datur, quod dicat verum, sequitur quod non dicat verum: & hoc idem constiteret quando dicit affirmationem sequi ad negationem, & e conuerso. Similiter autem palam est ad hæc inconuenientia quæ dicta sunt, quod sequitur etiam, quia de nullo penitus potest esse percuratio vel disputatio: eod quod nihil concedit vel dicit proponens, & nihil respondet respondens: quia quicquid dicit, interimit: & quicquid



& quicquid interimit, asserit: non enim dicit ita esse vel ita non esse aliquid quod dicit, nec etiam dicit non sic vel sic esse, sed simul esse dicit ita & non ita dicit esse, & iterum ambo ista negat simul, quod scilicet nec ita sit sicut dicit. Si enim non ita affirmat & negat esse quod dicit, tunc necessarium quod opinando de re nouit, aliquid determinatum nouit: tunc quando affirmatio est vera, negatio est falsa: & quando negatio est vera, affirmatio est falsa: tunc sequitur, quod non contingit simulidem de eodem & secundum idem vere affirmare & negare simul. Sed forsitan dicit aliquis sophistarum ad hæc quæ induximus, quod hoc quod induximus, est positum à principio, scilicet quod simul contingat affirmare & negare, & ideo ea quæ inducta sunt, non sunt inconuenientia: quia sequuntur ex hypothesi: & sic dixit Heraclitus: & ideo concessit, quod nihil penitus sciretur, nec aliquid vere possit responderi vel interrogari, & positio sua fuit contradictoria simul esse vera.

C A P V T VII

*In quo probatur, quod contradictoria non simul verificantur propter mutationem & fugam de ipsis quod est secundum susceptionem cui acquiescunt homines.*

**A**mplius qui dicit contradictoria simul esse vera, aut est suscipiens per interiorem conceptum animi, quod ita sit vere sicut dicit, aut mentitur est ita se habere dicens, & intus tamen non suscipiens. Si enim suscipit se verum dicere, tunc oportet, quod aliquid sit ipsum dictum: oportet igitur, quod ipsum dictum suum referatur ad rem, & quod talis sit entium natura sicut dicit, & sic ens non est ens: & hoc iam ante ostendimus esse impossibile. Si vero non verum dicit, & suscipit se verum non dicere, sed tamen dicat se verius dicere quam ille qui dicit de contradictoriis sicut & ipsa res se habet, quod scilicet diuidant verum & falsum, tunc ex quo dicit verius, sequitur quod non simul cum illo veriori dicat non verum: & sic contradictoria non sunt simul. Sed tamen secundum istius dictum etiam omnes mentiuntur, & simul cum illo veram dicunt: & nec pronuntiandum est aliquid tali homini, nec aliquid dicendum est ei: eo quod iste secundum vnam similitudinem ea quæ pronuntiantur vel dicuntur, dicit esse & non esse. Et hæc omnia dixit Heraclitus: quoniam ille dixit verius nihil esse quam esse, & nihil verius dici de re quam quod simul sunt & non sunt, propter morum continuum quem videbar in eis: & ideo dixit omne esse continuum non esse: & dicebat hoc non conuerti, & nihil posse dici, nihil responderi, & penitus nihil sciri: & contra hunc Philosophum vadit nostra disputatio. Si autem aliquis dicat, quod hoc dicens, nihil penitus suscipit in anima per consensum: & dicit impossibile esse, quod aliquid sciat, sed secundum similitudinem vnam estimat de quolibet, & non estimat de eodem, quid iste bruto peior differentie habet ad plan-

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

tam: sicut etiam in ante habitis diximus. Propter quod etiam maxime patet, quod nec aliorum à philosophis qui idiotæ sunt, aliquis ita disponitur, quod hoc credat: nec etiam ita disponitur aliquis eorum qui istas rationes & positiones dicunt, licet verborentus ita dicant. Si enim ita disponitur vt dicit, quare vadit domum moru pedis, nec acquiescit dicto suo quando putat, quod est eundem domum, si idem est ire domum, & non ire domum? Si enim huic dicto suo acquiescit, tunc quando putat ire domum, non debet ire: quia, sicut diximus, idem est ire quod non ire. Similiter iste non vadit rectam viam ducentem ad calum in puteum vel in torrentem: sed videns puteum vel torrentem, est timens, eo quod putans est quod non similiter sit bonum incidere in puteum vel torrentem, & non incidere: cum tamen vtrumque horum similiter bonum sit, si dicto suo acquiescit: ex quo igitur caner viam ad puteum & ad torrentem, palam est non esse melius, sed nociuius. Sed si dicatur hoc, sequitur quod vnum est bonum & aliud non bonum, & per eundem modum hoc quidem esse dulce, aliud vero dulce non esse, sequitur necesse esse suscipiendum: iste enim non omnia contradictoria equaliter querit & suscipit: quando enim putans est melius sibi vinum quam aquam bibere, & aliquem hominem amicium videre, deinde post istam apprehensionem cui acquiescit, querit ista: & equidem oporteret, quod equaliter se haberet ad querere vtilia sibi & ad non querere eadem, si daretur, quod idem esset apud eum homo & non homo, & alia contradictoria, de quibus dictum est. Sed hoc quod dictum est, per hoc esse verum penditur, quod nullus idiotarum & istorum met Philosophorum est, qui ad certitudinem oculorum non videat hoc quod est nociuum timens, & non nociuum non timens: igitur, sicut visu videmus, in eis omnes homines & isti & alij suscipiunt per interiorem consensum, sicut dictum est simpliciter & vniuersaliter habere circa contra uictoria circa omnia entia, aut ad minus circa eligibilia & fugibilia, quæ suscipiantur vt meliora nobis & deteriora. Et si dicat aliquis, quod non sumus aliquid scientes vera scientia, sed sumus opinantes aliquid habitu trepidante & non confirmato, sed inter vtramque partem contradictionis vacillante: tunc multo magis curandum est nobis de veritate scienda, quam si omnia sciremus per causam essentialem, quemadmodum in summo magis curandum est de salutate quam sano. Opinans enim propter trepidantem inter contradictoria habitum, non salubriter, & infirmè se habet ad scientem: quod non faceret nisi aliquid esset scitum: sicut æger ad sanitatem non esset corruptus diuersa, nisi aliquid esset vera sanitas: non ergo potest dici, quod nulla sit scientia de veritate. Dicebant autem quidam nihil sciri, sed habitum omnium quo concipitur de rebus esse opinionem: & quia opinans trepidat inter contradictoria & complectitur vtrumque, dicebant hoc esse signum, quod vtrumque sit verum: causam vero veritatis in opinando esse dixerunt. Amplius adhuc isti dicebant nihil esse certissime verum, sed omnia falsa esse, vnum


*M. tamen*



tamen esse falsus alio. Dicimus igitur, quod si ideo sunt contradic- tiones simul veræ, quia maxime sic se habent res, & non sic, sed tamen & hoc, vt dicunt, est magis & minus verum, & magis & minus falsum, oportet ergo, quod ita hoc sit in na- tura eorum de quibus est affirmare & negare. Non enim dicimus secundum vnam similitudi- nem esse in vero & falso, quando dicimus, quod duo sunt paria & tria sunt imparia, sed potius vnam horum est verum, & alterum est falsum: & non potest dici, quin in falso sit falsus ali- quando, & in vero verus. Nam si daretur hoc, similiter & æqualiter mentiretur, qui opinatur quia quatuor sunt mille. Et si dicitur, quod non similiter & æqualiter isti duo men- tiuntur, palam est, quod alter istorum minus mentitur, quam alius: ergo etiam vnus magis verum dicit, quam alius: magis autem & mi- nus non dicuntur in rebus, nisi ex altera dua- rum causarum, quod intensius & contrario est impermixtus: & sic suscipiunt intentionem vnam quæ sunt inter duos contraria, quorum vtramque est qualitas positiua, sicut album &

nigrum, & ceteri colores. Altera est, quod suscipit magis & minus secundum accessum & recessum ad vnum, quod dicit rem illam in ter- mino, sicut in his quæ opponuntur vt priuatio & habitus, & affirmatio & negatio: & in hoc non potest esse falsus quod est falso permixtus: eò quod falsum nihil est: & similiter non est cæcius quod est cæcitati permixtus, quia cæ- citas non est aliquid: sed est verius certissimo vero vicinius, & falsius à certissimo vero lon- ginquius: hoc igitur modo si dicatur, quod id quod magis est verum, est certissimo vero affi- nius, erit de necessitate aliquid certissimo verum, quo iudicatur quod nulli affinius est magis verum. Et si ita non est, sicut diximus, & tamen concedatur, quod aliquid est firmitus & verius quam aliud, tunc in veriori ibitur in infinitum & in falsiori similiter. Cum ergo om- nis intellectus refugiat infinitum, oportet nos liberos esse à ratione illa quam inducunt, quæ nulli menti suæ intellectui res mensuranti per- mixta est: quia ipsa prohibet diffinitè per finem id de quo est sermo, dicit vero verius in infini- tum esse, & similiter falso falsius. Non igitur disputabimus cum istis qui sic dicunt.

*Nota quod intensi & remissi duplici ex causa pro- uenire po- tesse.*



# TRACTATUS III.

## DE OPINIONIBVS DICTORVM

*Philosophorum dicentium simul vera esse contradictoria.*

### CAPVT I.

*De opinione Pythagoræ & sequentium in eadem opinione.*

**A**D EAM autem opinionem que nunc dicta est, quod videlicet contradictoria sunt simul vera, inducitur etiam ratio Pythagoræ: & secundum vnam & eandem si- militudinem necesse est ambos eos Philosophos quos induximus, Pythagoram scilicet & istum qui dixit contradictoria simul esse vera, aut esse, aut non esse veras. Si enim ea quæcunque videtur omnia sunt vera, sicut dicit Pythagoras, & vera sunt omnia quæcun- que apparent, tunc sequitur necessario, quod simul omnia sunt etiam falsa. Multi namque sunt, qui per opinionem suscipiunt ea quæ contraria sunt sibi adiuicem, & tamen firmi sunt sibi in opinione illa, quod putant omnes illos mentiri, qui non opinantur ea quæ ipsi iam per opinionem susceperunt. Cum igitur ens secundum Pythagoram sequitur opinionem, & multi opinantur contraria, necesse est idem esse & non esse. Et si hoc concedatur, sequitur

necessario, quod omnia visa alicui sunt vera. Sed opposita sibi inuicem opinantur: hi autem ad opinionem mentiantur, & ad opinionem verum dicunt, sicut quod sol est monopetalis, & non monopetalis. Si igitur entia sic se habent opposita dicto modo opinantes, vtram dicunt omnes secundum Pythagoram: & sic contra- dictoria sunt simul vera. Palam igitur est, quod vtræque rationes superius scilicet inducæ & Pythagoræ ab eadem sunt sententia.

Fuerunt autem rationes inducentes Pytha- goram, quod ens sequitur opinionem, tres fortiores inter alias, quarum vna, & cui magis innitebatur, erat illa, quod totum opus naturæ est opus intelligentiæ: quia aliter non esset ad finem determinatum, sicut sæpe in libris natu- ralibus ostendimus: intelligentia autem cum sola sit pura & immixta, nulli aliquid habens commune, separata est, & vtique & semper, & non sit propria rei, nisi per aliquid proprium, & cum appendicis materiæ sumptum: hæc au- tem est forma opinionis & æstimationis: per æstimationem ergo & imaginationem sunt prop- riæ formæ quæ inducuntur in materiam. Quod autem est principium essendi in propria natura, hoc est etiam principium cognoscendi eam: ergo formæ æstimationis sunt principia essendi & cognoscendi omnes res. Ad oppositionem

*ergo*

ergo opinionum & æstimationum sequitur op- positio rerum: & sic si contradictoria simul sunt æstimatione vera, contradictoria erunt simul vera. Secunda autem est, quod cum opinio siue æsti- matio sit passiuæ quædam virtus, oportet quod aliquod agens inferat ei passionem: non autem inferat passionem nisi quod agens est: quod au- tem est & agens est, actu est: oppositarum au- tem passionum opposita sunt agentia quæ sunt & actu sunt: oppositæ autem opinionones siue æstimationes sunt oppositæ passionones: igitur agentia eas ambo simul sunt & actu sunt: sed vnum est esse actu, & alterum non esse: igitur simul actu est id quod est, & quod actu non est: & sic ambo sunt simul vera.

Tertia ratio est: quia in omnibus sicut motor est causa mobilis, ita forma quæ est in mouente, causa est formæ quæ est in mobili: anima autem est motor naturæ, vt probatur in libro de causis: quia imprimi in naturam sicut intelligentia in animam. Forma igitur quæ est in anima, causa est formæ naturalis in materia: ens igitur in natura sequitur formas æstimationum & opi- nionum quæ sunt in anima: & sic iterum redit, quod oppositæ æstimationes si sint simul veræ, causæ erunt quod contradictoria in natura erunt simul vera.

*Quid est fascinatio.*

Signum huius dicebat esse Pythagoras fasci- nationem. Est autem fascinatio, quando anima vnus per visum vel aliam appropinquationem imaginationis vel excitationis operationem im- pedit alterius: Hanc autem virtutem fascinandi anima fortis non habet, nisi ex similitudine motoris orbis alicuius de superioribus: anima igitur ex eadem orbis motoris virtute imprimere habet in materiam: & sic omnis diuersitas ma- teriæ sequitur quarundam animarum opiniones & æstimationes: & sic iterum concluditur, quod contradictio æstimationum contradictionem faci- cit rem: & sic contradictio est simul vera. Hæc igitur & huiusmodi mouerunt Pythagoram: & est sententia eorum, quod animas dicebat esse imaginis & resultationes motorum orbium: & ideo sicut materia non recipit formas, nisi à motoribus orbium per calorum motum, ita etiam recipit mutationes ex formis æstimatio- num quæ sunt in anima, & eas sequitur omnis rerum diuersitas, sicut esse res causas suas se- quuntur: & si non sequitur res visa omnis ani- ma, sequitur tamen visa animarum quarundam: & quod non sequitur omnium visa, ex defectu est animarum, quæ non perfectam attingunt rationem imaginationis motorum orbium. De- ceptus est autem Pythagoras: quia licet anima sit ymbra & resultatio & imago intelligentiæ, non tamen est imago eius in orbe, sed in cor- pore quodam animato animæ illi conueniente: & ideo non oportet, quod visa eius quantum- cunque sint propria & determinata moueant, nisi corpus illi animæ mouenti coniunctum: nec tunc semper mouent, sed cum sunt vt ap- petita vel detestata: cum non commanent autem non habent communicantiam, & ideo illa non mouent. Nec oportet, quod mouentia æsti- mationem sint in rerum natura, sed sufficit, quod sint in imaginatione solam, & sic sunt secun- dum quid, & non simpliciter: & non sequitur, quod contradictoria simul sint in rerum natura,

ad hoc quod moueant æstimationem, sed suffi- cit, quod sunt secundum esse imaginatum in anima, sicut iam determinatum est: & hoc modo sunt in motore corporis qui est anima, & sunt causa motuum & mutationum corporis, horum, dico, motuum quibus mouentur, vt est animatum organa habens ad potentias vitæ: sic enim non mouetur nisi motibus animæ: prout autem ex contrariis commixtum est, mouetur motibus naturæ, alteratione quæ ex actione prouenit & passione qualitatum prima- rum: Fascinatio autem, sicut dicit scientia in- cantationum, pro certo est ex virtutibus animæ, quas accipit à celestibus secundum quod est imago motorum superiorum: sic enim habens virtutem illius, non habet mouere solum cor- pus sibi coniunctum, sed totum quod subiaceret sphaeræ circuli quam mouet motor, cuius ipse est imago: hæc enim anima duo habet, quod videlicet est anima, & quod est imago eius qui mouet sphaeram motoris celestis alicuius, aut Iouis, aut Saturni, aut alicuius aliorum: & hæc consecuta resultationem & ymbra ali- quam virtutis illius, mouet ea quæ subiacerent illi sphaeræ, & mouens ea secundum propriam virtutem impedit ab operatione naturali. Et hæc est fascinatio, & mouet maxime ea quæ virtu- tem celestium minorem aut minimam conse- cuta sunt: & quoad hoc fascinantium scientia quæ vna est de speciebus incantationum, astro- nomie subalternatur: sed hæc relinquuntur ad præsens. Hoc autem attendendum est, quod Pythagoras & multi alij adhuc viuentes pone- bant animam à rebus nihil pati & nihil recipere, sed potius sentire, & omnia alia fieri extra mi- tendo, ita quod virtus supponit se sensibili- quam opinionem nos subtiliter prosecuti sumus in libro de sensu & sensato: & quia nihil accipit anima à rebus extra, ponebant quod formæ æstimationum & opinionum sunt ab anima po- testate circa res: & ideo rerum veritates & falsi- tates dixit sequi conceptus æstimationum & opinantium. Hæc igitur & similia dicta sunt pro ratione Pythagoræ.

*Scientia fascinatio- num astro- nomie sub- alterna.*

### CAPVT II.

*De medela harum corruptionum quæ prius inducæ sunt à nobis.*

**L**icet autem ab eadem opinione sint vtræque rationes inducæ, non tamen idem modus homeliæ est ad omnes. Homeliæ autem idem quod colloquium vulgariter vocamus. Quidam enim præinductas positiones affirmantes, indigent persuasionem, alij indigent vi sine violentia. Quicumque enim Philosophorum suscipiunt & acquiescunt dictis rationibus ex dubitatione, eò quod non intelligunt bene principia, & ideo dubitant de eis, horum ignorantia quælibet est ita, sicut iam diximus, quod persuadetur verus intellectus principiorum per distinctiones & de- clarationes nominum: talium enim dubitatio est non ad proteritiam orationis, sed ad men- tem, quæ habet in aliquo malo intellectu prin- cipium, vel terminorum quorum complexio-

*Ter. c. 13*

*M 4*



ne sit principium: & hoc modo oportet, quod per antidotum obuietur eis. Quicumque autem Philosophorum dicunt contradictoria simul esse vera causa orationis in voce, cuius proteruia gloriam quarunt, horum medela est argumentatio violenta ex positione eorum ad inconuenientia tor ducens, quod ipsi cogantur ad veritatem: & oportet, quod hoc fiat in voce & nominibus, quod scilicet voces aliquid significant, & quod non significant infinita nec opposita, sicut nos fecimus in principio huius disputationis vsque modo. Ab hinc autem volumus ut medela obuiationis qua est persuasio ad intellectum: posita enim utraque via, facilius curabitur morbus in philosophando tam periculosus. Si autem forte etiam aliqui concedunt dictis talibus propter dicentium auctoritatem & amicitiam, cum cura eorum cum attenderint, quod propter auctoritatis virtutem, non diu, sed homines fuerant & curare poterunt: nec ita amandus est aliquis ut veritas deferatur propter eum: quia licet diligamus & veritatem & amicos, tamen omnibus oportet præhonore veritatem. Hoc enim modo curabilis est morbus iste. Si enim credant dictum hominis esse exactulum, sicut multi crediderunt de scholis Pythagoræ & Platonis, illi sicut Heliostæ quarunt ex reuelatione sibi satisfacere, & non habeant communicationem cum Philosophis: & ideo non conuincitur error eorum, & ideo non curatur. Cum enim veritas omnibus præhonorenda est, veritatem præponere amicis non est inconueniens: & si persuadeatur amicus, bene est actum cum eo.

non ita  
amandus  
est aliquis  
ut propter  
eum veritas  
deferatur

## CAPVT III.

*De ortu erroris eorum qui ex sensibilibus  
motu dicebant simul esse contradi-  
ctoria vera, & de medela  
erroris eorundem.*

**A**d huc autem ut melius isti morbo paremus antidotum, oportet nos præcedere ortum huius morbi & causam, ut ea amputata curetur ex integro labor insimilitatis. Venit igitur multis antiquorum ista opinio ex consideratione naturæ sensibilibus corporum, quod videlicet dicunt contradictiones & contraria simul esse in eodem & secundum idem, videntur enim quod est subiectum motus & mutationis, facta esse per motum & mutationem contraria & contradictoria: & arguunt ex eo quod inponit omnis Philosophus, quod ex non ente simpliciter nihil fit, oportet quod res subiecta motui præceter simpliciter, & æqualiter ambo contradictoria & contraria ens. Cum enim dicunt, homo fit ex non homine, aut album ex nigro, homo non fit ex nihilo sue formalis essentia, sed fit ex aliquo sue formalis essentia: quia formation fit ex materia, sed potius compositionum, & non fit enim ex nihilo: ergo fit ex aliquo sue essentia: hoc aut non est nisi homo: ad ergo quod fit ante motum & in motu, est homo & non homo: post motum autem fit non homo & homine: & illud iterum per eandem

rationem est homo & non homo simul. Quod ut melius intelligatur, reducenda sunt ad memoriam qua in naturalibus perfecte & in præhabitis huius sapientia terminata sunt, quod videlicet mutatio finis motus est & non motus, in toto autem motu qualitates primæ mouent in virtute generantium celestium & communium & propriorum qua sunt planta, & animal, & homo, & motus ipse est forma post formam, & est multa fieri & multa facta, & est continuè in potentia & actu: quia est actus potentia permixtus: & ideo motus ipse dicitur esse imperfectus actus, & est continuus processus potentia ad actum, sicut de somno ad vigiliam, sicut in arte habitis dictum est: & iste motus durat vsque ad statum substantia & virtutis: & tunc continuè reflectitur primo cum determinatione virtutis, postea cum diminutione substantia vsque ad dissolutionem: propter quod æqualia sunt tempora generationis & corruptionis: & gratia huius habet continuè præteritum & futurum & præsens. Hoc autem considerantes quidam Philosophi viderunt, quod sicut in tempore non est accipere nisi nunc, quia nihil est temporis, sed est indiuisibilis temporis substantia, ita in re sic continuè fluente non est accipere nisi ipsam rem & substantiam, non sub esse alicuius forme: & ideo constantiores & firmiores sunt in ea negationes quam affirmationes: quia cum continuus est fluxus non entis in ens, vel è conuerso entis in non ens: quod verissime de ea dicitur, hoc est quod fit ens & non ens simul. Et hæc est causa quare secundum quod dicit Prolemæus, res naturales perfecta scientia sciri non possunt. Et hoc est causa quare augmentum & diminutio & alteratio secundum materiam nunquam stant: quia materia continuè insuit & effluit, sicut determinatum est in primo per genesios. Et quia omnis scientia & nomen & definitio est per formam stantem, ideo dicebant res naturales nec scientiam nec nomen nec definitionem habere: in talibus enim nunquam est planta & herba simul, nec est herba & olus simul, neque arbor & ficus simul, sicut neque viuum & animal, neque animal & equus, neque animal & homo, & etiam cum homo est secundum prudentiam dictus intellectus, non tamen æqualiter inest, sed plus & plus & minus & minus, & sensus similiter, ut dicunt. Hi igitur qui rationem Heracliti suscipiunt, ex tali eam suscipiunt ratione, qualis nunc dicta est.

Anaxagoras autem eo quod omnia vidit fieri ex omnibus, aut omnia homiomeria misceri ex omnibus homiomeris. Similiter autem & Democritus dixit ens & non ens inesse eidem atomo, quod principium materiale dixit omnium esse: contraria enim prima dixit esse inane & plenum: & inane dixit esse non ens, & plenum ens: & hæc duo dixit esse simul secundum quamlibet partem materia indiuisibilem, quam atomum vocauit. Anaxagoras autem & Democriti rationes opinionum nos in primo huius sapientia libro sumus profecati. Igitur ex his que ante de homelicis sermonibus diximus, dicimus ad eos qui ista suscipiunt & his acquiescunt: medicina enim horum est persuasio ad mentem per distinctionem entis & non entis que

Primo de  
generatio-  
ne. tex.  
com. 37.  
& 38.



quæ dicunt esse in eodem simul & secundum idem. Dicimus enim, quod modo quodam non ente intellecto de ente ignorando dubitatur, & modo quodam non re. Eps enim dupliciter dicitur. Est ergo questio, quomodo contingit aliquid fieri ex non ente? Est etiam, quomodo non contingit aliquid ex non ente fieri? Et est aliquis modus, quomodo aliquid simul est ens & non ens. Est etiam aliquis modus, secundum quem non simul est idem ens & non ens. Ex non ente tantum actu, potestate autem ente, contingit aliquid fieri ex non ente: & similiter contraria potestate sunt simul in eodem, sed actu contraria non sunt simul. Hoc autem multoties determinatum est à nobis: quia quando in motu sunt contraria, sunt potestate, & non perfecte siue actu: & ideo quando potentia sunt, non dant nomen, neque rationem rei. Amplius autem instando rationibus istorum dignabimur eosdem Philosophos suscipere & acquiescere, quod aliqua sit substantia secundum eos ipsos cui nec motus inest nec generatio neque corruptio omnino: & illa substantia est species idealis, quas dicunt esse generationis & scientiæ principia.

Propter quod in motu sunt contraria sunt potestate non enim dantur nomen.

CAPUT IV.

De errore eorum qui verum esse dixerunt, quod apparet secundum sensum.

Similiter autem secundum alios Philosophos qui contradictoria simul esse dicunt, eod quod dicunt: quod veritas est circa apparentia in sensu, sicut superius determinauimus: hic enim error venit eis ex sensibilibus, & ex his que sunt in sensu ex actionibus sensibilibus, quas sensibilibus inferunt passiones: isti enim putant, quod verum non sit attendendum & indicandum hominum pluralitate, ita quod hoc sit verum quod plures esse verum dicunt. Nec etiam dicunt, quod indicandum sit paucitate. Idem enim numero quibusdam gustantibus dulce esse videtur, & quibusdam videtur esse amarum, Nec est ratio quare quorundam iudicium verum sit, quorundam non. Si enim iudicium verius debet esse ex eo quod est plurius vel pauciorum, tunc si ponamus omnes infirmitate laborare, vel omnes esse insanos vel amentes, & duos vel tres esse conualescentes siue sanos, aut intellectus iudicium habentes, videbitur tunc, quod sani & compotes sui sint sicut laborantes, aut amentes, eod quod plurius iudicium indicat eos laborare & esse insanos, & indicat alios qui plures sunt, esse sanos & sui secundum intellectum compotes: cum tamen in veritate pauci sint sani, & plures infirmi. Iudicium ergo sensus non sit verius vel falsius, eod quod est plurius vel pauciorum, sed potius est in ipso sic vel sic secundum sensum apparere, siue pluribus, siue paucioribus appareat. Amplius multis aliorum ab homine animalium humorum dicunt contraria videri: quia quod vni est delectabile, alteri est contrarium: & etiam quod vni est conueniens alteri est nocivum: & similiter est

in nobis: quia quod vni homini est delectabile, alteri est contrarium: & etiam sibi homini vnicuique ad seipsum contraria videntur: quod modo est alicui delectabile, postea videbitur contrarium: & ideo patet non eadem semper videri secundum sensum. Quæ igitur horum quæ sic contraria videntur secundum sensum, vera sint, vel falsa, non est manifestum, ut dicunt: nihil enim magis videntur hæc vera esse quam alia, ex quo iudicium paucorum vel multorum nihil facit verius vel falsius: sed similiter & æqualiter vera esse videntur, quæcumque apparent secundum sensum. Propter quod etiam Democritus ait, quod nihil est verum: aut si aliquid est verum, nobis non esse manifestum. Omnino verò siue vniuersaliter causa huius erroris est: quia suscipitur ab eis, quod secundum prudentiam dictus intellectus sit sensus: propter hoc enim oportet talem esse alterationem, quod idem sit & non sit, & sit verum & falsum. Hinc enim est, quod id quod videtur secundum sensum & apparet, dicitur esse verum ex necessitate: ex his enim positionibus duabus, quod scilicet idem verum sit in apparente secundum sensum, & quod secundum prudentiam dictus intellectus sit sensus, Empedo, & Democritus & aliorum Philosophorum singuli ( ut ita loqui liceat ) facti sunt rei talibus opinionibus. Reatus enim magnus est Philosophum tales incurere opiniones. Empe, enim eos qui permittant habitum complexionis & sanitatis, dicit etiam permittare eam qui secundum prudentiam dictus est intellectus: vidit enim, quod sensus est harmonia quadam & ideo sensum qui est fundamentum sensuum & primorum sensibilibus & plurium differentiarum, qui est tactus, dixit esse secundum prudentiam dictum intellectum. Est autem tactus secundum medietatem complexionis corporis. Et ideo sicut non est vna numero sanitas in mane & in vespere, ita dixit non vnum numero esse tactum: & cum tactus sit intellectus, dixit quod non est vnus numero intellectus. Hoc autem de intellectu possibili intellexit & ipse & alij, quem etiam secutus Alexan. possibilem intellectum non dixit esse nisi preparationem quandam in corpore: & multi hodie sunt de hoc errore, & iam nos disputauimus contra illos in tertio de anima, & maxime in libro quem fecimus de natura & origine eius. Signum autem, quod intellectus sit sensus, dicebat esse Empe, quia ad apparens in sensu multa homini accrescit intelligentia, sicut in principio huius sapientia est ostensum. Dicit autem & in alijs ab homine: quia quanto sensibilia transformantur alterarum, tanto inquit esse difficile curate esse: quia attendere non possunt: & ideo non prouenit eis aliqua ex his intelligentia. Parmenides vero eodem modo de intellectu eantiarum dicit enim, quod ut quilibet homo habet membrorum complexionem mollem valde circumflexorum & ad diuersa mobilitum, ita etiam omnibus ad se secundum prudentiam dictus intellectus circumflexibilis enim membra sunt ex ipsius & calido bene mouentibus & humido optime mobili: & tales optime dispositi sunt mentes, ut dicit Parmenides, esse non possent, nisi intellectus possibilis qui locus est specierum, esset quædam

Intellectum possibilem non esse preparationem in corpore.

Parmenides dicit, non quilibet homo habet membrorum complexionem mollem valde circumflexorum & ad diuersa mobilitum, ita etiam omnibus ad se secundum prudentiam dictus intellectus circumflexibilis enim membra sunt ex ipsius & calido bene mouentibus & humido optime mobili: & tales optime dispositi sunt mentes, ut dicit Parmenides, esse non possent, nisi intellectus possibilis qui locus est specierum, esset quædam



dam preparatio corporei spiritus, in quo est etiam lenius. Idem enim esse dicit, quod curat de membris & ossibus & omni suæ toti homini & quod curat de intellectu: quia bonus & clarus spiritus & calidum temperatum & bene commixtum & subtilis humidum curat optimè de membris omnibus ad sensum & intellectus operationem: in talibus enim est intelligentia ad plus quod potest esse in hominibus. Anaxa. quoque pronuntiatio de intellectu secundum prudentiam dicto est eodem modo: sicut enim in aliis, ita etiam in hoc recordatur ad quosdam Italicorum, quoniam dictis amicis fuit, & ea ab eis suscepit: & illi dixerunt, quod talia in veritate & falsitate erant eis entia, qualia suscipiunt per estimationem sensualem: & hoc non potest esse, nisi estimatio per sensum esset ratio rerum: & ad hoc sequitur, quod intellectus sit sensus, ex quo vnum & idem est, quod est per se mouens vtramque potentiam inferens ei passionem: dicit autem, ut dictum est, de possibili intellectu. De agente enim melius omnibus antiquis enuntiavit, quod est separatus & immixtus & simplex & nulli aliquid habens commune.

Dicunt autem quidam, quod etiam Homerus videtur hanc defendisse questionem seu opinionem in poematibus enim heroicis fecit Hectorem iacere, ut in extasi ab ictu plagæ aliud cunctantem: cunctabatur enim primò ratiocinans per intellectum quendam suæ sanitatis, & turbata sanitate per amentiam inductam à plaga cunctabatur aliud per alium intellectum qui sequentis fuit sanitatis & æqualitatis alterius, ad quam reducta fuit complexio: vnde dictum fuit Homeri, ac si Hector cunctaretur quidem, sed non eodem modo cunctaretur ut prius, nec eodem modo quo prius cunctaretur intellectu eodem. Sicut enim in problematibus dicit Aristoteles, Hector melancholiam patiebatur accidentalem, eam scilicet quæ est ex humore adusto, quæ per acumen sibi aliquando adduxit amentiam: in bello autem Troiano ex animositate efflabat per naves spiritum ex ira, ita quod ebullit sanguis eum spiritus, & quasi amentiam sui oblitus patiebatur in ictibus gladiatorum & telorum, & sic quasi amens tandem iacuit extrasum passus: & ut videbatur Hectori, non fuisset talis allocutio intellectus, nisi intellectus fuisset virtus organica fundata in organis sensus. Hi enim Philosophi considerare nescierunt, quod intellectus possibilis secundum id quod est cum continuo & tempore, continuatur cum organis virtutem sensibilem, & ex ea parte desinitur à regimine & opere, quando complexio organorum illorum turbatur: & hæc fuit eis causa erroris, & est adhuc multis, ut dictum est à nobis de his in aliis. Palam est ergo ex dictis Homeri & aliorum Philosophorum quos diximus, quia vtramque sensus & intellectus sunt prudentia, sine intellectu quidam secundum prudentiam dicti: & ideo secundum istos entia simul in vno tempore sic se habent, ita quod contradictoria sunt simul vera. Sed nunquid non grantissimum aliquid accidit ex consideratione dictorum istorum? Quis enim considerans, quod illi Philosophi qui maxime inter alios videbant verum, quod possibile est videri, sine quod contingit

videri ab homine, & quod hi quidem Philosophi sunt id quod dictum est, veram maxime querentes per studium & amantes, & non proteruentes contra ipsum ut sophista, propter quod etiam Philosophorum nomen meruerunt: hi, inquam, tales acceperunt per consensum opinionum & acquiescentes eisdem, talia qualia dicta sunt, enuntiarunt de veritate rerum, non desperabis & retrahet se à philosophia inquisitione: sic enim philosophia videtur ducere hominem in stultitiam. Quomodo ergo non est dignum omnes qui philosophari parati sunt, dolere de proposito? Nam secundum istos veritatem querere, est persequi aures volantes: in qua persequitione nihil nisi lassitudo acquiritur.

Sicut autem horum Philosophorum ex parte opinantium causa erroris fuit, quia secundum prudentiam dictum intellectum dicebant esse apprehensionem per sensum, ita ex parte apprehensi causa fuit opinionis eorum erroris: quia de entibus quidem veritatem quæ per definitionem & demonstrationem est, inveniunt querere, & susceperunt acquiescentes positioni illi, quæ supra dicta est, quod entia omnia secundum totum esse suum sunt sensibilia solum, nullas substantias nec esse habentes nisi sensibilem qualitatem. In his enim quæ sensibilia solum sunt, existit multa natura indefinita & indeterminata: quia propter continuam actionem & passionem talium qualitatum continuè abicitur & adiicitur aliquid à subiecto: & ideo nec definiti nominis est, nec definitæ rationis: & ideo etiam non est definiti intellectus, nec definitæ veritatis, nec definitæ falsitatis, sed est simul sic & non sic, & similiter indefinitam naturam dicunt entis, ut diximus: quia dicunt, quod ens non est nisi sensibile ens, sicut prædictum est: & ideo pro certo hoc quod dicunt, decenter dicunt: quia dicta eorum secundum hypotheseos suam, consequentiam habent, sed tamen non dicunt vera. Et causa huius est: quia falsa est hypothesis, & vno falso dato alia consequuntur. Dico autem, quod decenter dicunt, quod sic ex hypotheseos quam ponunt, magis conuenit eos dicere, aut congruit eos dicere, sicut Epicharmus quidam nomine dixit ad Zenophanem. Cum enim Zenophanes omnia diceret vnum, & hoc esse Deum, Epicharmus instabat per multitudinem quæ videtur esse in sensu diuersarum substantiarum sensibilem, & conuenit cum istis omne ens nihil nisi sensibile esse dicentibus, & ideo non omnia esse vnum quod est Deus: & de huiusmodi talibus quantum oportuit, in primo huius sapientia libro disputatum est.

Amplius autem isti quia viderunt eam naturam quæ continuè mouetur, esse naturam omnium, & huic acquiescentes positioni dicunt, quod nihil verum dicimus vel dicere possumus de eo quod sic continuè se permutat. Non enim dicunt contingere aliquid verum dicere circa id quod omnino sic permutans est & continuè: ex ista enim susceptione sine estimatione pullularum extrema & vltima huius sectæ opinio, hæc est quam Heraclitus tenuit, qui tandem post longum studium in fine vite sue sic profecit in philosophia,

philosophia, quod opinatus est, quod nihil penitus de aliquo verum possit dicere: quia ante dictum mutaretur ad aliam formam per quam dictum falsificaretur: & ideo dixit dignum debere solum moueri, quo significaretur res esse in continuo motu. Et cum Aristippus dixisset, quod bis eadem aqua secundum formam ab eo qui flumen ad hauriendam intrat, hauriri non potest, prohibuit eum increpando propter dictum, dicens se estimare, quod nec semel hauriri potest, quin ante hauritum ad formam non aquæ mutata sit, & iterum ad aliam & aliam.

## CAPVT V.

De medicina erroris eorum qui contra dictoria simul esse & non esse dicebant propter motum sensibilem.

Te. c. 11. **N**os autem istis agris opinionibus homelicis sermonibus medelam apponentes dicimus, quod etiam id quod seipsum continuè permutat, ut illis videtur, habet tamen quandam orationem veram, quæ etiam secundum omnes sequitur dicenda de ipsa verè, ita quod contradictoria ipsius est falsa: & hæc oratio est, quod nihil existimetur verè esse. Hanc enim orationem ipsimet pronuntiant de existentibus, & negant contradictoriam eius: non semper igitur contradictoria sunt simul vera. Et tamen etiam est dubitatio alicui per instantiam in dicto eorum. Nam omne permutans se secundum formam, habet necessariò permutari in aliquid, ed quod recta mutatio non potest esse infinita. Similiter omnis facti per mutationem necesse est iam aliquid esse vniuersalius: ed quod motus est forma post formam siue formæ fluens: & sic aliquid affirmari potest de mutante se postquam immutatum est, & aliquid affirmabile de ipso quando est in fieri: affirmatur enim forma quando mutatum est, & id quod anticipat de forma, affirmatur de ipso dum adhuc mutatur. Quod si corrumpitur, constat quod non corrumpitur in non ens simpliciter, sed in materiam, quæ existens aliquid manebit post corruptionem. Et similiter si sit per generationem, oportet quod aliquid sit ingeneratum ex quo fit, & hæc est materia, & à quo sicut à mouente & generante generatur: & hoc etiam est non mutatum: illa enim ambo necesse est esse & non procedere in infinitum, sicut sepius ostendimus in secundo huius sapientia libro: aliquid igitur affirmatur de generato & de eo quod generatur per formam in qua non est esse simul & non esse simul: & aliquid affirmatur de principis eius quod mouetur, quæ sunt materia & mouens, in quibus iterum non est simul esse & non esse. Sed hæc prætermittentes quæ secundum naturam rei adducuntur contra eos, illa solum dicimus quæ sequuntur ex positione istorum.

Dicimus igitur, quod causa dicti istorum, ut supra diximus, est: quia videbant ista sensibilia non stare, sed influere & effluere secundum partes materiae vniuersalisque eorum: &

huiusmodi motus est acceptus in partibus quantitatis materiae. Nos autem dicimus, quia non est idem permutari rem aliquam secundum materiae quantitatem, & permutare se secundum qualitatem substantialem quæ dat nomen & speciem & rationem. Si ergo demus eis, quod corpus sensibile secundum materiae quantitatem sit non manens, tamen secundum speciem est manens. Cum igitur secundum speciem omnia cognoscamus, relinquuntur quod aliquid certum de re potest predicari & sciri: esse enim quod est actus formæ sicut causa, & est perfectio materiae sicut subiecti consideratum secundum quod fluit à forma, manet idem numero non in motu: materiae autem partes influunt & effluunt in id quod est: & ex parte illa habet aliquid quod continuè abicit in præteritum, & aliquid quod continuè acquiritur in futurum, & aliquid quod ut nunc est accipere: & ideo diximus in primo libro peti genesios, quod in his quæ augentur & nutriuntur, quælibet pars secundum formam generatur & augetur, sed non quælibet secundum materiam, quia illa influit & effluit sub forma & esse formæ eisdem permanentibus: & hæc est vera solutio totius dubitationis istorum. Sed de accidente non est simile: quia illius esse est inesse, & ideo mutatur: propter quod dicit Aristoteles, quod non est eadem sanitas in mane & in vespere, etiam non intercepta infirmitate. Causa autem quare omnino errauerunt, est: quia non cognouerunt formas substantiales, sed materiam tantum. Et ideo quod in partibus materiae accidit, in tota esse materia iudicauerunt.

Amplius autem dignum est tenuere sic recipientes & dictis opinionibus acquiescentes: quia cum essent scientes, quod numerus talium sensibilem dicto modo mutabilem esset in minoribus & paucioribus, & quod quædam parua & pauca se, sicut eis videbatur, sic habebant quod continuè mutabantur, enuntiarunt de toto celo superiori, quod ita esset transmutabile, & continuè de forma in formam mutaretur. Nam solum ille locus qui est circa nos est in terra, vbi concutunt etiam elementa, & calor est per reuerberationem radiorum stellarum ens in generationem & corruptionem determinatus est sensibilis, ita quod actus & passus sensibilibus qualitatibus est determinatus, quæ agendo & patiando mutant subiectum corporum istorum. Sed ille locus qui est circa nos, ut ita loqui liceat, nulla pars est vniuersalis, præcipue in comparisonem stellarum fixarum & sphaeræ ipsarum: quia diuersitas aspectus nulla est à centro terræ & à superficie productis lineis respectu sphaeræ stellarum fixarum: & ideo non habet totus locus generationis & corruptionis aliquam quantitatem sensibilem respectu sphaeræ illius: iustus ergo fuerat propter immutabilitatem tam magnorum & tam multorum corporum hæc parua & pauca immutabilia dicere, quam propter mutabilitatem istorum partium & paucorum illa dicere mutabilia.

Amplius autem ad omnia hæc quæ dicta sunt, dicemus eadem his quæ olim diximus: hoc autem est quod dicendum est de ipsis & credendum est, quod natura omnium in tota est quædam res immobilis omnino: hoc enim sequitur ex hoc



ex hoc quod dicunt : eis enim dicentibus in omnibus & secundum idem simul esse omnia & non esse, contingit magis dicere, quod omnia quiescant & immobilia sint quam quod moventur. Est enim omnis mutatio ad aliquid quod non inest secundum actum : in omnibus autem simul existentibus & non existentibus non est aliquid in quod moueatur id quod ponitur moueri : omnia enim insunt omnibus secundum istos qui dicunt omnia mutari. Hæc igitur dicta sunt ad medicinam eorum, qui simul esse & non esse dicunt, propter hoc quod omnia dicunt continè mutari.

CAPVT VI.

De mendacia eorum qui contradictoria simul esse dicebant ideo quod ponebant verum esse quod apparet sentienti & astimanti.

DE opinione autem altera quæ dicit verum id quod apparet astimanti, dicimus, quia de veritate rerum secundum ipsam rei naturam loquentes, quia non est verum omne quod verum in sensu aut astimatione apparet. Et primum quidem quod contra illos est : quia sensus proprius non est hoc quod dicit verum & falsum in sensibilibus : sed potius phantasia quæ componit & diuidit sensata. Phantasia autem licet sit motus à sensu secundum actum factus, tamen non est sensus. Hæc autem in secundo de anima à nobis determinata sunt. Deinde autem dicimus increpando istos : quia valde dignum est admiratione si tanti Philosophi hæc ponunt in questionem, vtrum tantæ sunt quantitates & mensuræ rerum, quantæ remota videntur, aut quantæ videntur propinquis, aut colores sint tales quales videntur remotis, aut quales videntur propinquis. Scit enim quilibet, quod omnia minus verè videntur remota quam propinqua. Et si ponant in questione vtrum sapida talia sint, qualia sanis videntur, aut qualia ægoris siue laborantis : quia scitur, quod tales sunt sapores, quales sanis videntur infirmis autem omnia amara videntur : eod quod cholera combusta inficit eis linguam. Et vtrum grauiora secundum pondus iudicanda sint, qualia videntur debilibus, aut qualia videntur robustis : robusti enim non sentiunt pondus : infirmi autem etiam leui valde supergrauantur pondere, & si iterum de veris queritur, vtrum sit iudicandum de veris per illa quæ videntur dormientibus & somnia sequentibus, aut illa iudicanda sint vera quæ vigilantibus videntur. Palam enim est per ea quæ inducta sunt, quod isti non astimant ea quæ dicunt vera esse : quia si verum esset quod dicunt, quod in apparendo esset verum, ita verum esset quod apparet longe, sicut id quod prope : & ita verum esset quod apparet infirmo, sicut & sano : & adeo verum esset quod apparet dormienti, sicut quod apparet vigilianti. Similis enim eorum qui hoc dicunt, est, qui si per astimationem suscipit

g. de anima. rex. 6m. 61.

siue acquiescit in aliqua re esse Athenis cum secundum veritatem sit in Libya, surrexit ut iret ad portum Atheniensem qui vocatur odium, Amplius autem, sicut & Plato dicit, de futuris per nos operabilibus non est æqualiter valens consilium sapienti, & visum ignorantis, sicut de futura sanitate acquisita qua queritur aliquos fore sanos, non est æquiualeus propria opinio medici quam habet ex propriis medicinz, & opinio ignorantis : & tamen hoc oportet si omnia sint vera quæ cuiunque videntur.

Amplius autem si considerentur ipsa sensuum iudicia de sensibilibus, non sunt simpliciter siue æqualiter propria & certa quæ sunt obiecti proprii, & quæ alieni, aut eius obiecti quod est proprio propinquum, sicut quod est commune sensatum. Visus enim certissime iudicat & non fallitur circa proprium sensatum quod est color, nisi sit ex mala habitudine oculi, aut turbatione mediij, aut ex longinquitate obiecti : & hæc omnia visui accidunt. Alienam autem obiectum quod alterius sensus non certificat. Commune autem obiectum quod etiam per se apprehendit, sicut est magnitudo, vel figura, vel numerus, vel motus, vel quietes, non simpliciter & æqualiter certificat sicut proprium : de coloribus enim certificat visus, non gustus. De chimis autem, hoc est, saporibus, est gustus, non visus : & in eodem certissimo tempore quisque sensus circa idem proprium obiectum, & eodem modo se habens medium nunquam mutatur aliquis sensuum, ut dicitur, quod æqualiter proprium obiectum ita & non ita habere simul : sed certè suam nuntiant obiectum, sed nec in diuerso tempore nuntiant idem & eodem modo se habens obiectum se habere aliter. Quod enim visus nuntiat album, semper nuntiat album, si album similiter ut prius se habeat, & sic de alijs. Sensus ergo non sic & non sic se habere nuntiat circa proprium obiectum.

Dubitant autem isti circa sensus passionum infirmorum, aut circa id cui passio accidit membrum quod est superficies linguæ adusta. Dico autem gratia exempli veluti vinum, quod in se dulce est, videtur amarum : & dubitant isti, vtrum hoc sit quia ipsum vinum est mutatum, aut accidit quandoque quidem esse dulce, quandoque autem non, corpore gustante mutato. Sed ad hoc dicitur, quod dulce quale est quando est in sua causa manens, nunquam mutatur, sed manet dulce, & semper dicitur verum de eo quod est dulce, & tale manens de necessitate etiam futurum est dulce : & ideo non est tale quale videtur in passione infirmi : hoc enim sapere accidit ex linguæ adustione, sicut diximus non ergo verum est quod apparet in sensu. Adhuc autem hæ rationes quæ inductæ sunt horum Philosophorum, omnes auferunt hic sensibilia omnia. Sicut enim concluditur, quod secundum dictas rationes non est substantia alicuius, ita conuenit secundum eas non esse aliquid penitus : hoc enim est necessarium, quod non contingit aliter & aliter se habere. Si igitur aliquid est ex necessitate, hoc non se habebit ita & ita. Si igitur se ita & ita habeat, non est ex necessitate sed si verum est in apparendo

Tex. c. 15.

habebit

habebit se quodlibet ita, & ita : ergo nihil est ex necessitate. Non ergo est aliquid sua substantia, vel aliud aliquid erit sua quidditas, quæ necessariò prædicatur de ipso, & sic nihil erit penitus secundum omnia enim genera prædicamentorum prædicatur ex necessitate aliquid de altero ut de subiecto : & si hæc prædicatio non erit, nihil penitus relinquitur quod sit.

Amplius autem ex toto & vniuersaliter secundum dicta istorum sensibile secundum totum esse suum, & id quod est, ad sensum est : quia si sensus dat ei veritatem & falsitatem & esse & non esse, sicut consequens est dicere necessarium qui dicunt, quod verum & falsum, & esse & non esse rerum est in apparendo : tunc non existentibus animalibus sentientibus se & esse & non esse rerum, nihil erit omnino : eod quod isti dicunt omnino nihil in sentiendo esse præter sensibilia, & horum esse & non esse in sentiendo esse. Si enim animalia non sunt, sensus non erit : nam sensu non existente, sensibilia non esse secundum quod sunt sensibilia secundum actum, forsitan verum est : sensibile enim ut sensibile dicitur passionem sentientis ut est sentiens : sed impossibile est non esse subiecta quæ sensum mouendo facere possint sine sensu : hoc autem probatur ex hoc, quod sensus cum sit potentia passiva, non secundum actum suimet ipsius : oportet enim quod aliquid inferat ei passionem, quod est præter ipsum & aliud ab ipso : omne autem agens & mouens prius est eo quod mouetur & agitur : ergo sensibile faciens sensum prius natura esse necesse est ipso sensu qui sit secundum actum sensibilibus. Quod autem prius est natura alio sicut agens actio : prius esse potest sine illo : ergo sensibile subiecta sine sensibus esse possunt. Nam quamuis agens & actum aliquo modo ad inuicem per respectum dicantur, tamen nihilominus sequuntur eadem quæ diximus inconuenientia.

CAPVT VII.

De reuisione eorum qui ista ratione non persuasi sed ex consensione dicunt, quærentes victoriam in consensu orationis.

Sunt autem aliqui qui non interrogant de veritate rerum, nisi eos solum qui persuasi sunt in his positionibus, & non interrogant nisi has tantum quas isti iudicant per se rationes. Querunt enim illi, quis sit iste qui iudicat iudicio apprehensionis omnino, & vniuersaliter conualecentem opinionem quæ in nullo aliter se habeat : & querunt vniuersaliter & omnino esse iudicantem circa singula : & querunt ad hoc quod consentiant quod verum est omnino in opinando illum de rebus sic vel aliter, ac si res & esse rerum & veritates non sint nisi in anima secundum astimationis sensualis apprehensionem. Tales vero dubitationes similes sunt, ac si nos dubitamus, vtrum nunc loquentes de rerum quidditatibus, dormimus, aut vigilamus : quia in dormitione mouemur

Tex. c. 16.

D. Alber. Mag. Metaph.

ad imagines apprehensas sicut ad res : & ideo isti faciunt, ac si tota philosophia consideratio sit somnium & passio dormientis. Omnes autem huiusmodi dubitationes idem valent. Hi enim qui hoc dicunt, dignantur dicere principium quoddam esse rationem omnium per quod probantur : & illud etiam quod est omnium principium, querunt accipere per demonstrationem. Volunt enim supponere, quod hoc sit principium indemonstrabile quod non contingat simul affirmare & negare : & ideo quia querunt hoc aliud accipere principium, & non inuenientes ipsum in rebus, recurrunt ad ea quæ sunt in anima : & cum ibi inueniunt opposita in vno tempore de eodem apprehendi, dicunt simul contingere affirmare & negare. Quod igitur persuasi sint rationibus istorum, manifestum est in actibus eorum : quia opera eorum interrogando declarant, quod iam in rationes eorum quæ inductæ sunt, sunt introducta. Hæc autem est passio siue ægritudo eorum quam diximus. Querunt enim rationem demonstrationis in his in quibus nulla est ratio demonstrationis : principij enim primi per quod alia demonstrantur, non est demonstratio : & hæc quidem quæ nunc dicimus, quidam istorum qui persuasi sunt, facile credent. Non enim est difficile sumere per intellectum id quod dicimus, quando soluitur eis ratio in qua de errore sunt persuasi : illi enim qui non querunt nisi vim siue victoriam in verbo disputationis & gloriam, sicut sophistæ, & persuasi sunt, querunt impossibile ad quod sicut ad metram deducant : hi enim dignantur pro magno reputantes contraria dicere in sermone disputationis, & rectè sibiipsis dicunt contraria : & per hoc conuincuntur : verum etiam sic contra illos disputabimus dicentes, quia si datur, quod non omnia sunt ad aliquid, sed quedam dentur esse secundum se & absolute dicta, tunc non erit omne quod apparet verum. Nam quod apparet, alicui apparet : & ideo qui omnia quæ apparent, dicit esse vera, & ideo quia apparent, cum idem sit verum esse quod esse omnia quæ sunt dicit esse, ideo quia apparent : eo igitur cui apparet, astimante, ea sunt, & non astimante, ea non sunt. Sicut igitur relatiua, & apparentia astimantis dat eis esse, sicut lux dat esse coloribus : igitur qui omnia quæ apparent esse, vera dicit, & ideo quia apparent omnia quæ sunt, facit esse ad aliquid : propter quod sophistis querentibus vim & victoriam in oratione, custodiendum & præseruandum est nobis dignantibus eis simul siue similiter dare, siue reddere orationem contra protentiam orationis : quia non res, sed pugnas & conflictiones verborum ostendunt. Dicemus ergo, quia non apparetur est. Non enim est proprium quod apparetur sit simpliciter quod res secundum sui substantiam non est apparetur, ita quod apparentia sit esse & substantia eius. Sed quando apparet alicui cui apparet & quando apparet & inquantum apparet, sic in apparentia est, & non simpliciter : & sic soluitur dubitatio persuasi in rationibus inductis. Si autem non persuasi sunt, sed dant orationem ut in verbis querant victoriam, & non ita dicunt ex medijs persuasione : tunc sequitur contra eos, quod

N

statim



statum continentur dicere contraria sibi ipsis, & sic confirmationem pro gloria reportent: contingit enim, quod eadem homini idem secundum rem digitum apparet secundum duos sensus: citrina enim cholera eidem vitui potest apparere mel, & gustui non mel: & duobus oculis existentibus contingit, quod non uterque vnum & idem videt, si dissimiliter sit us eorum mutetur. Si enim digitus vni oculorum supponatur, & exprimat ad superius extra situm naturalis oculi, contingit vnum & idem non vnum, sed duo videri: & sic contraria idem homo & de eodem iudicabit: quæ contraria ambo sunt vera, si totum est verum quod apparet: quoniam quoad præinductos sophisticos dicentes quod apparet verum esse propter iam dictas causas, sequuntur statim ista contraria sui dicti: & sequitur propter hoc, quæ dicunt omnia similiter simul esse falsa & vera: neque enim possunt omnibus semper eadem apparere: neque potest esse, quod eidem homini semper appareant eadem, sed multoties contraria sunt, & quæ secundum idem tempus apparent eidem secundum duos sensus: tactus enim vnus in duobus digitis variatis, ita quod medius sup. a indicem exterius recurretur, & globulus rotundus sub digitis moueatur, dicit vnum esse duo, quod tamen vnus dicit vnum in eodem tempore. Aut igitur nullatenus est causa, quare hoc sit quod est idem & secundum idem sensu, & similiter & in eodem tempore: aut contraria, sicut dictum est, coguntur concedere secundum iudicia diuersorum sensuum simul esse vera: hoc autem est impossibile: oportet igitur aliam partem distinctionis esse veram, scilicet quod hoc nullatenus sit causa, quia hoc sit verum vel illud, quia est idem & secundum idem sensu cui apparet & similiter & in eodem tempore.

Sed forsitan diceret aliquis ad hoc, quod hoc quod dictum est, idem necesse erat eis dicere, non propter hoc quod dubitent in re, sed orationis causa & victoria quam querunt in disputando, necesse fuit hoc dicere, dicentibus eis, quia hoc non est verum in re, sed est verum huic cui apparet, ita quod totius veritatis apparentia sit causa: tunc sicut prius dictum, sequitur, quod necesse est, quod isti faciant suo dicto omnia ad aliquid esse & nihil esse absolutum, & quod omnia sint relata & ad opinionem & ad sensum: igitur nihil factum est in præterito, nec est in præteriti, nec erit in futuro aliquid quod nullius sit opinantis, sicut nullus est filius nullius patris nec fuit nec erit. Si verò aliquid in præterito factum est, aut aliquid factum erit in futuro absolutum, quod ipsum quod est, non opinantis est, tunc palam quod sequitur, quod non omnia ad opinionem esse dicuntur. Amplius autem si concedamus, quod & verum est, quod vnum relatum dicitur & est ad vnum solum sibi oppositum correlatum: aut concedamus, quod suum correlatum est determinatum & non abiit in infinitum: & si concedamus, quod ita ad vnum & ad finitum est idem & diuidium & æquale & omnia alia relata, & quod secundum hoc duplum non dicitur ad æquale, nec aliquid aliud nisi ad vnum solum correlatum. Sed secundum

hæc quæ diximus, dicemus, quod duplum non dicitur ad suum correlatum quod est diuidium, sed dicitur ad opinantem: & iterum secundum dicta dicemus, quod homo est ad opinans ut opinans, si idem penitus esse hominis: & esse opinati: tunc enim opinans non est homo in esse hominis, sed est opinatum in esse opinati: & iterum ille homo opinans non habebit esse nisi opinati, ex quo datur, quod nullum sit esse nisi opinati, & sic erit quartus opinans: & hoc modo in infinitum ibitur in speciebus opinantium, quod est impossibile, falsum est ergo, quod non sit esse verum in rebus nisi opinionis. Hæc igitur dicta sunt ad hoc probandum, quod cunctorum hominum firmissima omnium opinionum est hæc, quod oppositæ propositiones contradictionis non sunt simul veræ neque simul falsæ. Dictum est etiam quid inconuenientium sequitur contra eos qui hoc dicunt, & quæ de causa hoc dicunt.

## CAPVT VIII.

In quo vterius concluditur, quod contraria in eodem simul esse non possunt.

Quoniam autem iam probatum est, quod impossibile est contradictionem simul esse veram de eodem secundum idem & in eodem tempore. Vterius ex eisdem probationibus palam est, quia nec contraria simul actu conuenit inesse eidem secundum idem & in eodem tempore: cuius certissima ratio est: quia alterum contrariorum est in omni genere priuatio, quamuis enim rationes contrariorum non sunt rationes priuationis oppositorum, eod quod aliud genus est oppositionis contrarietatis, & aliud priuationis oppositorum: tamen prima causa contrarietatis est oppositio priuationis & habitus secundum naturam: sic enim calidum & frigidum causantur à propinquitate generantis calidum per motum localem, & à defectu propinquitatis huius generatur frigidum, & album à receptione luminis à superficie clara, & nigrum à defectu receptionis huiusmodi, & humidum à subtili intrinsecato, & sic vnum à defectu subtilis huius: & sic est in omnibus aliis contrariis secundum naturam. Licet autem contraria sint in genere qualitatis secundum rationem eorum, quæ sunt contraria, sunt tamen in omni genere in quo est motus vel mutatio secundum ipsas naturas & essentias quæ sunt contrariæ: nihil enim prohibet nomen aliquod dicere qualitatem quæ qualitas est circa naturam aliquam, quæ est alterius generis, sicut magnum & paruum qualitatem dicunt circa id quod est quantitas, sicut etiam modus substantiæ est circa ea quæ significant res aliorum generum. Si quis enim bicubitali longitudine posita, dixerit id quod posita est, quantum esse, quid est dicere, & quantum significat: & si quis albedine posita, dixerit id quod posita est, colorem esse: quid est dicere, & qualitatem significat. Omni eodem modo licet modus contrarietatis quale dicat, tamen ea quæ sunt contraria, in omni sunt genere in quo

Tex. c. 17.

## CAPVT IX.

Et est digressio declarans qualiter esse secundum formam manet in re mutata secundum materiam quantitatem, & idem res non simul est & non est, & est perfecta solutio dubitationis antiquorum, qui dixerunt simul esse contradictoria.

Porter autem nos ad eorum quæ inducta sunt maiorem intelligentiam, aliquantulum plus intrare in rationes eorum qui dixerunt omnia simul esse & non esse propter motum secundum formam, quem continuè dicebant omnibus rebus sensibilibus inesse. Motum enim ponebant esse de non esse hoc ad esse hoc, continuè fluxum. Er quia in fluxu est id à quo fluit, & id in quod influit, dicebant in eodem continuè esse & esse & non esse, nec tantum dum est in fieri & corrumpi, sed etiam dum generatum est: propter hoc quod sensibile est, & est in eo continua & passio contrarietatis. Diximus autem supra ad hoc, quod iste motus qui est in sensibili generato, est secundum continuè influxum & effluxum partium materiae & quantitatis, & quod forma & esse quod est actus formæ, fiat vnum & idem, & illud est quod predicatur vel negatur: & ideo diximus, quod non esse & esse non sunt permixta in talibus, sed tantum sunt vel non sunt. Hoc autem addidimus ad hoc quod in mixto sunt forma & esse earum secundum actum medij, & non secundum a tunc extremorum, & sic prædictum cantur, & non esse earum sic non est permixtum ad esse secundum autem quod sunt in fieri, vna inest ut via, altera ut finis mutationis: & ideo iterum neque in motu & fieri rei est esse permixtum ad non esse, sed est ibi esse tantum. Dubitabit autem aliquis de hoc fortasse: cum enim forma materialis sit, videtur quod mota materia dum mutatur, demoratur secundum aliquid forma, & sic non est motus tantum secundum quantitatem partium materiae, sed etiam secundum formam materialem. Adhuc autem cum res cognoscatur secundum id quod affirmatur de ea, nec negari possit ab aliquo nisi sit aliquid formæ quæ distinguit eam à rebus aliis, videtur quod id quod affirmatur & negatur de rebus, sit in ipsa re principium cognitionis eius: mota autem re, mouentur ea quæ in ipsa sunt: & sic id per quo cognoscitur esse mobile, & mouetur in re ipsa, ut videtur: nec mouetur tantum secundum quantitatem & materiam, sed etiam secundum formam. Si forte dicatur, quod forma secundum quod est ratio, est principium cognitionis & nominis: & hoc modo forma est in anima & non in re: & hoc modo non mutatur, sed manet, & sic non predicatur & negatur: videtur hoc adhuc nihil penitus esse: quia ideo non predicatur aliquid, neque negatur aliquid, nisi quod est in re ipsa: quia aliter nulla esset predicatio vel negatio. Id autem quod est in anima, non est in re secundum quod est anima: quia aliter vna numero forma esset in duobus, quod est impossi-

unt mutationes vel motus: hoc autem in phisicis determinatum est. Secundum hoc igitur priuatio quæ est contrarium, non minus est instantia quam alterius generis, in quo motus est. Priuatio autem est negationis in genere virtutem habens: est enim priuatio negatio ab aliquo genere determinato. Quod autem contradictoria non possunt esse simul, non est ex hoc quod sunt extra genus, sed potius hoc est ex natura oppositionis: eadem enim est natura oppositionis in genere & extra genus, quantum ad oppositorum repugnantiam. Cum igitur contradictoria repugnantiam habeant contradictionis in genere, sicut contradictoria simul esse non possunt, ita nec contraria simul esse possunt actu in eodem secundum idem. Si igitur impossibile est secundum veritatem vnum de vno eodem secundum idem & in eodem tempore simul affirmare & negare, tunc etiam impossibile est contraria simul actu inesse in eodem secundum idem & in eodem tempore: sed vel quandoque insunt ambo secundum participationem vtriusque secundum formam, vel ita insunt, quod alterum inest quandoque & non perfecte, alterum verò simpliciter inest & secundum perfectionem. Hoc autem ideo dico: quia contrariorum quedam sunt immediata, & quedam mediata. Ea verò quæ habent medium, vtriusque contrariorum est in medio secundum formam, sed non est in eo distinctum: quinimo vtrumque est ad actum medij reductum: & hoc modo contraria in sunt in quolibet mixto, sicut in fine primi libri per geneleos à nobis est determinatum. Si autem non habent medium, sicut calidum & frigidum, quæ non habent medium inter se in formam: tunc nunquam simul ambo inesse possunt, nisi ita quod vnum inest secundum actum, & alterum perfecte, sicut est in motu, in quo ambo sunt in eodem contraria & secundum idem & in eodem tempore: sed vnum est in abiectione sicut id à quo est motus, & alterum perfecte sicut id quod denominat motum, & ad quod est motus: vtrumque tamen est in potentia adhuc permixta actui: & sic simul esse contraria non est impossibile. Sic enim quod in abiiciendo est quandoque quidem & secundum quid inest, quia secundum potentiam. Quod autem est in intrando, simpliciter inest, non quandoque, sed permanens. Patet igitur ex his, quod contraria propter eandem causam non possunt esse in eodem simul, propter quod etiam in eodem esse simul non possunt contradictoria. Iam igitur probatum est sufficienter à nobis, quod contradictoria simul esse non possunt, sine hoc dicatur à sic persuasis, siue dicatur ab his qui victoriam querunt in oratione siue disputatione. Sicut enim dictum est, contraria si sunt simul in mixto, non sunt in eo secundum excellentias suarum actionum: & ideo in illo non sunt secundum quod maxime distant. Si autem sunt in fieri, tunc vnum inest sicut quandoque & in exitu, & alterum inest simpliciter & semper & permanens. In fieri enim sunt contraria secundum potentiam & non secundum actum purum: & hoc non est simpliciter simul esse contraria.

Tex. c. 80. &amp; 90.



file videtur igitur, quod ista nulla sit solutio dubitationis inductæ.

Vtcrius autem queritur à multis, verum forma quæ est in re, re mutata, cedit in non esse, vel manet. Si autem cedit in non esse, tunc aliquid ex ente fit nihil, quod est impossibile, sicut si dicatur fieri aliquid ex nihilo, quod abhorruit semper omnis Philo'sophus. Adhuc autem secundum hoc id quod est principium cognoscendi & existendi, non est idem in his quæ sunt vnius & eisdem rationis, & sic sunt æquiuoca: & adhuc secundum hoc non sunt principia cognoscendi res incorruptibilia, quod intantum abhorruit Plato, quod formas ideales posuit. Si autem dicatur manere forma, re ipsa mutata, hoc est iterum impossibile: non enim esse maneret in materia propria: absurdum autem est vè dicatur manere in aliena: nec iterum manet prout est in seipsa: quia forma materialis est materialis, nec habet esse in seipsa, nec iterum manet in anima: quia prout est in anima, non habet aliquod esse in rebus extra: abstractionis enim habet esse in anima & secundum hoc nullum esse habet forma: quia prout est in anima, non habet aliquod esse cuius ratio concepta est cum materia in rebus extra: omnis autem forma naturalis hoc modo rationem habet conceptam cum materia, sicut in 6. huius scientiæ lib. ostenderunt. Nulla igitur talium formarum habet esse extra materiam. Et sic videtur, quod non possumus euadere difficultates superius inductas. Omnis enim entis forma talis erit, si ponatur nihil entium nisi insensibile esse.

Adhuc autem secundum Peripateticorum sententiam cauè valde soluendum est, ne vel incidamus in opinionem Stoicorum, qui ad hæc euadenda ideas inuenerunt, & formas aliquas medias, inter formas materiales & ideas esse dixerunt: & ab altera parte, ne incidamus in errores Epicureorum, qui non nisi materialia esse dixerunt, & idè simul esse & non esse in rebus esse concesserunt. Dicamus igitur ad primam huius questionis partem, sicut superius diximus, quod res aut est in fieri, aut in esse, aut in corrumpti: & demus omnes res sensibiles: quia hoc nihil facit ad difficultatis euersionem, vtrum quedam res tales sint vel omnes. Res igitur quæ est in fieri, esse habet accipiendò & non est in abiiciendò. Quod patet iam per antè dicta: & hoc non est simul habere esse & non esse. Res autem quæ est in corrumpti, non esse habet accipiendò, & esse non habet nisi abiiciendò: & hoc iterum non est contradictoria vel contraria esse simul. Res autem quæ est in esse stante, non sicut & resluit, nisi secundum quantitatem partium materiæ, stante immobiliter esse secundum quod est actus formæ: & hoc stat in hoc quod est proprium eius subiectum, quo manente manet & ipsum: nec hoc totum fuit, sed sicut dictum est, secundum quantitatem aliquam partium materiæ venit & recedit. Et huius imaginatio per simile est, sicut si aqua in idem vas influat & effluat, vase manente immobili. Aliter enim dici non posset, quod idem de præterito per præteritum stat in futurum: continens enim est forma quæ stat in proprio subiecto, cuius dum vna pars secundum materiam recedit, venit alia in formam quæ iam fuit,

& est & erit & continetur ab illo, sicut illa quæ iam effluxit, continebatur. Non enim fuit vel mutatur esse formæ cum vna materiali parte materiæ vel subiecti, sed cum omnes simul fluunt vel radicaliter. Et hæc est solutio Aristotelis si bene intelligantur ea quæ ducta sunt in primo peni gene eos libro: & hoc non videntur isti Philo'sophi, quorum rationes inductæ sunt nec etiam Stoici, qui propter timorem istarum rationum formas medias & ideas inuenerunt.

Sed hoc magis est difficile, quia vterius queritur, verum scilicet manet forma, toto mutato subiecto, aut cedit in non esse. Ad hoc dicendum est secundum Peripateticos, & secundum huius sapientiæ proprietatem, quod sicut formæ artificiarum se habent ad intellectum practicum artificis, ita se habent formæ rerum naturalium ad lumen intelligentiæ agentis in natura. Si autem reuolueretur forma artificialis in principia formalia proxima, reuolueretur in momenta instrumenta & membra artificis quæ informauit ars & mouit dum produceretur in materiam, & in motus illorum instrumentorum: quod si vterius reuolueretur in principia formalia, reuolueretur in imaginationes motuum instrumentorum & membrorum quibus ordinata sunt instrumenta ad motus, quæ imaginationes in se formam intellectus & membra in spiritibus deduxerunt: & si in prima formalia reuolueretur, reuolueretur in lumine artis & intellectus quod apud se habet & præhabet omnium imaginationum & organorum & motuum determinationes, quibus ipsa forma inducitur: & in illo lumine simplex est essentia, cum tamen multiplicis sit virtutis & immaterialis & incorruptibilis. Eadem tamen est in essentia, sed diuersam esse in his quatuor in quibus est, & non manens in vno secundum esse manet in altero. Sed connaturalius est sibi esse quod habet in lumine intellectus & artis, quam id quod habet in imaginationibus: & adhuc magis connaturalis est sibi esse quod habet in imaginationibus, quam id quod habet in instrumentis & motibus membrorum organorum: quia quanto resoluitur ad simplicius, tanto habet esse formalis. Sed hoc est non prætereundum in formis huius: quia ea ad quæ resoluitur principia formalia, sunt extrinseca extra materiam in quam inducitur existentia. Forma autem naturalis si resoluitur ad principia formalia, resoluitur in digerens & terminans calidum elementi & spiritum corporeum, qui vehiculum est virtutum agentium in generabilium materia. Et si vterius resoluitur, resoluitur in radios & angulos radorum cælestium, informantes calidum digerens & terminans, & informantes spiritum qui est instrumentum virtutum generantium: & si iterum resoluitur vterius, resoluitur in motus corporum hos radios ad locum generationis mittentium: & si vterius iterum fiat resolutio, stabit in lumine intelligentiæ agentis & informantis omnia ista, & in illo est secundum formalissimum esse suum & simplicissimum, & in illo lumine est vbique & semper: sed hæc omnia in generatione intrinseca sunt materiæ: & idè transmutantia materiam generant: & ita manifestum est, quod nulla formarum substantialium cedit in non esse. Cederet autem pro certo in non


P. imo de generatione. sic. rex. com. 35. v. que ad. com. 38.

N. v. q. n. forma toto mutato subiecti cedit in nihilum.

non esse, si opus nature non esset opus agentis intelligentiæ: & quia quando forma est in lumine agentis intelligentiæ, sine hoc & nunc est in eo, idè præsentia sui ipsius est in lumine tali: & hoc modo est in anima intellectuali quando est sine materia: & non est in ea per informationem sicut forma in subiecto, sed est in ea sicut in loco specierum, sicut docuimus in libro de natura animæ & eius naturali operatione. Et hoc modo patet qualiter non sit æquiuocatio in his quæ de pluribus prædicantur, & qualiter vnum vniuersale est, in multis intellectibus, non prout multi sunt, sed prout vnum sunt in lumine intelligentiæ agentis. Et sicut hoc modo, qualiter principium scientiæ est incorruptibile, & qualiter idem est principium esse & scientiæ secundum esse differens. Et hoc modo scitur ortus alterius opinionis quæ

dixit verum esse in apparendo: eò quod supponit idem esse intellectum & sensum: conuicti enim fuerunt illi qui tenuerunt illam opinionem ab ipsa veritate, quod primum principium etiam est forma in lumine intelligentiæ agentis existens: & tunc suam intelligere est dans esse: & quod est causa esse, est causa veri: & sic verum est in lumine intelligentiæ. Errore autem prædicti dicebant idem esse intellectum & sensum: & sic idem est esse in apparentia intellectus & sensus: & sic procedentes dedimus, quod verum & falsum est in apparendo sensui, sicut in prima causa veritatis, & non in rebus ipsis. Hæc igitur est solutio vera præinductorum. Sic igitur manifestum est, quod contradictoria non sunt simul vera, nec esse & non esse sunt simul in aliquo.

Quemadmodum forma non est in intellectu per informationem.



# TRACTATUS IV.

QUI OSTENSIVVS, QVOD CONTRADICTIO est oppositio non habens medium secundum se.

## CAPVT I.

In quo multis rationibus probatur, quod inter duas extrema contradictionis non est medium aliquod.

Fex c. 17. 1. 12. 10.



Si autè contradictio oppositio, cuius non est medium secundum se: & ideo sicut contradictoria non sunt simul, ita etiam necessarium est, quod inter contradictoria nihil sit medium: sed de quocunque vno vnum vel alterum verum sit contradictorium, & reliquum falsum de eodem: hoc autem ostenditur multis modis. Et primum quidem ostenditur hoc si diffinientes determinemus quid sit verum & falsum. Est autem falsum dicere ens siue quod est, non esse, aut dicere quod non est, esse: verum autem est dicere quod est, esse, aut quod non est, non esse: ergo qui dixerit illud quod non est esse, aut non verum dicit si persuasus est, aut mentitur si non est persuasus, sed dicit hæc causa victorie in oratione siue disputatione. Similiter autem neque id quod est, dicitur non esse: neque id quod non est, esse, nisi falsum dicat vel mentitur. Si igitur inter falsum dicere vel verum in partibus contradictionis non est medium, sicut iam probatum est, concluditur necessarium, quod inter contradictoria nihil est medium.

z. ratio.

Amplius autem si aliquid est medium contradictionis, hoc dicitur aut medium per abnegationem. D. Alber. Mag. Metaphy.

gationem vtriusque extremorum quæ commiseri non possunt, sicut medium inter equum & hominem, quod neque equus est, neque homo, sicut grammatici dicunt neutrum genus esse medium masculini & feminini, quia masculinum & femininum dicunt essentiam formatam, neutrum autem dicit essentiam informem priuatam stragie formationis: aut erit medium quod est participando vtramque extremorum, quemadmodum viride medium est albi & nigri: & quocunque duorum modorum dicatur medium, ens actu erit medium. & mutatio quæ est in ipsum, vel ex ipso, erit de subiecto ad subiectum, & non de non subiecto ad subiectum, vel de subiecto ad non subiectum. Si ergo tale sit medium, non sit mutatio inter extrema contradictionis. Si enim sit verè mutatio illa de subiecto est in non subiectum, sicut ex bono in non bonum: aut è conuerso ex hoc quod est non bonum in bonum, quæ est de non subiecto ad subiectum: sed si est medium, tunc oportet aliam esse mutationem præter dictas: & illa non apparet in aliquo ente. Si autem esset medium, pro certo manifestaretur mutatio ad illud medium: quia nulla est permutatio nisi ad contraria vel media. Sed si dicatur esse medium inter esse & non esse, erit aliqua generatio, sicut si dicamus generationem esse in album, exempli gratia, quæ non est ex non albo, sed ex medio inter ens album & non album: erit igitur sic aliqua generatio in album, non ex non albo, sicut dictum est: talis autem generatio non videretur de entibus esse.

Amplius omne semotionale siue quod enumerari potest profertur, & omne intellectuale composito intellectu conceptum, mens quæ metitur. N. 3. sermo octa.



sermonem & intellectum ad res, aut affirmat, aut negat. Hoc autem palam est ex diffinitione veri & falsi quas supra paulo ante posuimus. Omnis enim ex sententia dicens aut intelligens, aut verum dicit, quando quidem sic ut est in re verbo vel intellectum compositum dicens, vel negans sicut est in re, tunc verum dicit: quando autem non sic, tunc falsum dicit vel mentitur.

Amplius si aliquid medium dicatur esse contradictionis, tunc oportet, quod medium illud sit præter omnes contradictiones, ita quod nullum extremum sit contradictionis quod conveniat ei: quia extrema non conveniunt medio: & hoc quidem sequitur, nisi aliquis dicat hæc causa victorie in oratione sine disputatione, & non credens sic esse. Si autem sit tale medium, tunc illud medium dicens quis, nec verum dicit, nec non verum, & dicit aliquid hoc dicendo quod est præter ens & non ens: igitur erit secundum hæc quædam transmutatio quæ non est motus, quæ erit præter generationem & corruptionem, sicut paulo ante diximus.

Amplius si dicatur esse medium contradictionis, tunc in quibuscunque generibus inest contrarium quod est sicut negatio, in his contrariis erit etiam medium: quia illa contraria in illo genere modum habeant affirmationis & negationis: secundum hoc igitur in genere quod est numerus inter par & impar, erit medium quod erit numerus, qui neque par est, neque impar: sed hoc est impossibile: & hoc manifestum est ex diffinitione paris & imparis: quia par est numerus qui in duo æqualiter dividitur, & impar est numerus qui in duo æqualiter non potest propriè unitatem interpositam: & patet quod istæ diffinitiones differunt per affirmationem & negationem, & ideo comprehendunt omnem numerum.

Amplius si tale dicatur esse medium inter par & impar, hoc necessariò vadit in infinitum: quia medium contrariorum erit numerus: ergo dividitur per par & impar, sicut patet ex diffinitionibus paris & imparis: & tunc eadem ratione inter illud par & inter illud impar, erit numerus medius: & ille iterum eadem ratione dividitur per par & impar: & sic abibit in infinitum, quod refugit intellectus: standum ergo erit in prima divisione paris & imparis, quæ non habet medium. Si enim sit alius quidam numerus medius, tunc ille habebit portiones numeri alias ab his quæ sunt huius numeri qui dividitur per par & impar: ergo non solum sunt hemiola siue sexquialtera ista quæ novimus, sed plura alia quæ novimus, sed plura alia quæ numero medio conveniunt: oportet quod ille medius numerus iterum neget de affirmatione & negatione, quæ sunt extrema eius, & dividatur per par & impar: & medium inter illa iterum erit aliquid quod neutrum est extremorum: eò quod substantialis diffinitio medij, alia est à diffinitionibus substantialibus extremorum.

Amplius quando ad interrogationem qua queritur, si hoc est album? responderetur, quia non sit album, nihil negavit nisi ipsum esse album. Negatio enim non est nisi non esse simpliciter. Si ergo non negat nisi unum extremum

contradictionis, quod affirmatio dixit esse, tunc nullum est medium inter ea. Si enim esset medium, oporteret sic querere, aut est album, aut non album, aut medium? Et similiter oporteret respondere. Ex his igitur patet, quod contradictionis non est medium secundum se.

CAPVT II.

De ægritudinibus unde consingunt istæ opinioniones, & homeliis contra eas, & quæ sunt ipsæ opinioniones, & Auctores earum.

Ista autem opinio quæ dicit contradictionis esse medium, euenit quibusdam ex altera tantum duarum causarum, sicut etiam aliæ opinioniones inopinabiles quas supra diximus eueniunt. Aut enim eueniunt ex hoc quod non possunt soluere oppositiones litigiosas siue contentiosas sophistarum: & tunc appuentes orationi confirmant veram esse quod sophisticum syllogismo syllogizarum est: & quidem quidam tali de causa concedunt istas inopinabiles positiones. Aut propterea quod quidam putant omnium esse demonstrationem: & cum quedam verissima & prima demonstrare non possunt, dicit ea esse falsa, & concedunt opposita principiorum esse vera. Quæcumque autem harum causarum ægritudo cauetur, vnus modus erit homeliæ cum istis: ad hos enim omnes principium disputationis est ex nominum diffinitione. Diffinitio autem est ex hoc quod concedunt nomina aliquid finitum significare, quod sit res esse necessariò: ista enim oratio quam nomen significat, est diffinitio Heracliti, quam supra diximus, oratio quidem videtur esse dicens omnia simul esse & non esse propter motum qui ex esse & non esse componitur: & licet ita dicat, tamen ex dicto suo sequitur, quod omnia sunt vera: quia ex quo omnibus simul inest esse & non esse, quicquid negatur vel affirmatur de eis in quibus est esse vel non esse, eorum erit verum: sic igitur patet Heraclitum omnia vera esse facere ex consequenti suæ positionis. Ea verò ratio tunc est Anaxagoræ, quæ dicit aliquid esse medium contradictionis, quod medium neutrum est extremorum, necesse est omnia facere falsa: quia de medio vtrumque falsificatur extremorum. Quando enim miscetur extrema, tunc mixtum medium nec bonum est, nec non bonum: & similiter est de alijs extremis contradictionis: nihil igitur erit verum dicere de tali medio: omnia autem quæ sunt, dicit sic mixta esse: nihil igitur verum dicere contingit de his quæ sunt omnibus. His autem sic determinatis palam est, quia impossibile est esse verum de omnibus aliquid esse vniocò siue vno modo dictum, siue dicatur per affirmationem, siue negationem: eò quod nihil est vnum, sed quodlibet mixtum ex omnibus: & hoc quidem concedentes dicunt. Quidam enim dicunt nihil omnino esse verum: & dicunt, quod nihil prohibet omnia esse falsa sic, sicut falsum & impossibile est diametrum esse simetrum: & isti sequuntur ea quæ sequuntur ex dictis Anaxagoræ, alij verò qui

sequuntur id quod sequitur ex dictis Heracliti, dicunt omnia esse vera: hæc enim rationes siue positiones, ferè sunt eadem ipsius Heracliti rationibus: sequuntur enim istæ ex illis. Nam cum Heraclitus dicat, quod omnia simul sunt vera & falsa, vtrumque dicit aliquantulum extra orationes istas, quæ diuisim dicunt omnia vera & alij omnia falsa: propter quod si illa quæ Heraclitus dicit, sunt impossibilia, sicut in ante habitis probatum est esse, quod quedam sunt vera, quedam falsa, tunc etiam ista sunt impossibilia per eandem rationem, sicut patet euilibet.

CAPVT III.

De improbatione opinionum Anaxagoræ & Heracliti & sequentium secundum eandem modum de contradictorijs.

His igitur ita suppositis, palam est ex prius habitis, quia extrema contradictionis sunt quæ non est possibile simul vera esse, neque simul falsa: & parabitur hoc maxime contingere vel sequi ex dictis quæ diximus, cum tamen ad omnes tales orationes inopinabiles disputandum est, tunc quemadmodum in sapientioribus orationibus pluries dictum est, oportet queri non quidem de re ipsa, vtrum scilicet aliquid sit, aut non sit: sed queri oportet de significare aliquid per orationem: igitur ex diffinitione nominum disputare oportet, sicut si accipiamus quid per diffinitionem significat verum vel falsum: quæ conditione opponuntur, cum nulla sit diffinitio falsi nisi per veri negationem: unde circa orationem opponuntur verum & falsum, sicut par & impar opponuntur circa numerum. Si igitur nihil aliud est falsum, nisi negare verum quod dicitur, tunc patet positionem esse falsam quæ dicit omnia esse falsa, quæ est positio Anaxagoræ. est enim necessarium alteram partem contradictionis esse veram. Amplius si secundum præinducta necesse est omnia aut dicere assumendo aut negare, quæ impossibile est vtriusque falsas esse contradictiones: altera namque pars contradictionis huius est falsa etiam secundum Anaxagoræ contradictoriam enim huius quæ dixit omnia esse falsa, supponit esse falsam, & istam veram. Contingit etiam quoddam quod omnibus talibus firmatum est per consequentiam: hoc autem est, quod se ipsas destruant. Nam qui omnia vera esse dicit sicut Heraclitus, ex dicto suo sequitur, quod propositionis suæ contraria & contradictoria etiam sit vera: igitur cum contradictiones non possint esse simul, sicut dudum ostensum est, oportet quod sua oratio quæ contradictoria quam concedit opponitur, non sit vera: & sic destruit hæc omnino seipsam. Qui verò omnia dicit esse falsa sicut Anaxagoræ, sequitur vt etiam seipsam dicat esse falsam in hoc, quod omnia dicit esse falsa.

Si autem forte adhuc dicere velit Heraclitus quidem auferendo siue excipiendo contrariam iudicari, dicendo, quod sola illa est non vera,

aliter autem omnes vera. Anaxagoras autem excipiet solam propriam quam dicit esse veram: tunc erit consequens, quod non minus quam istas quas excipit, oportet significare infinitas quas necesse est excipere. Et hoc cõtingit dupliciter, quod videlicet in dicendo de quolibet quod dicitur esse verum vel falsum & hoc sunt infinita: dicit enim Heraclitus hoc & illud & huiusmodi infinita esse vera, & cuiuslibet orationis oppositum dicit esse falsum. Anaxagoras autem hoc & illud & huiusmodi dicit esse falsa, & cuiuslibet suæ orationis oppositum dicit esse verum. Alius autem modus eiusdem est, quod qui dicit omnia esse vera, dabit omnia esse vera esse verum: & dabit, quod qui opinatur hoc, opinatur verum: & quod qui dicit hoc, dicit verum: & qui significat hoc & intelligit hoc, & talia huiusmodi infinita. Per hunc etiam modum infinita vera esse cogitur concedere, qui dicit omnia esse falsa quocumque modo varietur concessa ab eis: necesse est, quod opposita earum quas concedunt, sint falsa, & esse falsæ credantur ab eisdem. Qui enim quocumque modo variatam dicit veram orationem, est verus secundum istos: & hoc in infinitum vadit vt patet ostendimus. Harum autem opinionum cause sunt omnia in omnibus dicere quiescere, aut omnia dicere continuè moueri: & palam est ex his quæ in præhabitis determinata sunt, quia nec illi verum dicunt qui omnia dicunt quiescere, nec illi qui dicunt omnia moueri. Nam si contraria existentia in eodem quiescant, tunc semper sequitur, quod eadem vera sint & falsa secundum Anaxagoræ. Hoc autem statim ad visum est falsum: quia hoc aliquid est transmutatum. Qui enim dicit istam orationem, Anaxagoræ, ipse idem aliquando non erat, & iterum aliquando post mortem non erit: & sic patet, quod falsum dicit. Si verò omnia mouentur, sicut dicit Heraclitus, tunc sequitur secundum eum, quod nihil sit verum: ergo omnia sunt falsa: hoc autem ostensum est impossibile esse iam pluries: quia oppositum huius erit verum. Amplius ens permutari est necesse, sicut dicit Heraclitus & consonat ipsa veritas, ex aliquo tunc in aliquid est omnis permutatio: sed iam in præhabitis ostendimus, quod in omnia quiescant nec omnia ita quandoque mouentur, quod nihil semper moueatur: quedam enim sunt quæ semper mouentur, sicut calum, & sunt mota à motoribus suis, & primum mouens est semper id ipsum & immobile: & quæ iam sunt quæ aliquando mouentur, & aliquando non, sicut inferiora. Palam igitur est, quod non semper omnia mouentur.

CAPVT IV.

Et est digressio declarans vtrum veritas huius principij, quod est contradictoria non esse simul veras, sit ab æterno.

Ex omnibus autem inductis oportet nos inducere dubitationem de veritate huius principij: quidam enim ex hoc quod istud principium



patitur est simpliciter & absolute primum, non in genere, quod omnibus est manifestissimum, & circa quod non contingit errare, quod non habet contradictionem, & non est acceptum ab alio, dicant hoc principium esse veritatis primæ. Prima autem veritas non est nisi vnica & æterna: videtur igitur hoc principium veritatis primæ & æternæ. Adhuc autem hoc idem affirmant quidam per hunc modum: aut enim veritas fuit ab æterno, aut non. Si fuit ab æterno, haberetur propositum. Si autem non fuit ab æterno, tunc veritatem fuisse ab æterno est falsum: & si hoc est falsum, eius contradictorium est verum: & si contradictorium est verum, veritas est: ergo si veritas ab æterno non est, veritas est ab æterno. Quicquid ad destructionem sui sequitur esse, æternum est: ergo veritas enuntiationis ab æterno & æterna est. Amplius finis eodem in spatio vel in instanti aliquo æternitatis ante mundum: in illo igitur aut verum est mundum fore, aut non. Si datur esse verum mundum fore: ergo ab æterno fuit verum, eadem ratione: & sic veritas aliqua est æterna. Si autem non fuit verum, eius contradictorium erat verum: & si hoc fuit verum ab æterno, verum fuit: & sic iterum dedit, quod veritas enuntiationis fuit ab æterno. Hoc autem & huiusmodi multa quidem obiciunt volentes per hoc ostendere animam esse immortalem, cum huiusmodi sit subiectum veritatis: nec potest esse quod veritas sit æterna, subiectum autem veritatis non sit æternum. Similiter autem obiciunt ad futurum: quoniam aut veritas erit in perpetuum, aut non erit: & si erit, haberetur propositum. Si autem non erit, veritatem fore in perpetuum non est verum: & hoc datur eius contradictorium est verum in perpetuum: & sic dedit, quod veritas durabit in perpetuum, etiam si ponamus omnia redigenda esse in nihilum.

*Solutio.*

*Veritas prima dupliciter.*

Ad hæc omnia sophismata non est difficile respondere: quoniam veritas prima dupliciter sumitur: dicitur enim prima quæ non sequitur ens in quantum est ens in quo stat omnis entis reolutio. Et hæc est veritas diuina quæ sub ente non cadit: & hæc non est illa circa quam non coarctat errare: quia illa licet sit manifestissima, tamen propter sui excellentiam non est perfectio intellectus intelligibilis, ut dicit Philosophus: & ideo multipliciter erratum est circa eam. Neque hoc modo manifestissima est, quod ipse sit principium essentialium aliorum verorum, sicut sunt illa quæ sunt manifestissima secundum sui naturam: sed est manifestissima in se & sibi ut principium effectuum aliorum, à cuius esse deficient intellectus & linguæ propter sui excellentiam: & ideo apud multos contradictionaria est & ab aliis accepta veritas ista, neque est vnici rationis cum aliqua alia veritate. Et licet dicatur, quod veritas prima omnibus per naturam impressa est, tamen hæc impressio non est nisi de scientia quia est & non quid est: eo quod non habet diffinitionem, neque est diffiniens alia vera: & ideo conditiones inductæ de manifestissimo, & circa quod non contingit errare, & quod est sine contradictione, non ab alio acceptum, per hunc modum quo supra inductæ sunt, non conueniunt diuinæ. Similiter autem veritas diuina non est principium de-

monstrationis. Quia igitur istud principium de quo locuti sumus, extra genus esse dicitur, hoc est ideo, quia extra vnum quodlibet genus est in quolibet genere existens: prima autem veritas non est in quolibet genere existens, nec habet aliquam ad demonstrationis generum ordinationem, nisi sicut causa efficiens omnium non coordinabilis alicui suorum effectuum. Et hoc constat per hoc, quod prima causa & veritas sua est supra intellectum & supra narrationem & innominabilis, à cuius nominatione omnes linguæ deficiunt propter excellentiam eius. Quod autem sic se habet ad intellectum, non potest esse in accipiendo scientiam principium.

Ad omnia autem alia sophismata est vna solutio, quod scilicet contrarietas & contradictio & huiusmodi accidunt propositioni ad rem relectæ, quæ quidem secundum causam veritatis & falsitatis sunt in re ipsa: sed tamen ut componente & diuidente & complectente secundum complexionem sunt in anima. Vnde cum queritur, verum ante mundum cum nulla res fuerit, sit verum, quod dicitur, mundus erit, aut mundum fore: Dicendum quod hoc nec verum nec falsum fuit: quia non fuit propositio vel dictum, & ideo non habuit contrarium vel contradictorium eadem de causa, quia non fuit res in qua sicut in causa esset veritas, nec fuit intellectus ista componens vel diuidentis. Veritas enim, sicut supra dictum est, est dicere, quod est esse, vel quod non est esse: & falsitas est dicere quod non est esse, aut dicere, quod est non esse. Et secundum hoc veritas est adæquatio rerum & intellectuum componentium & diuidentium, & adæquatio rei & significationis in oratione est veritas orationis. Ex hoc enim sequitur, quod in eo quod res est vel non est, omnino vera vel falsa est: & si dicatur, quod ante mundum fuit hoc in mente diuina verum, & sic ab æterno fuit verum: dicendum est, quod omnia futura quæ postea facta sunt, fuerunt in mente diuina: sed in mente diuina existentia fuerunt ipsa mens diuina simpliciter, & sine omni complexione: est enim notitia diuina materialium immaterialiter, & temporalium intemporaliter, & compositorum & complexorum simpliciter, & diuersorum vnitate: & ideo non fuerunt in ea per esse & rationem complexorum vel enuntiationum: & ideo nihil accidit eis ibi de his quæ consequuntur enuntiationem in eo quod enuntiatio est. Non enim capit aliquis intellectus, quod enuntiatio sit nullo existente subiecto & prædicato: & iterum non capit intellectus, quod subiectum sit & prædicatum, nullo penitus existente subiectibili & prædicabili: & iterum non capit intellectus, quod aliquid consequentium enuntiationem sit, nulla penitus existente enuntiatione. Omni eodem modo dicendum videtur ad ea quæ queruntur in futurum, & si per hypothese ponatur, quod omnia desinant esse in futurum: hæc enim penitus eundem habent modum solutionis.

De quadam autem veritate rerum & signorum, qua signum verum dicitur, quando recte facit hoc ad quod faciendum est ordinatum à prima veritate, secundum quam rectitudinem hæc

*Ante mundum diuinitatem istam non fuit neque vera neque falsa, mundus erit.*

hæc oratio me sedere, vera dicitur esse, siue ego secundum rem sed am, siue non sedeam, eo quod oratio facit suum rectum debitum significando, nos hic nihil loquimur: quia nihil spectat ad præsens in quo sumus negotium: & ideo non querimus vtrum illa veritas separabilis sit à signo quod est oratio vel non. Nec querimus, vtrum sit vna in omnibus signis vel non: nec etiam curamus hic querere, vtrum omnia talia vera sint sicut vera diuina & æterna veritate? De his enim omnibus reputamus determinare non esse difficile sufficienter literatis, & ad propositum negotium nihil profuit: hoc enim hic sufficit, quod istud est principium primum, quod non est simul affirmare & negare, & quod contradictio est oppositio, cuius non est medium secundum se, & est principium quo sicut quoddam instrumentum intellectus hominis omnem accepit scientiam aliorum: & hoc est secundum quod in hoc quarto libro intendimus, quod scilicet eiusdem scientiæ vniuersalis quæ est philosophia prima, sit determinare de primo ente, & de primis principiis demonstrationum. In hoc enim sicut à principio huius libri diximus, completur huius quarti libri tota intentio.

## CAPITULUM V.


*Et est digressio declarans, quod maior est oppositio contradictionis quam aliqua aliarum.*

Licet autem iam tota nostra in hoc libro præparatio intentio, tamen ad faciliorem intellectum præcedentium & sequentium adhuc attendendum est, quod hoc principium, de quolibet affirmatio vel negatio vera, & de nullo simul vera est: quia affirmatio & negatio maxima est oppositio: quoniam inter ens & non ens nihil omnino est medium: quoniam licet idem sit subiectum in affirmatione & negatione, tamen esse & non esse quæ attribuuntur eidem subiecto, nihil penitus habent medium, & non distant tantum secundum extensionem quæ potest esse in vna natura generis, sicut contraria, sed infinite distant extra omne genus: & quicquid affirmatur in vna, totum negatur in altera: & ideo in nullo penitus conueniunt, nec vniti possunt, sicut contraria quidem in vno actu esse non possunt, & maxime distant secundum extensionem quæ potest esse in vna generis natura, sicut album & nigrum secundum coloris naturam, quæ est ex suscepti-

bilitate lucis in subiecto vno, quæ quidem susceptibilitas priuata est in nigro, ita tamen quod remanet esse coloris. Et sic est in calido & frigido secundum participationem virtutis motus dissoluentis, qui quidem priuatur in frigido, ita tamen quod remanet virtus motus secundum qualitatis quidditatem, licet non dissoluatur partium materia. Et ita est in humido fluente ad aliud propter motum & ad seipsum cum diminuitur vis motus, & cum cessat, tantum constringuntur ad se partes, quod exprimitur humidum, & cauetur siccum, ita tamen quod qualitas virtutis motus remanet. Et sic est de omnibus contrariis maxime in eadem natura generis distantibus, ita quod semper remanet vna natura in omnibus extremis, siue habeant medium, siue non habeant: & ideo distant in genere: & si vnum negatur de alio, non est semper negatio secundum se, sed per aliud potius. Si enim secundum se esset, sicut vno posito negatur aliud, ita vno negato inferretur & poneretur aliud. Hoc autem non est verum: quoniam si dicam, hoc est album, sequitur quod non est nigrum: sed non conuertitur, quod si dicam, hoc non est nigrum, quod propter hoc sit album: & hoc ideo est: quia non esse nigrum est negatio consequens ad affirmationem præcedentem quæ est aliquid repugnans nigro: & sic est in omnibus diuersis: cum enim dico, homo non est capra, hæc negatio cauatur ab hac affirmatione, homo est homo. Sed cum dico, est & non est, negatio non cauatur nisi ab eadem affirmatione cui opponitur: & quod ponitur in vna secundum seipsum, negatur in alia. De priuatione autem & habitu constat, quod licet priuatio dicat non ens, non tamen dicit simpliciter non ens, sed dicit non ens entis & in ente. De reatiuis etiam constat, quod posita se ponunt, licet non ponant se ut innt opposita. Et ideo patet contradictoria maxime esse opposita, & non esse medium contradictionis: quia inter esse & non esse non est aliqua vnici natura extensio, neque est non ens quod ponat aliquid illius esse quod negatur, neque vno posito aliud ponitur. Sunt igitur contradictione opposita maxime opposita, & non possunt simul congregari, & inter ea nullum potest esse medium. Vtrum autem hoc principium habeat causam, vel sit commune causato & incausato, non potest hic determinari, sed inferius, vbi ostendemus, quod nihil vnici prædicatur de causato & incausato, vel negatur de eodem: & quod tamen negationes veriores sunt de incausato quam affirmationes. Hæc igitur de his hæc dicta sufficiant.

## LIBER





LIBER QUINTVS,  
DE NOMINVM  
DISTINCTIONE.  
TRACTATVS I.

DE DISTINCTIONE NOMINVM  
principiorum entis.

CAPVT I.

De distinctione principij sue initij.

Ter. c. 1.  
Varia prin-  
cipij signi-  
ficaciones.



**S**icut in ante habitis diximus, ista sapientia sicut præstituit que-  
sita & principia, ita præponere  
habet analogorum de quibus in-  
tendit multiplicatam: potestas  
enim subiecti non scitur nisi per  
divisionem subiecti in partes, & partium vlti-  
mus in partes. Et ideo cum de principiis entis  
& ipso ente & partibus entis primis secundum  
quod ad ens reducuntur, ista intendit sapientia,  
oportet in ea tangere divisionem istorum, vt  
sciat in qua sunt multiplicitate: tunc enim  
sciens nos habere scientiam perfectam, cum  
omnium illarum partium assignata fuerunt dis-  
tinctiones & proprie passionis. Nos enim adhuc  
distinguemus nomina huius scientiæ conuenien-  
tia, vt aliquid intentum accipiatur, & aliud  
abiciatur non intentum, quemadmodum fit  
in scientiis particularibus: quia sic cuiuslibet  
distinctio cum tractatu de eo esse ordinanda,  
sed porius distinguemus principia & ens &  
partes entis primas, vt totus ambitus eorum  
que consideranda sunt, sciat, & cum de om-  
nibus erit tractatum, perfecta sciat esse do-  
ctrina. Sic igitur distinguemus primo nomina  
principiorum entis, & deinde ens & vnum, &  
postea nomina partium entis primarum & com-  
muniū: hoc enim spectat ad sapientiam de  
omnibus habere scientiam, & non secundum  
vnumquodque particularium reddere rationem  
de ipsis, sicut diximus in primo libro: quia verò  
principium prius est quam causa, eo quod om-  
nis causa principium est, & non conuertitur,  
quod omne principium sit causa, ideo prius de  
principio incipimus distinctionem.

Dicamus igitur, quod principium omne est  
primum in ordine ante quod nihil est, & post

quod sunt ea que sunt ex ipso principiata. Pri-  
mum autem in ordine situs maximè inter omnia  
habet primi rationem, & ideo præcipue dicitur  
principium, vnde aliquid esse quantumcumque  
primum moueat, ita quod ante ipsum nihil sit  
vnde fiat motus, sicut dicimus primum in lon-  
gitudine & in via, sicut dicimus, quod venien-  
tes Athenas primum mouimus à Thebis: & sicut  
dicimus, quod incrementum primum est secun-  
dum diametrum longitudinis, & postea secun-  
dum diametrum latitudinis, & vltimò secun-  
dum diametrum profunditatis, sicut in libris  
physicis ostendimus. Sic autem dicto principio  
per contrariam huius rationem dicitur diuersum  
à principio quod est vltimum: hoc enim quod  
vocamus vltimum, maximè opponitur vltimo  
in hac intentione principali dicto.

Secundò verò dicitur principium, non secun-  
dum rationem primi in situ, sed primi in tem-  
pore, & non simpliciter, sed secundum ratio-  
nem primi quod accipitur secundum conue-  
nientiam eius quod mouetur ad aliquid: & tunc  
dicitur principium vnde, siue à quo primo opi-  
mè fit vnumquodque. Sicut quando aliquis de-  
bet fieri imbutus disciplinis. Ille enim non fit  
primò incipiens à principio rei illius quam debet  
discere: quia sic inceptio doctrinæ esset à di-  
uinis metaphysicis, ad quæ se habet dispositio  
nostri intellectus, sicut oculus respectu ad  
lumen solis: vnde à tali rei principio in docen-  
do non est inchoandum, sed à primo, vnde qui  
docendus est, opportunius addiscat.

Tertio autem modo dicitur principium à pri-  
mo secundum ordinem temporis: quia ad alia  
quandam addit super ordinem temporis causæ  
rationem, sicut in generatione tam naturali  
quam artificiali dicimus principium vnde, siue  
ex quo primum res generatur, quæ composita  
est ex multis se per ordinem temporis & motus  
& formationis consequentibus, ita quod illud  
primum sit existens per substantiam in eo quod  
accipit generationem ex ipso, sicut fabrica nauis  
dicimus esse principium id quod vocatur sedes  
nauis,

est, vt dicit Tullius, nisi collectio principiorum  
ad eundem finem tendentium, qui finis causa  
est motus in omnibus mobilibus aut subiectis.  
Inter artes autem maximè dicuntur esse hoc  
modo principia illa que sunt architectonica,  
præcipue secundum illam architectonicarum  
rationem, quam in principio ethicorum assigna-  
uimus, scilicet quia architectonica dicitur magis  
consideratiua finis: quia illius est præordinare  
omnes alias ad illum finem quocumque modo  
respicientes, sicut dux exercitus ordinat eos  
qui diuersis actibus respiciunt ad victoriam.  
Amplius autem sexto modo dicitur princi-  
pium vnde, siue per quod res primum sit nota:  
& hoc oportet aliquid esse rei, & quoad hoc  
vergit iam aliquantulum ad intentionem elementi,  
& ideo minus proprie inter omnia dicitur princi-  
pium: hoc autem principium dicitur sicut  
suppositiones dicuntur principia demonstratio-  
num. Hoc igitur secundario modo principium  
dicitur, quod virtute mouet, quamuis per sub-  
stantiam non sit intus in re nota. Hoc autem  
aut est principium nihil rei existens, aut aliquid  
rei existens. Et siquidem nihil rei existit, aut est  
principium secundum totam substantialem &  
naturalem virtutem mouens, aut secundum vir-  
tutem finis tantum. Et primo quidem modo  
principium est quod posuimus in quarto modo,  
& secundo modo est principium quod posuimus  
loco quarto. Aliquid autem rei est quod facit  
ad rei notitiam, cum eadem sint principia esse  
& cognitionis, sicut sæpe diximus. Hoc igitur  
modo primus modus principalis attingit ra-  
tionem nominis, & deinceps quilibet secun-  
dum ordinem suum propinquiorum vel remo-  
tiorum dicitur principij modum. Et sic accipienda  
sunt que dicuntur de principio, & non secun-  
dum Auegois considerationem. Parabat enim,  
quod id quod participat verius causæ rationem,  
verius & participaret nomen & rationem prin-  
cipij: & hoc non est verum, sicut patet ex iam  
dictis. Vltimus autem maiori improprietate di-  
citur principium tot modis, quod dicuntur causæ:  
omnes enim causæ sunt principia, sed non  
conuertitur: ratio autem vna primi communis  
est per analogiam omnibus modis dictis prin-  
cipijs: & hoc est vnde omne principiorum aut  
est, aut vnde fit, aut vnde cognoscitur. Primum  
horum autem, que sic prima sunt, quædam qui-  
dem sunt in ipsa existentia rei principiata: qua-  
dam autem sunt extra existentiam principiati.  
Sed secundum primos tres modos cum sit intra  
existentiam principiati, non est in eo sicut ele-  
mentum, sed sicut pars prima à qua incipit mo-  
tus, vel doctrina, vel generatio: extra verò est  
sicut in sequentibus tribus modis: quia licet  
principium cognitionis realiter sit intra cogni-  
tum, non tamen est hoc modo intra cognitionis  
principium, quia sic est vniuersale in lumine in-  
tellectus existens. Quando verò intus & extra  
esse extensus accipiuntur, tunc ea à quibus fit  
vel cognoscitur vel est res, quocumque modo  
sumatur intus vel extra existentia, principij ha-  
bent nomen, & sic natura dicitur esse princi-  
pium, & elementum dicitur esse principium, &  
mens que per rationem rei & notionem ipsius  
mentatur res, dicitur esse principium: & hoc  
modo prævoluntas & substantia formalis, & id  
quod

Sufficien-  
tia prædi-  
ctarum se-  
gnificatio-  
num prin-  
cipij.

Primo  
ethic. 1.

Nota con-  
tra expo-  
sitionem A-  
uegois.



quod est cuius causa sunt omnia, finis videlicet, est principium: bonum enim quod est finis & malum ei oppositum sunt causa multis, & principium & cognitionis & motus. Multa enim cognoscuntur per fines suos: & quæcumque mouentur, propter finem mouentur: & ideo superius diximus, quod in mathematicis quæ immobilia sunt, non sit demonstratio per finem. Non ignoramus autem quosdam accipere modum quintum secundum rationem causæ efficientis: sed illorum dicta non curamus: quia inductos modos non nisi secundum materiam verificant, & ciuilia & ciuiliam rationes ignorant, vt videtur hic: igitur de principij distinctione dicta sunt à nobis.

## CAPVT II.

## De distinctione huius nominis, quod est causa.

Tex. c. 2. **C**AUSA autem quæ minoris ambitus est quam principium, consequenter distinguenda est: videtur autem à nobis tenendus esse idem modus quem tenemus in secundo phys. nisi quod hic dicimus causas secundum quod sunt entis: ibi autem diximus eas secundum quod corporis mobilis. Causa igitur dicitur vno quodam modo, ex quo sicut ex materia sit aliquid, ita quod sit in ipso causato existente, sicut æs dicitur causa statuæ suæ idoli: & sicut argentum dicitur causa phialæ suæ scyphi & horum similibus genera dicuntur per modum dictum causæ. Alio vero modo causa dicitur forma siue species & exemplar: hæc autem causa quæ sic vocatur, ratio est & quid erat esse, siue rei quidditas: & huius quidditatis genera quæ cadunt in cuiuscumque rei definitione, sicut causam formalem & rationem eius notæ quæ est diapason, est proportio dupli, sic habent se duo ad vnum secundum speciem, & ex toto siue vniuersaliter forma eius est numerus: quia ille est vltimum genus talis formæ. Hoc etiam modo partes essentielles quæ cadunt in definitione, sunt formales causæ. Nos autem hic ordinamus causas secundum quod sunt causato propinquiores. Sicut enim materia est propinquior quam forma: quia forma aliqua est etiã secundum modum aliquem extra. Nulla autem materia & secundum nullum modum est extrinsecus autem materia est intra causatum. Amplius autem causa etiam dicitur id vnde est primum principium motus aut quietis, sicut consiliator est causa, & pater pueri sic causa est, & generaliter omne faciens hoc modo est causa facti, & hoc modo mutans siue mouens est causa mutabilis quod mouetur: hæc enim causa prius secundum esse est quam finalis: quia motus efficientis ad finem stat quando secundum esse includit ipsum. Amplius autem causa dicitur principaliter & primo quod est causa vt finis: hoc autem est quod est cuius causa sunt omnia alia, sicut sapius in ante habitis determinatum est, sicut causa ambulandi est sanitas. Nam quando querimus, quare aliquis amat aliter, dicimus vt sanetur respondentes,

& ita respondentes putamus nos causam reddidisse. Est autem finis duplex, vltimus scilicet, qui est finis in quo quiescit intentio mouentis: & finis circa illum qui est terminus mouentis cuiuscumque operis ad finem illum ordinatus: & sic dicuntur fines quæcumque mouente aliquo sunt infra finem vltimum, sicut fines dicuntur citra sanitatem attenuatio, seu purgatio, aut pharmacia, aut organa siue instrumenta medicina, sicut clyster, & chirurgia, & huiusmodi. Ita enim omnia sunt finis causa sicut differunt ab inuicem in modo: quædam enim horum sunt sicut organa siue instrumenta: quædam autem sunt opera medicina, sicut attenuatio & purgatio. Causæ igitur ferè tot modis dicuntur. Dico autem ferè: quia diuisio essentialis causarum est in quatuor dictos modos: sed modi accidentales causarum sunt plures, sicut inferius ostendemus. Accidit autem sic multis modis dictis causis, quod multa eiusdem rei sunt causæ immediatæ & non secundum accidens, sed non in vna ratione causalitatis, sicut causa statuæ suæ idoli efficiens quidem est effector statuæ, & æs est causa materialis statuæ eiusdem: & sunt hæc causæ ambæ non secundum aliud aliquid siue secundum accidens, sed sunt causa statuæ inquantum est statuæ: sed non eodem modo, sicut diximus: sed hoc quidem est causa sicut materia, scilicet æs: illud vero est causa vnde motus siue efficiens, effector scilicet statuæ. Adhuc autem istæ causæ comparatæ ad inuicem sunt causæ ad inuicem, vt dolor sectionis causa est efficiens sanitatis, & sanitas est causa dolendi siue doloris: sed non eodem modo & secundum vnam causalitatis rationem, sed sanitas est causa dolendi vt finis, & dolere est causa sanitatis vt vnde motus siue efficiens. Amplius autem idem in eodem genere causalitatis aliquando est causa contrariorū. Quod enim præfens alicuius effectus est causa, hoc absens causa videtur quandoque de contrario, sicut absentiam gubernatoris dicimus esse causam perditionis nauis, cuius præfentia erat causa salutis: vtraque vero præfentia scilicet & priuatio causæ sunt in genere causæ mouentis.

Omnes vero causæ dictæ in quatuor modis Tex. c. 3. cadunt manifestissimos & essentielles. Nam elementa siue literæ syllabarum & materia in mechanicis factorum, & ignis & terra, & huiusmodi simplicia omnia quæ quidam ponunt elementa corporum commixtorum & compositorum, & partes totius compositi ex partibus, sicut heterogenia in partibus animalium componuntur ex homogeniis, & etiam suppositiones siue propositiones conclusionis, omnia sunt causæ sicut ex quo fit res sicut ex materia: sed in hoc differunt, quod quædam horum sunt quasi subiectum formæ artificialis vel naturalis, sicut materia factorum, & materia corporum naturalium: quædam sunt materia & virtus eius quod fit ex ipsis, sicut literæ sunt materia syllabæ ordine aggregationis in ea, & elementa simplicia corporum sunt materia per mixtionem ab excellentia contrariorū: quædam autem sunt sicut compositione sua constituentia, sicut partes constituent totum: & quædam sunt sicut accessitas quæ per oppositum modum est

in

in disciplinis & naturalibus & mechanicis, sicut ostendimus in 2. phys. & sic sunt suppositiones materia conclusionis, aliquo existente in ea: quoniam ex ambabus extremitatibus conclusio conficitur, & ipsa coniunctio extremitatum est per medij virtutem. Causa autem quæ est vt quid erat esse siue quidditas, est diuersificata vt forma totius siue totalitas & forma compositionis & species: sed species est materia totum partium, & compositio mixtorum. Sperma vero medicus & consiliator & vniuersaliter omne efficiens, omnia hæc sunt causa quam vocamus causam vnde est principium motus & permutationis, aut status siue quietis: sed sperma est resolutum in spiritum mouentem materiam generationis animatorum ad organa desiderantia ad vitæ potentiam. Medicus autem ex forma quæ est in anima, mouet ad sanitatem per id quod iuuat naturam. Consiliator autem mouet ad eligendum in dubiis per nos operabilibus. Alia autem sunt causa sicut finis & bonum aliorum quæ sunt proper illa. Illud enim quod est causa, cuius causa sunt omnia alia, vult esse optimum in eo quod finis vltimus appetitus mouentis & mobilis. Quantum autem ad istam attinet intentionem nisi referat dicere finem siue bonum simpliciter siue apparens bonum, quod est bonum huic & hic & nunc, & non simpliciter omnibus, neque vbi que, neque semper bonum. Causæ igitur per essentiam diuisæ hæc sunt: & tot sunt species earum, quot sunt dictæ à nobis.

Modi autem causarum accidentales sunt quidem multi numero valde. Hi tamen modi capitulariter in summa accepti sunt pauciores: secundum accidentales enim modos causæ diuisæ dicuntur multipliciter etiam quæ sunt conspiciendæ in vna specie, & ratione causalitatis acceptæ: efficientes enim dicuntur secundum multos modos quæ conspiciendæ sunt, & similiter materiales, & eodem modo formales & finales: & est vnus modus conspiciendæ causarum quæ dicuntur prius & posterius vna ad aliam in comparatione ad vnum & eundem effectum, sicut in conspiciendæ causæ efficientis istius effectus, qui est sanitas, dicitur causa proxima hic medicus, & remotior medicus, & remotissima dicitur artifex. In conspiciendæ autem causarum formalium vnus & eiusdem effectus qui est diapason, proportio dupli in tonis, causa est prima, & remotior est proportio dupli, & remotissima est numerus: & in omnibus conspiciendæ causis semper illa quæ sicut species & genera sunt continentia singulares & proprias causas, sunt posterius & remotius causæ, & ipsa singularia sunt propinquius causæ eiusdem effectus. Eadem autem causæ dicuntur communes & propriæ: quia commune & proprium cum priori & posteriori, & propinquo & remoto in eodem ordine causarum facit vnum modum: & in isto modo omnis communis & remota potest fieri propinqua & propria per appositionem & determinationem propriorum supra communem.

Amplius autem secundus modus diuisionis conspiciendæ causarum est, vt causa per se & causa per accidens respectu eiusdem effectus: & hoc modo accipitur etiam propinqua &

D. Alber. Mag. Metaph.

remota si accipiantur genera eius quod est causa per accidens, sicut dicimus Polycletem esse causam statuæ, aliter statuæ factorem: quia statuarius est causa per se, Polycletes autem per accidens, in eo quod accidit ei statuarius esse, & accidit etiam statuarius Polycletem esse: & in hoc ordine accipiuntur commune & proprium: quia accipiuntur ea quæ sicut genus & species continent causas per accidens, sicut dicimus, quod homo est causa statuæ: aut etiam vniuersaliter accipiendo dicimus, quod animal est statuæ causa, eo quod Polycletes qui est propria causa, per accidens est homo, & homo est animal. Contingit autem non solum ponere causam per accidens, sed etiam causam quæ est accidens, & per accidens causa quæ quidem est accidens accidentaliter causa existens: & in ista quidem contingit accipere propinquam vel remotam, sicut si album vel musicum dicamus esse causam statuæ, eo quod statuarius est albus musicus: & si dicamus coloratum vel disciplinatum esse causam statuæ & non solum tale per accidens, quod est in se ipsa substantia, sicut Polycletes aut homo aut animal. Licet autem isti modi coniungantur vnus eum alio in his quæ causæ dicuntur, differunt tamen: quia alia omnino est ratio communis & propriæ, & alia eius quod est per accidens & per se, sicut patet cuiuslibet.

Prius omnibus enumeratis quæ scilicet communiter & proprie sunt dictæ, & quæ sunt dictæ per se & secundum accidens, quædam dicuntur vt potentia causæ, quædam autem dicuntur vt actu agentia. Sed iste modus non addit super alios modos naturam aliquam specialem: quia ipsa natura vna & eadem qua causa propria est propria, vel remota est remota causa: accipitur autem vt potentia agens, aut vt actu agens. Et similiter est de natura qua causa per se est per se causa, & qua causa per accidens est causa per accidens, sicut diximus causam adificationis esse edificatorem in potentia, quia ex habitu artis potest edificare cum voluerit: sed edificatorem dicimus in actu agentem ipsam adificationem. Sicut autem diximus, quod causarum modi accidentales sunt multi, ita multi modi sunt eorum effectuum in quibus dicuntur causæ, sicut dicitur causa esse huiusmodi effectus, qui est hæc statuæ, aut statuæ, aut imaginis, aut etiam artis figurati: aut secundum materiam dicitur causa huius artis, aut artis, aut metalli, aut vniuersaliter materię: & in accidentibus similiter accipitur effectus secundum diuersitatem accidentiam, sicut patere potest cuiuslibet.

Amplius autem non in se solum simpliciter, sed secundum complexionem subiecti & accidentis vel etiam accidentis cum accidente dicuntur causæ. Et iste est tertius modus specialis causarum, vt si dicamus non Polycletem secundum se, nec statuæ factorem secundum se, sed complexum Polycletem statuæ factorem esse causam statuæ. Sic igitur cum multi sunt modi causarum omnes sunt in pluralitate capitulariter acceptæ sex numero, dupliciter acceptis tribus modis inductis: aut enim sunt vt singulare, aut vt genus continens, sicut dicitur primus: aut secundum se, aut secundum accidens, sicut dicitur secundus



secundus modus, in quo etiam est accipere commune ut genus accidentis, sicut diximus: aut ista accipere est complexa aut simpliciter & incompleta dicta, sicut dicit tertius modus. Sic igitur per opposita in tribus modis dicta sunt lex modi causarum. Amplius omnia ista accipiuntur ut agentia secundum actum, aut secundum potentiam causa dicta: & lex multiplicata per duo que sunt potentia & actus, faciunt numero 12. differunt autem intantum, quando sic per potentiam & actum accipiuntur, quod quando causa singularis proxima causa accipitur secundum actum agentis, tunc simul sunt, & non sunt eadem manentia & posita in esse vel destructa cum his quorum sunt cause: & sic singulariter acceptis secundum actum: quia sic iuncta causa posita ponit effectum, & e conuerso: & destructa destruit, ut hic medens secundum actum hoc conualecente secundum actum conualecentia, hic edificator secundum actum cum hoc edificatio secundum actum edificationis. Quæ verò sunt secundum potentiam causa non semper. Non enim simul corrumpitur edificium & edificator secundum potentiam. Si enim accipitur edificator secundum potentiam quam habet ex habitu, non est causa propria & per se edificij, sed appropriabitur per hoc quod edificet in actu, hoc est, ex hoc quod fiat ab ipso motus edificationis: & hæc est causa propria edificij eodem modo non secundum potentiam, sed secundum actum accepti. Edificium enim secundum actum edificationis acceptum est edificium subsistentem edificationis secundum actum: edificium autem quod est lectus vel domus, est apotelesma Græcè vocatum: & hoc est factum ab edificatore per edificationem, & inter edificatorem & tale apotelesma sunt multe cause alie efficientes, sicut solario, compaginato, & conclauario, & & partium compositio ad hanc figuram quæ est vltima causa efficiens artificij, & est & non est cum artificato existente vel non existente.

## CAPVT III.

Et est digressio declarans numerum causarum & modum aliter quam prius.

Veritas autem ista speculando, eò quod in his consistit magna pars huius sapientie, dicimus quod omnis pars quocumque modo dicatur, prior est suo toto, & est causa causandi suum totum: & non e conuerso totum est causa efficiendi parti. Hoc autem patet in aceto & melle ex quibus fit oxymel quæ causa sunt oxymellis, cum oxymel neque causa sit mellis ut sit, neque ut sit acerum. Causam autem voco, quod facit aliud habere esse: partes autem faciunt habere esse totum, & non e conuerso, & precipue partes essentielles. Cum autem causa sit quam sequitur esse, causa est quæ facit habere esse. Quæ autem sequitur esse, aut intrinseca est ei quod debet esse, & ex quibus pendet esse ipsius, aut extrinseca. Si autem est intrinseca ei cuius esse sequitur: ex ipsis, aut est sicut dans esse: & ratio-

nem, hoc est, cuius esse continuè sequitur esse: aut quidem non continuè sequitur esse, sed potestate tantum. Et siquidem esse ipsius continuè sequitur esse causati, tunc est ea causa quam formalem vocamus. Si autem non continuè sequitur ad esse ipsius esse causati, tunc etiam ea causa quam formalem vocamus. Si autem hoc continuè sequitur ad esse ipsius esse causati, tunc est illa quam vocamus causam materiale. Vel sic: cum omne causarum sit hoc aliquid quod est, aut causat ex parte esse, aut ex parte huius inquantum est hoc. Et primo quidem modo est forma, secundo autem est materia. Si autem id cuius esse sequitur aliud esse, non est in re sed extra, aut est propter quod est, aut a quo. Et siquidem est propter quod, tunc est finis qui distinctus est a forma. Omne enim agens agit propter aliquid, & ex illo pendet esse eius quod fit, sicut esse scanni pendet ex apta sessione quam intendit eis qui facit scannum: & si illa non sit, non sit scannum nec est. Si autem est a quo fit motus ad hoc quod illud fit, tunc est efficiens siue mouens. Ex quatuor igitur pendet esse rei, ex duobus intrinsecis, quorum vnum sequitur esse inquantum est esse, & aliud sequitur hoc esse inquantum est hoc. Et ex duobus extrinsecis, quorum vnum est propter quod est esse inquantum est esse, & aliud a quo est illud ut mouente ad hoc ut fiat. Sic igitur intentio causa, & ratio est cuius esse sequitur aliud, & intentio formæ est dare esse, & intentio materie est facere hoc quod est esse hoc, & intentio efficientis est inducere esse, & dare ipsum post non esse, & intentio finis est omnia propter ipsum & sic esse compositi pendere ex ipso: & ideo oportet, quod finis prior sit in intentione agentis, vltimus autem secundum esse rei.

Amplius autem adhuc considerando modos cause efficientis sunt quidam modi valde ad considerandum vtiles in hac scientia. Si enim res essent semper vno modo, & motus nullus esset, neque generatio & ingressus rerum in esse, & vniuersaliter rei non inceptio, causa efficiens non quæreretur. Et tunc penderet esse rerum ex forma & materia: quoniam finis etiam tunc propter quem mouet efficiens, vniuersaliter nullus esset. Sunt autem modi efficientis qui statim occurrunt, per se: & per accidens. Efficientes autem per accidens est non finitorum modorum: quia infinita eidem accidunt. Mouens autem quandoque, & non mouens quandoque, necessariò mouet per accidens, sicut ostenditur in principio 8. phys. aliquid necessariò accidit ei, & quod non accidit ante, quod facit cum mouere nunc & non ante: & ideo etiam ipse mouens mouetur, & ideo non potest esse mouens primum. Ante igitur hoc mouens est per se mouens. In mouentibus autem per se aliud est mouens simpliciter: aliud est mouens determinatè ad hoc inquantum est hoc, sicut dicimus, quod est mouens vniuersum, sicut sperma hominis ad hominis generationem. Simpliciter autem mouens est id quod est regens & ordinans omne particulare mouens sicut est motus celestium. Ad hoc autem in simpliciter & vniuersaliter mouentibus omnis multiplicado accessit est quod reductur ad vnum primum

num mouens: & de ipso est adhuc considerandum, vtrum eiuudem est facere esse & mouere id quod est & mobile est vel non: cum enim omne esse sit necessariò ab ente primo, eò quod principium vniuersi esse sit necessariò vnum, non puto quemquam sapientum dubitare, quin ante mouens huic motum & hoc mobile sit esse huius mouentis & huius mobilis: hoc autem esse cum iam sit in pluribus & de pluribus predicatum, & non equiuocè omnino, oportet ad vnum reduci principium quod sit ipsius causa & a quo ipsam fuit in multa: erit igitur causa esse ante mouens primum secundum ordinem nature & rationem. Cum autem causa esse sit, non est causa formalis: quia forma est in omnibus his quorum est forma: & hoc non potest esse primum nec potest esse finis: quia ille est vltimus secundum esse: oportet igitur, quod sit causa efficiens: ergo causa efficiens est ante causam mouentem secundum nature & intellectus ordinem: esse autem sibi secundum intellectum nihil ante ponit a quo fit. Cum igitur sit a causa efficiente, necessariò sit ex nihilo: iam autem ostensum est, quod ipsum est a causa efficiente. Amplius efficiens illud non est nisi efficiens: igitur per essentiam suam est efficiens. Oportet igitur, quod sit essentia separata omnia efficiens secundum esse. Si enim detur, quod est composita substantia sicut ignis, tunc sequitur, quod agit per virtutem aliquam quæ in ipso est, & non per essentiam, sed per aliquid additum essentia, & sic non est primum nec per se & essentialiter agens: quæ omnia sunt impossibilia.

Congregemus ergo omnia quæ dicta sunt, quod sit agens per se, & quod sit agens simpliciter, & quod agens per essentiam, & quod sit agens primum, & quod agens vnicum, & quod sit agens primum quod est actum, & hoc est esse in omnibus his quæ sunt. Cum autem dicimus, quod esse necesse est fieri ex nihilo, sensus est, quod nihil sit ante esse actu eo modo quo nihil potest habere ordinem: consideratum enim in ratione oppositionis qua opponitur ad aliquid siue ad esse, ordinis est particeps. Hoc igitur ante potest dicere ordinem temporis, aut ordinem non temporis, sed existendi simpliciter. Temporis autem ordo physice loquendo esse non potest: quia omnis ordo temporis fundatur in potentia exeunte de potentia ad actum per motum: nos autem iam ostendimus istum causalitatis modum esse ante motum omnem secundum nature ordinem: igitur oportet, quod cum dicitur, esse primum causarum est ex nihilo, quod aut dicat ordinem efficiendi, & hoc est esse quod nunc primum est, & non ante, vel esse quod ab alio incipit esse, vel secundum aliquem talem modum. Amplius etiam si ponamus, quod huius esse nunquam inceptit, sed semper fuit, nihil minus sequitur ex dictis ipsum & ab alio esse, & ex nihilo esse. Resumamus igitur quod iam ante probatum est, quod causa secundum actum est, & non est cum effectu secundum actum: & tunc scimus, quod si esse est permanentes in actu, oportet cum semper agere & finire fontaliter esse omnis eius quod est: ex quo constat primam causam non nisi per essentiam agere. Amplius cum agere sit perfectius

quam habitus, secundum quem facultas agendi, & perfectio secundum habitum non sit nisi compositi, & non per essentiam suam agentis, oportet necessariò, quod primum agens sit agens continuè, & non sit agens per intentionem acquisitam in eo. Quod enim agit per intentionem acquisitam, aliquo indiget & est imperfectum: & sicut dicit Algazel, si obliuiscatur, quod aliquis agit intendens aliquid acquirere alij, & non sibi, non est instantia: quia nisi aliquid boni sibi acquiri intenderet, in alio non ageret. Hæc ego est vera consideratio cause agentis secundum huius sapientie propriam considerationem: & ex ista consideratione scitur, quod causa mouens est intendens, & quod illa est de consideratione physici. Causa autem agens prima est per essentiam separata agentis: & hoc est proprie de consideratione primi Philosophi. Scitur etiam qualiter esse pendet ex causa ista, qualiter ipsa est vna de causis quatuor & prima inter eas. Scitur etiam ex his quæ dicta sunt, qualiter quidam dixerunt esse quinque causas: eò quod efficientem quam sequitur esse inquantum est esse, diuiserunt a causa mouente inquantum est mouens. Quidam autem quatuor esse dixerunt: eò vna in communi est ratio efficientis & mouentis: & huius est facere esse quod non est. Patet etiam, quod efficiens secundum istam rationem est ante omnes alias substantias & ratione & ordine nature. Sed non oportet, quod mouens in eo quod mouens sit ante omnes alias substantias, nisi in quodam quod videlicet mouerit, sed simpliciter & vniuersaliter accipiendo non est verum, quin potius finis ante erit, & etiam forma quædam si qua est forma prima: sed in sequentibus erit de talibus tempus inquirendi.

Cum autem cause efficientis duplices sint esse, scilicet vniuersi & equiuoci: vniuersi quando in specie vna vel genere vno vel secundum proportionem communicant effectus in eo quod effectus est. & causa secundum quod causa est, sicut ignis calidus calefacit & ignis æquiuoci autem, quando communicant dicto modo, sicut motus calefacit, & ignis rarefacit & dissoluit: constat quod primo modo cum effectum communicans causa comparatur causato secundum æquale vel inæquale magis & minus. Est autem hæc comparatio aut in his quæ communicant in materia vna, & est eorum transmutatio adinuicem, sicut est materia generabilium, sicut ignis calidus, qui causa est aquæ calidæ: aut est in his quorum materia non est vna, sicut lumen solis, quod est causa luminis in luna. Et sicut quorum materia non est vna, tunc aut est ita quod diuersa materia nihil penitus habet prohibens ad effectum suscipiendum, aut habet aliquid prohibens. Et primi exemplum est superioris ætheris superficies ad suscipiendum lumen lune & stellarum: & ideo per totum illuminatur in profundum sui æquali lumine & æquipotente, ut est in stellis. Exemplum autem secundum est lumen in sole sicut in causa, & stellis & luna sicut in effectu: & non est æque potens in lumine, eò quod luna aliquid habet opacitatis: propter quod de natura terre esse dicitur. Et similiter oportet aliquid substantie materialis puritatem non esse

Cause efficientis duplices sunt esse.



æque potens lumen in stellis. Si autem est comparatio in his quorum est materia vna, aut est in ea materia effectus quæ ad effectum habent potentiam adiuantis, aut potentiam non prohibentis, aut potentiam prohibentem. Et si habet potentiam adiuantis, aut est potentia completa & perfecta, aut diminuta & imperfecta. Si autem est completa, tunc æquipotens potest esse effectus cum causa: & huius exemplum est, sicut quando ignis agit in aërem ad ignem calidum, tunc enim potest ignis ipsum & facere ignem, sicut ipse ignis generans est ignis. Exemplum autem secundi est, sicut cum ignis agit in aquam calidam, quæ virtutem habet caloris incompletam. Et ideo nisi illa virtus perficiatur, non erit æquipotens effectus cum causa. Exemplum autem virtutis non prohibentis est materia ad igneam præparata, quæ sine prohibitione parata est suscipere ignem: & in his potest esse æquipotentia. Exemplum autem virtutis prohibentis est quando materia in quam agit ignis, est actualiter facta: tunc enim manente eo quo agit in contrarium, non est æquipotentia. Ex his patet, quod cum causa prima nihil commune habeat cum causis suis, nulla est æquipotentia inter causas primas agentem & sua causata. Amplius cum illud quod per essentiam est agens, totum est agens & nihil patiens in ipso. Et cum illud quod primum est agens, à nullo sit aliquid suscipiens vel habens, patet quod sola prima causa vere est agens, & quod nulla secundarum causarum vere agens est, sed agere suum habet ab alia, vel secundum aliquid agit & secundum aliquid patitur. Hæc ergo est consideratio causæ agentis.

In causa autem finali considerandum est, quod alius finis operis, alius est finis intentionis: & sic in natura alius est finis generationis, & alius est finis nature generantis. In arte enim mechanicâ alius est finis operis, ut forte domus, vel aliud in quo quiescit operatio operantis. Finis autem intentionis est aliud à fine operis, sicut forte securitas habitationis à pluuijs, cauitate, & securitate latronum, vel hostium irrumperantium est finis: & hic finis constat, quod diuersus est à forma artificiali. Et similiter est in natura: quoniam forte finis generationis est forma: finis autem generantis secundum naturam est esse diuinitatis quod participatur per generationem. Et hæc non est forma, sed assimilatio primæ causæ, secundum quod possibile est participare vnicuique: & sic patet qualiter causa finalis est diuisa à forma, licet aliquando finis & terminus in vnam rem coincidat cum forma. Hæc ergo est determinatio finis quæ est terminus operis, & causa finalis quæ est finis intentionis. Amplius autem finis dupliciter consideratur, secundum esse videlicet & secundum quod mouet efficientem & materiam, & forma etiam ordinatur ad eam, non est in ipsa causa secundum quod accipitur in esse, sed potius finis, licet multi dicant contrarium: non enim sic est causa omnium, sed potius prout est in intentione, sic est causa omnium: quia sic mouet propter eam efficiens, & sic appetit eam materia, & etiam forma talis aptatur materiam per quam finis includatur secundum esse ergo est finis: sed secundum quod est in intentione causæ finalis sic est causæ.

dum esse ergo est finis: sed secundum quod est in intentione causæ finalis sic est causæ.

Sicut autem iam considerauimus modos efficientis & finis, sic iterum considerabimus modos materię. Sunt autem modi materię multi: aliquando enim materia dicitur quod sine omni sua mutatione est receptibile alicuius, sicut tabula rasa receptibilis est imaginis. Aliquando fit receptibilis cum aliqua permutatione: & hoc fit dupliciter: aut enim est causa cum permutatione situs partium, aut cum permutatione situs & alteratione. Si autem est cum permutatione situs, hoc est dupliciter: aut enim est permutatio cum transpositione partium materię tantum, aut cum abiectione partium aliarum. Et cum transpositione partium est materia sicut cera sigilli, & sensibilia receptibilia sunt imaginum, & similiter illa quæ dicuntur productibilia. Si autem cum ablatione & additione vel altero istorum, tunc est sicut figura incisionis, sicut ex ligno lectus, vel ex ligno Asculapius. Si autem est cum alteratione, hoc potest esse duobus modis: aut enim est solum vnicum alterationis subiectum, aut vnum cum alijs. Si quidem vnum est cum alijs, tunc est sicut miscibilia sunt materia mixti. Si autem per se solum, tunc aut est materia ex qua fit, aut postquam, sicut ostensum est in libro secundo huius sapientiæ superius. Et si quidem est ex qua fit, tunc aut subicitur cum priuatione, aut cum contratio, aut simpliciter. His enim tribus modis subiectum motus consideratur cum dicitur: ex non albo, aut ex nigro, aut ex eo quod fit album, fit album: hyle enim est subiectum generationis & corruptionis primum, & per consequens aliorum motuum est subiectum. Et si est ut post quod fit id quod fit, tunc est sicut ex parte fit vit, & sicut ex addiscite & disposito fit sciens. In his omnibus est commune accipere, quod id quod est potentia aliquid & non actus, dicitur materia, cum sit potentia quod recipiat id quod fit ex ipso, vel habeat illud ut subiectum, vel materiam ad ipsum. Et ideo materia est subiectum mutationis per hoc quod est in potentia, & fundamentum rei per hoc quod est suscipiens & habens & subsistans. Et per hæc & similia satis cognosci potest materia.

Forma verò etiam dicitur multis modis. Et tamen proprie dicta forma quæ principium est constituendi id quod est secundum actum & esse: & ideo quia separata sunt prima quæ constituunt id quod est in actu, separata dicebantur formæ principaliter ab antiquis: & deinde dicebantur formæ imagines harum quæ constituunt in actu materiam. Et hoc quidem duplex sunt: quia aut constituunt in actu perfecto, aut imperfecto. Actus enim perfecti sunt, qui dant esse & rationem ei quod constituitur in actu esse, sicut formæ materię quas vocamus formas. Imperfectus autem actus & imperfecta forma motus est. Actus autem perfectus, aut respicit & perficit materiam simpliciter, & sic dicitur forma: aut respicit materiam in multitudine quadam compositionis existentem, & sic dicitur totum sive forma totius: tunc enim forma virtutum habet multiplicitates per quas est perfectio partium materię, sicut per seipsum est

Nota de uerbo materię.

Nota de causa.

est perfectio materię secundum se acceptæ. Ad imitationem huius dicuntur formæ accidentia: quia constituunt secundum quid in esse quodam. Et quia formam dantem esse propriam in omnibus sequitur figura quæ est determinatio quanti, ideo figura dicitur forma extra circa aliquid consistens. In artificialibus tamen figura est principalis forma, sicut patet cuilibet, nisi forte ars sit natura inuamentum, sicut in alchymicis & in his artibus quarum operationes sunt mixturæ digestionis & corporum transmutationes. Ex his ergo & huiusmodi formarum sciuntur diuersitates. Qualiter autem tres causæ aliquando in vnam coincidunt, in secundo physycorum est determinatum. Hæc ergo dicta sunt de causis & causarum differentiis & modis.

CAPVT IV.

De modis elementis.

Elementum post causam est distinguendum: quia elementum de ratione sui dicit aliquid constituens rei constitutæ intrinsecum, quod non omnino dicitur causa. Dicamus ergo, quod elementum dicitur illud ex quo componitur res prima, ita quod ante ipsum nihil venit ad rei compositionem, ita quod illud primum componens sit in existente composito, & sit inditissibile & irresolubile secundum speciem ad aliam speciem se componentem. Et hoc est quod elementum est in compositione primum, & in resolutione vltimum. Et quia est vltimum in quo stat resolutio, ideo non diuiditur resolutione ad speciem aliquam sive speciei prioris. Sic autem dicto elemento diuiditur secundum modos primi componentis existentia in composito: aut enim est intrinsecum sive substantia, aut virtute. Et si deinde est intrinsecum virtute, tunc est sicut demonstrationis primæ dicuntur elementa sequentium demonstrationum. Si autem est substantia intrinsecum, tunc aut situ solo componit, aut ordine, aut etiam componentem alteratione. Situ autem sunt elementa literarum syllabarum: & ordine sunt elementa literarum syllabarum, & syllabarum digitorum. Alteratione autem miscibilium adiunctum, sunt ignis, aer, & aqua, & terra elementa corporum physycorum. Secundum hoc ergo quod est esse compositionis primum & resolutione vltimum substantialiter intrinsecum existens & ordine componens, sunt vocis literarum elementa illa ex quibus primis vox literata componitur, & in quæ ipse voces literarum diuiduntur vltimo: & illa non diuiduntur in alias voces priores se & specie diuersas ab eis. Aut forte si aliquibus prima elementa diuidantur, non diuiduntur nisi in partes similes sibi inueniunt, & toti secundum speciem, sicut aqua quæ est elementum, diuiditur in particulas quarum qualibet est aqua: sed hoc modo non diuiduntur syllabæ, & elementa syllabarum diuisibilia secundum quantitates homogenij: sed elementa syllabarum simpliciter sunt inditissibilia.

Similiter autem secundum rationem elementum præscriptam dicunt Philosophi elementa ea quæ ponunt corporum physycorum esse elementa. D. Alber. Mag. Metaphy.

ta. Sed hoc iam secundum veritatem alterarum adiunctum sunt elementa, ita quod minimum vnius sit cum minimo alterius: quia non sunt alterabilia adiunctum nisi diuisa per minima. Hoc autem primo libro poeti geneseos satis est ostensum. Philosophi tamen antiqui non omnes sic esse dicebant: ed quod quidam non dicebant non nisi ordine & figura & conuersione sicut compositiones, quæ vocabantur rhythmum & diathigen & tropen, sicut alibi diximus. Quorumque autem modo positiones variantur in hoc conueniunt, quod elementa a corporum dicebantur vltima illa in quæ diuiduntur resoluta a corpora, ita quod illa vltima non resoluuntur in alia à se specie differentia: talia enim dicunt esse elementa, omnes antiqui, sive vnum tale, sive plura talia dicant corporum physycorum esse elementa.

Similiter autem secundum eandem elementationem, sed solo situ componentia dicuntur elementa ea quæ sunt prima componentia diagrammatum, hoc est, descriptarum in continuo figurarum. Et ex toto sive vniuersaliter sit elementum virtute dicitur intrinsecum, tunc adhuc secundum inductam elementationem dicuntur elementa demonstrationum. Nam prima demonstrationes ante quas nullæ sunt, in partibus sequentibus virtute existentes esse demonstrationum elementa dicuntur. Licet autem virtute dicte sint prima demonstrationes in consequentibus inesse, insunt tamen aliquo modo secundum substantiam: sit enim circa subiectum & predicatum implicatio demonstrationis primæ in secundam, & sic deinceps semper prior est in consequente secundum theoricum ordinem. Et secundum hunc modum sunt petitiones & suppositiones & definitiones elementa primarum demonstrationum. Et hoc etiam modo vltimæ sunt propositiones elementa quædam conclusionum. Et hoc non vidit Auicenna qui negat omnia ista, & similiter Algazel insecutor Auicennæ. His ergo modis dicitur elementum magis proprie: sunt enim primi syllabæ ex tribus terminis per vnum medium: & horum implicatio sit in omnibus consequentibus.

Transferentes autem elementum ab illa similitudine vocant Stoici elementum hoc quod in se est vnum existens & paruum substantia, non virtute, ad multa est utile in quibus est saluarum. Et determinantes elementum dicunt, quod paruum est substantia & simplex, & inditissibile. Paruum autem dicunt in quantitate, simplex autem in foris, & inditissibile in materia substantia secundum se acceptæ: dicunt enim magnum componi ex paruis, & species ex simplicibus formis, & substantiam ex inditissibili materia. Et ex ista translatione elementi pronuntiat alia elementi multiplicitas diuersa ab ea quæ inducta est: secundum prædictam elementi entia multiplicitate elementarum est materiale componens, quod in esse formæ saluarum existit. Ab illa autem secunda acceptione elementi euenit, quod maxime vniuersalia autem quæ non sunt alia sunt elementa vocata: ed quod vnum quodque ipsorum vnum est & simplex inest in multis formaliter saluarum in illis, aut inest omnibus, aut pluribus sub ipso existens: omnibus

Supra lib. 1. tract. 3. cap. 15.

Nota errorum Avicennæ & Algazel.



omnibus quidem sicut vnum & ens : pluribus autem sicut genera entium. Est autem quodlibet ipsorum vnum in lumine intelligentie & simplex : eo quod non habet aliquid ante se ex quo sit : deficit tamen ab elementi ratione : quia non est coordinatum aliis & mixtum, quod est de elementi ratione. Hac etiam translatione vnitatis & punctus videntur esse quibusdam elementalia principia : vnitatis quidem, quia ipsa est simplex indivisibilis reum : punctum autem, quia constituitur vno tantum situ addito super rationem simplicem indivisibilis, & hoc remota non differt penitus ab vnitatis.

Hæc autem elementa dicebant esse quidam Stoicorum antiquorum rerum principia. Et horum alibi assignauimus rationes : tamen hoc conuenit tantum dicere, quod illa quæ simpliciter vocantur genera, ita quod nullo modo sunt species, sunt indivisibilia, eo quod non habent diffinitionem, illa genera quidam vocant elementa, & magis dicunt elementa esse hæc genera quam differentiam : eo quod secundum esse accepta in plus sunt illa genera quam differentia : nam cui conuenit inesse differentiam, sequitur genus inesse : sed non sequitur e conuenio, cui insit genus, quod continud insit differentia : generalissima enim rationes non habent : quia licet dicatur substantia ens per se existens, & hoc videatur esse ratio ipsius, ad tamen est indiuisus intellectus substantie : per hoc enim separatur ab accidente. Vnde sicut ens simpliciter est simplex, non habens rationem, ita in substantia : quia idem est ens simpliciter & substantia. Quod enim dicitur per se existens, non dicit nisi modum illius simplicis entis quod est substantia. Vnde non est verum quod quidam dicunt, quod generalissimum non habet rationem extra se, sed intra se, & sic sit compositum ex potentia & actu : quicquid enim intra se habet differentia, illa extra se explicat diffinitio. Sic ergo generalissimum simplex & primum est conceptus substantie & indivisibilis : & ideo diffinitionem resolutione stat ad ipsum, & ideo vocatur elementum.

Colligamus ergo modos inductos de elemento, & videbuntur reduci ad tres in comuni. Est enim indivisibile primum compositione, & vltimum resolutione forme elementum : hoc autem indivisibile aut est indivisibile diffinitione, aut forma, aut quantitate. Et si quidem quantitate est indivisibile, aut indivisibilitas est natura eius per quam in esse constituitur, & est vnitatis : aut constituitur situ addito super indivisibilitatem, & est puncta. Si autem est indivisibile forma, hoc est dupliciter secundum duplex esse forme vniuersalis vel particularis, & secundum diuisionem forme particularis vel vniuersalis. Et secundum diuisionem forme particularis dicuntur elementa vocum, & corporum, & diagrammarum, secundum differentias superius inductas : quia elementa vocum in aliam formam non diuiduntur. Et similiter quælibet pars aquæ aqua est, sicut quælibet pars lineæ linea. Si autem est secundum esse forme vniuersalis, tunc vniuersalia sunt elementa : eo quod ipsa in pluribus existentia saluata manent secundum vnam formam simplicem, quæ est intellectus omnium horum in quibus sunt. Si autem

indivisibilia sunt per diffinitionem, sunt prima genera elementa. Omnium autem sic dictorum elementorum commune est hoc quod elementum cuiuslibet esse dicatur, quod primum est indivisibile subiectum vniuersale. Et hoc modo materia prima est subiectum, eo quod ipsa est indivisibilis diffinitione & forma & quantitate : sic enim sumpta prima materia est simplex natura sine forma & quantitate existens : & hoc modo nec morai nec mutationi subicitur, sed est id quod est in composito præter omnem formam.

## CAPVT V.

## De modis natura.

Naturam autem post hoc conuenit distinguere, quod licet prout principium motus & status per se & non secundum accidens, sit a nobis distinctum in 2. physic. tamen etiam hic communius naturam speculantes congruit distinguere : quia & formam quæ natura est, & alia huiusmodi speculamur : secundum enim quod sunt entis consideramus huiusmodi, & non secundum quod sunt rei vel mobilis corporis. Dicimus ergo, quod natura dicitur vno modo quædam generatio generatorum : talis, inquam, generatio quæ non sit ipsa ad esse naturam, sed talis vt si quis id quod est ex se aliquid porrigens, dicat naturam : dicimus enim virtutem illam naturam : quia ex se porrigit formarum sibi coherentem, sicut virtutem pullulantem quæ ex se porrigit id quod ex se formatum dicimus naturam : sicut videmus à semine pullulare radices & stipitem, & à stipite ramos, & huiusmodi : & dicimus, quod natura seminis porrigit illa, & natura stipitis porrigit ramos & virgas & huiusmodi.

Et iuxta illum modum dicimus illud naturam, ex quo generatur siue formatur pullulando id quod est generatum, ita quod illud ex quo formatur, sit formans primum, ita quod sit in ipso existente formans per aliquem modum, sicut membra formantur ex corde, & sunt in ipso per aliquem modum quem consequenter determinabimus, & sicut fructus & semina formantur ex plantis, & sunt in eis per modum statim determinandum.

Amplius adhuc iuxta hunc modum dicitur natura id vnde motus primus est in quolibet naturaliter existentium, ita quod principium illius motus sit in eo, & intrinsecum videm existens, sicut in animatis primum motum dicimus esse motum nutrimenti, & principium huius motus intrinsecum esse naturam nutrimenti, siue illud virtus sit cotillis, siue hepatis, siue radices in plantis, siue alietius : hoc enim non est de intentione propositi distinguere : quia hoc in lib. o de animalibus est disputatum. Hoc etiam modo motus primus spermatis in se habet principium, quod est natura ipsius in quantum existit sperma. Et hoc modo omnia quæ mouentur secundum naturam, habent in se principium motus sui in quantum sunt talia. Quid autem sit hoc in quo continentur videntur omnia sic mota per naturam, non habemus cum studio hoc

hoc dicere : quia in sequentibus de hoc est tractatus. Sed quod hic sufficit, hoc est, quod sicut diximus, forma primi motoris stat ad vltimum quod mouetur tantum : nec statet ad id vltimum, nisi per omnia media diffunderetur vsque ad vltimum. Et hoc est principium motus commune in eis, sicut supra in secundo huius scientie libro est declaratum. Quod autem principium motus est omnibus attribuens motum secundum naturam, declaratum est in 8. nostrorum physic. In consequentibus tamen cum studio subtili de hoc intendemus. His ergo tribus modis dicta natura conuenit in hoc quod est principium motus existens in eo quod mouetur. Et ideo oportet distinguere qualiter insit his quæ pullulando ex aliquo porriguntur.

Dico ergo, quod hoc modo porrectionis generari ex aliquo dicuntur quæcunque nutrimentum & augmentum habent per aliquid à se diuisum & in substantia & figura, & motum nutrimenti & augmenti & formationis accipiunt ex ipso in tangendo ipsum. Et in hoc quod insimul apte sunt cum ipso in aliud adesse apte vltima eorum cum vltimis eorum ex quibus pullulant, sicut tymbria plantarum & animalium : quoniam fructus plantarum portis suorum apte adstant vltimis portorum plantarum : & adherent vltima vltimis adde apte, quod parus spiritus & portus recipiens succum est super porum per quem decurrit succus in planta : & sic ex planta continud haurit spiritum & nutrimentum & virtutem formantem. In animalibus autem embrya per vmbilicum coherent apte matricibus, ita quod porus arterie embryi est super porum arterie matricis, & porus venæ super porum venæ, & porus nerui sensibilis super porum nerui sensibilis, & porus nerui motiui super porum nerui motiui : & sic apte coherentes adest matrici in tangendo apte. Et ideo forte & nutritia coalescunt : virtute enim & porriguntur ex matrice. Hoc etiam modo apte conueniunt cordi pullulant ex ipso, sicut parer per ea quæ in libro de animalibus & plantis disputata sunt. Omnia autem quæ sic simul sunt apte sunt simul tactu vltimorum recipere agentium & patientium vltimorum & abinnicem aut super tactum conflatione & conglutinatione quadam. Huius autem conflatione siue conglutinatione differat tactu : quia in tactu nihil est præter contactum vltimorum quæ sine medio sunt simul : nihil, inquam, quod diuersum esse sit necesse à tangentibus. In his autem simul apte conflatæ vel conglutinata est aliquid vnum & idem medium in ambobus existens, quod pro tactu facit simul apte esse, & facit ea vnam esse secundum quantitatem extensiuam, & contriuitatis modum illum quo apte vtriusque partem ad medium copulantur, licet non faciat ea vnam secundum qualitatem : quia alia est qualitas porrigentis, & alia porrecti, & alia medij. Et hoc vocatur coadilidum in plantis, & vmbilicus in animalium conceptibus, & subnecis in membris. Sic ergo dicitur natura principium quoddam motus primi secundum tres diuisiones. Et hoc modo natura aliquod habet de ratione cause mouentis.

Amplius autem natura ex quo sicut ex mare-

tali principio, aut est aliquid, aut sit aliquid eorum quæ naturaliter sunt, ita quod illud ex quo sit sit saluatum in eo quod existit ordinatum in effectu, & non sit mutatum à proprietate sue essentie, vel à sua naturali potestate : & hoc modo dicitur maxime materia artificia eorum natura eorum : quia illa saluatur in eis secundum esse, & potestatem naturæ, sicut statua & vasis areorum ars dicitur natura, & lignorum dicitur natura lignum, & similiter est in alijs. Et ideo ab hac materia denominatiuum accipiunt prædicationem, qua ærea & lignea dicuntur : vnumquodque enim talium per artem factorum est ex his, ita quod prima materia in qua conueniunt secundum naturam potestatem, saluata est in ipsis. Empedocles enim hoc probauit esse naturam & non formam, dicens, quoniam si plantatur lectus, pullulauit vtrique lignum, non lectus. Et quia ars imitatur naturam, ideo quidam Philosophorum dicunt elementa ex quibus sunt naturalia corpora, esse naturam eorum quæ sunt ex ipsis. Elementa enim saluata sunt in ipsis secundum primum esse ipsorum : nec omnino potestate priuata sunt, licet excellentiam naturalium potestatum amiserunt per aliquod medium mixtum alteratione. Hanc autem alij dicunt ignem, alij terram, alij aquam, alij ærem, alij aliud aliquid tale ex quo sunt corpora dicentes esse naturam, alij autem quædam plura eorum dicunt esse naturam, alij autem omnia ista quatuor, sicut sæpe alibi diximus. Cum autem natura dicitur materia, per posterius dicitur natura, cum natura proprie sit principium motus & quietis, sicut diximus nuper. Est tamen etiam ibi materia & aliquid formale, quod principium est materialis motus, sicut sæpius ostensum est.

Amplius alio modo dicitur natura proprie ea quæ est natura existentium & substantia quæ est forma rerum & quidditas. Et quia forma est multiplex, quædam enim est harmonia compositionis, quæ in meteoris determinatur : & quædam est actus & perfectio matricis, non harmonia, nec harmoniam consequens : & ideo quidam sunt dicentes naturam rerum esse primam compositionem quæ est harmonia compositorum ad medium geometricum, sicut sæpe ostensum est à nobis. Aut etiam ratio illius compositionis, sicut dicit Empedocles, quod natura rei compositæ nullius est simplicis existentium. Sed natura est solum permixtio, & relatio siue remissio permixtorum ab excellentiis miscibilium ad mixti rationem mediam, ita quod talis ratio etiam in hominibus qui substantiam habeat magis super miscibilium naturam eleuatam, vocatur natura. Et si sit vt est in hominibus, quod natura est mixti, ideo & harmonia, tunc multo magis est hoc in alijs priorum formis naturalibus. Quapropter etiam quæcunque à natura sunt, aut sunt, etiam si iam existat materia ex qua nata sunt fieri, aut esse, non dicimus ea habere naturam, si non habent species secundum rationem & formam quæ dat esse & nomen. Gratia huius etiam id quod ex his vtriusque est, ex materia videlicet & forma, vt ipsa animalia & partes eorum similes & dissimiles, dicuntur natura quadam, secundum quod tale natura quæ forma est, attingunt.



Et etiam dicitur natura iuxta modum quo materia est natura: dicitur autem materia que est in materiato ab esse suo & potestate permixta. Et hæc materia dupliciter considerata natura dicitur: tunc enim est materia que est secundum genus prima ante quam nulla est in genere eorum quorum est natura: aut que non simpliciter, sed que ad hoc in specie determinata est prima: & hæc vocatur proxima, sicut operum errorum ad ipsa quidem opera prima siue proxima materia est æs: totaliter autem & vniuersaliter prima materia illa est aqua: quia in quarto nostrorum meteororum ostendimus omnium eorum que liqueunt calido sicco, primam naturam esse aquam. Aëris ideo forsitan prima materia est aqua, si omnia liquefcentia secundum primam materiam sunt aqua. Et iuxta quintum modum fumendo naturam, & species & substantia rei formalis est natura: substantia, dico, que est finis siue terminus generationis, quamuis non sit forte finis generantis, sicut in precedenti capitulo diximus. His ergo modis dicitur natura magis proprie: metaphoricè vero & minus proprie & vniuersaliter omnis substantia dicitur natura quædam composita: propterea quia à natura illa que forma est substantia, est substantia id quod substantia quædam est. Secundum quam rationem etiam Boëtius dicit, quod natura est omne quod agere & pati potest.

Ex dictis ergo patet, quod primo & principaliter natura est substantia formalis: hæc enim secundum quod est causa agendi principium motus habentium hoc principium in seipsis, non per accidens, sed in quantum ipsa sunt. Materia namque natura dicitur: quia huius nature que est forma, susceptibilis est. Similiter autem generationes siue pullulationes, & etiam ipsa mutatio generari vocata, nature dicuntur: quia sunt motus siue mutationes ab ea vel ad eam. Similiter id quod est principium motus eorum que à natura sunt, dicitur natura: quia est talis forma: existens autem potestate, aut perfectione: potestate quidem quando non mouet actualiter, potest tamen mouere: perfectione autem quando mouet secundum effectum motus. Hæc ergo dicta sunt de modis nature.

## CAPVT VI.

## De modis necessarii.

**N**ecessarium autem post hoc distinguimus: quoniam licet necessarium simpliciter non sit nisi id quod est causa, tamen non dicitur causalitatis modo causam, & minus dicitur causam nature que aliquid habet efficientis & forme, sicut diximus. Dicimus ergo, quod necessarium aliquando dicitur, siue quo viuere viuentibus non contingit, & est ad vitam coelementale, & tener se tamen ex parte materie, sicut spirare interiori vel exteriori spiritui, & cibum animalium ad vitam dicitur esse quoddam necessarium ex parte corporum viuorum: siue huius enim impossibile est viuere. Quid autem sit

spirare spiritu interiori, quod necessarium est omnibus viuentibus, & quid sit spirare spiritui exteriori, diximus in libro nostro de spiritu & respiratione.

Et alio modo dicitur necessarium per comparisonem ad causam finalem & non materialem. Et hoc vocatur necessarium suppositionis: quia posito in talibus posteriori secundum esse, necessarium infertur prius quod est ad illud, quasi via ad obtinendum, ut siue quibus bonum aliquis esse non contingit, propter talem suppositionem necessaria dicuntur. Et pro vno accipimus & eodem modo, siue per hoc derur fieri bonum, aut aliquod malum expelli, aut etiam malum priuari, aut cessare non expulsum: velut dicimus, necessarium esse bibere pharmaciam, si debeat expelli putridas humores, ut homo ex putrida febre non laboret: aut alteratiuis vti necessarium est, si debeat priuari febris incensa ex humore alio non putrefacto: & sicut dicimus necessarium ad Aeginam ciuitatem nauigare, ut recipiatur pecunia, que ibi non alibi dabitur. Hæc enim licet absolute necessaria non sint, tamen supposito sine tali, si includi debeat, sunt necessaria. Et similiter est in mechanicis & naturis. Si enim militaris esse debeat, necessaria est ea que est fabricatio armorum. Et si homo esse debeat, necesse est & humorum sit complexio.

Amplius vim faciens & ipsa vis siue violentia quædam dicuntur inferte necessitatem: hoc autem est secundum omnia siue merum & voluntarem impediens proprios actus, & prohibens ab his que libere concupiscimus. Hoc enim inuoluntarium est, cuius principium est in alio, nihil confereute eo quod vim patitur. Et ideo vim patiens necessarium dicitur: eo quod cogatur ex necessitate suam præpediente voluntatem. Propter quod omne tale necessarium flexibile est & contristabile. Vnde Euenus poeta dicit, quod omnis res tali modo necessaria flexibilis facta est: vis enim ipsa necessitas quædam est. Et ideo Sophocles rector ad Periclem dicit. Hoc quidem quod suades facio, sed vis me ea que iubet, facere cogit. Et ideo in ciuilibus ait prætor. Quod vi metulne causa sit, ratum non habeo. Videtur tamen huius necessitas per rectam rationem esse quoddam incredibile & inopinabile. Cum enim opinio siue credulitas præordinet agenda per voluntatem, est necessitas violentie & motus contraria motui illi qui secundum probæcium est & præuoluntatem & præcogitationem. Et hoc necessarium sumptuum est secundum modum cause efficientis & mouentis.

Amplius penes causam formalem sumptuum necessarium est, quod non contingit aliter se habere: hoc enim dicimus necessarium sic se habere ut habet. Et hoc necessarium quidam posteriorum Peripateticorum vocauerunt debitum sic esse, & huic oppositum impossibile esse vocauerunt prohibitum esse: medium autem cuius esse ex aliis quibusdam pender causis, vocauerunt possibile. Secundum hoc ergo necessarium quod est debitum sic esse & prohibitum non esse & non possibile ad esse & non esse, & alia omnia dicuntur necessaria. Ille enim est modus principalis, & ad istum respiciendo omnia

alia proportionaliter necessitatis nomen accipiunt: id enim quod patitur vim, cuius principium est in alio: dicitur ideo pati vel facere, quod patitur vel facit necessarium, quando non contingit aliter facere vel pati propter ormen siue merum vel coactionem: quasi illa existat necessitatis ratio, propter quam non contingit aliter pati vel facere. Similiter autem est in concausalibus viuendi, & suppositione boni quod debeat includi: natura cum aliter non contingit hinc quidem bonum finale, illinc vero viuere in concausalibus, vel cum non contingit esse sine aliquibus pro suppositis, ea necessaria esse dicimus. Est enim necessitas quædam causa, & iuxta numerum & conditionem causarum sumpta. In his autem, sicut in secundo physicorum ostendimus, supposito posteriori, necessarium infertur id quod est prius, tam in physicis quam metaphysicis. Sed in doctrinalibus & demonstratiuis per conuersum modum est necessarium.

Et ideo præter omnia prædicta oportet scire, quod demonstratio est etiam de numero necessariorum: eo quod demonstratum & demonstrans non contingit aliter se habere, si bene & simpliciter demonstratum est. Huius autem causa est: quia prima sunt ex quibus est demonstratio: sed illa impossibile est aliter se habere ex quibus demonstratiuis est syllogismus: in demonstratione enim quorundam necessarium est diuersa causa ab ipsis per quam demonstrantur, & hæc sunt conclusa & causata: aliorum autem nulla est causa, sed ipsa sunt propter quam alia sunt ex necessitate.

Ex his autem necessariis concluditur, quod omnium primum & quod secundum omnem conditionem & proprietatem necessitatis est necessarium, est ipsum simplex primum quod non habet causam, sed est causa omnium prima. Hoc enim solum est quod non contingit plus habere, eo quod à nullo aliquid recipit: sed omnibus largitur quicquid habet & sunt: omne enim quod ab alio recipit, quocumque modo, contingit habere plus & minus: quia omne tale contingit habere aliter & aliter: quia plus & minus habetur, & habetur aliter & aliter. Quod autem à nullo recipit, nullo modo contingit plus habere quam habeat, quare nec aliter & aliter contingit ipsum plus habere. Quia si aliter & aliter contingeret ipsum habere, contingeret ipsum plus habere. Hoc autem ideo est: quia causam non habet à qua recipiat esse, vel lumen, vel bonum, vel aliquid talium. Et hoc est ex seipso esse debitum. Si qua igitur talia sempiterna & immobilia sunt, sicut in sequentibus & vitiis partibus huius sapientie ostendimus, illis nihil est vi vel præter naturam: cum omnis violentia & præter naturam existens sit ex quadam extrinseca & fortiori causa: & illud verè est necesse, cui opponitur impossibile esse, quod prohibitum est esse omnino, & in se & in ordine ad causam.

Possibile autem esse est duobus modis: est enim possibile esse, quod in quadam alterius est potentia, ex qua pender esse suum: & hoc modo omne causatum est possibile secundum naturam suam. Alio modo dicitur possibile esse, quod ex infirmitate cause suæ ad esse & ad non

esse se habere: & hoc opponitur necessario secundum modum esse sui. Et utroque modo dictum possibile secundum esse suum pender ex alio, & illi debetur esse suum: propter quod omne suum esse quod debet alteri, est possibile secundum hoc quod debet alteri: quia sic est recipiens. Si autem aliquid est causa & causa respectu diuersorum, hoc necessitatis rationem potest habere in quantum est causa, si sit causa stans, cuius esse propter necessitatem sui esse sequitur aliud cui esse attribuit: quia si largitur, & non recipit: & ideo in ista consideratione non plus habere poterit, nec aliter & aliter habere. Sed secundum quod causatum est, recipit & plus habere poterit & aliter & aliter: & ideo possibile est & non necessarium. Hæc autem dicta sunt de ordinibus causarum in esse sumptuum ex primo motore usque ad vltimum, quod mouetur motum tantum, in quo stat motus primi motoris: & non sunt dicta de necessario demonstrationum. In his enim licet conclusum ex alio accipiat necessitatem, tamen est necessarium non habens plus ut habet aliter & aliter. Hæc autem de necessario dicta sunt: valde enim erunt vtilia ad vltimam istius sapientie partem, in qua de prima causa erit loquendum, &c.

## CAPVT VII.

## De modis vniuersi.

**Q**uamuis autem iam diximus de quinque intentionibus que sunt de ratione principiorum entis, secundum quod est ens, necessitas enim concomitatur causam, & est que dam proprietates ipsas: & natura est causa quædam, & præcipue est causa que principaliter est consideranda à Philosopho primo, que est forma. Causa autem est principium entis, & omnis causa est principium, sed non conuenitur. Oportet tamen adhuc tractari isti inferere distinctiones duorum nominum que sunt primi intellectus vniuersorum, & ideo principia sunt omnium. Et hoc sunt vniuersum & ens: prius tamen distinguemus intentionem vniuersi: eo quod vniuersum à multis entibus dicebatur esse principium, & quia amplioris est diuisionis quam ens, propter modum quem addit supra ipsum ens. Dicimus ergo, quod vniuersum conuentioni diuisione dicitur quam habet, ita quod aliud dicatur vniuersum secundum accidens, & aliud dicatur vniuersum secundum se.

Attendendum autem, quod nihil omnino vniuersi nisi quod continet & terminat: nihil autem continet & terminat nisi quod perficit: vnde sit, quod nihil vniuersi nisi quod perficit. Ex hoc enim quod perficit, totum intra terminos sui esse concludit: & quod intra terminum sui esse conclusum est, vniuersum est: quia in se indiuisum est, & ab aliis est diuisum. Ex his autem facile elicitur accidens nihil penitus vniuersi. Et ideo vniuersum secundum accidens esse non potest per vniuersum quam facit accidens, sed per vniuersum quam facit substantiam. Dicuntur ergo vniuersum secundum accidens dupliciter, accidens videlicet



videlicet subiecto, & accidens accidenti gratia eiusdem subiecti. Et verumque horum est dupliciter propter duplex subiectum, particulare scilicet & vniuersale: particulare enim est accidenti, quod communiter accidens vocatur sine accidens per accidens, principaliter & maxime substat. Vniuersale autem est, quod est quidem in subiecto particulari sicut esse ipsius: accidens autem est in eo sicut esse habens ab eo. Horum autem omnium exempla sunt, quoniam subiectum & accidens sunt vnum, sicut si dicam Coriscum & musicum esse vnum, & Coriscum musicum, eo quod idem subiecto est dicere, Coriscus & musicus, & Coriscus musicus. Exemplum autem de natura accidentis cum accidente est, sicut si dicam & musicum & iustum esse idem quod iustus musicus, Coriscus: vnum enim dicuntur omnia hæc secundum accidens. Iustum quidem enim & musicum vnum dicuntur: quia vni subiecto accidunt ambo. Musicus vero & Coriscus dicuntur vnum: quia alterum alteri accidit. Similiter autem sicut in subiecto posita ista sunt vnum per accidens, ita etiam modo quodam sunt vnum si in predicato ponantur, vt si dicam, Coriscus est Coriscus musicus: hoc enim vnum sunt cum Corisco: quia eorum partium quæ sic vnum sunt, altera accidit alteri. Et similiter est in oratione complexa, quando duo accidentia dicuntur idem, vt si dicam, sicut enim dico in dictione simplici, quod musicum est & idem Corisco predicatum de eo: ita dico in oratione, quod Coriscus musicus est idem iusto Corisco: quia Coriscus musicus predicatur de iusto Corisco: pars enim vtriusque orationis: sive in subiecto, sive in predicato posita, accidit eidem vni: pars enim vnius est iustum, & alterius est musicum. Et hæc ambo accidunt Corisco. Cum enim dicitur musicum esse iustum, nihil differt, quam si dicatur Corisco accidere musicum, eo quod accidens accidenti non subicitur nisi gratia subiecti in quo est, sicut pater perantè dicta. Similiter autem vnum est per accidens, sive in nomine generis, sive in nomine cuiuscunque vniuersalis dicatur subiecto inesse accidens: vt si dicam, quod idem est homo & musicus homo: hoc enim est altero duorum modorum: aut enim sic est, quod vni subiectæ substantiæ existenti accidit musicum: aut ambo, videlicet homo & musicus, accidunt alicui de numero singularium, hoc est, singularium, vt Corisco: non tamen eidem ambo ista insunt singulari subiecto. Sed hoc quidem quod est secunda substantia, forsitan vt genus vel sicut species inest, & est natura & esse ipsius: & ideo est in substantia ipsius, aliud vero non: sed aut inest vt habitus, sicut musicum & iustum: aut passio, sicut album, dulce, vel aliud tale accidens: quæcunque ergo secundum accidens vnum dicuntur, hoc modo qui dicitur est dicuntur vnum.

Eorum autem quæ secundum se vnum dicuntur, quedam dicuntur vnum conuenientis essentia. Continua autem dicuntur communiter quocumque modo ad vnum copulata, sive per artem, sive per naturam copulata. Copulata per artem, vt onus quod ligatione & ligamentis est vnum ex multis copulatis in vnum: &

lignum quod copulatur visco sine glutino, est vnum ex multis conglutinatis in vnum. Et linea etiam si sit indirecta, sive curva, vna dicitur. Et etiam hæc omnia dicuntur in communi continente vnum, sicut vnum dicuntur singulæ partium animalis, sicut tibia dicitur vnum: sicut linea indirecta & brachium dicitur vnum ex multis conuiscarum & conglutinatum, & corpus dicitur vnum sicut ligamentis colligatum ad cor, sicut ostendimus in libris animalium, & in libro qui de principiis motuum animalium intitularur. Ea autem quæ de numero horum continuorum sunt natura vnum, magis vnum sunt quam ea quæ sunt arte vnum. Continuum vero in natura dicitur vnum, cuius motus qui secundum se finis est, est vnus, & non possibile est alter esse, sed est vnus motus qui est vnus indivisibilis subiecti, & est indivisibilis secundum tempus. Hic autem est sicut in his quæ de principiis motuum animalium disputauimus, qui est ab immobili vno, sicut motus brachij totius ab immobili humero, & motus affeud sine fociliam ab immobili cubito, & motus manus ab immobili tasceta, & motus totius corporis ab immobili corde. Tales enim motus omnes sunt ab vno immobili secundum vnum tempus indivisibile secundum actum: non enim in vno tempore mouetur vna pars membri colligati & in alio alia, ita quod ab immobili humero prius moueatur adiutorium, & postea affeud, & deinde manus: sed hæc omnia mouentur simul indiviso tempore. Hoc ergo dicto modo sunt continua.

Secundum se autem sunt continua quæcunque non tactu sunt vnum, sicut colligata, aut conglutinata: quia quæ tactu sunt vnum, horum vicina sunt simul & contingunt hæc intra sua vicina non copulata ad vnum & eundem communem terminum. Et ideo secundum se non sunt continua: nam si ponis se esse tangentia ligna, non dices ea esse vnum continuatione quæ secundum se & proprie continuatio est, sive sint ligna, sive corpus, sive aliud quod continuum esse dicitur secundum se. Ea vero quæ omnino sunt continua ad vnum communem terminum secundum se copulata, ea simpliciter sunt continua: quantum etiam habeant curuitatem, magis tamen vna est linea quæ non habet curuitatem ad angulum, eo quod ad vnum punctum est continua copulatio lineæ rectæ, qui est terminus ipsius: ad angulum autem signatur situs, & ideo diuiditur quodammodo in angulo, & recedit secundum aliquem modum ab vnitatem. Et similiter etiam est in partibus membrorum animalium quæcunque recta sunt copulata in vna partium positione, magis sunt vnum, quam curva ad angulum, sicut tibia inter genu & talos, aut femur quod est coxa cruris à femore vsque ad genu porrecta. Causa autem, quod curva minus est continua in membris animalium, est: quia curva ad angulum non contingit vnum esse motum totius, sed plures: quia vnus motus est à quolibet musculo immobili vno. Talis autem musculus vnus est post quamlibet iuncturam curuaturæ: & recta propter causam huius magis est vnum quam curva ad angulum. Curuam vero & eam quæ

habet angulum in membris animalium, & vnam & non vnam esse dicimus: quia contingit & non simul esse motum eius, sicut quando mouetur motu diuerso diuersorum conuiscorum ad angulum. Et contingit etiam simul esse motum totius, quando mouetur motu musculi post totum membrum positi & mouentis totum membrum. Recte vero linea in membris animalium motus est simul semper: quia in ea nec vna particula quidem mensuram habens in parte quiescit, & in parte mouetur: non enim hæc pars quidem sua quiescit, illa vero mouetur, sicut sicutur particule lineæ curuæ, quæ in parte quiescunt & in parte mouentur.

Amplius alio modo dicitur vnum specie sive vnum forma, & hoc dupliciter: aut enim forma est causa vnitatis repugnans multitudini diuisionis subiecti per situm & locum, aut non repugnat huic multitudini, sed partes diuise per diuisionem subiecti adhuc recipiunt predicationem totius sicut prius. Et si forma vniens substantiam non repugnat diuisioni subiecti, tunc forma substantialis in toto non est causa vnitatis totius, sed potius causa vnitatis est superficies plana concava continens corporis extrema, vel superficies plana continens intra quæ est superficies rotunda corporis contracti: & sic dicitur vnum subiectum corporum simplicium forma indifferens. Indifferens vero species sive forma est species quæ non diuiditur secundum sensum, vt pars eius sit hic, & pars eius sit ibi, sed totum intra vnam superficiem continuatur, sicut vna aqua quæ in vna superficie aquæ forma indifferens continetur. Similiter dicitur vnus aer, & vna terra, & sic de aliis simplicibus homogeniis. Sed subiectum quod sic intra vnam superficiem continetur, est duplex: aut est primum quod est primum subiectum omnium in illo genere generalium, aut est finale ad finem vniuersali quæ acceptum, & ab vniuersali indiuisione per situm dicitur corpus vnum: vnum enim vnum dicitur, & aqua vna ab huius mensuræ superficiem indiuisione secundum speciem quam habet subiectum indiuisum. Et similiter liquores omnes sic vnum dicuntur, vt oleum vnum, & fluida omnia, vt lixivia. Hæc enim dicuntur vnum, non à forma substantiali quæ diuisioni non repugnat: eo quod qualibet pars aquæ aqua est, & qualibet pars vini vnum est: sed potius ideo quia omnium vltimum & primum vnum subiectum & idem est indiuisum superficiebus secantibus & diuidentibus ea per situm diuersum: omnia enim talia vnum existentia sunt aqua eadem, aut idem aer per subiectum primum & vltimum. Dico autem primum subiectum, sicut omnium quæ sunt aquæ species, aqua est subiectum primum: proximum autem sive finale subiectum secundum vnum quodque est alterum. Oportet autem in his quorum forma diuisioni non repugnat, verumque subiectum esse indiuisum in vna superficie esse contentum, si vna esse dicuntur huiusmodi corpora. Si autem est forma quæ diuisioni repugnat, sicut est forma hominis eius non quælibet pars est homo, tunc hæc aliam habebunt vnitatem, de qua inferius prosequemur, eam de illa loquimur vnitatem quæ

est à tali perfectione quam non facit continuitas ad vnam superficiem, sicut facit ea de qua nunc diximus, sed quam facit forma perfectio sic ordinatis partibus attribuens esse perfectum. Hæc ergo sic vna dicuntur forma subiecti indiuisione.

Dicuntur etiam vnum forma, quorum genus est vnum differens oppositis differentiis. In his enim generis natura vna extensa ad totam differentiarum distantiam vnit, & in vno retinet quicquid diuidit differentiam oppositam. Vnum ergo etiam illa dicuntur. Et id quod vnit ea, est subiectum primum quod differentiis opponitur, sicut homo & equus & canis sunt vnum qui dem existens in eis, & in quid predicantur: quia omnia ista sunt animalia. Nec hoc dico secundum hoc quod abstractitur ab eis, sed potius secundum id quod realiter in eis subicitur differentiis. Ostendimus enim superius omnia hæc in lumine intelligentiæ agentis primi tus esse, & lumen intelligentiæ omnibus formis attribuitur. Vnum autem est & vna natura, quæ in lumine est intelligentiæ ab omnibus quæ sub genere continguntur participata, secundum esse autem est differens. Et hæc differentia per accidens est, & secundum se ipsam naturam non diuidit generis, sed secundum esse, vt diximus.

Et modo propinquissimo ad istum modum dicuntur vnum quæ sunt vnum in materia, differe-ntia oppositis formis: licet enim genus non sit materia, in duobus tamen ad minus materia est propinquissimum, quorum vnum est, quod materia est formarum primum subiectum sicut & genus est subiectum primum differentiarum. Secundum est, quia sicut & genus potest habere differentias, actum vero nullam, & hæc potestas non ipsa natura est generis & substantia, sed est habitualis inchoatio confusa & imperfecta differentiarum & materia potest habere formas, quæ potestas non est ipsamet materia, sed est habitualis confusio & inchoatio formæ ad speciem indistincta & indeterminate, & ideo ambit formas oppositas, sicut potestas generis differentiarum ambit oppositionem. Est enim hæc confusio permixta potentia: & ideo sic non est quod præhabear contraria simul in esse. Ea autem quæ sic genere aut communi forma vnum sunt, dupliciter sunt vnum: quædam enim quandoque quidem vnum dicuntur in communi modo predicto generis, quod ambit differentias oppositas: quandoque vero dicuntur vnum genere super id quod idem dicitur: hoc autem dicitur idem si species habeat finales sive specialissimas superiores his quæ in numero singularium demonstrantur: tunc enim illa sunt eadem genere, quia à generis diuisione non exeunt, nec ipsam genus diuidunt per differentiam aliquam. Et ideo cum idem sit à quo non differt per differentiam, remanet idem genus cum illis secundum se & vnus potestatis: sicut dicimus, quod isopleurus qui est equi tibiurum triangulus, quæ tibiuræ æquales, habens & tertiam inæqualem, & isocetes qui est æquilaterus triangulus sunt vnum in figura, quæ est genus, licet non sint vnum in specie trianguli. Quadratum autem & triangulus non sunt vnum generis potestate. Et hoc probatur

Tex. c. 10.

Nota quomodo genus in duobus partibus materia affinitur.



probat ex hoc, quod figura erit ex figura, si potestas qua figura est in figura, reducatur ad actum per diuisionem quoniam trigonum est in tetragono potestate: & si diuidatur tetragonum lineis ductis diagonaliter de angulo vno in sibi oppositum angulum quadrati continuum, continue fiet in actu trigonum: sed diuiso trigono non erit ex diuisione nisi trigonum. Et ideo trigonum & quadratum non sunt eiusdem potestatis propinque figura: sed trigonum & tetragonum sunt eiusdem potestatis figurae, sed non eiusdem sunt esse in triangulatione. Similiter descendendo per genera: quoniam eiusdem potestatis sunt in genere quæ vno vel vnius generis agente educuntur de generis potestate. Et similiter est in formis quæ sunt potestate in materia: harum enim omnium eadem est determinatio quæ figura est, sicut iam dictum est. Sic enim exit viuere de esse: & sentire exit de viuere, & sic de aliis, & in perfectis viuere est in sentire potestate, & esse in viuere, & quodlibet ab alio educitur agente: & ideo est vnius simplicis potestatis: vnum enim agens est ad actum vitæ, & vnum ad actum sensus, & vnum ad actum intellectus. Et cum differentia sit ad conformitatem actus agentis, patet quod per se non determinat nisi confusionem immediate sibi potestatis. Media autem potestas alio quodam secundum naturam prioris indiget agente, qui in agente secundo est potestate, sicut trigonum in tetragono: sic enim esse est in vita, & vita in sensu, & sic deinceps. Sic ergo idem genere sic determinatum.

Amplius autem vnum dicuntur, quorum est distinctio vna. Et hæc sunt quorumcumque ratio distinctiua quæ ipsam quæ esse dicitur indiuisibilis, hoc est, indifferens est ad aliam alterius rationem ostendentem esse ipsam hoc quod quid erat, esse ipsius. Rationem autem dico indiuisibilem, hoc est, indifferentem: secundum se enim ratio distinctiua omnis est diuisibilis, cum ex genere sit & differentia, vel ex genere & eo quod est loco differentia, quæ diuisa sunt secundum suas naturas. Taliter autem dicta vnum, dupliciter sunt vnum, secundum quod dupliciter est ratio distinctiua. Est enim ratio passionis, & ratio subiecti: & in ratione quidem passionis subiectum est loco differentia, & genus est commune. Si enim distinkiam claudum & sinum, hæc genere quidem eadem sunt, quia vtrumque est curuum: sed subiecto solo differentia sunt: quia sinum est nasi, & claudum cruris curuitas. Et sic augmentatum & minutum idem sunt: quoniam vtramque est passio eiusdem subiecti: augmentatum enim est existentis magnitudinis additamentum: minutum autem est existentis magnitudinis decrementum: id autem quod augetur & minuitur, iam est penitus idem in vtroque. Et sic eiusdem est distinctiua id quod augetur, & id quod minuitur: hoc enim est existens subiecti magnitudo. Sic etiam est vna ratio in differentia: ratio est superficiem planarum, siue sint vna linea, siue pluribus contenta. Est enim plana, supra quam non eleuatur angulus. In definitionibus autem subiectorum hoc planifimum est, quod eadem sunt definitiones, quo-

rum definitiones sunt indifferentes, sicut ens & mucro sunt vnum. Omnino verò siue vniuersaliter in talibus ea sunt vnum definitione, quorum intelligentia indiuisibilis est siue indifferens est, quæ est formaliter intelligens quid erat esse, ita quod non possit separari in aliquo essentiali quo vni & non alteri conueniat in tempore aliquo vel in aliquo loco, neque aliqua ratione: & hæc sunt maxime vnum inter ea quæ secundum formam sunt vnum. Inter omnia tamen ea magis sunt vnum, quæ definitiones simpliciter habent: & hæc sunt in genere substantia: vnde substantia indifferentes secundum rationem, maxime secundum formam vnum sunt. Vniuersaliter autem omnia inde nomen & rationem vnius accipiunt, vnde indiuisionem habent: vt si in quantum homo vnicam per formam hominis non habet diuisionem, omnia sub forma hominis vnita sunt vnus homo. Si autem sunt indiuisa in quantum animal, ambitu animalis vnita sunt vnum animal, sicut ea quæ genere sunt vnum: & si sunt vnum per subiecti mensuram sicut copulata sub vna superficie ad vnius corporis mensuram vnam vnum sunt corpus, sicut diximus aquam esse vnam, & vinum vnum indiuisionem primi & ultimi subiecti. Igitur etiam plura vnum dicuntur in hoc quod faciunt aliquid vnum indiuisibilem & indifferens, hæc enim in nullo vnuntur, aut in hoc quod patiuntur vnum, sicut duo oculi vnius visus, & duæ aures vnius auditus: quia vnius sunt passionis: aut dicuntur vnum in ambitu vno quem habent: aut esse in hoc quod vnuntur relatione ad aliquod vnum. Primum autem in omnibus his modis vnius secundum diuersitatem predicamentorum est vnum quo dicuntur vnum, quorum substantia est vna, dicuntur autem continua ratione quæ mensura est subiecti, aut specie remota vel propinqua: & ad hanc vnitatem reducitur vnitas differentia: quia non sunt vnum differentia, nisi quæ specie sunt vna: aut sunt vna ratione distinctiua. Ea autem quæ plura sunt istis opposita, per id vnum diuisionem habent, plura sunt: & hoc est: quia aut numero sunt plura solum, aut quia non sunt continua, aut quia sunt quorum species non est vna, aut quorum ratio distinctiua non est vna.

Amplius autem adhuc vnum forma totius vt totum & perfectum idem est. Contingit autem aliquando, quod vnum dicimus totum si quantitas eius est continua, sicut in his quæ diuisa nomen & rationem habent totius, sicut dicimus vnam aquam continue subiecti primi vel ultimi esse vnam. Contingit autem aliquando, quod non possumus vnum dicere propter talem continuitatem: ed quod ipsa non est causa vnius: contingit autem hoc quod videlicet ex vna continuitate non vnum dicimus, si istud quod vnum dicimus, non habet vnam speciem præter continuitatem qua ipsa res dicitur vna: sicut non dicimus vnum calceamentum, licet videamus continuitate quadam ad similitudinem vnam compositam & continuam esse, qualitercumque contingit partes calceamenti, si non vnt composita propter continuitatem solam: sed potius sic vt est calceamentum & speciem

speciem habet calcei quæ dat esse calceamento in quantum calceamentum est. Hæc enim species est propter continuitatem, ita quod ab ipsa continuitate calceamentum non habet esse & rationem calceamenti. Et tamen cum omnis vnitas sit à forma, iam est vnum calceamentum quando ultra continuitatem talem attingit formam. Propter quod & ipsa circuli linea inter omnes lineas hoc modo vnitas est maxime vna: ed quod tota & perfecta est: perfectum autem est, cui ad complementum nihil deest: & ideo nihil sibi addi potest: lineis autem re. tis & curuis in eadem forma quæ sunt, addi aliquid & minui ab ipsis aliquod potest: sed circulari nihil addi potest vel minui secundum formam qua circularis est. Hoc autem in primo de celo & mundo perfectius ostensum est.

## CAPVT VIII.

*Est digressio declarans quidditatem vnius secundum quod est principium numeri.*

VNUM autem præter inductos modos sumptum est id quod est principium numeri. Et hoc valde difficile est determinare per eius propriam definitionem & naturam. Si enim dicimus sic, quod est indiuisibile non habens positionem in partibus, idem erit dictum, quod vnum est, quod non diuiditur positione carens: sed quod non diuiditur, conuertitur secundum intellectum cum hoc quod non multiplicatur: cum hoc constat, quod nihil est causa numeri & multitudinis nisi diuisio: sic ergo dicendo, multitudine & numerus sunt in definitione vnius, quod est inconueniens: cum vnum sit principium sui iteratione & aggregatione & constituens numerum & multitudinem. Amplius quacunque definitione diffinitur multitudine siue numerus, semper in definitione illa ponitur vnum. Multitudo enim est illud quod aggregatur ex vno vel vnitatibus. Cader ergo vnum in definitione multitudinis & numeri. Et etiam alio modo videtur peccare definitio: quia cum dicitur, quod multitudo vel numerus est aggregatum ex vno, cum aggregatum non sit aliquid aliud quam ipsa multitudo vel numerus, ponitur idem sub alio nomine in definitione sui ipsius. Amplius si aggregatum est aliquid intelligibile vel diffinibile, hoc non potest intelligi nisi per multitudinem & numerum. Et sic ista circulariter distinkunt se invicem. Si autem sic dicamus, numerus est multitudo numerata vel mensurata per vnum, iam cadit vnitas in definitione numeri, & in eadem definitione ponitur numerata, quæ non intelligitur sine numero: & cadit in ea multitudo quæ est idem cum numero: & hæc omnia valde absurda sunt in ea quæ vera & propria est rei definitio. Si quis forte ad hoc velit dicere, quod cum dicitur, quod numerus est multitudo mensurata vel aggregata ex vno, multitudo est vt genus numeri, quoniam multitudo est in multis quæ non sunt numerus, vt in canibus, & hominibus, est ridiculosum: quoniam multitudo non

est in illis nisi sicut in subiectis mensuratis per eam: & in illis per eundem modum est etiam numerus: & ideo patet, quod multitudo non est aliquid præter numerum numero communis.

Sunt autem aliqui omnia inducta putantes euadere diffiniendo numerum, quod numerus sit quantitas discreta habens ordinem, & non euadunt: quoniam discretum habens ordinem non intelligitur nisi ex numero. Ordo enim numeralis est, quem habet qui à numero determinatur, cum dicitur primus, secundus, tertius, quartus: & sicut species ordinis illius determinatur à speciebus numeri, ita ordo ipse determinatur ab ipso numero. Adhuc autem cum discretum dicitur, est idem quod multum & numeratum. Et hoc iterum non intelligitur nisi per diuisionem, quæ est causa numeri, sicut docuimus in 3. physicorum. Per omnia ergo inducta patet, quod difficile est valde inuenire quidditatem vnius secundum quod est numeri principium: cum tamen hoc sit esse vnius proprium, quod est principium numeri esse: & cum numerus sit accidens, oportet ipsum vnum quod est principium numeri, de natura accidentis esse.

Nos ergo in his sine præiudicio melioris sententia dicimus supponentes quædam quæ iam ante diximus, quod cum dicimus vnum, aut est adeo simplex, quod ipsum constituitur in esse & vnitas esse ipsa indiuisibilitate, aut præter indiuisibilitatem constituitur in esse quadam alia natura sui generis. Et si quidem præter indiuisibilitatem à natura constituitur in esse sui generis, aut hæc est natura corporis quadam, aut non. Et si quidem est natura corporis, sunt quantitatis corporeæ, siue etiam positionis, tunc est punctus. Si autem est alia natura quacunque, tunc est indiuisibile principium illius generis cuius est natura constituens ipsum: & hoc forte in genere substantia est intelligentia, & in generibus aliis alia natura ad quam sit resolutio ipsorum quæ sunt in genere illo sicut ad primum. Si autem nullo nisi ipsa constituitur indiuisibilitate, & ipsa indiuisibilitatis ratio non ad aliquid determinata est ratio ipsius, sic est vnitas quæ est principium numeri. Quod autem hoc sit accidens, sic probatur. Quamuis enim, sicut iam dudum diximus, vnum cum ente conuertatur, & ipsa forma rei rem terminans sit vnitas ipsius: tamen ex hoc quod quodlibet sic in se terminatum est, sequitur ipsam indiuisibilitatem quæ secundum naturam est posse esse ipsius: quod autem posterius est ipso esse, neque genus, neque differentia est: quod autem neque genus neque differentia est esse consequens, de natura accidentium est: indiuisibilitas igitur rei de natura accidentium est. Quod autem sit hæc natura discretionis principium, sic probatur. Discreto est separatio rerum inter se: idem enim est discernere & separare. Res autem separantur per hoc quod diuiduntur ab aliis: sed indiuisibilitas ipsa principium separationis est: per idem enim diuiditur ab aliis, per quod in se est indiuisibilis: nihil igitur dicitur ab aliis, nisi quod in se est indiuisibile: dicitur quod sit adhuc diuisibile ab aliis: ergo non est diuisum: ergo in seipso non est indiuisibile.







feriorum ad vnam naturam communem. Vnum autem in his quatuor consideratur, aut in eo quod ad naturam comparatur, vel ad aliud. Er per similem comparationem accipitur vnum proportionem. Si autem vnum causatur à natura vna, aut hoc est materia, aut forma. Si forma, aut est eorum esse, aut non eorum esse, sed est potentia ad esse. Er primo quidem modo à materia accipitur vnum numero. Et secundo modo à forma accipitur vnum genere. Palam autem est per hoc quod indivisio est causa vnus, quod & diuisio quæ est diuisioui opposita, causa est multitudinis quæ est opposita vni. Er quia multa modo oppositionis se habent ad vnum, & scimus, quod si vnum oppositorum dicitur multipliciter, quod reliquum est multiplex, oportet quod multa ita sint multipliciter dicta sicut vnum. Alia enim dicuntur multa per hoc quod non sunt continua per subiectum primum, vel vltimum, vel secundum aliquem alium modum continuè superius determinatum. Alia autem dicuntur multa per hoc quod habent diuersam materiam secundum speciem diuersam, siue illa materia sit prima, sicut omnium specierum aquæ & liquetabilium est vna materia: aut in hoc quod habent materiam finalem quæ proxima est diuisiua. Alia etiam dicuntur multa: quia diuersas habent rationes diffinitiuas per formam datas, quæ dicunt quid erat esse. Er vt vniuersaliter dicatur secundum omnem defectum vnitatis ante determinatam inducitur pluralitas, quæ principium est multitudinis cuiusdam quæ opponitur vni in aliqua significatione vnus. Hac ergo de vno & multo dicta sunt, & in eo stabilitum est esse vnus quod est principium numeri, & stabilitum est esse ipsius numeri, ita quod non oportet nos amplius de hoc in illa scientia sollicitari: quoniam dicta sufficiunt secundum huius sapientie proprietatem.

CAPVT X.

*Et est digressio declarans esse numeri, & qualiter vnum constituit numerum, & qualiter duo est multitudinis principium, & qualiter multitudo quadam est numerus, & qualiter non est numerus.*

Cum autem istius sapientie sit stabilire partes entis quas supponunt scientie particulares, sicut sepe iam in antè habitis diximus, & numerus sit vnum tale ens de quo considerat arithmeticus, quia iam quod diximus de esse numeri digressionem faciendo, complebimus id quod de numero secundum primam philosophie proprietatem videretur esse dicendum: sic enim facilior sit doctrina quando ea quæ eiusdem sunt nature, simul ponuntur, quando bono modo fieri potest: quia tunc intellectus vnus manifestatur ex altero. Quia ergo iam determinatum est quæ sit vnitas, quæ est principium numeri, & quod vnitas hæc non sit separabilis à rebus vnis, licet ratio vnitatis sit in anima abstractione intellectus à rebus abstracta,

facile est ostendere, quod vnitas nullo modo potest esse numerus: quia cum non sit esse vnitatis aliud ab esse simplicis indivisibilitatis, & simplex indivisibilitas nullo modo possit diuidi, & omnis multitudinis causa sit diuisio, vnitas non potest fieri multitudo: vnitas autem numerus multitudo est quædam: vnitas ergo nullo modo potest esse numerus. Si autem non potest vnitas esse numerus, constat ergo quod neque est par, acque impar. Omne enim quod est par vel impar, est numerus: ed quod par & impar numeri sunt passionis, in quarum ratione diffinitiuam subiectum est. Est ergo huiusmodi vnitas principium numeri, non numerus. Considerandum ergo hic est de ipso numero, quid sit, & quid sint species eius. Er vt melius intelligatur, accipiat species aliqua numeri: quia quod in vna est, in omnibus esse est necesse. Si enim sic dicam, denarius ex septem & tribus constituitur, vel denarius est septem & tria, nihil amplius addens, falsum est quod dicitur: quia secundum hoc denarius esset septem, & denarius esset tria, & esset ex septem & tribus, quod falsum est. Similiter etiam si dicam, denarius est septem & tria simul sumpta, hoc iterum est falsum: quia ex quo denarius non est septem, sequitur quod denarius non est septem cum quibuscumque alijs. Er vt vniuersaliter dicatur, vna species numeri de alia non predicatur nec diffinit eam: & idem denarius non est novem & vnum, neque octo & duo, neque septem & tria, neque sex & quatuor, neque quinque & quinque.

Fortè diceret aliquis quod denarius est summa quæ excreuit ex aggregatione septem & trium, vel sex & quatuor, vel quinque & quinque. Ad hoc autem dico, quod hoc quidem verum est, sed hæc non est diffinitio denarij, quod est species discreti quod est numerus: quia septem & tria quæ ponuntur in illa descriptione, aequaliter sunt ignota sicut ipse denarius. Nulla enim quantitas diuisibilis nota est nisi per suam mensuram primam: constat autem septem & tria quantitates esse diuisibiles: non ergo certificent esse alicuius numeri, secundum quod huiusmodi sunt. Mensura autem prima numeri est vnitas aggregatione sua certificans omnem numeri quantitatem: idem autem est opinio in talibus certificans & constituens in esse aggregatiuo: ergo vnitas & constituit & certificat omnem numerum: oportet ergo, quod denarius sit aggregatus ex vno & vno & vno & vno usque ad decimam vnitatem.

Nec iterum erit denarius id quod sit ex vno decies sumpto. Er huius sunt due rationes, quarum vna est: quia cum dico decies, facio denominationem de decem: & ideo decem notius est quam decies: propter quod decies non cadit in denarij diffinitionem. Alia ratio est: quia si vnum decies sumatur, nihil multiplicat, nec facit aequalitatem discretionem: sed denarius constituitur ex vnis diuersis, quæ aggregata actualement faciant discretionem: idem autem est intelligere de esse cuiuslibet numeri.

Sed tunc forte quereret aliquis, quæ sit vnitas qua numerus est vnus, cum dicitur, binarius est vnus, & denarius vnus, & ternarius vnus: Cum enim vnus quodque sua forma & sua essentia

*Quod numerus denarius non sit formaliter id quod sit ex vno decies sumpto.*

essentia sit vnus, videretur quod & numerus habeat formam qua dicitur vnus. Ad hoc autem dicendum, quod cura numerus sit in genere discreti, forma cuiuslibet numeri est forma summa aggregati ex vnis sine vnitatibus: propter quod vltima vnitas accepta vt finis, in qua & ad quam finitur motus aggregationis, est vnitas numeri & forma: illa enim sola est causa diuisiouis talis summa sicut finis accepta, vt dictum est: habitum autem est in præhabitis, quod idem est causa diuisiouis & vnitatis. Patet ergo, quod hæc est causa vnitatis & omnis numeri.

Amplius in præhabitis ostendimus, quod vnum non est separabile à rebus: quia si separaretur, adhuc remaneret res vna. Er si separatum esset vnum à rebus, & intelligeretur coniungi, iterum esset res duabus diuersis vnitatibus vna: & sic esset quælibet res vna duæ res: & multa alia sequerentur inconuenientia. Omnino autem eodem modo probatur, quod nec duo separabile est & à rebus duabus, nec aliquis alius numerus separari potest ab ipsis rebus quæ sunt in numero ipso. Huius autem licet sint multe rationes, tamen ad præsentem intentionem duæ sufficiunt, quarum vna est, quod iam probatum est numerum nihil esse penitus nisi discretum aggregatum ex vno, & vno, & sic deinceps: si ergo vnum inseparabile est à rebus vnis, relinquitur & numerum inseparabilem esse. Secunda ratio est: quia quæcumque numerantur, non veniunt in numerum nisi formis suis quibus distinguuntur: quando ergo saluantur in esse suo, tandiu adheret eis numerus. Si enim daretur hoc accidens separari, tunc queratur, vt rem separato binario à duabus ouibus, adhuc remanent oues duæ, vel non: si adhuc remanent duæ, tunc aliquo binario sunt duæ: & ille binarius cum priore qui insuit, facit quatuor: prius ergo quatuor fuerunt: quatuor ergo sunt quæcumque duobus binarijs numerantur. Si autem non remanent duæ, tunc sequitur, quod non remanent oues: & hoc falsum est cum accidente separato à subiecto non destruat subiectum. Idem autem est de alijs numeris. Licet autem hoc modo inseparabilis sit numerus, non tamen falsum omnino dicunt numerum in anima esse dicentes. Ratio enim numeri formalis, qui numerus est quo numeramus, in anima est. Est autem quo numeramus, non numerus: & est quo numeramus; numerus. Forma enim diuisiionem causante numeramus, & est non numerus. Er coacervatione vnitatum numeramus, & hæc coacervatio est numerus numerans omnia: & hic numerus potissimè est in anima, si formaliter accipiat ipsa coacervatio: materialiter verò subiectum materia dicitur & est in rebus numeratis.

De binario etiam scite oportet specialiter, quod mathematicè de illo loquendo, probatur non esse numerus, sed pluralitatis principium. Si casus numerus esse datur, aut erit numerus simplex, aut compositus. Si autem sit numerus simplex, tunc sequitur, quod non diuiditur: & hoc est falsum. Si autem sit numerus compositus, sequuntur duos inconuenientia, quorum primum est, quod componitur ex numeris quibusdam, quod falsum est. Alterum autem est quod sequitur, quod non sit numerus primus, nec pluralitatis principium: & hoc est falsum. Vt dicitur ergo, quod dicitur numerus dupliciter. Vno modo prout numerus ad suum ordinatur principium: & sic omne illud est numerus, quod coacervatur ex vnis: & hoc modo binarius est numerus. Alio modo dicitur numerus passionibus substantans numerorum, quæ sunt par & impar, & perfectum & diminutum, & abundans, & simplex & compositum, & huiusmodi. Er sic binarius non est numerus, sed pluralitatis principium. Er hæc est causa, quod antiquissimi Grammatici dixerunt tres esse numeros, scilicet singularem, dualem, & pluralem. Quia autem hæc scientia numerum prout est ens in parte substantans passionibus non considerat, ideo binarium dicit esse numerum. Omnis enim vnitas coacervatio esse habet numeri: esse enim secundum quod ex primis principijs causatur & pendet, considerat iste Philosophus. Sic autem sumpto binario, numerus est in vltimo paucitatis consistens, & numerus stat in minimo, licet respectu maximi non sit, sed procedat in infinitum. Adhuc autem ipsa multitudo dupliciter consideratur, & similiter multum & etiam paucum & paucitas: quoniam quodlibet istorum potest accipi absolute vel comparatum per respectum ad alterum. Er si quidem absolute accipitur, tunc numerus quilibet est multum quoddam & multitudo: omne enim coacervatum ex vnis est multum & multitudo quoddam. Si autem multum dicat respectum ad alterum, tunc opponitur paucis: & sic duo erunt paucum & multo modo multum quilibet autem alter numerus erit multum & paucum respectu diuersorum. Multum ergo & paucum sic opponuntur sicut correlatiua: vnum autem opponitur & paucis & multo sicut principium principiato, sicut patet per ea quæ hic dicta sunt. Nos tamen in sequentibus huius sapientie subtilius de his differemus: per hæc enim quæ hic dicta sunt, sufficienter scitur esse numeri: & hoc intendimus in hoc quinto libro, quod stabilimus ens & partes entis & principia ipsius, sicut à principio huius libri diximus.

CAPVT II.

*De modis entis quod nec diffiniri, nec describi potest.*

Non diffinitionem vel descriptionem seu interpretationem, seu quancunque assignationem habere non potest: quia propter quod quid notificaretur, hoc esset ens & in istis notum & simpliciter & quoad nos, quam ens ipsum. Er hoc quidem patet ex hoc quod nobis nihil notum est penitus nisi ens ipsum ens esse supponamus. Er sic quoad nos ens notus est omni eo per quod potest notificari. Simpliciter autem notus esse probatur per hoc, quod est simplicissimum & primum. Diuidemus ergo ipsum

*Quod binarius multipliciter consideratur numerus dicitur.*

*Multitudo dupliciter consideratur.*

Tex. 13



ipsum dicentes, quod ens sicut & unum dicitur aut secundum accidens, aut secundum se. Secundum accidens autem dupliciter, vel forte melius tripliciter. Vno quidem modo, quod unum accidens alteri accidere dicitur, propter unum subiectum cui ambo accidunt, sicut dicimus istum esse musicum. Alio modo dicitur esse secundum accidens, quando accidens subiecto accidit, non quidem subiecto primo, sed ei quod substantialiter inest subiecto primo, & per primum subiectum subicitur accidenti, sicut dicimus hominem esse musicum, & musicum hominem: hoc enim quodammodo dicitur similiter ei quod est musicum edificatorem esse: quia accidit edificatori musicum esse, aut e converso accidit musico esse edificatorem: in talibus enim hoc esse hoc quando unum simpliciter inesse alteri dicimus & non inesse, ut genus, neque inesse ut convertibile quod est proprium vel distinctio, significat hoc huic accidere & inesse ut accidens, sicut etiam in secundo topicorum est determinatum: predicatum enim accidentale nihil addit super inesse simpliciter. Et sic est in his que nunc dicta sunt, quando dicimus hominem musicum, aut e converso musicum hominem, aut etiam unum accidens alteri inesse, ut quando dicimus musicum album, aut e converso album musicum. Hoc enim vitio inductum ideo dicimus esse: quia ambo accidentia eidem subiecto accidunt. Aliquid vero dicimus sic ut significamus alterum inesse alteri: quia accidens accidit ei quod est, ut ens completum in seipso. Tertium vero dicimus ut quando dicimus musicum esse hominem, ideo hoc dicimus: quia huic quod est homo, musicum accidit, quod tamen non est primum subiectum ipsius. Et similiter etiam dicitur & musicum album esse, ideo quia cui accidit musicum, illud est album. Epilogando ergo dicimus, quod secundum accidens dicta sic dicuntur, aut eo quia eidem enti ambo accidunt, aut quia epi per se accidens accidit, aut quia illud cui inest accidens, est illi subiecto idem de quo predicatur accidens, sicut secunda substantia idem subiectum est substantia primæ cui proprie inest accidens predicatum d. ipsa.

Secundum se autem esse sive ens dicuntur quæcunque predicantur secundum coordinacionem figuræ predicamentorum, ita quod alterum de altero predicatur essentialiter ut de subiecto, quoties huiusmodi predicatum de subiecto dicitur, tot modis dicitur esse secundum se: quia tale predicatum e. e. quoddam dicitur & significatur. Et diversitas quidem est ex significacione predicatorum, licet omnia quid dicant: predicatorum enim talium quædam significant ali-quid sive substantiam, alia significant quale, alia quantum, alia ad aliquid, alia facere, alia pati, alia ubi, alia quando, & alia situm, & alia habitum. Et esse quidem sive ens significat idem aliquid uniusque generum horum, cuius probatio est: quia nihil refert dicere, homo conualescens est ut esse significatur in dictione, & homo conualescit: & homo vadens est aut stans, & homo vadit aut stat, in omnibus enim affectibus quocunque modo significatis principaliter importatur accidens, & secundario

subiectum: & quando predicatur de substantia tale esse significatur, quale importatur per adiectivum & non esse substantia. Et ideo tale esse secundum figuras predicamentorum variatur.

Amplius autem esse & ens significat ipsam rei veritatem. Et hoc dupliciter, Vno quidem modo in ipsa re extra animam; & extra sermonem accepta: & sic veritas rei est ipsa entitas quam habet ex sui perfectione, sic dicimus verum aurum, quod perfectionem auri attingit, & verum hominem, & verum tempus, & veram materiam, & huiusmodi. Huic vero opponitur permixtum sive appatens & non existens, quod vulgariter falsum vocatur, & hoc verum cum quodlibet ente convertitur, nec est separabile ab ipso, sicut nec verum. Et hoc probatur per eadem rationes quibus probatum est, quod unum non separatur à rebus vniis. Alio modo significat esse veritatem compositionis in complexione sermonis: quia in eo quod res est vel non est, oratio vera vel falsa dicitur: & hoc proprie est esse quoddam: quia compositio dicitur esse potius quam ens simplex: quia cum dicimus aliquid esse, monstramus ipsa dictione ipsum esse verum: & quando dicimus non aliquid esse, ipsa dictione monstramus, quia non est verum, sed falsum: hoc autem secundum similitudinem vnam est in affirmatione & negatione, ut quando dicimus, quod Socrates est musicus, significamus hoc esse verum. Et quando dicimus, quia Socrates est non albus, significamus quia non est verum ipsum esse album. Dicimus autem non esse diametrum conveniunturabilem, significantes hoc esse falsum: in omnibus enim talibus esse & non esse secundum se sunt causa veritatis & falsitatis, quamvis forte attributio extremorum ad invicem sit accidentalis.

Amplius autem esse & ens dicitur aut potentia effabile aut perfectione effabile sive significabile: horum enim duorum terminorum sive extremorum & hoc esse dicimus, quod potestate est effabile sive significabile de duobus extremis: & hoc esse dicimus, quod est effabile sive significabile perfectione. Sed in talibus potentia ens est posterius ens, & non addens supra generis naturam. Perfectione autem ens est, quod determinatum est, ad esse per differentiam & formam. Dicitur tamen potestate ens dupliciter, potentia videlicet materia & potentia habitualis formæ, sicut dicimus scire dupliciter, scilicet quod potens est vii scientia secundum habitus facultatem, & id quod est ens sive considerans. Et hoc modo dicitur dupliciter quiescens: secundum actum enim quiescens dicitur, cui iam inest quies: & id quod potens est quiescere, dicitur potentia quiescens. Similiter autem dicitur hoc secundum actum & potentiam in substantiis. In artificialibus enim dicimus idolum Mercatorij esse in lapide, vel actu, vel potentia. Et similiter potentia vel actu dicimus in lapide esse medietatem linee vel lineationis & idoli. Et dicimus etiam feumetrum nondum perfectum esse actu & potentia secundum modum quo actu & potentia dicitur esse, quod secundum aliquod perfectam est, & secundum vitium agere nondum habet perfectionem, sicut puer est vii potentia.

potentia. In omnibus autem talibus potentia dicitur esse, quod est in potentia proxima: potentia vero proxima est, quæ unico motu deducitur ad actum, sicut habitus ad agere, & habitus ad habitum, & etiam de aliis est accipiendum. Quando vero res sit potens & quando non, subtilius in sequentibus dicitur. Hæc enim breviter dicta sufficiunt.

Est autem hic non prætereundum, quod ens etiam sicut in ante hunc habito libro diximus, etiam comprehendit ea quæ sunt in anima & esse, & enti opponitur non ens: non entis autem quod nil omnino est nullæ sunt species, nullæ differentie, nullæ proprietates, & nullæ comparationes. Et si aliquid illorum attribuitur non enti, oportet quod sibi aliquid esse ponatur, sicut ponitur ei esse quando dicitur esse significatum in oratione, vel quando dicitur altera pars contradictionis, vel aliquid huiusmodi: & hoc transeo, quia est manifestum.

Dubium.


Sed dubitabit forte aliquis de hoc quod diximus, quod ens dividitur in potentia effabile & actu effabile, & verumque horum quendam diximus esse terminum, potentia non videtur esse nisi per actum, nec terminum habet nisi actus: potentia diffinitur per actum, sicut in

Tex. c. 33

secundo de anima ostensum est. Adhuc autem obiciens quis, quod cum omne dividens potestam relinquar diuisum, videbitur sequi secundum ea quæ dicta sunt, si est aliquid potentia ens, quod ipsum sit ens secundum se. Est enim entis secundum se diuisio in ens potentia, & non in ens actu. Hæc autem omnia & quæcunque talia sunt, solvantur per hoc quod ens secundum se sumitur hic à nobis per oppositionem ad ens per accidens. Ens ergo secundum se dicitur hic, quando unum attribuitur alteri gratia sui & non gratia alterius, ita quod ipsum

Solutio.

est de natura eius. Hoc autem variabile est dupliciter, scilicet secundum rei principia & secundum esse quod est in anima de rebus extra. Et si quidem est secundum ipsa entis principia, illa dupliciter est accipere, scilicet aut secundum quod sunt differentia vniuersaliter accepta, sic enim dicunt esse quod determinabitur figuris predicamentorum. Et quod quidam dicunt esse accidentia, per hoc probatur, quod quando denominatiue predicantur de substantia, esse quoddam dicunt, & illius esse oportet accipere principia secundum distinctionem secundum primum modum dicendi per se. Et hoc esse secundum se determinabitur figuris predicamentorum. Alio autem modo accipiuntur rei principia secundum quod ipsam rem constituunt. Et hæc sunt actus & potentia in omni genere. Quia vero ex inherencia predicati cum subiecto causatur esse veritatis verum significatum in oratione, & hæc est causa veritatis secundum se, & non secundum accidens aliquod, propter hoc inter primum modum entis secundum se qui accipitur ex ipsis rerum principis, & secundum qui etiam accipitur ex eisdem principis secundum alium modum esse consideratis, interposuimus modum esse secundum se quo veritas rerum demonstratur. Quod autem dicitur potentia non esse effabilis nec distinctionem habere nisi per actum, nihil est ad propositum: quia licet non sit effabilis nisi per actum, tamen est effabilis & diffinibilis. Et hoc modo significat modum quendam esse, quem modum non significat actu ens. Et quod dicitur diuidens debere relinquere diuisum, verum est in diuisione vniuersali: hæc autem diuiduntur analogæ, & ideo diuidentia non simpliciter relinquunt diuisum, sed relinquunt ipsi secundum modum quendam &c.



# TRACTATUS II.

DE SUBSTANTIA ET SIBI ADIVNCTIS.

## CAPVT I.

*Et est digressio declarans generaliter quid est substantia, & quæ sunt diuisiones eius generales & primæ.*



NOTAVAM nos distinguendo dicendum modos substantiæ, oportet nos stabilire substantiam secundum inuis primæ philosophiæ proprietatem. Et ideo ex præinductis dicimus, quod esse aut est per essentialiam, aut per accidens. Esse autem per accidens est infinitum: eo quod sunt

infinita quæ per accidens conueniunt. Esse vero per essentialiam est per essentialia quæ sunt finita, & fines esse rei. Inter omnia autem quæ sunt essentialiter, substantia est primum, sicut patet ex prima diuisione esse secundum se, quam in præfati ca. induximus. Esse enim secundum se est duobus modis in genere. Vnum quidem esse, cuius essentialia acquisita ex sibi essentialibus est: sed cum ipsum sit in aliquo, non est in eo sicut quædam pars, & impossibile est esse sine eo in quo est: & hoc est accidens, & est in subiecto. Aliud autem est, quod est essentialia acquisita ex principis essentialibus, sed secundum esse non in alio hoc modo, eo quod non est in subiecto, & hæc est substantia. Si enim daretur, quod substantia esset in subiecto, tunc queritur de isto subiecto: aut enim hæc e-







frigidum & humidum, non diuidant corporeitatem: cum non sint differentie ipsius, sed consequentia, sicut dictum est.

CAPVT III

Et est digressio declarans utrum materia prima que est substantia, separata esse possit à forma corporeitatis.

Licet autem corpus sit compositum ex materia & forma, & corporeitas prima que est forma substantialis corporis non sit nisi continuitas apta penetrari tribus diametris, tamen hyle non est separabile ab huiusmodi forma prima, ita quod realiter actu existat sine ipsa. Hoc autem sic probatur: si enim materia potest separari à forma corporis prima, detur hoc: possibili enim posito nihil accidit impossibile. Separata ergo materia, aut est diuisibilis actu, aut non. Si autem est diuisibilis, cum diuidi sit propria passio continui, ipsa materia est continua, & cum non habeat nisi continuitatem corporis, sequitur ipsam esse corpus. Datum autem erat ipsam separatam esse à forma corporis. Si autem est indiuisibilis, aut indiuisibilitas est ei essentialis, aut accidentalis. Si autem est ei naturalis vel essentialis, nihil unquam potest recipere contrarium, quod falsum est: quia susceptibilis est forme corporis, etiam per consequens susceptibilis est diuisionis. Si autem non est ei naturalis vel essentialis, tunc est ei accidentaliter esse est, quod non consistit per se in se perfectum, quod esse non potest. Amplius si separatur à forma corporis, aut est designabilis in loco, aut non. Si est designabilis in loco, cum omne id quod realiter in loco designatur, sit diuisibile, sequitur materiam diuisibilem esse. Si autem non est designabilis in loco, aut habet situm, aut non. Si habet situm, tunc est punctus: & cum ad omne punctum possit duci linea, linea ducetur ad ipsam. Si autem non habet situm, & est indiuisibile, videamus quomodo acquirit formam corporis. Aut enim acquirit eam subito aut successiue. Si acquirit successiue, tunc erit diuisibilis: quia omne quod mouetur, est diuisibile. Si autem accipit subito, aut in nullo, aut in vno & non in alio. Si autem diceretur, quod accipit eam in omni loco: cum non sit causa quare accipiat eam in omni loco, nisi quia est in omni loco: & quod in omni loco est diuisibile & quantum: ergo corporis forma inuenit materiam sub forma corporis, quando venit in eam. Non autem potest dici, quod nusquam inueniat eam corporis forma, quando accipit eam: quia hoc est impossibile apud quemlibet. Si autem dicatur, quod in vno & non in alio, hoc erit irrationabile etiam fingere volenti.

Si autem forte dicit aliquis, quod corporis forma dat ei locum quando accipitur à materia, hoc est inconueniens: quia nec omne corpus est in loco, nec forma corporis dat vnum locum potius quam alium: cum nos videamus ex ma-

teria in vno loco fieri terram, & in alio ignem: & huius causa nulla esse potest, nisi quia forma ignis materie partem inuenit in suo loco: & forma terre vel generans terram, aliam partem materie inuenit in loco centri vel iuxta centrum distandi, & circumferentia ad centrum non conuenit materie sine corporeitate. Patet ergo, quod materia à corporeitate non est separabilis, ita quod aliquid sine ea actu ens designatum existat. Sunt autem quidam qui dicunt diuisionem non primo conuenire continui, sed materie, assignantes pro ratione, quod partes substantie quedam sunt, & substantia non acquiritur per accidens: continuas autem est accidens: quod quidem licet irrationabile sit, quia tamen sapientibus & insipientibus debitores sumus, dicimus hoc refellendo id quod est pars esse substantiam: sed quod sit in ratione & esse partis, hoc accidit: & non est inconueniens accidens acquiri ex accidente. Hoc ergo omittentes redeamus ad propositum.

Amplius si separari potest materia à forma corporis separatur: & constat, quod separata erit indeterminata: quod autem separatæ materie & simplici continet, essentialiter continet: igitur materia essentialiter esse indeterminatam. Palam autem est materiam fieri determinatam per continuitatis & mensurarum accptionem: igitur id quod substantiale & essentialiter est sibi, amittit per assumptum, quod omnino esse non potest. Amplius si separabilis est materia à corporeitate, ponamus quod aliquid eius separatur primo, & postea ab aliqua corporeitate separatur aliud: istæ duæ ergo materie aut sunt per omnia idem, aut diuersæ. Si sint per omnia idem, vniantur. Cum ergo vnita sint, aut totum quod prouenit, est æquale parti, quod in materialibus est inconueniens: aut altera pars destruitur, & non erit assignabile quid destruat eam: aut vtraque destruitur, & iterum illius nulla erit ratio: aut oportet dicere, quod altera abundat super alteram, & iterum illius nulla existente mensura non erit assignare rationem. Ex omnibus autem his manifestum est materiam à corporeitate nullo modo posse separari. Quod autem materia sit maioris vel minoris (partij), vel rara, vel densa, vel figuræ huius vel illius, hoc habet à forma physica, quæ separabilis est ab ipsa. Est autem aduertendum, quod materia stans sub forma est vna & indiuisa forme vnitate, quamuis forte vocetur diuidi per accidens, sicut si dicam, quod corporis tacta vna parte non est tacta alia pars, vel quod dextra non est sinistra, vel inferior non est superior, vel alba non est nigra. Sed quando non significatur huiusmodi accidentibus, & non accipitur nisi prout forma terminatur & continetur, vna est & indiuisa: materia ergo actu

à forma corporis non separatur.

CAPVT IV.

Et est digressio declarans qualiter forma causa sit, quare actu sit materia, & quare sit causa unitatis materie, & quid forma propriam attribuit materiam.

Sicut autem materia non separatur à forma secundum actum, ita nec forma secundum esse separatur à materia. Eam autem nunc dico formam, quæ est forma corporis quocumque modo sit forma corporis: licet enim materia in eo quod substantia est quæ est fundamentum, diuersa sit à forma: & forma secundum quod est substantia, sit diuersa à materia, nec altera istarum substantiarum referatur ad aliam, nec altera sit causa alterius: materia enim non est causa substantie forme: quia id quod est in potentia, non est causa eius quod est in effectu, forma autem secundum suam naturam actus est: forma etiam non est causa quare materia sit substantia, vel quare materia sit materia: tamen forma est causa quare materia est seu sit in effectu siue in actu: quia forma dat materie esse in actu, & non dat ei esse in actu in quantum est forma hæc vel illa, sed in quantum est forma. Et idem per successionem formarum semper est in actu, & corruptio vnus est generatio alterius. Et de conuerso hoc modo etiam est in his quæ non generantur: materia enim semper est per formam. Et quia forma est causa actu esse materiam, & materia non potest esse in rerum natura nisi sit actu, ideo forma est causa quare sit materia. Et ideo sequitur, si nulla sit forma, quod materia non est. Et si non sit materia, quod non sit materiarum materia: quia causa interempta interimit effectum, & effectus interemptus causam interimit. Ex his autem accipitur, quod forma aliquo modo prior est materie prioritate causa: quia licet non sit causa materie vel substantie in eo quod materia vel substantia est, tamen est causa esse materie, & non est causata ab ea.

forma non est causa materie quare materia sit substantia, vel quare materia sit materia.

Nota quomodo forma est causa esse materie.

Primum materia sit vnitas numeraria.

Quæret autem forte aliquis, utrum materia sit eadem numero? Videtur enim, quod in ipsa materia in eo quod materia est, non inuenitur diuisio, sic videtur quod quantum est de se eadem numero remaneat. Amplius eadem quæ est sub forma vna, erit sub alia quando de aqua fit aer. Adhuc autem in artificiaris illud maximum videtur, quod idem ex successiue accipit formam Mercurij & Iouis: & si hoc est vnum, tunc quæret aliquis, quid attribuit ei numeri unitatem? vnitas enim in specie vel genere formarum super eam sibi succedentium non attribuit ei unitatem numeri: & tunc remanet adhuc questio, quare sit causa unitatis numeri in ipsa? nihil enim prohibet diuersa numero esse composita, & eandem numero esse materiam, sicut patet in præinductis, quaruis & hoc quandam habeat obiectionem: quia si eadem numero sunt quorum est vna numero materia, tunc duo composita forma differentia succedentia sibi iuper eandem materiam, videbuntur esse idem numero.

Ad hæc autem & similia notandum, quod aliud est dicere materiam in esse substantie eandem esse numero, & aliud dicere materiam in esse materie esse idem numero, & aliud dicere hoc aliquid esse idem numero: sicut enim supra cum de vno ageretur, dictum est vniversaliter, indiuisio causa est vnus: & vnde contingit, quod materia in esse fundantis substantie indiuisa est & manet. Et diuiditur in esse materie, prout materia est in potentia: quia secundum esse fundamenti videtur esse vna materia in omnibus quæ materiam habent. Et hoc etiam nihil prohibet esse vnam in formis quibuscumque quæ sibi super eam succedunt. Sed in esse materie cui coniuncta est potentia, non est sic: quia potentia ad vnum non necessario est potentia ad alterum: materia enim vt substantia & fundamentum est, prior est ad materiam secundum quod materia in potentia est: quia isto secundo modo est subiectum mutationis & motus: priori autem modo est ante mutationem & motum. Et queritur quid attribuit ei unitatem numeri? Dicendum quod nihil nisi indiuisio sui esse, secundum quod sic vel sic consideratur. Hoc aliquid autem numeratur numero compositi. Et quod supra dictum est, quod eadem sunt numero in quibus est vna materia, intelligitur de vna materia quæ est pars compositi per formam ad actum terminata: quia illa in eo quod est idem numero, est indiuisa.

materia vt substantia & fundamentum prior est ad materiam secundum quod materia in potentia est in potentia.

Quæret adhuc fortasse aliquis, cum forma sit causa esse actualis materie, quid attribuit formam propriam materie? Si enim nil attribuit materie forme, videbitur, quod vnus modus penitus remaneat materie: materiarum autem quæ sunt penitus vnus modi, forme sunt eadem: & sic omnino viderentur forme esse vnus. Si enim aliquis dicat, quod licet substantia materie sit vna, tamen habitudines sunt diuersæ, & illæ causant formarum diuersitatem, hoc est irrationabile: quia secundum hoc potentia esset causa esse huius, hoc est, eius quod est in effectu, & diuersitas potentie causa esset diuersitatis eius quæ est in effectu siue in actu: quod esse non potest, cum actus substantia & ratione sit ante potentiam.

quid attribuit formam propriam materie.

Amplius queratur, quid sit causa illarum diuersarum habitudinum? & tunc reditur ad questionem primam: non enim conueniens videtur esse solutio Platonis dicentis, quod forme dantur secundum merita materie, nisi explanetur quare sint illa merita materie, & quid attribuit materie diuersitates meritorum. Ad hæc igitur & huiusmodi dicendum, quod id quod forme attribuit materie sub diuersitate dispositionum sicut sub diuersitate meritorum est motus celi commiscens & in diuersas dispositiones agens materiam. Cum enim intelligentie luminam, sicut nos in parte ostendimus, & in sequentibus melius sumus ostensuri, det formas intelligentie cuiuslibet, cuiuslibet motu orbis attribuit materie differentes, vt indescenderet dare possit suas diuinas beatitates intelligentie: & sic patet, quod propter formam & forme diuersitatem diuersitas est materie, & diuersitas est dispositionum eius, & non de conuerso. In his autem quæ perpetua sunt sine motu diuersitatis, non facit materia neque causa prima: cum vtrumque

Solutio.

Vide pro ista solutione 2. phy. 8. ca. 8. p.



utrumque unum sit & uno modo se habens: sed causa diuersitatis est longè vel propè distare à primo secundum causalitatis ordinem. Hoc autem est per hunc modum quod à primo est unum, & ab uno & primo necesse est prouenire multipliciter & distantius aliquid quam sit primum, & secundum, & à tribus istis iterum maior prouenit multiplicitas, & magis distans à primo: unde & in his causa diuersitatis est ex parte agentis, & non ex parte materię. Hoc autem in vitina parte istius sapientię est manifestum: ad præsentem enim intentionem sufficit quod dictum est, &c.

## CAPVT V.

## De diuisione substantię secundum modos magis communes.

Nunc ergo stabilita substantia, & modis eius ueris & principiis sic determinatis, reuertentes ad propositum dicamus diuisionem per modos eius communes. Dicamus ergo, quod si incipiamus ab infimo, quod potentia est substantia per sui substantialitatem alia substantificans: tunc substantia dicitur id quod substat primo in compositis, ut simplicia corpora quę elementa uocamus, quę sunt terra, ignis, & aqua, & aer, & quęcumque sunt talia secundum diuersorum Philosophorum positiones. Hęc omnia enim primo substantia compositis: & iam uniuersaliter hoc modo corpora dicuntur substantia: e. quod sunt subiecta formis quę uerè actus sunt formę. Dicuntur autem hęc corpora animalium corpora quę sunt instrumenta animę: dicuntur etiam substantia ex corporibus consistencia animalia. Et quia partium qualibet habet uirtutem aliquam animę quę perficitur, quod si separaretur à toto, ipsa pars esset animal, & uirtus illa esset anima, propter hoc etiam dicuntur partes animalium substantia. Et iuxta hoc dicuntur etiam substantia demonia: demon enim Gręce, in Latino sonat intellectum: hic autem ponitur pro idolo, unde alia translatio habet idola, quod dicit substantiam compositam in arte. Omnia autem huiusmodi probantur per hoc esse substantia: quia non dicuntur de aliquo substantiuo sibi subiecto. Hęc enim est generalis ratio substantię: quia licet secunda substantia dicatur de prima substantia, non dicitur de ea sicut de substantiuo in se perfecto, quod constituat secundam substantiam, sed potius dicitur de ea sicut essentialia principium eius. De his substantiis ergo alia per denominationem dicuntur: sed ipsa substantia non dicitur de aliis in quibus esse accipiat. Omnia ergo quę dicta sunt, substantia dicuntur, sicut indiuidua substantia, vel composita substantia est substantia.

Alio autem modo dicitur substantia, quod existens in talibus sicut essentialia principium, est causa existendi, ita quod ipsum est causa talibus per quam sunt hoc quod sunt illa quę non dicuntur de subiecto aliquo sicut indiuidua substantia: illa enim de nullo sit in subiecto dicuntur: secunda autem substantia dicuntur de ali-

quo ut de subiecto, licet aliter de subiecto dicantur secunda substantia: & aliter accidentia: quia cum accidens sit in aliquo, & dicatur de aliquo sicut de subiecto, non est in eo sicut quaedam pars: secunda autem substantia est sicut quaedam pars essentię. Hoc autem modo sicut existendi causa primis substantiis hoc quod sunt substantia, est forma, & præcipue inter formas anima animalium: quia hęc est actus uirtutis naturę: formę autem corporum sunt formę quę sunt in potentia ad alia, & non in actu uirtutis, & præcipue formę elementorum. Sunt etiam alie ut formę coagulatorum & complexionatorum & compositorum: omnes enim illę sunt corporum quę sunt in potentia ad uirtutis opera quę perficiuntur per actum qui est anima animalium: anima enim sicut in secundo de anima dicimus, principium est & causa talis uirtutis. Ista enim quę sic sunt substantia, non proprie sunt substantia, sed sunt causę eorum de quibus sicut subiectis alia dicuntur. Cum enim scientia dicatur esse in anima vel uirtus, non proprie hęc sunt in anima sicut in subiecto. Et hoc quidem in secundo de intellectu & intelligibili iam ostendimus, & melius in sequentibus demonstrabitur.

Amplius secundum quosdam substantia dicuntur, quę particula materiales vel formales sunt existentes in talibus corporibus, quę non de subiecto aliquo dicuntur, quę termini sunt terminantes ea in quibus sunt, & hoc aliquid significant, ut quibus destructis destruitur totum, tanquam superficie destructa destruitur corpus, ut quidam dicunt Platonice, & linea destructa destruitur superficies, & puncto destructo destruitur linea: & corpus quidem terminat materiam, superficies autem terminat corpus, & linea terminat superficiem, & punctus terminat lineam. Et ideo ista dicunt esse substantia, & magis puncta dicunt substantiam quam lineam, & lineam magis dicunt substantiam quam superficiem, & superficiem magis dicunt esse substantiam quam corpus: isti enim non potuerunt distinguere inter substantialem corporis formam, & corpus quod non est natura nisi quantitas pendens ex solis quantitatis principiis: & ideo istas substantias esse dixerunt: sicut etiam quidam naturalium qualitates sensibiles, calidum, frigidum, & humidum, & siccum, & odores, & colores dixerunt esse substantias penetrantes in corporum quantitates: propter quorum sensibilibus in se penetrationem ea quę secundum se quanta sunt, sensibilia sunt. Sed distinctio corporis substantialis à corporis quantitatio patet per antè dicta: in sequentibus autem ubi loquemur de qualitatibus, ostendemus sensibilia esse accidentia, & non substantias. Uniuersaliter autem numerus quibusdam Pythagoricis uideretur esse talis substantia terminans, & quo ablato nihil remaneret de rebus. Hoc autem constat per antecedentia quę diximus de numero. Eadem enim res est una & est res diuersa: sicut duę sua dualitate & duę sunt, & non potest à rebus numeris separari, ita quod aliquid remaneat: & ideo uniuersaliter dicunt esse principium primum & numerum principium medium inter unitatem & res principiatas: & hęc principia dicuntur esse

## CAPVT VI.

## De modis eiusdem quod causantur ab uno in subiecto sumpto.

esse continuorum & continuitatis principia: quia licet ea & superficies & corpus suis continuationibus sortiuntur unitatem, & qualibet illarum quantitarum est una. Et ideo punctum etiam dicitur principium ab uno: & dicerentur ideo dicunt esse principium continui, quia sicut ex præhabitis constat, ideo est unum, & ab alio quam à diuisione contrahit punctus esse puncti: à positione enim habet quod punctus est, cum in diuisione nec habet positionem vel situm, ita quod sit in loco: sed quia est principium habentis situm, & ideo ad situm refertur, quia secundum situm est principium vel finis. Ista ergo dicitur modis dicuntur substantia.

Amplius autem substantia dicitur id quod quid erat esse uniuersaliusque sicut quidditas cuiuslibet secundum omne predicamentum. Et hoc est cuius ratio est ipsa rei distinctio. Hęc ergo ista de causa substantia dicitur uniuersaliusque. Tot ergo modis dicitur substantia.

Si autem omnes istos specialiter dictos modos adiuicem referamus & conferamus, tunc accidit substantiam secundum duos modos dici, quorum unus est, quod subiectum uirtutum quod de nullo alio dicitur, substantia uocatur: & hoc subiectum dupliciter dicitur, subiectum uidelicet accidentium tantum, & sic subiectum uirtutum comprehendit tam primam substantiam, quam secundam. Si primum subiectum ab acta substandi sumatur, quod scilicet maxime substat, & de nullo dicitur, sed omnibus subicitur: tunc primum subiectum adhuc dicitur dupliciter: est enim quod substat, & ab eo cui substat actu efficitur, & gratia cuius substat omne quod substat alicui: & hoc primum subiectum est materia. Est etiam quod substat primo ens in se perfectum, & hęc est prima substantia. Hęc ergo est unus modus substantię à proprietate sumptus materia, cuius primo & proprium est subiectum esse. Secundo autem dicitur substantia qua est hoc aliquid ens id quod est: & hęc est forma quę dupliciter est: aut enim est coniuncta, aut separata. Coniuncta sicut forma concepta cum materia quę est forma materia, & species quę est principium scientię. Separata autem est, quę non est concepta cum materia, sicut anima intellectualis & intelligentia secundum superius inductam diuisionem. Ibi ergo sunt modi substantię.

Est autem hic non prætereundum, quod si accipiat ipsa natura generis substantię, hoc non ab actu substandi dicitur, sed potius per oppositionem ad accidens: & sic substantia est ens per se existens, sicut non in alio: & quia secundum quod ostendimus in antè habitis, maxime ens per se existens est forma, eod quod ipsa per se existere non habet ab aliquo alio, & alia quę per se existunt, habent ab ipsa forma per se existere, ideo primo & principaliter forma est substantia: & hoc concorditer omnes hæcenus dixerunt Peripatetici, licet quidam modernorum huic contradicant, propter id quod in predicamentis dicitur, quod prima substantia est, quę primo & principaliter substat & maxime. Sed hoc dicitur in coordinatione predicabilium & subicibilium, & non ubi natura substantię principaliter consideratur. De modis ergo substantię hoc modo determinatum sit à nobis, &c.

D. Albert. Mag. Metaph.

Post substantia antequam ad aliorum generum distinctionem accedamus, distinguemus ea quę principaliter adiuncta sunt substantię secundum relationem substantię ad ea quę sunt ante omne genus entis: relata autē substantia ad unum facit idem, & relata ad principium facit prius, & relata ad causam, elementum, & necessarium, incidit in potentiam & actum. De his ergo cum suis oppositis consequenter post substantię diuisionem dicendum est: quia relata substantia ad ens, non sit nisi substantia: quia licet ens habeat plures modos, tamen primo non est nisi substantia & eadem natura entis primo & substantię. Dicamus ergo primo de eodem cum suis oppositis: unum enim in substantia facit idem.

Dicimus ergo, quod eadem dicuntur secundum accidens, & secundum se. Secundum accidens quidem dicuntur eadem sicut & unum, sicut album & musicum sunt idem propter substantię identitatem: quia ambo illa uni & eidem subiecto accidunt. Alio autem modo dicuntur eadem, sicut homo & musicum sunt idem: eod quod musicum homini sicut subiecto accidit: & sic non ista ambo accidunt alteri eadem subiecto, sed unum eorum non secundum se existens accidit alteri secundum se existenti, sed etiam secundum istum modum musicum quod non secundum se existit, dicitur homo, & est idem homini secundum se existenti: quia musicum accidit homini. Tertio autem modo dicitur unum quando utriusque accidit hoc quod est subiectum, & iterum quando utrumque duorum accidentium accidit subiecto: dicuntur enim idem & homini musicum, & musicum homini: & iterum accidentibus his quę dicta sunt ipsam subiectum quod est homo, dicitur idem secundum dictos secundum accidens eiusdem modos.

Est autem attendendum, quod licet adiectiuum primo intellectu dicat accidens, & secundario dicat subiectum, sicut dixit Auerroes: *Auer. 5. metaphys. ca. 10. 14.* & si primo diceret subiectum, esset nugatio cum dicitur homo albus: & sensus esset, homo homo albus, & illud adiectiuum iterum diceret subiectum ut diceretur, homo homo, homo albus, & abiret hoc in infinitum, cum albus & alia adiectiua dicunt secundum se existens, sicut patet in diuisione entis supra posita, ubi dicimus, quod ens secundum se dicitur secundum figuras predicamentorum: & ideo mirum uideretur forte alicui si dicamus hoc esse causam unius & eiusdem secundum accidens. Et si forte dicat aliquis, quod compositio est causa unius & eiusdem secundum accidens, hoc est omnino falsum. Quia si compositio in eo quod est compositio, est causa unius & eiusdem secundum accidens, tunc omnis compositio esset causa unius & eiusdem secundum accidens, & hoc est omnino falsum. Et ideo ut hæc caueatur, notandum



notandum est secundum supra dicta, quod accidens dicitur attributio alicuius alteri, non secundum ipsum, sed per alterum: & ideo quod sic accidit alteri, non necessarium est accidens: quia homo sic accidit musico, & tamen homo est substantia: & musicum sic accidit homini, sicut diximus. Qualiter autem accidens sit ens secundum se, & qualiter non, superius in distinctione entis dictum est.

Dubitabit autem forte aliquis: quia cum vnum sit causa eiusdem, & est causa per se, videtur quod quamvis vnum secundum accidens dicatur, tamen idem ab vno per se causatur semper, & sic idem nunquam videtur dici secundum accidens. Sed ad hoc dicitur, quod idem super vnum non addit nisi relationem, & relatio in extremis in eandem diuisionem cadit cum eo quod est causa relationis: & ideo sicut vnum dicitur secundum accidens, ita secundum accidens dicitur idem: relationis enim esse debile est & multum habens de ratione. Sic ergo dicitur idem secundum accidens, ita quod etiam subiectum quod est homo & subiectum non accidens, hoc modo accidit accidenti: & huius signum est: quia si secundum ipsum diceretur homo musicus, vniuersaliter omnis homo esset musicus: nunc autem non omnia talia vniuersaliter dicuntur: non enim contingit vere dicere, quod omnis homo idem sit & musicum: vniuersalia enim licet sint in particularibus sicut in subiectis, tamen existunt secundum se, ita quod non sunt in aliis subiectis, sicut accidentia quæ cum sint in aliquo, non sunt in eo sicut quædam pars. Accidentia autem hoc modo non existunt secundum se: & ideo quia non secundum ipsum homo attribuitur musico, per alterum attribuitur sibi: & ita est vnum cum eo secundum accidens, & similiter idem. Sed hæc eadem in singularibus dicuntur eadem simpliciter. Socrates enim videtur simpliciter idem cum musico, & tamen Socrates per accidens & non secundum ipsum est idem musico: sed quod simpliciter Socrates dicitur idem musico est ideo: quia Socrates non est commune quod sit in multis & de multis: propter quod non contingit Socratem significare quoniam vniuersaliter, quia non omnis Socrates dicitur quemadmodum omnis homo dicitur: & ideo cum dicitur Socrates esse idem musico, nihil est de Socrate quod non sit idem, & tamen secundum ipsum Socrates non attribuitur musico. Hæc ergo quæ dicta sunt, dicto modo dicuntur eadem. Alia verò dicuntur eadem secundum se, sicut & vnum secundum se dicitur ab aliqua vna natura secundum se vniuersaliter & eisdem conueniente: & hæc quatuor modis dicuntur: dicuntur enim eadem numero sicut & vnum numero, quorum materia est vna, sicut Mercurij & Scilibontis est eadem materia: quia non differunt nisi nomine: & hoc modo sunt eadem Cinthia & Lina. Et dicuntur etiam eadem specie, quorum forma est vna, & hæc quandoque sunt eadem numero, quando tota materia est intra: quandoque autem sunt diuersa, sicut in his quorum materia non est intra. Dicuntur etiam eadem genere, quorum genus est vnum. Et dicuntur eadem, quorum substantialis definitio dicens quid erat esse, est vna, sicut colorum, qui om-

nes sunt extremitas perspicui in corpore rennato: horum enim substantia quæ est hypostasis omnium, est vna, & hæc est lux vel lumen. Ex omnibus autem quæ inducta sunt, palam est, quia idemitas est quædam vniuersio, aut est vniuersio alicuius quod est plurimum per hoc quod est in pluribus: aut si est in vno, tunc est illius quando quis videtur illo vno ut pluribus, sicut quando quis dicit, quod idem eidem est idem: tunc enim ut duobus videtur vno eodem: oportet enim ut duobus ut vno propter respectus qui sunt in eodem sibi. Sic ergo determinatum sit de eodem.

## CAPVT VII.

*De modis diuersi, & differentis, &c.*

Idem autem propter duo quæ in se habet, <sup>Vbi supra.</sup> duo sunt opposita: habet enim vnitatem suppositi, quo tamen in eo quod simpliciter est idem, necesse est ut duobus ut vno, & gratia huius opponitur ei diuersum. Habet etiam vniuersalem formam, & gratia huius opponitur ei differentis. Et ideo de modis eius oportet nos determinare: quia non diffinitè scitur vnum oppositorum, nisi diffinitè scitur & reliquum. Dicamus ergo, quod diuersa proprie sunt, quorum aut species sunt plures, ad quarum pluralitatem sequitur etiam pluralitas suppositorum, sicut homo & asinus sunt diuersa: aut quorum materia secundum supposita est diuersa, sicut Socrates & Plato sunt diuersi: aut quorum ratio substantiæ diffinitiva est diuersa, sicut coloris & odoris rationes sunt diuersæ. Isti ergo modi diuersitatis magis sunt vsitati & communes. Cum enim diuersitas sit separatio per formas disparatas, quod etiam ipsum nomen indicat, deinde quasi diuersius situs, constat quod omnia talia differunt in suis suppositis quæcumque proprie loquendo diuersa sunt. Et omnino quidem siue vniuersaliter loquendo diuersa dicuntur opposito modo ad ea quæ sunt eadem: & ideo quor modis dicitur idem, tot modis dicitur diuersum. Sed quæ proprie dicuntur illa sunt quæ dicta sunt. Hoc ergo modo de diuerso sit determinatum.

Differentia verò, sicut diximus, dicuntur quædam de genere diuersitatis: dicuntur enim illa differentia quæcumque quidem sunt diuersa in formis suis idem aliquid habentia, quod est quasi subiecta natura in ipsis. Non ergo solum numero dicuntur aliqua differentia in quibus est eadem species & diuersa materia, sed etiam dicuntur specie differentia, in quibus est idem genus & diuersæ differentiæ, & genere proximo vel remoto dicuntur differentia, in quibus est vel vna natura remoti generis, vel quorum vnum est ens simpliciter, & alterum modus entis, sicut substantia & accidens sunt differentia: vel quorum vtrumque est modus entis, sicut accidentia diuersorum generum sunt differentia: inter differentia enim semper vult esse ambitus naturæ vnius & eiusdem, in cuius naturæ ipsæ differentiæ vniuntur potestate. Hoc etiam modo dicuntur differentia proportionè: quia sicut

in

in antè habitis diximus, vnitas proportionis causatur ab vnitate generis, & differentia proportionis à differentia generis, licet non semper causetur ab ipsa: quia potest esse, quòd illa quæ sunt diuersorum generum, vnã aliquam proportionem habeant ad aliquid secundum vnum aliquid quod est in eis: est enim proportio identitas habitudinum & differentia proportionis est differentia huius habitudinis. Amplius etiam differentia dicuntur ea contraria quæ largo modo dicuntur contraria, quorum est diuersum genus: & etiam dicuntur differentia quæcunque habent diuersitatem in substantia, quæ est quidditas siue differentia.

*Error Alexandri.*

Est autem hoc attendendum, quòd in hoc materiam erroris videtur accepisse Alexander Græcus, qui dicit materiam primam & noym & Deum esse indifferentia & eadem, propter hoc quòd generaliter dictum esse putauit, quòd quæcunque differentia sunt, quòd illa formis diuersa sunt, aliquid idem habentia: dicit enim ex hoc omnia differentia esse composita: & idem quæcunque simplicia sunt & prima esse indifferentia: materia autem prima & noys & Deus simplicia sunt & prima, & idem indifferentia: eadem autem sunt quæcunque sunt indifferentia: materia ergo prima, noys, & Deus sunt eadem: & hoc concessit Alexander Græcus.

*Improbatio eiusdem.*

Hoc autem cited refellitur: quia si omnia quæ differunt, differentia differunt quæ coniuncta est alicui nature in ipsis differentibus, tunc sequitur ipsas differentias abinuicem non differere: quia differentie sunt simplices: & si omnia simplicia eadem sunt, omnes oppositæ differentie sunt eadem: quòd quia falsum esse constat, patet prima simplicia seipsis differere: & quòd iam dictum est, quòd differentia sunt quæ diuersa sunt idem aliquid existentia, intelligitur de his quæ quendam modum habent differentie, in quibus differentia est primò: hæc enim sunt genera in quibus potestate sunt differentie: in primis tamen differentiis prima est ratio, & causa differendi. Hoc autem videtur ex nomine: quia sicut diuersa sunt quedam separata per formas disparatas, ita differentia sunt quedam composita vnum aliquid existentia, contrarietatem habentia in differentiis: vnde differentia sunt, quasi denominatiue & concretiuè dicta: ipsæ autem differentie sunt forme simplices & actus: & de illis differentiis nos hîc nihil loquimur: inferius enim erit tempus loquendi de illis. De differentiis ergo concretiuè dictis dictum sit tantum.

nos distinguere de simi i. Dicimus ergo, quòd similia generaliter dicuntur, quæ in substantia suppositi vel subiecti diuersa existentia idem sunt omnino passa secundum qualitatem. Secundum hanc ergo generalem similitudinem definitionem plura quæ in specie sunt vnum, aut etiam diuersa secundum formam & speciem, dicuntur similia, quorum qualitas est vna, quantum non sit de passibilibus qualitibus, sed quæcunque sit alia qualitas: sed tunc minus proprie dicuntur similia, quia similia primò sunt quæ sunt idem passa: & hoc sit secundum qualitatem quæ est passio vel passibilis qualitas. Vtrens etiam dicitur similitudo quæ attenditur non tam in ipsa qualitate, quam in modo ipsius qualitatis: & secundum hoc dicuntur similia: eorum contrariorum, secundum quæ contingit alterari physicè: & hæc sunt passio vel passibilis qualitas, quando qui plura habet tantum ad primum alterans, dicitur primò alteranti similior: sicut igni similis est, quòd habet calorem & lumen & raritatem, quam id quòd habet calorem tantum.

Iuxta eundem etiam modum dicitur simile, quòd inter plures, qualitates primi alterantis participat id quòd est magis proprium primo alteranti: sicut similis igni est quòd participat calorem, quam id quòd participat siccitatem. Omnibus autem his modis dicta similitudine oportet scire, quòd comparatio & proportio est inter similia quæ non sunt nisi vnioce vel analogicè idem participantium: similitudo tamen non proprie est causa ad causatum, sicut dicit magnus Dionysius præcipue causæ illius quæ excelsit causatum, sicut est prima causa, & intelligentie: & huius sunt quæ rationes, quarum principalis est: quia causatum in talibus non adæquat causam, & participat de huiusmodi causæ quandam resultationem. Et idem non participat cum causa aliquid vnioce. Secundario: quia cum similitudo sit quædam imitatio, causa non imitatur causatum, nec ad hoc infundit lumen vt imitetur: quia sic imitaretur vnus se, quòd non potest fieri secundum nature ordinem: & idem causa non dicitur similis causato, nisi in his in quibus perfecte assimilatur sibi causatum: & adhuc perfecte non dicitur similis sibi propter impedimentum etiam rationis. Contra autem causatum dicitur simile causæ in talibus, cuius sunt quæ rationes. Vna quidem, quia nil est & nil habet de esse nisi per assimilationem sui ad causam quantum potest. Alia autem: quia imitatur illam quantum potest: & hoc est sibi optimum quòd se totum refert ad eam: dissimilia autem dicuntur oppositè ad similia: & idem tot sunt modi dissimilitudinis, quot modi similitudinis sunt iam determinati.

CAPVT VIII

De modis & similibus & dissimilibus.

NOs iam in præcedentibus diximus, quòd vnum in quantitate quòd est vnio diuersorum, facit æquale & æqualitatem: sed nos de æquali hîc non dicimus: quia ad modum vnus in substantia non reducitur: sed cum forma & differentia substantialis in quale prædicatur, & qualitas quedam sit essentialis, & vnum quòd est vnio in qualitate, facit simile, oportet

D. Alber. Mag. Metaphy.

CAPVT IX.

De modis oppositorum & maxime de contrariis.

OPortet nos loqui hîc de oppositis, quæ à diuersitate causantur. Dicuntur ergo oppositorum esse quatuor genera, contradictionis videlicet.

Q.



videlicet, de qua oppositione satis in 4. huius sapientie lib. dictum est. Dicuntur etiam opposita contraria. Tertio modo dicuntur opposita quæ sunt ad aliquid. Et quarto modo dicuntur opposita quæ opponuntur ut privatio & habitus. Sed de his quæ sunt ad aliquid, inferius in eodem lib. locus erit proprius inquirendi. Restat ergo ut de contrariis hæc præcipue differamus. Dicuntur ergo opposita per modum contrarietatis simul secundum duos modos, scilicet ex quibus sunt generationes siue mutationes, & in quæ vitia sunt mutationes tales; generationes enim tales & mutationes sunt inter contraria, & ideo ex quibus sunt contraria adea in quæ sunt. Dicuntur etiam contraria generaliter quæ de numero amborum oppositorum non simul contingit inesse eidem susceptibili: ea enim opponi dicuntur quamvis non sit mutatio inter ea: & hæc dupliciter dicuntur opponi: aut enim ea dicuntur opponi gratia sui, aut etiam ea ex quibus talibus sunt quædam quæ simul non inveniunt. Simplicia enim extrema simpliciter opponuntur. Ea autem quæ ex quibus siue quibusdam talibus sunt, etiam sic opponitur, sicut medium comparatur extremo, non simul inesse eidem susceptibili cum contrario: nam viride & album non simul eidem inveniunt unde patet, quod ea ex quibus talia media sunt, hæc contrarie opponuntur. Adhuc autem largius dicuntur contraria quæ de numero differentiarum secundum genus proximum non possunt simul eidem inesse subiecto. Et adhuc magis proprie dicuntur contraria, quæ sunt sub eadem generis potestate, plurimum differunt secundum remotissimas differentias. Et adhuc contraria dicuntur, quorum differentia est maxima aut simpliciter extra genus, aut secundum idem genus, aut secundum eandem speciem ad quam oppositio alterius attenditur eiusdem generis speciei: quædam autem talium contrariorum dicuntur opponi habitu, sicut contrarij habitus virtutis & vitij: quædam susceptione, sicut substantia susipientis contraria: alia autem talia dicuntur sicut existentia ipsa secundum se contraria, sicut calor & frigus & albedo & nigredo: alia autem talium oppositorum actius, licet eadem qualitate non disponuntur, sicut iuppiter, & saturnus dicuntur contraria, & piper & insquamus. Illa autem dicuntur contraria, quia contrariorum sunt passiva, sicut potentie quibus talia inferunt passionem, sicut visus visui contrarius, sicut est visus herodij ad visum vespertilionis: eod quod lamen inferit vni passionem, alij autem delectationem. Alia autem dicuntur contraria: quia contraria sunt agentia, & quædam sunt contraria agentibus, quia sunt tantum patientia, sicut ipsum agens dicitur contrarium patienti: quia nihil patitur nisi à sibi dissimili: & quoad hoc dicuntur contraria agentia & patientia. Quædam autem dicuntur contraria per expulsionem & susceptionem, sicut adamas & magnes in trahendo ferrum & expellendo sunt contraria, & sicut combusta & scamonea sunt contraria: quia combusta generant choleram, & scamonea expellit eam. Dicuntur etiam contraria, quæ sunt sicut privatio & habitus talium, sicut superficies susceptiva luminis, & superficies non susceptiva

se habens ad album & nigrum. Omnibus ergo his modis dicuntur contraria.

## CAPVT X.

*De modis diversis & contrarij & eiusdem, quæ sumuntur penes modos entis & vni.*

**E**st autem & alia horum multiplicitas quæ inducitur: quoniam enim ens & vnum multipliciter dicuntur, sicut prædeterminatum est, necesse est sequi, quod & alia quæcumque dicuntur secundum ens & vnum, ita quod sunt sequentia ens in quantum est ens, etiam multipliciter dici secundum entis multipliciter. Et ideo idem & diversum & contrarium multipliciter dicuntur, sicut & ens dicitur multipliciter. Dicuntur ergo illa secundum vnamquamque categoriam, sicut & ens: diversa enim specie dicuntur in eodem genere quæcumque sunt eiusdem generis existentia, non sicut subalterna, sed sicut coæquæ de eodem genere per divisionem exeuntia. Et adhuc diversa dicuntur specie, quæcumque in eodem genere existentia habent adinvicem differentiam, siue sint subalterna, siue non: & hæc minus proprie dicuntur diversa specie. Et adhuc tertio modo dicuntur diversa specie, quæcumque in substantiali quidditate siue diffinitione contrarietatem habent. Et adhuc non tantum species compositæ, sed & ipsa contraria simplicia, sicut vitia differentie diversæ sunt specie adinvicem: hæc enim aut omnia quæcumque aliquo modo contraria sunt, diversa sunt specie adinvicem, sicut sunt media siue extrema: aut ea quæ primum dicuntur contraria, sicut ea quæ maxime distant, hoc modo dicuntur diversa specie adinvicem. Et adhuc diversa specie dicuntur adinvicem, quorumcumque rationes diffinitivæ sunt diversæ, quæ sunt sumptæ in finali specie generis, quam vocamus specialissimam, sicut homo & equus dicuntur contraria & diversa specie, quæ sunt individua genere, eod quod secundum divisionem generis non dividuntur ulterius. Non enim dividuntur ulterius divisione forme, sed divisione materie: quia individua quæ sunt sub ipsis, non differunt nisi per materiam, & species ipsa totum est esse eorum: & si dividerentur secundum formam, tunc species non esset totum esse ipsorum, sed oporteret, quod speciei differentia constitutiva adveniret: & sic species specialissima esset genus: & sic nunquam staret divisio generis descendendo: & ideo descendente à generalissimo usque ad specialissimum iubet Plato quiescere. Hoc ergo individuum genere sunt diffinitivæ rationes diversæ. Et adhuc diversa dicuntur, quæcumque adhuc præter prædicta in eadem substantiali & diffinitiva ratione existentia habent differentiam: & hæc non habent differentiam nisi materie, sicut Sortes & Plato. Eadem verò specie & eadem simpliciter dicuntur per oppositam modum istorum modorum.

Tex. c. 16

CAPVT

## CAPVT XI.

*De modis priorum & posteriorum.*

**D**e adiunctis causis & principio & substantia est prius & posterius: quoniam substantia adiunctum est prius secundum quod est consequens ad causam: & ideo hic convenit nobis determinare modos priorum. Dicamus ergo, quod priora & posteriora dicuntur quædam multipliciter. Et quidem primo dicitur prius tanquam illud dicimus prius, quod est primum in singulo genere determinato, à quo sicut à principio fuit tota natura illius generis, sicut à forma in substantiis, & à puncto in continuis & ab unitate in discretis.

Aliud autem & secundo modo dicitur prius, quod propinquius est alicui principio determinato, quocumque modo illud determinetur, aut simpliciter siue univocaliter sit illud principium determinatum, aut naturaliter determinetur, aut in comparatione ad aliquid quod ponitur esse principium, aut determinetur ad vbi siue ad locum, aut etiam determinetur secundum recessum ab aliquibus. Iste enim modus multas habet subdivisiones, ut verbi gratia, priora dicuntur, quæ sunt secundum locum in hoc quod propinquiora existunt ad principium determinatum in loco, siue natura determinatum sit hoc principium, siue aliter, sicut violentia, vel casu. Hoc autem principium dupliciter potest esse determinatum ad vltimum locum, videlicet qui est cæli concavum, aut medium quod est terre convexum: & hoc materialiter, aut sicut evenit per violentiam vel casum, tunc enim dicimus prius quod est illi propinquius, & posterius quod est ab eo remotius, sicut descendenti ab orbe prior est ignis quam aer, sed ascendenti à medio prior est aer quam ignis. Alia autem in eodem isto secundo modo dicuntur priora ad principium determinatum in tempore: & si principium id dicatur præsens nunc, tunc aliter dicuntur priora in præterito & aliter in futuro: in factis enim in præterito quædam dicuntur priora quæ remotiora sunt ab ipso presenti nunc: priora enim dicimus Troicæ bella quam Medorum, & Medorum bella quam Macedonum, & Macedonum quam Romanorum, eod quod in talibus priora sunt in tempore remotiora ab ipso nunc. Alia autem dicimus priora esse quæ ipsi nunc presenti sunt affinia siue viciniore, ut in futuris: in talibus enim si nos esse ponamus in tempore quo adhuc nascituri erant Menelaus & Pyrrhus, dicemus, quod Menelaus est prior quam Pyrrhus, & nasciturus ad annum, prior est nascituro post decennium, eod quod prior est ad ipsam nunc. Hi autem qui sic dicuntur prius, vbi sunt ipso nunc sicut determinatur principio ad quod referunt prius tam in præterito quam in futuro. In hoc iterum secundo modo alia dicimus priora esse secundum modum, & ibi determinatum principium ad quod referimus prius & posterius, dicimus prius movens, sicut à spermatibus mo-

D. Alber. Mag. Metaphy.

tu dicimus vnum motum esse usque ad vltimum robotis perfectionem, & in hoc motu dicimus prius quod primo moventi est propinquius, sicut puer est prior viro. Principium etiam hoc modo determinatum est simpliciter principium, & non casu vel voluntate determinatum: & in hoc eodem secundo modo dicimus prius secundum ordinem potestatis & dignitatis. Potestatem autem accipimus civilem potentiam ordinatam & statem ad limites iuris secundum continentiam populi secundum urbanitates: in talibus enim excedens potestate, qui maioris est auctoritatis, prius est: ut id quod est potentius secundum urbanitates. Tale verò potentius est, cuius imperium secundum prævoluntatem potentioris factum necesse est alterum quod illo posterius est sequi obediendo: & ideo in talibus non movente illo quod est potentius, non movetur inferiores, & ipso movente per imperium moventur: & principium ad quod referuntur prius & posterius in talibus est prævoluntas excellentioris. Eadem autem ratio est de prævoluntate tyranni. In hoc autem eodem adhuc secundo modo dicuntur alia priora secundum ordinem, & ea sunt quæcumque ad aliquod vnum determinatum in ordine illo differunt secundum rationem viciniore vel remotioris, sicut in neumatis cantuum parastata prius est quam circorata, & id neutra tricotata prius est neumatis quæ paramenita vocantur: sicut si apud nos dicamus, semitonium est prius tono, & ditono, & diatesseron, & diapente: eod quod est viciniore in ordine ad vniorem in omnibus musicis: hoc enim iniquum dicunt, & illam medium sonum dicunt, & vtrumque horum dicunt quodammodo primum: est enim medium primum diversimode incipientibus & potentibus primum. In secundo modo ergo ista dicuntur priora dictis modis quinque.

Alio verò modo & tertio dicitur prius quod cognitione est prius, & hoc est de his quæ simpliciter sunt prius, & non ad principium positum tantum. Horum autem quæ cognitione sunt prius, aliter dicuntur priora, quæ sunt secundum rationem siue intellectum priora: & aliter sunt priora, quæ secundum sensum sunt priora. Nam secundum rationem univocalia sunt priora: quia hæc sunt principia cognoscendi particularia. Secundum autem sensum singularia sunt priora: quia hæc prima sensibus occurrunt. Et iuxta hunc modum si diffinitio debeat totum aggregatum ex subiecto & accidente, accidens & diffinitio erit prior quam diffinitio totius ex subiecto & accidente: tota enim ratio subiecti simul & accidentis non est sine parte: & ideo partem oportet præcognoscere. Oportet autem ante accidens præcognoscere subiectum: quia musicum non contingit esse nisi existente aliquo musico: & ideo diffinitio subiecti secundum rationem est ante accidens, & diffinitio accidentis ante totum secundum viam rationis.

Amplius quarto modo priora dicuntur priora passiones subiectorum, sicut rectitudo prior est lenitate: rectitudo enim secundum se passio est linea, lenitas autem superficies: & constat quod linea est ante superficiem. Quædam ergo di his modis dicuntur priora & posteriora.

Q. 3. Alio



Alio quinto modo & differenti ab omnibus inductis modis dicuntur priora secundum naturam & hæc natura est primū subiectum in his in quibus est, & hæc sunt à quibus non conuertitur consequentia: sicut quæcumque contingit esse sine aliis saluata secundum suas essentias, & alia non contingit esse sine istis, sicut animal prius est speciebus animalis: & hac diuisione prioris & posterioris usus est Plato. Iste autem modus subdividitur: quoniam enim esse & ens multipliciter dicitur, tunc secundum primum modum essendi primum in omnibus subiectum est prius: & ideo substantia prius est in generibus entis: & quia etiam ens in potentiam & actum diuiditur, ideo iterum aliter dicitur prius potentia & actu sine potestate & perfectione. Nam quædam potestate sunt priora, sicut in his quæ generantur. Quædam autem priora sunt perfectione secundum ordinem, videlicet nature & substantiæ. Et hoc quidem modo potestate quidem prior est dimidietas toto: quia potentia est dimidium totum: quia dux medietates constituunt totum. Et hoc modo generaliter pars est prior suo toto: & hoc modo materia prior est quam substantia quæ est forma. Si autem perfectionis & nature hæc sunt posteriora, & totum & substantia sunt priora: & hoc probatur per hoc quod ea quæ secundum perfectionem sunt dissoluta modo quodam erunt & resoluuntur in illa, sicut totum in partes & perfectio in materiam.

Attendendum est autem, quod in omnibus dictis modis est aliquo modo prius & posterius secundum ordinem: & ideo prius & posterius secundum ordinem dictum quibusdam non videtur facere modum specialem. Sed hoc est error: quia in omnibus aliis modis aliquid aditur ordini quod facit prius & posterius: in priori autem & posteriori secundum ordinem nihil est nisi ipse ordo, qui facit prius & posterius, sicut priorem & posteriorem dicimus in ordine sedentium: omnia ergo prius & posterius dicta dicuntur secundum ea quæ dicta sunt: nam illud quod secundum generationem est prius, est illud quod contingit esse sine diuinitis quæ sunt partes eius. Hoc enim est à quo non conuertitur consequentia. Dico autem secundum generationem esse quod est secundum generationis intentionem & finem: quia generationis intentio est forma & finis: & in ordine formarum prius est à quo non conuertitur consequentia. Alia autem priora sunt secundum corruptionem, sicut pars prior est toto, potentia prior est perfectione: & hoc ideo est: quia corruptio est ad materiam & ad partem resolutionis perfecti & totius: & in talibus pars & potentia priora sunt. Dicantur autem priora secundum naturam, quæcumque sunt causa aliorum: sed de his in physicis satis dictum est. Quæcumque autem talia sunt priora & posteriora, dicantur secundum similitudinem alicuius induram, &c.

CAPVT XII.

Et est digressio declarans radicem ex qua sumitur diuersitas potentie.

Orum quæ sunt prius & posterius quædam sunt dicta secundum potentiam, sicut in fine capituli præcedentis dictum est. Ens autem iam in ante habitis per potentiam & actum diuisum est. Potentia autem omnis diuersitas prouenit ab eo quod est in potentia entis in potentia ens, & ab eo quod est ens in actu: quia potentia passiva est entis in potentia, & potentia actiua est entis in actu: & ideo subtiliter hæc inquiri oportet: quia sciemus vnde prouenit in veritate diuersitas modorum potentie. Fuerunt autem quidam dubitantes de ipsa diuisione entis in potentia & actu. Hæc enim si entis est, conuenit etiam partibus entis: est ergo homo portaria & actu, & similiter bos, & asinus, & quodlibet aliorum: & hoc verum non videtur: quia cum dico, bos est, vel omnis bos est, cum verbum essendi poterit esse vt actum qui egreditur ab ente, sicut lucere egreditur à luce, nec actus alicuius nature sic egredietur ab ea nisi quæ actu est cuius est suum esse sic diffundere, videtur quod ens in potentia non sit esse, eo quod esse suum non ita diffundit. Cum ergo dicitur, bos est, non videtur hoc bovi in potentia existenti posse conuenire. Huius autem signum est: quoniam si dicam, bos est in potentia, & inferam, ergo est, ponimus paralogismum secundum quid & simpliciter, quod non esset si in potentia ens esse rei vt actum daret: & si non daret actum talem, tunc sequitur ipsum non esse: quoniam sicut lux desinit non potest à proprio actu qui est lucere quando aliquid in se est, ita ens non potest desinit à proprio actu, qui est esse, quando aliquid de ente est: hic autem actus significatur per verbum quando dico, hoc est. Amplius nullo existente homine non potest dici, quod homo sit in actu. Similiter etiam dici non potest, quod homo sit in potentia si hoc suscipiamus, quod nihil est in potentia in aliquo nisi quod est in potentia propinqua ex qua vno motore videtur duci ad actum, sicut Aristoteli videtur dicere: & tamen multi sunt, qui nullo existente homine hanc dicunt esse veram, homo est homo: & quidam etiam concedunt hanc, homo est animal, & homo est substantia, & homo est ens: quia si homo est homo, homo est animal, & substantia, & ens: & tamen tunc videtur illud esse quod significatur per verbum non esse actus entis actu vel potentia. Amplius iuxta eundem intellectum quo conceditur hæc, homo est homo, nullo existente homine, videtur hæc esse concedenda, ens est ens, nullo existente ente: & tamen tunc non potest dici esse illius esse actus alicuius essentia secundum actum vel secundum potentiam dicti.

Sed ad omnia huiusmodi videtur dici secundum supra dicta, quod in veritate ens in potentia est potentia passiva, & ens in actu radix

CAPVT XIII.

De modis potentie & impotentie, & possibili & impossibili.

Potestas ergo dicitur vno modo & principali id quod in mouente est principium motus, aut in mutante principium mutationis in diuiso ab ipso mutato vel moto, aut diuersum secundum rem ipsam, aut in quantum mutans & mouens, quamuis forte secundum semetipsum sit idem ipsum. Huius autem exemplum est, sicut ars edificatoria principium est in edificante: quia est potestas mouendi & transmutandi edificatum diuersa ab edificato, & non existens in ipso: sed ars medicinalis quæ est potestas transmutandi in sanitatem, aliquando existit in eo qui sanatur, quando medicus curat seipsum: sed tamen tunc non est in eo in quantum sanarium est, sed potius in quantum sanans est. Huius est simile quod naturam dicimus esse potestatem mouendi vel transmutandi, & in eo est quod transmutatur, sed non est in eo in quantum transmutatur. Ergo totaliter siue vniuersaliter principium mutationis & in motus mouente dicitur potestas mouendi diuersum re, vel re idem. Sed tamen mouet & mutat in quantum diuersum est: tunc enim ab alio principio mutat, & ab alio principio mutat. Alia autem est potentia secundum materiam dicta, quæ est principium mutandi, hoc est, vt mutetur & moueatur à diuerso secundum subiectum, aut sicut idem mouens & motum, tamen mouetur à mouente diuerso in quantum sunt diuersa mouens & motum, sicut prædictum est: hæc enim est potentia secundum quam patiens patitur: & hæc potentia dicimus quandoque esse possibile, si aliquid est possibile: & dicimus quod ipsum quandoque patitur hac potentia. Quandoque autem quando dicimus aliquid habere huiusmodi potentiam patendi, non significamus omnem siue quamcumque passionem, sed illam qua patitur excellenter. Diximus enim in primo de celo & mundo, quod passiva potentia excellit, quando à minimo patitur: & quando patitur à maximo, non excellit nec dicitur tunc proprie passibile siue passiuum. Isti ergo sunt duo modi potentie principales.

Amplius iuxta primum modum potentie sumitur potentie modus tertius, quo dicimus aliquid habere principium bene perficendi aliquid, & non simpliciter perficendi: aut quando dicimus aliquid habere principium perficendi secundum prauoluntatem & electionem sicut vult & eligit: aliquando enim eos qui progrediuntur non autem bene progrediuntur, aut non progrediuntur, vt maluerunt: sed dicimus habere potentiam progrediendi in alligatis, aut in itinere, significantes quod potentiam quandam habent vt principium qui hoc optime possunt perficere. Sicut autem modum istam accipimus in agere secundum bene, ita modus accipitur iuxta modum potentie passivæ secundum bene & optime pati ab aliquo agente.

Amplius quartus modus potentie vel pote-

Ex quo proueniat naturalis potentia vel impotentia.

dix est potentia actiua: & si non sit ens in actu & ens in potentia, non erit aliqua distinctio modorum potentie: quia ens in potentia principium est potentie passivæ, & ens in actu principium est potentie actiue: & illa quæ dicitur naturalis potentia, sicut ad esse, sicut ad bene esse, prouenit ex victoria forme supra materiam. E contra autem opposita illi naturalis impotentia prouenit ex victoria materie supra formam, vel ex destitutione alicuius principij formalis. Et ideo quando diuiditur ens in potentiam & actum, est diuisio analogi, & ens in potentia dicitur quædam modum entis, & non simpliciter ens: ens autem in actu non dicitur modum entis, sed simpliciter ens: sicut etiam quando ens diuiditur in substantiam & accidens, substantia dicitur ens simpliciter, & accidens dicitur modum entis: & ideo est eadem determinatio entis simpliciter, quæ est determinatio substantie in actu existentis. In talibus ergo non oportet, quod omne diuisum de diuisidentibus simpliciter prædicetur, sed prædicatur sub determinatione modi quem importat: & ideo ens in potentia est ens quoddam, non ens simpliciter: & eadem ratio est de partibus entis, vt est bos in potentia, & bos in actu: & ideo cum dicitur, bos est, nullo addito, stat pro boue in actu existente propter esse quod vt actus importatur per verbum substantiuum ratione presentis temporis. Cum autem dicitur, homo est homo, alia ratio est secundum quosdam: quoniam esse actus dupliciter significatur, simpliciter videlicet, & vt nunc: & tempus præsens dupliciter, simpliciter quod re posita semper est præsens, & vt nunc præsens. Dicunt autem in hac homo est homo, significari esse vt actum simpliciter conueniatur tempus præsens, propter hoc conueniatur vt præsens simpliciter, quod est nunc stans in tali terminorum coherencia: & scilicet nulla sit inharmonia, tamen actum esse qui importatur per verbum esse actum entis in actu talis qualis dictum est: & hoc modo sequitur ad hominem animal, & omne illud quod est in ratione subiecti sicut actu pars esse vel totum esse ipsius secundum actum. Non autem simpliciter est de hac indicandum, ens est, nullo existente ente: quia nullo existente ente nullo est subiectum & nullum prædicatum, nec aliqua coherencia prædicati & subiecti, nec aliqua propositio, nec aliqua passio propositio-nis, sicut conuersio, vel opposito, vel aliquid tale: tales autem habitudines non tolluntur per hypotheseim aliam, qua ponitur nullus esse homo: & ideo relinquuntur illas propositiones esse propositiones & subiectum esse subiectum, & prædicatum esse prædicatum, & habitudinem esse inter subiectum & prædicatum, propter tale esse habitudinem remanet saluatum, vt dicunt. His autem sic prænotatis adhuc oportet scire, quod differt potestas à potentia in hoc: potestas est potentia stans sub complemento actualis habitus, & ideo actiua est potestas: potentia autem est interminata adhuc & incompleta, & ideo potest vocari materialis potentia vocatur.

Potestas & potentia differunt.

Tex. c. 17.

Primo celli. Tex. c. 16.

Solutio.

dix



statis est quicumque habitus tales sunt, siue naturales siue acquisiti, secundum quos aliqua efficiuntur impassibilia omnino, ut caelestia quæ sunt immutabilia: aut secundum quos aliqua efficiuntur non facile in peius mutabilia dicuntur potestates & potentia in talibus. Secundum quem modum potentia dicitur esse una species qualitatis naturalis potentia, & secundum priuationem siue contrarietatem eiusdem habitus dicitur naturalis impotentia: franguntur enim ea quæ franguntur & conteruntur & curuantur omnino siue vniuersaliter corrumpuntur ea quæ ista patiuntur, non per potentiam naturalem, sed potius per impotentiam & per defectum alicuius principij quod est de potentia naturali: & secundum istas potentias & impotentias determinata sunt ea quæ de potentis passionum in quarto meteororum dicta sunt à nobis. Impassibilia autem de numero talium existentia sunt, quæ per naturalem potentiam resistendi huiusmodi passionibus vix paulatimque patiuntur propter suam naturalem potentiam: & propter posse se aliquo modo habere contra ista. Hæc ergo dicta sunt de modis potentia & potestatis, &c.

## CAPVT XIV.

*De potestate agere, & potestate pati Rubrica.*

Dicta verò tot modis potestate, etiam possibile siue potens dicitur multis modis. Vno quidem modo dicitur possibile siue potens iuxta potentiam actiuam quam habet in se motus aut principium mutationis, quo mouere potest & mutare: id enim quod in se stabile est & immobile in actu, dicimus possibile siue potens in diuerso in quantum est diuersum mouendi & transformandi. Alio verò modo dicimus potens iuxta potentiam passiuam, si aliquid aliud ab eo quod potens esse dicimus, talem dabit potestatem qua ab alio mutetur secundum quod est aliud. Alio autem modo iuxta tertium modum potentia sumptum dicimus potens communitate sumptum, si habet principium quo permuetur facile in quolibet secundum potestatem suam, siue hoc sit in peius, siue sit in melius. Dico autem in peius: quia id quod est corruptibile quod habet potentiam mutandi in peius, videtur potens siue possibile esse corrumpi: quia aliter non corrumpetur. Et similiter incorruptibile quod habet potentiam non permuetur in peius, videtur non posse corrumpi ipse potentiam resistentem corruptioni. Et hic modus est etiam iuxta quartum modum potentia sumptum. Id autem quod sic facile permuetur, siue in peius, siue in melius, videtur nunc habere quandam dispositionem, & quandam causam. Et videtur habere talis facilitatis passionis principium. Et si ita est, ut videtur, tunc non irrationabiliter talis dispositio videtur potentia: attingere rationem: quia tunc radix illius potentia est dispositio formalis aliqua, quæ est principium: & sic fundatur in parte aliquo, & entitate alicuius forme: & sic

est in veritate in omnibus illis in quibus est facilis mutatio ad bonum & ad melius.

Sed si bene ista & subtiliter interius considerentur ea quæ sic sunt facile mutabilia, videtur aliquando esse mutabilia per habere aliquid: & hoc est per habere aliquam formam subiectam ad talem mutabilitatem disponentem, sicut dictum: est aliquando autem non per habere aliquid sunt talia, sed potius per hoc quod priuantur tali esse quod conseruabat & præseruabat à mutabilitate: & tunc taliter possibile siue potens proprie est impotens, & sua potentia est impotentia: eò quod sua possibilitas non fundatur in ente, sed in priuatione principij conseruantis. Si autem dicitur ens potens per habere priuationem talis principij, illud posse est æquiuocum ad aliud posse quod fundatur in dispositione vel in forma aliqua: & tale posse est cum dicitur iste posse mori, vel posse claudicare, vel posse male facere, vel posse deficere & huiusmodi: talem enim habere priuationem est quoddam principium quo potens est possibile. Si tamen concedatur, quod contingat habere priuationem, eò quod licet priuatio nihil sit per se, non tamen est reducibile in simpliciter nihil.

Alio autem modo dicitur aliquid isto modo potens in hoc, quod non habet suam potestatem præseruantem ab huiusmodi passione. Et hoc iam non per priuationem dicitur, sed per negationem non habendo suam potestatem aut corruptionem potestatum suarum non habendo principium transmutationis in alio, non in re, sed in quantum aliud est, sicut ea quæ licet habeant in se materialia debilia, tamen in altera parte ex parte formalium habent potestates actiuas, quæ vincunt & continent impotentias materialium principiorum: sed quando illa deficiunt, tunc non restat nisi deficere.

Amplius autem ea omnia quæ dicta sunt, dicuntur potentia, ita quod aut dicuntur siue potentia fieri ex solo hoc quod sic fuerit simpliciter, aut non fuerit, aut ex hoc quod potentia sunt bene fieri, aut non bene fieri. Quod enim aliqua dicuntur potentia in hoc quod bene fieri possunt vel non, probatur ex hoc quod quædam inanimata in se talem habent ad bene potestatem, ut in organis musicis. Dicunt enim musici quandam lyram sonare non posse, quando non potest bene. Et aliam dicunt posse sonare, quando bene potest perficere sonum. Impotentia enim, sicut diximus, priuatio est potentia: & est ipsa impotentia talis principij sablatio, qualis prius dicta est. Sablatio autem principij est tripliciter: aut enim omnino auferitur, sicut arborem dicimus infantem: aut auferitur in apto nato habere, sicut dicimus hominem mutum infantem: aut quando auferitur ab eo quod iam aptum natum est habere, sicut dicimus in triennem infantem, non enim secundum unam similitudinem & rationem dicuntur impotentes generare puer qui nondum aptus natus est habere generatiuam, & vir qui iam aptus natus est habere, & eunuchus à quo omnino generandi potestas est ablata.

## CAPVT

## CAPVT XV.

*De modis impotentia & quæ modus principia potentia.*

Amplius autem quia si unum oppositorum est multiplex, & reliquum, oportet quod secundum unumquodque modum potentia sit oppositus modus impotentia, tam in ea potentia quæ est respectu mobilis solum secundum se, quoniam in ea quæ accipitur in bene mobili. Et hæc opposita proprie dicuntur impotentia. Quidam tamen dicunt ea impossibilia, sed impossibilia dicuntur dupliciter: quædam enim dicuntur impossibilia secundum eam impotentiam quæ nunc dicta est: alia verò alio modo dicuntur impossibilia: sicut enim multipliciter dicitur possibile, ita & per oppositum multipliciter impossibile dicitur. Impossibile namque in disciplinis dicitur, cuius contrarium ex necessitate est verum, sicut est impossibile diametrum commensurabilem esse: ergo diametrum commensurabilem esse non solum est falsum, sed etiam ex necessitate falsum. Dico autem necessarium & impossibile esse contraria: quia si ista inferantur ad res ipsas, necessarium quidem semper & vbiq; est: impossibile autem nusquam & nunquam est: idem necessarium non est potens siue possibile, illa potentia de qua dicimus, nec impossibile oppositum necessarium dicitur per priuationem illius, quæ nunc dicta est potentia: impotenti autem siue impossibili de qua hic loquimur, est contrarium illud potens siue possibile, quando contrarium suum non est necessarium falsum esse, sicut sedentem hominem dicimus possibile esse sedere: quia sedere hominem non est ex necessitate falsum: & tale impossibile & impotens siue impossibile in rebus physicis mobilibus. Possibile ergo siue potens uno quidem modo, sicut dictum est, dicitur illud quod quidem non significat falsum, sed verum non ex necessitate. Alio autem modo dicitur possibile, quod est quidem falsum, sed non ex necessitate falsum, sed verum non ex necessitate. Tertio verò modo dicitur quod est contingens verum, Et hoc est quod se habet ad verum & falsum: sed potentia quæ est in geometria secundum quam necessarium est possibile, non potest dici principium transmutationis aliquo modo. Et ideo talis possibilis potentia dicitur secundum metaphoram, & non secundum analogiam aliquam ad veram potentiam. Et ideo etiam talia non dicuntur possibilia secundum potentiam prædeterminatam. Quæ autem verè & proprie dicuntur aliquo modo secundum potentiam, omnia dicuntur aliquo modo à primo modo dicta, quæ est una principia & primo modo dicta, & illa est principium mutationis in alio subiecto & loco, aut si est in eodem, est tamen in ipso secundum quod est aliud. Quædam namque dicuntur possibilia ab huiusmodi potentia. Et quædam horum dicuntur potentia in habendo talem potentiam patiendi in habendo aliquid aliud à sua substantia in qua radicatur huius-

modi potentia. Quædam verò potentia pati dicuntur in non habendo aliquid, sicut prius dictum est. Quædam etiam potentia dicuntur in eo quod sit habent in bene vel male pati. Similiter autem ad dictam potentiam per analogiam dicuntur impotentia siue impossibilia. Erat ergo propria definitio potentia ea quæ est primo dicta potentia definitio. Hæc autem est, quod potentia est principium permutationis in alio secundum quod est aliud.

## CAPVT XVI.

*Et est digressio declarans differentias potestatum secundum posteriores Peripateticos, &c.*

Posteriores autem Peripatetici quædam addiderunt in consideratione potentia & potestatis & impotentia. Dicunt enim nomen potestatis esse nomen proprie valoris animalium virtutum, ex quibus sine impedimento operationes sunt animales, quæ motus animales vocantur, cuius summum augmentum vocatur virtus, & decrementum vocatur debilitas vel impotentia: & iste est vnus modus potestatis, ut dicunt Auicenna & Algazel. Secundus autem modus est, quod potestas dicitur, ex qua aliquid facile agit difficulta & difficulta patitur. Si enim facile pateretur, & traheretur ab operatione difficultum sensu laborum & dolore. Iuxta autem hunc modum dicitur potestas, ex qua non est pati facile, licet non sit alicuius actionis principium: præcipue tamen potestatis nomen conuenit his quæ nullo modo patiuntur. Dicunt etiam fortitudinem moralem quandam esse potestatem: eò quod facit intrepidum & impassibilem circa aggressionem magnorum propter bonum. His ergo modis potestas dicitur in habentibus appetitum, & voluntatem. Vltimus autem dicitur potestas principium transmutationis aliud siue variationis, sicut dictum est in præhabitis, in quantum est aliud: quoniam si homo calefacit se per motum vel aliquid aliud, est ipse quasi duo, vnus mouens, & alterum motum: & sic est de sanante seipsum, quia principium motus est in anima, & sanitas inducta est in corpore. Minus autem proprie dicitur vocatur potentia aliquid, quod non est perfectio ad hæc agenda, sed dispositio suscipiendi ista. Et hæc est potentia ut transformetur aliquid, & hæc est potentia passiva. Transumptiuè etiam dicitur potestas in geometricis, secundum quod dicimus, quod linea potest in quadratum vel exagonum, & præcipue quando imaginamur motum lineæ in seipsam facere quadratum vel aliquam aliam figuram. His ergo modis dicitur potentia. Secundum autem inducta dubitatur de morali fortitudine, utrum ipsa sit potentia? Et eadem est dubitatio de potestate qualibet quæ est ratio: hæc enim est principium actionis qua quis agit quando vult, & non agit quando non vult. Et sic videtur, quod idem sit principium agendi & non agendi: quod non est rationabile: quia principium non agendi, non habet rationem potestatis. Adhuc autem dicitur.



dicatur, quod in omnibus potestatibus animæ sic est, quod sint libere ad agendum, & non agendum, & ad hoc & ad illud agendum, nec est in eis aliquis habitus vel principium quod sit unius tantum & non alterius & oppositi illius: unde in omnibus illis principis agendi expectatur electio. Ipsum autem principium siue potestas non est nisi agendi principium, & est perpetuum illius actionis principium, sed non agit nisi electione & appetitu accidentibus propter libertatem. Similiter autem est in potestatibus aliis aliquando quæ non agunt nisi cum natura: & tunc oportet ut in talibus principis & potestatibus natura expectetur. Huius autem exemplum est in effectu & potestate stellarum & medicinarum acceptarum. Et hoc est simile ei quod in potestatibus animæ præcipue rationalis expectatur electio, sicut & potestates quædam sunt & principia agendi consilia, in quibus tamen non sequitur actio nisi concomitetur voluntas accipientis consilium. Sunt in potestatibus nature quædam potestates quorundam, quæ non agunt nisi per media, sicut est potestas spermatæ ad vinum producendum. Et tales actiones non proveniunt ab huiusmodi principis statim, sed per media.

Amplius autem sunt potestates diuersæ, quarum quædam proveniunt ex natura, quædam autem ex artificio, quædam vero ex consuetudine, & quædam casu. Sed potestas ex artificio est ars quæ provenit usu, & experimento indiget & tempore. Vnum autem voco motum instrumentorum: & forma proveniens in anima, est potestas quæ vocatur ars. Ex consuetudine autem in actibus voluntatis provenit forma consuetudinis, quæ est potestas agendi tales actiones, quales sunt illæ quæ videntur in opere, & sunt absque instrumenti ratione, vel concupiscentia, vel irascencia elicitæ. De potestatibus autem naturalibus iam dictum est. Cum autem iam scitur differentia potestatis, de facti scitur differentia potentis siue possibilis, cuiusdam omnem potestatem.

Fuerunt autem quidam asserentes in nullo potestatem præcedere actum, sed in omnibus contra. Sed secundum hoc sequitur, quod illi non possunt videre sæpius vna die, & qui non potest videre quando vult, cæcus est. Igitur sunt isti fatui & cæci. Attende ergo, quod potentia præcedit actum: & ideo omnis potentia ad aliquid relinquit subiectum in quo potentia radicatur, & ex quo pendet inceptio eius quod est in potentia. Hoc autem fit altero duorum modorum: aut enim subiectum potentie est ens in se completum per dispositiones aduenientes causans id quod est in potentia educatum ad effectum, & sic accidens est in potentia subiecti: aut subiectum potentie est ens incompletum transmutatione sui educatum ad effectum, & hoc vocatur proprie possibile. Et hoc est duobus modis: aut enim est ex subiecto, vel cum subiecto incipiens id quod possibile esse dicitur. Primo quidem modo licet omnis forma corporea. Secundo autem modo sicut inceptio animæ rationalis, sicut in scientia de generatione animæ determinauimus. His ergo tribus modis dicitur possibile accidens & generatum corpus & inceptio animæ cum educatur de pot-

stibili ad effectum.

In omnibus autem istis est attendendum, quod omne corpus a quo provenit actio aliqua non per violentiam neque per casum, habet in se potentiam naturalem qua agit illam actionem. Et hæc quidem actio, si ei conveniret in quantum est corpus, sequeretur quod omni corpori conveniret. Et hoc est falsum. Convenit ergo ei in quantum est hoc corpus: non autem est hoc corpus nisi per formam naturalem: naturalis ergo forma est principium & causa omnium huiusmodi potestatum.

Vterius autem advertendum est hic, quod hanc potestatem aut habet a se semper, aut acquirit eam per generationem. Et si quidem semper habet, tunc est ex immutabilibus & necessariis, quorum potestates sunt tales ex quibus semper suæ proveniunt actiones. Si autem est non semper habens eam, tunc oportet, quod acquirat eam: & tunc aut acquirit a seipso, aut ab alio quod separatum est ab ipso: & constat, quod non acquirit a seipso: quia tunc semper acquireret. Si autem acquirat ab eo quod separatum est ab ipso, cum illud separatum non largiatur ipsi formam nisi per hoc quod istud aliquo modo recipiendi se habet ad illud quo se non habet ad ipsum aliquid aliud: quia aliter generans non daret illi formam plus quam alij, sequitur necessario, quod istud sit in potentia recipiendi ad illud: aliter enim aut violenter reciperet, aut casu. Casu autem non recipit: quia ea quæ casu sunt, rara sunt. Istud autem est de his quæ sunt frequenter. Violentia autem non fit: quia hoc fit per accidens, & non est semper neque frequenter. Oportet ergo, quod id quod est in potentia, sit inclinatum ad ipsum per aliquam similitudinem quam habet ad id quod dat formam. Ipsa autem inclinatio aut est res in se completa, aut non. Si est in se completa, tunc est substantia in se existens. Substantia autem absolutam habet esse & non esse comparationis. Iam autem diximus, quod esse istius potentie est esse, non absolutum, sed comparatum ad actum. Oportet ergo, quod sit in alio quodam. Habemus igitur, quod id in quo est, substantia quædam est: & hoc vocatur materia: id ipsum autem quod comparatum habet esse, inchoatio quædam formæ est: quæ est in materia. Et si hoc determinare velimus qualiter materia est in potentia ad formam, non possumus ita determinare, quod dicamus, quod per hoc in potentia est, quia aliquid habet super eam: quia per hoc non cognoscitur esse in potentia ad hoc: imo potentia eius per hoc efficiatur magis ignota quam prius fuit: quia cum dicitur hoc esse in potentia illud, ad minus aliquem intellectum habet potentia ex his ad quæ comparatur. Cum autem dicitur aliquid posse super eam, ex hoc nil intelligitur de potentia materiali: quia siue possit violenter, siue casu, semper potest super ipsum de quo dicimus quod potest super ipsum. Relinquitur igitur, quod ex hoc determinatur potentia, quod est comparatio materie ad actum, sicut comparatur etiam imperfectum desiderans perfici per hoc quod aliquo modo inchoata est in eo perfectio. Et per hoc possibile est fieri hoc & non aliud. Si enim impossibile esset, nunquam fieret. Agentia

ria ergo prima largientia formas, possunt semper sine impedimento: possibilia autem secundum suas habitudines recipiunt formas & sunt agentia frequenter: agere autem semper si non occurreret impedimentum ex parte materie recipientis: quia id quod est frequenter, est semper aliquo modo impeditum. Sic ergo scitur qualiter forma naturalis principium est omnium

potestatum materialium, & qualiter in omni generato quod incipit esse, oportet esse materiam in qua radicatur potentia eius, quia possibile est esse, & quod perpetuum non habet huiusmodi potentiam, & impossibile similiter. Hæc ergo de potentia & possibili dicta sunt a nobis.

## TRACTATUS III.

### DE GENERIBUS ACCIDENTIVM.

#### CAPVT I.

##### De modis & natura quanti & quantitatis.

Tex. c. 12



QUONIAM de generibus accidentium loquimur primo de quantitate, non quidem prout est mensura corporeæ substantiæ, prout determinatum est de ipsa in predicamentis: quia sic diffiniri non potest: eo quod non est unius rationis mensura discretorum & continuorum, nec entis & esse, quæ mensurant locum & tempus: neque etiam numeri & orationis, quorum vtrum permanentiam in partibus habet, & non aliud: sed loquimur hic de quantitate prout pendet ex ente, & ponemus modos eius qui sunt entitatis modi speciales. Propter quod etiam locus cum non dicat aliam entitatis modum specialem a superficie vel spatio, non dicemus hic locum esse specialem in modum entis, cum tamen locus dicat specialem modum mensuræ: sicut in predicamentis determinauimus. Oratio etiam quæ est discreta quantitas, quantitatem esse accipit a mensura motus & temporis: & ideo potius dicit mensurari vel mensuræ modum, quam entis: propter quod etiam de ipsa hic non curamus. Accipientes ergo modos quantitatum, secundum quod ex ente pendent, diffinimus quantitates dicentes, quod quantum dicitur id quod est diuisibile in talibus diuisibilitatibus quæ insunt ei per essentiam: & quorum uterque si fiat diuisio in duo media, aut quorum singulum si diuisio fiat in plura, est vnum quid quantum in seipso quando actu diuisum est a toto: & hoc vnum est aptum natum esse saluum in se, sicut & totum: quia in talibus ratio perfecta vniuersiuiusque manet in partibus sicut in toto: & non est in quanto sicut in substantia: præcipue naturali: quia in illa diuisa pars a toto amittit rationem entitatis quam prius habuit. Caro enim non est caro si abscinditur, neque manus est manus: sed si continuum diuiditur in aliquot partes, qualibet habent entitatem

& unitatem continuitatis sicut & totum. Et si numerus diuiditur in unitates, qualibet est unitas, & in diuisione sua habet entitatem. Hæc ergo est diffinitio quanti propria: quia fit per ea quæ essentialiter sunt in quanto: & quantum secundum quod entitatem sua consistit, non referatur ad alteram sicut mensura, sed per intrinsecam sua determinatur, prout absolute quantum est in seipso. Pluralitas ergo est quoddam quantum numerale, hoc est, diuisibile in unitates: quia numerus Latine componitur a numero, & a Græca dictione quæ est numer, quod Latine sonat diuisionem. Diuisio enim, sicut supra diximus, est causa numeri: & dicitur numerus intus diuisionis: quia ubi est numerus, ibi est intus mentis ad diuisionem concipiendo aggregatiuam diuisionis facta: & ibi est numerus: & huic accidit, quod sit mensura eius quod est mensurabile. Dicitur autem pluralitas proprie per naturam suæ entitatis, quod quidem secundum naturam totius accipitur, solum est potestate diuisibile in ea quæ non sunt continua, sed potius indiuisibiles sunt unitates: quia numeri propria diuisio est in unitates ex quibus coacturatur. Continui autem diuisio est in duo media, & iterum in duo, & sic in infinitum, sicut dictum est in de celo & mundo. Mensura vero corporeæ substantiæ qua mensuratur, quædam quidem quæ est continua in terminum vnum copulata est mensura continuata longitudine: longitudo enim est prima diuisio: aliqua vero mensura est continuata in duo, & est continuata latitudine ad terminum longitudinis: quia licet superficies nulla inter duas lineas continetur, sicut in primo nostre geometriæ ostendimus, tamen superficies reuera est, quod in duo siue in duos terminos copulatur: secundum latitudinem quidem copulatur ad longitudinem, secundum longitudinem vero ad punctum habet copulationem. Alia vero mensura siue quantitas in tria copulata diuisibilis est propria diuisione secundum profunditatem. Linea ergo longitudine, superficies autem quod latitudine proprie, & corpus profunditate. Horum autem quantum pluralitas quidem nostra numerus est: & quia infinitum cum non sit, non est numerus, sed longitudo finita est linea, & latitudo



& latitudo est superficies, & profunditas est corpus. Diximus tamen, quod nisi quantitas infinita esse supponatur, non cadit propter hoc à ratione quantitatis, sicut sæpe quantum infinitum ponit mathematicus. Sed nos hic non loquimur, nisi de modis entitatis quanti: nullus autem modus entis est infinitus: isti ergo sunt modi & species per se quantorum & quantitatis.

Amplius alia dicuntur secundum se quanta, alia vero secundum accidens, sicut linea quantum quidem est secundum se. Ea autem quæ secundum accidens sunt quanta, dupliciter sunt quanta: quoniam quædam accidunt quanto in eo quod quantum est, ita quod non substat eis nisi in parte qua quantum est subiectum, sicut album; & calidum, & graue, & huiusmodi: & hoc mensuratur mensura subiecti: unde quanta est superficies, tantum dicimus esse album. Quædam autem accidunt quanto, non in ea parte qua quantum est, sed in ea parte qua simplex & impartibilis est, sicut musicum dicimus esse quantum. Et hoc non mensuratur mensura subiecti. Non enim possumus dicere, quod tanta est musica, quanta est quantitatis hominis musici. Quædam autem quæ secundum se sunt quanta, alia dicuntur secundum se quanta secundum suam substantiam & quidditatem: quia quantitas est in ratione eorum distinctiua, sicut linea & huiusmodi: in ratione enim talium distinctiua quæ dicit quid, existit quantum quid & quæ sunt & quanta & quantitates. Alia autem secundum se quanta sunt propria passionis & habitus sive proprietates talium quantum, quæ secundum suam substantiam rationem quanta existunt: hæc enim sunt secundum se quanta, eo quod subiectum eorum est in ratione distinctiua ipsorum, sicut multum & paruum circa numerum, & productum sive longum & breue circa lineam, & latum & strictum circa superficiem, & profundum & humile circa corpus. Quia autem quantitas est subiectum motus secundum differentias, sicut quæ dicunt distantiam quantitatis, & graue & leue determinantia sunt huiusmodi mobile, idem etiam graue & leue sunt passionis eius. Et præcipue propter hoc quod penes graue & leue sit diuisio motus, sicut in scientia libri physicorum diximus: hæc enim addita & diminuta faciunt velox & tardum, quæ diuidunt tempus & magnitudinem: tamen hæc non sunt ad eam primæ passionis quanti sicut ea quæ prædiximus. Hæc ergo & huiusmodi secundum duos modos dicendi per se secundum se dicuntur quanta. Sunt autem præter ea quæ dicta sunt magnum & paruum, & maius & minus relatiue aduicem dicta quædam quanti passiones: quia licet hæc imponantur nomina à quibusdam qualitatibus circa quantitates dictas, tamen id cui imponuntur, quantum est quanto comparatum: & idem per rationem qualitatis quam circa quantitatem dicunt, transferuntur etiam ad alia nomina entis in alio genere quam quantitatis: dicunt enim qualitates quædam, vel relationes.

Earum vero quantitatum quæ secundum accidens dicuntur, alie quædam sic dicuntur, sicut dictum est: quia videlicet musicum quantum est & album per hoc quod subiectum est

quantum, cui hæc accidunt & insunt. Differunt tamen sicut paulo antè dictum est. Alia vero dicuntur quanta: quia accidunt quanto in quantum referuntur ad quantum numerando aliquo modo partes illius quanti, & non secundum se, sicut motus & tempus: hæc enim dicuntur quanta quædam, & sunt continuæ quantitates, idem quia illa quorum sunt, non sicut subiecti primi, sunt passiones diuisibiles, & acceptæ sicut continue vnum post alterum fluens vel vnum ex altero fluens. Hoc autem quantum diuisibile dico non ipsum motum quod mouetur & fertur, sed potius per esse quantum diuisibile ipsum factum quo motum, sive in quo sicut in spatio motum est. Nam per hoc quod spatium illud quantum est, etiam est motus quantum. Tempus vero est quantum in hoc quod est passio motus secundum quod motus quantum est. Hoc autem planum est videre: quia motus est in eo quod fertur sicut in subiecto: sed ab illo subiecto absolute non habet quanti esse, nec inest ei absolute considerato, sed inest ei motus in quantum ipsum continue accipit in spatio ante & post ab antè in post procedendo. Et idem licet vnum sit id quod fertur in toto spatio, tamen non accipit vnum esse tantum in spatio, sed potius accipit continue æquale sibi antè & post, donec pertranseat totum spatium: & sic motus esse est diuisum potentia in eis quorum quodlibet est vnum quid. Est ergo quantum & habet esse quantitatis per accidens: eo quod non est passio sui subiecti per se, sed potius in eo quod dicto modo accipit spatium. Tempus autem est quantum per hoc quod accidit huic quanto per accidens.

Si autem ista ut mensuræ considerentur relatiue ad aliquid quod numerant adiacentia sibi, non habebit motus rationem quanti quod sit quantitas: quia natura motus non est per hoc natura motus, quod mensuratur spatio vel tempore, sed potius per hoc quod est vel ubi fluens vel quale vel quantum fluens, accipiendo ubi post ubi, vel quale post quale, vel quantum post quantum. Et idem etiam motus non est in genere vno aliquo per hanc modum acceptus. Tempus vero licet referatur ad motum qui est per accidens quantum, non referatur ad ipsum prout habet aliam naturam quæ ponitur in genere, sed referatur ad ipsum per esse motus, quod habet, & referatur ad ipsum ut numerus ipsius: & idem non habet nisi esse mensuræ: propter quod non est nisi de genere quantitatis. Locus etiam prout accipitur in ratione mensuræ per esse mensuræ differt ab omnibus alijs mensuris: quia locus est mensuræ existens in quantum est stans in loco: & est alia copulatio loci & locati ad vnum commune terminum in quantum spatium sive distantia vna est loci & locati: quæ sit copulatio lineæ vel superficiæ vel corporis alia quam temporis. Et idem locus secundum hoc esse acceptus, rationem habet specialis quantitatis: secundum autem quod pendet ex entitate quam habet, nihil habet additum superficiæ vel corpori. Et idem hic non ponimus locum inter modos quantitatis.

Est autem dubitatio satis rationabilis de ipso angulo, vtrum ipse sit specialis modus quanti & quantitatis. Obiciunt enim quidam dicen-

*An angulus sit specialis modus quantitatis.*

tes angulum esse specialem modum quantitatis. Constat autem angulum non esse quantum ad modum lineæ: eo quod est inter duas lineas angulus contentus: alterius enim contactus duarum linearum expansarum supra superficiem & applicatio non directæ est angulus: igitur motum lineæ in quantitate non habet. Similiter autem non habet modum superficiæ: quia omnis superficies secundum latum diuiditur: angulus autem secundum latum diuidi non potest, sed secundum longitudinem solum: aliter enim non esset contactus indiuisibilis duarum linearum. Et iterum non sit corpus, hoc patet: quia non habet profundum: quia inter duas tantum lineas nulla potest esse profunditas. Amplius quæcumque est species continuæ quantitatis, duplicata manet in eadem specie quantitatis. Et modo angulus autem aliquis est, qui duplicatus non manet in eadem specie quantitatis. Et modo sicut angulus rectus, qui si duplicetur, nullus manet linearum indirecte applicatarum contactus. Angulus ergo videtur esse specialis modus quantitatis: non enim potest dici non esse quantum quoddam, cui contingit magis & minus esse secundum quantitatem, & finitum esse secundum quantitatem, & præcipue quod constituitur ex mensuris quantitatum: angulus autem est, cui omnia dicta conueniunt.

*Solutio prædictorum.*

Hæc autem & similia solare non est difficile: dicemus enim angulum non esse specialem modum quanti vel quantitatis: sed potius angulus dicit qualitatem circa quantitatem quandam: unde figuratiua quantitatis conuenit angulus. Et idem sicut terminatum esse est qualitas circa quantitatem dicta, ita angularum esse & ipse angulus. Angulus enim est passio quanti continui finiti lineæ: sive illud superficiæ, sive corpus sit. Et idem in aliquo sequitur lineam, in aliquo sequitur superficiem: in quantum enim puncto terminatur sicut linea, sequitur ipsum latitudine non diuidi, sed longitudine: in quantum autem est terminus superficiæ planæ, sequitur ipsum duabus lineis contineri. Et quod angulus duplicatus rectus non fuit angulus, hoc accidit ex esse anguli recti: quia est medium diametri: dum enim supra quamlibet descriptam lineam finitam liceat circunduci circinum, si linea perpendiculariter super lineam ducatur, & in centro contactus pes circini immobilis ponatur, & ad quantitatem vnius partis lineæ circulus circumscribatur, angulus rectus est, cui subrenditur quarta pars circuli. Et si duplicetur, subrenditur circuli medietas. Et idem non remanet aliquid tunc præter diametrum circuli, nullo existente angulo in centro circuli. Idem autem accidit, si quocumque modo linea ducatur in continuum, & angulus rectus duplicetur super eam: cessante autem angulo & sublaro, remanet tamen continuum. Nos autem diximus angulum accidere continuo terminato. Tamen propter huiusmodi rationes quidam dixerunt angulum esse medium inter superficiem & lineam: sed secundum proprietatem istius sapientie dicendum est modo prædicto: quia non ponit entitatem aliquam quanti aliam ab inductis. Sed potius sicut si intelligatur punctum terminans à linea tolli in vna parte & remanere esse lineæ, remanet linea infinita, ita cum angulus

sit terminus continui expansi, si tolli intelligatur per duplicationem recti anguli, remanet continuum expansum infinitum. Nos autem supra ostendimus, quod non est de esse superficiæ in quantum superficies est, quod terminetur linea vel lineis: sicut nec de esse corporis in quantum corpus est, quod terminetur superficie vel superficiebus. Hæc ergo de modis quanti & quantitatis dicta sunt à nobis: hic enim aliter habent doctrinam quam in categoriis.

## CAPUT II.

*Et est digressio declarans esse & naturam quantitatis, &c.*

Oportet autem nos hic adhuc declarare, quod omnes prædicti modi quantum accidentis habent entitatem & non substantiam. Aliter enim non satisfacimus de his secundum istius primæ philosophiæ proprietatem: nec satis erit certum mathematico suum subiectum, nisi ostendamus, quod non nisi accidentis habere esse & rationem: hoc autem si præducta ad memoriam reuocentur, facile erit nobis. Diximus enim, quod substantia quæ corpus est, constituitur ex materia & forma corporeitatis tali, quæ suscipit omni modo mensuram trium diametrorum. Et in hac forma nullum corpus differt ab alio corpore, nec est magis vnum corpus quam aliud. Et ex hoc patet, quod mensura dimensionum actualium secundum quam comparantur aduicem secundum maius & minus & æquale, est mensura: & quantitas suscepta ab huius substantia secundum hoc quod susceptibilitas per actum forme substantialis est in ea: igitur quantitas quæ mensura est in esse composito & non materia simplici. Adhuc hoc habitum est supra, quod forma corporeitatis substantialis non relinquat vquam materiam, & est in ipsa ante omnem motum & mutationem, non pendens nisi ex principiis substantiæ simplicibus. Istæ autem dimensiones quibus corpus comparatur ad corpus secundum maius & minus & æquale, vno corpore manente secundum substantiam, insunt & non insunt, sicut patet in cera extensa & contracta, & nube contracta & dilata, & generaliter in rarefactis & condensatis: igitur ista insunt ex prima ratione, & non sicut quædam pars, cum consequatur esse compositi: & ex secunda ratione insunt & insunt eidem saluato secundum esse subiecti. Oportet igitur, quod ista sint accidentia, & esse ipsorum est esse accidentis.

Hic tamen Plato non dicit & plures Stoicorum. Attendit igitur, quod quia quantitatum mensuræ non insunt subiecto determinato secundum aliquam formam specialem, sed secundum ipsam formam corporeitatis primam, idem in distinctiua ratione quantitatum disciplinabili non intreat subiectum sensibilis materie, nec concipiunt illud secundum subiectum intellectuale sine intelligibili materie soluta: nec est dicendum, quod concipiunt materiam imaginabilem. Ipsi enim disciplinales quantitates sunt imaginata quædam subiectum actuali.

*Nata quæ sit subiecta.*



quod ma-  
thematica  
in sua ra-  
tione diffi-  
nitiva con-  
cipitur.

tem quod in sua ratione diffinitiva concipiant, non est imaginatum, sed in intellectu conceptum per prima principia substantiæ corporeæ solum. Et hoc est valde notandum in tota ista philosophia. Ex hoc autem quod illud subiectum nullam habet differentiam ex imaginatis circa spem & sensibus, contingit quod dimensiones disciplinæ omnes vnius sunt rationis in omni materia. Quod esse nequaquam posset, si subiectam imaginatum vel sensatum conciperet: quia per imaginata & sensata differunt corpora, & sub talibus differentiis cadent in diffinitione disciplinabilium, oporteret ipsa æquiuocari quando vnum esset nomen & ratio substantiæ diuersa: subiectum enim per se & secundum ipsum cadit in passionis diffinitione. Amplius aduertendum est, quod totum oppositum eius quod dixit Plato, est de his diffinitionibus secundum utilitatem Peripateticorum: quia Plato dicit, quod punctus constituit lineam, & linea superficiem, & superficies corpus constituit. Et ideo punctum maxime dicebat esse substantiam, & lineam post hoc, & deinde superficiem, & minime corpus, sicut in præhabitis sepius dictum est. Est autem totum contrarium huius esse constructur, consideretur: superficies autem non habet menturari in duo, nisi secundum quod est terminus corporis: & nisi corpus menturaretur per tres diametros, non menturaretur superficies secundum duas. Hoc autem sic probatur: omne illud cuius perfectio est mensurari per tres diametros quocumque modo ad certum angulum dispositos, perfectius est secundum rationem mensurari, quam illud quod mensuratur secundum duas: quod autem imperfectius est, secundum esse dependet à perfectione, præcipue quia secundum esse mensuratum non dependet à mensura, sed potius è conuerso. Mensurat autem omnis mensura secundum id quod est finis, sicut patet in vnitare quæ est mensura numeri. Cum igitur iam probatum sit, quod quantitas omnis est accidens, & istud sit accidens quod est substantiæ terminus & finis, constat quod causatur à subiecto: igitur quod proximus est subiecto, est prius: est autem terminus corporalis proximus subiecto quod est mensura per se: ista igitur est mensura prima: nec superficies habet mensurari in duas dimensiones, nisi in quantum est terminus huius corporis, & non secundum se: nec corpus habet hoc à superficie, sed è conuerso: & adhuc linea habet mensurari in vnam dimensionem in quantum est terminus superficiæ, & punctus esse habet indiuisibilis in quantum est terminus lineæ: & hoc totum conuersum est eius quod dicit Plato.

Quod autem quidam dicunt de motu puncti, quod motu suo constituit lineam, & linea motu suo superficiem, quando non mouetur ad punctum sed ad longitudinem totam simul in continuam, & quando superficies mouetur in profundum, constituit corpus, penitus est fatuolum: quia punctus non mouetur. Et similiter nec linea, nec superficies, neque corpus mathematicam, sicut bene ostensum est in præhabitis. Talia enim diuina sunt secundum imaginationem solum, & non secundum rei naturam. Est ta-

men non prætereundum, quod in omnibus accidentibus est accipere quid accidentis secundum principia sui generis. Si enim bicubitali magnitudine posita dixerit quis, quod propositum est, quantum esse, quid est dicit: & secundum hunc modum natura cuiuscunque rei procedit ex primis finibus essentialibus ipsius & terminis. Et necesse est, quod omnis quidditas nature vniuersalisque perueniat ad vnum indiuisibile ex quo causatur. Et illud est primum indiuisibile illius generis: & hoc modo cum punctus sit substantia posita hoc modo quo indiuisibile ens in continuo referat ad potentiam, principium longitudinis est punctus. Diuiditur enim in puncto, & terminatur in punctis: nec diuideretur in puncto, nisi punctum potentia esset in ipsa. Tamen hoc modo non continuatur linea ex punctis: quia hoc est impossibile: & ideo essentia & substantia potentialis linea est punctus: forma autem continuatio, quæ forma prouenit ex processu puncti per continuum, sicut nunc transiens facit tempus, præter hoc solum quod tempus non permanet. Et ideo dicitur fluxus puncti facit lineam, sicut fluxus forme in materiam & diffusio facit esse. Et ideo facit formale esse temporis à fluxu ipsius nunc, & substantia est nunc ipsum. Ita substantia linea & subiecta & fundamentum dicitur esse punctum, & continuatio dicitur processus eius permanens simul. Et si obicitur, quod iste processus nunc non potest esse nisi sit in aliquo sicut in spatio: & hæc erit longitudo continua: & sic longitudo est ante processum ipsius: & ideo nunc causatur ab ipso puncto sic procedente: obiectio illa non facit ad propositum: processus enim puncti non est motus puncti iam separatim existentis in spatio: hoc enim iam diximus esse impossibile in præhabitis: sed est processus principij in diffusionem nature principiatæ, sicut forma dicitur procedere in diffusionem esse, & sicut nunc procedens causat tempus, & in tali processu facientis esse simul est principium, & esse quod est ab ipso: & in omnibus talibus idem est principium procedens secundum substantiam, differens autem secundum esse: quia ipsa processio ipsius facit esse quoddam formale. Vt autem hoc nomine, processio: quia illo maximi viri Peripatetici vsi sunt in ista materia loquentes, quando loquuntur de processu principiorum in esse, quod causatur seipsis in eo quod est. Hoc iterum modo processus lineæ non ad punctum, sed secundum longitudinem totam, per omnem eundem modum causa est superficiæ: & sicut punctus est diuisio lineæ & terminus, ita linea sectio superficiæ & terminus est: & hoc iterum modo superficies non ad lineam terminantem se, sed tota latitudine procedens facit corpoream dimensionem: nec sunt plures, eod quod angulus rectus non potest esse nisi per tres diametros, vel per duos, sicut diximus. Hi autem qui angulum ponunt quartam dimensionem esse, dicunt processum lineæ esse duplicem, directæ scilicet secundum processum puncti, & oblique: & hunc secundum processum dicunt face, e angulum. Sed hoc nihil esse constat iam ex prædictis: quia cum processus lineæ sit processus principij & in esse proprium, non potest intel-

In sim. ut  
accidenti-  
bus est assu-  
mere quid  
sui generis.

ligi processus obliquus nisi sit alia obliquitatis causa quæ est extra lineam procedentem, sicut est reflexio, vel aliquid tale: & hoc est per accidens, & non est causa eius quod est secundum naturam principij. Sic igitur videtur esse intelligendum de quantitatibus tam secundum esse, quam secundum suam quidditatem consideratis.

Ex his autem scitur etiam natura temporis & omnium eorum quæ supra dicta sunt: quoniam non omnia illa sunt quod secundum naturam quantitatis, sed passionis talium omnium eorum quæ dicta sunt, pendet ex vero esse entis primi. Et ideo in ista philosophia sic consideranda sunt, sicut prima huius capituli parte diximus. Si quis autem connaturalitatem eorum attendat, tunc secundo modo accipiuntur. Et sic sit ex eis coordinatio in genus vnum, sicut accipiuntur in categoriis. Et ideo primo modo considerata multa referuntur ad ipsa sicut passionis ipsorum, sicut motus, & tempus, & huius. Secundo autem modo non referuntur ad ipsa, nisi quæ sunt connaturalia ipsis: quantitas enim vera & secundum naturam quidditatis suæ non est nisi id in quo potest accipi aliquid numerans ipsum, siue hoc sit secundum se in ipso sicut vnitatis in numero, siue sit secundum positionem sicut in contrariis & ponderibus. Hæc igitur de quantitate dicta sunt à nobis.

## CAPVT III.

Est est digressio declarans an qualitates sunt substantia quedam.

DE modis autem qualitatis scire non possumus nisi primò sciamus esse qualitates, & ipsas esse non substantias, sed accidentia. Qualitates autem quæ maxime sunt qualitates inter accidentia, sunt illæ quæ dicuntur passionis & passibiles qualitates. Et hoc quidem iam esse constat ex his quæ in peripateticos & in libro de sensu & sensato à nobis sunt disputata. Sed hic inquirendum est, vtrumque istæ qualitates substantiæ sine vel accidentis habeant esse. Faciunt enim quidam præcipue de scholis Anaxagoræ, qui illas qualitates substantias esse dixerunt. Et per ingressum earum substantiarum in corpora dixerunt corpora fieri sensibilia. Et hæc dixerunt separari & transire de corpore in corpus. Sed separatio earum est successiua & latens, sicut separatur aqua à panno humido per euaporationem, & non annihilatur, & tamen aqua substantia est. Contra hos igitur primum oportet intendere. Queramus igitur, vtrumque substantiæ istæ quæ sic ingrediuntur in corpora & separantur quocumque modo ab eis, sunt corporeæ vel incorporeæ? Et si dicatur, quod sint incorporeæ, queramus, an ex eis componatur corpus vel non? Si autem dicant, quod ex eis componitur corpus, hoc est inconueniens: quia incorporeum non habet situm neque diuisibilitatem: & ex hoc nullum omnino potest corpus componi. Si autem dicatur, quod ex eis non potest corpus componi, ex hoc sequitur, quod ex eis non componitur corpus.

D. Alber. Mag. Metaphy.

senfibile: & hoc est contra hypothesein. Si verò dicatur, quod calor & frigus & huiusmodi sunt corpora, tunc primum quod sequitur ex illo, est quod de illo est: quia huius quæ dicimus nos qualitates sensibiles, habent situm & positionem in partibus suis & in loco. Et cum idem sit album, dulce, calidum, & sic de multis aliis, sequetur omnia illa in vno loco esse, & omnia hoc vnum esse corpus, sicut in præhabitis est determinatum. Secundum autem quod sequitur ex hoc, est, quod ista quando ingrediuntur corpora vt faciant ea esse sensibilia, aut separari possunt ab eis, aut non. Si non possunt separari, tunc non habent esse nisi incorporeis. Corpora autem in quibus sunt, non constituntur in esse substantiali per ipsa, sed sine ipsis sunt substantia designata: igitur sunt in corporibus non sicut quedam pars, & non possunt esse sine his in quibus sunt: ergo in veritate sunt accidentia, nec habent de substantia nisi nomen. Si autem dicatur, quod possunt separari, tunc hoc non potest esse nisi altero duorum modorum, scilicet quod separata aut sunt manentia per se, aut quod continue transferantur de corpore in corpus. Et si quidem manent secundum se, tunc ipsa secundum se sensibilia sunt. Et tunc sunt in aliquo spatio & loco & secundum se agentia sine subiecta materia: quæ omnia ostensa sunt esse inconuenientia in libris physicis. Præterea secundum hoc non egeremus aliis corporibus sensibilibus, quæ constituerentur per ista: & sic ista non ingrediuntur in corpora vt faciant ea sensibilia: & hoc est contra hypothesein. Si autem continue transferantur de corpore in corpus, tunc sequerentur duo inconuenientia, quorum vnum est, quod non erit assignare vbi sunt in medio quando de corpore mouentur ad corpus: quia non semper contingunt se corpora de quibus in quæ transferuntur. Secundum autem est, quod tunc quando ipsam corpus calefacit aliud, postquam calidum est, remanebit calefaciens frigidum, & non calidum: quod nos videmus esse falsum. Adhuc autem quid facit ea de subiecto ad subiectum transferri? Translatio enim illa non sit sine causa: quæcumque ergo illa causa est, oportet quod ipsa talis sit, quod faciat ipsa debere non esse in subiecto vno, & esse debere in subiecto altero. Huius igitur causa non potest esse subiectum in quantum subiectum est: quia causa quæ facit aliquid non existere in subiecto in quantum subiectum est, facit ipsum non debere existere in aliquo subiecto. Eadem ratione non potest ista causa accidere subiecto in quantum subiectum est. Oportet igitur, quod accidat huic subiecto in quantum est hoc subiectum: & tunc queratur, quæ sit illa? Sublati enim huiusmodi accidentibus omnibus de subiecto videtur non posse inueniri, etiam si quis velit fingere. Causa enim illa non est de natura accidentium: & si illa causa nulla sit qualitarum quas illi substantias dicunt, non erit tamen neque spirituum: quia causa illarum qualitarum sunt calidum & frigidum, quæ cum non sint cause illæ, patet quod nullæ possunt inueniri. Adhuc autem quod ista transferantur de subiecto ad subiectum, non tollit ab eis accidentalitatem: quia multa sic accidentia transferri possunt. Ex om-

R 2

nibus



nibus etiam his videtur relinqui, quod subiectum sit causa esse istorum & singularitatis: & tunc pro certo sunt accidentia. Adhuc autem calor & albedo quando habent esse singulare, sunt distincta per se & magnitudinem, sicut constat per sensum. Ista igitur magnitudo aut est de quidditate earum, aut non. Si est de quidditate earum, tunc cum omnes naturæ sint huiusmodi magnitudinis, sicut albedo, dulcedo, & huiusmodi, omnes erunt quoad hoc unius quidditatis. Et insuper habent aliud quod est materia & forma: & sequitur, quod sunt corpora multa in eodem loco, sicut superius diximus. Si autem non est ipsa magnitudo de quidditate ipsorum, tunc formæ sunt tantum quæ sunt in magnitudine, & non possunt habere singulare esse sine ipsis: nec sunt in ea singula pars esse ipsius; cum magnitudo perfectam esse habeat sine ipsis: sequitur igitur ipsa esse accidentia proculdubio: & hoc quidem est necessarium.

## CAPVT IV.

*Et est digressio declarans esse aliarum qualitatum, quæ sunt habitus & dispositio.*

Verunt autem multi qui rationabilius quam isti dubitauerunt de scientia quæ est in anima, verumne ipsa sit accidens, maxime secundum ea quæ nos in secundo de intellectu & intelligibili disputauimus. Scientia enim quæ est in anima, & ex formis quidditatum separatarum, quæ quidem sunt accidentium in anima: & de illis non est dubium quin sint accidentia, sed de quidditatibus substantiarum: hæc enim separatæ sua præsentia sunt in anima: separatio autem non facit eas esse accidentia: igitur videntur substantiæ esse in anima, præcipue quia ostendimus in libro secundo qui de intellectu est & intelligibili, quod huius formæ non sunt in anima sicut in subiecto omnino. Et sic videtur, quod scientia quæ est de huiusmodi formis, non sit accidens: cum tamen scientia dicatur esse habitus qui est vna specierum qualitatis.

Si quis autem diceret, quod huiusmodi quidditates in anima quidem sunt accidentia, & in singularibus sunt quidditates, hoc nihil est: quia quod in se est substantia, non potest vquam fieri accidens, in quocunque esse intelligatur. Adhuc autem iam ante parum diximus, quod separatio non facit subiectum esse accidens: quia substantia de se & per se separata est: & accidit ei manere esse coniunctam. Quod autem hanc fortificat questionem, est id quod intelligimus & scimus de substantiis separatis, quæ sunt intelligentiæ agentes. Iste enim per hoc quod sunt scitæ à nobis, non amittunt suam substantialitatem, nec habent esse aliquod nisi separationis.

*Solutio propria*  
Sed de omnibus his non est difficile reddere rationem, si ea quæ in naturalibus multis libris de anima loquentes dicta sunt, ad memoriam reuertentur. Dicimus enim, quod id quod est in anima, cum re vera sit in ea, non sicut quædam pars esse animæ, & animam possibile sit esse

saluatam in esse sine eo quod est in ipsa, oportet quod sic est in ea sicut accidens. Et quamuis anima in talibus non in toto se habeat in ratione subiecti, tamen aliquid habet ad ista de subiecti ratione. Et ideo dicitur esse sicut tabula rasa ad illa: & quidditas quidem substantiæ per hoc quod est quidditas substantiæ, nunquam est accidens, siue sit in anima, siue non: sed per esse quod habet in anima, non est quidditas, sed potius per esse quod habet in rebus. Et ideo per esse quod habet in anima, accidentalis efficitur, & ipsum esse est accidentis esse. Et hoc vocant quidam esse intentionale: & in illo accipitur ut quidditas rerum, non ut quidditas animæ. Quod autem de intelligentiis agentibus queritur, frivolum est: quia intelligentiæ agentes esse in anima non est nisi impressiones earum esse in anima, & non ipsas. Non enim efficiuntur in anima per separationem, cum iam separatæ sint: sed ipsæ luminibus suis se sigillant & imprimunt: & hoc esse est accidentale animæ. Hoc autem probatur per hoc quod impossibile est id quod imprimitur in vna anima, esse impressum in anima alia: & sic patet impressum & acquisitum in vna anima, non esse acquisitum in alia, propter esse singulare aliquo modo quod habet ab anima. Hæc autem omnia sunt melius & subtilius alibi determinata. Hic enim sufficit hoc quod esse rationes rerum in anima, facit scire: & hoc est quoddam esse in subiecto, licet non sit omnino sic prout accidens naturæ est in subiecto extra animam: quia etiam illud ens quod est in anima, non omnino ens si prout est ens in natura extra animam.

## CAPVT V.

*Et est digressio declarans esse formæ & circa aliquid constantis figura.*

Est autem vna species qualitatis quæ est forma vel circa aliquid constantis figura, secundum quod in prædicamentis dictum est, quæ est qualitas in qualitate continua accepta. Et hæc oportet nos probare esse: eo quod hanc esse non probat geometer, sed relinquit eam. Non enim probatur aliquid de aliquo nisi relinquitur esse. Conuenit ergo, quod probatum sit id esse. Nullus autem figuræ esse potest ostendi, nisi prius ostendatur esse circuli: quia sphaera quæ est figura corporis simplicis, fit ex ductu circuli & processu & reuolutione circuli super seipsum. Columna autem fit cum mouetur circulus directe procedendo, ita quod centrum eius procedat in linea recta. Pyramis autem fit quando angulus rectangulus mouetur, ita quod centrum sit linea rectum angulum continens, & alterum latus moueatur continue ascendendo circa centrum vsque ad extremitatem lineæ.

Antequam autem manifestemus esse circulum, oportet nos remouere errorem quorundam dicentium circulum componi ex atomis. Dico igitur, quod si circulus componatur ex atomis sensibili-

sensibiles, non erit verè circulus: quia circumferentia erit non indivisibilis, sed anfractuosa propter diuersam positionem atomorum. Amplius concedatur atomum indivisibile secundum sensum esse centrum, licet non sit verè centrum. Educatur autem linea de centro ad aliquam longitudinem: hoc enim est possibile: quia talis linea fiet compositione atomorum, sicut isti dicunt. Principium igitur lineæ quod est in centro, sit immobile, & finis eius continue componatur ex atomis, donec tangat circumferentiam: & vna pars moueatur circa centrum, aut vndique tangat circumferentiam, aut non. Si vndique tangat circumferentiam circumducta, tunc proculdubio describit circulum circa centrum æquidistanter mota. Si autem non vndique tangat, adhuc describet circulum qui non sit compositione atomorum: igitur circuli esse secundum quod est circulus, non sit compositione atomorum. Adhuc ponamus circulum atomorum compositione factum poni in vase aliquo regulariter circulari, sicut in vitro aliquo, aut implebit spatium æqualiter, aut excedit, aut diminuitur ab ipso. Si dicatur, quod æqualiter: sed quod supponitur alicui quanto diuisibili, æqualiter ei est diuisibile sicut ipsum: & quod est diuisibile, componitur ex diuisibilibus circuli illius: ergo compositio ex diuisibilibus est: & hoc est contra hypotheseum. Si autem excedit ipsum, tunc diminuto aliquo ab ipso æquabitur ei. Et si exceditur à vase appposito aliquo, iterum æquabitur, & sequetur idem patet prius. Si autem dicar aliquis, quod superioris positione saluata linea videlicet positione atomorum continue crescat de centrali atomo vsque ad circumferentiam, linea illa in tactu circumferentiæ non potest moueri circa centrum æquidistanter: eo quod in motu recederet atomus ab atomo, & corrumpereetur linea: hoc non impedit: quia cessantibus omnibus atomis mediis, adhuc remanet directa in situ opposito à centrali atomo ad illum qui tangit circumferentiam, etiam si dicatur inane & vacuum esse in medio, sicut dicunt illi qui ponunt atomos esse: inter centrum igitur & tangens circumferentiam potest describi linea motu alterius atomi ad alteram: quia hoc dicitur esse conueniens, quod atomi moueantur in vacuo: & quod vacuum sit locus habens distancias quas nemo potest intelligere sine quantitate: nec est intelligibile aliquid moueri per continuum nisi motu describat lineam vel spatium. Et si quis omnia hæc negaret homo, esset sine intellectu, de quo non est curandum.

Sicut autem destructa opinione dicentium atomos posito circulo & quantitate linearum facile destruitur vice versa tota de atomis positio: scimus enim omnem lineam diuidi in duo media, & medietatem in duo media, & sic in infinitum: quod non posset esse si componeretur ex atomis: quia staret diuisio in atomis. Scimus etiam, quod diameter circuli chordæ non communicat: & sunt quædam lineæ communicantes, & quædam incommunicantes: & si linea componeretur ex atomis, omnis linea communicaret omni lineæ: quia quelibet atomus numeraretur, & hoc est inconueniens. Adhuc autem ex propriis istius sapientiæ loquentes sci-

*D. Alber. Mag. Metaphys.*

mus, quod quantum non componitur nisi ex quantis: & ideo non potest componi ex atomis. Destructo igitur huiusmodi errore probemus esse circulum: quia ipse radius & punctum omnium figurarum est: triangulus enim non componitur nisi per circulum. Dicamus igitur non esse dubium corpora simplicia esse ante composita. Corpora autem simplicia sunt unius naturæ, & motus in omnibus partibus: sunt igitur unius figuræ & unius virtutis in omnibus partibus: huiusmodi autem corporibus non conuenit nisi figura sphaerica: quia si haberint angulum, ille plus distaret à medio quam pars alia: & hoc non posset esse nisi propter aliquam differentem virtutem & naturam à natura & virtute partis alterius. Sphaera igitur sic probata dupliciter probatur esse circulus: possibile enim est quamlibet partem in circumferentia sphaeræ positam tam in conuexo quam in concavo positam moueri secundum naturam corporis: sicut stelle mouentur & partes ignis & partes aëris & partes aquæ, quocunque de causa impuantur. Moueatur igitur in vna parte superficiei punctum vnum, & in alia aliud, & & moueantur contra se inuicem. Constat enim tunc, quod propter homogeneitatem corporis mouebuntur æquidistanter à centro: ergo vna pars obuiabit alteri directè: ergo describent circulum. Sic probata sphaera & probato circulo facile est omnes figuras probare per modum superius determinatum.

Attendendum autem, quod circulo posito & moto secundum naturam eius quod in loco suo mouetur, erunt principia recti secundum differentias positioni in circulo: & in his erit rectus motus: & illis motibus existentibus posito motu lineæ vel superficiei à dextro in sinistram, & alterius ascendens à deorsum inferius, vel è conuerso, causabitur angulus rectus, & ab ipso causabuntur omnes alij anguli, quocunque modo fuerint: & à recto etiam causabitur curuum: quia quod de circumferentia subtrahitur angulo, est curuum. Si autem corpus in vna parte graue & in alia leue, ducatur super centrum in superficie secante sphaeram in duo media, & ex parte leuiori ascendere ponatur, & reflexum fiat in inferiori, illud causabit circumflexum. Si autem moueatur inferius, & non recedit à centro nisi discutendo in superficie in qua est centrum: & ibidem causabit rectum angulum super superficiem descriptam vbicunque fuerit: & motus eius erit descriptio diametri circuli. Et sic facile est omnia inuenire quæ faciunt figurarum quantitatum: figura enim nihil aliud est, nisi terminatio quantitatis. De ea autem specie qualitatis quæ est naturalis potentia vel impotentia, iam diximus in præhabitis, ubi diximus modos potentie secundum quod est qualitas aliqua: sic enim est accidens, cum sit consequens esse eius cuius est potentia: & ideo non potest esse pars esse ipsius. Dicimus igitur modos qualitatis aliter quam in prædicamentis: quia ibi diximus de coordinabilibus adinuicem secundum vnam naturam prædicabilis vniuersè de omnibus: hæc autem modos entitatis dicemus, qui sunt qualitatis secundum quod qualitas dicitur quocunque modo qualificans hoc cuius est qualitas.

R 3 CAPVT



CAPVT VI.

De modis qualitatis.

Tex. e. 29.

Vale igitur hoc modo communi sumptum dicitur multipliciter per analogiam. Vno enim & primo modo dicitur quale quod est in diffinitione substantie & quidditatum omnis rei : & hoc est quale quod vocatur qualitas essentialis, quæ est differentia substantialiter rem constituens, in quale tantum prædicata. Et ideo ipsa est substantia dans esse subiecto primo quod est genus : & quia in alio causat esse, quasi circa subiectum ponens, & quasi in subiecto existens, ideo quale quoddam est & simpliciter. Hoc modo est essentialis qualitas materis : unde quidam dicunt, quod forma in se quidem est qualitas, virtute autem substantia. Unde querendo, quale quid homo? respondetur, quia est animal bipes : & quale quid equus? responderetur, quia est animal quadrupes : & iuxta hunc modum dicitur circulus qualis quædam figura, quando dicitur, quod circulus est superficies vna linea terminata, in cuius medio est punctus, à quo omnes linee ductæ ad circumferentiam sunt æquales : vel quando dicitur, quod circulus est figura agonalis, hoc est, sine angulo : quoniam nulla omnino vna linea angulum facit, cum angulus sit alterius contactus duarum linearum in puncto sibi non directè applicatarum, sicut in ante habitis diximus. Hæc enim omnia qualitates dicuntur : quia differentia illa quæ secundum se est & quæ substantie est completiua, qualitas existit : vno quidem igitur hoc modo dicitur qualitas substantie differentia. Et hoc est in omnibus generibus entium quæ habent diffinitionem.

Alio vero modo qualitates dicuntur quædam passionis immobilium & mathematicorum, quæ sunt etiam quædam immobilia & mathematica, sicut numeri dicuntur quales quidem, quando sunt pares & impares vel compositi vel primi & huius : & non solum numeri existentes ad vnum ex quo coaceruantur quæ sunt vnius dispositionis quasi linearum ex vnius coaceruantia procedentes, sed etiam illi dicuntur hoc modo quales, quorum mutatio quædam est ad superficiem latitudinem, & ad solidi sine corporis profunditatem sine tertiam dimensionem. Tales vero numeri qui imitantur superficiem, sunt qui sunt quoties quanti. Quoties autem sunt, aliquoties quanti sunt, qui ducti sunt in se vel in alium quemcumque numerum : sicut si dicamus ter tria : vel quater tria : in hoc enim quod numerus in numerum ducitur, linearis longitudo numeri in latitudinem dilatatur. Illi autem qui imitantur solidi tertiam dimensionem, qui proueniunt ex ductu numeri in numerum, & ex ductu numeri in totum productum, vt si dicam ter tria, vel his tria, vel quater tria : & illi sunt toties quoties quanti vocati propter duplicem ductum numeri in numerum, & ex ductu numeri in totum productum : numeri enim ex hoc dicuntur trigoni, vel quadrati, vel sphaerici, vel cubici : quæ om-

nia dicuntur qualitates quædam circa numeros, & totaliter sine vniuersaliter esse illud dici numeri qualitate, quæ existit in substantia numeri præter quantitatem quæ est vnitaris ad aliquam summam coaceruatio. Et talia quidem multa sunt in quolibet numero quæ accidunt sibi. Quod probatur ex hoc quod substantia formalis cuiuslibet non est nisi vna & semel, quæ finit & specificat ipsum : sicut sex non est bis ter, sed est aliquid semel : sex enim sunt semel sex : & de hoc in præhabitis factis dictum est. Cum autem omnia talia sunt in numero præter substantiam numeri, constat quod sunt in eo non sicut quædam pars esse numeri, & pendunt secundum esse ex ipso numero : & ideo non possunt esse sine eo in quo sunt : propter quod accidentia esse conuenienter dicuntur. Omni autem eodem modo sunt qualitates etiam quæ circa continuam dicuntur quantitates, sicut rectum, & curuum, & planum, & asperum, & secundum omnium dispositionem figurarum.

Amplius qualitates dicuntur quæcumque sunt passionis vel passibiles qualitates inferentes vel illatæ numeratarum substantiarum, vt calor & frigiditas, & albedo & nigredo, & grauitas & leuitas, quæ tamen supra diximus esse quantitates. Nihil enim prohibet has secundum suam essentiam esse qualitates, & tamen esse quanti passiones diuidentes motum in velocitate & tarditate secundum quod adduntur sibi duplicare, & diminuantur sibi subtrahere partes grauis & leuis, sicut ostensum est in physicis. Inferunt enim ista in tactu : eo quod in manu apprehensum graue depimit, & leue inclinatur sursum per impetum quo impellit manum : & vt vniversaliter dicatur, qualitates hoc modo dicte sunt, quæcumque sunt talia secundum quæ dicuntur mutari corpora eorum quæ permutantia sunt adinamicem.

Amplius qualitates dicuntur etiam quæ sunt secundum virtutem & vitium dicta : hæc enim sunt quæ vocantur dispositiones & habitus : & generaliter loquendo quæ dicuntur bonum & malum quæ sunt genera talium existentium. Et hæc omnia iam in præmissis ostendimus esse accidentia. Eam autem qualitatis speciem, quæ naturalis potentia vel impotentia vocatur, vbi potentiam distinximus & determinauimus, quamuis ipsa in eo quod potentia non proprie dicat qualitatem iam existentem, sed dicat quædam subiecti aptitudinem & præparationem ad quædam faciendam vel patiendam : & secundum hoc consequitur qualitatem primo modo dictam. Et in hoc quod consequitur esse totum, patet quod non est pars, & non potest esse sine eo in quo est : quia intellectus non accipit quod inclinatio sine præparatio vel aptitudo. Et ideo non oportet nos specialiter ipsius accidentalitatem aliter quam nunc dictum est, demonstrare. Reducendo igitur modos qualitatis dicimus, quod sunt secundum duos modos dicitur qualis : & dicitur sere propter naturam potentiam vel impotentiam : qualium enim quædam & quæ maxime qualia sunt, dicuntur secundum priorem modum qualitatis : prima enim qualitas & constituens esse & causa omnis alterius qualitatis est differentia substantie, quæ facit quale quid : istius vero qualitatis quædam pars est ista qualitas

qualitas quæ est numerus in hoc quod omnes illi numerorum & continuorum qualitates fluunt ex substantialibus principiis, & in illis quædam est differentia substantiarum diffinitarum, sicut per propria substantie differre dicuntur. Et quæ istæ differentie sunt aut eorum quæ non mouentur, aut si sunt eorum quæ mouentur, sunt tamen eorum non secundum quod mouentur sunt : & hæc est causa : quia prima differentia facit substantiam cuiuslibet : propria autem substantie sicut immediate consequentia substantiam secundum ipsam per se conuenientes ei : & nihil mouetur nisi quod est : & sicut esse est ante motum, ita istæ duæ qualitates sunt ante motum. Et ideo vna eorum reducitur ad aliam, & sere vnum modum habent qualitatis in ostendendo differentias substantiarum. Passiones vero sere passibiles qualitates sunt motorum in quantum mota sunt & sunt motorum differentie : & virtus & vitium, eo quod sunt circa passiones, sunt quædam pars passionum : virtus enim & vitium ostendunt differentias motus & actus, quæ sunt in passionibus illarum tristitiarum & gaudiorum & delectationum, secundum quos actus homines faciunt aut patiuntur bene aut male sere prae se habendo in eis : & hoc sunt in motu alterationis : passionum ea namque quæ sic passibilia sunt agere vel moueri, vt ad modum virtutis exigatur bonum, esse dicimus secundum virtutem : illa vero alia passibilia agere & moueri sic, sicut ad vitij modum & contrariè virtuti, dicimus esse quoddam primum : ergo isti duo modi inducuntur adinamicem, & sunt sibi via : & sic quatuor modi sere reducuntur in duos : sed non sunt in toto duo : quia specialibus modis differentes sunt quatuor : sed bonum & malum quæ sunt passionis & delectationis in communi, secundum quod etiam felicitatem & intellectualem virtutem dicimus esse circa delectationem admirabilem & puram & sumam, maxime significat bene & prae se habere in actibus & moribus, quæ sunt circa huius passionis in his quæ sunt animata : & inter hæc maxime sunt in eis hominibus qui habent proheresim, hoc est, discretam & liberam eligentiam : in aliis enim animalibus vel hominibus licet sint passionis, tamen non fit in eis laudabilis actus & morus secundum quem fit bene & prae se. Hic igitur de quali & qualitate dicta sunt à nobis.

CAPVT VII.

Et est digressio declarans quale ens sit relatio, &c.

Tex. e. 20.

Difficile est autem nobis loqui de ad aliquid & relatione : quoniam aliam penitus habet naturam & esse à generibus entis quæ sunt determinata. Et ideo primo oportet nos determinare in communi de modo entitatis istius generis, & postea diuidere modos eius, & tunc redire & substantialiter inquirere quam habet in suis modis entitatem. Dico igitur, quod multi iam fuerunt qui relatiua ens non esse dixerunt, pro sua assertionem inducentes : quicquid

De istis loquitur Commentator

mutatur, alio quodam modo, nulla mutatione facta circa subiectum in quo est, ens esse non potest secundum veritatem : ad aliquid autem sic mutatur : patre enim mortuo filius non est filius, nulla facta circa filium mutatione. Amplius quicquid appositum simplici, non tollit simplicitatem ab ipso, dicunt ens non esse : primum autem quocumque illud est, simplicissimum est & in sine simplicitatis, cum tamen nil sit aded multiplex secundum relationem. Amplius quicquid est in re signatum vnum solum, est in seipso & non in alio. Si ergo resolutio est aliquid in re vnum solum, erit in seipso & non in alio : & quicquid est in seipso, est absolutum : igitur resolutio est quid absolutum : non est autem quid in seipso absolutum : igitur resolutio non est aliqua natura entis, vt illis videtur. Tali autem multa adduci possunt. Nos autem dicimus ad hoc, quod in veritate secundum Peripateticorum sapientiam resolutio habet esse : sed non habet esse nisi in relatiua quod est ad aliquid. Et vt intelligatur, oportet scire, quod in eo quod est ad aliquid, non est nisi respectus, quo id quod est aliquid, comparatur ad aliquid : & ille respectus importatur per relatiuum, cum dicitur pater, vel quando dicitur filius : & huius quidem quidditas & hoc ipsum quod est, alterius est, & habitudo quæ est media inter tales duos respectus, importatur per nomen relationis. Et ideo relatio, vt dicunt, est in anima : respectus autem est res signata in re ipsa : & hic respectus communi nomine significatur, cum dicitur ad aliquid, & hoc modo est ens & genus quoddam entis. Sed non est nisi in subiecto quod est aliquid designatum : & ideo alium ab indectis generibus habet modum entitatis : quia alia genera dicunt ens absolutum, & ideo essentia eorum sunt constantes ex suis principiis absque principiis subiecti in quo sunt, sicut quantitas, & qualitas : illud autem non habet entitatem aliquam talem, sed ipse subiecti respectus est sibi entitas : propter quod etiam nomen huius generis non est relatio vel aliquid tale, sed potius ad aliquid propter dictam causam : eo quod esse suum est in concrecionis ad subiectum, & non res quædam quæ sit absolute abstracta, aut res quædam absolutas significat in omnibus. Ea autem quæ verè relatiua sunt, ita quod vtrumque ipsorum relationem importat vt exercitam, non omnino destruantur altero mutato : pater enim est qui aliquid sui habet in filio : & ideo patre mortuo, manet adhuc aliquid quo filius dicebatur ad patrem : & ideo filius non omnino cessat esse filius, sed cessat esse filius ex eo quod habitudo cessat quæ fuit inter patrem & filium : & hanc dicimus in anima & non in re ipsa. Similiter autem mortuo filio remanet adhuc quo respectum habuit ad patrem : hoc enim est id quod habet à parte : sed comparatio non est, eo quod illa non sunt in re ipsa, sicut iam diximus ante. Et hoc est planum videre in omnibus relatiuis, quorum vtrumque refertur ad alterum secundum suum esse, & quæcumque totum quod sunt ad alterum sunt. De relatione autem fraternitatis & ea quæ causantur ab vno, vt est simile & æquale, iam inueniuntur quidam dubitare : quia qui iam est, sine omni sua mutatione efficitur frater, nascente

Solutio.

Respectus subiecti videtur esse sibi entitas, ex quo videtur relatio non se realiter distingere à fundamento quod est mensura indiget speculatione.



quodam alio ex eisdem parentibus: & eodem modo est de simili & æquali, & dextro & sinistro, & multis talibus: propter quod multi præsumpserunt dicere huius resolutiones non nisi in anima esse. Sed hoc non esse videtur: quia non nato facit, sicut iam diximus, respectus est filij ad parentem, ut ad naturæ originem: & ex hoc respectu in actu existente est possibilis conuenientia ad id quod in origine est in potentia. Et hæc potentia reducitur ad actum naturæ facturam. Et ideo non omnino nihil est fraternitas in fratre, qui prius natus est. Idem autem est in similibus & æqualibus. Quod autem de primo inducitur, quod est in fine simplicitatis, & tamen multiplicissimum in relatione, non habet rationem: quoniam primum non refertur ad aliquid relatione propria, sed alia refertur ad ipsum. Multa autem sunt talia relationalia, in quibus vnum refertur ad alterum, & non è conuersio, sicut in sequentibus erit manifestum. Ex omnibus igitur quæ dicta sunt, iam videri potest, quod relatio dicitur esse quoddam, quod est respectus verè in re existens, & quod hoc esse temper est in eo quod respicit ad aliquid, & non est essentia quædam absolute designabilis proprie loquendo. Et ideo genus huius entis proprie relatiuum est, & minus proprie relatio vocatur, & conuenientissime vocatur ad aliquid: quia hoc oppositum modum habet absolutum.

Genus huius  
entis proprie  
relatiuum est  
& minus  
proprie re  
latio vocatur  
ad aliquid.

Est autem dubitatio cum nullum relatiuum intelligatur absque suo correlatiuo, & relatiua sint simul natura, vtrumque ad aliquid generalissimum habeat respondens sibi correlatiuum quod simul sit natura cum ipso. Si enim sic sit, videbuntur esse relatiuum duo genera prima, quæ non admittit intellectus: quia sic esset aliqua multitudo naturæ vnius, quæ non ordinatur ad vnum & idem principium. Propter quod aduertendum est, quod sicut in aliis generibus entium ea quæ sunt communia potentia, quædam sunt quæ operationes naturæ illius in qua sunt sicut superior & inferior ordinata, non habent nisi specificata & determinata ad esse determinatum in specie, sicut substantia non agit nisi ad speciem determinatam, neque qualitas qualificat, neque quantitas mentur nisi determinata: ipsa autem communia dicuntur naturam illam abstractam & conceptam, & suas operationes prout accipitur non sic exercentem. Sic etiam est de ad aliquid: in communi enim acceptum non exercet relationem, sed in esse determinatum, sicut pater & filius, & huius. Et ideo non oportet, quod in genere habeat correlatiuum simul existens natura cum ipso. Et hoc est quod antiqui dixerunt, quod talia dicuntur relationem ut conceptam, non autem ut exercitam. Ex his igitur patet, quod ad aliquid principia habet potentia & actus, & generis & differentia, sicut & alia genera: communia enim sunt genera & differentia propriis determinata constituunt & faciunt relatiua specie determinata: tamen quia non prædicant aliquid rei absolute existens, sed potius prædicant rem te aliquo modo habere ad aliquid, non omnino sunt illa principia ita rata realitatis sicut principia generum aliorum: sicut tamen esse relationis quod est in relatiuis, præcipue secundum

quod considerantur in suis subiectis, ab huius principis: sicut & esse aliorum quæ sunt in generibus aliis, sicut à suis differentibus. Hoc enim admittit intellectus relatiui quidditatem à principis quidditatis illius causati. Si autem relatiuum non ut in subiecto consideretur, sed ut est ad alterum, sic pro certo alterius est sine quo intelligi non potest, licet illud nihil sit quidditate ipsius, sicut pater dicitur filij pater: quia cum vnum relatiuum determinat alterum, non determinat ipsum sicut quidditas terminus potestatis secundum quam vincit ipsum, vel vincitur, vel æquatur ei, vel alio aliquo tali modo se habet ad ipsum: & hoc etiam modo accipiuntur species relatiuum, sicut patet inferius. Est autem attendendum, quod siue relatiua nominentur ab vna forma quæ est vtraque relatiuum, sicut idem, æquale, & similiter, & huiusmodi: siue à diuersis, sicut pater & filius, tamen respectus sunt semper diuersi in extremis, sicut pater per ea quæ ante dicta sunt: & habitudo media est vna differens per extrema, sicut eadem via est de Athenis ad Thebas, & de Thebis ad Athenas. De aliis autem quæ de relatiuis inquirenda sunt, magis pertinet ad logicum determinare in categoriis.

## CAPVT VIII.

## De modis relatiuum.

Modos igitur relatiuum determinantes dicimus, quod quædam dicuntur ad aliquid sine motu per habitudinem mensurati ad mensuram, ut duplum dicitur ad dimidium, & triplum ad tertiam partem siue subtripulum: & totaliter siue vniuersaliter multiplicatum siue multiplex ad submultiplex, quod est multiplicati pars aliquoties sumpta numerans totum: & generaliter sicut se habet continens ad contentum in quantitate ipsius quod proprie subcontentum appellatur. Alia autem dicuntur ad aliquid per actionem & passionem causata, sicut calefactiuum & calefactibile, siue calefaciens & calefactum, & sectiuum dicitur ad sectabile, & secans ad sectum, & vniuersaliter actiuum ad patiens, & passiuum quando actio est comparatio agentis ad patiens, & passio comparatio patiens ad agens, sicut determinatum est in 3. physicorum. Et ambo isti modi sunt relatiuum, quorum vtrumque refertur ad reliquum. Tertio autem modo dicuntur relatiua, quorum vnum secundum hoc quod est, dependentiam habet ad aliud, & non è conuersio, sicut mensurabilis ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum. Iste igitur sunt differentia eorum quæ per se sunt relatiua in communi.

Reuertentes autem ad modum primum dicimus, quod primi modi relatiua in quocumque sunt, siue in discretis, siue in continuis, dicuntur ad numerum quendam, & hoc dupliciter: aut enim simpliciter dicuntur ad numerum, non accipiendo nomen ab aliqua specie numeri determinata: aut dicuntur determinate sicut ad numeros

numeros quod accipiunt nomen à specie numeri determinati: aut dicuntur determinate ad vnum ex quo fit numeri coaceruatio, sicut duplum dicitur ad vnum quod est dimidium ipsius sicut numerus determinatus à quo nomen accipit, qui numerus est duo: multiplex verò siue multiplicatio dicitur secundum numerum ad aliquod vnum. Sed hoc non est determinatum, sicut dicimus hunc signatum numerum & determinatum dici ad hunc alium numerum signatum & determinatum: quia multiplex & submultiplex secundum sua nomina denominatur à multo & à paucis, qui licet sint numeri passionis, tamen non determinant & specificant aliquem numerum determinatum, sed emolui ad subemoluium siue sexquialterum ad subsexquialterum etiam dicitur secundum numerum: & hoc dicitur secundum numerum determinatum à quo nomen accipit: & hoc est continens totam & alteram partem: sed superparticularis ad superparticularis dicitur secundum numerum indeterminatum: quia accipit nomen à toto & aliquota parte, quæ non dicuntur aliquam numeri speciem determinatam, sicut neque multum & paucum à quibus accipitur proportio multiplicis & submultiplicis: hæc enim omnia sunt sicut multiplicatio quædam ad vnum aliquod numerans totum, quod est indeterminatum, & numerus continens ad contentum dicitur omnino secundum determinatum numerum. Quia hæc enim omnia nec in communi nec in speciali numerum determinant, sicut multiplex in communi & triplum in speciali dicuntur numerum: numerus enim commensurabilis dicitur secundum aliquem non commensurabilem numerum qui numeratur cum conueniente. Continens enim numerus dicitur ad contentum in hoc quod est totum contentum & amplius: totum autem & amplius non determinant aliquem numerum specialiter determinatum, siue in communi, siue in speciali, sicut multiplex quidem in communi, quadruplum autem in speciali determinant numerum. Vnde quocumque modo euenit siue contentum numeret contentum ad æquale quod nec sit plus vel minus quam continens si aliquoties sumatur, semper est continens dictus ad contentum. Vnde ista talia relatiua dicuntur multipliciter sicut videlicet in specie determinatum ad in specie indeterminatum, & sicut in genere determinatum & sicut omnino indeterminatum & in genere & in specie: hoc igitur ad aliquid quæ sic dicuntur omnia secundum numerum dicuntur & numeri passionis, sicut multiplex & submultiplex, & continens & contentum, quæ dicuntur numeri passionis. Amplius autem æquale & simile & idem dicuntur secundum alium modum ab vno quod est in numero. Hæc enim omnia dicuntur secundum vnum modum forme quæ est in vtroque relatiuum. Eadem namque dicuntur, quorum vna est substantia. Similia verò dicuntur, quorum qualitas est vna. Æqualia verò, quorum vna est quantitas. Vnitatis verò à quo relatiua ista dicuntur, est numeri principium, & metrum siue mensura. Omnia igitur quæ inducta sunt, dicuntur ad aliquid secundum numerum, sed non eodem modo:

quia quædam ab unitate, quædam autem à numero diuersimode dicuntur.

Actiua verò & passiuia sunt dicta ad aliquid secundum potentiam actiuam & passiuam & secundum actiones huiusmodi potentiarum, sicut calefactiuum & calefactibile ad se inuicem dicuntur: quia vnum potest agere in aliud, & aliud potest suscipere actionem ipsius: & iterum calefactiones calefaciantium ad calefactiuum se habent, sicut actus ad potentiam: secundum quos actus comparatur calefaciens ad calefactiuum, & similiter secans ad sectum. Hæc omnia enim comparantur ad passiuia sicut agentia eorum. Eorum verò quæ sunt secundum numerum dictorum relatiuum, non sunt huiusmodi actionis: sed si habent actiones, illæ non sunt nisi quemadmodum in mathematicis dictum est, quæ sunt sicut numerare & mensurare & huiusmodi: sed ista nullas habent actiones secundum potentiam mouendi & mutandi. Eorum autem quæ secundum potentias actiuas & passiuas dicuntur ad aliquid, proprium est secundum temporum differentias dici ad aliquid, sicut faciens dicitur ad id quod factum est, vel sit, vel facturi, ad id quod futurum est fieri. Hoc autem modo patet dicitur filij: non enim omni tempore potest generare, sed tempore determinato: pater enim in hoc est sicut faciens, & filius est sicut passiuum quid. Ad hunc etiam modum reducuntur quædam relatiuum secundum priuationem huius potentia dicta, sicut impossibile, & alia talia quæcumque sic dicuntur, ut inuisibile. Innuitur igitur talis relatiuum diuisio ex dictis, quod relatiua & relationes quibus comparantur ad aliquid, aut habeant se secundum numerum ad numerum, aut secundum potentiam ad potentiam. Si quidem secundum numerum ad numerum, aut hoc est secundum diuersam formam specierum numeri, aut secundum hoc quod est vnius forme in toto numero. Et si quidem sunt secundum diuersam formam numeri, aut hoc est secundum formas numeri in specie determinatas, aut indeterminatas. Et si est secundum formas determinatas, aut determinat determinatum genus numeri quod est pluralitas vel multitudo: aut omnino sunt determinata diuersæ forme. His enim modis sunt duplum & dimidium & sexquialterum & subsexquialterum, sicut diuersi numeri in specie determinati: & multiplex & submultiplex & superparticularis & subsuperparticularis, sicut diuersi numeri in genere & non in specie determinati. Continens autem ad contentum, & commensurabile ad commensurabile, & communicans ad communicantem, & incommunicans ad incommunicantem, sicut omnino in genere indeterminati numeri & in specie. Idem autem & simile & æquale sunt ad aliquid, secundum id quod est vnum in vtroque relatiuum, quæ forma est ab eo, & quod vnius forme est in toto numero. Si autem secundum potentiam inuicem respectus, tunc cum omnis potentia talis sit aut potentia agentis, aut patientis, & illic coaccidat differentia temporis, erunt illa relatiua sicut pater & filius, & dominus & seruus, & socius, & amicus, & huius secundum actionum diuersitates: & sunt dicta aut



aut secundum superpositionem & suppositionem, aut secundum equiparantiam: & hoc modo per aliquem modum iterum causantur diuersæ species relatiuorum: relatiuum enim quia esse dicitur & non essentiam quandam, sicut diximus, non constituitur in speciebus suis per diuisionem generis, ut postea genus cum differentia constituar speciem, sed potius per habitudines vnus ad alterum species relatiuorum constituntur, sicut ex antè dictis ostenditur. Ex his igitur facile cognosci potest, quod omnia ista sunt ad aliquid, quæ sunt secundum numerum & potentiam dicta ad aliquid, insunt sicut alicui subiecto, ita quod ipsum ad aliquid hoc ipsum quod est secundum suam quidditatem alterius dicitur id quod est essentialiter: quia vtrumque correlatiuorum alterius est per ipsam suam quidditatem: & non sufficit ad esse ratiuum relatiuorum, quod præter hoc dicitur ad aliquid, quia aliud referatur ad ipsum, & id ad quod referitur etiam secundum suam esse non fit ad aliquid. Quædam enim sic dicuntur ad aliquid, non quod ipsa sint ad aliquid hoc ipsum quod sunt, sed ideo quod alia quædam secundum hoc ipsum quod sunt, referuntur ad ipsa: mensurabile enim & sententiale & scibile & sensibile non hoc ipsum quod sunt ad aliquid sunt, sed suis nominibus signant quædam referri ad ipsa: & illa sunt ad ista secundum hoc ipsum quod sunt suis quidditatibus, quam important per nomen quidditatem designans: sicut enim sensus secundum hoc ipsum quod est, sensibile est, intellectus intelligibile, & sententia sententiale, & mensura secundum actum mensurat illis, & de alijs similibus est idem iudicium: & hoc signatur ipsis nominibus. Sententiale enim ipso nomine non dicitur quod est ad aliquid, sed potius id quod est aliud: quia sententiale est id cuius est sententia, id autem cuius est sententia, non est ad sententiam dictum, sed potius e conuerso sententia est dicta ad ipsum.

Huius igitur est alia acceptio specierum relatiuorum, & secundum hanc omnia illa quibus ex imitatione vnus eorum & non amborum innascitur res, dicuntur ad aliquid. Et hoc modo omnia que sunt primum, dicuntur ad ipsum, & possibile dicitur hoc modo ad necesse, & primum & necesse non dicuntur ad aliquid, sed suis nominibus ostendunt, quod alia sunt & dicuntur ad ipsa. Et ideo sua nomina determinant secundum eorum que ad ipsa referuntur, ita quod illa relatiua non indigent alio correlatiuo ad quod dicantur, & ad quod determinentur re per se ipsorum. Amplius non sunt talia apposita relatiua, neque sunt simul natura, sed potius priora sunt ea que suis nominibus signant ad se referri, quam illa que ad se referuntur. Fuerunt autem quidam errantes qui dixerunt in hoc ordine relatiuorum que verè relatiua sunt, non dici ad esse ipsorum que diximus: sed dixerunt sententiam & scientiam dici ad eum cuius est sententia & scientia: & sicut scientia scientis sententia, & sensus sententis sensus, & sic de alijs huius relatiuis. Et hoc non est verum quod dicunt. Si enim hoc esset verum quod dicunt, oporteret, quod bis idem relatiuum diceretur, & esset relationis relatio. Et

hoc abiret in infinitum. Scientia enim non refertur ad habentem scientiam, nisi secundum quod ipse est sciens, hoc est, habens scientiam: ergo dicitur, quod scientia est scientis secundum scientiam: bis igitur idem relatiuum dictum in infinitum abiret. Et similiter secundum istos visus est alicuius visus secundum quod habet visum. Hæc autem omnia impossibilia sunt: & ideo licet visus sit alicuius visus, non tamen est verum dicere, quod sit eius cuius est visus, sicut videretis siue habentis visum. Sed dicitur ad colorem, non quidem sub nomine coloris, sed ad aliquid tale sub nomine visibilis. Illo modo quo diceretur ad videntem dici, bis idem diceretur, & abiret hoc in infinitum, sicut paulo superius diximus: secundum hoc enim visus esset eius cuius visus est: & hoc non esset nisi secundum visum: & ideo sequeretur infinitas. Hæc autem relatiua quorum vnus est ad alterum, alterum aut non est ad ipsum, sed nomine suo dicit alterum esse ad ipsum, non ad conuertentiam dicuntur. Sed de hoc in prædicamentis plenarie satis dictum est.

Quæcunque ergo secundum se dicta sunt ad aliquid, dicta sunt prædictis modis. Sunt autem præter omnes dictos modos ea que secundum accidens dicuntur ad aliquid: & hæc dicuntur vno aliquo trium modorum: aut enim dicuntur ad aliquid, quia genera eorum sunt ad aliquid secundum quod ipsa participant genera illa, sicut medicina est ad aliquid, quia suum genus quod est scientia, videtur esse ad aliquid. Amplius secundo modo dicuntur ad aliquid ipse habitudines secundum quas quæcunque habentia subiecta dicuntur ad aliquid, ut paternitas dicitur ad aliquid, quia pater est ad aliquid: & similitudo est ad aliquid, quia simile est ad aliquid. Alia verò omnino dicuntur secundum accidens ad aliquid, sicut homo dicitur ad aliquid, quia accidit homini duplum esse, quod est ad aliquid, vel ut album esse dicitur ad aliquid, quia accidit eidem subiecto duplum esse & album esse: id enim quod est per accidens, gratia alterius contingit: & hoc aut est substantiale, aut accidentale. Si substantiale, aut dicit relationem ut exercitiam, aut ut conceptam. Ex hac igitur diuisione vera accipitur diuersitas specierum relationis, licet nos hic non intendamus, sed potius ponere modos relatiuorum secundum quod sunt modi essendi. Hi autem sunt per se & per accidens. Per se quidem autem in his que sunt ad aliquid, & in his ad que sunt ea, & que sunt ad aliquid: & in his que sunt ad aliquid, aut secundum numerum, aut secundum potentiam agendi & patiendi acceptis secundum diuersitates ante dictas. Probare autem ista accidentia non est opus: quoniam iam ostensum est, quod non accipiuntur nisi in subiecto, & multiplicatur non secundum differentias per diuisionem exeuntes ab vno genere, sed per subiectorum comparatorum diuersitates. Hæc igitur de relatiuis dicta sunt à nobis.


TRACTA

## TRACTATUS IV.

DE CONSEQUENTIBVS ENS.

## CAPVT I.

De modis perfecti.



*A ista prædicamentis potius sunt habitudines que quadam veritatem.*

*Consequenter est ipse posuit.*

*Tex. 41.*

**X**ECVTIS autem his que secundum præsens negotium de partibus entis dicenda videntur, tangemus etiam modos entitatis eorum que sunt entis consequentia. Alia enim prædicamenta omnia potius sunt habitudines quædam quam ens verum: & cum prædicantur de aliquo, magis dicunt quomodo se quid habet ad aliud, quam in re aliquid significant in esse. Sunt etiam eorum quædam consequentia ens in parte acceptum, sicut quando & vbi: & de his non pertinet ad primum tractare Philosophum: de alijs autem quædam dicemus in sequentibus. De actione autem, quia non vna ratione determinabilis est, partim in per se generis partim etiam in sequentibus vbi de actione primorum loquemur præcipitiorum, distinguemus. Ea autem que ens consequuntur & que probantur de ente, dupliciter considerantur: aut enim considerantur secundum ens ipsum determinatum, aut considerantur secundum seipsa. Determinantia autem ipsum ens tripliciter considerantur: aut enim accipiuntur secundum id quod efficiuntur in ente ex ipsa determinatione, aut accipiuntur ipsum determinans in ratione determinantis, aut modus quo determinans inhaeret determinato: & penes hæc tria loquemur de tribus, de perfecto videlicet, & termino, & eo quod est per se. Hæc enim tria penes tria que dicta sunt, accipiuntur: & horum trium modum omnia alia quodammodo imitantur.

Dicamus igitur, quod perfectum dicitur multis modis. Vno quidem modo dicitur perfectum, extra quod non est accipere aliquam particulam de integritatibus & ad esse pertinentibus: & hoc est dupliciter, secundum exigentiam entis videlicet, & secundum exigentiam esse. Secundum exigentiam autem entis adhuc dupliciter, scilicet essentialium & quantitatis perfectionem. Omnium enim natura constantium terminus est & ratio magnitudinis & augmenti, sicut in secundo de anima est ostensum. Secundum autem esse perfectum quod est secundum tempus quod est mensurans esse, non habet defectum, sicut singulorum dicimus hoc tempus esse perfectum, extra quod non est accipere tempus aliquod quod sit pars quædam que ad illius temporis deficit complementum. Hoc autem est dupliciter: aut enim simpliciter est hoc

secundum tempus, aut secundum tempus singulorum: simpliciter enim non est perfectum tempus nisi esse mundi cui se committitur totum tempus secundum reuolutiones causantes omnem generabilium diuersitatem & successiorem. Tempus autem singulorum est mensura sui periodi secundum naturam procedentem ab imperfecto substantiæ & virtutis ad statum in vitroque, & a perfecto substantiæ & virtutis usque ad viciniam diminutionem in vitroque: si enim aliquid deficit huic temporis, est imperfectum secundum naturam.

Secundo autem modo dicitur perfectum, quod est perfectum secundum virtutem, & bene se habere secundum illam, & hoc non habendo hyperbolem siue minus secundum suum genus siue generis & naturæ facultatem: & hoc est secundum vtramque virtutem, intellectualem videlicet & moralem: has enim innati sumus suscipere: perficere autem quidem vnus est per experimentum & doctrinam, alterius autem per assuetudinem. Et quia innati sumus suscipere, non est anima hominis perfecta nisi quando perfectum inuenit se in vtraque parte siue virtute, & procedit in ea vsque ad summum felicitatis eius: & hoc iam nos ostendimus in secundo lib. de intellectu & intelligibili, vbi de perfectione animæ ostendimus, sicut etiam in singulis dicimus perfectum, sicut dicitur perfectus medicus & perfectus fistulator siue tibicen: quando secundum speciem & formam proprie sibi virtutis siue artis in nullo deficiunt. Iuxta hunc utem modum transferentes nomen perfectionis ad imperfectiones secundum male & prauitatem dictas, dicimus lycophantem siue mendacem perfectum, & latronem perfectum: & ratio translationis est: quia etiam ad talia referimus & transferimus nomen boni, dicentes lycophantem bonum, & latronem bonum, quando secundum artem iactantij & lycophantis nihil deest. In omnibus enim huiusmodi & maxime in his que secundum bene & virtutem dicuntur, dicimus perfectum: eo quod virtus est perfectio quædam: quodlibet tunc est perfectum & qualibet substantia tunc perfecta est, quando secundum speciem proprie virtutis in nulla deficit parte que virtus sit, sed secundum naturam siue mensuram attingit virtutum & summum. Formam autem proprie virtutis dico, virtutis illius que conuertibilis est, & secundum illam naturam qua est id quod est: sicut virtus hominis est secundum intellectum, quia solus intellectus est, quo homo est id quod est homo: præter quod etiam talia adipsicent non est alteratus, sed perfectus: & in oppositis istorum non est alteratus, sed corruptus.

Amplius



Amplius autem tertio modo perfecta dicuntur esse, quibus iam inest finis studiosus & secundum naturam: perfecta enim dicuntur omnia secundam habere finem optimum. Iuxta autem hunc modum iterum sit perfecti translatio ad imperfecta: quia enim finis dicitur de numero ultimorum est, ideo etiam nomen perfecti ad prædā transferentes dicimus perfecti peccati & perfecte corrumpi, quando nihil deest corruptioni & malo, sed est in ultimo in quo esse potest: & ideo mors secundum metaphoram a quibusdam dicitur finis, quia est ultimum, sicut & finis ultimam quoddam est. Sed differenter: quia finis est ultimum cuius causa sit omne quod fit. Mors autem ultimam est non inrentam, sed corruptio eius quod intentum erat. Perfecta igitur secundum se dicta tot modis dicuntur. Et primus quidem modus aliquo modo secundum quantitatem simpliciter est, secundus autem modus secundum qualitatem, & tertius penes substantiam quæ est finis & perficiens esse. Metaphorici autem modi non sunt modi perfecti secundum esse, sed translatione ad modos perfectionis referuntur sub quadam perfectionis similitudine. His igitur modis alia quidem perfecta dicuntur secundum bene quæ in nullo deficiunt secundum genus suam, nec hyperbolem habent. Alia autem quæ nihil extra accipiunt, nec sibi deficiet virtus. Alia verò omnia dicuntur perfecta in substantia secundum quod non habent hyperbolem in ultimo genere, quod est natura ultimam ita quod non est aliquid extra ipsum ultimum quod exigatur ad esse. Alia verò dicuntur perfecta secundum accidens, & non per se: aut quia faciunt aliquid simile perfecto, aut aliter se habent ad hæc quæ secundum primum modum perfecta vocantur. Perfectum enim aut est in esse quoad intrinsecam rei principia & principia, aut est in his quæ sunt extra esse mensurantibus. Etsi quidem est in his quæ sunt extra mensurantis, aut hæc sunt secundum modum entis, aut secundum modum esse. Et ista ambo faciunt primum modum qui in vulgari usu principalis est significationis perfecti. Si autem est secundum intrinsecam, ad hoc secundum proportionem potentie naturalis ad bene esse, aut perfectionem potentie ad actum in esse ipso: & sic accipiuntur modi secundus & tertius, ut patet in libro: & isti sunt modi perfecti secundum se dicti, & illis opponitur modus quod secundum accidens vocatur, qui per accidens non est determinabilis.

## CAPVT II

*Est digressio declarans modos perfectionis, & plus quam perfecti, & ultra plus quam perfecti, & deficientis, & abundantis.*

**A**Dhuc autem de modis perfecti considerabimus largius extendentes perfectionem secundum quod opponitur abundantis & deficienti, & accipit plus quam perfecti additiones: sic enim quidam Peripateticorum de perfecto concluduntur de prima philosophia tractan-

tes. Nomen igitur perfectionis primum quidem est in numeris, cum sic ex suis constituitur partibus, quod nec abundat, nec deficit in ipsarum coacervatione. Et hoc modo senarium perfectum esse dixerunt, & ea quæ sunt secundum senariam, perfectioni consecraverunt: propter quod etiam rebus incipientibus sex scintillationes stellarum dederunt, & septimam quieti & custodiam in iureiurando deorum dixerunt esse dedicatam: ad esse enim & ad motum defendendi esse dederunt incipiendi principium. Principia autem esse aut factiva sunt, aut formabilia & materialia, aut sunt instrumentaliter operantia, quemadmodum calor digestivus. Facientia quidem & formantia calido & humido temperato & spiritali dixerunt esse determinata, & hæc dederunt Iovi summo patri: propter quod etiam pater iuans vocatur: quia spiritum viuificum & formantem & calidum & humidum omnibus immitrit, quem imbrem autem de vapore celesti rotantem esse dixerunt. Huic autem respondens ut proportionata materia est temperate frigidum & humidum. Et ideo factum est: quia subtili terrestri permixtum est, & hoc quasi garrula matris: & hoc venerabili attribuerunt matri quam propter naturæ venerationem, Veniam placuit appellari. Et primo quidem virtutem formantem. Secundo autem informabilem attribuerunt: & ideo Iovem imbrem aureum infundere gremio Venis poeticè loquens dixit Aescylus. Est autem ad rei inceptionem & de intrinsecis maturans & digestivus & viuificus calor cum sicco habens acumen: & hunc dederunt soli mouenti ad vitam spiritus omnia, per formam spiritus omnibus vitam inuehenti: & ideo curum quo vehitur, huic attribuerunt. Ex parte autem materia duo sunt necessaria, quorum unum est proportio simplicis humidi ad mixtum secundum perceptam celi virtutem: & hanc dederunt lunæ mouenti primum humidum quod est mare. Alterum aut. in ipse mixtionis motus: & hunc dederunt Mercurio valde multiplici & toruoso, ut vndique penetraret: & ideo stillolopontem, hoc est, bonum stillantem vocauerunt. Ne autem destruat alterantibus & in contrarium agentibus, calido audaci quod fit in corde, dederunt principio, & hoc deo Marti duci belli consecraverunt. Nec plura dicebant exigi ad intentionem & fieri rerum: & ideo magnum annum revolutionibus horum redire iureiurando confirmauerunt.

Quieti autem in esse dederunt septimum: cum enim omnia continentur in esse, & quiescant frigido comprimente & sicco continente figuræ & formas, Saturno omnia circumdanti quietem sanctificauerunt. Est igitur fieri & esse perfectio in senario: in septenario autem tota temporis successio: quia & inceptio quæ est motus ad esse, & quies ipsa in esse determinatur tempore. Quia verò calor & spiritus viuificus restaurantur continuo frigido sicco extrinsecus opprimente, sicut reducunt & reflectente spiritum ad fontem ipsius, ideo Saturnum patrem esse Iouis dixerunt: qui tamen inus conualescens & ad exteriora confortatus, inundans in exterioribus expanditur, & patrem Saturnum expellit à regno. Hæc igitur est perfectio secundum

secundum numerum, quod in esse consistit in senario, & in tempore septenarij numeratur perfectione.

Secunda autem perfectio rei est secundum quantitatem continuam consumptionem, secundum quem modum perfectum dicimus longitudinis & latitudinis & profunditatis motus perfecte attingens, qui etiam à celi motibus causantur motus quidem argenti secundum altum, & inium, motus autem localis secundum dextrum & sinistrum, & motus sensuum secundum ante & retro in profundum, & ex profundo: ex corde enim in organa diffunditur virtus, & ex organis in cor redeunt sensibilia motus: & in his dicimus perfecta animalia quæ hos tres motus sine defectu attingunt: & quæ ab his deficiunt, dicimus imperfecta.

Amplius tertio modo dicimus perfectum secundum commensurationem potentiarum ad actus secundos, sicut dicimus perfectum robore vel intellectu vel albedine secundum commensurationem superficiei ad lumen, & perfectum pulchritudine, quando quicquid huiusmodi bonitatis debet habere, iam habet, & nihil de his extrinsecus expectat: additum autem his nec ad necessitatem nec ad esse pertinens, in ratione superflui determinatur: additum autem ad rei necessitatem quod prædest, licet proferat non ad esse, plus quam perfecti accipit rationem. Ex his autem accipitur: cum omnis ordo principio, medio & fine determinatur, numerus autem ordo quidam sit plurium varietatem, patet terminum primum numerum perfectum esse: ideo hoc subiectam motus determinat, quod diximus esse primum susceptibile trium diametrorum: & hoc modo dictum est, quod omnis res est tres, & quod per numerum ternarium Deus magnificatur gladius. E contra autem est omnis numeri principium & medium & finis. Sic patet numerus est imperfectus ex defectu medij, licet habeat principium & finem, eritque omnium numerorum binarius imperfectissimus, qui principium & finem habet sine medio, & duos fines sine resolutionis sine principio & medio, & duo principia sine compositionis sine fine & medio. Omnia enim ista est unitas secundum diuersas rationes. Propter quod in duobus natura non sistit, sed in tribus in his quæ perfecta sunt: & ideo omnis motus est in tribus, principio, medio & fine: & si quidem sint multa media, hoc tamen in ratione medij sunt omnia vnum.

Amplius perfectum secundum ipsum esse accipitur, quod quidem nihil amplius exigit ad esse quam habet: & hoc quidem est duplex: vnum enim necesse est inesse, cuius proprium est non habere plus: alterum autem possibile est inesse, cuius esse quantum debet ad aliud quod est causa, habet tamen hoc ad quod pertinet coniunctum sibi sine defectu, sicut nos supra diximus in modis necessarij, quos distinguimus. Plus quam perfectum autem in esse, quod ultra suum esse in quo nullum patitur defectum, exuberat & profundit esse in alia, ita quod huius exuberatio sit sibi specialis: & secundum Peripateticorum sapientiam prima causa habet modum perfectionis primum, intelligentia autem habet modum perfectionis secundum. Id au-

*D. alb. Mag. Metaphy.*

tem quod est circa perfectionem, duplex est: est enim vnum sufficiens, & alterum insufficient. Sufficiens autem est, quod licet non simul habeat ea quæ operatur & profundit, tamen habet apud se vnde semper efficiat, & motum semper ab ipso attribuit ei materiam: & hoc modo sufficiens dicunt quidam esse mundi animam, quæ semper efficit successiue formas, & motus celi primi attribuit ei materiam. Insufficiens autem est, quod non habet apud se ea quibus perficitur, sed aliunde mouentia mouent ipsum ut ea consequatur, sicut est generabilia & corruptibilia materia. Hæc igitur de modis perfecti dicta sunt à nobis.

## CAPVT III.

*De modis termini.*

**T**erminus qui est perfectio quædam & finis, dicitur multipliciter: dicitur autem terminus id quod est cuiuslibet ultimam: & hoc quidem est quod occurrit in re primum, extra quod nihil est de re, & infra quod sic occurrens in re primum sunt omnia quæ sunt rei: & hoc modo infinitum est interminatum quia non est accipere aliquod ultimam: & primum intra quod continetur totum, sicut pellis est ultimam & primum in animalibus, intra quod continetur totum animal: & primum & ultimam caelum est, intra quo continetur vniuersum. Alio autem modo dicitur ultimam terminus, qui est species mensuræ aut mensurati habentis mensuram, & generaliter finis quantitatis vniuersalis cuiusque: tale verò est ad quod est motus & actus mensurantis & non à quo proprie. Aliquando tamen ambo hæc dicuntur termini, à quo videlicet incipit motus, & actus mensurantis, & ad quod peruenit, secundum quod dicimus quos esse terminos quantitatis eorum quorum est quantitas. Tertio autem modo dicitur terminus, cuius causa sit omne quod fit: & hic terminus est causa finalis, quæ est terminus intentionis quando in esse accipitur, licet sit principium omnium quæ accipiuntur in intentione: & de hoc quidem qualiter aliquando finis sit & non causa finalis, & aliquando causa finalis & finis, in præhabitis istius eiusdem sapientie satis dictum est. Quarto autem modo dicitur terminus sui stantia cuiuslibet distinctiva, quæ est quidditas siue quid erat esse ipsius: hoc enim est duorum terminorum, potentie videlicet & actus, siue generis & differentie. In his enim terminatur esse cuiuscunque rei siue entis. Hoc autem probatur per hoc quod si cognitio demonstrationis resoluitur in medium quod est cognitionis causa, resoluitur in definitionem quid & propter quid dicentem: & hæc definitio terminus est & dicitur: & cognitio facta per ipsam, comprehensio vocatur: est enim ista cognitio tactus intellectus super rei terminos. Cum autem definitio est cognitionis terminus, oportet quod etiam sit terminus esse & rei: quia eadem sunt principia cognitionis & entis, sicut supra ostendimus: sed diuerso modo hi. c. inde sunt accepta. Palam autem est, quia

S



quia quot modis principia dicuntur, tot modis etiam dicitur terminus, licet in plus sit terminus quam principium: quia terminus primo modo & in prima parte secundi modi acceptus, non est principium. Et ideo omne principium terminus quidam est, non tamen omnis terminus est principium. Terminus enim à terminando dicitur, aut entis, aut esse, aut fieri. Si autem est terminus entis, aut est terminus quanti secundum se, aut quantitatis acceptæ secundum numerum. Et terminus quidem quanti secundum se est ultimum & primum ipsius, intra quod est totum, & extra quod nihil est de re: & sic est modus primus. Si autem est terminus quantitatis secundum numerum, est modus secundus. Si verò est terminus secundum fieri, aut hoc est secundum rationem terminantium, aut eius quod terminatur. Et secundum rationem terminantium quidem omne principium est terminus quidam secundum rationem autem terminati non est terminus nisi finis & causa finalis: quia illò terminatur quod fit: & finis quidem terminus est motus: causa autem finalis est terminus intentionis, quæ quidem nunquam est terminus operis, sed est aliud ab ipso, sicut in ante habitis est ostensum. Terminus autem esse cognitionis est ipsa quidditas, siue substantia distinctiva: & hæc quidem principaliter dicitur terminus.

## CAPVT IV.

*De modis eius quod est per se, siue per ipsum, siue secundum quod vel non quod.*

**Text. c. 23.** **I**D quod est per se, pluribus designatur nominibus: designatur enim per secundum ipsum esse, & per secundum quod, & per in eo quod esse: & hoc quocunque modo designatur, significat aliquid esse vel inesse gratia sui ipsius, vel gratia eius quod inest propter seipsum: & ideo dicitur quendam essendi vel inesse endi proprietatem: & ideo nos distinguemus ipsum hic secundum quod dicitur modum essendi quemcunque, siue immediatum, siue eum qui contingit per aliquid immediatum. Dicitur igitur vno & principali modo per se, sicut per se inest species, & id quod est substantia vniuersalisque rei, quæ est ratio vel aliquid de ratione ipsius distinctiva: sicut id quod est bonum subiecto, dicimus esse bonum per se: & hanc hominem dicimus esse hominem, vel animal, vel rationale per se. Et alio modo secundo dicimus esse per se siue inesse per se passionem in eo in quo primum nata est fieri sine medio, vt color in superficie terminati corporis: hanc enim necesse est compositam esse ex perspicuo terminato: & hoc per se est causa coloris & subiectum. Isti ergo duo modi essendi per se sic differunt, quod primum dicitur per se est sicut species & forma. Secundum autem dicitur per se sicut materia est & subiectum primum cuiuscumque passionis. Vniuersaliter autem id quod vocatur per se, siue secundum quod, dicitur tot modis sicut & causa: & hoc probatur per hoc quod eadem est

quæstio de causa & de secundum quod, siue in eo quod. Dicimus enim inquirentes causam aduentus alicuius secundum, quid venit iste, id est, intendentes: ac si dixerimus, quia de causa venit iste: & hoc etiam est in cognitiuis: quia dicimus inquirentes medium quod est causa vel quod videtur & non est secundum quid paralogizatum est aut secundum quid syllogizatum est, intendentes quætere quæ causa syllogismi sunt aut peralogismi: quantum ergo multiplicatur causa & præcipue immediate, tantumdem etiam multiplicatur per se, siue secundum quod. Amplius omne quod secundum positionem distinctum dicitur, hoc per se vel secundum quod ipsum est existit, eò quod ipsum non in alio, sed omnia alia existunt in ipso, sicut quod per se existit nullo indigens in loco suo distinctum, aut quod secundum se vadit. Talia enim omnia positionem significant & locum: quia ab indiuidua substantia locus abstrahi non potest: propter quod etiam locus de indiuiduantibus esse dicitur: nec duo in vno loco possunt esse vel imaginari vel intelligi. Hoc autem alibi determinatum est: & ideo iste modus est modus essendi per se.

Ex omnibus autem inductis accipitur, quod secundum se & per se multipliciter dici est necesse: aliud enim secundum ipsum vel per se dicitur, quod hoc aliquid erat esse, sicut Callias secundum se est Callias: & hoc designat quid hoc aliquid erat esse Callias, sicut in ultimo enumerato modo dicitur est. Aliud verò dicitur per se siue secundum ipsum, quæcunque insunt in quid siue in quidditate eorum in quibus sunt, sicut Callias animal dicitur esse secundum se, eò quod in ratione distinctiva Callias est animal: Callias enim est animal quoddam: vniuersale autem esse particulare: non enim curamus hoc, utrum mediatè vel immediatè conueniat, eò quod hoc potius est de conditione propositionis quam dicat modum essendi, sed dicimus esse per se in isto modo, prout substantia inest cui inesse dicitur. Amplius autem dicimus esse per se, si aliquid ostensum est alicui primò inesse, aut ostensum est inesse primò in aliquo ipsorum quæ sunt eius per se substantiam. Ambo enim hæc dicuntur per se in secundo modo superius enumerato, sicut superficies in qua multum est perspicui, dicitur alba secundum se, & hoc est cui immediatè inest albedo: & homo dicitur esse viuum secundum se, eò quod anima est substantialis pars quædam hominis, in qua sicut in primo subiecto est ipsum viuere. Et sic secundus modus in duos diuiditur: eò quod aut passio immediatè inest, aut inest gratia alicuius quod substantiale est ei cui passio dicitur inesse: & illi substantiali passio inest immediatè. Amplius, sicut diximus, per se & causa æqualiter dicuntur: dicitur igitur per se id cuius non est alia aliqua causa: & hæc duo habent membra: aut enim dicitur de causa immediata, qua posita necessariò ponitur effectus, & destructa destruitur, sicut hominis quidem multæ sunt causæ: est enim aliqua causa hominis animal & aliqua bipes, quorum neutrum est conuertibile: nec simul ambo dicuntur causam conuertibilem: attamen secundum se homo est homo: & ideo habet aliquam causam conuertibilem.

bilem, & secundum illam dicitur per se & secundum ipsum. Aliud autem membrorum est, quod omnino nullam habet causam ex qua pendat secundum se. Hoc enim maximè est per se, & secundum ipsum sicut primum, quod solum est necesse, esse non habens plus, vt dictum est in ante habitis. Amplius quinto modo dicimus

in esse per se siue secundum se; quæcunque alicui insunt soli, sicut comedere dicimus eum per se, qui solus comedit & non habet socium in comedendo. Hoc ideo est: quia id quod dicimus per se, vel secundum se, dicitur quoddam separatam & cum exclusione quadam ab aliis.

## TRACTATUS V.

DE PARTIBVS ENTIS, QUARVM ESSE

*est in habitudine & relatione siue comparatione quadam.*

## CAPVT I.

*De dispositione siue positione & situ, &c.*

Text. c. 24.

*Nota qualiter sex principia non dicuntur ens aliquod absolutum, sed mixta sunt habitudinibus compositionibus.*



**S**c diligenter executis his quæ sunt consequentia eius secundum quod vnum refertur ad alterum, loquamur de his, quæ licet partes entis determinent, tamen non dicuntur ens aliquod absolutum: sed omnia mixta sunt habitudinibus compositionum, & comparationes quasdam dicuntur: & hæc sunt sex genera quæ restant, de quibus tamen quatuor veniunt in hanc speculationem: quia quando & vbi cum loco & tempore speculationem habent naturalem in physicis, & secundum prædicationem in logicis sunt determinata. Dicamus igitur primo de dispositione siue positione siue situ, hæc enim idem dicuntur sub diuersa ratione: dispositio autem in communi dicitur habentis partes ordo: & secundum distinctionem ordinis partium ita distinguatur dispositio vel positio: aut enim ordo ille partium determinatur ad loci differentiam aliquam, & ordinem partium in loco, sicut supra & infra, & dextrorsum & sinistrorsum, & extra & intus: & hoc modo situs siue dispositio est vnum decem prædicamentorum, & est ante agere & pati & habere, sicut differentie situs sunt ante differentias actionis & passionis, & eius quod est habere: & hac ratione ponimus ipsum in primis. Alio autem modo dicitur dispositio partium ordo in toto: & hoc dupliciter: aut enim est ordo partium in toto secundum positionem distinctus in prius & posterius, & superius & inferius, & alias siue differentias: aut est ordo partium distinctus secundum differentias situs distinctus secundum speciem & formam partium in toto dispositarum. Prioris autem exemplum est in his quæ componuntur ex homogeniis, vt est aqua vel vinum, in quibus partes non sunt distincte nisi secundum potentiam.

D. Alber. Mag. Metaph.

tiam, sicut nos supra diximus, vbi nos locuti fuimus de modis vniuersi: quia in talibus non dicimus vnam partem esse supra, & aliam esse infra, vnam extra, & aliam intra, vel vnam esse in dextro, & aliam in sinistro, nisi secundum nostram imaginationem, vel tactum, vel in compositione ad vas continens, vel secundum aliud aliquid tale: simpliciter autem sub forma viuente acceptis partibus nulla distincta est ab alia. Exemplum autem secundi est in partibus heterogeniis totum aliquod componentibus, sicut est in homine, in quibus per ipsas formas suas partes sunt intra, extra, & supra, & infra, & ante, & retro, & dextra, & sinistra: & differunt tam figura quam virtute, sicut diximus in 2. cæli, & sicut cuiuscumque etiam ad sensum patet positionem enim quandam oportet in his esse, sicut & ipsa compositio nominis ostendit, cum dicitur dispositio: sonat enim hoc nomen partium positionem in diuersa secundum situm.

## CAPVT II.

*De modo habitus secundum quod continet prædicamentum actionis & habitus & speciem qualitatis, quæ dicitur dispositio vel habitus.*

**H**abitus verò non sonat idem quod habere. **Text. c. 25.** Sed habitus est quoddam resultans medium ex habitudine duorum adinuicem, quorum vnum est mutans, & alterum mutatum secundum formam aliquam: & ideo multa istud comprehendit in diuersis existentia generibus entis. Dicitur quidem vno enim modo habitus tanquam actio quadam habentis & habiti, sicut actus quidam medius aut motus secundum quod est actus, & motus, exiens ab agente & mouente in patiens & motum: non quando hoc quidem facit, illud autem sit & patitur, tunc media est praxis, hoc est, actio secundum quam ipsam agens in id quod subicitur & patitur, dicitur agere: & hoc proprie est actionis prædica



prædicamentum. Et simili modo infra siue intra habentem indumentum & ipsum indurum habitum est medius habitus, qui significatur per indurum esse & cappatum & tunicatum & huiusmodi: & hoc habitus prædicamentum. Ex hoc autem patet, quod habitus non est habitus quo habeatur, licet habere sit medium: hoc enim abiret in infinitum, si concederetur, quod esset habitus habitus quo haberetur. Alio vero modo tertio dicitur habitus species qualitatis, quæ est dispositio quadam vel habitus vocata: & hoc dupliciter: aut enim hæc dispositio est secundum bene vel male se habere in toto vel in parte aliqua totius: & utrumque horum dupliciter est: quia aut est secundum bene simpliciter, aut secundum bene per comparationem ad aliud quod minus valet in illo habitu, sicut dicitur sanitas habitus quidam corporis ex dispositione mixtorum humorum & compositione membrorum procedens, sicut Sortes sanus dicitur, aut simpliciter, aut respectu Platonis vel alterius. Amplius habitus dicitur si pars quadam Sortis est talis dispositionis aut simpliciter, aut respectu alterius. Propter quod etiam partium secundum bonam vel malam compositionem ipsarum est quidam habitus: habitus enim temper valet esse quoddam medium habitus & haberi, quorum est mutatio quadam, & ideo potius habitudo vocatur.

## CAPVT III.

## De modis passionis.

**Tex. c. 56.** Passio dicitur vno quidem modo qualitas secundum quam alterari contingit, sicut album & nigrum, & dulce & amarum, & grauitas & leuitas, & quæcunque sunt talia sensibilem qualitatem: & sic passio est species qualitatis, quam vocamus passionem vel passibilem qualitatem. Alio vero modo dicitur & sunt passionis horum actiones & passionis in subiectum, quæ ad agens quidem relate sunt actiones, ad patiens autem relate sunt passionis: & sic dicta passio prædicamentum est passionis. Amplius autem sic dictarum passionum quæcunque sunt magis nocivæ alterationes & motus in his quæ sensum habent & sunt lamentabiles maxime propter nocuentiam quod inferunt sensui, illæ dicuntur passionis. Amplius autem in talibus quæ faciunt in sensum quæcunque sunt ipsarum exultationum vel tristitiarum siue lamentationum, illæ magnæ passionis vocantur. Et isti tres modi vltimi differunt: eo quod primus dicitur ipsius nature quæ prædicamentum est, naturam. Duo autem sequentes modi species passionis eiusdem secundum usum nominis determinant: recipere enim quod Græcè vocatur patin, sicut passionis naturam: recipere autem contrarium inducit lamentum, eo quod dissoluit continentiam in quo est sensus: magnitudines autem receptionem in communi, siue aut conuenientis, siue inconuenientis, dicuntur passionis: quia vincunt sensum: & vnus quidem est voluptas siue delectatio, alterius autem est anxietas siue luctus vel lamentum,

siue quocunque alio nomine vocetur. Et contraria nomine quidem passio magis vocatur voluptas quam delectatio: quia non omnis delectatio habet contrarium, sed illa sola quæ, vt dicit Plato, generatio est in sensibilem animam: ideo consequentes non omnis delectatio est passio: propter quod etiam delectatio non habens contrarium, magis in genere diffinitur operationis quam passionis: est enim delectatio operatio proprii & connaturalis habitus & non impedita, siue vt dicit Michael Ephesius, effluuitio nature in propriorum & connaturalium habituum operatione non impedita. Tres igitur vltimi modi sunt prædicamenti passionis: & quia sic passio illata est ab agente secundum potentiam actiuam agentis, ideo primus modus sumitur penes inferens huiusmodi passionis. Hæc autem duo, habitudo actionis & passionis, pro certo vna sunt habitudo in substantia differens secundum esse, quod habet in terminis: sicut eadem est via de Thebis ad Athenas, & de Athenis ad Thebas, differens penes terminos: & quia penes huiusmodi differentias actiuæ & passiuæ relatiua quæ secundum potestates agentium & patientium innasci diximus superius, ideo relationes non sunt eadem: vnde paternitas non est filiatio, neque è conuersio. Est autem aduertendum hic, quod actio agentis licet sit ab agente, & comparisonem dicat agentis ad patiens penes potestatem qua agit sumptam, tamen pro certo est in patiente sicut in subiecto, & est passio ipsius, sicut & motus licet in mouente in motum, siue id quod mouetur, & est actus mouentis, & tamen est in eo quod mouetur sicut in subiectis. Hæc igitur de passione dicta sunt à nobis.

*Actio licet ab agente sit, tamen in patiente est vt in subiecto.*

## CAPVT IV.

## De modis priuationis quæ opponitur habitus.

**Tex. c. 17.** Via vero priuatio opponitur habitui, ideo de priuatione hic post habitum & passionem oportet intererere. Dicamus igitur, quod priuatio dicitur à priuatione principij naturalis tribus modis. Et vno quidem modo dicitur, quando non habet aliquid quod est aptum natum haberi, licet hoc non sit aptum secundum indiuiduum siue subiectum, neque secundum speciem, neque secundum genus, sicut oculis priuati dicitur planta. Est tamen in talibus prima potentia ad habitum: vna enim occulta potentia est ad vitam manifestam & perfectam: & hoc est secundum omnium sensuum participationem. Sed neque in subiecto quod est hæc planta, neque in specie quæ forte est in aliis, neque in genere natum est habere visum vel oculos. Alio vero modo dicitur, quando aptum natum est habere: & hoc dupliciter, aut in genere, aut in specie, & non habet. Aliter enim homo dicitur cæcus, quando non habet quod natus est habere in specie, sed non habet, & aliter talpa. Talpa enim priuatur eo quod non est apta nata habere secundum speciem, sed quod nata est habere secundum genus. Homo vero

vero cæcus priuatur eo quod natus est habere secundum se, & secundum suam speciem. Amplius priuatur eo quod natum est habere secundum suam speciem siue secundum se, aut natum est habere secundum omne tempus id quo priuatur, sicut homo: aut priuatur eo quod natum est habere secundum tempus determinatum, sicut capulus qui non habet visum citra nonum diem, vnde priuari dicitur si non habet quod natum est habere, & quando natum est habere. Cæcitas enim est priuatio quadam, sed non secundum tempus quilibet cæcus est secundum omnem ætatem: sed tunc cæcus est si in ætate in qua aptus natus est habere visum, non habet. Similiter autem in priuatione attendendum est non solum tempus, sed etiam subiectum in quo est & secundum quid siue secundum quam potentiam principij, & ad quod membrum determinatum, & si sic non habet id quod aptum natum est habere, tunc priuatum dicitur. Amplius præter omnem principij naturalis defectum dicitur aliquando priuatum, quod per vim siue violentiam ablatum est. Sed hæc est priuatio proprii actus & motus, sicut lapis loco deorsum & motu priuatus dicitur, quando sursum tenetur violentia: aut quia impeditur columna supposita, aut aliquid huiusmodi. Et hoc aduertendum, quod quor modis dicitur negatio in genere quæ relinquit subiectum, tot modis dicitur etiam priuatio: quia hæc negatio talis reducitur ad priuationem: præter hoc solum quod negatio in genere non habet medium, priuatio autem aliquando medium habet, sicut ostendimus inferius: & ideo à primo modo inchoando quot modis dicitur negatio, dicitur tot modis priuatio. Nam inæquale vel non æquale dicitur, quod non est aptum natum habere æqualitatem, vt color, qui non est aptus natus commensurari alicui: & hoc dicitur non æquale penes modum primum. Inuisibile autem dicitur siue non visibile, aut quod non omnino natum est habere colorem, & hoc dicitur penes modum secundum: aut quod turpem habet colorem à quo auertitur visus. Et similiter dicitur id quod est sine pede, aut non habens pedem, aut quod non habet omnino pedes, aut quod turpes habet aut vitiosos & curuos, sicut claudus pedibus. Amplius adhuc priuatum aliquid dicitur in partem habere & minus quam exigetur ad operationem, vt non ignitum dicitur, quod non habet ignem intensionem sufficientem: sed hoc vltimum reducitur ad turpiter siue corruptè habere secundum aliquem modum. Amplius dicitur priuatum, quod non facile aut non bene seipsum expedire se habet ad actum & operationem vel passionem, sicut infecabile vel non fecabile dicitur non solum ideo quod non secatur, sed quia non facile aut non bene secatur. Amplius in priuatione considerandum est, quod omnino non habet, non aliquis dicitur priuatus, quia dimidio caret, si illud dimidium potest facere actum: monocolus enim non dicitur cæcus, sed cæcus dicitur, qui in ambobus oculis non habet visum: & hoc est ideo, quia vnus oculus per se agit visum operationem: sed monocolus dicitur claudus, ideo quia vnus pes operationem non perficit gressus. Quia autem sic est quod oportet esse in toto priuatum in mul-

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

tis, & priuatio reducitur ad negationem in genere, nisi in hoc quod priuatio est oppositio habens medium, negatio autem non: ideo licet bonum & malum opponuntur per priuationem & habitum, tamen non omnis homo bonus est aut malus, aut iustus aut iniustus: hæc enim habent medium: quoniam bonus & iustus dicuntur dupliciter, ab actu videlicet virtutis, & officio. Ab actu quidem virtutis priuatio secundum se, omnis homo aut est bonus, aut est malus: quia virtus ethica monastica est in seipso perficiens hominem. Officium autem virtutis, vt dicit Tullius, est congruus actus personæ secundum statuta primæ reipublicæ deseruiens, sicut dicitur bonus ciuius bonus & iustus ille, qui ciuilia dirigit: & hoc modo rusticus & eremita neque bonus neque malus est, neque iustus neque iniustus: quia non est ciuilis qui huiusmodi est. Affirmationis autem & negationis non est aliquod medium, sicut in quarto huius sapientia lib. ostendimus superius, &c.

## CAPVT V.

## De habere &amp; modis eius.

**Tex. c. 27.** Habere autem dicitur multipliciter. Vno quidem modo dicitur esse illud habere aliud quod tenet ipsum infra terminos sue potestatis, & habere dicitur comparatio media quæ est inter habens sic & habitum: & diuersificatur hoc per tres differentias: aut est enim habere secundum genus habitus, aut habet ipsum secundum suam naturam, aut secundum imperium potestatis: vnde febris dicitur habere hominem secundum potestatem retinendi naturam: & illa habitudo est comparatio media à calore innaturali procedens & nature dominans: & eodem modo frigus etiam habet homines secundum potestatem nature. Secundum autem imperium potestatis Troiani victores dicuntur habere Iliam ciuitatem. Et habere iterum dicitur comparationem tenendi à tenentibus ad tentum. Secundum autem essentiam istius generis dicitur vestimentum induti habitus: & est habitus ipse à vestimento circumdate ad eum qui indutus est accepta habitudo siue comparatio, qua quis dicitur rhyticatus, vel togatus, vel capatus, vel generaliter indutus siue vestitus. Alio autem modo dicitur illud habere, in quo aliquid existit sicut in susceptibili materia & subiecto, vt æs habet speciem siue figuram idoli siue statue, & corpus habet infirmitatem. Tertio modo dicitur habere sicut habet continens contentum, siue contineat ipsum sicut locus, siue contineat ipsum sicut vas, siue contineat ipsum sicut forma. Contentum enim in aliquo dicitur haberi ab ipso, sicut dicimus lanam habere humidum, & ciuitatem dicimus habere homines, sicut locus habet locatum, & nauem dicimus habere nauitas, sicut vas habet id quod est in vase: sic autem & torum dicimus habere partes, sicut forma continet & habet formatum. Cum autem locus habet locatum est, vbi quod est prædicamentum in locato comparatione facta ad locum: & conuerso autem est de prædicamento habitus: quia


*Nota quæ licet resse aut impotens per vbi, differet*



*de respectu  
impertito  
per habitum  
vide Com-  
mentatio-  
nem etiam  
pro hoc in  
commento  
presenti.*

quia hoc est in habitu exteriori compositione facta ad indurum. Amplius quarto modo dicitur habere id quod prohibet secundum impetum suæ potestatis aliquid ut moueat, aut operetur secundum naturam suam motum aut operationem, sicut columna dicitur habere suæ tenere ponderosa supposita: quia prohibent ea ne decidant: & hoc modo habere est idem quod per vim retinere, sicut in poetis fabulis Athlas dicitur habere celum, tanquam casum super terram si non habeatur ab ipso: quemadmodum etiam dicunt quidam Physiologorum suæ de natura loquentium, qui martem ponunt causam esse solem, illi enim diffusam vndique materiam dicunt Athlasrem, & sua diffusionem tenere celum. De hoc autem in

principiis motuum animalium, & in secundo celi & mundi & in poetis à nobis dictum est. Hoc igitur modo id quod continens est, dicitur habere ea quæ continet, quasi ipsum continens sit separata à contento substantia per subiectum & locum, & quasi contineat singula quæ continet per impetum violentæ potestatis prohibentis ipsum contentum ab operatione naturali, sicut celum Athlas prohibet à casu, & generaliter loquendo esse aliquid in alio similibus modis dicitur, & æque communiter cum habere. Octo autem modis dicitur aliquid esse in aliquo, sicut in præhabitis determinatum est. Quæcumque autem in categoriis de habere diximus, hic supponatur.



# TRACTATUS VI.

DE CONSEQUENTIBUS ENS SECUNDUM  
modos quibus ens principiatum est ex principiis  
secundum omne genus entis.

## CAPVT I.

De modis eum quod dicitur ex aliquo.

Tex. c. 29.



**R**OSTER ea quæ de generibus entium secundum modum essendi consideratis dicenda esse videbantur, determinabimus ea quæ consequuntur ens: & primo de modis principiorum entis secundum quod ens ipsum constituunt. In his autem primum est, quod determinat ipsum exitum principiatum de principio, & hoc est ex aliquo esse: hoc enim dicitur generaliter fluxum principiatum de principio. Dicamus igitur, quod ex aliquo esse dicitur multis modis. Vno quidem principali & primo, ut ex quo aliquid est sicut ex materia. Hoc autem dupliciter dicitur: vnum enim ex quo res esse dicitur, est primum genus subiectum, siue materia prima in genere aliquo rerum. Alio autem modo dicitur esse ex aliquo ex materia per ultimam speciem determinata est proxima: & ideo propria materia vocatur. Primum autem exemplum est, sicut omnia fluida siue liquabilia dicimus esse ex aqua: quia aqua est prima materia ipsorum. Secundi autem exemplum est, sicut dicimus statuam idoli ex ære: eod quod æs propria & proxima materia est idoli. Alio vero modo secundo dicitur aliquid esse ex aliquo sicut ex primo mouente, sicut aliquando quædam dicimus, ex quo est pugna: & respondemus, quoniam est ex conuictio, eod quod conuictum principium est pugne. Alio autem modo dicitur aliquid esse ex aliquo secundum intentionem formæ & ma-

teriam simul, ut patet in his quæ sunt ex composito: omne enim quod est ex illis, est in quæ resoluuntur: resoluuntur autem compositum in materiam & formam: & hoc modo iuxta hunc modum proprie resoluuntur totum in partes: & ideo compositum est ex materia & forma, & totum est ex partibus: & hoc modo versus Homerici de Troiana historia sunt ex historia Iliion ciuitatis, quæ Troia alio nomine vocatur. Et similiter de domo resoluta sunt lapides: & ideo domus est ex lapidibus. In omnibus enim talibus finis est forma totius: & perfectum & totum dicitur id quod habet inclusum qui est forma totius. Amplius autem quarto modo dicitur aliquid ex aliquo sicut ex principio formali, & ex illo tanquam ex parte dicitur esse species, quia est pars esse, sicut hominem dicimus esse ex bipede siue ex rationali quod est forma, quæ est pars esse: & hoc modo syllaba est ex elementis, quo um quodlibet est pars esse ipsius: cum syllaba sit comprehensio litterarum indistincte prolararum: aliter enim syllaba est ex elementis quam statua ex ære: substantia enim naturalis est composita ex sensibili materia sicut ex materiali principio. Species autem est ex speciei materia: syllaba autem forma & species quædam est: & ideo est ex materia non sensibili, sed ex materia quæ est materia & elementum speciei: & hoc est id ex quo componitur syllaba, & est materiale in ipsa. Quædam igitur sic dicitur ex aliquo sicut dictum est. Alia vero & quinto modo dicitur ex aliquo simul secundum causam efficientem & formantem & materialem: & ideo dicitur ex aliquo secundum partem aliquam præinductorum modorum omnium, sicut ex patre & matre existit puer, non quod ex parte patris sit & ex parte matris: quia

quia spectata virtute est totus pater, & gutta magis virtute est tota mater: sed quia puer alio est, & secundum partem formæ est ex parte, secundum autem partem materiam ex matre tota: & similiter licet non omnino est ex terra planta, quia planta secundum aliquam sui partem est ex terra. Alio vero & sexto modo qui inter omnes est minus principalis modus, dicitur aliquid ex aliquo, quia est post illud: & in talibus oportet, quod maneat aliquid vnum, sicut substantia vna est in toto tempore, sicut dicimus ex die fieri noctem, & e conuerso: quia nox est post diem, & dies post noctem: tempus est enim circulare: & hoc non tantum dicimus pro substantia temporis, sed etiam pro qualitate: & hoc modo dicimus, quod ex serenitate fit hyems siue tempestas, hoc est, post serenitatem.

Cum autem in omnibus his non considerentur nisi duo, scilicet ipsa principia fieri sine mutatione, & ordo mutatorum, necesse est omnia inducta reduci in duo. Alia enim dicuntur ex aliquo fieri: quia transmutationem habent ad inuicem, sicut omnia quæ inducta sunt præter modum vitium. Alia autem dicuntur fieri ex hoc: quia secundum tempus solum sic dicuntur, sicut dicimus, quod ex qualitate dierum ruta sit nauigatio: eod quod est post æqualitatem æstivalem nauigatio ruta, quando mare quietat: & huius vius est in astronomicis, ubi sunt ordines tales: quia in circulo periodi alius est ordo ex aiete in libram, & alius ex libra in capricornum, & sic in festis deorum dicitur, quod ex Dionysia festa celebrata Traglia. Dionysia post Dionysia festa celebrata Traglia. Dionysia autem quæ Latine interpretatur tenebras extirpantia, fuerunt facta hominum illustrium & laudabilium, quæ primo apud veteres cum laude celebrabantur. Traglia autem fuerunt facta inerorum & seruilium personarum, quæ postea cum vituperio varum celebrabantur: & ideo Traglia vocata sunt, à trogo quod est hircus: quia vituperii insistentes fortis animal, quod erat hircus, in remunerationem acceperunt.

*Alia Thar-  
gelia, Iudi  
in honore  
Apollinis  
& Dianæ.*

## CAPVT II.

De distinctione modorum partis.

Tex. c. 30.

**I**D ex quo aliquid sit, pars est eius quod sit ex ipso: & id quod sit ex ipso, totum est: quod si deficiat in aliquo constituentium, ipsum est diminutum: & ideo de his tribus hic per ordinem tractandum est. Pars igitur dicitur secundum quantitatem, & dicitur secundum qualitatem siue formam, & dicitur pars secundum esse quæ est essentialis pars. Pars autem secundum quantitatem dicta est, in quam diuiditur quantitas quocumque modo diuisionis, siue mensuræ & numeræ totum, siue non: semper enim id quod auferatur à quantitate aliqua finita tota quantitateque sit, pars illius dicitur, sicut duo dicuntur pars esse etiam, & tria pars quinque: cum tamen aliquoties sumpta non auferent totum. Alio vero modo dicitur pars quæ sua tota aliquoties sumpta dimensuratur

solum: & hoc modo sumitur in geometricis pars, sicut duo sunt pars tenarij, & similiter tria. Et quia sic dupliciter dicitur pars quantitativa, ideo vno modo duo sunt pars trium, & alio modo pars ipsorum non sunt. Amplius autem præter ambos præinductos modos dicitur pars secundum formam siue quantitatem, in quæ diuiditur species siue forma aliqua: ea enim in quæ formaliter aliquid diuiditur, dicuntur partes ipsius: ideo species dicuntur partes generis, quia genus diuiditur in eas. Amplius ad huc dicitur pars id in quod diuiditur per resolutionem, & ex quibus componitur totum aliquod, aut species aliqua, aut aliquis habens partem esse, & aliam partem esse sphericitatem: & cubi autem vnam partem dicimus esse æs, & alteram cubitatem: æs enim est materia in qua est tanquam in subiecto species sphericæ & species cubi: huius enim artificialium forma est figura. Hoc etiam modo angulus est pars quædam formalis, secundum quam dicuntur angulum esse per se vnum genus quantitatis discretum à linea & superficie & corpore, quorum rationes in præcedentibus induximus, licet hoc magis pertinet ad geometriam quam ad metaphysicam ostendere. Amplius quinto modo dicitur pars, quæ sunt in ratione definitiva, quæ diffiniendo ostendit vnumquodque per terminos sui esse substantialis: illa enim etiam dicuntur partes esse totius, & diffinitum dicitur quoddam totum: propter quod etiam genus dicitur esse pars speciei, quia est pars esse ipsius, & est quid ipsius speciei sicut subiectum in esse ipsius. Differentia autem dicitur pars altera ipsius speciei, & est quale quid in ipsa. Alio autem modo dicitur species pars generis: quia est pars potestatis eius. Genus enim diuiditur in species sicut in partes potestatis suæ. Genus autem ut constituens esse ipsius speciei est pars ipsius.

Ex inductis igitur patet partem esse triplicem in genere, quantitativam videlicet, & potestativam, & essentialem: essentialem autem duplicem secundum viam compositionis sui, & secundum viam rationis. Secundum quantitativam autem partem dicta etiam dicitur & dupliciter pars, ut patet ex præinductis. Principalis autem modus partis est secundus modus, quo dicitur pars quæ aliquoties sumpta reddit totum, & sub hac ratione correlatiua sunt adiuicem pars & totum, quia totum non est nisi finitum partibus: secundum primam autem acceptiorem partem dicitur pars toto minus, & totum parte minus: istæ autem partis & totius distinctiones nihil diffinitum & determinatum demonstrant. Igitur hæc de modis partis dicta sunt à nobis: partes enim siue quantitate non ita proprie dicimus partes: & hoc patet: quia illarum qualiter habet rationem totius, & non tantum partis: quia species est totum genus secundum esse, licet non sit totum ipsam secundum ambitum suæ potestatis: genus enim secundum totum suum esse & naturam saluatur in qualiter specie. Similiter autem genus est totum esse ipsius speciei secundum potentiam, & differentia est totum esse ipsius secundum actum. Et similiter etiam in partibus essentialibus secundum realem compositionem acceptis: quia materia



matéria est totum in potentia, & forma est totum in actu: & ideo istis modis non proprie pars est minor toto, neque totum proprie maius est sua parte.

## CAPVT III.

## De distinctione modorum totius.

**T**OTUM autem quod fit ex aliquo, dicitur multis modis. Et vno quidem modo & primo & principali dicitur totum, quod idem est quod perfectum, cuius videlicet nulla pars abest ex quibus est sicut se constituentibus: aliqua enim non constituentia principaliter possunt abesse: propter quod etiam distinguitur per partes principales & partes secundarias. Hoc igitur modo principaliter dicitur totum, & iterum secundo modo dicitur totum natura siue per naturam formalem: eod quod forma primo modo dicta est natura & principaliter: hoc autem natura est continens contenta, quæ in pluralitate aliqua consistunt terminata ad vnum continens: propter quod etiam vnum sunt omnia illa contenta. Hoc autem totum quod sic ab vno multa continente totum dicitur, duos habet modos. Aut enim est sic vnum continens multa, sicut vnumquodque singulare designatum est vnum multitudinem in te claudens partium, & hoc est quod totum integrale vocatur: aut sic est vnum, quod est ex his quæ continent vnum, & hoc vocatur totum vniuersale, siue ut quibusdam placet vniuersum: licet enim ipsa natura vniuersa multa non sit ex eis quæ vnit, tamen totalitas eius siue vniuersitas siue vniuersitas accidit ei prout aliquo modo est ex ipsis. Omne enim totum habet hoc, quod est aliquo modo ex partibus: hoc autem in sequentibus doctrinæ istius eiusdem libri clare prædabitur, ubi naturam vniuersaliter inuestigabimus. Omne enim quod vniuersaliter dicitur, & similiter omne quod dicitur totaliter, dictum est tanquam vnum aliquid ens, quod vnit multis: & hoc quod si vnit, est totum quoddam vniuersale, quasi multa continens vel acta vel potentia: prædicatur enim de vnoquoque iporum: & ea de quibus prædicatur, sunt omnia vnum, tanquam ipum vniuersale prædicatum sit vnumquodque iporum, sicut homo, equus, & Deus secundum Stoico unam opinionem & Epicureorum, qui deos animata corpora esse dicebant: secundum hoc enim omnia hæc sunt vnum vniuersa: eod quod ista omnia sunt animalia: contentam vero & infinitum est intra formam totius, sicut quando vnum aliquod totum est ex pluribus, quæ insunt intra formam totius contenta: & illa quæ insunt, plura quidem sunt aut perfectione partium, sicut est in heterogeniis totis in quibus sunt diuersa formæ perfectiæ, ut forma ossis, & nerui, & carnis, & huiusmodi. Si vero non fuerint perfectione differentes, tamen sunt differentes inter se potentia siue potestate: quia alia est potestas vnius, & alia potestas alterius, sicut est in his quorum partes non multum differunt secundum formam, sicut in plantis est, in quibus &

radix & stipes & ramus & virga, lignum est, vel olus: & tamen differentes habent potestates. Sin autem sic non differunt, tamen differunt potestate maxima, sicut in his quorum est vna potestas in omnibus partibus: & oportet tunc ut origo illius potestatis sit originaliter ex vno quod est loco cordis in omnibus talibus, sicut est in quibusdam ostreis quæ homogenia & in substantia & potestate esse videntur: non tamen omnia quæ sunt in ipsis, sunt potestatis maxime. Sin autem adhuc, & in hoc non differunt, tamen differunt energia quæ est idem quod operatio interior, hoc est, operatio quæ ab interiori principio procedit. Alia enim est operatio vnius, & alia operatio alterius: quoniam vna trahit, & alia dirigit & tertia vnit, & sic de aliis operationibus: hæc enim operationes diuersæ sunt in quantumcunque similibus corporibus quæ totius habent rationem. Horum autem omnium totorum magis sunt distincta pluralitatis ea quæ sunt naturalia, quam illa quæ sunt ab arte: sicut etiam dicimus in vno, quod naturaliter vnum magis est vnum, quæ id quod est vnum per artem: & hoc est dictum tanquam totalitas existat per rationem vniuersi alicuius: ea enim quæ sunt vnum vel totum per artem, licet forte figura differant membra, tamen formaliter per essentiam non differunt: neque etiam differunt essentiali operatione. Sic igitur tripliciter dicitur totum perfectione, integritate, & vniuersitate.

## CAPVT IV.

## De differentia totius &amp; vniuersi, quod maius proprie dicitur omne.

**A**mplius autem obseruandum in differentia totius integri quod verè totum dicitur, & differentia vniuersi quod magis proprie vocatur omne siue vniuersum, quod in omnibus illis quæ sunt quanta quantitate ipsorum habente principium & medium & vicinum, quo unam differentiam in partibus non facit potentia naturalis partium, qua vna sit supra, & altera infra, & vna intus, & alia extra, & sic de aliis positionum differentis, magis dicitur omne siue vniuersum: in omnibus autem illis in quorum partibus secundum aliquid positio facit differentiam, & secundum aliquid non facit, dicuntur secundum diuersam rationem, & omne & totum siue vniuersum & totum. Diximus autem in precedentibus, quod in heterogeniis positio facit diuersitatem: in his enim aliqua pars per naturam est intra, & aliqua extra, & supra, & infra, & dextra, & sinistra, & ante, & retro: & ideo tota illa dicuntur proprie sicut sunt animalium corpora: in his enim quæ sunt homogenia per totam substantiam & operationem, non est positio faciens differentiam, nisi per accidens, sicut diximus superius ex hoc quod vitus vel tactus vel aestimatio vel vicinitas alicuius segregat vnam partem ab alia: & illa magis proprie dicuntur vniuersum siue omne, quia vniuersum est vnum verum in omnia: & distributio totius vniuersalis est eius quod per vnam

vnam rationem est in omnibus partibus: in omnibus autem illis in quibus partim quidem positio facit mutationem, & partim non, in his dicitur totum & omne, sicut in his in quorum positione partium diuersa est figura, & tamen vna substantia & eadem operatio, sicut est pax & cetera & vestis: positio enim in his transposita mutat figuram exteriorem, sed substantia formalis manet eadem: & ideo dicuntur illa & tota: & vniuersa recipientia & totum ac omne: aqua vero & quæcunque sunt humida species aquæ existentia sicut vinum & lixivia, & huiusmodi ea quæ sunt nullo modo in partibus variata, dicuntur vniuersum & omne quoddam: & similiter numerus dicitur vniuersum & omne, eod quod numerus non est nisi vnitates aggregatae, quæ omnes vnius sunt formæ. Hæc igitur non dicuntur tota: quia non dicitur tota aqua vel totus numerus, nisi secundum metaphoram, si videlicet fiat distinctio situs per accidens in partibus, sicut in arte habitis determinatum est. Omne verò dicitur in his in quibus est & vniuersum similiter, quando est & in vno quodam vniuerso omnia, ita quod sit in his quæ continet sicut in quibusdam diuersis specie vel numero, sicut dicimus, omnis hic numerus, & omnes hæc vnitates significantes vniuersum numerum, & vniuersas vnitates: omne enim & vniuersum idem dicimus. Hæc igitur de toto dicta sunt a nobis.

## CAPVT V.

## De digressione declarans quot modis dicitur vniuersale.

**O**portet autem nos hic digressionem facere, ut vniuersalis naturam consideremus, quod iam vniuersum quoddam esse diximus. Et hæc enim facilius erit doctrina tam præcedentium quam sequentium. Quia autem subtiliter vniuersalis naturam inquirere intendimus, primo quor modis vniuersale dicitur, distinguemus: & vnde ortum habeat vniuersale, ostendemus. Dicimus igitur vniuersale quatuor modis dici proprie, & hoc quocunque modo dicitur tribus modis vel quatuor considerari. Dicitur enim vniuersale actu & potentia & natura & opinione. Actu autem idem est quod actu esse de multis & in multis secundum esse non diuisum ab illis, sicut homo: potentia autem vniuersale est, quod licet actu non sit, tamen nihil prohibet ipsum esse vel fieri tam in arte quam in natura, sicut domus octangula quæ fore nulla est, sed tamen potest esse, vel corpus regulare viginti basium, ita etiam in natura propter renouationes figurarum celestium nihil prohibet aliquid fieri quod non est: quod si esset, saluaretur in multis & esset vniuersale. Vniuersale autem natura est sicut id quod quantum de se & natura sua est vel potest esse in multis, licet aliquid impediatur ipsum, quod non est de natura sua, sicut sol: quoniam natura suæ formæ non prohibet esse de multis & in multis: sed hoc prohibet materia in qua est, quæ tota est perfecta per formam: & ideo forma non

multiplicatur: quia forma non multiplicatur nisi per materiam diuisionem: & sic est de luna & de omnibus stellis aliis, quantum qualiter in specie est vna non multiplicata per numerum. Vniuersale autem secundum opinionem quidam dicunt vniuersale, non tamen verè est vniuersale: & hoc est quando aliquid secundum suam naturam est incommunicabile esse multis, putatur tamen communicabile esse ideo quod partes eius vel operationes à quibus nomen accipit, sunt communicabiles. Et primi quidem exemplum est mundus, qui multiplicari non potest secundum suam naturam, tamen quia partes plures communicabiles sunt, multi putauerunt multos esse mundos: cum tamen mundus ipso nomine dicat perfectionem quæ multiplicationi contradicit, sicut ostendimus in primo de celo & mundo. Secundi autem exemplum est Deus, cuius operationes sunt prouidere & gubernare & huiusmodi: quia ista communicabilia sunt multis, multi putauerunt Deum esse quoddam vniuersale, quod prædicatur de multis: cum tamen natura diuina dicat quoddam incommunicabile simplex & primum & solum. His ergo modis cum dicitur vniuersale, ante rem videlicet, & in re, & post rem, & in ratione vniuersaliter: ante rem autem dicitur vniuersale dupliciter, cum enim omnia, sicut iam multoties diximus, sunt in intellectu primæ causæ sicut in formali & primo lumine, & ipsa sit hoc modo forma omnium, quæ tamen sunt in ipsa vita & lux, eod quod hæc est vita quædam existentibus omnibus, & est lumen omnis notitiæ & rationis omnium, dixerunt tam Stoici quam Peripatetici huius causas, vniuersalia esse prima & rationes & formas, quæ omnium sunt formæ vniuersaliter præhabentes, & immaterialiter præhabentes, & simpliciter habentes omnium apud se rationes. Conceptus autem & notio vniuersaliter habens & simpliciter & materialiter vocatur vniuersale. Hoc igitur modo acceptum vniuersale habet quoddam esse specialem, quod est esse causæ intellectuales hoc modo quo lumen intellectus eius est forma rerum à se fluentium per intellectum vniuersaliter agentem & facientem existentias rerum. Alio autem modo dicitur vniuersale ante rem, non tempore, sed substantia & ratione: & hæc est forma aut causa formalis accepta constituens esse rei. Actus enim talis formæ & proprius effectus est esse in omni eo quod est: hoc autem cum indifferens sit in omnibus quæ sunt eiusdem speciei vel formæ & quantum est de se sic indiuisum habet vnam ad omnia vel multa relationem, & sic accipit vniuersaliter quandam naturam & rationem vniuersale autem quod dicunt esse in re, est eadem forma participata à multis actu vel potentia: & hæc quidem dicitur vniuersalis, eod quod de se semper est communicabilis & propagabilis in multa ex vno: propter quod etiam genus vno modo dicitur vnum ex quo est propagatio omnium aliorum. Vniuersale autem quod est post rem, est forma in esse abstractionis, secundum quod dicitur, quod experientia facit vniuersale & memoria, sicut nos in principio huius doctrinæ docuimus.

Esse autem vniuersalis in ratione vniuersaliter



esse uniuersalis in ratione uniuersalis est accipiendum.

tatis est sic accipiendum. In uniuersali quidem aliud est id quod est ipsum uniuersale, & aliud est uniuersalitas siue uniuersitas ipsius, sicut in hoc uniuersali, homo, aliud est ipsa natura quæ homo est: & aliud est communitas ipsius siue communitio, quia ipsum in se nec unum est quod multitudi contradiat vel multitudi opponatur, nec multa est qua multitudine opponatur unitati solius: & ideo hoc modo dicunt Auicenna & Amihamidin, quod uniuersale nec est unum, nec est multa. Uniuersalitas autem ipsius quæ magis proprie dicitur uniuersitas, est ex respectu sui ad supposita, qua respicit illa sicut uniuersitas: & iste respectus est uniuersitas, quamuis forte tantum sit in uno: quia non unum ut unum, nec multa ut plura siue multa sic respicit, neque finita ut finita, neque infinita, sed respicit ut uniuersum in esse omnium: & ideo hoc modo est uniuersum: & patet, quod in ratione huius uniuersitatis aliud habet esse quam sit esse eius ante rem, vel in re, vel post rem acceptum. Igitur isti sunt modi uniuersalis & non totius, sicut in sequentibus erit manifestum.

CAPVT VI.

Et est digressio declarans originem & causam uniuersalis.

Que sit prima ori- go uniuersalis.

Origo autem uniuersalis, & causa duplex est. Vna quod prima, & altera coniuncta & quasi causata. Origo quidem prima est: quidam intelligentie procedens in substantia. In prahabitis autem diximus & in sequentibus ostendemus, quod omnis intelligentia lumine suo ambit totam illam materiam quam mouet motu sphaeræ suæ: & ideo necesse est, quod lumen suum toti illi uniuersitati sit communicabile: & cum forma sit lumen intelligentie agentis, & lumen ipsum sit hypostasis & radix eius, ex illo habet uniuersale quod uniuersale esse potest, quia ex hoc ad plura habet communicabilitatem. Amplius uniuersale in genere non habet nisi duplex esse, separatum uidelicet, & participatum in hoc aliquid: constat autem, quod ex hoc quod est participatum cum hoc aliquid, non habet communicabilitatem: habet igitur ex hoc quod est separatum: primum autem esse separatum quod habet, est in intellectu agente ambiente materiam: ex hoc igitur & non ex alio habet communicabilitatem.

Dicitur autem fortasse aliquis, quod communicabilitatem habet ex hoc quod comparatur pluribus actu vel potentia plura existentibus: sed hoc omnino est absurdum: non enim comparatio qua comparatur pluribus, causa est eius quod per intellectum est ante huiusmodi comparationem: nihil autem comparatur pluribus, nisi quod est communicabile. Communicabilitas igitur causa est, quod comparatur pluribus & non causata à tali comparatione ad plura. Cum igitur nihil sit primum ambiens multa informanda ab ipso nisi intellectus agens, quod forma aliqua ambiat multa per communicabi-

Communicabilitas causa est quod uniuersale pluribus comparatur.

litem sui ad ipsa habet ab intellectu primo agente, cuius ipsa lumen existit: & ideo diximus in sci. ntia de intellectu agente, quod ipsa est ad ea quæ ambit sicut ars ad materiam. Hæc igitur est prima radix uniuersalitaris in omnibus quæ uniuersalia sunt.

Que est causa coniuersalis.

Causam autem habet uniuersale suæ uniuersalitaris coniuersam: & hoc est quod ipsum facit esse de multis potentia vel actu: hæc autem est comparatio ad multitudinem eorum quorum esse est id cui accidit uniuersale esse: quamuis enim forte nihil talium sit ipsum, tamen aptitudinem habet suum esse consequentem, quod omnibus talibus suppositis comparatur: & hæc aptitudo facit ipsum uniuersale. Licet autem habeat hoc in intellectu existens, & non habeat ipsum extra intellectum in re existens, tamen non habet per hoc quod in intellectu est, neque etiam habet hoc per hoc quod est in se ipsa. In re autem existens habet esse reale, & hoc proprium est per indiuiduantia quæ accidunt ei in re ipsa: & sic nullo modo habet esse in pluribus potentia: vel quia sic uniuersale secundum unum quodque est alterum & alterum, sicut in primo de anima diximus. In intellectu autem existens est separatum & ab esse quidem separati non habet comparari pluribus vel respectum uniuersalitaris, licet non habeat eum nisi separatum. Separatum enim est per hoc quod accipitur non coniunctum, & non coniunctum existens ad hoc quod accipiat uniuersam rationem, oportet quod accipiat ad multa de quibus est relationem: à tali igitur relatione habet uniuersam rationem: & ideo uniuersale duobus constituitur, natura uidelicet cui accidit uniuersalitas, & respectu ad multa qui complet illam naturam in ratione uniuersali. Dubitabit autem fortasse aliquis de his qui nullam substantiam habent suppositorum multitudinem, an ipsa ad multa referuntur. Videtur enim ad multa non referri: quia multitudinem non habet ad quam referatur. Sed ad hæc & his similia per antea dicta patet responsio: sufficit enim uniuersali in eo quod est uniuersum quoddam, quod ipsum de se ambiat multa, siue illa sint, siue non sint, dummodo sint de potentia sui ambitus, sicut patet in forma solis quæ de natura sui ambitus & potestate multa ambiat, licet nunquam procedat in actum huiusmodi multitudo. Sicut enim ars & intellectus agens multa ambiunt de potestate sua, quamuis forte nunquam aliquid eorum quæ ambiunt, procedat in actum. Hoc igitur de origine uniuersalis prout ipsi uniuersale est, tantum dictum sit à nobis.

Uniuersale duobus constituitur. Vide pro hoc ante. 7. meta. com. 46.

CAPVT.

CAPVT VII.

Et est digressio declarans naturam ipsam quæ est uniuersalis, & accidentia genera ipsius, per quæ efficitur in anima & in rebus, & unum & multum, & commune & proprium, per quæ omnia concluditur ipsius differentia totius & uniuersalis.

Item affe- ritur in anima & in rebus, & unum & multum, & commune & proprium, per quæ omnia concluditur ipsius differentia totius & uniuersalis.

Natura autem illa quæ est uniuersale simplex, natura est secundum seipsam existens, ex suis constantibus differentibus: aut si ipsa est primum, diffiniens, tunc ipsa consistit absoluta in sua quidditate, & non accipitur coniuncta alicui proprietati vel accidenti vel respectui quæ consequuntur esse suum: sicut si dicamus, quod homo secundum ipsum quod homo est vel quod est homo: sic enim non pendet esse suum ex intellectu esse vel in supposito esse: quia secundum hoc nihil est de esse suo, quod non ingreditur in suam rationem diffinitiuam: & ideo hoc modo neque est proprium, neque commune, neque unum, neque multa: quia nihil horum est in ratione diffinitiuam, quamuis non repugnet, quin quodlibet istorum conueniat ei per aliquid adiunctum nature suæ siue substantiæ. Accidit enim ei esse in hoc & in illo, & per hoc efficitur proprium. Accidit enim etiam eidem referri ad multa, & per hoc efficitur uniuersale siue commune. Accidit etiam eidem esse separatum, & per hoc efficitur intelligibile. Accidit etiam ei terminatum esse & indiuisum, & per hoc efficitur unum. Et accidit eidem adhuc diuidi per materie diuisionem, & per hoc efficitur multum. Si ergo queratur à nobis, cum homo secundum id quod est homo accipitur, utrum sit commune, vel proprium, vel unum, vel multa? Dicimus, quod secundum quod homo est homo, nihil est horum: quia nihil horum diffinitio ipsam: sed omnia hæc consequuntur esse ipsius. Si autem sic queritur, utrum homo in eo quod homo est, sit unum, vel multa, vel commune, vel proprium? Dicimus, quod locutio dupliciter intelligi potest. Si enim cum dicitur in eo quod homo est homo, in predicato intelligatur, tunc dicimus sicut prius, quod homo in eo quod homo nihil est illorum, sed potius in eo quod homo est, animal est rationale. Si autem homo in subiecto sit & esse predicetur, tunc sensus est, homo in eo quod est, hoc est, in eo quod habet esse, cum esse multipliciter dicatur, nihil prohibet tunc hominem in eo quod est homo esse homo, commune in re. Cum autem dicitur, homo est homo, & homo in eo quod est homo est homo, non aliud esse importatur nisi quod est ex diffinitione: & ideo si omnino simplex talis natura accipiamur, non habebit diffinitionem: & in talibus idem queritur per questionem an est, & per questionem quid est, & tale nec verè unum, nec verè multa est, neque commune, neque proprium, sicut est in causa prima. Hoc igitur modo accipit: natura secundum se verè est causa

Uniuersale accipit ab intellectu.

corum quorum illa natura est: & hoc modo secundum naturam est ante rem ipsam. Sicut autem diximus uniuersale habet ab hoc quod est in intellectu non sit uniuersale, non est tamen uniuersale nisi ens in intellectu: & hoc probatur sic: hoc enim modo est uniuersale, prout accipitur unum de omnibus: unum autem de omnibus non est in esse quod habet in rebus: quia sit uni & eidem rei acciderent multe indiuiduationes, vel omnes, quod esse non potest. Oportet igitur, quod sit unum de omnibus, prout unum est separatum ab omnibus. Huiusmodi autem sit per intellectum, cuius probatio hæc est. Dux enim forme eiusdem speciei in uno secundum idem inesse non possunt. Accipiat ergo homo à Sorte & accipiat à Platone sine omnibus indiuiduantibus, aut sunt duæ forme, aut non. Si sint duæ & secundum idem sunt in intellectu, tunc duæ forme eiusdem speciei insunt eidem, quod iam diximus impossibile. Si autem sint eadem, tunc eadem ratione de omnibus indiuiduis accipere idem: igitur idem quod in intellectu est unum & idem, quod tamen est de multis: sic igitur non est uniuersale nisi dum intelligitur: & hæc est veritas, licet quidam ex sola ignorantia philosophiæ hoc negant.

quod est in intellectu non sit uniuersale, nisi ens in intellectu.

Est autem hic quoddam aduertendum valde notabile: ex quo enim una & simplex est natura quæ secundum se neque est in intellectu, neque in rebus, hæc pro certo quantum est de se est una ubique & semper: & per hoc quod est in anima, nihil horum amittit: non enim per aliud est in intellectu nisi per hoc quod est esse separatum, & hoc non opponitur alicui dictorum: in intellectu igitur existens non videtur esse singulare, licet hoc dicat Auicenna: non enim est in eo sicut in subiecto omnino, sicut alibi ostendimus. Videtur igitur in ipso sicut ubique & semper: & tunc non erit aliud in uno, & aliud in alio. De his autem alibi, & præcipue in libro de perfectione animæ determinatum est. Ex inductis autem quoad propositam intentionem est hoc accipere, quod natura illa cui accidit uniuersalitas, in se est unum quid: & secundum quod accidit ei comparati ad multa, est uniuersale & esse ipsorum.

Que differentia est inter totum & uniuersale.

Et ex hoc accipitur differentia totius & uniuersalis: quoniam totum ex hoc quod est totum, non est nisi in rebus significatis singularibus: uniuersale autem ex hoc quod uniuersale, non est in ipsis. Adhuc autem totum ex hoc quod est totum numeratur partibus suis, & quælibet partium est aliquid substantiæ ipsius. Uniuersale autem nec numeratur partibus, nec sunt partes aliquid de substantia ipsius. Adhuc autem natura totius non consti uit partes suas, sed natura uniuersalis constituit omnes partes suas: totum enim constituitur ex suis partibus: uniuersale autem constituit suas partes, & non constituitur ex ipsis: & ideo totum nunquam potest fieri pars partis suæ: sed uniuersale quia constituit partes suas, potest fieri pars essentialis suæ partis. Amplius totum non est totum uniuersale parti secundum se: uniuersale autem totum est cuiuslibet parti secundum se. Amplius totum non est totum nisi partibus presentibus: uniuersale autem est uniuersale presentibus & absentibus.



Vide c. 19.  
de  
vniuersali.

scribis. Amplius totum est totum finitarum partium: vniuersale autem respicit partes infinitas vel non finitas quantum est de se. Hæc igitur de vniuersali sunt sic dicta.

## CAPVT VII

De eo quod dicitur colobon, quod quidem toti opponitur.

**H**abitata differentia totius & vniuersalis facile est scire quid est diminutum secundum quod opponitur toti in eo sensu quo totum idem dicimus quod perfectum. Hoc igitur Graeci significantes dicunt colobon, quod sonat diminutum membrum: sed membrum generaliter vocatur pars quæ determinat situm aliquem in toto heterogenio, quod proprie totum vocatur. Dicitur enim colobon esse de numero quantitatum non quantumlibet, sed potius illud quod est colobon, oportet esse quantitatem quæ suo nomine & situ sit partialis, & suo nomine sit totum continens partes tales multas: & hoc est quando heterogenium totum cuius pars aliqua truncata est, totum non destruens: & hoc est quod nos confueuimus vulgariter vocare mutilatum, licet non proprie: quia mutilatum est amputatum naso: si enim duo diuidantur, & altera vniuersalium auferatur ab altera, non est colobon: quia neutrum est pars alterius: in colobon autem amputatum oportet esse partem, & diminutum siue mutilatum, siue colobonium oportet esse totum. Nunquam enim colobonium est a quale relicto ex amputatione. Et vniuersaliter nullus quantitatis numerus detruncata aliqua parte ipsius ex hoc non efficitur colobonus: in coloboniis enim substantiam formalem quæ est species, oportet manere post partis detruncationem: parte autem aliqua à quolibet numero amputata, resultat alia numeri species, tam in truncato, quam in diminuto: & hoc est sicut si dicamus, quod cilix siue arca est coloba: tunc enim post truncationem adhuc manet arca, licet sit aliqua parte diminuta. Numerus autem, sicut diximus, depra aliqua parte non manet idem.

Adhuc autem quæ dicta sunt, oportet addere, quod illa sunt coloba proprie, quæ sunt partium dissimilium, sicut diximus: aut etiam neque hæc omnia quæ dicta sunt, sufficiunt ad esse colobi. Numerus enim est, ut diximus, non est colobon, quamuis dissimiles habeat partes, vt dualitatem & trinarium. Sed generaliter dicemus, quod nullum talium totorum est colobon, cuius partium sitis ipso nomine partium non facit differentiam, sicut manus, quæ suo nomine dicit positionem extrinsecus in latere, & oculi suo nomine dicit positionem superius, & cor suo nomine positionem interius: & sic de alijs, sicut superius determinatum est: & ideo homogenia, sicut aqua, & ignis, & huius, quæ in partibus non habent positionem nisi per accidens, non sunt coloba si diminuantur: ea enim quæ dicuntur coloba, oportet talia esse quæ in substantia partium per se habeant positionis differentiam.

Amplius cum omnibus inductis oportet

quantitatem esse continuam partium eo modo quo continuum dicitur colligatum ad vnum per naturam vel per actum: aliqua enim quæ sunt dissimilium partium, habent quandam harmoniam, & non continuationem, & in compositione illa habent compositorum positionem, quod vnum est extra & aliud intra: & tamen illa non sunt colobonia: quia nullum diminuitur ex alio, cum omnia distincta sint abinuicem secundum suas torquitates, & nullum eorum continuum cum altero.

Ad hæc autem quæ dicta sunt oportet scire, quod non quælibet tota continua dicuntur colobonia, & ea tota quæ colobonia dicuntur, non fortuantur hoc nomen cuiusque particula priuatione. Si enim auferatur ea quæ non sunt propria substantiæ, sicut ab aere plumæ, vel pili ab homine, non dicuntur colobonia propter talium priuationem: hæc enim sunt non de esse totius secundum quod totum, sed quædam superflua quæ recreantur ablata: & si non recreantur, hoc est per accidens in quibusdam. Adhuc autem etiam si sunt propria substantiæ totius, tamen non adhuc dicuntur colobonia, si auferatur aliquid vbi libet: in tali enim loco potest esse positum in toto, quod ablatum non diminuit, sed destruit totum: & in tali loco potest esse ablatum, quod est de influentibus & effluentibus secundum maream, quæ non determinat aliquam partem quæ positionis determinatam habeat differentiam in toto: & hoc est sicut si dicamus, quod cilix siue arca periret in fundo: non enim ex hac parte positionem habente diminuitur, sed pars aliqua laceratur in ipsa arca. Sed colobon siue colobonium vocatur, si autem amputatur ab animali, siue oculus, aut extremitas aliqua pedum vel manuum: ex hoc enim non destruitur animal secundum substantiam, sed manet adhuc animal, licet truncatum vel mutilatum. Hoc tamen totum non dicitur colobonium, si quis ab eo priuet carnem aliquam: quia caro est pars secundum materiam influens & effluens, non determinans situm in toto secundum positionis specialem differentiam. Nec est colobonium si diminuat corpus, aut splen, aut hepar: quia illa sunt intra & priuata destrunt totum: & ideo illorum subtractio interfectio est & non diminutio: & ideo non dicitur colobonium nisi diminuat extremitatem aliquam, quæ est de propria substantia totius, & quæ ablata non destruitur totum. Adhuc autem non propter omnem ablationem cuiuslibet extremitatis dicitur colobon, sed oportet, quod priuatum non recreat. Aliter enim esset de influentibus & effluentibus secundum naturam: & quia oportet colobonium diminutum esse in aliquo quod est de propria substantia totius, ideo calui non sunt coloboni. Sic igitur patet, quod colobon cuiusdam toti accidit, & non omni, nec accidit vniuersali quod suus constituit partes & saluatur in quolibet eorum: & id quod est totum, pars est vniuersalis. Hæc igitur dicta sunt de colobon. Oportet autem scire, quod si colobon secundum diminutam rationem ipsius accipiatur, tunc quodlibet inductorum aliquo modo improprietatis colobon potest appellari: semper tamen accidit toti & non vniuersali.

## CAPVT

## CAPVT IX

De modis quibus determinatur generis multiplicitas.

Tex. c. 33.

**E**A ex quibus est aliquid, quædam sunt principia secundum esse, & de his habitum est: quædam autem sunt principia secundum cognitionem, & hæc sunt genus & differentia, & de his oportet terminare: quia aliter non possumus venire in cognitionem substantiæ, & quid est. Determinemus igitur primo modos generis, & modos diffidenti secundum genus, & postea accipiamus proprium modum generis, & proprium modum differentiæ, & ostendamus naturas ipsorum. Genus ergo dicitur vno modo à generatione, quando eorum quæ sunt vnius speciei propagatio vel generatio continua est: & hoc modo omnia illa quæ multiplicatur sub forma vna, generatione vniuersa dicuntur esse genus vnum: hæc enim omnia sunt vnius potentia, & vnius forme: & eorum propagatio est sub forma vna, sicut dicitur hominum esse genus vnum, eo quod continua eorum generatio ex vno non intercipitur aliquo generante vel generato secundum formam aliam: & ex hoc patet, quod omnium eorum quorum est genus hoc modo dictum vnum propagatio, est vnum ex vno secundum naturam, quodcumque sit illud: hoc enim quidam ponunt constellationem quandam: quidam autem indiuiduum eiusdem generis vnum: quidam autem rationem naturæ vnam: quia virtus generantis est à natura illa: & virtus quæ est in materia, imago est virtutis illius: & ideo tres opiniones tangunt motum primum & agens primum & determinatum & formam primam virtutes & actus informantem: & quoad hoc quilibet sic opinantur aliquo modo dicit verum.

Alio autem modo dicitur genus ex quo aliqua sunt sicut ex primo mouente materiam ad generationem ipsorum: sicut enim dicitur vulgariter, quod quidam sunt Elines genere, & quidam Ioues, eo quod priores ab Elino primo patre, sequentes vero à Ioue primo generante sunt traducti: & magis quidem denominatur consequens à generante patre, quam à materia siue à matre. Aliquando tamen denominatur à matre femina, sicut à Pyrrhea siue Pyrrha Pyrrhæ vocantur: huiusmodi autem causa in libro de animalibus assignata est: quia videlicet mater est sicut materia, patet autem est sicut factor & species in generatione.

Amplius autem tertio modo & genus quod est quasi id in quo sunt species sicut in subiecto substantiali sibi secundum imaginationem & sensum: & hoc est simillimum cum materia, sicut superficies dicitur genus figurarum superficialium, & solidum siue corpus dicitur esse genus figurarum corporalium: sed in hoc est differentia, quod hæc sine transmutatione figuris superficialibus vel corporalibus determinantur: figurarum enim est aliqua superficialis: & hæc quæ est superficies quædam talis vel talis, hoc est, sic vel sic figurata: figurarum vero alia est

D. Albr. Mag. Metaphy.

quæ est solidum siue corpus talis vel talis: hoc autem siue sit superficies, siue solidum subiectum est differentis & in differentis quæ constituunt figuras esse subiectum, tamen sine sui transmutatione.

Amplius autem genus dicitur propriissime, quod est genus, sicut dicitur genus in orationibus diffinitiuis: in his enim id quod primum inest, & quod in quid prædicatur, hoc dicitur esse genus: & hoc est quasi fundamentum omnium aliorum, siue sint substantialia, siue accidentalia: hoc enim est subiectum primum non existens in aliquo sicut in subiecto: & huius quidem ipsæ differentiæ substantialis dicuntur esse qualitates. Et hoc differt ab eo quod ante dictum est: quoniam superficies quidem realiter est, in quo secundum aliquam partem sui sunt figura: & solidum est, in quo secundum aliquam partem sui sunt figura corporea, & non secundum totum: quia figura non est nisi secundum exterius in solido, & figura non est nisi in termino superficiali. Et hoc quidam non considerauerunt: & ideo non nisi tres modos generis esse determinauerunt. Genus autem in orationibus diffinitiuis est ipsa substantia eius cuius est genus, non secundum potestatem ipsius, sed secundum totam ipsius naturam & subiectum: & differentia sunt sicut qualitates essentielles istius generis, & hoc est genus proprie dictum.

Capitulariter ergo perstringentes quæ dicta sunt, dicimus quod genus tot modis dicitur sicut dictum est. Primo enim modo dicitur secundum generationem continuam eiusdem naturæ secundum speciem, & hoc est generis siue sub vna communi natura. Aliud autem secundum genus dicitur secundum generationem ex vno primo mouente. Aliud autem dicitur sicut forma siue figura superficiali vel corporis. Aliud autem quarto modo dicitur dicitur genus sicut materia, non tamen omnino idem cum materia: id enim cuius differentia est & essentialis qualitas specificans ipsum & determinans, hoc est subiectum quoddam, quod aliquo modo dicimus materiam.

## CAPVT X

Est est digressio declarans naturam generis, & distinctionem eius à materia & à differentia.

**H**æc autem vt plenius intelligantur, oportet nos determinare naturam generis subtili determinatione. Sicut autem iam paruit, natura generis est, cuius qualitas essentialis est differentia. Natura igitur quæ in suis substantialibus consistit, ad esse suum non indiget differentia, est genus: quoniam si ad esse suum vt genus est, differentia indigeret, oporteret quod in omni generis diffinitione reciperetur differentia: & hoc falsum est: quoniam licet aliquod genus diffinitur, hoc tamen accidit ei non in quantum quidem genus est, sed potius vt est species quædam ex genere superiori, & differentia



differentia constituta: si enim genus secundum quod genus haberet diffinitionem, omne genus haberet diffinitionem, quod falsum est: & constat ex precedentibus: quia id quod simpliciter est genus & non est nisi genus, nullam habet penitus diffinitionem. Iam enim ostendimus, quod cum dicimus, substantia est ens per se existens, per se existens non dicitur nisi non in alio existere: & hoc non addit sicut differentia aliquid super ens: & ideo realiter idem est ens verum & substantia, & omnia alia sunt modi quidam entis. Constat igitur, quod genus in eo quod genus, ad esse sui secundum ipsum quod genus est, non indiget differentia: ad esse igitur suum secundum quod genus est, non est natum recipere alterum: est igitur sicut existens in seipso in eo quod est genus. Igitur hoc modo est in se existens, in nullo existens ut in subiecto: & exinde habet, quod in quid predicatur, & est substantia eius cuius est genus: quia eo cuius genus est, non indiget alio ad esse suum in eo quod genus est. Materia autem non comparatur ad id cuius materia est, sicut non indiget alio, sed potius sicut imperfectam indiget forma: & ideo non comparatur nisi sicut pars, quæ est in potentia aliud secundum esse: & ideo in se subsistens non intelligitur, nisi per analogiam ad formam: & ideo differt à genere in hoc ipso: & hoc est vna causarum quare materia non predicatur de eo cuius est materia, cum tamen genus predicatur de eo cuius est genus: genus enim cum sit substantia non determinata per differentias, sed determinabilis, & non designata per materiam, sed designabilis: & hæc substantia est totum quod in quid dicitur eorum quorum est: oportet quod sicut substantia predicatur de his quæ sunt sub ipsa, quod ita etiam genus predicatur: homo enim est substantia animata ensibilis, etiam si non intelligatur designari per accidentia individuantia: & si non intelligatur determinari per differentiam rationalem, est enim homo substantia confusa, quæ est quid ipsius, sicut est substantia determinata & designata. De his autem in consequentibus sequentis post istud capitulum plenius agemus. Quantum enim ad presentem pertinet speculationem, non intendimus ostendere, nisi quid sit generis natura, & qualiter differt à materia.

Quamvis igitur sic differat à materia sicut dictum est, tamen plurimam cum materia habet convenientiam: & inter cæteras convenientias quas habet cum ipsa, præcipue habet tres, quarum vna est, quæ est aliarum causa, quod genus est forma huius compositi quod est propinqua materia vel remota: siue enim materia remota accipiat, siue proxima, semper est composita & natura forma huius compositi quod est ex materia, quæ est substantia quadam, & potentia quæ est habitualis inchoatio forme, est forma id quod vocamus genus, & in hoc habet affinitatem cum materia: id enim quod nec forma est nec formam habet, nec habet analogiam ad formam, non est designabile per nomen aliquod, & nulla potest esse penitus notitia. Secunda autem convenientia est, quæ oritur ex ipsa, quod sicut materia non est aliquid nisi in potentia, ita genus in eo quod

Nota in quo  
genus differt à materia  
videlicet  
estiam pro  
hoc autem  
metaphysicorum 17.  
et in 1a.  
q. 2.

Nota tres  
convenientias  
quas  
habet  
genus  
cum  
materia.

genus, non est aliquid existentium determinatum nisi in potentia: Tertia autem convenientia est, quod sicut materia in potentia est habens formas, ita genus potestate habet differentias quæ sunt qualitates ipsius, sicut forma substantialis essentialis qualitas est materia. Vnde autem habeat genus quod predicatur de toto, cum tamen non sit nisi pars esse totius, postea dicemus.

Quod autem iam diximus de natura generis, quod est quid determinabile differentis & designabile materia & individuantibus in omni eo cuius est genus, ita dicimus, quod est essentialis vniuersalisque qualitas quæ est differentia: hoc enim potest accipi dupliciter. Vno quidem modo in se absolute accepta, sicut si rationale ipsam dicemus rationalitatem, & hoc modo quidem potest esse pars eius, scilicet hominis: & generaliter loquendo eius cuius est differentia: sed non habet differentiam rationem, nec hoc modo de re cuius pars est, predicatur. Hoc enim modo non est predicabile de aliquo, nisi forte de seipso. Secundo autem modo accipitur, sicut esse determinari actus: & hoc modo est differentia: quia hoc modo per diuisionem exit à genere, & est in ipso potestate, & est qualitas eius: & sic licet non sit eadem natura cum genere, tamen hoc modo predicatur de specie quam constituit: quia ipsa est esse ipsius secundum actum, sicut genus est esse ipsius secundum potentiam.

Est autem attendendum, quod genus in eo quod genus, non est nisi subiectum primum in esse eius cuius est genus, sed secundum quod sit determinatum ad actum vel non determinatum, vel sic designatum individuantibus vel non designatum, hoc non conuenit ei secundum se per ea quæ accidunt, sicut supra diximus de vniuersali: & ideo vnum & idem in substantia est determinatum & non determinatum, & designatum & non designatum. Similiter etiam accidit ei esse in intellectu, vel non esse in intellectu. Quantum enim est de natura sua non est nisi substantia quid existens non in alio per hoc quod est genus: & ideo per hoc ipsum quod est, subiectum primum est: quia id quod simpliciter non habet in alio existere, est subiectum: propter quod accidit etiam ei commune esse: quia hoc habet in quantum est non designatum vel non determinatum: cum autem genus sit sic subiectum respectum potentie habens ad differentias, sequitur necessarium, quod omnino simpliciter non est genus, neque habet genus omnino simplicem naturam sicut Deus: & si intellectus in omnino simplici ponit genus, oportet quod intellectus sic ponens genus, respectus diuersitatis generis & potentie ponat in semetipso accipiendo simplex ad modum compositi. Licet autem dixerimus differentiam contineri in ambitu generis siue potestatis eius, tamen genus non indiget eis ad sui substantiam: eo quod omnes sunt post substantiam ipsius. Hoc igitur est quod de generis hic dicere voluimus natura.

Differentia dicitur  
distingui  
conferri  
potest.

CAPVT XI.

De his quæ sunt in potestate generis, & sunt vera differentia ipsius.

Post hæc autem considerandum quæ recipiantur in genere sicut essentialia ipsum ad speciem determinantia. Posset enim aliquis dubitare: quia ex quo differentie consequuntur naturam generis & substantiam, & hoc quod consequitur naturam alicuius & substantiam, eius qualitas est & accidens, videtur, quod differentie essent accidentia generis. Hoc autem omnino est falsum & impossibile: quoniam accidens non perficit in esse id cuius est accidens. Differentia autem licet non perficiat genus in esse generis, tamen perficit ipsum in esse: sicut & forma quæ non perficit materiam in esse materie, tamen perficit ipsam in esse: quia tam esse generis quam esse materie est esse potentie: omnis autem potentia indiget aliquo perficiente alio à seipso. Vnde noandum est, quod cum diuiditur genus, diuidentia talia debent esse quorum vnum non permittitur in aliud secundum esse vel secundum rationem, saluata substantia diuidentis: neque vnum & idem debet saluata ratione substantie sub forma diuidentium inueniri: quia aliter genus non diuiditur: si enim vnum diuidentium mutatur ad formam alterius, saluata ratione sue substantie, tunc forma alterius diuidentis est in eo non sicut quadam pars esse ipsius: est igitur accidens: & quod in vno est accidens, in nullo est substantia: igitur hoc etiam in alio aliquo aliqua non potuit esse forma substantialis. Idem autem sequitur si daretur, quod idem esset sub forma duorum diuidentium.

Differentia est  
non perficit  
genus in  
esse generis  
vel perficit  
tam in  
ipsam in  
esse.

Amplius considerandum est, quod sunt immediate à generis potestate excurrentia: hoc autem est si genus sequatur secundum ipsum quod est: vnde si quis diuidat substantiam dicens, quod est ens susceptibile motus, vel ens non susceptibile motus, siue in susceptibile motus, patet quod illa non sunt differentia: quia susceptibile esse motus non conuenit substantie secundum ipsum quod substantia est, sed secundum quod corpus locabile est vel relatum ad locum: in susceptibile autem non conuenit ei per hoc quod substantia est, sed per hoc quod incorporea est quadam substantia: & ideo diuidenda est per corporeum & incorporeum. Vnde si fiat diuisio per ea quæ conueniunt gratia inferioris, semper sit per ea quæ non conueniunt generi secundum ipsum: & ideo illa non substantialiter dicuntur esse in potestate generis, sicut etiam non sunt in materia quæ non sunt in potestate ipsius.

Amplius si sint immediata generi, non adhuc necessariò sunt differentie ipsius: quia possunt esse accidentia concomitantia generis: & hæc cognoscuntur in genere contracto ad speciem & designato. In individuo existentia non dant esse, sed sunt esse consequentia: sicut si animal diuidatur per masculum & feminam: hæc enim concomitantur animal in eo quod est animal,

& sunt animalis solius & omnis, & in animali determinato & designato sequuntur esse perfectum: quia potentia generandi non est nisi iam existentis & perfecti in esse: differentia autem sexus non est nisi secundum potentiam generandi in alio vel ex alio determinata: & ideo ista sunt concomitantia, animal ex passione materie secundum calidum vel frigidum, sicut in scientia de animalibus determinatum est. Constitutus enim multi sunt in materia, & aliquando quidem alterando inducunt aliquid proportionabile sibi vel proportionatum suo fini: aliquando etiam inducunt præter proportionem illam aliquod accidens: & quando fini animalitatis determinanda in omnes species proportionatum est, tunc illud accidens totam comitatur generis communitatem: & tamen non est differentia. Funt etiam aliquando accidentia, quæ sunt accidentia gratia generis superioris vel differentie generis superioris: ut si dicerem, quod animal est album, vel non album: hæc enim accidunt gratia corporis, quod est genus animalis. Aliquando enim sunt accidentia gratia differentie generis quod diuiditur: sicut si dicam animal esse nutritium vel non nutritium, vel alio modo tali: hæc enim accidunt, eo quod accipiuntur à potentia anime & non ab ipsa. Et quocumque modo tali accipiuntur differentie, differentie communitate dicitur sunt, & non proprie, licet aliquando sunt concomitantes totum generis ambitum. Differentie autem verae sunt, quæ sicut forme & actus sunt intra generis potestatem. Illæ enim specificant genus, sicut forma materiam: & illæ sunt quæ dant esse substantiale: & ideo genus ad hoc quod actu sit, indiget determinante: & ad hoc quod hoc aliquid sit, indiget & determinante & specificante & designante: & cum non predicatur de eo quod subsistit nisi secundum quod est natura ipsius de quo predicatur, constat quod predicatur ut determinatum & specificatum & designatum, & sic est totum. Si enim predicaretur ut non determinatum & designatum, cum hoc modo non sit nisi pars, sequeretur quod predicaretur pars de toto: & hoc est impossibile. Si quis autem obiciat, quod genus determinatum est idem cum specie, & determinatum & designatum idem est cum individuo, & sic eadem erit predicatio generis & speciei, diceremus quod hoc est falsum. Genus enim siue sit determinatum, siue secundum se in esse potentiæ acceptum, semper est genus: & ideo superius diximus, quod generi accidit esse determinatum, vel non esse determinatum. Quod ex hoc probatur quod necesse est totum ingrediatur in illius nature diffinitionem quæ est genus: vnde respectus quæ habet ad determinans & designans, non facit ipsum non esse genus: sublatò enim determinante non tollitur natura generis, & posito ipso non ponitur: quia sine hoc habet esse, & non indiget determinante ad hoc quod habeat esse generis. Similiter autem cum designantia ipsum sunt individuantia quæ faciunt ipsum, sic id solum esse, non est aliud sublatò per intellectum individuantibus, remanet adhuc genus id quod est, licet destruat singularitas quæ per individuantia designata sunt. Species autem est totum esse

Textus 33



esse determinatum potentia & actu : & ideo remota differentia per intellectum species non remanet species : & ideo species non indiget determinante esse suum, sed designante tantum individuo : & ideo species ut totum prædicatur.

CAPVT XII.

De modis quibus dicitur diversum genere.

**H**is habitis facile scitur quæ sunt diversa genere. Diversa enim genere sunt, quorum est diversum primum subiectum, cuius differentia sunt qualitates : & illa sunt non eisdem potentia & ideo non resolvitur alterum in alterum : quia ea quorum non est potentia una, non transmutantur vel resolvuntur adinvicem : & similiter quæ sunt diversa genere, non transmutantur vel resolvuntur ambo in idem : quia si in idem resolverentur, non resolverentur nisi in eandem potentiam, & sic essent unus & eisdem generis : & hoc est contra hypotheseum, sicut species & materia in genere sunt unum, quoniam species siue forma est in potestate materia sicut in genere. Diversa etiam dicuntur in genere, sicut quæcumque dicuntur secundum diversam entis categoriam. Alia namque secundum huiusmodi categoriam quid siue substantiam significat, alia quale quid, & alia quantum quid, & alia significant quid est aliorum prædicamentorum secundum quod in locis prius est divisum : ea enim quæ sunt in diversis categoriis, non resolvuntur adinvicem sicut sunt subalterna in quibus inferius resolvitur in suam superius : neque resolvuntur ambo ad unum aliquid, sicut species corque resolvuntur in unum & idem genus. Hic igitur hoc modo & hæc de causa diversa genere dicuntur.

CAPVT XIII.

Et est diversio declarans superius inductos modos multiplici generi, & secundum quem modum differentia sit qualitas generis.

**P**otteret autem scire, quod modi qui de multiplicitate generis & differentiarum genere dicti sunt, omnes ad unum respiciunt : generatio enim continua unius primo est generis, eod quod id quod primo unum existens communicabile est multis, est genus : & si species communicat se multis, hoc non convenit ei primo, sed convenit ei in quantum est aliquid generis : nec convenit alicui ante genus : quia illa quæ communicant ante genus existenti, non communicant univoce, sed per analogiam. Amplius species non communicat se nisi per divisionem materie : genus autem secundum formalem multiplicationem se communicat, quæ verior est communicatio, eod quod formæ quibus communicat se genus, de ipsa exeunt generis potestate, materia autem de potestate

speciei non exit. Generatio enim continua primo & per se est generis : genus enim dicitur sicut à mouente primo in tali communicatione oportet quod illud sit particulare : quia talis motus non nisi particulari convenit : sed cum probatum sit talem communicationem primo generis esse, constat quod & mouens ad talem communicationis fluxum non habet primo virtutem mouentem ad hoc, nisi ex natura generis quæ est in ipso : patet igitur, quod etiam secundus modus ad genus respicit : quia licet sit actus particularium virtutum, tamen quibus sunt actus omnes insunt particularibus à natura. Isti igitur sunt duo modi magis improprii. Tertius autem modus minus improprius est : in hoc enim dicitur subiectum primum : sed quia non in toto subicitur, ideo aliquid habet improprietas. Est autem adhuc & alius in illo modus improprietas : quia & figura non est in eodem genere cum superficie & corpore : & si quidem superficies & corpus verè genera essent figura superficialis & corporalis, oporteret quod differentia cum genere essent eiuudem generis, eo modo quo differentia ad genus reducitur. De modo autem illo in sequentibus erit manifestum. Hæc autem quæ dicta sunt circa modum tertium, valde sunt notanda : quia circa modum illum vique hodie plurimi errauerunt.

Quartus autem modus verus est, qui est ille quod subiectum primum in orationibus definitivis subiectum dicitur esse, cuius qualitates sunt differentia : & iuxta hunc modum sumitur modus tertius. Quod autem qualitas generis dicitur differentia & non speciei, ideo est, quia ipsa non est qualitas eius cui dat esse, & ipsum in esse constituit : speciei autem dat esse & ipsam in esse constituit : & ideo ipsius speciei est substantia propria : genus autem non constituit in esse, nec dat ei esse, sed consequitur ipsum : & quia consequitur ipsum genus, nec aliquid aliud in quod prædicatum est de ratione eius, & ideo secundum totam essentiam ipsius remanet qualitas, quod non facit speciem in cuius ratione est quid quod est genus. Et hæc est causa, quod id quod simpliciter est genus, est tantum quid. Quod autem est differentia, est quale tantum. Et quod est participans utrumque, est qualis quid, & hoc est species, vel id quod secundum diversos respectus est species & genus.

Sunt tamen quidam contra hoc obici ntes : dicunt enim, quod id quod prædicatur de aliquo ut ens de ratione ipsius, aut est communissimum prædicatum, aut non est communissimum, sed est in alio quodam communiore. Differentia autem prædicatur de aliquo, sicut ens de ratione eius de quo prædicatur : quia sic prædicatur de specie : non autem prædicatur ut prædicatum communissimum. Prædicatur igitur ut ens in alio communiore. Omne autem quod est prædicatum in alio communiore existens, habet differentiam per quam differt ab his quæ sunt secum in eodem : igitur differentia habet differentiam. Est autem hæc obiecto Alpharabij & Avicen. Philosphorum, quam sic solvant dicentes, quod hæc propositio, quod omne quod prædicatur de aliquo ut ens de ratione ipsius, aut est prædicatum communissimum,

Nota de Avicenna Alfarabij & Avicen. & Philosphis.

num, aut est in alio communiore, propositio est quæ concedi potest in aliquo : quia esse in genere communiore dupliciter dicitur aut enim est in genere communiore, ita quod illud communius genus sit de ratione ipsius, aut ut sit concomitans ipsum. Cum autem addatur, quod differentia prædicatur de specie, hoc simpliciter dicunt esse verum : quoniam rationale prædicatur de homine, & alia differentia prædicantur de aliis speciebus : non enim ipsa rationalitas differentia est, sed potius rationale : & cum hoc iterum dupliciter dicatur, de habente videlicet animam rationalem, & hoc est homo, & sic non est differentia, sed differentiam habens : & dicitur de actu siue entelechia quæ est essentialis actus qui est eius quod habet animam rationalem esse in eo quod rationale est, & sic est differentia quæ cum genere constituit speciem : & hoc modo prædicatur differentia de eo cuius est differentia : illo autem modo quo accipitur ut rationalitas, non prædicatur nisi ad modum generis de hac rationalitate & de illa. Cum autem ulterius concluditur, quod differentia non existens prædicatur communissimum, sit in alio communiore, dicunt hoc posse concedi sub hoc sensu, quod in genere esse dicitur id quod concomitatur genus. Hæc autem solutio licet bona & vera sit, tamen aliquid addendum videtur, ut intelligatur. Genus enim dupliciter concomitari potest, ut videlicet subiectum tantum, vel ut subiectum & principium quoddam. Si ut subiectum, tunc cum illo quod sic concomitatur, non constituit aliquid unum, sicut corpus concomitatur prædicationem colorati quia si est coloratum, est corpus. Aliquando autem comitatur genus aliquid sicut subiectum simul & principium, sicut concomitatur differentia positionem. Differentia autem per divisionem exit à genere, & est in ipso, & principiat ab ipso, sicut determinatum & perfectum principiat ex indeterminato & imperfecto : & sicut forma principiat ex materia, eod quod inchoatio ipsarum est in ipsa : & ideo genus & generis potentia perficitur & determinatur ex differentia : & in constitutione speciei non additur sibi differentia ut penitus aliud, sed potius ut idem determinatum. Quod autem sic est in genere, non habet genus, ut ens de ratione sui : & ideo non sequitur, quod habeat differentiam, sed potius est simplex actus seipso, hoc est, tota sua quidditate differens ab omnibus aliis in eodem genere secum existentibus. Et hæc valde notanda sunt : quia plurimam in hac scientia & sequentibus habent utilitatem.

In constitutione speciei non additur generi differentia ut penitus aliud, sed ut idem determinatum.

Sed attendendum est, quod sicut diximus, differentia nunquam est designanda ut abstracta, ut verbi gratia rationalitas & irrationalitas differentia dicantur : quia ista significatio non est nisi in modum intelligendi differentiam per modum naturæ existentis per se, cuius essentia acquisita est ex principiis suæ definitionis : & hoc modo non est acquisitum esse differentia, cum ipsa sit qualitas simplex, sed intellectus differentia est sicut si ponatur non esse naturam hominis, & adhuc remanere hominem in esse animalis rationalis : tunc intelligamus actum animalitatis ultimum secundum illum modum quo est actus eius : quia sic non

D. Alber. Mag. Metaphy.

est abstractum, sed in esse acceptum : sic enim semper est simplex, & tamen semper est in aliquo quod determinatur & perficitur per ipsum : esse enim in potentia & esse in actu idem est, & eiuudem esse secundum substantiam : & non differt nisi per esse potentia & esse actus, in eo quod est actus, & in eo quod est potentia : quæ differentia in substantia esse nullam facit diversitatem. Et hoc patet, cum dico mensuram, & addo lineam quæ est mensura secundum solam longitudinem determinata, nihil addo quod in mensura non fuerit, vel quod à mensura diversum : sed id quod fuit potentia & indeterminatum, feci esse actu & determinatum : esse autem indeterminatum & in potentia & esse determinatum & actu demonstrant quidem principiorum quandam diversitatem, sed non inducunt aliquam diversitatem in ipso esse secundum substantiam.

Amplius autem ex his patet, quod differentia substantia substantia est, & differentia accidentis est accidentis : quia non potest esse nisi in substantia, cuius principium substantia est, & cuius effectus est substantia. Similiter autem non potest esse nisi accidentis, cuius principium accidentis est, & cuius effectus est accidentis. Ostendimus autem principium differentia esse genus : quoniam enim non sit principium effectivum, est tamen principium in quo rota est differentia secundum esse confusum & inchoativum. Ex hoc autem ulterius patet, quod si in genere non sit differentia secundum potestatem formalem, differentia per divisionem non exhibet à genere : & si differentia per divisionem non exit à genere, differentia cum genere non constituit speciem : & sic genus non erit genus. Ex his igitur patet generis & differentia natura.

Facile autem est ex his cognoscere diversa genere secundum modum superius assignatum : quoniam ex quo in genere sunt differentia opposita & primæ maxime distantes, ex quibus sunt omnes medie differentia, & ideo non sunt primæ, oportet quod potestas generis sit forma quardam ambiens differentias oppositas. Quæcumque autem ambiuntur una formali potestate secundum rem accepta, transmutantur adinvicem. Quæcumque ergo sunt in genere una, eorum est transmutatio adinvicem, & est causa vera, quare adinvicem transmutantur : quia sic sunt eiuudem potentia : sublata igitur huiusmodi causa tollatur effectus, & sic diversa genera sunt unum : quia adinvicem non est transmutatio. Et sic patet omnium quæ inducta sunt, clarus intellectus.

CAPVT XIV.

De distinctione modorum falsi.

**E**x compositione principiorum provenit verum & falsum, & similiter ex compositione partium entis, & ex eadem provenit ens per accidens, sicut etiam ex ipsa entis & unius divisione, quas supra inductimus, est manifestum : & ideo oportet nos in huius libri fine de his tractare. Primum autem de falso tractabimus : eod

Tex. 6. 34.

quod



quod accidit compositioni, accidens autem magis accidit componentibus. De vero autem non determinabimus: quia de hoc multa iam in 4. lib. superius sunt determinata. Dicimus igitur, quod falsum est in complexis primo, & in incomplexis secundo, vel in his quæ sicut vni essentiarum incomplexorum. Falsum autem in complexis dicitur vno modo, prout dicimus res falsas subiunctam non attributas, vel ad se invicem diuisas: quoniam licet verum & falsum in anima sint sicut in subiecto componente & diuidente & accipiente, tamen cauta veri & falsi est in rebus ex hoc quod componentur vel diuiduntur: & ideo in eo quod res est vel non est, omnino est vera vel falsa. Falsum autem huiusmodi duplex est. Quoddam enim est causatum per hoc quod res quæ significantur componi, non componentur: vel quando significantur diuidi, non diuiduntur simpliciter. Aliud autem est quod impossibile est componi vel diuidi, quæ diuidi vel componi significantur, sicut dicitur diametrum esse commensurabilem, vel diametrum non esse commensurabilem: hoc enim est falsum & impossibile. Et sicut te dicitur sedere quando stas, vel non sedere quando sedes: hoc enim est falsum, sed non impossibile. Et ideo primum quidem semper est falsum: secundum autem quandoque est falsum, sed non semper: & hi modi falsitatis non sunt vnus & idem.

Dicuntur item falsa secundum rem, sine fine complexa, siue incomplexa, quorum falsitas non est nisi in anima efficiente ea: ideo quod illa apta nata sunt quidem videri, eod quod sunt rerum, quarundam imagines. Sed cum apprehendente non videntur qualia sunt, aut qualia non sunt, aut simpliciter non sunt & videntur esse. Simpliciter enim non essentia quæ tamen esse videntur, sunt sciagraphia; hoc est, vmbra, quæ non sunt nisi lucis primitio: & quia lumen ylique ad terminum quendam primatur, ideo vmbra videntur figurari, & videntur motu luminis ascendere & descendere & reflecti, & huiusmodi motus habere, & propter hoc aliquid esse. Talium autem aliquid quidem dicunt esse formam quæ apparet in speculo: sed nos de hac iam in scientia de sensu & sensato determinauimus. Quæ autem aliquid sunt, sed non accipiuntur vt sunt, somnia sunt: illa enim sunt quidem aliquid, sed non sunt ea quorum faciunt phantasiam: quia sunt motus à sensu secundum actum facti, & in somno phantasiam faciunt rerum presentium: & ideo anima conuertitur super ea sicut super res presentes. Dico autem illa esse somnia, quæ non sunt vere intelligentia in somniis acceptæ vel oracula: illa enim non sunt somnia, neque aliter accipiuntur quam sunt. De his autem iam quantum ad naturalem philosophiam spectat, in libro de somno & vigilia est determinatum. Amplius autem hæc inquirentur in scientiis de diuinatione. Istis igitur modis dicuntur res falsæ, aut quia videlicet non sunt, cum tamen esse significantur: aut quia est ab eis phantasia non entis.

Alio autem modo dicitur falsum: eod quod oratio diffinitiva est falsa: quæ quidem est non entis in quantum est falsa: omnis enim oratio diffinitiva falsa est, quæ attribuitur diuerso ab

eo cuius ipsa est secundum rei veritatem, sicut diffinitio circuli falsa est de trigono. Ille autem modus in tres subdiuiditur modos: si enim diffinitio de eo cuius non est, falsa est, tunc etiam nomen de eo cuius non est, falsum est: & iste est modus secundus. Est autem nomen & diffinitio dupliciter attributa diuerso: aut enim in toto diuerso, sicut si dicatur lapis figuratus Deus, sicut idolum falsum est: aut in parte diuersum est, sicut dicitur aurum falsum, vel argentum, quod aliz naturæ permixtum est: & iste est modus tertius. Per oppositum modum verum erit indiuiso esse & eius quod est, quando oratio diffinitiva vel nomen attribuitur non diuerso, sed eidem cuius est non secundum partem, sed secundum totum. Cuiuslibet autem si ratio diffinitiva consideretur, duplex est: contingit enim diffinitionem cuiuslibet esse vnam simpliciter: & contingit, eam non esse vnam, sed multa quædam congregata ad vnum: si enim quælibet res consideretur absolute secundum quod ex proprijs suæ naturæ pendet principijs, sic quidem ratio diffinitiva quæ dicit quod quid erat esse, vna est simpliciter, nec alicui diuersæ attributa: & hoc quidem in substantiarum diffinitionibus est manifestum. Est autem etiam verum in accidentium diffinitione, quando secundum se consideratur natura ipsorum: si enim diffiniatur albedo, quod est color segregatiuis visus, ad nihil diuersum refertur hæc diffinitio: & sic dictum est in topicis, quod si quis bicubitali magnitudine posita, quid dixerit quod positum est quantum esse, quid est dicit, & quantum significat: & si quis albedine posita, dixerit quod positum est colorem esse, quid est dicit, & quale significat: & sic est in omnibus, nisi forte in relatione, & in his quorum essentia ex compositione relationum causantur, sicut superius diximus. Considerata igitur eod modo quo diffinitiones habeant quæ ad nihil diuersum referuntur: & ideo illæ simpliciter sunt veræ: si autem ipsa accidentia considerentur secundum esse, & non secundum quod sunt essentia quædam, sic sunt substantia passionis, & oportet eas per substantias diffiniri, sicut omnis passio diffinitur per subiectum: & si substantia hoc modo cadit in diffinitione accidentis, tunc etiam diffinitio substantia cadit in accidentis diffinitione: & quia subiecti & accidentis sunt diuersæ naturæ, ideo tunc diffinitio ad diuersas naturas videtur referri: & sic secundum ea quæ prædicta sunt, falsa esse videtur, sed non est, quipimo vera est: quia hæc diffinitio non datur de vno secundum naturam, sed datur de eo quod est vnum secundum subiecti veritatem: & ideo quando vni subiecto attribuitur, non est falsa, sed vera: & non attribuitur diuersa ab eo de quo datur. Licet ergo talis diffinitio sit quasi multæ res, illæ sunt in eodem subiecto, quod videlicet est idem subiecto: & id accidens quod per ipsum subiectum est partiens, & tale vnum, & idem est Socrates & Socrates musicus. Data igitur de vno secundum subiectum & attributa vni subiecto vera est. Falsa autem est oratio diffinitiva, quando nullius simpliciter eiusdem est de quo datur, sed diuerso ab illo attribuitur. Propter quod quidem Antisthenes fatuè opinatus est: hic enim nihil

*Nota quod modo accidens potest sumi vt essentia quædam & secundum esse.*

sermone

sermone diffinitiuo dicere dignatus est verè nisi oratione diffinitiva, quæ omnino est esse ipsius rei proprium, ita quod non dicebat diffinitiuo, nisi vnum dicatur super vnum idem: & ideo cum genus & differentia dicantur naturas diuersas, dicebat per hoc non posse fieri diffinitionem nisi falsam. Similiter cum vniuersalia sint quæ ponuntur in diffinitione magis quam diffinitum, dicebat ad diuersum referri diffinitionem & nomen: & ideo omnem diffinitionem esse falsam, & non debere diffiniri nisi vnum per vnum, & diffinitionem esse dixit nomine incomplexum propria significatione rem declarans. Accidit enim autem ex dictis Antisthenis, quod non contingit contradicere: quia si nomina non significant ea quæ in diffinitione explicantur, non est contradictio, sicut ostendimus in quarto huius scientia lib. in præhabitis. Accidit etiam ex dictis eiusdem Antisthenis, quod fere semper necesse est mentiri in omni oratione diffinitiva. In omni enim oratione diffinitiva compositorum oratio refertur ad diuersa: quia nihil componitur nisi ex diuersis: sed si quæ sunt secundum Antisthenem, qui dicit vnum per vnum diffiniri, diffinitiones simplices simpliciter in illis mentiri secundum dictum eius non est necessarium. Relictis igitur his tanquam absurdis, dicimus quod vnumquodque contingit diffiniendo dicere non solum sua oratione diffinitiva quæ dicit quid erat esse, sicut est diffinitio data ex proprijs rei principijs: verum etiam vnumquodque est diffiniendo dicere oratione diuersi, oratione diuerso modo dicta, quæ est subiecti & passionis. Et contingit quidem omnia falsa dicere diffiniendo oratione ad diuersa relata. Et contingit etiam omnia verè hoc modo dicere per diffinitionem, diffinitione quæ ad diuersa secundum naturam refertur, sed ad idem subiecto, sicut superius diximus: quia tunc subiectum oblique cadit in diffinitione passionis, sicut dicimus simum quod est curuitas nasi: & sicut dicimus, quod octo sunt duplitate proportionis multiplicationis dualitatis: quia octo sunt bis quatuor, licet octo nec sint quatuor, nec duo, sed sint ipsa multiplicatio quatuor per duo. Ista igitur hoc modo quo dictum est, falsa dicuntur.

Præter omnes autem qui dicti sunt falsi modos, dicitur homo falsus, qui secundum proheresim siue elegantiam libens est huiusmodi orationum, quæ semper diuersis quam conueniunt, attribuantur; præcipue quando fictor ut talium orationum falsarum, non propter aliud aliquid; nisi propter idipsum, hoc est, vt mentiarur, quod libidinosum mendacium à nonnullis consuevit appellari: hoc autem est, cui placet mendacium, non vt per mendacium doceat, vt poeta: vel vt lucratur, vel vt noceat per mendacium, sicut mercator: sed liber ei mentiri apud se, & ad alios loquens est factor & inventor talium orationum mendacium. Hoc autem homo dicitur falsus, sicut res dicimus falsas quæcunque falsam faciunt phantasiam, sicut illæ quæ apparent & non existunt. Propter quod oratio impia merito refertur, quæ nihil habuit nisi proheresim & voluntatem mendacij. Dicebat enim Leucippus, quod omnia eadem sunt vera & falsa: hoc enim Philosophus dixit

esse falsum, qui potest ex facultate mentiri: & talis est, qui sciens & prudens mentitur: & hunc talem dicit etiam esse verum, quia qui volens & sciens mentitur, melior est secundum istum quam ille qui nolens mentitur & volens verum dicere. Sic igitur qui volens mentitur, volens verum dicit, & est idem falsus & verus, sed mendax melior quam verax. Amplius idem Leucippus accipit & hoc falsum, quod volentes turpia sunt meliores quam qui inuiti & ignorantres aliquid turpe committunt. Probat autem quod dicit per inductionem maiorum corporum. Claudicans enim sola voluntate, dignior & melior est illo qui non voluntate claudicat: quia qui claudicat non volens, claudicat per necessitatem curuæ tibiæ cum habet curuam tibiæ. Voluntate etiam claudicant dicimus hoc imitari claudicantem: imitans autem claudum, non habet tibiæ curuam: & sic dicitur in alijs. Si autem aliquis libens & secundum proheresim sibi faceret necessitatem claudicandi, sicut qui sibi ipsi volens tibiæ instingit, hic forsitan indignior esset etiam eo qui per necessitatem esset claudus: & talis claudicat voluntate in corpore esset indignior: sicut etiam in more turpior est, qui voluntate turpior est, quam qui inuitus. In more autem semper sic est: eod quod nos per voluntatem domini sumus nostrorum actuum: & ideo Leucippus sponte dixit mendacium, & non erat simile quod pro simili induxit.

## CAPVT XV.

*De modis eius quod est secundum accidens.*

**O**mnibus habitis quæ determinant modos entis per se, in hoc ultimo capitulo quod restat, determinandi sunt modi eius quod inest secum accidens: non enim proposuimus hoc determinandum de generibus accidentis: quia genera illa superius assignauimus, vbi diximus modos quanti & qualis & ad aliquid & aliorum predicamentorum. Et ideo non restat hic determinare nisi de modis eius quod inest vt accidens. Propter quod etiam oportuit præmittere de modis falsi, quorum vnus fuit quædam ad diuersum appropriatur diffinitio: quia multi putabant de eo quod inest secundum accidens esse, sicut patuit ex prædictis. Cum igitur iam ostendimus, quod hoc non est verum, restat nunc modos huius accidentis determinare. Dico igitur, quod accidens hic verius simpliciter dicitur, quod inest alicui, & contingit ipsum affirmando dicere de aliquo, non tamen ex necessitate, neque secundum magis, siue vt in pluribus: quod enim secundum accidens inest, dicit esse cadens à necessitate: & ideo per priuationem siue negationem eius quod de necessitate inest habet exponi. Tale autem accidens est duobus modis: aut est causa quamuis sic causa per accidens, aut non est causa, sed simpliciter accidit subiecto vel alij accidenti. Et si quidem est causa, tunc est sicut casus & fortuna: vt si quis fodiens vt plantaret arborem, fossa facta, the agrum



thesaurum inueniat: accidit enim fodienti forsam thesaurum inuenire, quamuis fossio in loco ubi later thesaurus, sit causa inuentionis thesauri. Idem autem accidit, quod nec ex necessitate, hoc est, ex hoc semper, hoc est, ex fossura foueæ inuentione thesauri, nec semper est hoc post hoc, hoc est, inuentione thesauri post fodere foueam: neque est secundum magis vel in pluribus ita fiat, quod si quis fodiendo plantat, inueniat thesaurum.

Et secundo modo dicitur accidens, quod non est causa, & isto modo primo & principaliter dicitur accidens: ut si quis musicus est albus: non est enim vel sit albus in quantum est musicus: neque dicitur sic, quoniam sit ex necessitate musicus albus: neque dicitur sic, quia ita sit in pluribus siue secundum magis tale fiat accidens: igitur quando aliquid inest alicui, & inest non omni, sed cuidam horum, & non ubique, sed alicubi, & non semper, sed aliquando, & non idem quod sit, nunc autem hoc, illud inest secundum accidens: quia si subiectum esset causa, quare inest, non esset dicto modo accidens accidentis, quod est per accidens & non per se, non est aliqua causa determinata & ordinata: quia in casu & fortuna illud quod est secundum accidens, non habet vnam causam, sed duas, quarum neutra est ordinata ad alteram, sed vtrique est in eo quod accidit forte siue fortuito. Qui enim in loco aliquo abscondit thesaurum, non ad hoc abscondit ut plantæ fodiens inueniret: nec qui fodit plantæ, ad hoc fodit ut thesaurum inueniret, sed casu accidit hoc: igitur est indeterminatum: sicut si dicamus, quod alicui accidit venire Aeginam in portum: sed tunc accidit quando non propter hoc aduenit nauigando illa intentione ut in

portum Aeginæ venisset: sed potius cum ad alium locum nauigare intenderet, ab hyeme siue Aquilonari vento flante contra nauim detentus: aut forte à latronibus piratis caprus venit quidem Aeginam præter intentionem: & hoc quidem est secundum accidens Aeginam venire: & non venit illuc in quantum ipsum, siue per causam secundum se, sed propter diuersum ab eo quod est secundum se. Et hæc est causa per accidens. Hyems enim siue ventus Aquilonatis sauiens est causa aduentus, & non aliquid quo nauigaret ex intentione veniendi: & hoc est quod sic est causa per accidens, erat Aeginam venire causa. His ergo modis dicitur accidens per accidens.

Dicitur autem & aliter quam nunc dictum est accidens, sicut illa quæ sunt in vnoquoque subiecto secundum se, ita quod subiectum est in ratione ipsorum distinctum: ita tamen quod non sunt entia in substantia ipsorum dicente quid absolute. Diximus enim in præhabitis, quod accidens duplicem habet definitionem: acceptum enim ut quædam pars entis & natura, non pendet nisi ex propriis siue essentialitatis principis, & non ex substantia subiecti: acceptum autem ut passio, diffinitur per subiectum: velut in triangulo rectilineo inest duos rectorum habere angulos secundum mensuram quantitatis trium angulorum qui æquales sunt duobus rectorum: sed illud quod sic dicitur accidens, contingit esse sempiternum idem quod subiectum est causa ipsius: & idem posito subiecto ponitur & ipsum: accidentium verò prædictorum vultum contingit esse sempiternum. Et huius quidem ratio iam assignata est in aliis locis. In secundo enim physicorum hoc est determinatum.

## LIBER

LIBER SEXTVS,  
QVIEST DE  
ACCIDENTE.  
TRACTATVS I.

DE INQUISITIONE PROPRIA  
prima philosophia, & de modo diffinitionis quo vertitur.

## CAPVT I.

Quæ sit inquisitio ipsius propria.

TEX. CI.



M-N-I-V-S iam determinatis quæ sapientia huic præambula esse videntur, nunc inquirere oportet de ente & partibus entis secundum ordinem: & cum prima diffinitio entis sit in substantiam & accidens, & accidens proprie sit demonstrabile de substantia, eod quod accidens solius diffinitionem propriissimè accipiendo, diffinitionem habet à demonstratione potentie differentem, oportet quod id quod primo queritur, sit accidens. Substantia autem consequenter aliam modum habebit cognitionis. In ista enim sapientia queruntur principia & cause vera entium. Vera autem entia sunt, quæ sunt ex principis substantiæ composita: & talia entia pendunt secundum esse ex principis & causis sui esse: & idem entia verè secundum quod sunt entia, sciuntur ex inquisitione principiorum & causarum: in præhabitis autem sapius distinctio habita est inter principia & causas. Quod autem inquitur hinc hæc à nobis principia & cause entium verè secundum quod sunt entia, probatur per inductionem particularium scientiarum. In medicina enim præseruante sanitatem, & in illa quæ ex aegritudine intendit inducere conualescentiam, non potest hæc fieri, nisi inquirantur principia & cause sanitatis & conualescentiæ. Et similiter in mathematicis sunt principaliter & elementa & cause, per quæ sciuntur ea quæ sunt quæ sita in mathematicis: & sic totaliter siue vniuersaliter omnis sententia specialis quæ est in scientia ex aliis certificata quæ participans est nomen alicuius scientiæ ostensiuæ, est circa causas & principia eius quod

queritur in ipsa. Sed in hoc differunt, quod aliqua earum sunt circa causas certiores & principia certiora & magis propria: & aliqua sunt circa causas simpliciores & principaliter simpliciores & magis vniuersalia, sicut musica magis est circa certiora & propria & determinata, & arithmetica est circa magis simplicia & vniuersalia: & perspectivæ est circa certiora, geometria autem circa magis simplicia. Omnes tamen illæ idem particulares scientiæ dicte sunt, quæ circa vnum aliquid sunt in parte entis determinatum: & de hoc vno circa quod sunt, tractant genus vnum entis sibi subiectum: & tractant de eo circumscripente & præcisè querendo tantum illa quæ sunt illius generis in quantum hoc est. Sed non querunt de ente simpliciter, nec in quantum est ens: de ipso enim quod est in quantum simpliciter est, nullam omnino faciunt orationem diffinitionem: quia quamuis forte aliquando vtrantur diffinitione substantiæ in quantum substantia est, non accipiunt tamen tunc substantiam in quantum est substantia, sed ad genus determinatum appropriant eam: & idem videntes substantia simpliciter non percipiunt substantiam simpliciter: propter quod etiam non verè quod sciunt sciunt, nec verè demonstrant quod demonstrant siue primæ philosophiæ sapientia. Istæ igitur scientiæ particulares accipiunt scientiam de hoc ente in quantum est hoc in parte entis determinatum. Et aliæ quidem scientiarum particularium palam faciunt hoc subiectum siue substantiarum, quod nos sensibile corpus vocamus, hoc est, sensibilibus qualitatibus distinctum: hoc enim ens considerat scientia naturalis. Aliæ autem aliam accipiunt entis conditionem, quæ facit quid siue aliquid esse sic vel sic in aliqua parte entis determinatum, sicut est numerus, vel continua quantitas immobilis, vel huiusmodi aliquid: & considerat ea quæ secundum se in sunt illi generi circa quod sunt, ut de hoc quidem necessarium omnes



omnes demonstrat : in hoc differens , quod quædam magis & firmiter demonstrant , quædam autem minus & infirmius. Sicut enim in principio libri de anima nos dixisse meminimus , scientiæ dupliciter differunt ab invicem , ut videlicet nobilitate subiecti , quemadmodam scientia de astris vincit geometriam. Differunt etiam certitudine demonstrationis , sicut geometria vincit scientiam de astris. Quia igitur omnes scientiæ ens inquirunt in parte , & de ipso inquirunt ea quæ inveniunt ei secundum se , consequenter accipiuntur ex ratione scientiarum inductione , quod in nulla earum est demonstratio substantiæ in eo quod substantia est , nec in aliqua earum demonstratio est eius quod quid est in eo quod quid est : quia demonstratio substantiæ in eo quod substantia est , & demonstratio eius quod quid est inquantum quid est simpliciter , pertinet ad istam scientiam quæ considerat ens inquantum est ens : quia alia substantiam & quid est simpliciter accepta non verè cognoscunt , sicut diximus : & ideo de substantia & quid est , simpliciter acceptis alius modus ostensionis est à particularibus scientiis : & iste modus primæ philosophiæ est proprius. Et similiter particulares scientiæ nihil dicunt stabiliendo : & probando si est vel non est genus subiectum circa quod sunt , sed relinquunt ipsum esse. Et huius causa est : quia eisdem scientiæ est manifestum facere hoc ipsum quod est quid inquantum est quid : & probatur hoc esse siue ostendere si est hoc vel non est : sicut enim ostendimus in præhabitis , ista scientia vel sapientia quæ verè ex primis considerat entis principia , sola verè dicit quid , & ex ipsis principiis quidditatis probat esse subiecta particularium scientiarum.

Primo de anima etc. tom. 1.

Nam quæ hinc expeditur Averroës in se habet se, non tamen est ad prædicationem.

Et iste est intellectus vetus Aristot. & Averroës in expositione intentionis ipsius : dicit tamen verum Averroës , sed non ad propositum. Est autem dictum ipsius , quod substantia non demonstratur , eo quod ipsa non est de aliquo : quia quamvis forte substantia secunda possit ostenditur syllogizari de substantia subiecta , tamen secunda substantia prout est in prædicato , dicit quale quid , quod proprie est esse substantiale : & quale essentiale prædicatur de eo quod verè est substantia subiecta , sicut ostenditur in sequenti huius operis libro. Adhuc autem hæc via syllogismi ostenditur , licet possit fieri per definitionem substantiæ , tamen non est potissimum modus demonstrationis : quia in potissimum modo demonstrationis causa quare prædicatum inest , accipitur in subiecto quod in definitione cadit passionis : & si debite sumatur subiectum , dicitur & quid & propter quid : sicut si queratur causa eclipsis solis , non est causa luna simpliciter , sed luna in nodo caudæ draconis vel capitis inf. a gradus eclipsicos ad directam aspectus diversitatem opposita : & sic accepta ut subiectum proprium cadit in definitione passionis. Cursum igitur & transitus demonstrationis est à subiecto in prædicatum : à prædicato autem in subiectum non est potissimum demonstratio : neque etiam est indigentia talis demonstrationis , eo quod circa hoc non contingit mentiri , cum vnum accipiatur in alio. Et ideo dicit Auc. quod d. genus de specie non

demonstratur , intelligens hoc de potissima & propriissima via demonstrationis. Dicit etiam Averroës , quod eisdem scientiæ est ostendere & quid , & an est , siue si est hoc vel non est : per demonstrationem enim simpliciter scitur quid est , & per idem scitur esse in eo quod quid dicit esse : & sic scientia vnius & eisdem questionis scitur quid est & si est , quando bene & debite scitur quid est , & per eandem scientiam scitur propter quid est , quia si verè scitur definitio , scitur omnis causa : quia materia scitur ex genere , & forma scitur ex differentia : & cum forma sit finis , ex forma scitur finis : & cum forma etiam sit ex forma , sicut sanitas sani vel sanitas est ex sanitate quæ est in anima medici , sicut in septimo libro huius scientiæ demonstrabitur , scitur etiam efficiens primus ex forma. Ex his autem principiis probatur esse de eo de quo queritur si est vel non est : & sic patet quod in talibus eisdem scientiæ est manifestum facere , & si hoc est vel non est. Dicit Averroës etiam , quod genus non demonstratur , sicut diximus : quia licet de esse vero dubitetur de aliquo , verum sit , vel non sit in rei veritate , tamen concepta specie quocunque modo in anima , non dubitatur de genere , eo quod genus clauditur in intellectu speciei , siue sit concepta species extra animam , siue non. Si enim nullus supponatur esse triangulus in materia , siue esse supponatur , semper verum est triangulum esse figuram : vnde triangulo existente figura , dubitari potest , an triangulus est , vel non est : & cum queritur , an hoc est , vel non est , sufficit ad probandum quod sit , quod habet esse secundum quod esse consideratur in principiis etiam quocunque modo : & hoc modo an est probatum est per quid est secundum Averroëm : & ideo in principiis esse ens est : illud autem quod nec in principiis esse est , nec fuit , nec erit , nec est in natura sua , illud determinatur ad non esse , quando queritur , an hoc est , an non est. Sic igitur potissimum modo substantia non habet demonstrationem : eo quod non est de alio. Sed habet alium modum ostensionis , qui vel est per compositionem , vel divisionem , vel forte aliqua parte sui per definitionem , vel etiam per accidentia , quæ sicut in principio de anima dictum est , maximam partem conferunt ad scientiam eius quod quid est. Quod autem hinc intendimus , hoc est , quod oportet esse vnam scientiam quæ considerat principia & causas verè entis , quod est ex primis substantiæ principii composita substantia , sicut in antè habitis determinatum est.

Quandò verè scitur definitio , scitur omni causa , sed hoc indiget consideratione : quia cognitio causarum intrinsecarum dicitur sufficere ad definitionem.

Tex. c. 11. d. de anima.

Tex. c. 1.

CAPUT II.

Quod tres sunt theoriae essentielles.

EX omnibus autem prædictis accipitur , quod physica est scientia circa quoddam genus entis : eo quod non circa substantiam est simpliciter , sed circa talem substantiam , in qua est principium motus & status , ita quod principium sit in ea siue intrinsecum : & quia hæc substantia non est causata à nobis , nequam ab opere

re nostro , palam est , quia physica neque practica est , neque poetica , neque factiva. Distinctum autem est inter adiuum siue practicum , & poeticum siue adiuum à nobis in 6. ethicorum : poetarum enim siue factivarum est principium quidem in faciente , & hoc est principium primum quidem quod est intellectus factivus , aut ars quæ est principium cum ratione ab arte , sicut est industria scibilibus quam quidam habent ex habilitate naturæ : in omnibus enim intellectus strenuus facit potentem , ars verò facit perfectum , & industria facit habitum : & ideo dicit Plato opera puerorum esse notanda : quoniam in primario ostenduntur ad quæ sunt potentes & habiles. Practicarum verò quas ethicas vel civiles vel economicas vocant , est principium in agente , sicut etiam in factivis. Sed hoc principium est probæntis siue eligentia consentientium & honestorum. Idem enim dicimus esse factum in arte mechanica , quod est prævolutarium , eo quod principium eius est voluntas & intellectus. Colligamus igitur ex dictis dicentes , quod si omnis scientia aut practica siue moralis , aut poetica siue factiva & artificialis , aut est theoretica , cum practicarum & poetarum sit principium in nobis facientibus : theoreticarum autem sit principium extra nos , & de quo est scientia physica , non sit in nobis , sed extra nos : manifestum est scientiam quæ est physica practicam non esse , sed theoreticam siue contemplativam. Est tamen theoretica non circa ens secundum quod ens habens speculationem , sed circa tale determinatum ens , quod est possibile moveri , ita quod principium motus & status habet in seipso quod est circa substantiam quæ est secundum rationem formalem solum , quæ secundum magis siue in pluribus non est separabilis , sed concepta cum materia sensibili , quæ subiecta est motui & mutationi. Si enim est circa aliquam aliam formam sicut infra dicemus , non tamen est circa formam illam secundum quod est separata , sed potius est circa eam secundum quod est inclinata ad materiam talem qualem diximus , sicut est aliqua anima quæ est intellectualis. Oportet enim quid erit esse siue rationem definitivam , quæ medium est in demonstratione omnis theoreticæ , non obiectivæ : quia sine ratione tali quæ erit conclusio : quæ tales nihil est proficere : quia si medium certum non habeatur in demonstratione , nunquam certitudinaliter peruenitur ad conclusionem. Horum autem quæ diffiniuntur , & similiter ipsarum definitionum siue quid est , quædam ita sunt concepta cum determinata & sensibili materia , sicut simum quod ipso nomine & diffinitione in se concipitur nasum , qui non est de quacunque materia , sed de ea per quam potest esse sensus odoris. Quædam autem diffinitionum & definitionum sunt sicut concavum , quod non dicit nisi depressum in superficie : & superficies licet sit subiectum quoddam figuræ , non tamen dicit materiam determinatam sensibilem aliquam , sed vnius rationis est in omni superficie. Differunt ergo ista duo in hoc , quod simum est conceptum quidem cum materia sensibili determinata , quam quæ concipitur in ratione diffinitiva , ideo non est vniocumquan-

do accipitur in alia materia , sicut in naso lapideo vel ligneo. Dicitur enim simum quasi nasus concavus : concavitas verò secundum rationem diffinitivam , est sine materia sensibili : quia licet superficies non habeat esse nisi in materia sensibili , tamen in ratione diffinitiva non concipitur materiam sensibilem hanc vel illam. Simum autem omnia quæcunque verè physica sunt , diffinitiva sicut sunt concipientia materiam sensibilem determinatam , sicut patet per inductionem : quia sic sunt nasus , oculus , facies , carnosus , & totaliter animal , & folium , radix , cortex , & totaliter planta : & similiter lapis , metallum , & ignis , &c. omnia : horum enim nullius est ratio diffinitiva sine materia in qua est principium motus & mutationis , sed quodlibet istorum semper in sua diffinitione habet materiam cum principiis motus & mutationis concepta. Et ideo palam est , quoniam in præhabitis oportet querere quid est , & diffinire concipiendum in diffinitione materiam huiusmodi. Idem etiam de anima aliqua speculati est physici. De omni enim anima speculabitur , quæcunque non sine materia sensibili est : & talis est quæcunque est endelectica corporis physici potentia vitam habentis. Si qua autem anima nullius omnino corporis est actus , de ipsa prout huiusmodi est , non speculabitur physicus. Ex omnibus autem inductis patet , quod physica non poetica vel practica est scientia , sed theoretica huiusmodi substantiæ qualis dicta nunc est.

Sic autem per omnia eadem de causa cum principium sciendi quod est medium in mathematicis , non sit ab opere nostro , neque in nobis etiam in mathematica omnium est scientia quæ est theoretica verè. Sed si omnis mathematica est immobilium & inseparabilium à materia mobili & determinata , non est manifestum nunc : sed oportet propriam de hoc alibi esse considerationem : quia ipsa quæ de astris est mathematica , videtur esse de corpore quod est determinata naturæ mobilis , sicut de celo & stellis : sed quoad vnam eius partem quæ est de quantitatibus celestium , licet consideret id quod movetur , tamen non considerat in eo principia motus , sed potius mensuras quantitatis eorum , quæ moventur & motuum ipsorum : & ideo mathematica est illa consideratio. Altera autem pars ipsius quæ considerat esse motuum astrorum in interioribus miscet se physice , sicut diximus in secundo physico. Quod verò sufficit ad præsentem speculationem , est , quod quædam mathematicæ scientiæ speculantur entia determinata inquantum sunt immobilia , inquantum per diffinitivam rationem separabilia à materia sensibili & determinata per hoc quod nullum principium motus determinat numerum vel quantitas continua secundum quod est mensura tantum : nec aliquam materiam sensibilem ita vendicat sibi , quod vniocumquod secundum esse non sit etiam in alia. Semper tamen speculatur id cuius est , non in eo quod est mobile & conceptum materie sensibili. Si verò est aliquod ens quod simpliciter est immobile , eo quod est simplex & impartibile , nullam habens magnitudinem partitus , sempiternum , eo quod ipsum est necesse , vel immediate pendens ex eo quod est necesse esse : & est separabile secundum esse

Vide pro hac sententia Averroës primo meta. c. 19. & 22. meta. c. 44. & 2. eth. com. 57. & 2. phys. com. 17.

Quomodo diffinitum simum & concavum.



& rationem diffinitivam. eo quod ipsum non est nisi substantia simplex: palam est, quod de hoc ipso est. Aliquis theoretice nosse, cum illius principium non sit in nobis. De hoc autem nosse non est physica: physica enim non est nisi de motibus quibusdam. De hoc etiam non est aliquid mathematica: quia nulla mathematicarum speculationum ea que secundum esse sunt coniuncta: sed est aliquid theoretice prioris his, que a se et que diversa est: physica namque est quidem circa separabilia, sicut universale separatur a particulis, sed non est circa immobilia: eo quod in ratione diffinitiva concipit materiam determinatam principis motus. Quædam autem mathematica est quidem circa immobilia, sed tamen fortiter est circa ea que secundum esse sunt inseparabilia à mobili materia, sed est circa ea que secundum esse quasi sunt in materia sensibili. Prima vero philosophia que ad utrumque diversis est, & circa immobilia simpliciter est, & circa separabilia. Immobilia vero entia sunt simpliciter causa omnes, que sunt sempiternæ, non subiecta motui secundum esse vel secundum rationem. Tales autem maxime sunt causa esse secundum quod est. Tales enim causa sunt divina, & sunt causa his singularibus que manifesta sunt in mundo. Omnia enim hæc procedunt ex his que divina sunt: sicut ex causis & principis primis. Patet igitur ex omnibus que inducta sunt, quod tres erunt philosophia theoretica, & non plures, mathematica scilicet, & physica, & theologica sive divina. Hoc autem late in primo huius sapientie libro à nobis disputatum est.

## CAPUT III.

Quod hæc scientia sit divina & honorabilissima & universalis & prima.

Tex. c. 3.

Non enim est alicui non manifestum, quod si in aliquo scibili divinum intus exiit, tunc oportet, quod in tali natura immobili & separata & simplici existat. Unde si ut in physicis physica sunt, in quorum diffinitione cadit natura que est simpliciter natura: & hæc est forma, eo quod omnes alij modi nature proportionem illius nature dicuntur natura: ita in prima philosophia omnia dicuntur divina: eo quod in diffinitione eorum cadit Deus: quia sicut in inferioritate per omnia alia exeunt à primis principis divinis, & in ipsis sunt sicut artificata in mente artificis: & sicut artificata revolvuntur ad lumen intellectus primi activi, & per ipsum diffiniuntur, ita omnia revolvuntur ad lumen separatum substantiarum: & ipsa separata substantia revolvuntur ad lumen intellectus Dei, per quod subsistunt & per ipsum sicut per primum principium diffiniuntur. Et hæc est causa, quod divina & theologica dicitur hæc sapientia. Oportet autem honorabilissimam scientiam esse circa honorabilissimum genus subiectum: est autem honorabilissimum genus subiectum hoc quod est divinum: divina igitur est honorabilissima scientiarum: sicut enim in pu-

mo huius sapientie libro probatum est, theoretice scientie sunt desiderabiliores alijs scientiis omnibus, que vel sunt practica, vel poetica sive artificiales, vel administrantes, sicut sunt logica. Ista autem sapientia desiderabilior est inter theoreticas: eo quod sicut diximus, ipsa stat in lumine intellectus divini, quo scito nihil invenitur ultra que tendam: & ideo hoc est scire quod omnes homines naturaliter desiderant.

Ex hoc autem quod diximus primam philosophiam esse circa divina immobilia & separata & simplicia, dubitabit fortiter aliquis, utrum ipsa scientia sit universalis, sicut sæpe iam diximus, aut forte sit circa aliquod genus subiectum unum, & circa naturam unam determinatam, & sic sit scientia particulari, sicut & alie scientie que circa unam partem entis contemplantur. Sed hoc solvitur, quod non est idem modus in mathematicis & physicis que sunt circa unum ens determinatum, & in divinis scientia: quia geometria & astrologia sunt circa aliquam naturam, cuius principia non sunt omnium principia, neque sunt principia entis secundum quod est ens: & similiter est de physica. Illa vero quam divinam vocamus, est communis omnium, que hæc sit de Deo & divinis, est tamen de his secundum quod illa sunt principia universi esse, per hoc quod sunt principia entis vere secundum quod est ens: & hæc est substantia non nisi ex principis substantie in quantum substantia est composita. Hoc enim potest dari a simili: si enim, ut quidam Philosophum dixerunt, non est aliqua substantia divisa exiens à physicis. Sed omnes substantie revolvuntur ad illam substantiam quam principaliter considerat Philosophus, & que nomen & rationem substantie physice dat omnibus alijs: tunc oportet quod physica esset scientia prima & universalis. Si ergo est aliqua scientia de substantia immobili que principium est universi, esset prior quam physica, sequitur quod illa sit philosophia prima & universalis. Et quia ipsa est prima, oportet quod ipsa sit speculativa primo & universalium. Est igitur esse ipsius de ente in quantum est ens speculati, & ea speculabitur que insunt enti in quantum est ens. Omnia enim hæc reducit ista in principium universi esse, cuius intellectus causa est entis, non in quantum est hoc ens vel illud, sed in quantum est ens simpliciter: hoc enim ens esse vel illud, habet à determinantibus se & distinguendis: & in quantum per illa consideratur, in contemplatione cadit scientiarum particularium: in communi autem determinantia ipsum sunt duo, quantitas videlicet & motus principia: esse enim primum non pendet nisi ex ipsis principis esse & substantia. Consequitur autem illud secundum intellectum mensuratum esse quantitatem non concernens sensibilem materiam. Ultimo autem determinans est id quod sit ex principis motus, & penes ista tria sunt acceptæ tres theoretice: & inter illas sola prima est divina philosophia & universalis.

*Nota de  
ductionem  
illationis  
quam Phi-  
losofus in-  
venit esse ad  
hominem  
contra m-  
dero. 13.  
de etiam  
pro hoc  
met. tex.  
cem 7. &  
1. meta.  
com. 18.*

TRACTATUS II.

DE EO QUOD ACCIDIT PER ACCIDENS.

CAPVT I.

Quod de eo quod accidit per accidens, non est aliquantulum speculatio practica vel theoretica.



Tex. c. 4

Ens diminutum dupliciter dicitur.

VO modo autem ens simpliciter & absolute acceptum prout ipsum est principium, dicitur multipliciter, sicut in 5. superiori lib. est determinatum. Dicitur enim ens secundum accidens, & ens per se. Et secundum accidens quidem dicitur ens diminutum. Ens enim diminutum dicitur dupliciter: quoniam id quod casus est entis, eo quod cadit a principis entitatis, dicitur per accidens esse secundum suum nomen. Dicitur etiam ens diminutum, quod habet esse in anima, quod accidit omni enti: & hoc est verum, cuius oppositum non ens est quasi falsum. De his erit dicendum in libro hoc: prius enim de ente diminuto rationem entis habente dicendum est, ut illo expedito tractatibus entis veri cum subtilitate possimus intendere. Sicut ergo dictum est, ens communiter acceptum multipliciter accipitur. Vno quidem modo ens dicitur per accidens & diminutum, siue sit in re, siue in anima. Secundo autem modo dicitur ens per se, quod habet entis principia. Et hoc diuiditur secundum figuras categoriarum quoddam enim dicit quid, & significat quid, quoddam autem significat quale, & quoddam quantum, & quoddam ubi, & quoddam quando, & alia significat ad aliquid secundum hunc modum. Amplius praeter ea quae dicta sunt omnia, dicitur ens per se de potentia ente, & de actu ente, sicut ante in entis diuisione dictum est. Quoniam igitur ens sic multipliciter dicitur, primum in hoc libro dicendum est de eo quod est secundum accidens.

De quo ente per accidens non est scientia.

Hoc autem & primo de hoc ente secundum accidens est notandum, quia nulla omnino circa tale ens potest esse speculatio certa: non enim hic loquimur de ipsius accidentis natura in se considerata, quae in genere est ordinabilis, sed potius de eo quod accidit substantiae per accidens: hoc enim principia suae essentialitatis non habet: & cum vnumquodque de quo est speculatio, terminetur per principia sui esse & non aliter, sequitur necessarium de ente per accidens non esse aliquam certam speculationem. Signum autem huius est: quia nulla scientia studiosa est de tali accidente, siue sit practica, siue theoretica: studium enim nullus artificum im-

D. Albert. Mag. Metaphy.

pendit ad determinandum huiusmodi accidens. Et hoc quidem patet primum in potentia siue artibus: ille enim qui facit domum, non studet ut faciat eam ad quaecunque quae possunt accidere domui factae. Talia enim quae possunt factae accidere domui, sunt infinita: accidit enim domui domum esse quibusdam voluptuosam, quibusdam autem nocuam, quibusdam vero utilem ad lucrum, & aliis inutilem, & quibusdam fastidiam, aliis autem infastidiam: & sic de aliis ad quae artifex cum studio non potest intendere. Nihil enim prohibet factam iam domum esse diuersam per accidens ab omnibus ut si dicam existentibus domibus: & horum accidentium nulli penitus est edificatio siue edificabilis ipsa practica siue ars operaria. Patet igitur, quod de practicarum nulla cum studio intendit ad huiusmodi accidens per accidens. Eodem vero modo patet, quod nec theoreticarum aliqua intendit cum studio ad tale per accidens: geometer enim non speculatur huiusmodi accidentia, vtrum accidunt figuris quas considerat, vel non. Non enim speculatur si diuersum est trigonum & trigonum, per huiusmodi accidens, ut scilicet vnum sit album, & alterum calidum, vel vtrum ligneum, vel ferreum trigonum habeat diuersitatem ab eo quod est habere tres aequales duobus rebus: quia forte materialis trigonus habet duobus rebus tres angulos maiores vel forte minores: & hoc accidit ei in quantum est in sensibili materia: & ad hoc non studet geometer, eo quod ipse non demonstrat nisi de triangulo imaginatio: & talis omnis triangulus rectilineus habet tres angulos aequales duobus rebus. Patet igitur ex dictis, quod nec theoreticarum aliqua cum studio intendit ad huiusmodi accidentia.

CAPVT II.

Quod accidens secundum aliquem modum est non ens, & ideo non est perfecte scibile.

Hoc autem rationabiliter concidit cum ipsa natura talis accidentis: accidens enim entis non habet rationem perfectam nisi nomine solum, & non habet esse verum entis. Si enim accidens secundum sui nominis accipiat rationem, tunc est ordinabile in figura praedictamenti, & terminatum proprii generis principis: & hoc modo est ens secundum se. Si autem accidens per accidens secundum suum esse accipiat, non causatur nisi ab eo quod est raro, &

Tex. c. 4 in fine.



& hoc non est entis principium, sed potius de-  
fectus principij entis : principium enim entis  
aut est secundum temper, aut est secundum fre-  
quenter : & quod nec semper nec frequenter  
est, raro est & per accidens. Unde patet, quod  
accidens secundum suum nomen calum dicit ab  
entis principio, & determinatur per negotiatio-  
nem eius quod est semper & frequenter esse.  
Unde etiam Plato modo quodam non male or-  
dinavit sophisticam circa non ens. Sophistica-  
rum enim rationes maxime sunt circa accidens  
semoni vel rei. Et huius quidem exemplum est  
sicut si dicatur, vtrum idem sit vel diue, sum  
musicum & grammaticum, & musicus & Co-  
niscus. Dico autem idem quod essentialiter est  
idem. Si enim sic idem sit musicus & Coniscus,  
tunc quicquid accidit vni, accidit & alteri : ac-  
cidit autem Conisco cognosci : cognosci igitur  
accidit & musico : non sequitur, igitur musi-  
cus per essentialitatem est Coniscus. Et sic est ma-  
ficum casus ab essentialitate Conisci. Si quis  
enim cognoscit Conicum secundum omnem  
essentialitatem Coniscitatis, non propter hoc cognos-  
cit musicum. Cadit igitur ab entitate Conisci  
huiusmodi accidens. Similiter autem est in aliis  
omnibus. Aliud autem exemplum huius est, si  
omne quod verè est, & non semper fuit, factum  
est : ergo si aliquis musicus ens grammaticus  
est factus, vel grammaticus ens musicus est fa-  
ctus, non autem fuit : & similiter est in aliis  
quæcunque alie rationum sophisticarum sunt  
tales. Non enim sequitur, si grammaticus est  
factus, quod non ante fuit simpliciter : sed quod  
non ante fuit grammaticus : grammaticum igitur  
esse vel fieri nihil est essentialiter esse vel fieri :  
est igitur casus ab essentialitate : videtur enim  
accidens propinquum quod non ens. Et hoc  
quidem patet ex huiusmodi rationibus qua-  
les inductæ sunt : quod enim est in aliquo ve-  
re existentiam modo, illius est generatio, & ha-  
beret determinata principia suæ generationis : &  
eorum quæcunque talia sunt, est vera corruptio  
per ea quæ contraria sunt generantibus : eo-  
rum verò quæ sunt secundum accidens, quod  
per accidens est accidens, non est generatio vel  
corruptio, quæ determinata habeat generatio-  
nis vel corruptionis principia : igitur id quod  
est secundum accidens, non est aliquid verè en-  
tium secundum quod est huius. Cum igitur  
vnumquodque ex eisdem principijs si & scia-  
tur, patet quod sicut accidens per accidens non  
habet entitatis principia, ita non habet princi-  
pia per quæ sciri possit. Non igitur de acciden-  
te est aliqua scientia studiosa.

CAPVT III.

De principio & causa eius quod sit se-  
cundum accidens per accidens.

Porter tamen nos loqui de accidente ali-  
quid amplius quam dictum est inquan-  
tum loqui contingit in eius natura quæ est val-  
de indeterminata. Oportet igitur nos determi-  
nare primo propter quam causam est huiusmodi  
accidens : hoc enim habito simul cum illo pa-

lum est quare de ipso non est aliqua scientia  
certa. Inuestigantes igitur causam & naturam  
huius accidentis dicimus, quod in vniuersitate  
entium quedam videntur similitè se habentia  
& ex necessitate secundum quod necessarium  
est quod impossibile est alter se habere in in-  
stantia & operatione propter iur natura & ordi-  
nem & necessitatem : talia enim non sunt dicta  
necessaria secundum vim vel violentiam : quia  
sicut in ante habitis in 5. lib. diximus, in talibus  
nihil fieri potest secundum violentiam : sed  
sunt necessaria primo modo dicta necessitate,  
eò quod non contingit aliter se habere, sicut  
sunt causa prima, & intelligentiarum & celo-  
rum ordines : & hoc sunt in quibus non est ma-  
teria : aut si est in quibusdam eorum, tunc sunt  
illa ex materia sua tota : & ideo nihil de ipsis  
remanet in potentia, nisi forte ad vbi, & exit  
hoc continuè ad actum regulatè, & de neces-  
sitate : propter quod nihil contingens & radice  
potest in illis : hæc enim eò quod vno modo se  
habent, regula sunt omnium aliorum. Alia verò  
quæ sub istis regulantur, ex necessitate quidem  
non sunt, sed quasi secundum magis siue vt in  
pluribus : & in his est materia non tota intra-  
hæc enim sunt frequenter & possunt non esse  
& vtrumque istorum, id videlicet quod est sem-  
per, & id quod est frequenter, dicuntur secun-  
dum causam efficientem. Est autem contin-  
gens ad vtrumlibet : & hoc dicitur secundum  
causam materialem. Et ideo id in ordine talium  
causarum non est ponendum. Id autem quod  
est frequenter, est principium & causa talis ac-  
cidentis qualis hoc querimus, quod videlicet  
raro accidit : cum id quod est frequenter, non  
procedit ad actum, in potentia materiae ipsius  
radicatur accidens raro causarum à duabus ne-  
gationibus cum casu vel fortuna, sicut in vlti-  
ma parte quinti libri dictum est. Quod enim nec  
semper nec frequenter est, cuius potentia ad esse,  
hoc est per accidens, quod raro accidit : & quod  
est frequenter secundum causam efficientem,  
nihil prohibet esse principium & causam ma-  
terialem eius quod est raro, licet frequenter &  
raro esse sint oppositos habentia modos. Quod  
enim nec semper sit, nec quasi secundum magis  
sit, siue vt in pluribus, hoc dicimus esse secun-  
dum accidens : hoc enim quod frigus sit ve-  
no tempore, nec est quod semper sit, neque secun-  
dum magis siue in pluribus, sed quod raro.  
Aliud verò quod causa sit, est non raro, siue  
frequenter. Similiter autem hominem album  
esse dicimus secundum accidens præcipue in  
terris parua latitudinis : hoc enim neque sem-  
per sit, neque vt in pluribus : hominem verò  
esse animal, non dicimus secundum accidens :  
quia animal est in hominis ratione. Adificato-  
rem vero sanitatem facere, dicimus secundum ac-  
cidens : quia non conuenit hoc edificatori facere,  
sed medico quando adificatori contingit esse  
medicū. Et opopius siue coquus cuius est sapor  
ratū quid in pulmencis coëcta, aliquando facit  
aliquid in cibus salubre : sed non facit hoc secun-  
dum

Contingit  
ad vtrum-  
libet esse  
solum se-  
cundum  
causam ma-  
terialem.  
Idem Co-  
m. 2. phy.  
100. 48.

CAPVT IV.

Quod de eo quod est per accidens non  
sit scientia.

Via verò scientia non est accidentis, pa-  
lam est ex inductis. Scientia namque om-  
nis aut est eius quod est semper, aut eius quod  
est frequenter siue secundum magis. Si enim  
omne quod scitur, per sua principia & causas  
scitur : & id quod non habet huiusmodi princi-  
pia, simpliciter quidem non scitur, sed modus  
quo scitur, est modus quasi priuationis : per hoc  
enim scitur, quod non nihil est, neque semper,  
neque frequenter existens : & sic non simplici-  
ter reducitur ad nihil : sed in hoc quod aliquid  
est, caret principio & causa secundum veram  
rationem causæ & principij. Tale autem & ta-  
liter ens nemo potest addicere apud se, neque  
potest alium docere. Si quis enim aliterum isto-  
rum debeat facere, oportet quod disciat hoc  
quod dicit vel docet, aut per semper, aut per  
frequenter. Alia enim si secundum esse acci-  
pianur, principia determinantia se non habent,  
eò quod vniuersalia accipi non possunt, sicut  
accipit medicus mellicratum vitæ esse febrici-  
tanti secundum magis : hoc expertum habet, &  
vt in pluribus : quod autem præter hoc est non  
frequenter existens, non habebit principium  
quo sit aliquando & alicubi : quia per casum est  
aliquando & alicubi, & casus accipi non potest  
cum sit indeterminatum : eò nequemia accipi-  
puit per artem, siue lux nouæ incensio, eò  
quod neomenia secundum ordinem suæ causæ  
semper sunt, & secundum actum sunt secun-  
dum magis & frequenter : accidens autem de  
quo hic loquimur, est præter vtraque hæc.  
Dictum est igitur à nobis quid est accidens, &  
propter quam causam est, & quia de ipso nulli  
potest esse scientia.

CAPVT V.

Quod non omnia sunt ex necessitate : quia  
quedam sunt per accidens. Si negatur  
quædam fieri per accidens, tunc sequitur  
omnia ex necessitate fieri.

Via verò principia & causæ huius acciden-  
tis sunt ea quæ sunt genita quidem & cor-  
ruptibilia, eò quod sunt frequenter, manife-  
stum est, quod hæc sunt causæ huius acciden-  
tis quando sunt absque generatione & corru-  
ptione naturali, ita quod vltimus non generant  
neque corrumpunt secundum ordinem illum  
quo pendunt ea quæ sunt frequenter ex his quæ  
sunt semper. Diximus enim, quod quando id  
quod est frequenter, impeditur à cursu suo &  
ordine exitus de potentia ad actum, tunc in-  
ducitur casus. Manifestum est igitur, quod li-  
cet principia & causæ huius accidentis sint ge-  
nita & corruptibilia, quod tamen non necessa-  
rio secundum ordinem eundem generant &

dum attem opopoticam siue coquinariam. Et  
ideo dicimus, quod hoc accidit : & est aliquis  
modus : quia facit salubre contingenter, sim-  
pliciter non facit : quia si simpliciter faceret se-  
cundum artem coquinandi, faceret & semper  
vel frequenter, omnis coquus hoc faceret : alio-  
rum enim quæ videlicet frequenter sunt, sunt  
aliquando alie quedam potentia practica : ho-  
rum verò quæ dicto modo sunt per accidens,  
nulla est ars operatiua neque aliqua potentia.  
Dico autem potentiam facultatem & habitum  
ordinatum ratione non necessaria, qui est habi-  
tus non firmus, sed adhuc quasi tremens inter  
opposita, sicut est habitus opinarius : neque  
enim talem potentiam practicam cum ratione  
potest habere id quod est per accidens, licet ille  
habitus multum habeat potentie in eo quod  
est ad opposita propter sui imperfectionem. Et  
huius causa est : quia eorum quæ sunt secun-  
dum accidens, aut facta sunt secundum acci-  
dens, causa est secundum accidens, quæ causa  
est casus vel fortuna radicata vel principata in  
potentia eius quod sit frequenter, sicut diximus  
prius : & ideo fit quandoque quidem.

Non enim omnia sunt ex necessitate & sem-  
per aut existentia aut facta, sed plurima sunt  
secundum magis : & ideo necesse est id quod  
est secundum accidens, neque semper sit, neque  
secundum magis, siue in pluribus, sicut dicimus  
musicum esse album : quia tamen aliquando sit,  
licet raro fiat, tamen oportet, quod secundum  
accidens fiat : & si sic non diceretur, tunc oport-  
teret, quod omnia fierent ex necessitate : quia  
si non aliquid raro, oportet quod nihil fiat fre-  
quenter : in quo radicatur id quod sit raro : &  
tunc sequitur, quod si nihil sit raro, quod nihil  
fiat nisi semper & ex necessitate : quia si aliquid  
fiat frequenter, habebit potentiam ad non esse :  
& quod habet potentiam ad non esse, aliquando  
impedietur ab eo quod est frequenter : & tunc  
incidet id quod sit raro. Talia enim proprie in-  
cidentes habent causas, quæ raro sunt. Propter  
quod etiam materia eorum quæ frequenter sunt,  
est causa contingens quando sit in ea aliquid  
præter id quod est secundum magis siue in plu-  
ribus. Oportet igitur eius quod est secundum  
accidens principia sumere ex tribus negationi-  
bus, querendo verum nihil est secundum acci-  
dens. Et oportet dicere, quod non est nihil,  
neque semper, neque secundum magis, siue vt  
in pluribus. Impossibile enim est id quod est  
secundum accidens aliquid eorum esse. Est igitur  
quodlibet eueniens præter hæc tria secun-  
dum accidens. Sed vtrumque horum est aliquo  
modo secundum magis : quia illud est frequen-  
ter secundum modum mouentis & efficientis,  
& est raro secundum potentiam materie : quod  
autem est semper, nulli talium est principium  
& causa : quia sicut dicimus, nihil est in eo  
in potentia quæ respiciat ad non esse.

Si autem quedam sine semper-  
na, de his posterius in hac  
sapientia perseru-  
randum  
est.

D. Alber. Mag. Metaphy.

corruptur, & generantur & corrumpuntur secundum infinitam successione ex præterito vel in futurum: possunt enim impediri ex materia inæqualitate, vel ex alia causa: & tunc incidet id quod est ratio, siue causus, & id quod est per accidens.

Si autem aliquis his contradicens hoc non concedat, sed omnia dicat curia ordinato sibi succedere, & vnum esse ex alio ex necessitate in omne futurum & ex omni præterito, tunc sequitur, quod omnia erunt ex necessitate. Si enim facti & corrupti non ponatur aliqua secundum accidens causa, sed omnia causam habent essentiali & necessariam: tunc oportet, quod omnia fiant, & facta sunt ex necessitate. Queramus enim de aliquo futuro dicentes, verum erit hoc, aut non? Si igitur nulla sit causa nisi necessaria & per essentialiam dicta, cum hac posita ponitur effectus, & destructa destruitur: si est hoc quod est causa, necessarium sit hoc quod est effectus: si autem non est illud quod est causa, tunc non sit hoc quod est effectus. Hoc autem quod est, causa est, vel factum est, si aliud quod est causa eius anterior est, vel factum est: & ita manifestum est: quia si semper aut arit tempus tempore infinito in quo est decursum mediarum causarum inter primum & ultimum, deueniet v. que ad aliquod nunc præsens, in quo erit necessarium generatum id de quo queritur. Et huius exemplum est quod queramus, verum Sortes mortuus sit in infirmitate naturali, vel violenta morte? quia in hoc non est differentia quantum ad præsentem intentionem. Et dicimus, quod secundum prædicta morietur de necessitate in hora futura aliqua determinata: quia dicimus, quod prima causa mortis sue est necessaria: & hanc dicimus esse si exitus aequalitate anime & corporis: exit autem ab æqualitate, si aliud quid faciat hoc quod est exitus ab æqualitate: & hoc iterum erit si causa eius necessaria fuerit: & sic decurrendo à prima causa v. que ad ultimum effectum, necessarium ex prima causa posita concluditur effectus ultimus, qui est in aliquo nunc determinato: & sic omnia erunt de necessitate. & sic etiam concluditur ex præterito in præteritum, quod factorum aliquid fuit ex necessitate factum, & nihil contingenter siue per accidens. Et huiusmodi exemplum est, ac si dicamus, quod hic infirmus necessarium sit: sit enim necessarium si comedit frum facientia, que sunt calida sicca: sed comedere frum facientia ponitur ex necessitate, si est: aut ponitur ex necessitate non esse, si non est secundum superius inductam hypothesein. Igitur iste aut ex necessitate morietur, aut ex necessitate non morietur: quia calida similia complexionis sue comedit: & si hoc comedit, situit, & vinum bibit: & si vinum bibit, febrem accendit, vel rixatus fuit: & sic necessarium infirmitate vel occasione mortuus est: positum autem est primum esse necessarium: & vnumquodque mediorum positum esse necessarium supposito priori, quod ponitur esse causa sua essentialis & necessaria: ergo & ultimum est necessarium.

Similiter autem sequitur inconueniens si aliquis in tali processu procedat superflitando de effectu ad causam de præterito in præteritum:

eadem enim est ratio consecutionis secundum præinductam hypothesein. Iam enim est hoc quod dicitur ex necessitate esse in aliquo: in principio facto in præterito, quod fuit etiam necessarium. Tale enim dico factum præteritum ex necessitate: vnde per consequentiam necessarium erit futura. Sicut si dicamus necessarium mori cum qui viuit: ed quod iam in præterito aliquid necessarium factum est, propter quod ex necessitate non moritur: & hoc est sicut si dicamus necessarium mori: quoniam conetaria seiuicem compositum dissoluentia sunt in eodem corpore: sed licet contraria sint in eodem, non tamen mors inducitur sine infirmitate aut violentia: & idem si contraria insunt, necessarium ponitur fore infirmitas: & si infirmitas insit, tunc morietur. Palam ergo est, quod omne præsens superflitando à posteriori in anterior, vadit usque ad aliquod primum principium, & illud principium non vadit ad aliud ante ipsum: & si illud erit necessarium, etunt omnia necessaria, & sequitur nihil fieri per accidens. Dico autem hoc necessarium, non id quod est suppositionis & consequentia, sed illud quod est necessarium absolute & necessitatem habet consequentis. Cum autem hoc sit inconueniens, oportet dicere, quod causa eorum que sunt per accidens, sit illud quodcumque euenit per accidens & contingenter, & quod causa generationis eius quod est huiusmodi, per se nulla sit omnino, sed calus & fortuna sunt eius causa, & ista sunt causa per accidens.

Sed si queratur ad quale principium, & ad quale causam fiat talis anagoge siue superflitans reductio, maxime persequendum est ad quam deueniat causam primam, verum videlicet illa sit materia, aut finalis que est cuius causa sit quicquid sit, aut deueniat ad causam mouentem: diximus quod indicatur in materia eorum que frequenter sunt licet in subiecto: & causa eius est mouens secundum casum vel fortunam, & est in his que sunt propter aliquid, sicut subtiliter determinatum est à nobis in 2. physico: & siue deductio fiat in præteritum, siue in futurum, nulla est deductio: quia talia accidentia, sicut est sitis, mors, & huiusmodi, non eueniunt ex vna causa, sed ex multis possunt euenire que casualiter inducuntur, sicut cuiuslibet etiam per partem facile est videre considerationem.

## C A P V T VI.

*Et est digressio declarans, quod omnia re-  
ducuntur in causam vnam, & quantum  
accidens per accidens est in rebus.*

**D**ubitabit autem aliquis, ex prædictis dubitationis sumens rationem, verum omnium entium vniuersitas reducibilis sit ad principium vniuersitatis idem & vnum. Si autem omnia reducuntur ad vnum vniuersitatis principium, hoc non erit nisi intellectus diuinus actiuus omnium: & cum ille sit causa vno modo existens & ordinata, videntur omnia esse ex principio vno & ordinato: ergo & ea que sunt per



per accidens, sunt ab huiusmodi principio: & sic eorum quae sunt per accidens, causa prima non est per accidens: & hoc est contra praedicta. Si autem non omnium sit causa una, tunc sequitur, quod ordo vniuersitatis non est ad unum: & ex hoc sequitur, quod plura sint vniuersitatis principia & plura vniuersa, quae ambo sunt absurda: Si autem vniuersitatis principium est unum, tunc quaeritur, unde provenit diversitas causarum eorum quae sunt semper, & eorum quae sunt frequenter, & eorum quae sunt raro.

*Solutio.*

Ad haec autem & huiusmodi non est difficile solvere: absque omni enim dubitatione tenendum est, quod vniuersitatis principium est unum: & hoc est intellectus diuinus, qui per suam scientiam quae tamen scientia est idem ipse, est causa omnium quae sunt prima, & vno modo se habens ad omnia: & est causa ordinis omnium eorum quae sunt: quia ipse est qui facit causata & distribuit & ordinat ea, sicut una ars est in femine hominis, quae facit & distribuit & ordinat omnia corporis membra, sicut nos in vltima huius sapientiae parte sumus ostensuri. Quod autem diximus, quod ea quae sunt raro & sunt per accidens, non reducuntur nisi ad causam, per accidens, intelleximus de causa proxima, & non de causa prima in qua stat reductio omnium. Iam enim ostensum est, quod id quod est frequenter per suam naturam, est principium eius quod est raro. Reducitur etiam ad causam vere mouentem, licet accidat illi: quia fodiens sepulchrum vere operatur ad inueniendum thesaurum, licet non operetur ad hoc in quantum est sepulchrum fodiens, sed in quantum ad causam quae vere est causa finalis, licet accidat etiam illi: quia nisi fodiens etiam intenderet fodere sepulchrum, non foderet: unde patet, quod propter aliquid fodit & non vane fodit: & sic fodienti inuenire thesaurum accidit: & ideo dicitur per accidens euenire: id autem quod est frequenter, reducitur ad semper in quantum reducendo materiam semper influit esse diuinum per generationem & corruptionem: esse enim diuinum influit motor, sed motor incorruptus praeparat materiam. Quamuis autem intellectus diuinus vno modo se habeat, & immaterialiter & intemporaliter & simpliciter & immobiliter, tamen materia eorum quae sunt frequenter, percipit bonitates suas multipliciter & materialiter & temporaliter & compositè & mobiliter: & hoc est ideo: quia intellectus diuinus non tollit possibilitatem a materia: & ideo licet in ipso omnia sint immobiliter, tamen in materia sunt contingenter. Et huius exemplum est in anima, quae sicut ars est in femine, in qua sunt omnia quae sunt in materia membrorum vniuersè & simpliciter & immaterialiter & immobiliter, & in oppositis


*Intellectus diuinus non tollit possibilitatem a materia.*

modis sunt in materia membrorum.

Et sic patet quod iniuste Auerroes reprehendit eos qui dicunt omnia procedere ab intellectu actiuo sicut a tabula inscripta formis omnium: quamquam exemplum de tabula non satis conueniens sit actiuo intellectui, sed de possibili intellectu posset habere aliquid conuenientiae, sicut nos tam in libro tertio de anima, quam in libro de intellectu & intelligibili ostendimus. Verissime autem scimus, quod omnis forma quae est in prima materia in potentia, est secundum rationem in intellectu causa prima: & ideo a Platone dicitur esse mundus archetypus. Scimus etiam, quod intellectus diuinus causando secundum effectum, stat in vltimo causato. Nec dubitamus, quin omne quod est in aliquo, sit in ipso secundum potestatem eius in quo est: & ideo quae in intellectu primo sunt simpliciter & immaterialiter & intemporaliter & immobiliter & vno modo, omnibus contrariis dispositionibus sunt in materia: propter quod non sequitur, quod si intellectus primus sit huiusmodi immobiliter & ceterè, quod illa eueniant immobiliter & certitudinaliter: quia intellectus diuinus non tollit a materia nec a causis secundis dispositiones suas proprias: & quando res eueniunt, tunc sunt in causis mediis: & in materia, & secundum potestates illorum eueniunt & non secundum potestatem primae causae. Sic igitur patet, quod omnia reducuntur per analogiam ad causam primam: & cum casus & fortuna & accidens de quo loquimur, verissime est in rebus. Non autem ad causam accidentalem reduci possunt omnia: eo quod ante quodlibet per accidens est id quod est per se: nec possunt reduci ad id quod est frequenter, cum hoc indigeat causa propter hoc quod est in potentia: & omne quod est in potentia, indiget eo quod est in actu per quod educitur de potentia. Oportet igitur, quod reducantur omnia ad id quod est semper & ubique, vno modo & simplex acius existens, quod agendo per scientiam intellectus largitur formam, & motu corporis incorruptibilis continue aduehit materiam suscipientem: & ideo motor talis dicitur esse tanquam vita quaedam existentibus omnibus. Est autem non praeterendum, quod cum accidens de quo loquimur secundum esse sit accipiendum, sicut iam ante diximus, non cadit in aliquo genere vno, sicut patet in omnibus exemplis praedictis: quia Sororem esse album, vel musicam esse album, vel inuentum ex fossata esse thesaurum, & huius alia omnia sunt in multis generibus: & hoc contingit propter naturam suam indeterminabilitatem quando secundum esse accipitur: & ideo contingit etiam, quod ad causam unam reduci non potest huiusmodi accidens. Haec igitur & tanta de accidente per accidens dicta sunt a nobis.

*nota cum vna dicitur vniuersa & cetera huiusmodi.*

*Quare materia est causa a Philosopho in principio physicae.*



# TRACTATUS III.

DE VERO ET FALSO.

## CAPVT I.

*In quo ostenditur, quod verum & falsum sunt in anima primo, & sunt ens anima potius quam ens ratum extra animam.*

Tex. c. 8.



**R**ATERMITTAM ergo nunc de accidente secundum accidens: satis enim sufficienter determinatum est de ipso: sed considerabimus nunc id quod est verum, cuius oppositum est quasi falsum: hoc enim ens est de compositione & diuisione, quæ in speciebus rerum facit anima & intellectus: accidit autem naturis rerum in intellectu esse, sicut diximus in antè habitis ubi locuti sumus de vniuersali: totaliter autem siue vniuersaliter id quod sic verum vel falsum est, est circa participationem contradictionis: sicut enim in 3. de anima lib. determinatum est: intelligentia enim est indiuisibilem in quibus non est verum vel falsum. In quibus autè verum & falsum est, iam compositio quædam intellectuum est. Primo enim componens & diuidens inter accepta est intellectus, vel anima apprehensa per phantasiam & estimationem: & quod componit & diuidit, sicut componit & diuidit, ita enuntiat & interpretatur in voce. Et ideo voces earum passionum quæ sunt in anima, sunt notæ: & ideo verum & falsum quæ sunt in enuntiatione, sunt signa veritatis & falsitatis quæ sunt in anima. Propter quod dicitur, quod veritas est adæquatio rerum & intellectuum: & quia voces etiam sunt signa rerum, ideo iterum in eo quod res est vel non est, oratio vera vel falsa est. Totum verò hoc ens est circa contradictionis partitionem. Contradictio autem est oppositio propositionum, cuius non est medium secundum se: vniuersaliter enim omnis affirmatio in compositione est, negatio autem in distinctione siue diuisione: falsum autem huius entis est participatio oppositionis contradictionis. Et ex his patet, quod verum hoc in compositione est, quam compositionem non facit nisi intellectus: quia res ipse sine complexione sunt, & quælibet ipsarum non est nisi vna. Et cum predicatur aliquid de aliquo, siue sit essentialis prædicatio, siue accidentalis, quoad compositionem ipsam nihil differt: quia vtraque compositio est, & æqualiter vna sicut alia: & si omne quod scitur, per sua principia sciatur, cum talis compositio principium efficiens habeat intellectum, & subiectum primum, con-

Tex. c. 26.

stat quod non terminatur ens talis compositionis nisi per intellectum componentem & diuidentem & per intellectum in effectu qui est subiectum ipsius. Adhuc autem, sicut patet ex his quæ de vniuersali natura supra diximus, prædicata enuntiationum & subiecta componuntur & diuiduntur prout sunt in lumine intellectus, sicut sunt in forma prima: & finis est aliquo modo forma eadem, in qua intellectus inuenit seipsum: & tunc est adeptus seipsum: & tunc omnia huiusmodi entis principia sunt in intellectu, nec per alia entitatis suæ principia potest determinari: quia ea quæ componuntur omnia, aliam penitus habent entitatem: & sicut diximus in antè habitis, non debent inquiri de rebus alia principia quam quæ sunt sibi propria: quia sapientis est, vt in primo huius sapientie libro diximus, omnia sicut decet scire: & hoc est in quantum expostulat vniuersalisque natura: & per potestatem est in geometricis probabiliter & ex coniecturis & in rithoricis disciplinabiliter persuadere. Et ideo Philosophus determinat de verò sicut ipsum se habet: & hoc sufficit, nec est plus requirendum. Amplius falsum licet nihil sit in re, tamen est ens apud intellectum, nec determinatur nisi per eadem principia quæ sunt principia veri: quia diuidens est intellectus & idem subicitur eidem. Et quæ diuiduntur, diuiduntur prout sunt in lumine intellectus & ad finem adipiscendi seipsum in his. Et hoc subtiliter à nobis probatum est in secundo libro de intellectu & intelligibili. Talis igitur determinatio est entis quod est verum, & entis quod est falsum propria: nec per aliam valet determinari essentialitas ipsius: quia tamen ea quæ facit intellectus, referuntur ad rem, eò quod sunt principia eadem rei & veri quod est in anima, quamuis non sint eodem modo accepta, ideo verum respectum quandam dicit & dependentiam ad rem extra: sed tamen esse veri non est nisi in anima. Quomodo autem accidit intellectui simul intelligere res in compositione existentes, siue etiam in oppositione aut separatim, sicut sunt ea quæ sunt sine complexione vel oppositione, alius sermo habet determinare: quia hoc spectat ad scientiam tertij libri de anima, ubi locuti sumus, quod intelligentia indiuisibilem est in his in quibus non est verum vel falsum: ubi autem verum & falsum est, inde compositio quædam intellectuum est: & incompleta non collata adiuuicem, sicut dixit Empedocles, sunt sicut multorum capita germanorum sine ceruice, quæ postea lite & amicitia complexa & composita vel diuisa sunt per intellectum purum & immixtum, sicut dixit Anaxagoras

*Sententia Philosophi in primo ethi. cap. 2.*

Tex. c. 26. & infra.

xagoras: ideo quando componit germana, est compositio vera: & quando diuidit litigantia, vera est diuisio: & si componit litigantia, & diuidit germana, sunt compositio & diuisio falsa. Sic igitur cum ea quæ componuntur in lumine sint intellectus, & componens sit ipse intellectus, & subiectum sit intellectus, & finis sit intellectus adeptio, constat quod iterum primo non est nisi in intellectu.

*Nota quare forma vera prout sit in anima, non habent contrarium.*

Cum autem opposita componit, non sunt opposita nisi in materia extra animam: ostendimus enim in his quæ de anima & intellectu & intelligibili disputata sunt, quod formæ rerum per hoc habent esse in anima, quod sunt lumen quoddam intelligentiæ agentis, & secundum quod sunt tale lumen, non habent oppositum: sicut etiam in scientia de sensu & sensato diximus, quod colores secundum esse spirituale quod habent in perspicuo, non habent oppositum, & in quolibet vno puncto medij perspicui possunt inesse secundum esse spirituale albedo & nigredo: quia aliter per idem spatium vndique non viderentur album & nigrum ab e regione contra se aspicientibus. Et secundum Democritum qui dixit lumen corpus esse subtile quod est defluxus continuus luminosi corporis in perspicuum penium & determinatum, est huius exemplum, quod cum radij diuersorum luminarium solis & ionis & aliorum desuuant in medium in oppositis virtutibus, tamen simul sunt in quolibet puncto perspicui inconfusi & impemixti, propter esse spirituale quod habent.

*Quid intelligit intellectus plurali.*

Sic igitur simul & separatim complectendo & sine complexione plura & opposita accipit intellectus. Dico autem simul & separatim quasi acceptio sua non sit deinde: ita quod sit vnius primo & alterius postea, sed plura complexa sunt vnum quid compositum per intellectum, & vniute compositione sunt vnum: falsum enim & verum non sunt in rebus sicut bonum & malum. Ostendimus enim in fine primi physicoꝝ, quod prima principia entis mobilis sunt bonum & malum: quia forma est sicut diuinum & bonum & optimum, in quod est materiæ appetitus: priuatio autem non machinatur nisi ad maleficium ab aliquo procedente intellectu: & cum hoc sint entis principia, oportet ipsa esse in rebus: verum autem & falsum non sunt nisi in mente. Falsum autem plus est in mente quam verum: quia falso in re extra nihil correspondet, propter quod relatum ad rem est non ens: vero autem aliquid correspondet per modum cause, sicut supra diximus. Et hæc dicimus de vero & falso, quæ sunt compositionis & diuisionis. Circa simplicia enim, hoc est, incompleta, & circa quid est quod dicit distinctio, est verum, sicut in 3. lib. huius sapientie supra distinximus, quod non est in mente, sed in re ipsa extra mentem accepta. Ens ergo verum & falsum sunt separata à rebus & sunt in anima: & supra quidem, ubi diximus de vniuersali, diximus quædam de huiusmodi separatis: cum subtilitate autem omnia quæcunque speculari oportet de huiusmodi ente separato, & circa non ens separatum quod tali entis opponitur, postea erit percurandum infra in libris huius sapientie. 1. 2. & 13. ubi omnes diuersitates opi-

*Bonum & malum sunt principia entis mobilis.*

*Falsum plus est in mente quam verum: quia in re nihil sibi correspondet.*

nionum circa tale ens, existentium inducemus, & quid veritatis habeant ostendemus.


## CAPVT II.

*In quo ostenditur, quod huiusmodi ens est relinquendum sicut & ens per accidens: eo quod non est in aliquo genere entium, nec aliter quam modo dictum est potest determinari.*

Tex. c. 8.

**Q**UONIAM autem, sicut iam patet, complexio huius quod determinat verum, & diuisio est in mente, & non in rebus extra, manifestum est, quod hoc quod ita est ens, habet diuersam entitatem ab alijs quæ proprie ens sunt extra animam habentia esse: aliquis enim in tali ente mente copulat, aut diuidit id quod est quid cum aliquo, aut quale quid, aut quantitatem, aut aliud prædicamentum cum aliquo, si quod tamen aliud ab his verè prædicamentum inueniatur, eò quod omnia alia potius sunt compositiones & respectus entis quam entia quædam: sed tamen hoc non est ad propositum. Sed hoc constat cum mens copulet ea quæ vel sunt in vno & eodem prædicamento, siue ea quæ sunt in diuersis, ipsa compositio & diuisio non est in aliquo prædicamento. Si enim componit vel diuidit ea quæ sunt in vno & eodem genere, compositio & diuisio non sunt in eodem genere: quia omnia quæ sunt in genere, sunt aut genera, aut species, aut indiuidua, aut principia eorum quæ sunt in genere, sicut potentia & actus. Cum autem componit & diuidit ea quæ sunt in diuersis generibus, tunc magis est clarum, quod compositio & diuisio non sunt in genere: sed singulari incomplexorum est in aliquo genere entis. Igitur cum queruntur entis genera & partes, prætermittendum est accidens per accidens, sicut supra diximus, quod non est in aliquo genere entis. Et est prætermittendum etiam verum quod est sicut ens: quia, sicut iam ostendimus, illud etiam quod non est in aliquo genere entis, & accidentis quidem causa est indefinita & incerta, sicut ostendimus superius: huius autem, veri videlicet causa est mentis aliqua passio: & vtraque istarum causarum est circa genus entis, quod reliquum est & extraneum ab eo quod est verè ens in aliquo genere entis determinato existens. Et ideo neutrum istorum entium ostendit aliquid determinatum extra in rebus ratam entitatem habentibus: neutrum enim horum aliquam vnam entis naturam. Prætermittantur igitur ista entia percuranda enim sunt principia & cause illius entis quod verè est ens in quantum est ens: hoc enim est in genere aliquo entis. Palam autem est ex his quæ sunt determinata in quinto libro, ubi distinximus quor modis vnum quodque dicitur, quod ens ipsum quod verè est, multipliciter dicitur.





LIBER SEPTIMVS,  
QVIEST DE  
SVBSTANTIA  
PROVT IPSA EST REI  
QVIDDITAS ET TOTVM ESSE.

TRACTATVS I  
DE PRINCIPALITATE SVBSTANTIÆ.

CAPVT I.

*Et est digressio declarans qua est intentio,  
& qua sunt ipsius substantie acci-  
piones, & qualiter accidens  
est substantia modus.*



**D**ICTVM est, quod perscrutanda  
sunt entis cause & principia  
quod est verè ens in quantum est  
ens & veram dicit naturam en-  
tis: hæc est autem substantia:  
propter quod de substantia per-  
scrutari oportet secundum principia ipsius &  
diuersitatem. Est autem substantia concepta  
cum materia, & separata. Et ea quidem que  
concepta est cum materia, quoad nos nobisior  
est: & ideo prius de ipsa, & postmodum au-  
rem de separata dicendum est. Amplius conce-  
ptam cum materia substantiam, tripliciter deter-  
minari oportet, secundum principia videlicet  
& secundum exitum ipsius ad esse, & hoc est  
per potentiam & actum, & secundum quod in  
esse constituta consideratur, & hoc ut vnum &  
multum. Sic enim consequitur eam vnum esse  
vel multa, & ea que causantur ab vno & multo,  
sicut nos in sequentibus ostendemus. Amplius  
principia substantie sunt materia & forma, &  
præcipue forma principium est substantie. Et  
hanc dupliciter determinari oportet. Vno qui-  
dem modo secundum quod ipsa est esse totum  
substantie primæ & quidditas ipsius, que si-  
gnificatur per diffinitionem: & hoc modo oportet  
nos perscrutari de substantia in hoc septimo  
huius primæ philosophiæ libro. Alio autem mo-  
do perscrutanda est prout ipsa est forma que-  
dam & natura secundum se considerata diuersa

*idem est  
mentur  
in prologo  
paruo istius  
septimi.*

*Nota quo-  
modo de  
hoc libro  
de substantia*

à materia que est altera pars compositi sicut  
anima est forma hominis non prædicata de ipso:  
& hoc modo largè loquendo à quibusdam etiam  
vocatur quidditas, licet improprie: & hoc modo  
considerabimus de forma in sequenti libro qui  
octauus erit huius primæ philosophiæ liber.  
Considerantes igitur de principio substantie  
quod est totum esse & quidditas ipsius prædi-  
cata de ipsa, diximus primo quedam quibus ab-  
ente quod est accidens distinguitur. Primum qui-  
dem quod ipsa ut quidditas primæ substantie  
considerata, adhuc duplicem habet considera-  
tionem. Diximus enim in præhabitis, vbi de  
vniuersalis natura locuti sumus, quod vniuer-  
salis natura est ipsa natura rei simplex accepta,  
que est notio eius cuius natura est hæc: igitur  
si in ipsa sui simplicitate consideretur, ipsa  
natura, est quam explicat per se diffinitio: &  
hoc modo per se refertur ad ipsam diffinitio, &  
ea que per se conueniunt ipsi, & hæc non refe-  
runtur ad primam substantiam nisi per accidens  
quo ipsa natura est esse primæ substantie sub-  
stantiale: & sic ipsa est natura vnica simpliciter.  
Alio autem modo consideratur secundum acci-  
dentia consequentia ipsam, & præcipue secun-  
dum hoc accidens quod est ipsam esse primam  
communicabilem & communicationem multi-  
plicabilem in multa, quorum omnium ipsa est  
esse substantiale, & sic efficitur prædicabilis de  
multis, & communicata efficitur causa acciden-  
tis in his in quibus est. Et hoc modo etiam ip-  
sum accidens dupliciter accipitur secundum sui  
naturam: potest enim accidens accipi sic, quod  
dicat aliquid substantie sub esse tali quod cadit  
in genere accidentis. Potest etiam dici accidens  
ipsum esse talis substantie. Et huius quidem  
exemplum est expressus in colore. Si enim dif-  
finiatur color esse extremitas peripicui in cor-  
pore terminato; cum extremitas peripicui sit  
substantia,

*ria que est  
forma, con-  
sideratur  
in hoc loco  
& in octa-  
uo sequen-  
ti.  
Forma ut  
quidditas  
prima sub-  
stantie co-  
siderata  
dupliciter  
considerari  
potest.*

substantia, constat quod color dicit substantiam sub esse accidentali quod est imitativum visus esse. Si iterum dicatur, quod color est motuum visus secundum actum lucidi lucide in actu luminis, iterum est substantia quedam: quia lucidum in actu luminis est peripicuum illuminatum: & hæc est substantia: & sic iterum dicit color substantiam quandam sub tali esse quod est visus motuum: & color quidem in naturam cadit accidentis ab esse illo sub quo substantia talis accipitur: & si ipsa substantia subtrahatur, nihil penitus remanet, neque in re; nec in intellectu de natura accidentis: & ideo principia substantia sunt principia accidentis: & hoc modo est accidens ordinabile in genere, & determinatur in noem generationibus entis. Si autem color non dicatur nisi ipsum esse talis substantia, non cointellecta substantia, erit color ens deficiens non intelligibile: quia non est motuum visus nisi secundum actum lucidi, qui si in colore non intelligatur, non potest capi ab intellectu quid sit color: & erit res quæ in nullo genere locari potest. Et ex his quæ iam diximus, duo intelliguntur: unum, quod per accidens verè non est nisi modus substantia: aliud autem, quod si accipiat accidentis sine substantia tali cuius ipsum est modus, non erit aliqua differentia entis opposita substantia, per cuius divisionem locari possit in genere hoc vel illo. Sicut autem nos diximus, quod color hoc modo est substantia modus, ita etiam calor est substantia modus dissolutæ & rarificatæ extra se pulis per motum corporis continuum super substantiam dissolutam factum: per hoc enim habet calor dissolvere & movere à centro, & congregare, & omnia huiusmodi facere, quæ attribuuntur calori. Si autem dicatur calor esse talis substantia, esse non cointellecta substantia, non erit calor res aliqua ordinabilis in aliquo genere vel comprehensibilis per rationem. Idem autem est de frigore, quod non est modus nisi substantia constantis in se ipsa, non dissolutæ, propter hoc quod distat à corpore incorruptibili dissolvente. Et similiter est de qualitatibus passivis quæ sunt humidum & siccum. Humidum enim est modus substantia subtilitate fluentis super seipsum in aqua, & est modus substantia fluentis ad aliud propter spiritualitatem in aere: & hoc patet ex ipsis definitionibus. Siccum autem terminatum apud se, nec fluentis super seipsum, nec ad aliud: & hoc planum est videre in omnibus, nec unquam potest pleno intellectu intelligi accidens nisi finitum intelligatur per esse substantia cuius ipsum est modus. Et sicut diximus de accidente quod est in genere qualitatis, est etiam verum de quantitate. Si enim accipiat continuum cuius partes ad unum communem terminum copulantur, constat quod hoc dicit esse eius quod habet partes per se: non autem habet partes per se nisi materia corporis: continuum igitur dicit substantiam sub huius copulationis esse: & ipsa continuitas est esse talis substantia quam si subtraham per intellectum, remanet intellectus accidentis infinitus, & non reducibilis ad genus aliquod entis. In cæteris autem predicamentis entium quæ remanent, hoc aliquid patet: cum ipsa non sint nisi quedam

Quomodo principia substantia sine principia accidentis vide. 22. in 1a. comment. 22. ab A. uerget.

Non potest accidens pleno intellectu intelligi, nisi finitum intelligatur per esse substantia.

substantia comparationes, quæ sine comparationis nullo modo est intelligere. His igitur sic acceptis, facile est de principalitate substantia ad alia circa determinare.

CAPVT II

Quod substantia que est principium substantia prima, prima est omnium entium.

ENS enim dicitur multipliciter, sicut prius in 5. libro supra diximus, ubi determinauimus quomodo secundum analogiam unumquodque dicitur. Signat enim ens aliquando quid est, siue quidditatem designatam per esse substantia substantia prima: aliquando enim signat hoc aliquid designatum quod est substantia prima composita designata, quæ proprie & principaliter & maxime substantia dicitur. Aliquando autem ens signat quod qualis, aut quantum est, aut signat singula aliorum secundum genera entis quæ sic predicantur, determinatas naturas designantia in generibus accidentium, quorum quodlibet dicit aliquid esse substantia tali vel tali, vel esse ipsum quod est modus quidam substantia. Tot modis autem ente per se dicto, palam est ex his quæ præinducta sunt, quod primum & principale ens inter hæc, est illud quod signat substantiam, & hoc secundum primum modum acceptionis substantia: quia ipsa natura substantia sic simplex in se accepta, quæ designatur ipsa definitione, est principium substantia prima: & licet substantia prima principalior sit quam secunda substantia, quæ propter hoc secunda vocatur, quia posterior est, & dependet à prima secundum esse, eò quod de se, his primis impossibile est aliquid aliorum remanere: vniuersale autem aut nihil est, aut posterius: tamen ipsa natura prædicto modo accepta, prior est quam substantia prima, quæ est indiuiduum compositum designatum in genere substantia, sicut principium prius est principiato: vniuersale enim est commune: & cum omne commune à singulari procedat, sicut & ipsa communitas procedit à singulari, ut ex ipsa definitione communis patet, cum dicitur commune esse quod contingit pluribus, oportet necessarè, quod hoc modo dictum vniuersale, siue secundum, sit posterius primo singulari designato. Quod autem natura ipsa simplex quæ est principium prima substantia designata, sit primum ens inter tres modos entis dictos, sic probatur: quia quando querimus quomodo non designante naturam substantia, sed designante aliquid circa substantiam quod est modus eius, sicut est qualitas: modus eius, ut cum diximus hoc modo querentes, quale quid est hoc? responso non certificat nisi qualitates: dicimus enim, quia est bonum, vel malum, quæ sunt qualitates: sed non certificamus quantitatem ipsius, ut dicamus, quia est tricubitum: nec reddimus substantiam eius, ut dicamus hominem esse vel Deum. Quando autem querimus de natura ipsa substantia dicentes, quid est hoc? nec respon-

Tex. c. s.



demus de quantitate, ut dicamus esse tricubi-  
tum, nec de qualitate ut dicamus album vel ni-  
grum: sed respondemus hoc de quo queritur,  
hominem esse, vel Deum, vel aliquid tale: con-  
stat autem, quod per quid est, de natura quæ-  
rimus, & non de individuo designato: alia verò  
entia dicuntur & sunt entia, quia sunt essentia-  
liter entis. In omnibus enim his quæ multipli-  
citer dicuntur ad unum, habent id unum cau-  
sam totius multipliciter. Dico autem hæc esse  
entia, quæ sunt huius sicut principij & multi-  
plicitatis, non sicut asinus est Sorris: sic enim  
in se simplex acceptum est primum in multipli-  
citate: acceptum enim sub esse tali vel tali con-  
stituit modos multiplicis: & ipsi modi sortiun-  
tur nomen primum per hoc quod dicunt esse  
hoc vel illud sub quo primum designatur. Sic  
igitur ens simpliciter est substantia quæ est prin-  
cipium substantiæ designata. Alia verò nomen  
entis accipiunt, quia sunt qualitates ipsius in  
substantia composita principiatur ab ipsa sub-  
stantia: & alia dicuntur entia, quia sunt huius-  
modi entis, quantitatis: & alia ideo entis ha-  
bent nomen, quia sunt talis entis passionis &  
alia aliquid tale dicunt secundum distinctionem  
generum entis.

**Tex. 3.** Propter quam causam etiam dubitavit ali-  
quis antiquorum, & præcipue Melissus, utrum  
vadere & sanare & sedere & alia talia præcipue  
quæ dicuntur accidens comparationis, ita quod  
vnumquodque illorum sit ens, aut non ens. Et  
causa dubitationis fuit: quia hæc non sunt entia,  
nisi quia sunt essentialiter entis: & ideo  
subtrahendo essentialiter entem, non videntur esse  
entia. Similiter autem esse dicebant in aliis ta-  
libus omnibus accidentibus: nihil enim horum  
est aptum harum aliquid finitum esse secundum  
seipsum acceptum: subtrahendo enim substantiam ab  
ipso per intellectum, neque aliquod acciden-  
tium possibile est separari a substantia: sed ma-  
gis hoc verum est, quod si aliquid præindu-  
ctorum est de numero entium, sicut vadens, aut  
sedens, & sanans, & præcipue sessio, & sanatio,  
& ambulatio, hoc pro certo non sortiuntur no-  
men entis, nec apparent entia, nisi ideo quod  
est aliquid eorum subiectam determinatum,  
cuius ista sunt aliquid esse: & hoc subie-  
ctum est substantia prima, in qua substantia  
quæ est principium huius substantiæ, est prin-  
cipium talium quæ sunt modi esse ipsius. Simi-  
liter autem singula quæ in tali categoria acci-  
dentis apparent, sic accipiunt nomen entis: bo-  
num enim & sedens, & bonitas & sessio, non  
sine hoc entia dicuntur. Palam igitur est, quia  
propter substantiam quæ primum ens est, etiam  
illorum singula sunt entia vocata & existentia:  
igitur substantia est primum ens, & substantia  
non est aliquid ens, secundum quod dicimus  
aliquid esse quod est aliquid, & non absolute  
est: substantia enim hoc modo non est ali-  
quid, sed est ens simpliciter & ab-  
solute. Et hoc est quod in-  
tendimus probare in  
istò capitulo.

CAPVT III.

De modis quibus substantia est prior  
aliis accidentibus.

**C**um autem multipliciter dicatur ipsum pri-  
mum, substantia est omnium entium pri-  
mum tripliciter, notitia videlicet, & ratione, &  
tempore. Et quod omnibus his modis primum  
sit, probatur vna ratione: aliorum enim om-  
nium categorematum siue prædicamentorum  
nullum est separabile secundum esse, aut secun-  
dum intellectum à substantia: sed substantia  
sola secundum esse & intellectum separata est  
ab aliis in seipsa, & intelligitur in seipsa. Dico  
autem accidens non esse separabile, non propter  
hoc quidem quod intellectus non possit distin-  
guere inter accidens & substantiam, sed quia  
accidens nec esse nec intellectum habet, si pe-  
nitur absoluat a substantia, sicut patet ex an-  
tè habitis. Substantia autem cum non depen-  
deat secundum esse & intellectum ab accidente,  
& esse & intellectum habet separata ab ipso:  
substantia enim in eo quod substantia, distri-  
ctione & tempore est ante omne accidens, ita  
quod est etiam ante hoc accidens quod est tem-  
pus: quia Deus est ante omnia huiusmodi  
æternitate simplici. Prima autem substantia quæ  
maximè substans, actum substans habet à ma-  
teria in qua fundatum est esse substantiæ pri-  
mæ. Et quamvis prima substantia non sit ante  
accidens quodlibet tempore, tamen prima ma-  
teria per quam substantia prima substans, est ante  
quodlibet suum accidens tempore, ita quod  
etiam est ante hoc accidens quod est tempus &  
locus primæ substantiæ gratia materiæ ex qua  
est. Cum autem dicimus substantiam sic esse  
separatam ab accidente, intelligimus quod qua-  
libet substantia prima secundum principium  
quod sibi substans tribuit, est ante quodlibet  
suum accidens, licet non sit ante quodlibet ac-  
cidens cuiuscunque temporis. Sic igitur patet,  
quod substantia est accidente prior tempore.  
Est autem & alius modus intelligendi hoc  
idem, ut dicatur substantia simplex illa natura  
quæ est quid & esse substantiæ primæ quæ facit  
primam substantiam esse id quod est: hoc enim  
si simplex accipiatur, sicut in veritate essen-  
tiæ est, non concernit aliquam loci vel tempo-  
ris differentiam: & ideo est ubique & semper.  
Sed esse ubique & semper dicitur dupliciter.  
Dicitur enim ubique esse & semper, quod essen-  
tialiter & præsentialiter est in omni loco, & in  
omni tempore, in se ambiens omnem locum &  
omne tempus: & sic Deus dicitur esse ubique  
& semper. Dicitur etiam ubique & semper,  
quod differentia loci & temporis non coarctat-  
ur ad esse hoc & nunc: & hoc modo formæ  
quæ sunt quid existentium, quando in natura  
simplici accipiuntur, sunt ubique & semper. Et  
hoc modo sunt ista ante tempus & locum, &  
locus & tempus accidentibus quando sunt esse  
rerum existentium: & quia sic accepta sunt ante  
tempus & locum, sunt consequenter ante quodlibet  
accidens: & iste est verior intellectus quam prior.  
Amplius

Amplius huiusmodi substantia est etiam pri-  
ma ratione: quia sicut patet per antè dicta esse  
accidentis diffiniri per genus & differentiam  
entis non potest, nisi cum substantia: sed sub-  
stantiæ ratio nihil in se habet extraneum: &  
ideo necesse est, quod substantiæ ratio insit in  
vniuscuiuscunque accidentis ratione: & non  
conuertitur hoc quod in ratione substantiæ ne-  
cesse sit rationem accidentis inesse.  
Amplius etiam notitia præcedit substantia  
omne accidens: quia tunc putamus nos maximè  
scire omnia singula secundum sui esse naturam,  
quando cognoscimus quid est singulorum eorum,  
sicut quid est homo, aut quid est ignis. Magis  
enim cognoscimus per quid, quam per noti-  
tiam accidentalium rei: sicut si cognoscamus  
quale, aut quantum, aut vbi, aut quando est  
ipsa res quam querimus nosse. Hoc autem pa-  
lam est: quia etiam in ipsis accidentibus in qui-  
bus hoc minus videretur quam in substantia ma-  
gis cognoscimus ea per quidditates suas quibus  
ipsa sunt hoc quod sunt singula, quam quando  
ipsum quod quid est cognoscimus per acciden-  
talia, sicut per quale, aut quantum, & huius-  
modi. Multo igitur dignius est hoc in substan-  
tia quæ propriam habet diffinitionem, cum ac-  
cidens non habeat propriam diffinitionem: eo  
quod in diffinitione sua recipitur substantiæ  
diffinitio secundum quod est causa & subiectum  
accidentium, sicut in præhabitis determinatum  
est. Cum igitur quid est accidentium non sit si-  
ne quidditate substantiæ, patet quod substan-  
tia sit principium cognitionis quid est & pro-  
pter quid est, est ante accidentium cognitio-  
nem. Et si diximus in principio de anima, quod  
accidentia conferunt multum ad cognitionem  
quod quid est, hoc dictum intelligendum est  
de scientia quia, & non de scientia quid & pro-  
pter quid. Manifestum igitur est, quod tripli-  
citer substantia prior est accidentibus, tempore,  
ratione, notitia.

CAPVT IV.

Qualiter questio de quidditate substantiæ  
sensibilis. conducat ad notitiam primæ  
causæ: & ideo ab omnibus queritur qua-  
liter & diuersimode ponatur secundum  
opinionem antiquorum.

**Tex. 5.** Ex quo igitur quidditas substantiæ primæ  
dictis modis principium est omnium entis,  
dignum est querere de ipsa. Inquisitio enim de  
ipsa conducat ad notitiam causæ primæ secun-  
dum quod ipsa est prima forma, & vltimus fi-  
nis: & hæc sunt causæ quæ principaliter inqui-  
runtur in hac prima philosophia: quidditas  
enim substantiæ primæ quæ est individuum de-  
signatum in genere substantiæ, in hoc differt ab  
accidente, quod accidens quidem non est se-  
cundum sui naturam essentia aliqua secundum  
se accepta, quæ facit esse aliquid, sed potius  
est esse quoddam substantiæ, constitutum à  
substantia: propter quod substantia recipitur in  
eius diffinitione: & sic bene dicit Aueroës

omne quod constituit aliquid in esse, est diffi-  
nitum ipsius: propter quod accidentis essentia  
nulla est, secundum se accepta: & si dicatur  
aliquando essentia, erit essentia ab esse derivata  
dicta, & non erit essentia cuius actus sit esse,  
sed forma substantialis & quidditas est essentia  
secundum se non ab esse derivata, sed potius  
causæ actus est esse secundum substantiam: &  
ideo non accipitur ut materialis tantum: quia  
esse materiale accidit ei per hoc quod quidem  
est in materia, sed accipitur etiam secundum se,  
& sic habet esse immateriale & simplex. Et si  
queritur origo huius esse quod forma secundum  
se accepta sic habet, non potest ad aliquid referri,  
nisi quod habet hoc in quantum est radius qui-  
dam & lumen primæ formæ, quæ est intellectus  
diuinus. Adhuc autem forma substantialis per  
esse materiale non est intelligibilis, sed per se-  
ipsam: & non per aliud sicut accidens. Cum  
igitur sit intelligibilis per se ipsam, oportet quod  
hoc habeat in quantum immixtum est ei lumen  
intellectus primi, à quo exiit: & sic iterum  
quidditas rei sensibilis conducat ad notitiam  
causæ primæ formæ. His igitur de causis ipsa  
est, quod olim & nunc & semper questum est,  
& queritur & inquiritur: quia omnes homines  
naturæ ratione desiderant hoc modo dictam formam  
primam, quæ est fons formarum, & vltimum  
finem, qui sicut in duce exercitus vniuersorum  
quæ sunt, est in motore primo: & ideo semper  
ab antiquis de ipsa quidditate substantiæ indivi-  
duæ designata quid ipsa sit ens hoc quæ sub-  
stantia sit quidditas ipsorum sensibilium. Pro-  
pter quod etiam nos oportet principium inqui-  
sitionis facere de ipsa: licet enim in physico  
auditu inquisimus de substantiæ sensibilis  
principio, hic non facimus nisi secundum quod  
est ipsa mobilis. Cum autem dicimus, substan-  
tia mobilis, duo dicimus, quod videlicet sub-  
stantia est, & quod mobilis est: & cum sciuntur  
principia eius in quantum est mobilis, non  
sciuntur principia substantiæ in quantum est  
substantia. Considerabimus igitur hæc principia  
eius sensibilis in quantum est substantia, non  
in quantum est sensibilis: hoc enim proprium  
est huic primæ philosophiæ. Conuenientissimè  
autem facimus hoc si antiquorum dicta consi-  
derabimus primo: ex his enim, quamuis forte  
non in toto sint vera, iurabimus ad veritatis  
inquisitionem.

Antiquorum autem primi quidam qui entis  
principium in materiæ specie esse posuerunt,  
quidditatem omnium substantiæ sensibilis ad hoc  
reterunt. Et horum quidam dicebant hoc  
quod est sensibilium quidditas, esse vnam, sicut  
Parmenides & Melissus. Quidam verò dixerunt  
illud esse plura materialia, sicut Empedocles &  
multi alij: & horum qui hoc principium plura  
esse dicebant, quidam ponebant esse plura &  
finita, sicut ipse Empedocles: & quidam dice-  
bant ipsum esse & plura & infinita, sicut Ana-  
xagoras qui posuit infinita homogenia esse prin-  
cipia. Omnes autem in hoc conueniunt, quod  
quidditas rei est ipsa materia, vel materia com-  
positio, & quod nihil aliud est quod dat sub-  
stantiæ esse quod est, nisi materia, & quicquid  
est præter materiam, est accidens. Et ideo nobis  
maximè & primum & solum, ut ita dicatur, de

*Nota qua-  
liter acci-  
dens potest  
dicere esse  
essentia, &  
quod non  
modo non  
dicitur sub-  
stantia, quod  
de se, quod  
forma sub-  
stantialis  
secundum  
se accepta,  
habet esse  
simplex &  
immuta-  
bile.*

*Idem ponit  
12. met.  
comen. 1.  
& 29.  
& in 26.  
met. &  
9. huius.*



sic ente est speculandum quid est quod est ipsa quidditas talis substantiæ. Dico autem maxime: quia hoc maxime est ens, & alia entia non sunt entia, nisi quia sunt aliquid ipsius. Primum autem quia est principium omnis entis: solum vero quia ipsa sola est verè ens. Diversitates autem opinantium de hoc est, quod quibusdam antiquissimis videtur, quod non sit aliqua substantia nisi corpora: eo quod substantiæ quæ est quidditas, manifestissime videtur inesse corporibus quæ sunt per se existentia terminata superficiebus & locis: & quæ sunt terminata superficiebus & locis, maxime videntur esse per se & subsistere in seipsis non ad aliquid aliud dependentia: & ideo animalia & plantas & eorum partes hoc modo substantias esse dicimus, & corpora naturalia quæ sunt elementa, ut ignem & aquam & terram & singula talium & alia quæcunque sunt partes istorum, aut quæ sunt ex his quæ naturalia sive elementaria dicimus corpora, aut quæ sunt ex partibus istorum, aut etiam ea quæ sunt ex omnibus istis, sicut illa quæ ex omnibus elementis sunt composita, sicut est mundus & cælum, & partes cæli, sicut astra & luna & sol & omnia huiusmodi.

Sed perscrutandum est à nobis utrum hæc substantiæ sunt & quidditates entium, aut alia quedam sunt substantiæ quæ sunt quidditates substantiarum, & nulla præinductam est substantia quæ est quidditas primæ substantiæ designata. Videtur enim quibusdam, quod nihil horum sit quidditas substantiæ indiuiduæ compositæ designata, sed potius quidditates sunt termini corporis, qui sunt superficies & linea & punctum & vnitas: hæc enim videntur magis esse substantiæ & quidditates, quam corpus & solidum. Dico autem corpus & solidum: quoniam secundum istos duæ sunt opinioniones. Vna est dicentium corpus esse quod mensuratur tribus dimensionibus, & illi dicunt superficiem & lineam & punctum esse quidditatem corporis. Alij autem corpus dicunt componi ex superficiebus totidè conueniatis, & illi dicunt superficiem totam esse corpus quidditatem. Et horum omnium rationes in antecedentibus explicauimus. Vnitatem autem dicebant ideo: quia ipsa est quæ qualiter res est vnitas & ideo est ante punctum: quia punctum est vnitas, & linea vna est, & superficies est vnitas vnitas autem est causa omnis vnitas: & ideo ipsa est principium omnis rei primum, sicut in antè habitis sæpe diximus. Hæc autem opinio videtur esse Pythagoricorum.

Amplius autem quidam antiquorum sunt, qui præter sensibilia non opinantur esse aliquod talium mathematicorum, sed omnia hæc esse in sensibilibus secundum esse, sicut ipsi quos nunc nominauimus pythagorici. Quidam autem opinantur esse plura præter sensibilia, quæ sunt quedam quidditates sensibilibus, & tamen secundum esse non sunt in sensibilibus, sicut Plato, qui ipsas species ideales, & mathematica dicit esse duas substantias: tertiam vero dicit sensibilibus corporum esse substantiam. Et rationes huius positionis superius sæpius sunt à nobis assignata. Lencippus autem nepos Platonis Academicus Philotophus dicit plures esse substantias, quas tamen ad vno quod est vnitas,

*nota differtentiam inter corpus & solidum secundum antiquos Idem habet Commentator hic.*

inchoat: & vniuersi que istorum dicit esse substantiam, quæ est quidditas eorum quæ principiantur in vnoquoque ordine principiatorum. Aliam igitur omnium quidem primam dixit esse substantiam sive quidditatem naturarum: eo quod numeri propter sæpius à nobis inductas rationes, sunt prima principia & primæ quidditates omnium: & quia numeri non sunt principia nisi in consonantiâ proportionis musicæ naturalis, ideo dixit aliam esse substantiam & quidditatem musarum quas nomen esse posuit, sub quarum consonantiâ omnium consistit quidditas. Et deinde post hæc posuit consonantias luminis & vmbre obtenebrantis lumen intelligentiæ: & has dixit esse quidditates animarum: quia anima rationalis in vmbra intelligentiæ, & sensibilis in vmbra rationis, & vegetabilis in vmbra sensibilis ab ipso agentis intellectus lumine quidditatum: & hoc modo protendit Lencippus substantias vique ad hæc corpora sensibilia: quia cælum ponit in vmbra vegetationis, & elementum in vmbra cæli quidditati, & rursus mixta corpora ex irradiatione cæli super elementum dicit accipere sive quidditatis substantiam.

Quidam posteriorum Philosophorum species & numerum eandem dicunt habere naturam: eo quod ipsa specie res numerantur, & ipsas species dicunt esse essentias separatas, quæ applicata rebus conferunt eis esse & distinctionem & numerum: & ideo speciem ipsam qua res numerantur, dicunt esse rei formalem quidditatem, & id quod habitum sive consequens est sub ipsa specie, est linea & superficies, quæ sunt prima secundum eos corpus in quantum corpus est elementaria: & sic deuenit quidditas vique ad cæli substantiam, quæ est quidditas prima corporis naturalis, & deinde sunt in quidditatibus suis corpora sensibilia actiua & passiua. Hæc igitur in summa sunt quæ de rerum quidditatibus dixerunt antiqui.

De his ergo quid bene dictum sit, aut non bene, & quæ sit substantia quæ quidditas est & vocatur, & utrum quidditates sint aliquid separata præter sensibiles existentes substantias indiuiduas, aut non sunt aliquid præter eas, sed ab eis separata, & iterum quomodo sint huius quidditates quæ vel sunt separata à sensibus, vel non sunt separata ab eis, & iterum utrum in rei veritate sit aliqua quidditas substantiæ separata existens, & propter quam causam, & quomodo est separata talis quidditas, aut si nulla quidditas est separata alicuius substantiæ à sensibili substantia, sed omnis quidditas est in sensibilibus substantiis, perscrutandum est à nobis: quia, sicut supra diximus, ponimus substantiam quæ est quidditas substantiæ primæ esse primum ens, quod est quid est, sicut superius illa substantia tempore prior esse est ostensa.

\* \* \*



CAPVT V.

De quibus modis multipliciter dicitur substantia, & quomodo magis dicatur substantia.

Text 67. Nunc omnia autem oportet nos distinguere quot modis dicitur substantia, ut videamus quae sit prima substantia, quae principium est omnium entium. Quantum igitur ad praesentem pertinet speculationem, notandum quod substantia si non multipliciter dicitur, quatuor modis dicitur apud antiquos, & secundum veritatem maxime. Etenim substantia dicitur quid erat esse quae est ipsa rei vera definitio. Adhuc autem illa natura simplex cui accidit vniuersale esse, sicut diximus in ante habitis, & cui per se & non secundum accidens attribuitur definitio, dicitur substantia rei: & est praedicabilis de re ipsa cuius est natura. Adhuc autem dicitur vniuersale id quod praedicatur in quid de re de qua praedicatur, & quod est subiectum primum, cuius qualitates sunt differentiae: & hoc est genus. Plato autem dicit substantiam modo primo dictam, sicut hoc dictum est, esse ipsam rei quidditatem. Vniuersale autem dixit esse primum ideale causaliter praehabens essentialia vniuersalia quae rei siue entis. Genus autem dicitur esse essentialiter constitutionem substantiae ingrediens in quid praedicatum. Fuerunt autem nonnulli qui quidem substantiam sic diuersificauerunt, quod substantia formalis aut est totum esse, aut pars ipsius: & totum quidem esse est natura quae est quidditas: pars autem duplex est differentia, videlicet quae est sicut vniuersale, quae dicitur esse substantiale, sicut quod est quale quid, & genus quod est subiectum in quid praedicatum, & in potentia existens: & ideo proportionatum materiae. Omnibus autem praedictis modis substantia est per tria diuisa. Quartum autem quod dicitur substantia, est subiectum: subiectum vero est de quo omnia alia dicuntur, & ipsum non dicitur de alio: hoc enim habet veram subiecti rationem: haec autem est indiuidua substantia designata indiuiduantibus in genere substantiae. Et secundum hanc diuisionem materia sub genere comprehenditur propter similitudinem potentiae: & quia, sicut in praehabitis diximus, genus est forma communis materiam sub potentia propinqua vel media vel prima designans. Oportet igitur primum de hoc determinare: quia subiectum primum maxime videtur esse substantia: subiectum autem primum modo quodam dicitur esse materia: ab illa enim habet substantia prima quod subsistat: & ideo materia dicitur substantia: & alio modo dicitur substantia forma tripliciter variata, sicut diuersificauimus eam per quid erat esse & vniuersale & genus: quam quidam in se consideratam vocant essentialiam: & hoc est satis rationabile. In intellectu autem consideratam vocant vniuersale: & hoc non est rationabile: quia licet vniuersale non nisi in intellectu sit, non tamen ab hoc est vniuersale quod est in intellectu, sed potius ad hoc quod est multiplicabile

Forma in se considerata essentia dicitur esse.

D. Alber. Mag. Metaphy.

& communicabile pluribus. Prout autem altera pars est composita, vocant eam formam: & haec nominatio etiam non est conueniens: quia magis dicitur forma prout est extra materiam formans, & actus dicitur prout est in materia: & dicitur imago prout refertur ad primum formans quod est extra materiam. Tertio vero modo dicitur substantia compositum quod est ex his duabus substantiis: & hoc est indiuiduum designatum in genere substantiae. Dico autem, gratia exempli, materiam quidem sicut est as: formam autem specialitatis quae speciem conueniens, sicut est figura idoli in aere: & quod est ex his, dico sicut est tota composita statua in artificio designata & perfecta. Haec igitur diuisio trimembris priorum quadrimembrem in se comprehendit. Si autem fiat comparatio inter ea quae dicta sunt, videbitur per rationem quidem forma maxime substantia esse: si enim species est prior quam materia, & est magis ens, eo quod facit esse materiam, prior ea existens, eo quod materia est in potentia, nec de potentia educitur ad actum nisi per hoc quod est actus & species, oportet tunc, quod esse sit prior eo composito quod est ex vtriusque: quia quod est prius priore, est etiam prius posteriore propter eandem rationem: pars enim cum constituat totum, prior est toto: & sic materia prior est composito. Sic igitur figuratim siue superficialiter & topicè in quantum communi signo appareat potius, dictum est quid est substantia. Topica autem & ex probabilibus logicis sumpta ratio substantiae est, quae secundum suum nomen videtur continere, & hoc est quod substantia est, ideo dicta substantia, quia non dicitur de subiecto aliquo quod sibi subsistat ad hoc quod accipiat esse in ipso: sed quia ipsa est subiectum de quo alia omnia dicuntur praedicamenta & accipiunt esse in ipsa: & ideo non sunt entia, nisi quia sunt aliquid eius, sicut paulo ante diximus.

Oportet autem nos non solum ita topicè de substantia determinare, sed etiam per magis essentialia sibi & per modum demonstrationis: non enim sufficiens est secundum facultatem primae philosophiae modo topicè de substantia determinare, eo quod iste modus communis est & ex probabilibus: & ideo non manifestus, eo quod non est per essentialia immediata determinans quid est & propter quid. Sed antequam hanc subtilitatem determinemus de substantia inter ea in quae diuisimus substantiam, rationem faciamus compositionis, ut ex ipsa comparatione magis appareat quae substantia vere sit ipsa primae substantiae quidditas. In ipso autem primo aspectu topicè considerando videtur, quod materia sit maxime substantia. Si enim daretur, quod materia maxime non sit substantia, tunc diffugit a notitia nostra quid sit substantia. Si enim ratio substantiae est, quam induximus, quae omnibus aliis subsistat, & sibi nihil subsistat in quo sit, tunc materia maxime substantia esse videtur: aliis enim subsistat per intellectum ab indiuidua substantia, nihil apparet remanens praeter materiam: omnia enim alia sunt aut passionis, siue qualitates corporum, aut operationes quae nos factiones vel operationes & actiones in communi vocamus, aut potentiae siue virtutes

Text 68.

res operationum & passionum: longitudo vero & latitudo & profunditas quæ quibusdam in quantitate videtur aliquando, quantitates quantæ sunt materiae & non sunt substantiæ: quantitas enim non est substantia, sed magis illud est substantia, cui non tu recto huiusmodi inveniuntur: a lata autem longitudo & latitudo & profunditas videtur remanere, nisi si quid est ipsum in se, nec in omnibus in quibus hoc quod a omnibus huius quæ inveniunt, est definitum & determinatum. Sic igitur in accidentibus per hanc rationem considerationem, necesse est, quod sola materia videatur esse substantia: propter quod etiam moti plurimum antiquo unum dicitur, quod omnes formas sunt accidentales. Dico autem materiam quæ quidem tales habet conditiones, quod secundum seipsum nec quantitas, nec aliquid aliud dicitur, quibus ens determinatum dividitur per genera ens: est enim aliquid de quo sicut de iuncto prædicantur horum singula: & oportet, quod illud habeat esse diversum ab omnibus quæ prædicantur de ipso, quæ sunt in singulis categoriis. Alia enim omnia prædicantur de substantia prima, & substantia prima & etiam substantia secunda prædicantur de materia: & ideo ipsa est illud quod est secundum se non relatum ad aliud aliquid, ipsa enim nec est quidditas prædicata quæ est forma substantialis, neque est quantitas, neque est aliquid aliud aliorum prædicamentorum, neque etiam negationes, neque privationes horum negationes enim horum & prædicaciones non conveniunt ei nisi secundum accidens illud quo ipsa iunctur motui & entis quod prædicatur de ipsa: recundum autem quod consideratur ipsa in sua substantiæ ratione, solum est ipsa diversa ab omnibus his, & est illud quod est in ente præter omnes formas. Ex his enim & huius rationibus speculantibus accidit materiam vel solam vel maxime esse substantiam.

Nota quædam... Et summam colligenda sunt ista quatuor, quæ ad hoc inducuntur, scilicet quod remanet vltima omnibus aliis per intellectum apertis: & quod ipsa est quod in se est & existere facit omnia, per hoc quod est subiectum, sicut iam ante dictum est. Tertium autem est, quod ipsa est diversum quid ab omnibus aliis, ex quod omnium aliorum est inesse suum aut non est inesse, sed cui in unum omnia. Sic enim habet ratio rem subiecti ad omnia quotquot sunt alia. Quartum autem est, quod ipsa est cui nec affirmationes, nec negationes conveniunt aliquorum. Affirmationes autem non conveniunt quia si aliquid affirmaretur de ipsa per hoc quod illud esset in ea, non esset recipibilis alicuius alterius: quia per illud quod de ipsa affirmaretur, esset actu illud quod affirmaretur de ipsa: negationes autem non conveniunt ei nisi essent in ipsa affirmationes aliqua, propter quas remouentur de ipsa ea quæ affirmationibus opponantur. Adhuc autem si negationes ei conveniant, oportet quod ille essent negationes in genere quæ supponunt privationes: privationes autem relinquunt subiectum cum apertitudine. Apertudo autem dicitur habitus & forme confusionem incitationem, quod non contingit materiam secundum esse: materiam, sed potius per hoc

quod aliquid accidit ipsi de esse forma quod est in ipsa. Igitur quatuor hæc sunt materiae conditiones, ex quibus videtur materia plus omnibus aliis esse substantia. Si enim remanet vltima, ipsa sola est quæ subest omnibus: & quod omnibus in se est, maxime substat: ergo maxime est substantia. Adhuc si omnibus aliis per hoc quod in se inveniunt, est causa existendi: & quod omnibus est causa existendi & verissime per se est, ipsa maxime per se est: igitur verissime est substantia: quia substantia est quod per se existit. Amplius si ab omnibus aliis dicitur esse per hoc quod non contingit ei inesse, ab omnibus dicitur esse per hoc, quia non dependet ad aliud secundum esse: quod autem non dependet ad aliud secundum esse, maxime est: igitur ipsa maxime est: & quod maxime est, substantia est: igitur materia maxime substantia est. Adhuc autem a quo omnium remouentur affirmationes, & negationes, maxime est per hoc quod ipsum secundum seipsum est: materia autem omnium remouentur affirmationes & negationes: igitur materia maxime est per hoc quod ipsa secundum seipsum est.

Omnes autem istæ rationes sumptæ sunt ex typis & figuris fallibilibus: & ideo non probant materiam maxime esse substantiam. Cum enim dicitur materiae omni us quod relinquitur post omnia: hoc quidem est verum, sed hoc non dicitur maximam entitatem, sed imperfectissimam, quæ indiget determinari per omnia accidentalia & substantialia, antequam possit in actu completo designari: & sic patet cum substantia verissimam & completissimam habeat entitatem, quod materia minime est substantia. Cum autem dicitur, quod ipsa per hoc quod substat omnibus, subsistat & existere facit omnia, hoc planè est falsum: quia forma substantialis secundum esse & existere prout ipsa essentialis est, non dependet ab ipsa, sed potius a intellectu agente, cuius ipsa est lumen. Similiter autem materia non per se substat accidenti, sed potius substat ipsi prout esse primum habet a forma substantiali: quia accidens, sicut iam diximus, prout ordinabile in prædicamento dicitur substantiam sub tali esse vel tali. Sicut enim accidens reducitur ad per se. Hoc patet per ante dicta. Ex hoc iterum quod dicitur, quod remouetur ab affirmationibus omnium & negationibus, non sequitur, nisi quod nullum penitus habeat esse determinatum: esse enim materiae in eo quod materia est, non est esse determinatum vel per se tum aliqua perfectione, sed est esse incompletissimum & imperfectissimum. Patet igitur, quod huiusmodi determinatio non sufficit de materia: est igitur impossibile, quod ex his aliquis probet materiam maxime esse substantiam.

Sed est etiam una ratio omnibus inductis præponderans, qua probatur forma esse maxime substantia: quod enim secundum suam essentialitatem separabile est a materia, non dependens in essentialitate ad ipsam, & quod in esse quod est essentialis actus eius, dat esse omnibus eis quæ sunt aliquid hoc quod sunt, illud est verissimum ens & maxime ens: forma autem est talis, ut patet ex superioribus probatis, quæ ut essentialis sit, non

Solet ad m. t. u. an. rigorum ex mente An. Torii.

nota ratio nem nihil qui per hanc suam esse maxime est.

non dependet ad materiam, & in ipso esse quod est actus eius, omnibus dat esse hoc quod sunt quæ aliquid sunt: igitur ipsa verissime est & maxime est: & quod verissime est, & maxime est substantia: est igitur ipsa maxime est substantia & prima substantia.

Conciliat Arist. diff. bi. & in prædicationibus. cap. de substantia.

Et quod aliquando dictum est, quod substantia est quæ principaliter & primo & maxime & proprie dicitur, ut aliquis homo, & aliquis bos, per quod aliquibus videtur maxime substantia esse individuum designatum in genere substantiæ, non est dictum secundum hanc intentionem in qua modo sumus: quia cum dicitur substantia, duo dicuntur, ordo videlicet unius sub altero, & stans per seipsum in vera essentialitate & alius causa essentialis. Et si quidem ipse ordo attendatur, tunc prima substantia erit quæ ordinem substantiæ habet ad omnia alia superiora: & hoc est quod est ita subiectum, quod secundum suam naturam non est superius aliquo: & hoc modo primam diximus esse substantiam in scientia in qua considerauimus de ordine prædicabilium ad subiectum: hæc verò de vera intendimus entitate, quæ conuenit actui ad aliud secundum entitatem non dependentem, quæ omnibus alijs dat esse hoc enim maxime stat in entitate, & hoc modo verum & primum ens huius actus & formæ est: hoc igitur est ens primum & maxime & primo substantia existens. Et hæc ratio nulla penitus potest habere contradictionem.

Tex. c. 9.

Et id quod est ex his duobus, materia videlicet & forma, compositum, est substantia apparet. siue designata in esse per formam, & materia etiam esse actus habens per formam. Itaque dimissa materia composito de terra substantia quæ est forma primo & maxime substantia existens, est per se tractandum, cum volumus entium sensibilibus inquirere quidditates: illa enim terra substantia est dubitabilis, & multo dubitauerunt circa eam: substantia verò composita quæ est individuum designatum, est de qua nullus inquam dubitauit, eo quod sensus ipsam ostendit. De materia etiam licet quidam dubitauerunt quid sit, tamen quia esset non dubitauerunt, sed omnes supponentes eam esse, dubitauerunt quid esset: & ideo quidam atomos, quidam autem homogenia, & quidam unam vel plura elementa eam dixerunt. De materia enim duplex potest esse consideratio, in quantum videlicet materia est, vel in quantum est substantia quædam. De ipsa autem in quantum materia est, sufficit quod in præhabitis est determinatum: in quantum enim materia est, actus suus est transmutatio, quæ est actus in potentia existentis: & per hunc actum sufficienter cognoscitur & scitur. In quantum autem substantia quædam est, quæ subiectum primum est, alias habet actiones quæ sunt non in aliquo esse, & alia in ipsa esse, & alia quæ paulo ante determinate sunt, & quoad illas determinatur in ista sapientia in sequentibus. Similiter autem de forma duplex potest esse determinatio, videlicet in quantum est motus ad ipsam, & sic determinatum est in physicis determinatione quæ conducit ad cognitionem motoris primi, ad quem reducitur omnis motus. Determinari habet etiam in quantum substantia & substantia sensibilis principium, &

Admonet de materia & forma duplicem esse considerationem. Videt idem ab Arist. in 2. phys. c. 2.

D. Alber. Mag. Metaph.

hoc modo inquiramus de ea hic: & hoc modo sicut dandò superius demonstrauimus, conducit ad scientiam forme primæ & vltimæ: & sic sunt in ea multæ dubitationes & multi errores, ut diximus.

CAPVT VI.

Qualiter procedendum est ad quidditatem inquisitionem.

Quia igitur omnes consentiunt, quod sensibile sunt substantiæ, quærendum est de quidditate substantiæ primæ in illis sensibilibus designatis substantiis: verum etiam quia à principio istius considerationis diuidentes distinximus quid determinauimus substantiam, & quot modis, & horum modorum vnus quidem videtur esse, quo substantiam dicimus quid erat esse siue rei quidditatem, speculandum est primo de illo. Sic igitur est speculandum pro omni quod speculatur, ut speculando semper transeamus ab eo quod notius est nobis, ad illud quod notius est in natura: hoc enim doctrinæ principium est, sicut diximus in 5. libro superioris. Omnibus enim accipientibus disciplinam, hoc modo sit disciplina convenientius præterquam in solis mathematicis. Et huius causa est: quia illa non ab experientia sumunt generationem. Omnes autem alia scientiæ ab experientia sumunt inirium, conuenientius à nobis notis inchoantur: & sic procedunt: dicunt ad ea quæ manifesta sunt in natura ad quæ dispositio nostri intellectus est sicut dispositio oculorum ve pertilionis ad lumen solis: & ideo cum morales scientiæ præcipue sint circa actus, opus est in eis sic procedere: licet enim diuini sit bonum ciuitatis quam hominis, & diuinitatem id quod gentis, tamen processus est in talibus ex vniuersali quæ bonis quæ sunt per monasticam primo in tota terra: quæ sunt bona re pub. ciuitatis, vel gentis: & sunt hæc singula bona per rationem iustitiæ legalis & specialis quæ consistit in communicatione & distributione. Ex his enim qui circa propria in monastica probati sunt, ciuium rectores eliguntur, & sic ab his quæ nobis sunt nota proceditur in per se nota: quia eadem sunt natura nota & per se nota: ea autem quæ singulis sunt nota & prima secundum doctrinam, multoties paulatim efficiuntur & sunt nota: quia paulatim de experimento in experimentum colliguntur: & entis quidem cuius per se est notitia, quod est ipsa quidditas, parum autem, aut nihil parum habeat, quia non nisi per accidens habent per seipsum, ut tamen notitia sit stantis & permanentis secundum seipsum: at tamen ex sic male notis oportet tentare noscere omnino & secundum seipsum nota: transire enim oportet, sicut diximus, per hæc sensu alia eadem nota nobis: hoc enim maxime est faciendum in sapientia, quæ non habet nisi omnibus aliis ad ipsam adimiculantibus præhabitis: & sicut in secundo de int.elligibilibus & intellectu ostendimus, intellectus noster non surgit ad theologiam.

Tex. c. 10.

Quare in mathematicis non procedimus à nobis notis ad nota natura.







facialibus vnus naturæ principis esse consti-  
tuentibus : hoc autem patet ex hoc quod illud  
quod erat esse secundo modo secundum se dicti  
dicitur addi alij naturæ per idem esse quiddita-  
tis illud quod diffinitur. Vt verbi gratia, si ali-  
quis diffiniat dicens albi hominis esse sub vno  
nominis designati : hoc enim dicit accidens ex  
quo substantiam vt lux constitutionis princi-  
pium claudit in suo intellectu. Ratio enim dif-  
finitiva per aliud nomen simplex attribuitur ei-  
dem composito quod dicitur, albus homo, vt su-  
pra diximus, quod vestis significat totum illud  
quod significat albus homo : hoc enim qui sic  
diffinit, diffinit nomen, vestem videlicet quasi  
albam hominem : quia est nomen esse illius  
quod est albi hominis : & hoc patet non esse  
veram diffinitionem, cum principia hominis &  
principia albedinis non possunt esse essentialia  
eidem. Nec hoc dico, quod albus homo non  
dicat quid albus, & similiter vestis, cum sub-  
stantia vbiq; dicat quid : sed hoc quid non di-  
cit quid erat esse : eod quod essentialiter ambo  
ista suis principis ad idem esse non referuntur  
& similiter omne accidens dicit quid, & signi-  
ficat quantum, vel quale, vel aliquid huius-  
modi. Sed hoc quid cum extraneum sit ab acci-  
dentis natura, non est quid erat esse diffinitio-  
nis. Desicit ergo & accidentis diffinitio in hoc  
quod esse accidentis constituenta non sunt  
coessentialia supra, quod fuit prima condi-  
tio vere diffinitionis.

Amplius id quod est verè quidem aut totali-  
ter quid aut non est verè quid : & hoc patet per  
ipsas quidditates rationem : quid enim verè est  
id quod est & dicit quid erat e. i. e. totum & vni-  
cum. Quando verò aliud esse de alio dicitur,  
sicut in diffinitione sit accidentis, tunc non est  
totum id quod est quod quid esse, sed potius  
modus quidam esse qui est aliquid, sicut dixi-  
mus in huius libri septimi principio. Sicut si  
dicam quid albus : non enim dico esse aliquid  
quod sit hoc absolutum secundum se : sed dicam  
qualitatem alicuius hoc esse quid secundum  
se solum substantis inest. Igitur qui erat esse,  
verissime est eorum quorum diffinitio sui quid-  
ditativa est ratio rationum earum quæ quid erat  
esse dicentium. Diffinitiva autem ratio non est  
nisi secundum se intellectuum : quia diffinitio  
est vera, quando diffinitio habet nomen cum  
ipsa ratione idem & vnum signans : & hoc si-  
gnatum est natura vnica generis vnus cui per  
se attribuitur diffinitio.

Tex. c. 13. Si enim aliter diceretur, quod videlicet non  
vnica naturæ vnus, sed congregati ex diuersis  
esset diffinitio, tunc omnes rationes quorum-  
cunque ex diuersis compositorum essent veri  
termini sue diffiniti esse diffinitiones : possibile  
enim est nomen vnum ponere diuersis adunatis  
quocunque modo : & hoc nomen inest alicui  
rationi quæ de tali assignari potest vno congre-  
gato. Igitur lilion suæ lilionis erit diffinitio  
vnum esse dicens : cum tamen metrum lilion in-  
finita alia contineat actionum & passionum  
& qualitatum & aliorum accidentium ad vni-  
cum esse non reducibilem. Ex his igitur patet,  
quod principia vere diffinitionis debent referri  
ad totalitatem vnica. Amplius considerandum  
si diffinitio sit alicuius primi cui per se diffinitio

attribuitur. Talia autem sunt, & sola illa que-  
cunque sic prædicantur per se, quod non aliud  
vnus naturæ prædicatum, vel dicunt de alio  
alterius generis & naturæ, sicut faciunt omnia  
accidentia. Sic igitur per tertiam conditionem  
diffinitionem patet accidentis non esse veram  
diffinitionem. Ex hoc autem concluditur quarta,  
quod videlicet quid erat esse non erit in aliqua  
specierum quæ est non generis suæ naturæ. Cum  
enim omne accidens genus habeat substantiam  
sub tali esse vel tali, non habet accidens speciem  
sub assignato genere positam, in cuius intellectu  
actu & essentialiter & in recto sit totum suum  
genus quoad omnia ea quæ ipsum in esse con-  
stituunt. Diffinitio igitur vera non erit nisi his  
solum speciebus, quæ dicto modo ponuntur in  
suis generibus. Ea namque quæ sic non habent  
genus, non videntur dici in primo modo di-  
cendi per se secundum participationem. Illa  
enim sola participantur, quæ sunt in ipsorum  
participationum ratione, sicut dictum est in to-  
picis. Hæc igitur quæ dicuntur secundum par-  
ticipationem generum, talium sunt passionis :  
nec est diffinitio eius, quæ dicitur de aliquo  
quasi accidens : etsi dicuntur non vt quid, sed  
vt alterius alicuius. Hæc autem omnia plana  
sunt per antè dictas rationes.

## CAPVT IX.

Secundum quem modum accidentia  
possunt habere diffini-  
tionem.

Q Via per se primò quidem dicitur duobus  
modis : primò quidem secundum modum  
primum quando prædicatur est in ratione sub-  
iecti : secundo autem secundum modum secun-  
dum, quando subiectum est de ratione prædi-  
cati : & primò quidem modo sunt per se vere  
diffinitionis principia : secundo autem sunt per  
se principia diffinitionis accidentis quod est per  
se : oportet quod accidens aliquo modo habeat  
diffinitionem. Ratio igitur diffinitiva quædam  
erit etiam cuiuslibet aliorum prædicamentorum  
à substantia quæ significant aliquo modo quid :  
& hæc ratio conuenit accidenti si est sibi nomen  
signans quia hoc huic inest. Non enim potest  
habere nomen significans quia hoc est absolute,  
sicut patet per antè dicta. Hæc autem ratio se-  
cundum illud nomen data non est ratio diffini-  
tiva secundum primam diffinitionis intentio-  
nem, sed est ratio aitologia, hoc est, per se  
nominatone certior : & hanc quidam vocant  
rationem maioris declarationis quam sit ip-  
sum nomen : sed hæc ratio simpliciter diffinitio non  
erit, nec dicens quid erat esse simpliciter, sed  
potius hoc esse in hoc : aut oportet dicere, quod  
diffinitio multipliciter, & similiter quid erat  
esse multipliciter dicitur : sicut enim sapius di-  
ctum est ipsum quid est vno quidem modo &  
primo significat substantiam, & significat hæc  
aliquid absolute. Alia verò singula prædicamen-  
torum dicunt etiam quid in quantum non absol-  
uuntur ab intellectu substantiæ, & significant  
quantitatem vel qualitatem & alia similia his in  
accidentalibus

accidentalitate prædicamentali : sic enim ens est  
in omnibus, sed non similiter, sed secundam  
analogiam : & hinc est quod huic prædicamento  
quod est substantia, inest primum : illi autem  
quod est accidentis prædicamentum, inest con-  
sequenter : ita omnibus quidem inest quid siue  
quid erat esse & simpliciter quidem inest sub-  
stantiæ : sicut & ens : quodam autem modo  
inest aliis quæ non sunt nisi modus entis : &  
sicut bene dicit Auerroës, non sunt ens nisi ens  
ab esse derivatum sit, sicut in antè habitis  
ostendimus. Dicimus enim qualitatem aliquo  
modo esse quid, sed non esse quid simpliciter :  
hoc tamen magis qualitati conuenit quam aliis  
accidentium prædicamentis : quia est quædam  
qualitas generis & speciei quæ substantia est &  
quidditatis pars quædam : & hæc est differentia.  
Est iterum quædam indiuidui designati qualitas  
quæ est locata in natura accidentis. In aliis au-  
tem prædicamentis non omnino sic est : quia  
quantitas materiæ accidit : alia autem est  
accidit quædam ex ipsis generibus fortè  
vel speciebus, tamen non dicunt nisi qual-  
dam comparationes eius quod est. Sic igitur  
id quod quidem quibusdam contingit sim-  
pliciter. Aliis autem quæ non dicunt ens, sed  
dicunt entis aliquid, & dicunt id quod est ali-  
cuius, non dicunt quid absolute : vnde diffi-  
nitio quædam est huius quod est non ens, sed  
est illius quod est ens aliquid, sicut logici di-  
cunt de non ente, quod sit diffinitiuum entis :  
hoc enim non est simpliciter non ens, sed ens  
quoddam, sic & huiusmodi. Verbi gratia, quia  
licet negatio nihil diffiniat, tamen negatio huius  
vel illius appropinquare facit quidditati : sicut si  
venari velim diffinitionem per negationem di-  
uentium commune aliquid, sicut quid est ho-  
mo querens, dicam quod substantiarum alia  
est corporea, alia incorporea : & homo non est  
substantia incorporea : & corporearum substan-  
tiarum aliam dicam esse animatam, & aliam  
inanimatam, & dicam hominem non esse sub-  
stantiam inanimatam : iterum dicam animata-  
rum & corporearum substantiarum aliam esse  
sensitivam, aliam verò insensitivam, & homi-  
nem non esse quæ insensibilis est : & rursus di-  
dam sententiarum aliam esse rationalem, aliam  
verò irrationalem, & negem ab homine sub-  
stantiam corpoream vitam sentientem irratio-  
nalem. In his autem patet, quod negatio in-  
quantum negatio est simpliciter, nihil diffini-  
tamen negatio non simpliciter, sed relinquens  
genus cum opposita differentia in quantum est  
negatio huius : & ab hoc facit inuenire diffini-  
tionem : & hoc modo diffinitio dicimus qualita-  
tem per negationem diffinitionis substantiæ &  
entis, cuius tamen ipsa qualitas est esse quod-  
dam.

Tex. c. 15. Oportet igitur in his quæ diffiniuntur inten-  
dere, & præcipue cum subtilitate intelligere  
quomodo oportet diffiniendo dicere circa sin-  
gula : vt non detur eis magis quam quomodo  
se habent in esse, neque aliquid auferatur eis :  
quapropter & nunc oportet considerare in acci-  
dente quomodo se habeat ad esse : quia hoc  
quod diximus, est manifestum per ipsam diffi-  
nitionis rationem. Est enim diffinitio ratio de-  
terminans esse per terminos eius qui sunt actus

& potentia : quid igitur erat esse similiter inest  
rebus sicut & esse & primum quidem & simpli-  
citer inest substantiæ. Deinde autem & poste-  
rius inest aliis, sicut & ipsum quid est in tali-  
bus non est simpliciter quid est, sed oportet illis  
quid erat esse qualitatem esse, aut quantitatem :  
aut oportet dicere ea cum substantia esse equi-  
uocè entia : aut nos oportet in diffinitione en-  
tium esse addentes in entitate, aut auferentes :  
& hoc est verum : quoniam in diffinitione sub-  
stantiæ id quod additur alij, & cui additur,  
ambo sunt de entitate substantiæ : sed in diffi-  
nitione accidentis additur subiectum sicut dif-  
ferentia constituens accidens : & illud auferitur  
ab entitate accidentis. Sicut etiam multiplici-  
ter dicimus esse dictum non scibile per additio-  
nem scibilitatis, sicut prima causa est non sci-  
bilis : quia vincit scibilitatem nostram & omnem  
intellectum, sicut nos in sequenti ostendemus :  
quia id quod non scitur nisi per posterius  
se, secundum sui maiorem partem remanet non  
scitum. Prima autem causa non scitur nisi per  
posterius se. Aliquid autem dicimus non scitum :  
quia auferatur ei scibilitas, sicut tempus & mo-  
tus & materia prima, quæ non sciuntur nisi in-  
quantum participant de acti : qui tamen aut  
nihil eorum est, aut non est eorum secundum  
quod est actus simpliciter, sed in quantum est  
imperfectus : est igitur rectum talia dici non  
æquiuocè, nec vniuocè simpliciter. Est enim  
æquiuocum, cuius solum nomen est commune  
& vnum, substantia autem cui aptatur diffinitio  
& insuper ipsa diffinitio penitus diuersa. Vni-  
uocum autem illi oppositum est, cuius nomen de  
substantia & substantiæ ratio est penitus vnum.  
Analogum autem est proportionatum ad vnum,  
& hoc est, cuius nomen est vnum, & res siue  
substantia nominata illo nomine, est vna &  
eadem : sed ratio est diuersa, eod quod ratio di-  
uersificatur per rem & modum rei illius. Huic  
autem opponitur multipliciter dictam, cuius  
quidem nomen vnum & ratio nominis vna, res  
autem non penitus vna, sicut totum & pars  
quæ de continuo & di creto vnica dicuntur ra-  
tione : cum tamen non vna sit totalitas, neque  
vna ratio continui & discreti. Sic pro certo ens  
non est nisi res vna quæ est substantia : ratio au-  
tem diuersa non est, idè quia res sit diuersa,  
sed potius quia modi eadem eam sunt diuersi,  
& ab ipso ente & ab inuenire, quemadmodum  
etiam dicimus medicinale vnum quidem esse &  
simpliciter secundum causam efficientem & fi-  
nem, sed multos esse modos diuersorum secun-  
dum proportionem eorum quæ faciunt actum  
efficientis, referendo eum ad eundem finem.  
Cum enim dicimus medicinale esse corpus me-  
dicari, & opus medentis, & vas seu instrumen-  
tum medici dicimus, hæc omnia esse medici-  
nalia ad vnum quid & idem referendo : non ta-  
men hæc omnia quidem omnino dicimus esse &  
vnum, sed non propter hoc dicimus ea dici sic  
æquiuocè : & similiter est in quidditate & dif-  
finitione : ea igitur quæ sic proportionem ad vnum  
dicuntur vt quidam modi ipsius quocunque  
modo aliquis velit vocare vel dicere, nihil refert  
quoad propositam intentionem.

Palam enim est quocunque modo dicat ea :  
quia simpliciter quæ nihil habet extraneum &  
prima







## CAPVT XI.

*De determinatione erroris aliorum qui  
dicebant accidentium per se esse  
diffinitionem veram sicut  
& substantie.*

**Tex. c. 18.** **E**st autem & alia dubitatio de huiusmodi diffinitionibus, quæ contingit ex qui concedit talia accidentia diffinitionem habere. Si enim simus dicatur ab aliquo esse species quæ absolute ponitur sub assignato genere, & non dirigi finem ad substantiam sicut ad suum esse & quidditatis constitutum, tum quidditas simi est quid absolutum ad nihil extra suam dependentiam essentiam: & sic est verum ens & vera essentia: & erit hoc dictum eius qui dicit accidens esse ens, non ex aliqua additione quidditatem habens: tum enim diffiniens accidens in specie acceptum, essentia de intellectu primo accidentis, quæ per nullam additionem determinationis possunt separari ab ipso, ita quod in ipso non intelligantur: & secundum hoc sicut non potest dici animal homo congruè, ita non potest dici natus finis: quia natus secundum hoc de primo intellectu est simi, sicut genus & differentia sunt de intellectu primo speciei. Si igitur sic loquendo secundum hanc positionem idem esse finis na us & concavus natus secundum intellectum primum, tunc erit idem finis & concavus: quia concavus est quid simi, sicut in rei veritate est verum: quia concavitas est unum genus simiaris, & est idem ipsi: quia in intellectu eius clauditur primo. Sed hæc opinio dicit, quod finis & concavus sunt vnus natura non ex additione dicte: & sic idem in esse vnus & eiusdem generis naturæ sunt finis & concavus vtrumque formaliter acceptum. Si vero hoc est verum, sicut probatur per omnia sup à dicta, etiam oportet dicere, quod hæc species, finis, in quantum est accidens, est concavitas in naso: & cum hoc concedatur, quod diffinitur hoc accidens sicut species absolute entis, quod aut non contingit dicere, natus finis ex appositione vnus ad alterum: aut si dicitur, erit nugatio bis idem dictum, ut dicatur, natus natus concavus: ostendimus enim iam in præhabitis, quod substantiam est in diffinitione accidentis. Si autem hoc accidens non ut passio, sed ut species absolute entis, accipitur, tunc substantiam erit in diffinitione eius sicut de intellectu primo ipsius existens: & sicut tunc non contingit dicere, animal homo, ita non contingit dicere, natus finis: aut si diceretur, erit nugatio eiusdem repetitio: quia cum dico, natus finis, loco simi quod est nomen speciei, ponam rationem ipsius quæ est natus concavus: & tunc natus finis, erit idem quod natus natus concavus. Secundum hoc igitur natus finis est natus natus concavus. Patet igitur, quod est inconueniens dicere, quod in huiusmodi accidentibus sit quid erat esse absolute entis. Sin autem hoc negatur, sequitur quod infinita sunt quæ nungendo reperantur in vna & eadem & euident

ratione: quia cum dico, natus natus concavus, constat quod concavus non prædicatur de simo, nisi secundum esse quod habet in naso: & cum sit accidens, iterum dirigit ad superfluum depressam in naso: & tunc iterum cum hoc dicit hæc positio, quod concavitas habet diffinitionem entis absolutam: & ex hoc iterum sequitur, quod subiectum est de primo intellectu ipsius, & tunc diffiniens hoc totum, quod est natus natus concavus, dicam natus natus natus in medio depressus: & cum iterum depressus, quod in hac diffinitione ponitur, sit accidens, ut absoluta species diffinita cadit in intellectu eius primo natus: & diffiniens iterum hoc totum dicam, natus, natus, natus, natus curuus: & hoc idem curuus per eandem rationem dicit in se primo intellectu continendo natus, & hoc non stabit vnquam. Et hac de causa diximus supra, quod genus cum specie positum, non est quid diffinibile: & quia hoc inconueniens sequitur ex hac positione quæ dicit & accidentia remanere accidentia, & tamen diffinitiones veras habere sicut habent species substantiæ quæ sub assignato ponuntur genere, palam est, quod diffinitio vera non est nisi solius substantiæ.

**Tex. c. 19.** Nam etsi aliarum categoriarum est diffinitio, est necesse diffinitionem ex additione esse, ut est diffinitio qualitatis, & diffinitio imparis. Non enim negamus diffinitionem esse accidentis per genus & differentiam suæ coordinationis & sui prædicamenti, sicut diffinitur albedo per colorem diuergentium visus, sicut est diffinitio imparis, quod non diffinitur sine numero, & numerus non diffinitur sine quantitate, & quantitas non diffinitur sine substantia, & diffinitio semini non est sine animalis, sed neque genus neque differentia in talibus sunt, nisi ex additione ad substantiam. Et in his si dicitur, quod habent veras & per se dictas diffinitiones, tunc sequitur, quod idem bis dicitur nugatorie, sicut & in illis quæ supra dicta sunt, quæ sunt finis & concavus. Si vero hoc quod videlicet sic sequatur nugari, tunc necessario sequitur, quod diffinitio non erit eorum quæ secundum esse suum extraneæ naturæ copulata sunt, sicut est numerus, & impar, & alia his similia accidentia. Omnium autem horum solutio vera est, quod sic dubitans obliuiscitur & ignorat: quia rationes diffinitionis talium accidentium non dicuntur certæ ad certitudinem diffinitionum primam. Si enim concedatur, quod huiusmodi accidentium sunt termini determinantes ipsorum esse, oportet alterum duorum dicere, quod videlicet altero modo sunt quam substantiæ, aut quemadmodum dictum est prius, quod multipliciter diffinitio dicatur, & similiter multipliciter dicatur quid erat esse cui per se redditur diffinitio: & ideo vno quidem modo nullius accidentis erit diffinitio, primo videlicet & proprie sumpta diffinitione: & hoc modo quid erat esse non inerat alicui nisi substantiæ. Alio autem modo, secundario videlicet & ex additione, ita quod diffinitur non sit species absoluta, neque sub genere absoluto & simpliciter entis, posita erit diffinitio talium accidentium.

## CAPVT

## CAPVT XII.

*De distinctione diffinitionis & quidditatis, & de vero intellectu quidditatis & diffinitionum accidentis.*

**Q**uia igitur est diffinitio ipsius quid erat esse ratio, palam est ex prædictis: in hoc enim differt ratio à quid erat esse: quia quod quid erat esse, dicit naturam cui per se attribuitur diffinitio, & diffinitio dicit huius naturæ explicitam rationem. Palam etiam est ex prædictis, quia quid erat esse, aut solarum est substantiarum, si proprie quid erat esse accipitur: aut est substantiarum maxime & primum & simpliciter: maxime quidem, quia ipsum est causa quidditatis accidentium: primum autem, quia ipsum est primum cadens in intellectum accidentium: simpliciter verò, quia ipsam non refertur ad naturam alienam. Ad intellectum autem omnium eorum quæ dicta sunt, & ut perfecte distinguatur quidditas accidentis à quidditate substantiarum, attendendum est, quod accidens quando diffinitur, dupliciter potest accipi: aut enim accipitur ut species subiecta, aut ut passio: & si accipitur ut species subiecta, sic quidem intelligitur substantia in eius diffinitione, sed non accipitur: & sic dicit Auic. quod intellectus accidentis intellectus est absolutus. Si autem accipitur ut passio, sic substantia & intelligitur & accipitur in eius diffinitione. Et primo quidem modo diffinitio dicitur à quibusdam principium demonstrationis extra demonstrationem. Secundo autem modo diffinitio accepta est demonstratio positione differens: in tali enim diffinitione accipitur subiectum quod est substantia, & causa accidentis quæ est medium: & accidens ipsum quod est prædicatum.

**Obiectio.** Sunt autem qui negantes diffinitionem esse passionis, aliter obiciunt: cum enim accidens diffinitur ex genere & differentia suæ coordinationis, dicant, quod est diffinitio formalis quæ datur de accidente prout ipsum est species. Tales autem diffinitiones dialecticæ sunt & vanæ omnes, sicut in principio de anima dictum est. Et si aliquis ad hoc dicat, quod sicut dictum est, etiam in talibus diffinitionibus intelligitur substantia, licet non ponatur expressè quæ substantia in esse constituit accidens, quam quidem percipit primus Philosophus, qui de vnoquoque annuntiat prout ipsum est, eod quod ipse est doctissimus causarum. Sed dialecticus qui non accipit nisi quod extrinsecus adheret rei de signis & icoris, non percipit substantiam quæ intelligitur & intrinsecus constituit. Et ideo dialecticus in talibus est vanus: quia per id quod accipit, ad esse accidentis constitutum non deuenit. Primus autem Philosophus in eadem diffinitione non est vanus: quia per substantiam quam in accidentis genere & differentia intelligit, prouenit ad verum esse accidentis.

**Solutio.** Adhuc aliter obicitur de eodem: videtur enim accidens veram habere diffinitionem: quoniam id quod veram habet demonstrationem, habet veram causam: & quod habet veram causam, veram habet diffinitionem: quia causa & diffinitio sunt idem. Amplius sicut dicit Auic. accidens diffinitur modis diffinitur: aut enim diffinitur ut essentialis cuius species est absoluta: eod quod secundum esse non dependet nisi ex suæ coordinationis principis: & sic diffinitur secundum formam. Aut diffinitur secundum esse: & tunc diffinitur ut est passio substantiæ: & quando sic diffinitur, diffinitio facit scire causam ipsius: vera autem est diffinitio quæ facit scire causam veram: igitur videtur habere diffinitionem. Neutra tamen istarum videtur posse esse medium in demonstratione: quia prima non dicit causam, cum medium demonstrationis debeat esse causa. Si autem videtur dari esse per materiam, & illa habet medium per quod potest concludi & demonstrari: & sic etiam illa non est medium demonstrationis. Amplius autem accidens diffinitur secundum speciem facta diffinitione, aut secundum materiam: facta autem diffinitione quæ est demonstratio positione differens: & iam quidem ostensum est, quod prima non potest esse medium, neque secunda. De tertia autem similiter videtur, quod non possit esse medium: quia illa in se continet omnes demonstrationis terminos: continet enim subiectum quod est extremitas minor: & si illa diffinitio esset medium, tunc minor extremitas esset medium vel pars medij, quod est falsum: cum minor extremitas nihil sit causa: nulla igitur diffinitio ipsius erit medium: & sic videtur nullam habere diffinitionem: quia cum ipsa sit maior extremitas, si habet diffinitionem, illa esset diffinitio primi termini, sive maioris extremitatis, ut in posterioribus dictum est. Fortè autem dicit aliquis, quod medium in demonstratione non est diffinitio minoris extremitatis: quia si hoc daretur, in demonstratione semper esset maior propositio falsa, & etiam conclusio: & hoc ideo est, quia minor extremitas est aliquid abstractum: & illius diffinitio cum sit abstracta, est etiam abstracta: & huius diffinitio non prædicatur de concreto quod est subiectum. Fortè autem ad hoc respondebit aliquis, quod si passio secundum quod in abstractione est, ponetur in demonstratione, tunc esset maior propositio falsa, & conclusio similiter non autem sic ponitur: ideo maior est vera, & etiam conclusio: sed hoc est falsum, cum medium in demonstratione sit diffinitio maioris extremitatis. Maior autem extremitas secundum sic respondentem est aliquid concretum, de quo non est vera diffinitio abstracta.

Sed quia hæc non multum sunt ad propositum, cum non intendamus hoc demonstrare, sed potius de distinctione diffinitionum & quidditatum, oportet attendere, quod in veritate accidens diffinitionem & simpliciter diffinitionem non habet: & licet causa & diffinitio sint idem, eod quod diffinitio datur per causam, tamen diffinitio & causa differunt secundum rationem: & ideo potest alicuius esse causa simpliciter, cuius tamen non est diffinitio simpliciter, sicut demonstrationis in qua demonstratur



demonstrat accidens de subiecto: & in veritate videtur, quod accidens dupliciter potest diffiniri, materialiter videlicet & formaliter. Sed diffinitio in terminis accidentis sola est que est medium in demonstratione positivam: diffinitio autem formalis minus est entitatis potest etiam esse medium in aliqua demonstratione que implicite demonstratio est. Vnde notandum, quod tam in materia quam in accidente potest demonstrari & formaliter & materialiter: sed diffinitio materialis in substantia potest demonstrari, & habet medium quo demonstratur per diffinitionem formalem: ut secundum peccatum factam ipsius substantia, sicut diximus in secundo de anima, de spiritibus animæ diffinitionibus. Diffinitio autem secundum speciem data substantia, potest demonstrari demonstratione propter quid dicente: sed si demonstratur, hoc erit demonstratio quia. Materialis autem diffinitio accidentis cum dicat quid & propter quid, est medium in demonstratione positivam: & ideo demonstrari, hoc est, demonstratione concludi non potest. Et si dicitur aliquando demonstrari, hoc erit intelligendum sic, quod ex demonstratione potest dici & sciri: quia scito medio quod est causa, scitur quod illud est diffinitio. Diffinitio autem accidentis secundum speciem facta, concludi potest per demonstrationem, cum & ipsa passio sive accidens. Adhuc autem diffinitio materialis accidentis duplex est: est enim materialis illa, in qua accipitur substantia sub nomine proprio: & est materialis, in qua non solum accipitur substantia sub nomine in se, sed potius ratio subiecti accipitur, & hoc est medium in demonstratione positivam. Attendendum tamen est, quod in materialibus que sunt acta sunt, & in quibus est demonstratio positivam, in qua omnes termini sunt in rectitudine, subiectum quidem est quid abstractum, sicut linea, vel triangulus: passio autem que est maior: extensitas, est quid concretum: & diffinitio materialis que est medium, est diffinitio accidentis: & ideo non totum medium potest esse materia passionis circa quam est passio, sed aliquid eius est materia passionis: & ideo medium compositum est, & primum quod in ipso est sicut genus passionis: & hoc significatur in conclusione: & que sequuntur, sunt materia passionis circa quam est passio: & hæc materia est necessitas passionis: hæc autem sunt formalia subiecti in quantum substantia est: & ideo diffinitio talis materialis passionis composita est ex eo quod est passionis, & ex eo quod formale est substantia in quantum est subiectum: quia subiectum per

Nota quod diffinitio formalis substantia licet non possit demonstrari per se, potest tamen demonstrari per demonstrationem quia.


formam suam causam est subiecti: & sic patet, quod accidens dicit hoc aliter, sive hoc in hoc, sicut diximus in prædictis.

Si autem aliquis dicat, quod sic omnes termini cadunt in rectitudine, sicut cum dicitur na us timus, & diffinitio sicut dicto modo composita sit medium: tunc erit negatio secundum ea que supra dicta sunt. Dicimus, quod hoc non sequitur: quia non dicitur, quod subiectum cadens in diffinitione passionis sit genus, & id quod est natura accidentalis, sit differentia: & ideo non est de primo intellectu passionis, propter quod non est negatio. Sed forte contra hoc iterum obicit aliquis: dicens, quod si a sit species accidentis diffinita diffinitione formali sive secundum speciem dicta: & sit b. genus eius, & c. differentia, eo quod diffinitio secundum speciem data datur per genus & differentiam, cum tam b. quam c. sint accidentia, neutrum eorum sine intellectu subiecti: est autem b. de intellectu: & eo quod genus est aliquo modo de intellectu differentia: ergo subiectum quod est de intellectu b. est etiam de intellectu c. & similiter ipsum simpliciter c. in intellectu non habet medium: hæc ergo subiecta que sunt de intellectu c. aut opposita in specie, quod esse non potest: quia sic unum non esset de intellectu alterius: sunt idem, & tunc demum dicitur, & est negatio. Sed ad hoc dicendum, quod subiectum b. & subiectum c. se vera sunt in substantia, & quod in c. intelligitur substantia b. ad illa subiecta se habent ad invicem sicut genus ad differentiam: & ideo est unum determinans alterum, sicut differentia determinat genus. Et ideo subiectum b. se habet ad substantiam c. sicut primum se habet ad id quod est consequenter, sic vegetativum se habet ad sensitivum. In talibus autem primum est in secundo in potentia tantum, & non actu: propter quod non accidit idem bis dicere, sicut patet ex superius habitis: talis tamen diffinitio accidentis non propter hoc materialis vocatur: quia illa est ex genere & differentia sue coordinationis: sed potius illa que dicta sunt prius, ex qua cum formantur tres termini demonstrationis, primum modus dicendi per se erit in propositione secunda, & secundus modus dicendi per se erit in prima. Tertius etiam modus dicendi per se, erit in secunda. Et quartus modus dicendi per se erit in conclusione, si replicatur causa quare primum insit minori extremum. Tantum igitur dictum sit de differentia diffinitionum accidentis & substantia, & diffinitionum accidentium ad invicem.

Nota quod diffinitio formalis substantia licet non possit demonstrari per se, potest tamen demonstrari per demonstrationem quia.

Solutio.

TRACTA



TRACTATUS II.

DE COMPARATIONE QUIDDITATIS & diffinitionis ad aliquid cui attribuitur quidditas & diffinitio secundum idem vel diversum.

CAPVT I.

De eo de quo est intentio, & sunt in eo solutiones sophismatum Platonis.



Ter. c. 20.

Rationes Plato probat quod dicitur verum esse de rebus quorum quidditas est.

TRVM autem idem aut diversum sit quid erat esse & unum quodque designatorum sub ipso suppositorum nature communi, nunc autem deinceps perscrutandum est: & hoc est querere, utrum natura illa que est quidditas omnium eorum que quid sunt ab ipsa & sub ipsa, sit essentialiter idem cum ipsis secundum esse, aut aliquid aliud separatum per esse ab ipsis: hoc enim est aliquid quod est prælibandum ad perscrutationem de substantia: singulum enim suppositorum alicuius nature non aliud videtur esse ab illa quidditate que est sui generis substantia qua ipsum est id quod est: & idem est dicere quid erat esse singulorum, quod est dicere substantiam singulorum: quod non esset verum, si quidditas esset substantia quædam secundum esse separata à suppositis illis in quibus est quidditas.

Antequam autem hoc probeatur, tangamus aliquid de positione Platonis, qui hoc negat, dicens substantias que sunt rerum quidditates, esse separatas à substantiis sensibilibus, sicut incorruptibile separatur à corruptibili. Arguit autem Plato sic, quod incorruptibile non est corruptibile: quidditas autem incorruptibilis est: sensibilibus autem hæc substantia est corruptibilis. Adhuc autem quidditas est predicata de pluribus, & accipitur exemplum in homine: quod autem predicatur de pluribus, non est aliquis homo: igitur non est homo: & sic quidditas hominis non est homo, ut videtur. Amplius quidditas hominis non est substantia, ut in sequentibus patebit: quod non est substantia, non est homo: quidditas igitur hominis non est homo. Adhuc si quidditas hominis est homo, tunc eadem ratione quidditas Sortis est Sortes, si Sortes currit, quidditas Sortis currit: & si homo currit, quidditas hominis currit. Et huiusmodi sophismata multa inducit valde. Adhuc dicit, si homo est species cuius est quidditas, tunc conuenit esse verum quod species

est homo: & si est homo, tunc est aliquod appellatum hominis: & hoc est falsum: quia nullius nominis primum significatum est appellatum eiusdem.

Hæc autem omnia que infinita sunt, soluntur per ea que diximus in quinto huius sapientie lib. ubi de vniuersali locuti sumus. Si enim ipsa natura simpliciter accipitur secundum se, illi multa accidunt: & secundum quodlibet accidens habet quædam sibi attributa, que non attribuuntur eidem secundum quod est sub alio accidente: & hoc quidem cuiuslibet facile patet: cum igitur natura hominis accipitur in hoc nomine homo, hoc potest fieri quantum ad primum signatum, vel quantum ad secundum. Primum autem signatum est, quod primo cadit in intellectu, & illi respondent applicata ipso nomine que sunt sub illo signato. Secundarium autem signatum est id cui imponitur hoc nomen, & hoc compositum. Primum autem signatum est forma simpliciter, sive qualitas essentialis, quod significat homo. Et hæc forma dupliciter consideratur: quia licet in se simpliciter sit, tamen accipitur in multis & oppositis modis significandi. Accipitur enim aliquando secundum quod est absoluta per intellectum à suis appellatis, sicut quando dicitur homo predicatur de pluribus: nihil enim est in appellatis ipsis quod de pluribus predicatur: tale enim predicatum contingit formæ, ita quod non contingit appellatis. Accipitur etiam forma in quantum est multiplicabilis, & sic ponitur, cum dicitur, omnis homo: multiplicabilis enim contingit formæ, & nihil est multiplicabile nisi forma. Similiter autem secundarium signatum quod est compositum cui imponitur nomen, accipitur dupliciter: aut enim accipitur absolutum à suis suppositis, aut in quantum est sua supposita: Et absolutum quidem accipitur, quando dicitur, homo per se diffinitur. Ut sua supposita existens accipitur, quando dicitur, homo currit, vel homo est animal, vel aliud huiusmodi: vnde cum dicitur, quidditas hominis est homo: hæc est simpliciter loquendo falsa: quia cum dicitur, quidditas est quidditas hominis absoluti à suppositis cui per se attribuitur diffinitio: & si illa esset homo, esset aliquis homo: quia quidditas hominis est singularis sub hoc communi, quidditas: & cum de ipso predicatur homo, oportet quod esset aliquis singularis homo: & est ac si diceretur, diffinitio

Solutio.

Forma duplex potest.

Compositum duplex accipitur.

Ista propositio, quidditas hominis est homo, simpliciter loquendo est falsa. Vide eam in c. 21. huius.

D. Alber. Mag. Metaphy.

Y



diffinitio hominis est homo : quod falsum est : quia diffinitio hominis est oratio per essentialia dicens esse hominis , & hoc non est homo. Licet autem hæc sit falsa , quidditas hominis est aliud quam homo , tamen hæc est vera , quidditas hominis non est aliud quam homo : quia si esset aliud , esset aliquid aliud designatum separatum ab homine , licet dixit Plato : & hoc non est verum. Cum autem dicitur , quidditas hominis est substantia , distinguendum est : aut enim quidditas hominis stat pro diffinitione , aut pro forma. Si pro forma , adhuc publiciter consideratur : aut enim dicit formam quæ est alia à materia subiecta cum materia constituens hoc aliquid , & sic quidditas hominis est substantia : aut stat pro esse materie accidentali & substantiali , & sic quidditas hominis non est substantia , sed esse substantiale. Ex his autem iam patere potest , quod istæ duæ sunt veræ , quidditas rei non est aliud à re cuius est quidditas , & quidditas rei est eadem rei cuius est quidditas : & tamen hæc est falsa , quidditas rei est res ipsa cuius est quidditas. Et accipiamus hoc in homine gratia exempli : quod enim quidditas hominis non sit aliud ab homine , patet per hoc quod quidditas hominis in actu qui participatur ab homine , non est in alio nisi potentia in quantum participatur ab alio individuo : sicut etiam dicimus , quod genus & differentia sunt vnum in actu & duo in potentia , in quantum genus potest determinari ab alia differentia. Quod autem si eadem rei cuius est quidditas , ex hoc patet , quod verè participatur ab eo cuius est quidditas. Nec tamen sequitur , si quidditas hominis non est aliud , sed eadem homini , quod quidditas hominis sit homo : propter hoc quod supra dictum est : quia significatur hominis non est aliud appellatum eius : quia hoc subiectum , quidditas hominis , est significatur sicut diffinitio hominis : & cum diceretur esse homo , oporteret , quod esset aliquis homo singularis. Similiter cum dicitur , homo est species , est vera siue species accipitur in ratione illa quod predicatur de pluribus , siue in illa quæ ponitur sub assignato genere : sed primum contingit formæ , secundum autem compositio : & cum talia sint subiecta qualia predicata esse permiserint , homo in subiecto , cum dicitur , homo est species , stat pro forma vel composito : sed conuersa est falsa , species est homo : quia ibi homo in predicato stat pro natura multiplicata per sua supposita , siue singularia , vel appellata : nec hæc est conuersa istius , homo est species : sed si conuertatur , sic debet conuerti , species est homo qui diffinitur vel ab solutus à suis appellatis : tunc est vera hæc. Hæc igitur & huiusmodi sunt quæ Platonem deciperunt : quia non vidit , quod eidem multi modi signandi accidunt , secundum quos est species & vniuersale & quidditas & huiusmodi : & quod attribuitur ei secundum vnum modum signandi , non conuenit ei secundum alium modum significandi. Et idèo putabat illas res esse veras.

Quidditas hominis est substantia, est proprietas distincta.

Nota quod conuersa istius, homo est species, non est ista, species est homo, in conuersa animi & conuertente debet remanere conuersa, ut videtur : aliter esset conuersa propria, non conuersa, ut dicitur in primo priorum cap. 2.

CAPVT II.

De rationibus quibus probantur quidditates non esse diuersæ ab aliis quorum sunt quidditates.

IN his autem quæ prædicantur secundum accidens , diuersum esse videbitur quid est à subiecto de quo prædicatur : quia quidditas subiecti non est quidditas accidentis , nec è conuerso , sicut albus homo in quantum homo est , diuersum est secundum quidditatem : & album hominem esse in quantum albus : si enim daretur , quod idem est hominem esse in eo quod est quid , & album hominem esse in eo quod albus est , erit idem secundum quidditatem homo in eo quod homo & albus in eo quod albus : & hoc quidam iam dixerint , dicentes formas substantiales esse accidentia , sicut in antè habitis superius inductum est : igitur sequitur alterum duorum , quod videlicet aut album hominem & hominem secundum quidditatem sit idem esse : aut quod non est necesse , quod ea quæ prædicantur secundum accidens , sint eiusdem quidditatis cum his de quibus prædicantur : hoc autem adhuc probatur per hoc quod si duo vel plura accidentia accipiuntur vt extremitates compositæ cum vno subiecto , si vnum accidentium cum subiecto est eiusdem quidditatis , tunc eadem ratione etiam secundum est eiusdem quidditatis cum eodem , & vni & eidem sunt eadem , ipsa sunt eadem : sequeretur igitur , quod illa accidentia essent eiusdem quidditatis adinuicem. Sed hoc est falsum : quia non videntur extremitates esse eadem sibi inuicem secundum quidditates sicut videntur esse eiusdem quidditatis cum subiecto : quia sic album esse esset secundum quidditatem musicum esse , quod absurdum est : quia omnibus manifestum est hoc non esse verum. In his autem prædicatis quæ dicuntur secundum se , semper necesse est idem esse secundum quidditatem substantiam & id cuius est substantia : à substantialibus enim subiectis non sunt diuersa substantia prædicata : cum enim verbum substantiuum , quod est nota compositionis , vnionem significet prædicari cum subiecto , talem notat vnionem qualem possunt habere composita : & in accidentaliter vnitis notabit accidentalem , in substantialiter autem vnitis vnionem substantialem denotabit. Substantia ergo prædicatorum quæ formalia sunt & quidditates , non sunt diuersæ secundum esse à suis subiectis , nec sunt naturæ priores & diuersæ secundum esse quæ tempore præcedant ea quorum sunt substantia : quales substantias dicunt esse illi qui ponunt substantias rerum esse ideas. Si enim , sicut illi dicunt , sunt diuersum bonum in substantia quidditate , & bonæ esse in re naturali , tunc erunt aliz etiam & separata substantia per se animal & animal esse , & ens aliquid & ens secundum se : & hæc erunt naturæ quædam & ideas præter eas quæ prædicatæ sunt , quæ sunt res istæ quæ sunt apud nos : & sunt illæ priores tempore

tempore quam istæ substantia sensibiles , eod quod sunt facientes istas : & hoc totum sequitur ex hoc quod quid erat esse ponitur esse substantia secundum se separata ab eo cuius est substantia : constat autem , quod falsum est : quia nihil proximus generationi quam hoc aliquid : & substantia communes generantur per consequens : quia hoc generat hunc , & per consequens hominem & animal , & sic de aliis. Amplius autem si ponamus istas substantias , quidditatem videlicet & id cuius est quidditas , esse absolutas abinuicem , tunc erunt destructæ abinuicem : quia ea quorum sunt quidditates , non erunt hoc quod sunt sine suis quidditatibus : & ipsæ quidditates non erunt fundatæ in esse rato in natura & hoc aliquid sine his quorum sunt quidditates : & tunc sequitur , quod earum rerum quarum sunt quidditates , nulla erit per substantiam suam : quia non sciuntur ista scientia propter quid & quid nisi per suas quidditates. Aliz autem substantia quæ sunt quidditates , non erunt entia perfecta & fundata in esse : & sic sunt destructæ , cum non sint nisi in intellectu. Dico enim destructæ substantias quidditatum , si nec bono huic realiter vt non diuersum ab eo inest bonum , quod est quidditas per quam bonum est hoc quod est in bonitate sua : nec esse bonum inest huic bono : quia quæ diuersa sunt abinuicem secundum esse , horum vnum non inest alteri substantialiter : & tunc hæc non sciuntur per suas quidditates. Scientia enim cuiuslibet vera est scientia , quæ scitur quid erat esse illud : & in bono & in omnibus aliis non similiter se habet : quia licet accidentia faciunt ad scientiam eius quod quid est , hoc non est nisi de scientia quia est , & non de scientia quid est : igitur si nec bonum esse est bonum , eod quod quidditas boni est à bono separata , sequitur quod nec ens sit ens : quia quidditas quæ ens hoc est ens , est ab ente separata : & sic sequitur , quod nec vnum est vnum : est enim simul ratio de omnibus : & omnia vel sunt suis quidditatibus non separatis ab eis , vel nullum penitus , si suæ ab eis separatae sunt quidditates : vnde si nec ens aliquid est ens per suam quidditatem suæ entitatis , sequitur quod nec aliorum aliquid est hoc per suam entitatem & quidditatem. Amplius cui non inest bonum esse siue quidditas quæ bonum est , non est bonum : eadem igitur ratione sequitur , quod benignum non est , cui non inest benignum esse : constat autem , quod sunt aliqua bona & benigna : oportet igitur vt benignum esse & benignum & bonum esse & bonum sint vnum secundum esse , & non separata abinuicem secundum esse : & similiter est de omnibus prædicatis essentialibus , quæ non secundum aliud vt accidentia , sed secundum se dicuntur & sunt prima , sicut causa quæ est forma & quidditas , principium est ad id cui dat esse quid secundum quod ipsum quid est : hoc enim sufficiens est ad esse & ad scientiam talis prioritas , quamuis non sint species ideales separatae. Adhuc autem erit ponantur esse ideas secundum aliquem modum , tunc adhuc tales formæ magis sufficiunt ad esse & scientiam , quam ideas in hoc quod istæ sunt in rebus quarum sunt quidditates & formæ , ideas autem non per id autem quod non est in

Quomodo intelligitur dictum philosophi primo de anima, text. 101. 11. illi dicitur, quod dicitur magis partem conferunt ad conuersionem quod quid est.

re , res ipsa nec est , nec scitur. Est autem attendere , quod in his omnibus quidditas accipitur , sicut nos superius diximus , pro eo videlicet cui per se attribuitur diffinitio : & hoc modo quidditas non est diffinitio : & licet hoc modo multa accidant ei , ipsa tamen secundum esse est in appellatis & suppositis : & ab ea sunt ea quæ sunt : & extra ea non est quidditas secundum esse simpliciter , nec est absoluta ab eis nisi potentia secundum quam in nullo sic est , quin possit esse in alio : & Plato videns hanc abolutionem ipsius , & accidentis quæ accidunt ei secundum se , putabat esse quidditates separatas à rebus secundum esse , ita quod haberent esse distinctum ab ipsis. Cum autem dicitur ens esse est ens , & bonum esse est bonum , duobus modis intelligi potest : si enim enuntiativè sit bonum esse & ens esse , tunc verum est bonum esse non esse bonum , & ens esse non esse ens , & substantiam esse non esse substantiam , sicut actus non est id cuius est actus , propter diuersum modum significandi : enuntiativè enim sic formatum non est res in aliquo predicamento , quia non dicit rem absolute ad actum rei , & est sic singulare : oportet quod si substantiam esse esset substantia , quod esset aliqua substantia : & licet ens non sit distinctum per differentiam ab aliquo ente , tamen in modo significandi differt , quando significatur per ens & esse : sed in præducta di putatione non sic accipitur , sed potius dicitur ens esse , & bonum esse id quod est homini secundum esse fundatum in ente rato secundum naturam : & hoc est bonum id quod est per quidditatem quæ est bonum secundum se.

Adhuc autem diligenter aduertendum est , quod quidditas prædicto modo sumpta , si sub hoc accidente accipitur quod est potentia esse in suppositis prædicatur de suppositis : & sic oportet ipsam formaliter accipi : quia si secundum esse materiale accipitur , sic actu est in his in quibus est , & sic non prædicatur de aliquo. Et his sic intellectis plana sunt ea quæ inducta sunt.

CAPVT III.

De improbatione positionis idearum per hoc ipsum quod ponuntur esse substantia subiectorum & principia scientia ipsorum.

EX his autem quæ inducta sunt simul cum dictis , palam est , quia si fuerint ideas quas quidam dicunt esse rerum quidditates & quidditatum partes , tunc sequitur , quod subiectum siue suppositum illarum substantiarum non sit substantia subiecta : non enim sunt substantia nisi per substantialem formam & quidditatem quæ in ipsis sicut in subiectis sunt & suppositis : ideas autem secundum hanc positionem necesse est esse substantias per se existentes , & non de subiecto aliquo in quo esse habeant prædicatas. Si enim sint de subiecto in quo sunt , ex his rationibus quæ inductæ sunt , sequitur quod secundum participationem sunt vnum in esse cum his de quibus vt subiectis vel suppositis



predicantur: & hoc est contra hypothesim: & cum dicuntur vnum cum subiectis, erunt vnum & idem secundum esse singula non secundum esse accidens: sed ita quod sint esse singulorum subiectorum, & quid erat esse ipsorum: & quia sicut iam ostendimus, quod scire singula per potissimam scientiam, hoc est scire quid erat esse ipsorum, & singula sciuntur suis quidditatibus non separatis ab eis, necesse est ex positione ipsarum sequi, quod quidditates vniuersalesque sunt vnum cum ipso, & non separatim quid ab ipso: hoc enim sequitur ex ipsa hypothesi dicente, quod singula suis sciuntur quidditatibus: unde ex quo Plato putabat alterare ideas, ex ipso destruantur secundum suam positionem. Quia vero non omnia que adherent substantiæ, sunt quidditates ipsius per quas ipsas subiecta sue supposita sint hoc quod sunt & sciuntur, sed tantum ea que secundum primam modum dicendi per se predicantur de suppositis, id est ea que secundum accidens dicuntur de subiectis, vt musicum & album: propterea quia duplicem habeat significationem in eo quod denominatiue dicta duas diuersas dicuntur naturas: id est non est verum dicere de illis, quod idem sit quid esse ipsorum, & id subiectum de quo predicantur. Diuersum enim quid est id subiectum, est id subiectum cui accidit, & ipsum accidens quod accidit. Et idem predicatum de subiecto aliquando secundum quidditatem idem est subiecto, & aliquando non est idem cum ipso: quidditas enim eadem non est homini & alio homini in quantum homo albus est: ed quod diuersæ sunt nature homo & albedo, & non est vnum natura alterius, sed tamen homo est idem subiecto passioni de se nominatiue predicata: quia hæc sunt vnum per accidens: & si homo est albus, animal rationale est album secundum esse acceptum, sicut diximus in quinto vbi distinximus vnum per accidens. In omnibus igitur his que sunt quidditates vel partes quidditatum, semper oportet predicari per se in esse subiecto, ita quod ipsam predicatum sit de esse subiecti: absurdum enim apparebit si quis vnicuique substantiæ, siue in se, siue non, nomen imponat quod quid erat esse vocetur: quia si separatum est per esse a subiecto, tunc non est aliquid de esse subiecti: & sic equum esse equum erit diuersum ab equo: quia id quo equus est id quod est, separatum est ab ipso. Si autem equus est equus, aliquo constitente ipsum in esse equi erit equus. Et similiter de aliis est substantiis apud nos subiectis & sensibilibus existentibus. Hoc autem quo equus est equus, est quidditas ipsius: quid igitur prohibet, quin etiam nunc statim sine separatorum positione esse quidditatem siue quid erat esse in substantia sensibili: quia ipsa est quod est, si substantia sensibilis est quid erat esse, si predicatum de ipsa non tantum est vnum substantia cum subiecto sine supposito, sed etiam ratio talium predicatorum est vnum cum supposito, ed quod ipsa predicata sunt quid de subiecti ratione existentia, sicut satis palam est ex his que dicta sunt: in talibus enim non est accidentaliter vno subiecti & predicari, sicut non secundum accidens est vnum esse & vnum, quando hoc per

causam dicentem quid intelligitur: tunc enim vnum esse sit ab eo quod est vnum, sicut dico lucem, solem esse dicit. Si enim actus essentialis vnius est vnum esse, & actus essentialis entis est ens esse, & actus essentialis hominis vel quidditatis hominis est hominem esse, & similiter est in omnibus aliis: & hoc non est si quidditates & substantiæ separate sunt: quia tunc actus earum non sunt in istis sensibilibus, & id est non dant eis esse substantias. Amplius si aliud & separatum fuerit quid erat esse, & aliud quid est, tunc oportet, quod sit forma formæ: & si forma est formæ, hoc ibi in infinitum: quia separata ponuntur hoc aliquid esse: & oportet, quod aliquid sint hoc aliquid, & hoc est iterum separatum: & cum esse separatum secundum esse necessarium sit hoc aliquid propter illud quod supra diximus: quia videlicet non est de subiecto aliquo in quo sit: id est iterum est illud hoc aliquid & aliud a se habebit quo ipsum sit: & hoc ibi in infinitum: quia vt dicit Boëtius, quod est, habet aliquid quo ipsum est id quod est: quo est autem, nihil habet admixtum: quia si quo est, haberet aliquid quo ipsum esset, iret in infinitum. Et id est oportet ponere, quod quo est esse habeat in subiecto & non separatum: quia si separatum esse haberet, esset hoc aliquid, & abiret hoc in infinitum: quia hoc quidem quid erat esse quod constituit rem in eo quod est, oportet vnum esse cum re, hoc est, non separatum ab ipsa: & sicut dicit ponens ideas, hoc indiget alio separato, quod non sit vnum cum re que est hoc aliquid: igitur & in separatis erit eadem ratio, quod videlicet quod in illis est hoc aliquid, indiget alio quod constituit ipsum: & cum illud sit separatum, erit iterum hoc aliquid, & indiget alio vsque in infinitum: omne enim quod separatum esse habet, distinctum est hoc aliquid: & id est dicit Boëtius, quod quo est, nihil habet admixtum: & quia nihil habet admixtum, id est separatum esse non potest. Palam igitur est ex omnibus que dicta sunt, quod in primis substantiis que proprie & principaliter & maxime substantiæ dicuntur, & que dicuntur esse secundum se de ipsis & non secundum accidens: hoc enim secundum primam modum dicendi per se dicuntur de ipsis vnumquodque sic dictum quid erat esse: & vnumquodque quod est ipsa quidditate idem est & vnum non separatum ab ipso.

CAPVT IV.

De solutione sophisticorum elenchorum ad positionem istam indutorum.

Hoc autem modo dicendo, quod videlicet quidditas sit esse eius, quod non est separata ab ipso, omnes sophistici elenchi soluntur, qui sunt ad eandem potentiam astuendam que est de ideis: palam enim ex dictis est, quia eadem que nunc dicta est, soluntur solutione. Si enim syllogizet his que dicta sunt contradicens sophisma sic: si quidditas est id cuius est quidditas

CAPVT V.

De his que de principijs eorum que sunt, pramittuntur ad ostendendum ideas ad generationem non prodesse: ostenditur etiam in hoc capitulo, quod generatio est a conuenienti.

Ad ostendendum autem, quod illa forma non profuit ad generationem, oportet nos pramittere de principijs ex quibus sit hoc quod generatur, & vtrum generatur ex conuenienti omne quod generatur, & vtrum generatur compositum vel materia vel forma. His enim prelibatis ostendemus, quod forma separate nihil profuit ad generationem. De prima igitur dicimus, quod eorum que sunt, alia sunt a natura, alia ab arte: alia autem sunt automata, siue per se facta. Dico autem per se facta que non habent causam per se, sed sunt a causa per accidens, siue a casu & fortuna. Omnia vero que sunt, & quocunque modo fiunt, sunt ab aliquo efficiente per se, vel per accidens: & sunt ex aliquo sicut ex materia, & sunt quid siue aliquid secundum aliquam formam distinguentem in esse substantiali vel accidentali: quid enim hoc dico large secundum quantumlibet categoriam: aut enim sit hoc, aut quantum hoc, aut quale hoc, aut quando, aut aliquid aliorum predicamentorum generari. Generationes autem naturales in his que sunt, hæc sunt quarum generatio est ex natura & ex materiali principio sicut ex quo sit: & hoc principium dicimus materiam: a quo autem dicimus principium efficiens naturale a quo sit aliquid eorum que sunt aliquid de numero entium per naturam: quid vero naturale dicimus quod sit quid & hoc aliquid secundum formam naturalem, vt homo, aut planta, aut aliquid aliud: & hoc dicimus esse substantialis individualis, que primo & principaliter, & maxime dicuntur esse substantiæ: omnia vero facta aut natura, aut arte habent materiam: & hoc probatur ex hoc quod quodlibet eorum potest esse & non esse. Principium autem tale quod se habet ad esse & non esse potentia, in vnoquoque est materia: vniuersaliter autem loquendo in omnibus naturalibus & artificialibus illud ex quo res est, materia est: & illud principium secundum quod sit hoc quod est natura siue forma, est cuiuslibet, vt planta, aut animal, aut aliquid aliud his simile: a quo autem sit sicut mouente aut efficiente, est natura siue naturale principium secundum similitudinem eadem speciei dictum: quia generans aut est vniuersum, aut reducitur ad vniuersum, quando est generans proprium: & si non est simile in specie, tamen est conforme, sicut quando mulus generatur ex equo & asina, vel quando sit generatio ex putrefactione. In his enim semetipsum mouens conformitatem habet ad generati speciem, licet non plenam habeat similitudinem: hoc autem in naturalibus est ostensum. Ea vero que sic sunt mouentia, generant in alio quod est materia: in generantibus enim propriis & mouentibus hæc

quidditas: igitur Socratem esse est Socrates eadem ratione: sed Socratem esse in eo quod homo est, est idem cum esse animal rationale, & animal rationale est duo: igitur Socratem esse in eo quod homo est, est Socratem esse duo. Adhuc Socratem esse in eo quod homo est, est animal rationale esse: & animal rationale est definitio Socratis: igitur in hoc quod homo est, est definitio. Sunt autem & alij multi elenchi sophistici, sicut si quidditas hominis est homo: quidditas autem est incorruptibilis & simplex: & principium scientiæ, & huius multa que accidunt quidditati vel definitioni: igitur homo est omnia illa, quod falsum est: omnes enim elenchi illi peccant secundum accidens, sicut cuiuslibet patere putamus. Soluuntur autem omnes ex his que dicta sunt: quia quando dicimus quidditatem hominis esse idem homini, non intelligitur, quod omnino sit idem, sed intelligitur per causam formalem esse dictum: quia videlicet actus formæ & quidditatis essentialis est esse hominis, & homo per causam, & non est idem per omnimodam indifferentiam: & id est multa accidunt vni que non accidunt alteri: & cum dicitur, quod animal rationale est duo, dico quod accidit definitioni, assumit. Est enim definitio actu vnum, sed accidit ei duo esse potentia in quantum genus potest esse cum alia differentia, sicut superius diximus: esse autem vnum quo homo est vnus, est ab vnitate definitionis: qua ipsa actu est vnum: animal enim in definitione hominis prout ipsum est de quidditate eius secundum esse actu accipitur: & hoc est prout differentia hominis est determinatum ad actum & esse actuale: in genere autem acceptum non dicit aliquid actu existens: & id est hoc modo est potentia alterum & alterum. Similiter autem cum dicitur, animal rationale est definitio, & est idem homini: ergo homo est definitio: & homo habet definitionem: igitur definitio habet definitionem: & hoc ibi in infinitum. Diximus autem iam, quod animal rationale per causam formalem est homo, ita quod causa formalis accipitur non forma definita per nomen hominis, sed tota natura composita cui definitio attribuitur: & non diximus, quod omnino nulla differentia sit inter hominem & eius quidditatem: accidunt ergo multa quidditati que non accidunt homini, & e conuerso: sicut compositum esse ex carnibus & ossibus accidit homini, & non accidit definitioni: & habere definitionem accidit homini, quod non accidit definitioni: & huiusmodi sunt multa que facile est determinare secundum dicta. Et id est ante istam disputationem quædam prelibamus de talibus elenchis sophisticis. Omnes enim huiusmodi elenchi, de quibus potest aliquid esse interrogatus in opponendo, & ex quibus veris sententiis potest solvere eisdem, nihil penitus differant ab his que nunc dicta sunt: omnes enim peccant secundum accidens, & vnam & eandem que nunc dicta est, habent solutionem. Sic igitur dictum est a nobis quomodo quid erat esse est idem cum eo quod est, & quomodo non est idem cum singulari eo quod est, & soluti sunt elenchi sophistici.

Ita sentit Boëtius in presenti loco.

Boëtius in libro de hebdomadibus.

Multa accidunt quidditati que non accidunt homini, & e conuerso.



mo generat hominem: sic enim convenientia in specie sunt genita cum suis generantibus propter naturam speciei generantis, quæ potentia simile sibi influit materiæ. Aliæ autem generationes quæ non sunt naturales, sed artificiales, proprie dicuntur potestates: omnes enim potestates siue facturæ sunt ab arte, aut potestate industriz alicuius præter artes, sicut aues faciunt nidos: aut sunt à mente quæ non adhuc concepit artem, sicut multi homines ad aliqua industriam habent ex ipsa naturæ aptitudine. Horum etiam quedam sunt quæ dicuntur automata, siue per se facta, sicut quæ sunt à casu & à fortuna: hæc enim duo reducuntur ad causam efficientem: sicut etiam à causa efficiente sunt ea quæ sunt à natura: quedam tam à casu, quam à natura sunt eadem, vel convenientia suis efficientibus.

Tex. c. 23. Et aliquando sunt ex semine siue ex spermate mouente ad sibi simile: aliquando autem sunt sine semine us siue permutatio, sicut in his quæ sunt virtute stellarum & ex putrefactione. In his ergo omnibus secundum suas diuersitates in posteriori à ista scientia perscrutandum est: & patet, quod omnia illa sunt ab aliquo efficiente & mouente secundum formam & speciem cum eo quod generatur ab arte verò sunt quocumque prima species mouens præconcepit in anima: quia ars est factum principium cum ratione. Speciem autem dico id quod erat esse cuiuscunque artificiatum, & prima substantia formalis: si enim artificiatum diffinitur, dicitur quod est illud quod attingit speciem quæ est in intellectu actiuo artificis, & forma quæ est in intellectu & in artificato differunt quidem secundum esse, sed non secundum rationem: quia ipsa species quæ facta est in te artificata, secundum imperfectionem inchoationem est in intellectu. Sic enim contrariorum quodam modo est una & eadem species in intellectu, sicut species sanitatis iudex est sani & ægi: priuationis enim species est illa species quæ est substantia siue forma opposita, sicut iam diximus, sicut sanitas, species sani, & est infirmitatis quodammodo, sicut in primo libro istius sapientiz diximus, quod nihil prohibet idem esse causam duorum oppositorum: quia absentia speciei sanitatis ostendit infirmitas: eo quod infirmitas priuatio est, & speciem propriam non habet: sanitas autem est ratio facta, quæ est in anima medici, & est species in scientia factiua & non speculatiua: & hæc est eadem ratio infirmitatis per hunc modum: quia huic scientiz sanitatis si verè & rectè sanum, siue sani ratio fuerit in esse huius quod est ratio sanitatis per præsentiam, & ratio infirmitatis per absentiam. Hæc autem ratio est siue æqualitas: quia ratio sanitatis consistit in æqualitate humorum sicci & calidi: & illius priuatio inducit inæqualitatem quæ est causa infirmitatis & ipsa infirmitas: fit autem semper à conuenienti, siue à natura, siue ab arte fiat. Si enim penamus aliquem frigiditate laborare, non fiet æqualitas quæ est sanitas nisi fiat caliditas: & caliditas non fiet nisi fiat expulsio humoris frigidi: & expulsio frigidi non fiet, nisi potetur calidum frigidi dissolutum: & ita sic per intellectus actiuus procedit omnia con-

siderando secundum ordinem inter media vsque ad hoc quod idem vltimum quod per speciem primum est in intellectu, valit perficere. Et postquam omnia sic ordinavit & disposuit secundum rationem, tunc deinde iam ab his motus incipit, qui vocatur potestas, hoc est, factura cum artis ratione. Et hæc omnia sunt post sanitatem in anima medici & ad sanitatem quæ est in complexione animalis: & omnia media sic disponuntur, quod aliquid convenientiz habent cum primo & vltimo quæ sunt eadem ratione. Igitur in talibus accidit modo quodam ex sanitate sanitatem fieri, & domum ex domo: accidit enim ex domo quæ sine materia est in intellectu, fieri sanitatem vel domum quæ est in materia perfecta extra mentem artificis. Dico autem hoc exponendo, quod substantia siue forma siue materia est quid erat esse, qua diffinitur artificiarum, sicut prædiximus. Generatum autem & motuum in talibus est duplex: primum enim in talibus generatum vocatur intelligentia actiua: secundum autem quod mouetur ab illo & est medium mouens & motum, & hæc vocatur potestas siue factura cum ratione: hoc autem quod est intellectiua, est mouens à principio, hoc est, à specie quam concipit, quæ est finis mouens, & hoc est sanitas in mente: illa verò mouentia secunda quæ inducunt sanitatem, potestate sua mouentur omnia species prima quæ finalis est intelligentiz mouentis: quia illam finaliter intendit: & hoc est quod dicitur, quod vltimum operis siue potestatis, primum est in intentione: similiter autem his sunt & singula media mouentia, quæ infra siue media vocantur, siue infima, sicut aut in singulis quæ sunt ab arte vel à natura: sic igitur de principis eorum quæ sunt, & quod omnia à conuenientibus sibi efficientibus sunt, dictum sit: hæc enim sufficiunt ad propositam intentionem.

## CAPVT VI.

*Quod omne quod fit, ex conuenienti sit secundum efficiens & secundum materiam.*

Dico autem adhuc, quod oportet, quod omne quod fit, fiat à sibi conuenienti, non tantum in efficiente, sicut iam dictum est, sed etiam ex materia sibi conueniente. In mouente enim primum mouens rationem mouendi influit omnibus mediis quæ mouent sicut instrumenta: hæc enim omnia ad motum prima specie mouentis informantur. Dico autem hæc fieri, vt conualescit aliquis ex infirmitate frigida, oportet adæquari: & sic patet, quod quid siue quidditas sanitatis est id adæquari ad geometricam proportionem siue medietatem: hoc autem quod est adæquari, erit si calefiat, eo quod excessus frigoris causa fuit inæqualitatis: hoc enim existit quod est id quod est adæquari: id autem quod est adæquari per calidi inductionem, fit ab aliqua actiua potestate: & potestas hæc, siue fit primi agentis, siue medij, iam facta in eo quod fit sanum: actiua enim potestas

est principium transmutationis in aliud secundum quod est aliud: & ideo illa potestas est illud unde inchoat motus sanandi. Et si illa potestas est ab arte, tunc principium motus est species quæ est in anima. Si autem est inchoatio illa ab automata, siue à per se fiente, siue à casu, vel fortuna: tunc incipit ab hoc quando quidem faciendi principium est ab arte, sicut est in medici: tunc forsitan principium motus est à calefactione. Calorem autem facit forte fricatione. Et tunc fricatio est inceptio potestatis, & calor est initium sanitatis, & est autem pars talis sanitatis si manet in ipsa: aut sanitas sequitur ipsum si calor naturalis qui est pars sanitatis, conualescit & vigoratur à calore accidentaliter excitato per fricationem: tunc enim sequitur cum aliquid tale quod est pars sanitatis: & hoc fit aut per pluram media, aut per vnum: hoc autem quod est vltimum finem includens, vocatur vltimum faciens: & quod est ita finem vltimum includens, pars est sanitatis & sanitati simile. Similiter autem & domus fit ex aliquibus similibus sibi quæ sunt partes figuræ domus, sicut lapides sic compositi, & aliorum vnumquodque ex quo fit domus. Si enim lapides & ligna sic disponantur, fiet contiguitas, & compago parietum & tecti, & sic pars figuræ domus: & contiguitas non fiet nisi ita disponantur quæ sunt pars contiguitatis: ita vero non disponantur, nisi sic dolentur: & sic dolatio pars est dispositionis: & sic semper præcedens est in sequenti vt pars quedam ipsius.

Tex. c. 24. Propter quod sicut dictum est, impossibile est aliquid fieri si non præexistit in suo simili quod est quedam pars formalis ipsius. Quia igitur sic pars conueniens ei quod fit, præexistit facta ex necessitate, palam est ex dictis, quod hoc non tantum est in forma efficiens, sed etiam in materia: materia namque pars est: materia enim inest & fit, & in quantum inest, est principium facti: in quantum autem fit & transmutatur, est principium fieri: aliud ergo principium eius quod fit, quod est aliud à materia, est de numero eorum quæ sunt in ratione: & hæc est forma quæ non est principium nisi facta: utrumque verò horum, hoc est, compositum ex vtroque dicimus factum, sicut sunt circuli. Sic enim dicimus quid sunt in quantum sunt circuli: sic enim & materiam dicimus: quia æs & speciem dicimus: quia figura talis quod ex medio puncto ad superficiem vndique æquales habet lineas, hoc quod dicimus figuram, est genus non materia, ad quod primo differentiã speciem figuræ constituit: & cum dicimus nomine congregato, æres circulus, hoc totum in ratione sua diffinitiva concipit materiam, sicut supra in sexto huius sapientiz libro diximus de omnibus nominibus præhabitis. Sed oportet distinguere in eo ex quo fit aliquid: quia id ex quo aliquid fit sicut ex materia fieri dicuntur: & illa ex materia fieri dicuntur quando non sunt illa materia, sed sunt illius materie per transmutationem & alterationem & materie assimilationem ad illud quod fit. Non enim statua fit lapis, sed lapidea: & ideo materia non in recto prædicatur de eo cuius est materia, sed per denominationem. In priuatione autem etiam dicitur, ex quo fit ali-

*Quare materia, denominatione prædicatur de materia.*

quid, sicut dicimus fieri sanum ex infirmo. Et priuatio, neque in recto, neque per denominationem prædicatur de eo quod fit ex ipsa: homo enim conualescens, non dicitur denominatione illud ex quo fit sicut ex priuatione.

Causa verò huius est: quia hoc quod fit ex aliquo, dupliciter dicitur: fit enim ex aliquo sicut ex priuatione, & fit ex aliquo sicut ex subiecto quod subiectum dicimus materiam, sicut diximus, quod homo fit sanus sicut subiectum, & laborans fit sanus sicut subiectum sub priuatione existens. Magis etiam dicitur fieri ex priuatione, vt ex laborante sanus, quam ex homine: quia priuatio sicut dissimile & contrarium abiicitur: subiectum autem sicut assimilatum manet: propter quod laborans non dicitur denominatione sanus: quia nihil eius manet cum sanato: sed dicitur homo & sanus homo: & non denominatur sanus ab homine, quia subiectum est idem ipsi secundum accidens, & non est transmutatum, sed sua quidditate existens. In his autem quæ dicunt tantum materiam, oportet denominatione dici materiam, sicut homo non dicitur caro & sanguis, sed carnis & sanguineus. In omnibus autem mutatur materia ex priuatione: sed aliquorum priuatio non est manifesta, neque nominabilis proprio nomine, sicut in ære figuræ cuiuscunque, siue idoli, siue sphaeræ, vel cuiuscunque alterius figuræ, nisi forte in talibus ex insiguro dicamus figuratum fieri: sed non dicimus ex idolo fieri idolum, vel ex inhomine fieri hominem: & hoc modo ex cæmentis & lignis fit domus, non ex indomo dicentes fieri domum: tamen in talibus ex his subiectis priuationem videri fieri quod fit sicut illic in his quæ priuationem habent, sicut sanum fit ex laborante siue infirmo: propter quod sicut nec illic dicitur in recto illud quod fit ipsum ex quo fit, sed in obliquo per denominationem subiecti & non priuationis, sic nec hoc dicitur statua lignum in recto, sed ex ligno producit statua ligata, & non producit lignum: & producit statua ænea, & non producit æs & lapidea, sed non lapis ex lapide, & domus cæmentaria, sed non cæmentum.

Tex. c. 25. Siquis enim hoc subtiliter inspexerit intus, non dicit, quod simpliciter abique mutatione & priuationis abiectio fit ex ligno statua, aut ex cæmento domus: quia oportet ista fieri continue permittendo id ex quo fit: & non dicit illud fieri simpliciter, sicut ex subsistente formam in se sine mutatione: & huius causa est, quod ita dicitur illud quod fit ex ipso fieri. Si autem sic fit ex ipso quod continue abiicitur dissimile & continue accipitur simile, palam est, quoniam omne quod fit, fit ex conuenienti secundum materiam. Omne enim appetens aliquid, non appetit ipsum nisi per similitudinem & conuenientiam quam habet cum ipso: propter quod probatur omne quod fit ex conuenienti sibi fieri secundum materiam, & omnes formas generatarum esse in materia per inchoationem, & nullam esse separatam. Sic igitur dictum sit à nobis, quod omne quod fit, fit à conuenienti sibi secundum mouens & materiam.



CAPVT VII.

In quo ostenditur, quod non fit nisi compositum.

Text. 15. D Einceps autem ostendamus non fieri nisi compositum, & non materiam in esse materie, nec formam in esse forme, sed compositum in esse compositi secundum quod ipsum est hoc aliquid: formam autem non fieri nisi per accidens secundum quod ipa est in hoc composito quod fit secundum esse compositi. Dicamus igitur, quod illud quod fit ab aliquo fit omne quod genitum est: hoc autem a quo fit, dico esse id unde est principium motus: & hoc est mouens & faciens & genera: oportet etiam fieri ex aliquo, sicut diximus: hoc autem quod fit & generatur, non fit priuatio: quia non manet in genito: sed abicitur, & est tota abiecta in factum esse id quod fit, sed fit ex materia. Iam autem diffiniendo siue distinguendo diximus secundum quem modum hoc ex hoc fieri dicimus, & quomodo fit hoc quod fit ex ipsa materia assimilata: hoc autem quod fit, gratia exempli, est sphaera, aut circulus, aut quodcumque aliorum euenit fieri, quemadmodum dicimus, quod sic faciens qui est principium motus: nec facit res quod est subiectum per se, nec facit pharam secundum se, siue formam sphaericam, nisi secundum accidens in quantum est sphaera siue sphaeritas in hoc quod est compositum: ad facit id quod est aenea sphaera uniuersalis: & hoc est compositum: illam enim aeneam sphaeram facit. Cuius probatio est: quia facit aliquid quod ex totaliter uli recto, siue ex eo quod totum manet in facto, est facere hoc aliquid. Non enim totum sit rectum fit ex totaliter uli recto: quia si idem esset ex seipso, quod non potest esse: quia sic idem esset & non esset uniuersalis. Similiter forma non fit ex totaliter uli recto: quia sic forma haeret materiam partem, ut ex qua esset: & sic non esset simplex, sed composita: & esset hoc aliquid. Relinquitur igitur, quod ex totaliter abiecto non fiat nisi hoc aliquid. Dico autem exponendo hoc quia bene contingit facere efficientiam rotundum uniuersalem quod est compositum per istam rationem: sed non contingit cum facere rotundum, siue ipsam rotunditatem facere: & res rotundum facere non est ipsam rotunditatem facere ut sphaeram siue sphaeritatem, sed facere res rotundum est facere aliquid aliquid ab ipsa rotunditate sicut speciem constitutam: & hanc speciem facit in alio quod est materia: & hoc est per accidens, & non per se sphaeram facere: per se autem compositum: nam si facit aliquid is qui facit, tunc oportet, quod ex aliquo alio fiat, sicut diximus: & hoc est subiectum, sicut dicimus eum facere aeneam sphaeram: & hoc compositum ita dicimus eum facere: quia ex hoc quod est res siue materia, hoc compositum facit quod est sphaera. Si igitur etiam hoc quod est sphaera siue sphaeritas facit, tunc oportet, quod illud similitur faciat ex duobus tibi conuenientibus: quia ex parte efficientis erit conueniens in forma, & ex parte eius ex quo fit, erit similitudo in materia: & sic erit forma forme: & hoc ibit in infinitum: quia eadem ratione qua generatur una forma, generatur & alia: & hoc vadit in infinitum. Aut oportet dicere, quod prima forma generetur ex non forma: & si hoc datur, tunc oportet, quod generetur ex nihilo, quod non accipit aliquis intellectus.

Palchra delectio ad probandum compositum per se generari, non materiam, aut formam.

Text. 17. Palam igitur, quia nec species fit, nec aliquid quod in sensibili substantia est, quod formam vocare oportet: & precipue propter primam rationem quam induximus: forma enim non est generatio per se, sed per accidens, sicut diximus: nec generatur quidditas qua est quid erat esse hoc quod facit esse hoc quod est. Hoc autem quod est forma & quid erat esse, est quod per accidens in alio fit: & fit aut ab arte, aut a natura, aut ab aliqua alia potestate effectiua. Multum autem differt in alio fieri & ex alio: quia quod in alio fit, non fit nisi ex consequenti, & factio non est per se de ipso, nec ad ipsum transmutatur materia: sed quod fit ex alio, est directe terminus efficientis: & hoc est compositum: facit igitur factio aeneam sphaeram esse, eo quod facit compositum quod est ex hoc arte & sphaera. Nam si artifex facit hoc demonstratum compositum hanc sphaeram esse, cum hoc demonstratum & designatum sit sphaera aenea ex materia & forma composita, constat quod hoc compositum facit sphaeram esse sphaeram. Sphaeram autem esse uniuersaliter si est generatio sphaerae aenea, oportet quod illa generatio fit ex alio: sicut ex materia: & sic omne genitum egerit esse diuisibile, & oportet esse hoc genitum demonstratum esse hoc & hoc materiam & formam, siue compositum ex materia & forma: quia iam ostentum est, quod materia manet in omni genito & facto. Dico autem hoc quidem materiam esse in genito, illud autem esse speciem: quia haec duo sunt principia facti & generati. Si autem concedatur diffinitio sphaerae esse & quidditas, quod sphaera est corpus quod aequale est ex medio centro productis lineis huius quidem sphaerae sic diffinita, hoc quod est una pars eius, erit in quo erit ista formalis quidditas qua facit sphaeram esse sphaeram, siue hoc quod est secundum esse sphaerae: hoc enim est in illo, & non est sine materia. Aliud autem est omne siue totum quod factum est ex materia & forma simul, sicut quod est aenea sphaera. Ex omnibus autem quae inducta sunt, palam est, quia in hoc composito facto hoc quidam quod est quidditas dans composito esse sphaeram, est quasi species: deinde autem etiam quasi substantia hoc modo quo artificiales formas & quidditates vocamus substantias: quia dant nomen & esse & rationem artificiatas: & hoc non fit nisi per accidens, sicut saepius diximus. Synodus autem siue congregatio totius ex materia & forma composita & dicta secundum eam substantiam siue formam qua non fit illa per se, fit ab efficiente & generante: & quia praeter substantiam qua est quidditas, materia unum est componentium quod manet in ipso, & hoc quidem componentium est hoc sicut materia, & hoc aliud est hoc, sicut substantia & quidditas, oportet quod omne genitum sit diuisibile in duo secundum potentiam, licet

Text. 17.

licet sit unum in actu: quia licet quidditas praedicetur de ipso, sola materia tamen etiam praedicatur de ipso per denominationem: quod non fieret si non maneret in ipso. Quod igitur non fiat vel generetur per se nisi compositum, & non materia, siue forma, fit dictum a nobis.

tantum, sicut saepè diximus, sed est formalis sicut forma inchoata & confusa, qua continet procedit ad perfectum & determinationem, sicut ex vita ad sensum, & ex sensu ad rationem, sicut saepius in naturalibus libris probatum est, & in ante habitis scientia istius. Et sic patet qualiter a conuenienti secundum speciem & formam, procedit a conuenienti secundum formam & speciem tam ex parte efficientis, quam ex parte materiae. Omne vero quod fit & ex quo fit, est indiuiduum designatum in genere substantiae, sicut Callias & Socrates, sicut in artificialibus omne quod fit, est compositum designatum in materia, sicut sphaera aenea, vel lignea est hoc aliquid designatum: homo uero & animal in his quae sunt per naturam, est sicut sphaera aenea non designata, sed totaliter siue uniuersaliter accepta: & hoc etiam dicunt formas conceptas cum materia sensibili, sicut & sphaera aenea: & non dicunt formas a materia sensibili separatas: & illae sunt, in quibus denotatur essentialis conuenientia huius geniti ad generans hoc. Et sic patet, quod nec termini generationis qui sunt a quo & ex quo fit generatio, & idem quod generatur: nec forma conuenientia qua est inter eos, est nisi in materia sensibili.

Manifestum est igitur, quia specierum idealium causa si qua sunt species praeter singulata extra materiam sensibilem existentes, sicut quidam Philosophi Platonici consueuerunt dicere species ideales esse causas generationis, sunt ad generationem non necessariae: cum omne quod exigitur ad generationem, conceptum sit in ipsa materia sensibili. Adhuc autem quia nec si essent aliae tales separatae species, propter ipsas essent illae substantiae genitae singulares, quas nos eas quae sola substantiae sunt secundum se distinctae substantias appellamus: quia sicut iam paulo ante diximus, nec actiue essent, nec passiue, nec materiam generabilem & corruptibilem tangerent quocumque tactu uero vel metaphorico, sicut forma tangere dicuntur, quando subiecto coniunguntur & alterant ipsum, sicut dicimus, quod frigus tangit nos quando alterat, sicut determinatum est in primo libro de generatione & corruptione. Si autem obiciat quis, quod si hoc semper est ex hoc & tale hoc ex tali illo conceptum cum materia ex conceptu cum materia, hoc erit in infinitum in ante sumendo, & sic infinita erunt actus, quod est impossibile. Haec dubitatio non est ad propositam intentionem, in qua nihil amplius intendimus, nisi hoc quod forma separata non profuit ad generationem: ipsa autem dubitatio tacta est a nobis & soluta in octauo physico sum.

CAPVT VIII.

In quo probatur, quod idea nihil profuit ad generationem.

Text. 22. Omnibus autem his praebitis queramus, utrum necesse sit ponere quandam idealem vel extra rem separatam sphaeram, qua fit praeter has sensibiles, siue materiales & factas sphaeras: & utrum necesse sit ponere domum idealem qua fit praeter cementum & alia quae sunt materia domus, aut nunquam facta est aliqua talis sphaera, aut domus immaterialis siue insensibilis. Si enim in artificialibus non est necessarium domum ponere exemplarem extra facientem & materiam, tunc multo minus hoc necessarium est in praehabitis: quia natura est omnino arte certior, & non indiget aliquo extra faciente & dirigente & rectificante opus suum. Si enim isti quaestioni respondens dicat aliquis, quod oportet esse exemplaria extra, illa exemplaria erunt hoc aliquid siue quid hoc: dico autem hoc quod esse quando sunt prima forma & quidditates istorum: tunc quia hoc quod fit quid dicimus, significat tale in communi: & hoc non est determinatum & designatum particulare in substantia, non significat haec quidditas aliquid particulare, sed quidditatem designat in communi: quod autem designat in communi quidditatem simplicem, & separatam est, & non tangit materiam: & quod non tangit, non agit: & quod non agit, non alterat, neque transmutat. Iste tales forma igitur neque alterant, neque transmutant materiam, cum in praecedentibus habitum sit, quod non fit aliquid nisi ab eo quod materia transmutatur.

Text. 22.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Amplius formae substantiales simplices non sunt alicui contrariae, neque actiue sunt, neque passiuae: & ideo ignis simpliciter non agit, neque patitur ab aliquo: sed actiua & passiuae sunt qualitates: propter quod etiam ea quae sunt formas substantiales ex solo situ partium materiae consequentia, neque actiua sunt, neque passiuae proprie, sicut rarum & densum, & cauita ab his leue & graue. Si igitur ideae quae sunt substantiarum quidditates, sunt formae substantiales simplices, neque agunt, neque patiuntur, & sic iterum non transmutant materiam. Iste sunt igitur duae causa quibus demonstratur formas huiusmodi ad generationem nihil prodesse. Id enim quod factum artificialiter, & quod generatur naturaliter, facit & generat ex hoc demonstrato materiali principio tale hoc particulare factum vel genitum conueniens in forma cum generante & materia, sicut in ante habitis est probatum. Et quando quod generatur est, tunc completur est tale generatum hoc compositum, quale est generans in actu, & ex quo generatur in potentia: & haec potentia non est materialis

CAPVT IX.

De verificatione huius propositionis, conueniens fit a conuenienti in naturalibus.

Text. 23. Via uero iam diximus, quod omne generatum sit conueniens a conuenienti secundum formam & speciem, & haec propositio videt



videtur in quibusdam habere instantiam, & verificabimus eam primo in his quæ sunt per naturam, & postea etiam in aliis. Diximus igitur palam esse in multis, quia generans secundum formam tale est; quæ est generata, siue sit generans primum, sicut homo generans, siue sit generans proximum, sicut semen generans: nec tamen est idem numero, neque unam, sed est unum in specie diversum numero, propter materiam diversitatem. Et hoc quidem patet in generantibus primis physicis perfectis: homo namque generat hominem, & leo leonem, & sic de aliis. Manifestum est autem etiam in generantibus proximis: quia sicut in sextodecimo & quintodecimo de animalibus probauimus, gutta feminæ in animalibus, non est nisi materia: sed spermata masculi est actiuum, quod resoluitur in spiritum formantem, qui intra viscositatem seminis continetur, & ingreditur in ipsam sicut anima in corpus ingreditur. In feminibus autem per antaram idem est: quia in his duæ virtutes sunt coniunctæ, imprægnans videlicet, & imprægnata. Est autem hæc formatiua virtus, quæ radicatur in substantia quæ est quidditas seminis secundum quod ipsum semen est, & in genere causa efficientis, & non materis: sic enim habet virtutes omnium partium similitudinem & dissimilitudinem. Et ideo virtus eius est sicut virtus intellectus actiui, siue practici. Omne enim quod ad similitudinem sui diuersa operatur secundum formam & speciem, est principium operationis sicut intellectus, & non sicut natura, quæ unum solum operatur. Virtutem autem istam constat valde diuersa secundum formam & speciem operari: & ideo dicitur, quod hæc virtus à quibusdam Philosophis vocatur intellectus in femine: & hoc diximus & declarauimus in sextodecimo libro de animalibus. Vnde etiam hæc virtus vocatur artifex, & propter vim creatricem quam habet in formis membrorum, & virtutibus earundem, à nonnullis vocatur diuina: & ab his qui subtiliores sunt Peripateticorum, vocatur anima & artifex. Anima quidem: quia omnia quæ operatur, facit ad vitæ potentias. Artifex autem: quia omnia conducit & producit ad modum intellectus artificis, qui est forma eorum quæ producit: non enim dicitur ars quæ aliunde didicerit formam artificiatam, sed potius quæ ipsa per suam quidditatem est species & ratio formatum, quas producit in sibi coniuncta materia. Propter quod dictum est à quibusdam Philosophis Ariabum peritis, quod comparatur ad substantiam spermatis siue seminis, sicut intelligentia comparatur ad Iunon orbem & materiam quam mouet suus orbis, eod quod etiam ista substantialis est ars formarum, quas motu orbis producit in partes materis subiectæ: sicut & ista primo format cor vel membrum quod est loco cordis, & motu illius & virtute, in partes materis producit formas membrorum: & hæc est comparatio huius virtutis ad substantiam seminis. Et non comparatur ad eum sicut naua ad nauem, sicut quidam mentientes dicunt: sic enim comparatur anima ad iam factum corpus. Sed comparatur ad ipsum sicut factor nauis ad materiam nauis: & istæ sunt duæ virtutes diuersæ & diuersam comparationem: quia una est de genere architectonicæ, &

Nota quod modo virtus informatiua existens in femina, assimilatur intellectui practico & artem, anima & Deo.

altera est de genere vidualis. Sed id quod ad præsentem pertinet intentionem, hoc est, quod quidditas seminis in tali virtute proxime est generans, & est cum generato conueniens secundum aliquem modum speciei, quo secundum speciem conuenit artifex cum artificiato, & sic ex iplo procedunt tam vegetabilis quam sensibilis. In aliis autem generatis quæ inanimata sunt, virtus formans est à lumine de celo desuper influente, quod est sicut natura, non sicut artifex, aliquid simile sibi in potentia producens in effectu generatum. Sic igitur patet, quod in physicis conueniens generatur à conuenienti, sicut homo ab homine, nisi aliquid fiat præter naturam ex duarum specierum commixtione, sicut generat equus mulum, & leo leopardum, & leopardus leonem, & sic est in multis animalium commixtionibus. In his tamen similitur conueniens sit à conuenienti sicut in simplicibus: quia proxime generans quod commune est super equum & asinum, quorum virtutes mixtæ sunt in semine, non est nominatum quoad formam generis proximi, ex quo conuenientia generantis accipitur ad genus: ambo autem ista mixta essent forsitan vocanda mulus in potentia virtutis formantis, si talis formatiua virtus nomen proprium haberet: & sic patet, quod in his conueniens sit à conuenienti secundum formam.

Hinc sumitur multa esse genera inanimata.

Dubitari autem potest de his quæ ex putrefactione generantur, vtrumne ipsa fiant à conuenienti secundum speciem & formam. Sed nos iam de his in meteoris & aliis librorum naturalium locis, reddimus causam. Quia videlicet humido viscoso educto & expirante, necesse est ad frigus continentis aeris pellem circa constare, qua circumstante, necesse est intra ipsam in humido conuolui expirantem spiritum, & cum conuoluitur, pulsare incipit. Virtus autem radiationis stellarum, in talibus inducit humido putrefacto virtutem formatiuam: & cum sit in mobili & spiritu pulsante materia, necesse est animal fieri ad speciem virtutis formantis. Et sic patet, quod in omnibus physicis conueniens sit à conuenienti intra materiam physicam concepto: nec aliud est generans physicæ, nisi huiusmodi conueniens.

Et ex his vterius palam est quod in præcedenti. c. conclusimus, quod videlicet non oportet nos probare, siue approbatur accipere id quod quasi exemplar ponitur formans quod est species separata idealis, quod ad conueniens sibi forme generata. In his enim substantiis sensibilibus generandis & formandis ab huiusmodi exemplaribus, maxime exquisitæ sunt separata species ideales, eod quod indiuidua talia maxime primo & principaliter sunt substantiæ: vnde si in istis non sunt necessaria, in omnibus inuites ad generationem esse probantur: sed secundum ea quæ dicta sunt, generans in materia existens, sufficiens est facere omnia quæ sunt, & sufficiens omnino ad generationem est causa speciei & forme in qua est conuenientia generantis & geniti sit in materia: omnis autem iam talis in sua eria concepta species est singularis & indiuidua, sicut Callias & Socrates generantes: & nihil talium est idea vniuersalis & separata: generans autem & generatum numero quidem

quidem sunt diuersa, propter materiam namque diuisam per actum generationis sunt diuersa, sed ambo sunt idem specie: species enim indiuidua secundum essentiam est in vtroque, licet sit diuisa secundum esse.

CAPVT X.

Quod propositio quæ dicit id quod sit à conuenienti, non habet instantiam in his quæ sunt ab arte & natura, neque in his quæ sunt ab arte vna simplici, neque in his quæ à duabus sunt artibus.

Tex. c. 29. **Q**uia vero quedam sunt quæ sunt simul à natura & arte, & in his non videtur conueniens à conuenienti fieri, eod quod non potest idem secundum idem duobus differentibus conuenire, ideo dubitabit aliquis quare alia sunt simul ab arte, & ab automato, siue per se existente generante, sicut sanitas & agricultura, & multa quæ per celestem effectum fieri procurat astronomus: de quo dicit Prolemæus, quod sapiens iuuat celestem effectum, sicut iuuatur terra aratione & seminatione: quedam autem non sunt nisi ab arte, sicut domus. De his enim quæ tantum sunt à natura iam habitum est: causa vero eius, quod quedam sunt à natura & arte, quedam autem ab arte solum, est quia quorundam materia in se habens agens & formans principium, talis est, quod quidem sufficit incipere & facere & fieri aliquid istorum quæ sunt ab arte, in qua arte existit aliqua pars rei naturalis, quæ facere incipit natura, sicut in arte prælibatis diximus, & in talibus ars ministrat expediens ad actum, & remouens impedimenta: natura autem est quæ operatur: ideo hæc quidem talis materia potens est moueri ab arte. Alia autem cuius motus nulla pars contingitur ab arte, illa non potest ab arte moueri, nec mutari, neque iuuari: & hæc sunt pauca vires artificum excedentia, sicut est generatio monium, & terræ motus, & tonitruus, & huiusmodi. Et alia sunt quæ nullam habent virtutem motum incipientia in materia: & in his oportet, quod motus sit ab arte. Et huiusmodi materia quæ à sola arte mouetur ad formam, ad quam non sunt aliqua mouendi principia in natura, alia moueri potest, sicut ars habet potestatem mouendi ab arte simplici, sicut materia ædificationis. Et alia non potest ita moueri, vt potestatem mouendi habeant artis præcepta, nisi iuuetur ab alia arte: quia licet vna ars mouere possit, non tamen sic mouet vt conuenit, nisi iuuetur ab altera, & regatur, sicut est ars tripudiandi, quæ non perficitur absque musica: quia ad modulos mulicos tripudiat qui saltat. In omnibus tamen huiusmodi, quæ à duabus vel pluribus sunt potestates, siue sunt artis & nature simul, siue sint duarum artium, vna est forma in facientibus & his quæ sunt, ad cuius conueniens sit hoc quod sit: vnde illa duo principia non sunt secundum formam differentia, sed vnum sunt in forma. Et ideo idem ipsum quod sit, potest habere conuenientiam cum vtraque: & hæc est sicut diximus in 8. phy.

Tex. c. 30. 4. phy.

ficorum, quod motus localis in his quæ mouentur à natura motu recto est à generante, vel ab eo quod remouet prohibens. In omnibus huiusmodi virtus incipiens motum est natura, & artis est remouere prohibens, & modo illa ars habet partem eius quod sit, vel aliquid quod consequitur id quod sit, sicut est calidum respectu sanitatis, sicut diximus in superius prælibatis. Quorumcumque igitur sanctorum talis est materia, quod conueniens facto vltimo nullo modo est in ipsa secundum naturæ principia, sicut se habent lapides ad domum, hoc impossibile est moueri nisi ab alio quod materis est extrinsecum. Et ideo etiam non transmutatur materiam nisi extrinsecus secundum figuram solam: & sic quidem etiam dicimus esse ignem & nature instrumentum in quibusdam, sicut in his quæ ab igne accipiunt speciem ignis, & artis esse instrumentum in aliis, sicut in fabricibus de ferro, in quibus molliat ignis materiam, vt à malleis producantur in figuras gladiorum ea quæ fabricantur. Et ideo sapius diximus in diuersis libris, quod in talibus forma quæ est in mente fabri, informat instrumenta quibus operatur faber, & in motibus istorum efficitur sicut est forma quæ est in materia in principis nature: & ideo conueniens in talibus ad quod sit factum, non est forma separata per se existens, quæ non sit in instrumentis tangentibus materiam & membris artificis in quæ derivatur à mente ipsius: quia aliter nullo modo tangeret materiam aliquo tactu: & tunc non esset intelligibile, quod moueret: hæc igitur est vera causa, quod quedam nullo modo sunt sine artifice habente artem, alia vero sunt sine eo per naturam. Ab his enim principis quæ non sunt habentia artem, quedam mouentur quæ absque omni arte certius per formam quam intus habent, moueri possunt, quando mouens coniungitur mobili per immediationem, sicut diximus in seminibus simul mixtis mouentibus & mobilibus, quæ sunt imprægnans & imprægnatum coniuncta: alia vero non habentia huius principium, aut non sufficiens sicut conuenit habentia, mouentur ab habentibus artem, aut in toto, aut in parte.

Forma quæ est in mente fabri informat instrumenta quibus operatur faber.

Tex. c. 30. **E**x omnibus autem quæ dicta sunt, palam est, quia modo quodam omnia sunt ex conuenienti sibi vnioco, quamuis nomen aliquando non sit positum, sicut diximus supra de natura communi super equum & mulum, sicut etiam de naturalibus diximus supra: aut si non sunt vtraque parte ex vnioco, ex efficiente videlicet & materia, tamen non sunt ex omnino æquiuoco, sed ex eo quod in parte vniocum est, & in parte æquiuocum, sicut dicimus domum fieri ex domo aut intellecta artificis, & in illa parte fieri ab vnioco. Sed quia materia secundum naturæ principia nihil in se concipit forme talis, ideo in illa parte non est vniocum: & sic sit ex parte æquiuoca diximus ex domo aut ex intellectu. Ars enim est species tantum, nihil habens materis, & sic sit ab arte tantum simplici: aut à parte artis per aliquam partem quæ in materiam per artem inducta habet aliquam partem cum eo quod sit: hæc autem omnia sunt vera nisi aliquid secundum accidens fiat: & de talibus potest determinabimus. In talibus autem vbi pars facti



facti siue faciendi est pars facta per artem, ipsa pars est causa secundum se faciendi primum siue proximum illi, sicut supra diximus. Calor enim in motu facto vel fricatione, calorem naturalem facit vel excitat in corpore: & ille aut est sanitas, aut pars sanitatis, aut sequitur eum pars aliqua sanitatis, aut sanitas ipsa ex integro: propter quod etiam ars & artifex dicitur sanitateque facere: quia illud facit medicus, quod cum opere naturæ facit sanitatem: & ex opere medici accedit calor, cuius excitationem sequitur sanitas.

Sic igitur manifestum est, quod propositio illa, quod conueniens sit à conuenienti secundum formam, & quod hoc conueniens est intra principium agens & materiam, vel intra principium agens tantum, non habet in aliquo instantiam. Et sic videri patet, quod forma separata à materia & ab efficiente nihil penitus prodest ad generationem naturalium vel ad facturam artificialium. Sed hoc aduertendum est, quod cum diximus sanitatem esse in anima medici siue in intellectu, quæ tamen sanitas est res naturalis, eo modo dicimus quo omnium rerum veritates dicimus esse in intellectu. Licet enim dixerimus in libro de anima, quod lapis non est in anima, sed similitudo lapidis, intelleximus hoc de lapide secundum esse lapidis: quia secundum hoc non est nisi in materia: & cum dicitur similitudo lapidis esse in anima, intelligitur hoc de similitudine lapidis essentiali, quæ est in ipsa simpliciter natura lapidis & forma ipsius vel quidditas, cui in quantum est intelligibile quoddam lumen, accidit esse in anima, & est vniuersale in ipso intellectu, licet non ex hoc habeat vniuersalitatem, sicut in antè habitis determinatum est. Sunt tamen qui concedunt huius locutiones, homo est in anima, sanitas est in anima, lapis est in anima: eo quod in talibus nomina illa stant pro suis primis significatis vel secundariis: sed nolunt concedere conuersas istarum, quod videlicet id quod est in anima, sit homo, vel sanitas, vel lapis: & ratio ipsorum est: quia prædicatum dicit in hærentiam: & cum dicitur, id quod est in anima, est hoc vel illud, id quod est in anima, significatur vt singulare: & cum prædicatum illi significatur in hærent, oportet prædicatum esse denotans suppositum: & sic sequeretur, quod si id quod in anima est, esset homo, quod esset aliquis homo hoc vel ille: sed quia hoc non est de intentione proposita, non curamus. Sed hoc est non præterendum, quod in his formis quæ nullo modo sunt in potentia materię, intellectus est formæ prima causa: in illis autem quæ sunt ab arte & à natura, natura est causa, & intellectus apprehensor & minister.

Quomodo sanitas dicitur esse in anima m. dicit.

Ita fit calcaus sententia in mirabilibus.

CAPVT XI.

Quod syllogismi quid est scire facientes & generationes ab eodem procedunt principio.

EX omnibus autem inductis patet, quod processus omnis eius quod generatur & fit, est à conuenienti secundum formam quæ est ipsa eius quod fit substantia. Quemadmodum igitur in syllogismis verè scire facientibus, est processus ab omnium principio quod est substantia & quidditas: ita & in istis sunt procedentes generationes: omnes enim syllogismi quid est demonstrantes, & scientiam quid est facientes, medium habent substantiam quæ est quidditas: & similiter se habent cum his ea quæ sunt, & præcipue illa quæ sunt natura constituta. Sperma enim facit à formatiua specie sicut ea quæ sunt ab arte, sicut à formatiua & faciente specie. Sperma enim habet speciem potestate non materiali, sed effectiua, sicut præfiximus, & ab illius potestatis specie ad factum, siue faciendum est in parte æquiuocum, & in parte vniocum, sicut & forma artis. Sed tamen alius est modus æquiuocationis: non enim est sperma paruum animal, sicut dixit Plato, sed est virtute factiua & generatiua animal: sicut forma artis non est artificiarum, sed virtute factiua est generatum: & ideo non vna ratione conuenit materię spermatis & materię animalis: & quoad hoc est nomen æquiuocum, sicut ostendimus in 13. lib. animalium. Et ideo quando dicimus, quod conueniens sit à conuenienti, non oportet omnino sic querere conueniens secundum omnimodam vniocationem: sicut quando dicimus, quod ex homine est homo, femina verò sit ex viro per dissimilitudinem aliquam principiorum generantium. Et ideo forma patris generantis non omnino per eandem virtutem semper saluatur in spermate, quæ est in viro generante. Et hoc etiam est causa, quod mulus non fit mulo pyroma siue progenitor: quia licet mulus habeat semen, non tamen omnimodam retinet virtutem illius speciei quæ est communis equo, & asino, sed deficit ab ea: & si quando proficit ad generationem, hoc fit adiuuante calore extrinseci circumstantis: vnde in calidis locis aliquando mula concipit & generat. Omnia verò quæ sunt ab automato siue per se ipsa, à propria & commixta specie illa sunt, sicut illic diximus esse in arte & syllogismis: & hæc sunt quorum materię à se ipsa moueri potest, eo modo quo sperma mouetur à virtute formatiue speciei, quæ sicut intelligentia agens est in orbe, sic est in materia sibi coniuncta: quorumcunque verò materia non per se moueri potest, sic ea impossibilia sunt fieri aliter quam ex eis formis artium quas diximus: oportet enim ista fieri ab altera duarum artium, siue simpliciter, siue natura est faciens, vel quæ est sicut naturæ minister. In omnibus tamen quoad generationem substantię procedunt generationes & facturæ ex quidditate, sicut syllogismi: & ideo quoad scientiam quid est eadem

Tex. c. 31.

Quomodo sperma animal dicitur posse, vnde etiam commixtorem hinc somen. 31. & 12. meta. c. 12.

Nota quomodo quædam dicitur posse concipere mulo.

eadem sunt principia scientiæ & rei secundum naturam: propter quod ex eisdem ex quibus esse res per eadem scitur & cognoscitur: propter scite igitur non oportet ideas inquirere.


in esse distinctis nunquam fir omnino vntum: oportet igitur si ex duobus vntum sit, quodd al- terum sit in altero, sicut esse & id cuius esse est: & hæc se habent sicut potentia & actus: vntum ergo sit per se, sed compositum, sicut superius determinatum est. In omnium enim facien- do oportet præexistere materiam semper & spe- ciem per aliquem modum: & sicut hoc est in quid substantiæ & in generatione, ita est in qualitate secundum alterationem, & in quan- titate secundum augmentum & diminutionem, & in vbi secundum loci mutationem, & in aliis similiter categoriis. In nullo enim horum sit species nisi fiat in materia: non enim sit quale forma separata: sed sit quale lignum, vel aliud tale: nec sit quantum separata quantitate, sed sit in materia sicut quantum lignum: sicut ne- que sit animal separatum, sed animal carneum & osseum. Sed proprium substantiæ in quo dif- fert ab aliis prædicamentis, ex his est accipien- dum: quia in generatione substantiæ semper necesse est præexistere ante id quod sit, aliam substantiam, quæ existat per se communis ad id quod sit secundum convenientiam quæ facit & generat, sicut necesse est præexistere animal si id quod sit, sit animal. Sed quale & quantum, quando sit quale vel quantum, non est necessa- rium præexistere secundum actum, sed potesta- te solum: & huius causam iam in principio huius septimi assignauimus: quia videlicet cau- sa accidentis per quam est & diffinitur, est sub- stantia, quæ est prima sub tali esse quod est esse accidentis. Ex his igitur ostentum est sufficienter de substantia quæ est quidditas, quod oportet ipsam separatam non esse, & quod error est si quis ponat ipsam separatam esse ideam. Osten- tum etiam est ideas ad generationem non prodesse.

CAPVT XII.

Quod iam in substantia quam in aliis prædicamentis quod sit, est compositum, sed in aliis accidentibus non semper sit hoc quod sit a convenienti.

Tez. c. 32. Non solum autem de substantia est verum quod diximus, quod videlicet fieri earum non est secundum generationem quam faciunt species separatæ: sed hoc est verum de omni- bus primis generibus entis, secundum eandem similitudinem: & ratio communis vna est de omnibus, siue fiant secundum substantiam, siue secundum quantitatem, & in aliis categoriis si- militer: in omnibus enim id quod sit, sit in ma- teria, sicut zæca sphaera, in qua sit non sphaeræ forma, nec æs quod est materia, sed compo- situm & forma sphaeræ secundum esse in ære sit, & non secundum se: & sic forma sit per accidens: & si per se fieret forma, & per se æs, siue materia, tunc ex forma & materia non esset vnum, sed duo: quia quæcumque sunt duorum efficientium termini, duo sunt, non vnum. Adhuc autem non possent esse vnius ra- tionis efficientia, si vnum faciat formam, & al- terum materiam: & sic iterum vnum non posset esse compositum. Amplius distincta in efficien- do distincta sunt in esse: quia per efficientiam efficientis procedunt ad esse: ex duobus autem

Quæcumque sunt duo- rum efficien- tium ter-



TRACTATUS III.

DE COMPARATIONE PARTIVM diffinitionis ad partes diffiniti.

CAPVT I.

De duabus questionibus quæ sunt circa hoc, & rationibus questio- num illarum.

Tez. c. 33.



VNTIAM autem omnis diffini- tio est fines siue terminos esse seicolligens, & omnis talis ra- tio partes habet, quæramus, vtrum sicut tota ratio se habet ad totum esse rei, ita se habeant partes diffinitionis ad partes rei, vel non. Adhuc autem cum ex partibus constituitur totum, & esse totius pendeat ab esse partium, dubitabir

De Alder. Mag. Metaphy.

aliquis etiam præter inductam questionem, an oportet partium rationem esse in totius ratione diffinitiva, an non. Responso autem istius se- cunde questionis est: quia in quibusdam ra- tionibus totorum videtur inesse partium ratio, in quibusdam autem non videtur inesse. Circuli enim ratio totius in se non habet eam ratio- nem quæ est incisionum siue portionum circuli, quæ sunt partes eius, sed potius è conuersio: quia portiones circuli & ipse semicirculus dif- finiantur per circulum. Dicitur enim, quod por- tio circuli est pars circuli semicirculo maior vel minor: semicirculus autem circuli medietas est linea per centrum ducta, quæ vocatur diameter. In aliis autem rationibus totorum videtur in- esse ratio partium: quia cum syllaba sit quoddam totum, diffinitur per rationes elemen- torum

Z

rum



rum secundum quod ipsa est vox composita ex duabus vocibus sonante & consonante : unde dicitur, quod syllaba est comprehensio litterarum indistincte prolata, argumentaliter, aut generaliter. Ad hoc dices, quod si priora quædam sunt partes totæ, eod quod constituentia sunt priora constituto : tunc cum angulus rectus sit totum ad acutum angulum, & acutus sit pars recti, & inveniatur aliquando sine recto, & aliquando cum ipso, sicque videatur prior esse natura : & sic digitus hominis in homine sit pars eius, nec extra hominem digiti habeat rationem : videbitur alicui fortè, quod in diffinitione totorum debeant rationes huiusmodi partium inesse, cum tamen illa quæ sunt tota istarum & similitum partium, sunt priora secundum rationem diffinitionum istis partibus : quia acutus diffinitur per rectum, sicut & expansus in primo geometria : acutus enim est recto minor, & expansus est qui recto maior est. Similiter autem cum digitus sit pars manus, manus autem sit instrumentum & organum operatiui intellectus, intellectus autem sit de potentiis naturalibus consequentibus esse hominis, patet quod & digitus est de his quæ esse consequuntur, ideo diffinitur per suum totum. Angulus autem rectus in eo quod rectus est, formaliter, efficitur à ratione mediæ : cum omnis à medio derivatio cognoscatur, & sit mediæ derivatio, acutus ad minus & obtusus ad maius, oportet angulum rectum esse ut diffinitent : acutum & expansum : & ideo huius partes secundum rationem dicimus esse diffinita ex illis quæ sunt sua tota. Sed si hæc accipiantur ut res absolute & non in ratione partium & totius secundum relationem : quia si ut relativa accipiantur, tunc adinvicem sunt priora : quia tunc adinvicem diffiniunt.

CAPVT II.

De solutione secunda questionis.

**T**ext. c. 34. AD omnes autem huiusmodi questionem solvendas dicemus distinguentes, quod pars dicitur multipliciter. Et vnus quidem modus est, quod pars dicitur illud quod mensuratur vel mensurat secundum aliquam quantitatem quæ pars accipitur in mathematicis, quæ dicuntur quædam esse nature & esse substantialis principia : sed hic modus prætermittatur à nobis : quia nos quærimus partes essentielles esse rei constituentes, quod indicat diffinitio : & multoties iam ostendimus, quod mathematica non sunt talis esse principia : sunt autem partes ex quibus substantia vnus cuiusque compositæ rei est, sicut ex partibus, & de illis est persequendum. Si igitur secundum ea quæ præmissa sunt, quoddam in re est sicut materia in qua vel ex qua est res ipsa, aliud autem in esse rei est sicut species & formalitatem autem est sicut compositum ex his, tunc sicut in præmissis diximus, etiam substantia est istis tribus modis. Est enim instantia materia à substantiando & fundando dicta, nec sit materia in qua, sicut ex qua est res : sed hæc substantia non facit esse

sem id quod est : secundum enim quod esse rei quæ est ab essentia, est hæc substantia, nisi penitus est de esse rei : sed ipsa est in qua est esse eius quod est : & hoc modo dicta substantia non est, quod sit aliquid de esse rei, sed quia substantia ipsi esse : & ex hoc patet ipsam non accipere nomen substantiæ nisi per aliquam analogiam ad formam quæ verè substantia est : & est ipse modus analogiæ, quia substantia esse formalis. Est etiam substantia & verè substantia species : & hoc sicut superius dictum diximus. Est etiam duplex, primum videlicet signatum, quod est forma à qua nomen imponitur, & est simplex, quæ cum materia constituit compositum : & quia pars est, non est de toto prædicabilis. Est etiam species compositum ex potentia quæ est genus, & actu qui est differentia constitutus, quæ est natura & species, cui per se & primo attribuitur diffinitio secundum quod absoluta & separata intelligitur & est à suis suppositis particularibus : & hoc quia totum est & non pars, prædicatur de suppositis, quando intelligitur ut multiplicabilis per supposita : sic enim est in multis & de multis. Et hæc omnia constant ex superius determinatis, & partes illius sunt partes ex quibus est rei esse secundum quod quælibet res est id quod est, & non secundum quod ipsa res hoc demonstratum est vel illud : & huius quidem materia nulla est penitus pars, licet ipsa sit fundamentum in quo fundatur secundum quod in hoc est vel in illo per demonstrationem designato. Est etiam substantia quod est ex his, materia videlicet & forma, sicut hoc aliquid in substantia per verum demonstrantem designatum. Patet igitur, quod aliquando materia pars alicuius essentialis esse dicitur, & aliquando non : est enim pars eius, quod ipso suo nomine designat materiam. Hæc enim non habet esse nisi materiale, sicut in genere substantiæ Callias & Socrates, qui dicunt id quod est ex his carnibus & his ossibus : & in genere accidentium simus, quod dicit concavum in hac materia quæ est nasus, & gibbus, quod dicit convexum huius materie quæ est dorsum : & multa alia sunt talia. Non autem materia designata est pars illorum quæ nomine dicunt designatam materiam : & hæc sunt quæ nomine suo quantum ad secundarium nominis signatum quod est id cui ipsum nomen imponitur, non dicunt nisi id compositum in quo est speciei ratio : quia hoc est vnus actus, & duo, vel plura potentia, sicut in præmissis diximus. Et ideo illud verè diffinitur : & hoc in genere substantiæ est sicut homo & animal & huiusmodi : & in genere accidentis est sicut concavum, vel convexum : hæc enim licet non sint secundum esse nisi in materia, tamen nominibus suis non designant nisi materiam intellectualem. Designatio autem materie intellectualis, sicut in tertio huius sapientia libro supra diximus, est per formam generis : eod quod natura generis non dicit aliquid in actu existens, sed in potentia solum : & quia tale quoddam genus respectu figuræ est superficies & generaliter quantitas, ideo quidam dicunt quantitatem esse intellectualem materiam : & hoc quidem verum est. Sed dictum ipsum non est sufficiens : quia secundum ea quæ hic dicta sunt, designatio

designatio intellectualis materie aliquando est designatio materie sensibilis, sicut animal designat intellectualem materiam. Aliquando autem est designatio materie imaginabilis, sicut concavum, vel convexum, vel rotundum, vel trigonum, designat materiam : unde concavi secundum esse concavi non est pars caro, sed illa ex quibus est formaliter concavitas. Caro autem vel aliud tale subiectum est materia in qua sit, quæ nulla est pars esse concavi secundum quod est concavum. Similitatis verò secundum ea quæ dicta sunt pars aliqua est materia : quia cum eiusdem sit diffinitio cuius est nomen, & nomen dicat esse ex hac designata materia quæ est nasus, oportet quod diffinitionis pars sit nasus. Hoc etiam modo in artificialibus totius quidem status designatæ pars est res quod est materia : status verò absolute acceptæ pars non est res : quia status accidit esse in hoc ære, & non accidit ei hoc secundum esse status, sed potius secundum quod est hæc status designata : quia sic principium eius individuationis est res. Hoc igitur modo specie qualiter absolute accepta ipsa differentia constituitur sunt species in quantum speciem habet vnus quodque entium : & illa sunt diffinitiva ipsius & prædicata de ipso prout sunt actus eius : quia sic sunt termini determinantes genera, & sic dicunt esse totum, & potius dicunt esse quam ens, & genus hoc modo determinatum differentis dicit esse & non ens, & prædicatur de toto : sed materiale principium non est dicendum aliqua prædicatione secundum se, sed potius denominatiue, sicut æreum, & carneum, ut patet ex supra dictis. Hæc igitur causa est, quod circuli ratio diffinitiva non habet eam rationem in se quæ est partium, quæ partes sunt igitur portiones : sed ratio diffinitiva syllabæ secundum quod est vox composita ex duobus vocibus, sonante videlicet & consonante, habet in se rationem elementarum litterarum vocis : consonans enim accipitur ut potentia, & terminatur ad vocalem sicut ad actum eius, sicut patet in hoc sono huius syllabæ, da, in qua d. non sonat nisi elemento determinato & in actu facto per a. nec a. sonat nisi ut actus d. & utraque littera hoc modo dicunt totum esse syllabam, sed differenter : quia d. dicit ut potentia terminata in sonando, & a. dicit ut actus terminans, cum tamen d. & a. litteræ sint diuersæ. Sic igitur elementa sunt partes rationis diffinitivæ syllabæ quasi species & formæ quædam, & non ut materia : incisiones verò huius circuli demonstrati sic sunt partes quasi materie huius integri, quod est hæc rotunda quantitas, sine rotundum quantum, & sunt partes in quibus sit ipse formalis circulus : & sunt partes in quibus sit ipse formalis circulus : & sunt partes propinquiores formæ quam materie sensibilis, quæ est res quando in ære sit rotunditas circuli : sed tamen sunt in materia imaginabilis : quia licet quantitas per rationem diffinitivam abstrahatur à materie sensibili, tamen est dispositio sine mensura materie. Et ideo distinguunt quidam inter materiam quæ verè est materia, & materiam quæ est ut materia : & materia quidem quæ verè est materia, est quæ est subiectum omnium & fundamentum formatum. Id autem quod est ut materia, est quantitas, cuius men-

suram sequuntur formæ corporales, quæ sunt in maiori subiecto maiores & minori minores, sicut qualitates sunt quæ dicuntur passionem vel passibiles qualitates : vtriusque autem partes dicuntur partes secundum materiam, & non referuntur ad diffinitionem, sed referuntur ad totum integrum quod constituitur : & partibus quidem quantitatis similes sunt partes totius potestatis, totum ipsum est sicut totum integrum potestate suarum partium perfectum : & ideo etiam partes illius totius quodammodo sunt partes secundum materiam.

CAPVT III.

De solutione instantia quæ datur circa solutionem inductam.

**V**identur tamen quædam eorum quæ dicta sunt, habere instantiam : contingit enim sic considerare syllabam, quod neque elementa omnia sunt in ratione diffinitiva syllabæ, ut si consideretur syllaba scripta in cera vel charta, vel audibilis quæ in ære sonat : sic enim syllaba audibilis in ære sonans, est motus compositus ex duobus moribus, naturali videlicet, & artificiali, quorum quidem naturalis est æmora stratiæ : animalis siue spiritualis est alteratio auditus ipsa forma simplici sine ære : & hoc modo etiam syllaba scripta est integrum compositum ex figuris distinctis, quarum nulla est ut potentia vel actus ad alteram : & ideo omnes partes syllabæ his duobus modis acceptæ sunt partes secundum materiam : & ideo hoc modo non ingrediuntur syllabæ diffinitionem, sed superius dicto modo syllaba est discreta quantitas, & mensuratur producto & correpto : & hoc modo litteræ sunt de ratione ipsius. Hoc autem modo quo hic loquimur de syllaba, syllaba est qualitas quædam mori æris : & ideo iam ut sic considerata syllaba est elementum quædam pars eius sicut materia. Huius autem figuram est, quod linea accepta ut quantitas quædam integra, corrumpitur & resolvitur in individua : ex quibus etiam prout tale totum est, componitur, sicut homo corrumpitur siue resolvitur in carnes, & ossa, & nervos, ex quibus materialiter componitur. Et ideo etiam talia tota integra sunt ex his materialibus partibus, secundum quod sic utimur partibus substantiæ materialis : sunt autem ex his quasi ex materia & quasi ex partibus integri quod integratur ex ipsis. Speciei verò quæ non est ex talibus, & illius nature cuius est ratio diffinitiva per se, non est aliqua talis pars secundum materiam dictam quia quidditas ipsa tota est ante hoc, cum materia & integrum non sint in esse nisi ab ipsa quidditate : & quia quidditas est ante hæc omnia, ideo etiam partes quidditatis quæ sunt genus & differentia, sunt ante omnia ista : & ideo in rationibus nominum nominantium suum totum essentialiter non integrum, non sunt talium partium rationes. Talium igitur partium ratio incipit quibusdam, quæ videlicet sunt integra suis materialibus partibus constituta : quibusdam autem non incipit, quia sunt tota essentialiter.

Nota quid sit materia intelligibilis. Vnde Averroem etiam hic committit. Et ab isto Dicitur in fine cap. 5.

essentialia constituta principiis esse, quæ sunt  
genus & differentia: unde in nullis talibus ac-  
cipitur materia, vel materia pars, quæ dicant  
formam secundum id quod secundario signifi-  
cat nomen, nisi sit nomen nominans formam  
conceptam cum materia ipso nomine designa-  
tam: & hæc sunt nomina quorundam acciden-  
tium, sicut est simum, & gibbus, claudus, &  
huius: propter hoc enim quædam diffinibilia  
sunt ex his in quæ corrumpuntur per resolutio-  
nem, quædam autem non. Quæcunque igitur sunt  
sicut concepta species in materia ut simum &  
æneus circulus, hæc quidem in eadem ex qui-  
bus sunt, quorum alterum est materia, per re-  
solutionem corrumpuntur: & cum unumquod-  
que ex eisdem sit secundum suum proprium esse  
ex quibus componitur, pars illorum est materia:  
illa verò quæ nominant talia quæ si resoluun-  
tur, non corrumpuntur, vel resoluuntur in ma-  
teriam, sed sunt sine materia designata dantia  
sibi esse actu, sicut sunt rationes quæ solum  
sunt species non conceptæ cum materia desi-  
gnata, illa in materiam non corrumpuntur re-  
soluta in sua principia, aut omnino ad mate-  
rialia non resoluuntur, sicut separata substan-  
tiæ: aut si resoluuntur, non ita resoluuntur, si-  
cut ista quorum principium constituens est  
materia: hæc enim non resoluuntur ad mate-  
riam nisi per accidens, hoc est per esse quod ha-  
bent in materia: & non resoluuntur ad mate-  
riam sicut ad principium quod constituit esse  
ipsorum propter quod materialia & quantita-  
tiva sunt quædam principia, & partes illorum  
quæ sunt sub eis. Species verò non conceptæ  
cum materia nec sunt principia, neque partes:  
& sic resolvitur lutea statura, eo quod cum luto  
concepta est, in lutum: & sphaera ænea corrup-  
pitur in æs, siue resolvitur: & Callias resolu-  
itur in carnem, & ossa, sicut in materiam sensi-  
bilem designatam. Amplius autem circulus re-  
solvitur in incisiones sicut in partes ut materia:  
propter enim circulus nominat quantum inte-  
gram rotundum, circulus est aliquid quod si-  
mul concipitur cum huiusmodi materia: propter  
autem circulus non dicitur nisi esse circulationis,  
sic habet alia principia constituenta, & sic non  
resolvitur ad incisiones, sed ad figuram planam  
vna linea contentam ut ad genus, & ad id quod  
in medio, cuius est punctus quod centrum vo-  
catur, à quo omnes lineæ ad circumferentiam  
ductæ, sunt æquales sicut ad differentiam.

Ex his autem quæ dicta sunt, patet quod  
nomen propriè est illius naturæ formalis cui per  
se attribuitur diffinitio, & individuo designato  
quod per materiam individuum est, attribuitur  
per accidens: & sic æquivoce dicitur circulus  
ille, qui simpliciter & per se circulus est, & illi  
qui sunt singuli siue singulares in materia desi-  
gnati circuli, eo quod nomen speciei non est  
proprium & per se & secundum ipsum singulo-  
rum siue singularium circulorum: licet enim ra-  
tio logicè quidem prædicetur secundum esse de  
individuis. Et si physicè consideretur esse qui-  
dem primum sit individuum, & poste-  
rius sit eorum quæ sunt in ipsis, tamen con-  
sideratione primi Philosophi primò & per se con-  
uenit illi quod per se est substantia & primò: &  
hæc est natura formalis & quidditas, & æqui-

uoce illis convenit quorum non per se est ip-  
sum nomen, sed per accidens, sicut diximus: lo-  
gicus enim considerat rationem, physicus au-  
tem esse mobilis, & primus Philosophus id  
quod est per se substantia faciens esse id quod  
est.

## CAPVT IV.

De manifestatione & declaratione so-  
lutionis inducta.

Quamuis autem secundum veritatem per  
prædicta sit soluta questio secunda, ta-  
men solutio hæc non satis clarè soluit questio-  
nem primam: & ideo de eisdem de quibus di-  
ximus, amplius adhuc dicemus manifestius, ea  
quæ dicta sunt repetentes. Constat autem,  
quod in ratione intunt illæ partes quæ sunt ip-  
sius rationis & quidditatis partes, secundum  
quod est ratio & quidditas: ab illis enim parti-  
bus sicut à principiis dependet esse diffinitivum: &  
ea in quæ sicut in partes & ipsius esse principia  
diuiditur ratio diffinitiva, ea sunt ipso quid est  
& diffinitione priora secundum notitiam, aut  
omnia, aut quædam. Dico autem omnia, sicut  
in his quæ nullo modo sunt in materia sensi-  
bili, nec concepta sunt ipso nomine cum ea, si-  
cut diuina. Quædam autem dico, sicut in his  
quæ concepta sunt cum materia. In his enim  
non omnia sunt formalia, sed quædam oportet  
designari materialiter. Hoc autem in sequenti-  
bus istius tractatus erit manifestum. Ea autem  
in quæ non diuiditur quidditas, nec quidditati  
attributa diffinitiva ratio sicut in principia ip-  
sius esse, secundum se sunt materialia, quæ non  
recipiuntur in ratione diffinitiva, licet secun-  
dum esse sint in tali materia: recti verò ratio  
diffinitiva non diuiditur in acuti rationem si-  
cut in principium constitutus angulum rectum  
secundum hoc ipsum quod rectus est, sicut pa-  
ter per ante dicta: sed potius ratio quæ est acuti  
anguli, diuiditur & resolvitur in rationem recti:  
qui enim diffinit acutum, in diffinitione videtur  
recto sicut principio constituyente: acutus est  
enim acutus qui minor est recto. Similiter au-  
tem adinvicem se habent circulus & emiciculus  
siue semicirculus: emiciculus enim diffinitur  
per circulum. Et similiter se habent adinvicem  
digitus & homo: & ideo digitus diffinitur per  
suum totum quod est homo: est enim digitus  
pars hominis talis, hoc est contempta carne  
& osse ad opus & tactus subtilem discretionem.  
Talia autem sunt quæcunque sunt pars ut ma-  
teria; & in quæ diuiditur quantitativum inte-  
gram sicut in materiam ex quibus partibus est  
compositum. Quæcunque verò sunt partes ut  
rationis diffinitivæ principia & substantiæ quæ  
est quidditas, sunt secundum rationem & ma-  
teriam priora, sicut principia sunt priora prin-  
cipiato, aut omnia, aut quædam, sicut supra  
disimus.

Hoc autem ut clarum fiat, consideremus in  
ipsa animalium anima: animalium enim est  
anima secundum vitam manifestam: anima enim  
est substantia animati à quâ est ipsa substantia  
animati



animati à qua est ipsa animalis quidditas : est enim anima secundum rationem substantia & species & quid erat esse talis corporis, quod est physicum potentiam vitæ habens, sicut in secundo de anima diximus: considerata enim anima hominis secundum quod ipsa est cum corpore constituens hominem, sic est forma: considerata autem secundum quod ipsa est principium vitæ sensivæ ad rationem sicut ad actum ultimum terminati & perfecti, est ipsa anima quidditas: considerata autem in principiis essentialibus ipsum esse animæ declarantibus, est ipsa definitio & ratio hominis aliquo modo: quia sic attribuitur ei explicans esse definitio. Et quia anima per hæc talis est secundum essentialiam quod est principium huius vitæ i. tali, vel in tali corpore, ideo sicut tota anima se habet ad totum corpus, sic partes se habent ad partes corporis: & sicut totum integrum compositione membrorum corpus non diffinitur bene nisi per animam quæ est actus eius, & nihil tamen est de esse ipsius animæ: ita quælibet pars non bene diffinitur sine particulari virtute ipsius quæ est pars animæ, nihil existens de esse ipsius actus. Unde pupilla nihil existens de quidditate visivæ virtutis non potest diffiniri, nisi visiva virtute. Et quod nihil sit de visiva virtute, ostenditur per hoc quod si senior accipiat oculum iuvenis, videbit utique sicut iuvenis: quod non esset verum si pupilla esset de quidditate visus: animal enim cuius actus est anima, nec in toto, nec in partibus materiæ existit sine sensu. Partes igitur animalis secundum quod est animal, priores sunt ipso animali: aut omnino & universaliter, si animal secundum se accipiarur: aut quædam eius partes priores sunt ipso, si accipiarur anima non in simplici animalis natura, sed participans ipsam naturam simplicem animalis: hoc enim habet corpus & habet quædam partes materiales, quæ non sunt priores ipso, sed posteriores: & ideo diffiniuntur per ipsum totum: sicut est digitus, & oculus, & huiusmodi. Sicut autem dicimus de animali, sic & similiter est unumquodque aliud totum quod diffinitur: corpus enim & partes corporis sunt materialia & posteriora tali substantiæ totius, & totum animal dividitur in ea sicut in materiam: & quod dividitur in hoc, non est quidem substantia quæ est quidditas, sed est ipsum integrum quod est compositum ex anima corpore, participans illam substantiam quæ est quidditas. Quia autem quælibet pars suo toto prior est, quod constituit ipsum, ideo etiam tales materię partes sunt in egresso toto quantitativo priores: sed non sunt priores quidditate: quia non sunt partes eius. Sunt igitur quodammodo ante animal, & alio modo non sunt ante ipsum: partes enim tales, sicut dicimus, nullo modo habent esse separatæ à toto & ab actu totius. Digitus enim animalis non est digitus, aliter quocunque modo contingat esse figuratum digitum, nisi sit animalis digitus, nisi quis dicat, quod sit digitus æquivoce, sicut lapideus, vel pictus: & ideo diffinitur per actum animalis: sicut enim partes sunt limargice incisiones circuli, licet non determinent sibi materiam sensibilem specialem. Quamvis autem quædam partes materiæ sunt quæ postea ponunt totum, &

destruata destruunt ipsam integrum, quæ vocantur principales, & ideo videntur non posteriores esse toto, sed simul, & quæ sunt propriæ partes in quibus primo est ratio substantia quæ est actus secundum quod participatur à materia. Ut si gratia exempli, dicamus, quod hoc est cor, aut sicut quidam dicunt, quod hoc est cerebrum, nihil refert, vel differat quantum ad propositam intentionem: quia non loquimur hic de prioritate temporis, sed de illa quæ est secundum rationem & naturam, secundum quam diffinitio prius est diffinitione & diffinitio. Sic igitur clare patet, quod partes rationis sunt ea in quæ resolvitur ratio, & illæ sunt ratione priores, & partes materiæ sunt, in quæ resolvitur integrum quod ratione participat: & illa sunt integro quidem priores, sed quidditate posteriores. Et hoc modo declarata est inducta solutio.

CAPVT V.

*Quod diffinitio non est nisi universalis & non particularis nisi per posterius & æquivoce.*

EX his autem quæ dicta sunt, perpendi potest, quod illius quod est universale & quid absolutum, est diffinitio, particularis autem per se, nec nomen est, nec diffinitio, nisi æquivoce & secundario: homo enim & equus prout in particularibus considerantur sive singularibus, & non in ipsa natura absolute universaliter loquendo de omnibus similibus, non est substantia per se & primo quæ est quid vel quidditas importata per nomen cuius est diffinitio, sed est totum quoddam quantitativum & integrum in materia desinarum, & ex materia in actu existente perfectum. Diximus enim, quod partes huius materiæ non sine actu suo sunt partes. Est igitur tale totum ex hac materia & hac forma, & sic participata ratione & universaliter in omnibus loquendo. Singula vero particularia sub qualibet communi natura ut supposita accepta sunt ex ultima per sensibilem demonstrationem designata & in actu existente materia, ut Socrates, & de aliis singularibus omnibus est similiter. Igitur secundum prædicta est pars quædam quæ est pars speciei, ita quod dicamus speciem ipsum quid erat esse sive quidditatem: pars etiam quædam est integri ex specie & materia compositi: sed illæ quæ sunt rationis partes, sunt partes speciei solum: & ipsa ratio est universalis, hoc est, eius quod est universale, licet non sit eius ratio secundum quod est universale, sed secundum quod est esse universale, ita quod de essentialibus nihil est extra ipsum: esse enim rerum pendet à principiis substantiæ quæ est quidditas: sic enim circulum esse secundum quod circulus, & ipse circulus secundum quod circulus, sunt in hoc idem quod ad idem, hoc est, ad idem esse & eadem ipsius esse principia referuntur: & hoc eodem modo omnia supra dicto modo considerata in animæ esse per quidditatem sunt idem, hoc est, ad idem relata: integri vero ut est hic circulus & singularium aliorum alicuius, sive sit sensibile unguale quod

de ani  
ma. ex  
e. m. 5.  
Nota qua  
lit. ani  
ma. habet  
duerfimo  
di. consid.  
rati. rati.  
nem formæ  
quiddita  
tu. & dif  
finitionu.

Primo de  
anima.  
l. 1. c. 6.

Individua  
mark. ma  
tia in el  
le. To. a  
materia  
d. figuræ  
funt.

lecti illi materia individuatam est, sine sit in-  
tellectuale quod intellectuali materia indivi-  
duatam est. sicut sunt singula in mathematica,  
illus non est nomen, neque ratio; quia in tali-  
bus hic circulus non est idem quod huius circuli  
esse, nec hic homo est idem quod huius  
hominis esse: quia hic homo est ab individua-  
tione materiae huius: & alio hoc non est esse  
ipsum, sed potius a ratione & quidditate homi-  
nis sic participata per esse quod accidit ei in  
hac materia, sicut cuiuslibet parte potest ex præ-  
dictis, vel diximus, quod in talibus pars non  
bene diffinitur sine suo actu sic participato. In-  
tellectuala vero singula dico ut singula  
mathematica: sensibilia autem dico ut ærea, vel  
per aliam materiam mobilem individuatam, sicut  
ligna, & lutea, & similia: & horum non est  
diffinitio primò, nisi æquivoce & secundariò:  
unde ista non sciuntur per suas veras diffinitio-  
nes, sed potius cognoscuntur intellectualia cum  
intelligentia materiae imaginabilis, & sensibilia  
cognoscuntur cum sensibili materia per sensum,  
& abeuntia à sensibili vel imaginabili perfectio-  
ne materiae & à presentia sensus, non palam est  
verum aliquando alicubi sunt, aut non sunt:  
quia singulare extra sensum positum est incer-  
tum: univiale autem est utique & semper: &  
locus eius est intellectus. Alia autem quæ sunt  
particularia, semper denominantur & sciuntur  
univiale nomine & ratione quæ per posterius  
& per accidens convenit eis: & huius causa est:  
quia materia quidem si secundum seipsum acci-  
piatur, ignota est, nec est etiam principium  
cognoscendi aliquid, nec noscitur & scitur nisi  
per analogiam ad formam, sicut superius dixi-  
mus. Et ideo etiam materiae partes non sunt  
principia cognitionis secundum rationem. Ma-  
teria duplex est, sensibilis quidem, & intelle-  
ctualis. Sensibilis quidem est, quæ sensibili-  
um quidem qualitatibus actibus & passibus distin-  
guitur, ut æs, & lignum, & quælibet materia  
mobilis in qua sunt principia motus ad for-  
mam. Intellectualis vero est, quæ per rationem  
intellectualem abstracta est à motu & materia:  
secundum esse autem est in sensibilibus, non in  
quantum sensibilia sunt, sed in quantum quan-  
titate discretam vel continuam habentia, sicut  
sunt mathematica: & hæc etiam partes habent,  
quæ nihil sunt quidditatis speciei quæ est cir-  
culus & triangulus & huiusmodi. Sic igitur à  
nobis dictum est quomodo se habet de toto &  
parte. De toto, inquam, essentiali, & de toto in-  
tegro, & de parte integrali & essentiali, & de  
proportione partis & totius.

Materia  
secundum  
seipsum  
ignota est,  
nec ut sic  
est proprie  
cognoscen-  
di aliquid.  
Vide  
Dictionem  
in 2. phys.  
super text.  
27 & 28.  
huc sub-  
iectum de-  
clarantem.  
Ponitur  
etiam quid  
sensibile  
materia  
quæ in-  
tellectibus  
dicitur.

CAPVT VI.

De modo respondendi questionibus factis à principio.

Declarata autem sic ipsa veritate, oportet  
etiam interrogationi sine questionibus & ob-  
iectioni obviare, quando aliquis interrogat,  
utrum rectus angulus & circulus & animal &  
alia huiusmodi sint priora quæ sunt tota quæ-

dam, aut partes sunt prioris his in quas di-  
viduntur ex quibus sunt. Et quia hæc interroga-  
tio potentia plures est, eò quod totum & pars  
non vno modo dicuntur, ideo non simpliciter  
& vna re ponitio reponendum. Si enim, si-  
cut in præhabitis diximus, anima est animal, &  
ipsum animatum est etiam animal, & singulum  
est animal, aut singula sunt animalia, animal  
ipsum in omnibus his modis diversimodè acci-  
pitur: cum enim dicimus animam esse animal, tunc  
animal est vivum sensitivum & rationale  
sicut ad actum terminatum: hoc enim modo  
anima est animal, quod est univiale secundum  
se absolute acceptum. Cum autem dicimus ani-  
matum esse animal, tunc ipsum est quod est ani-  
mal à substantia corporea materiali participatum.  
Hoc autem accipitur prout secundum esse  
actu est in vno, & sic singulum est animal: aut  
prout actu est in vno potens esse in aliis, & sic  
est in singulis: & hoc modo singula sunt ani-  
malia. Similiter autem dicendum est quando  
queritur de circulo, & de hoc quod est circu-  
lum esse in eo quod est circulus. Et similiter est  
si queritur quid est rectus & rectum esse, & quæ  
sit substantia recti quæ est quidditas, & quid sit  
ipsum quid cui quidditas attribuitur, & cuius  
sit secundum participationem in quo habet esse:  
& huius quidem cuius est, dicendum est rectum  
& circulum posterius esse, & rationem ipso-  
rum esse ipsorum prius quæ sunt in ratione diffini-  
tiva: & est esse alicuius particula re recti sicut  
eius qui est cum materia æneus rectus, & eius  
quæ est in lineis quæ sunt intellectualis mate-  
ria, quando accipiuntur lineæ singulæ siue sin-  
gulares. Rectus autem & circulus qui est sine  
materia formalis re. ius & circulus est quid po-  
sterior eis partibus formalibus & essentialibus,  
quæ sunt in ratione sua diffinitiva: prior autem  
est eis partibus quæ inveniunt singulis siue sin-  
gularibus: simpliciter igitur non est responden-  
dum, si verè sit ratio diversa quæ non sit omni-  
nò animal, sicut dixerunt qui separata posue-  
runt. Vno quidem modo igitur hæc sunt dicen-  
da priora toto: alio autem modo dicendum est,  
quod non sunt priora, sed tota priora sunt ipsis.  
Sic igitur patet solutio duarum questionum  
quæ à principio de partibus factæ sunt.

CAPVT VII.

De inquisitione distinctionis partium formalium & speciei à partibus materialibus & materia.

Dividatur autem merito, quæ sunt species  
siue formales & qualitatium partes, & quæ  
non, sed conceptæ cum materia, cuius sunt par-  
tes materiales dicentes ipso nomine actum cum  
materia conceptum: eò quod sicut in præha-  
bitis dictum, pars nulla bene determinatur sine  
suo actu quæ de numero partium materialium  
& physicarum est. Oportet autem hanc hic in-  
ducere dubitationem: quia nisi prius manifesta  
fiat huius partium distinctio, non potest diffi-  
niri singulum eorum quæ diffinitiva sunt: ha-  
bitum enim est in præcedentibus, quod diffini-  
tio

Tex. c. 37.

CAPVT VIII.

De solutione inductæ questionis secundum dicta Stoicorum, Pythagoricorum, & Platonicorum.

Ad hanc autem de distinctione partium  
questionem diuè si solvantur diversimodè,  
& debemus omnium enumerare opiniones; ut  
liquidius in hac tam utili questione appareat  
lucide veritas: quia enim videtur quidem con-  
tingere partes speciei separari à partibus mate-  
riae in physicis, sed non est manifestum qualiter  
hoc fiat, ideo aliquando dubitauerunt quidam  
etiam circa ipsa mathematica, quæ secundum  
esse sunt in physicis, utrumne haberent partes  
secundum formam dictas ex quibus diffinien-  
tur. De circulo enim & trigono & aliis dubita-  
uerunt si figuris, quæ vna vel pluribus terminan-  
tur lineis, & consentirent in hoc, quod non est  
competens figurarum diffinitio per lineas data  
terminantes & per continuum: continuum  
enim & lineas & huiusmodi omnia dicuntur si-  
militer habere se ad speciem figurarum, sicut se  
habent canes & ossa ad hominem, quæ sunt  
materie ex quibus quidditas speciei non constat,  
neque diffinitur: lineæ enim & continuum in  
ratione materiae referuntur ad ista, sicut res &  
lapis sunt materiae circuli, sicut illi dicunt: dif-  
finitionum igitur partes formales secundum  
istos omnes referuntur ad numeros, quos di-  
cunt esse principia physicorum: & rationem li-  
neæ dicunt esse eam rationem quæ est duorum.  
Horum autem rationem quare sic dicunt, ostendimus  
in præmissis huius sapientia. Hi autem  
sunt de schola Pythagoræ.

Eorum autem qui ideas dicunt esse ante ma-  
thematica, duæ sunt opiniones. Quidam enim  
numerum esse, separatam autem ab eo cuius est  
numerus: eò quod in separabilis est, sicut supra  
in quinto libro ostendimus: & isti dicunt ipsam  
lineam esse dualitatem quæ est idem ipsi lineæ:  
eò quod indivisio est causa unitatis: & in linea  
sunt duo indivisa quæ sunt duæ unitates, &  
duæ unitates sunt binarius vel dualitas: & isti  
dicunt hanc dualitatem esse formalem lineæ  
quidditatem ex qua diffinitur. Alii autem sepa-  
rant dualitatem à linea, & dicunt dualitatem  
esse speciem lineæ, separatam quidem secun-  
dum esse, sed participatam à linea, sicut & alia  
separata participantur ab his quorum sunt. Hi  
enim dicunt, quod quædam sunt secundum  
speciem eadem sibiipsis, sicut ipsæ species: &  
hoc non dicuntur secundum aliam speciem:  
quia si semper esset speciei species, abiret hoc  
in infinitum: & talem dicunt esse dualitatem &  
speciem dualitatis: quia ex quo numeri species  
sunt, & dualitas est principium pluralitatis,  
oportet quod dualitas sit prima species specie-  
rum: & sic dualitatis non potest esse alia species.  
Dualitas igitur non dicitur dualitas secundum  
aliam speciem à seipso. In linea autem non sic  
esse dicunt: quia linea dicitur & est linea &  
duo per speciem dualitatis formalis quæ est an-  
te ipsam. Isti igitur tales in numeris ponunt esse

Tex. c. 38.

rio primò & per se est univiale illius quod se-  
cundum est nominis quod diffinitur signifi-  
catum, quod quidem univiale dicitur, eò quod  
est univiale quoddam, quod in se omnia con-  
tinet quæ sunt ipsius esse principia: & hoc est  
species, quæ totum est esse, eò quod quicquid  
post ipsam est, de individuantibus est: sicutur  
non sit manifestum quæ partium est quasi ma-  
teria, & quæ non est quasi materia, tunc neque  
ratio diffinitiva quæ rei diffinita est, non erit  
manifesta: quia speciei nulla pars potest esse  
materia. Ad distinguendum autem huiusmodi  
partes formales à materialibus, in quibusdam  
est facile, & in quibusdam est difficile. Qua-  
cunque enim statim ipso nomine & ratione no-  
minis apparent non intrinseca materiae sensibili,  
sed superuentientia ei, eò quod sunt ante in ma-  
teria quam ipsa sensibilitas, & secundum unam  
& eandem rationem sunt in diversa specie sen-  
sibilis materiae, sicut circulus secundum unam  
& eandem rationem est in ære & lapide & li-  
gno & celo, illa quidem manifesta esse viden-  
tur: quia nullus horum pars esse secundum  
nominis illius quidditatem est materia. Et ideo  
pars quidditatis circuli non est materia sensibi-  
lis quæ est æs, vel lignum, vel calum, vel lapis:  
eò quod circuli quidditas separata est ab omni-  
bus istis ex quo in diversis secundum unam &  
eandem rationem est. Nihil autem prohibet  
idem esse similiter etiam in his quæ videntur  
secundum rationem esse separata à materia sen-  
sibili, sicut sunt physica tantum in illo esse ac-  
cepta quod causalur ab ipsis principiis substan-  
tiæ quæ verè substantia est, quæ est forma dans  
esse, & quidditatem: & huiusmodi simile est si-  
cut si circuli omnes ponerentur esse æneus: hoc  
enim posito adhuc non sequeretur, quod æs  
esset aliquid quidditatis circuli vel speciei ip-  
sius. Sed in talibus quæ concepta sunt cum ma-  
teria, speciem ipsam mente siue intellectu au-  
ferre & separare à materia est difficile: hominis  
enim species semper apparet in carnibus & ossi-  
bus & talibus materiae partibus. Est enim im-  
possibile intelligere hominem sine materia ho-  
minis designatione, & similiter est de omnibus  
speciebus physicis. Oportet igitur querere utrum  
huius materiales partes sint partes speciei & ra-  
tionis, aut non sunt partes eius, sed tantum-  
modo sunt materia quæ non recipitur in speciei  
diffinitione: sed tamen quia talia physica non  
sunt in diversis specie materis, ideo ea non  
omnino possumus separare. In his ergo valde  
necessarium est distinguere inter partes formæ &  
materiae: quia in talibus maxime incidit error,  
in quibus difficillimum est distinguere. Hac  
enim de causa Epicurus inter principia esse non  
posuit, nisi materiam, auferens omnino for-  
mam: quia vidit physicorum species sine  
designatione materiae non posse in-  
telligi: res enim ex eisdem est  
ex quibus intelligitur,  
sicut sepe di-  
ximus.



rerum quidditates, & quidditatum partes. Omnibus autem illis accidit vnam inconueniens: & hoc est vnum multorum esse speciem, quorum tamen multorum species expressæ & ad oculi demonstrationem diuersa esse videtur: quia vnus est numerus quo numeramus diuersa, velsi gratia, canes, & homines & ligna. Et hoc idem accidit Pythagoricis: quia secundum dicta eorum contingit vnam omnium speciem facere: & cum res non habeat simul diuersas species specialissimas, sequitur alias formas quæ sunt in rebus non esse species nisi numeros, & taliter sequitur omnia esse vnum specie: quia omnium est vnus & idem formalis numerus, quo omnia numerantur, sicut per se patet omnibus.

## CAPVT IX.

*De vera solutione præinductæ  
questionis.*

**Tex. c. 39.** EX omnibus autem inductis manifestum est, quod ea quæ sunt circa diffinitiones, habent quandam dubitationem in qua soluenda diuersimodè sentiunt antiqui: & dictum est etiam propter quam causam huiusmodi habent dubitationem. Quod omnia igitur sic reducantur ad formas, quod omnino auferatur materia, est superfluum: quia sicut diximus, quædam, sicut physica, sunt hoc in hoc: quia dicunt quid in materia sensibili: aut similiter se habent, ac si sint in materia sensibili: quia etsi non nominent materiam designatam, tamen oportet, quod in diffinitionibus eorum fiat materiae propria designatio: & hoc quidem est verum. Vnde dicendum, quod conceptum cum materia dupliciter

*Conceptum  
cum materia  
est dupliciter.*

est conceptum cum illa. Vno quidem modo conceptum cum materia dicitur, in cuius ratione est materia designata & determinata: & hoc quidem est in accidentibus, sicut sunt, & in subiectis, sicut Socrates. Alio autem modo dicitur cum materia conceptum, in cuius ratione non inest quidem materia, sed materiae designatio ad actum terminatum: & hoc modo genus proprium physicum dicitur materiae designationem, sicut diximus in tertio libro huius sapientia: & hoc modo esse physicum conceptum est cum materia. Et si dicatur, quod etiam mathematica diffiniuntur per genus, dicendo quod illud genus non dicit nisi materiam & designationem materiae intellectualis & non sensibilis: posset etiam dici secundum superius dicta, quod est in physicis materia intellectualis quæ est genus, & cum hac concepta sunt omnia physica: & est materia physica quæ est sensibilis, & cum hac non omnia physica sunt concepta. Si autem aliquis dicat, quod est materia in potentia, & materia in actu, & materia in potentia est ea quæ est adæquata speciei, & designatur per genus: & cum hac concepta sunt omnia physica. Materia autem actu est, quæ accidentibus & formis substantialibus, secundum actum demonstrata est, & hæc est indiuiduum: & hæc omnia ad vnum & idem reuertuntur.

Hoc autem determinandè queramus, an sit

vera parabola siue fabula, quod Socrates minor *Plat. ap-  
pellatur  
Socrates  
minor.* sensu, non ætate, eò quod non ab ætate defectio est, sed à sensu, de animali consuevit dicere propter cerebri defectum, tene se habet: constat enim, quod non bene habet se quod de per se animali & de per se homine dicit stultitia Platonis: educit enim hominis intellectum & abducit de veritate ad errores, & facit suscipere opinionem de separatis, quasi sit contingens hominem esse sine partibus materialibus, sicut sine ære contingit esse circulum per intellectum, cum hoc non sit simile penitus, eò quod animal omne est forsan aliquod sensibile, & sine designatione materiae non contingit intelligere animal, & sine designatione mobilis materiae non potest diffiniri, & huiusmodi designationem materiae importat genus speciei physicae: igitur etiam animal diffiniri non potest sine designatione partium materialium qualitercunque ad actum se habentium, eò quod nulla partium sine actu diffinitur, sicut iam dudum diximus. Et huius quidem signum est, quod manus non semper est pars hominis, sed tunc est pars, quando perfecta virtute animæ potens est opus manus perficere. Ideo animata manus est pars hominis, non animata verò, sicut abscissa vel clauda, non est pars. Dico autem animatam, quæ parte animæ est animata: quia si partes essent animalia, particulares animæ potentia essent animæ eorum.

## CAPVT X.

*Qualiter differenter mathematica &  
physica concepta sunt cum  
materia.*

**Tex. c. 39.** Poteest autem aliquis secundum supra dicta querere, quare rationes partium non sunt rationis vniuersalis partes cum sint formales, ita quod circulus diffiniatur per emiclicia & portiones: ista enim non sunt determinata sensibili materia: quia mathematica per rationem à sensibili materia sunt abstracta. Sed dicemus ad hoc, quod sicut patet ex supra dictis, nihil refert materiam quorundam esse non sensibilem, & hanc esse omnis talis rei partem quæ non est secundum se quid erat esse & species. Materia ergo talis non est pars circuli qui est vniuersalis, cui per se attribuitur diffinitio, sicut sæpe diximus: sed singulorum circulorum hic & ibi in continuo imaginatorum tales materiae sunt partes, sicut dictum est superius. Est enim materia quædam sensibilis, cum qua concepta sunt physica. Alia autem est intelligibilis, cum qua sunt concepta mathematica integra, & secundum quam vnus circulus vel triangulus dicitur maior, & alius dicitur minor, cum tamen ratio circuli vel trianguli non sit maior in vno, & minor in alio. In physicis autem non est sic: si enim sumamus exemplum in animalibus quæ perfectiora sunt inter physica, palam est in his, quod anima est in eis prima substantia quæ est forma, & hæc separata non intelligitur: aut non tota intelligitur separari, & sic diffinitio eius concepta materiam, eò quod nominat hoc

in hoc, & non hoc separatum ab hoc: & corpus in animalibus est sicut materia, quod sine actu non intelligitur hoc sine materia sensibili ex qua est. Homo vero & animal quod est ex utroque est, & est quasi vniuersale. Dupliciter enim designatur, vt integrum videlicet, & tunc est ex utroque, & tunc partes eius sunt partes materiae, & est in eis maior & minor. Designatur etiam homo, secundum quod homo dicit secundum hominis significatum, cui definitio per se attribuitur: & homo tunc est vniuersale, quod est vbiq; & semper. Quocumque autem modo accipitur animal & partes eius, impossibile est ea intelligere nisi cum materia vel materia designatione, sicut supra diximus. Si autem accipiamus individuum in genere animalis, vt Socratem & Coriscum, conceptum erit enim cum sensibili materia. Siquidem Socrates est animal dupliciter, hoc est, est duplicis substantiae existens: Socrates est anima & corpus: & ideo Socrates resolutus in duplicem substantiam est anima & est corpus, sicut diximus, quod hydromel est aqua & mel, quando resoluitur in sua componentia. In talibus enim compositum non est aliquid praeter sua componentia: in his enim indiuiduis compositis aliud principiorum componentium est vt anima quae est perfectio: aliud autem est vt totum congregatum: quia indiuiduum non dicit materiam simplicem, sed dicit formam huius participatam ab hoc designato per demonstrationem sensibilem. Si vero dicatur indiuiduum quoad sua principia componentia esse simplex anima, & simplex corpus, tunc designatur vt compositum vniuersali & particulari, & vt vniuersale & particulare: & hoc est quando dicimus, quod Socrates est hic homo, & hic homo est homo: tunc enim compositum, videlicet ex anima simpliciter & corpore simpliciter, praedicatur de hoc homine, & tunc homo de Sorte: & hoc modo vniuersale quod est secunda substantia, designatur in singulari quod est esse ipsius, hoc modo quo supra dictum est; quod species est esse indiuiduorum: & quocumque modo variantur haec & ipsa composita & componentia, semper dicunt aliquid conceptum cum sensibili materia. Si enim simpliciter designatur compositum physicum, hoc est, non in indiuiduo designatum, tunc dicitur per ipsa componentia extra quae non est, primo locum; & deinde materiam. In se autem dicitur, quod est ex utroque. Si autem non simpliciter, sed in indiuiduo designetur, tunc & iterum quodlibet ipsarum dupliciter est designatum, scilicet per componentia vt per animam hanc, & animam quod est totum, & est designatum vt prima substantia stans sub secunda, & prima substantia est singulariter animam hanc anima, secunda autem substantia est compositum ex anima simpliciter & corpore simpliciter: & nullum horum est separatum a materia.

Vtrum autem alia quaedam substantia quae est quidditas talium physicarum specierum & indiuiduorum, sit praeter materiam quae cum materia sensibili non sit concepta, ita quod oporteat nos quaerere substantiam quidditatis eorum diuersam quaedam ab ea quae dicta est & separata a sensibilibus, sicut si dicamus numeros esse substantiam istorum, aut ideas, aut

mathematica alia, aut aliquid tale, posterius in huius sapientiae libro duodecimo & terdecimo erit persequendum: huius enim gratia etiam tentabimus definire & determinare de sensibilibus substantiis: quod tamen opus modo quoddam est physicae speculationis: & est secundarium opus primae philosophiae speculationis de substantia sensibili: quia physicum non oportet solum scire de materia, sed etiam de substantia formali quae est secundum rationem substantia vocata: quamuis enim Philosophus primus consideret primam formam maxime scire facientem, oportet eum tamen secundario opere quasi ex altera specula prospicientem considerare quae sit forma huius & cuius, & vtrum separata sit forma sensibili: physicum autem cum consideret principia motus, non considerat formam nisi vique ad hoc quod ipsa est terminus motus: & ideo determinare non poterit vtrum forma sensibilem separatae sint.

## CAPVT XI.

In quo est recapitulatio dictorum & continuatio dictorum ad dicenda.


Quaeret autem fortassis aliquis, quomodo in definitionibus cum sint partes quae sunt in ratione diffinitiva, & quare sit diffinitio ratio vna, cum plures contineat partes: palam enim quia res diffinita est vna: quare autem sit res vna partes habens, speculandum est posterius in tractatu sequenti. Sed repetendo ea quae determinata sunt, dicimus quod iam dictum est quid erat esse, & quomodo diffinitio, siue quid erat esse dictum per praedicationem de omni diffinito est idem secundum praedicationem, licet non sit idem simpliciter, cum diffinitio dicat formam quandam, & diffinitum dicat compositum ex materia & forma. Dicitur enim est etiam quare quorundam ratio quae dicit quid erat esse in se, habet partes diffinitas, sicut ratio congregari siue integri in se habet partes quantitativas. Aliorum autem definitionum quae sunt speciei simplicis, non habet in se partes quantitativas integri. Dicitur etiam est, quod in substantiae ratione quae substantia est forma sicut species absoluta, non sunt partes sic quae sunt quasi materia: eo quod partes materiae siue quantitativae non sunt partes illius substantiae, sed sunt partes totius integri: & huius totius quodammodo est ratio diffinitiva, & quodammodo non est, sicut in ante habitis determinatum est: nam in eo quod est cum materia designatum, non est eius propria ratio: hoc enim modo est diffinitum & non cognitum cum materia, neque finit aliquid, neque sit principium cognoscendi: sed ratio est talis compositi, quod est secundum illam substantiam quae est primo dicta substantia: haec autem est forma & compositum illud est species, sicut hominis qui est compositum quoddam, est ratio animae humanae quae est prima substantia hominis. Substantia namque prima est species & forma quae inest & non est separata: ex qua & materia tota dicitur esse substantia.



substantia composita & integra, sicut concavitatis forma est ex qua & nato qui est subiectum componitur natus simus: & sic componitur simitas sine simofitas: & ideo natus simus non est quid diffinibile: bis enim erit in his natus, si ambo illa diffiniuntur, sicut dictum est in primo huius septimi libri tractatu.

**Tex. c. 41.** In tota verò composita substantia quæ est sicut natus simus, aut Callias, inest etiam materia. Dictum est etiam in præmissis: quia quid erat esse & singulum diffinitum cui attribuitur quid erat esse, in quibusdam est idem, ut in his substantiis uniuersalibus quæ sunt primæ, siue immediatè diffinitioni, sicut curuitas & curuitati esse sunt idem secundum hoc quod ad idem referuntur secundum esse si curuitas supponatur esse substantia prima in hoc quod est

diffinitioni proxima. Dico autem primam hæc substantiam, quæ non dicitur quid siue quidditas, sed aliud quod in alio sit sicut in subiecto & materia. Quæcumque verò substantiæ sunt ut in materia, aut conceptæ cum habentibili materia, non sunt idem ipsæ & esse ipsarum: quia esse ipsarum attribuitur uniuersali substantiæ, & ipsæ sunt substantiæ particulares. Adhuc autem dictum est, quod substantia & substantiam esse non sunt secundum accidens unum & idem, sicut idem sunt Socrates & musicum: hæc enim eadem sunt secundum accidens, cum tamen diuersæ naturæ sint Socrates & musica. Omnibus autem his sic determinatis, transibimus ad querendum, qualiter diffinitio sit vna, & qualiter sit vniuersale esse quod plurimum est naturarum compositum.



# TRACTATUS IV.

## QUARE DIFFINITIO SIT VNVM

& non multa.

### CAPVT I.

#### De ipsius questionis disputatione.

**Tex. c. 42.**



**R**IMVM autem quod nunc restat dicendum, est id quod in analyticis postea ioribus dictum est: in analyticis enim postea ioribus prius à nobis est mota dicta de diffinitionis dubitatio.

**Quæritur de diffinitione dicitur casus dicitur in eo silens. Vnde C. m. mentatur in præfatione loci.**

Dico autem eam esse de rationem, quare dicitur veram diffinitionem esse vnam actum, & vniuersale esse rationem, cum & ipsa partes habeat, & id cuius est sicut diffinitio, sit compositum: hoc enim in analyticis dicitur non potuit cum in logicis non intendatur de diffinitione, nisi secundum quod ipse est principium faciens scire de quo predicatur in quid, & sicut ipsa est predicatum per oppositionem: quare autem sit vnum & non multa, non dicitur ex ea secundum quod est predicatum, sed potius ex consideratione partium ipsius in quantum sunt naturæ rerum diffinitarum: & hæc ipsa scilicet est primi Philo'sophi qui considerat entia secundum quod pendunt ex esse primæ substantiæ quæ est forma, sicut sepius diximus. Hic ergo querimus, quare diffinitio est vnum actum, & non multa, vel multæ naturæ secundum actum: sicut si ponamus, quod diffinitio hominis est animal bipes, & quare est animal bipes vnum, & non multa. Non enim potest esse causa quam quidam dicunt, quod aliter inest alteri: quia cum dicimus, homo albus, alterum inest alteri: & tamen in eo ipso quod dicimus, homo & album, sunt multæ naturæ quæ actu multæ sunt: vnum verò

secundum accidens dicuntur hæc duo, quando subiectum quod est homo, patitur suscipiendo albedinem hoc quando albedo inest ei: tunc enim vnum est subiecto homo & albus homo. Sic autem non est in diffinitione: cum enim in illa sint genus & differentia, neutrum illorum participat altero, sicut participat subiectum accidenti: quamuis enim differentia sit generis qualitas, sicut iam dudum in antè habitis dictum est: tamen quia differentia est essentia secundum seipsum non causata ab aliquo alio: & ipsa ideo non est in genere, sicut quædam pars, neque sicut accidens: cum sit essentialis forma generis secundum quod genus secundum esse accipitur in specie: & sic patet, quod genus est ut potentia ad esse differentia finitum & perfectum. Si autem daretur, quod genus participet differentiam, sicut subiectum participat accidente, sequeretur quod genus actu participaret contrariis simul: quia accidens actu est quando inest subiecto: & cum nihil differat nisi per ea quæ aliquo modo sunt in ipso, & genus differat contrariis differentiam, sequitur quod contrariæ differentiæ sunt in ipso genere. Si igitur sunt in genere sicut accidens in subiecto, sequitur quod contraria simul actu sunt in eodem, quod est impossibile: igitur genus non participat differentiam, sicut subiectum accidente. Tamen etiam si hoc datur, quod participet, sicut subiectum accidente, eadem adhuc relinquitur ratio questionis, si plures differentiæ in vna colligantur diffinitione ad vnum genus: sicut si dicamus, quod homo est animal habens pedes, siue pedale bipes non alarum: quando enim non habet nomen differentiam, licet eam per consequentem nominare negationem: & hoc modo non alarum siue carens alis est differentia hominis.

Queramus

Queramus igitur de inducta iam diffinitione, quare est vnum, & non multa, cura multa colligat, si omnia hæc ut accidentia se habent ad animal subiectum: non enim potest assignari causa huius: quia differentiam inest vni generi sicut forma materiæ, vel accidentia subiecto: nam sic ex omnibus quæ in mundo sunt, erit vnum: quia sicut in libro cæli & mundi ostendimus, omnia superiora formantia & mouentia sunt in inferioribus, sicut in materia formata & mota: cum tamen in mundo sunt multa secundum esse & materiæ & non vnum. Sed quæcumque sunt in diffinitione, oportet vnum esse & non multa. Diffinitio enim est quedam ratio vna numero, ita quod genus non numeratur secundum esse factum, nec differentia secundum esse alterum, licet sit aliud esse genus, & aliud esse differentia: & sic diffinitio est vna numero substantia, siue quidditas, secundum quod quidditatem substantiam vocamus, quia qualibet res est id quod est: & quia diffinitio est vna sic numero, oportet eam esse rationem vniuersalem numero: & hoc est vniuersale de quo supra diximus, cuius nulla pars est materia, nec numeratur nisi per esse actuale vnum, quod est suorum diffinitionum vnum siue quæ secundum esse vnum sunt. Infra autem ostendemus, quod homo in esse & posse operari & agere sunt vnum & idem, quamuis vnum sit subiectum, & alterum forma, & actus finiens esse & posse & operari subiecti: substantia enim diffinita significat vnum quid, non vnum qualis, & determinatè significat hoc aliquid, non quidem in individuo designato, cum hoc per ipsam substantiam quidditatis sit hoc quod est, & non per seipsum, sed significat hoc aliquid in natura diffinitum: ipsa enim natura composita quæ est secundarium hominis significatum, cui imponitur nomen, hoc aliquid est determinatum, cuius per se est diffinitio: hoc enim est quod dicimus per nomen diffinitum, licet primum nominis significatum sit forma simplex à qua imponitur nomen, & quæ primo cadit in intellectum nominantis.

### CAPVT II.

#### Qualiter ex natura diuisionis primum perpenditur quare diffinitio est vnum, & non multa.

**Tex. c. 43.**

**A**D huius ergo questionis declarationem oportet primum intendere secundum diuisionem: diuisione enim, sicut in analyticis diximus, venatur diffinitionem: & oportet diligenter attendere, quomodo diuidens exit à diuiso, & qualiter se habet ad ipsum in essentiali & formali diuisione: nihil enim aliud est in diffinitione nisi genus, quod primum genus dicitur, eo quod non in alio aliquo est genere, & vltima differentia est: hoc enim genus quod dicitur primum, est simplex genus solum sine compositione differentiarum. Alia verò genera quæ sunt species & genera, & vocantur genera subalterna, sunt primum genus, & cum hoc comprehensæ differentiam: quia aliter non essent

**Quid genus primum dicitur.**

(species: superior enim secundum primum modum dicendi per se predicata actu sunt in inferioribus: & ideo supponuntur illis suppositis. Et hoc est sicut si dicamus primum genus animal: habitum verò siue consequens genus animal differentiam est comprehensum, dicamus animal bipes siue bipedale: & iterum consequens post illud dicimus animal bipes, non animatum: & hoc dicamus determinari differentia rationalis in hominem, & irrationalis in simiam quæ dicitur pigmeus. Similiter autem est & eadem ratio si plura dicantur intermedia genera: omnino enim non differat per plura subalterna genera, aut per pauca hoc dicitur. Ergo etiam non differat si per pauca, aut per duo tantum dicatur primum videlicet genus & vltimam differentiam: quantumlibet enim per multa dicatur, non sunt nisi due nature in diffinitione generis videlicet primi & differentiam: & differentia exit de generis potestate in qua ipsa est inchoata & confusa, sicut iam diximus: & ideo duorum quæ in diffinitione sunt, hoc quidem est genus: aliud verò est differentia, ut animal bipes, quod suppositum esse diffinitionem, animal est quoddam genus, & alterum quæ est bipes, est differentia. Si ergo genus est in diffinitione, non erit genus simpliciter, accipiendo genus secundum generis naturam tantum quæ est subiectum: sed est natura generis, non præter species quæ sunt ipsa genera comprehensa cum differentiam. Aut si est quoddam simplex genus, tunc est genus sicut materia: quia ipsum est materiæ designatio, sicut in præmissis diximus: quod enim simpliciter dicitur genus, aut erit forma subiecti illius quod substat formæ primæ in ordine, & illius designatio est genus quod est simpliciter & primum: aut erit subiectum & forma sicut genus subalternum, quod est differentiam, vel differentiam est comprehensum: & quocumque modo signatum fuerit, erit simile materiæ: quia potentia est: & in eo est forma vltima per inchoationem & confusionem: quia vnum est ex materia & forma compositum: aut accipit nomen ex forma, aut ex materia: & quocumque modo fuerit, semper simile est materiæ propter rationem quam diximus: genus enim in ipsa re acceptum secundum esse & non extra, est in actu, & actus eius est differentia vltima: genera enim in hoc differentiam habent, & quædam magis assimilantur formæ, & quædam magis materiæ. Huius autem quod est simile formæ & materiæ simul est vox: est enim vox genus & materia: in quantum enim differentiam percussio vel syllabarum productio & breui mensurarum faciunt ex ea species, & elementa vocum literarum, sic est vox materia: in quantum autem vox non transmutata predicatur de vocibus literatis, est genus. Et hoc modo cuprum idoli quidem est materia tantum & non genus: quia transmutatum in figura recipit idoli formam, & non predicatur in seculo de idolo. Iupiter enim non as, sed æreus vocatur. Syllaba autem non vocata, sed vox dicitur. Cum igitur sic diffinitio sit ex genere primo subiecto & differentia quæ sunt differentia abinvicem, palam est, quod diffinitio est ratio collectiua quæ est ex differentibus. Ex his enim accipitur, quod diffinitio est ex genere & differentiam,

**Aliquid est simul esse genus & materia aliquorum, ut vox literarum.**



ferentia, quæ sit essentialiter in genere per inchoationem & confusionem: & sic patet, quod genus secundum actum differentia terminatum accipitur ad idem esse substantiæ & quidditatis referuntur, & quod differentia fuit à potestate generis, sicut actus exit à potentia tribuens esse distinctum potentia.

CAPVT III.

Qualiter per diuisionem inuestiganda est vltima cum specie conuertibilis differentia.

Tex. c. 43. **S**ed adhuc antequam soluamus prædictam dubitationem, oportet diuidi omnia formaliter differentia. Differentia cum genere comprehensa sunt, sicut dicimus, quod animalis differentia sunt pedalitas & non pedalitas. Similiter autem vltimus animalis pedalis suis essentialibus differentiis differentes species oportet sic scire per diuisionem, ita quod accipiatur differentia pedalis animalis in quantum est pedale: id est nulla est diuisio si pedale diuidatur per alatum & non alatum: quia alatum & non alatum non sunt essentialiter & formaliter in pedali in quantum est pedale: & ideo non bene diuidit qui sic diuidit pedale: sic enim diuidens, propter non posse & non scire diuidere, sic diuidit. Sic ergo diuidendum est pedale, quod pedalem aliud est filiorum & in multa pedum, aliud autem non filiorum & non in multa pedum: sic enim ex forma communi & consueta & indeterminata & in potentia existente tempore per actum intelligendi reducitur forma specificans & distincta, siue distinguens & determinata & quæ actu existit: & sic ex omnibus superioribus ius fluit inferius habens in se virtutes & potentias omnium superiorum, cum tamen essentia vna & simplex existat: pedes enim filii & non filii sunt differentia pedis: eod quod filii pedis quedam est secundum actum existens pedalitas. Sic autem vult semper procedere diuisio quousque veniat determinata ad ea quæ non sunt differentia secundum formam, nec formalem habent diuisionem: sed si diuidantur, hoc erit per materiam, sicut individua diuidantur: & tunc in vltimis differentiis in quibus fiat diuisio, tot erunt secundum actum species pedalem, quot sunt pedum differentia, sicut si dicamus, quod est pes integer & diuisus in duo & diuisus in multa: & tunc quia nullum in genere commune dicit vltimo actu determinatum, sed in specie determinatum facit actu existens, tunc erunt animalia in actu & specie determinata æqualia differentiis vltimis, si ista quæ dicta sunt, sic se habent, quod verè sunt vltima differentia: hoc enim per hypotheseum petimus. Ex dictis igitur palam est, quia finalis quæ indiuisa est differentia substantia & actus rei est & diffinitio hoc modo: quia diffinitio & vltimo terminans diximus esse diffinitionem: hoc enim non est genus quod terminatur, sed differentia terminans. Vnde etiam vltimus ex hoc patet, quod differentia vltima vna & conuertibilis cum specie diffinita:

quamuis enim in posterioribus analyticis dictum sit, quod partes diffinitionis sunt in plus quam diffinitum & totum in æquè, hic tamen dicimus, quod vltima differentia est in æquè cum diffinito, & non in plus: quia ibi loquentes de demonstratione, diffinitione vltimus secundum quod est medium faciens scire passionem inesse subiecto: passio autem verius scitur inesse subiecto, quando scitur secundum singulas formas partes inesse, ut si queramus hominis passiones, dicimus non humanum esse, sed potius esse vegetatiuum & nutritiuum & augmentatiuum & sensitiuum & huiusmodi: & sic accepta forma secundum partes potentiales ipsius, semper est in plus quam diffinitum. Cum autem hic consideremus rei diffinita unitatem, & unitas non sit à partibus potencialibus formæ, sed ab ipsa tota ut est actus & terminus, hic consideramus eam prout est tota & actus & terminus: & sic conuertitur cum specie differentia. Ex omnibus autem his quæ dicta sunt, patet, quod differentia vltima ex omnibus exit ut actus ex potentia, & quod actus ille non est alia essentia à potentia, sed esse eius est aliud & aliud: & ideo differt per essentiam, sed est differentia sicut eiusdem indeterminati & determinati, & indistincti & distincti: subiectum autem primum quod nihil est differentia distincta natura est ab ipso sicut id quod est materia distincta est natura ab eo quod est forma, sicut sæpius dictum est: materia autem nihil est diffinitionis, sed totum esse est potentia & actus formatiuum.

Nota quomodo differentia differt à genere secundum diffinitionem.

Si autem fiat diuisio, quod non idem multoties dicatur in terminis diffinitionum, hoc enim esset inuisibile: superfluitas autem hic accidit, sicut si quis dicat, quod homo est animal pedale bipes: quoniam bipes actu dicit animalitatem: & tunc idem est dicere, quod animal pedale pedale duorum pedum: eod quod essentialia superius actu continentur in suo inferiori: & ideo per appositionem non extrahitur de ipso. Vnde sic dicens, nihil aliud dicit, quam animal habens pedes bipes: bipes enim non est differentia habentis pedes, sed species: & hoc est dicere animal habens pedes duos habens pedes: quamuis enim idem sæpius accipiat propria diuisione, ita quod diuidentia sunt essentialia diuisio, & non addant extraneam essentiam, & dicuntur æqualiter differentiis veris, tamen idem multoties dicere nugatorium & superfluum est. Et hoc ideo est: quia cum differentia vna sit vltima quæ est differentia communis diuisa, tunc sic continue procedendo ea quæ est finalis substantia, sicut forma & actus existens erit species: quia est totum esse species, & non erit species bis accepta differentia aliqua.

Amplius autem cauendum est, quod non fiat diuisio secundum accidens: si enim diuidat sic dicens: pedalem a iud album, aliud nigrum, erunt tot diuisiones, quot sunt sectiones, quarum nulla est in alia essentialiter: & ideo non ordinabuntur ad vnum vltimum quod sicut actus exeat ab omnibus aliis sicut ex potentia. Sic igitur tria cauenda sunt, quod videlicet non accipiatur extraneum diuidens à diuisio: & hoc sit quando diuidens essentialiter non continetur intra ambitum diuisi. Et quod non idem

bis

bis dicatur: quia hoc est contra ordinem diffinitionum, in quibus vnum debet esse prius & alterum posterius. Et quod non sit accidentale diuidens diuisio: quia sic vnum non esset in alio essentialiter: quia accidens quod cum sit in aliquo, non est in eo ut pars quedam essentia.

Et ex omnibus dictis palam est, quia diffinitio est ratio quæ est ex veris differentiis: & harum differentiarum finalis est secundum rectum differentia & actus. Hoc autem palam erit, si quis tales diffinitiones ex diuisionibus collectis transponat ab ordine verè diuisionis in alium ordinem, quo secundum in priori essentialiter non continetur: ut si quis dicat in hominis diffinitione, quod est animal bipes habens pedes: superfluum enim est habens pedes dicto bipede, sicut paulo ante ostensum est: sic enim dicendo non est ordo in substantia quæ est diffinitio & quidditas.

Si ergo sic idem dicatur, queri posset, quomodo oporteret intelligere in diffinitione, hoc quidem prius, illud verò posterius: cum idem non sit prius se & posterius. Cum igitur in diffinitione vnum sit prius altero secundum naturam & intellectum, constat quod illud quod est sic prius, non est materia. Adhuc cum vnum sit essentialia ad alterum, constat quod est aliquid forma. Adhuc cum vnum sit non idem alteri, constat quod vnum est genus, alterum differentia: & ex hoc sequitur, quod vltima differentia est tantum vna & simplex: quia abiret in infinitum, si quodlibet esset genus cum differentia comprehensum: & sic primum genus est tantum genus: & omnes intermedie differentie sunt potentia vltima differentia, & ipsa est actus vnus & vltimus. Omnia autem intermedia genera subiiciuntur ex primo genere quod actus est in ipsis: & hoc modo genus est forma distincta vltima differentia, quando secundum esse accipitur quod explicat diffinitio. Sic ergo

ab vltimo actu, & diffinitio est vna, & res distincta est vna & eadem. Huius autem prolatio est: quia si consideretur animal secundum esse secundum quod actu est in homine, ipsa animalitas nihil est extra rationem: viuere enim & sentire ad rationem formatam ea sunt terminata: quia viuere vel vegetari si accipitur secundum ipsum generare, patet quod generans est ad formam & figuram hominis in quantum homo est: quoniam in physicis ostensum est vnumquodque generari à conuenienti: generatiua autem quæ est in semine, non ad formam hominis generaret, nisi formam hominis esset informatam omnia generationis principia, sicut ostendimus in libro de natura anima & generatione: sicut enim instrumenta architecti non operantur ad formam artificati, nisi forma arte informatam, ita nec principia generationis ad speciem aliquam generant, nisi informatam ipsa specie: propter quod in feminibus omnium animalium anima dicitur esse sicut artifex, & sicut in celo intelligentia. Hæc autem omnia in ante habitis plene probata sunt. Sicut autem ad speciem generatiua generat, ita ad eandem speciem conuertit nutrimentum nutritiuum, & auget augmentatiua. Similiter autem & sensibile depurat, & in ordinem agunt ad intellectum: & ideo dicitur in ethicis, quod vires sensibiles animæ participant aequaliter ratione: & sicut est in actibus & potentiis, ita est in natura. Oportet igitur quicquid est animalitatis in homine, informatum sit ratione. Pater igitur, quoniam esse est vnum & diffinitio vna: quia similiter est in omnibus aliis. Hæc igitur & tot dicta sunt à nobis de diffinitionibus, quæ sunt circa diuisiones, & quod primum est & principalis in his, hoc est quod dictum est quales quedam sunt diffinitiones secundum ea quæ diximus.

Vide pro ista sententia commentum in metaphysica. c. 31.

TRACTATUS V.

IN QVO OSTENDITUR, QVOD vniuersale non est causa formalis substantia simpliciter, neque aliqua pars ipsius.

CAPVT I.

De distinctione substantia & de diffinitione vniuersalis.

Tex. c. 44.



**V**ONIAM autem in hoc toto libro de substantia perscrutandum est, iterum repetemus ab initio dicta de substantia. Dictum est enim, quod substantia dicitur tanquam subiectum, & tanquam quid erat esse, quod est diffinitio & quidditas: & tertio dicitur substantia quod est ex his: &

quarto dicitur substantia vniuersale, quod proprie, sicut dictum est, diffinitur & diffinitur per vniuersalia quæ sunt predicata de ic, sicut quidditates ipsius vel partes quidditatum. De duobus autem modis quibus dicitur substantia, dictum est: diximus enim quod quid erat esse, & de subiecto: diximus enim quia dupliciter subiicitur id quod subiectum vocatur. Subiicitur enim prima substantia quæ est hoc aliquid, ut hoc animal, quod substantia passionibus sicut formis accidentalibus, quæ sunt accidentia composita. Subiicitur etiam & dicitur subiectum, sicut materia subiectum est perfectione, quæ est forma potens: & de his quidem iam diximus.

A a

Etiam



ctum est. Quia autem vniuersale vt vniuersale videtur quibusdam maxime esse causa formalis & principium esse ipsius singularis, oportet nos de hoc tractare: & sicut ostendimus, quod in generatione sensibilium vniuersale non est agens & generans, ita oportet nos ostendere, quod in esse singularium vniuersale vt existens per se non est causa vel principium esse aliquid.

*Vniuersale triplex.*  
Ad hoc autem quod hoc bene intelligatur, oportet repetere quedam de supra dictis, quod videlicet triplex est vniuersale, ante rem, & hæc est causa præhabens, sicut dicimus solem esse causam vniuersalem omnium generatorum, eod quod lumen solis generale formans est omnia generata: & lumen intelligentiarum hoc modo præhabent omnia quorum sunt causa: & vniuersa sic præhabent id quod est vniuersi esse principium, sicut ars & intellectus artificis præhabent artificia omnia. Aliud autem est vniuersale, quod est natura quidem prius re ipsa, & tempore est cum ipso: & hæc est natura rei formalis, quam supra secundum significatum nominis vocauimus, secundum id quod est in re ipsa natura: cum enim dico homo, duo importantur per nomen, scilicet quo imponitur nomen, & cui & quo imponitur ipsum nomen est, quod primo format & mouet intellectum eius qui audit vel nominat nomen: & hæc est forma à qua nomen imponitur: & per hoc deuenitur ad hoc cuius est illa forma: & hæc est substantia cui nomen imponitur: propter quod dicitur, quod antiqui grammatici querebant quid nomen pro substantia, & quid pro qualitate: accipiendo igitur id cui imponitur nomen homo, secundum id quod est in re ipsa, illud est vera substantia hominis, cui attribuitur vera distinctio. Homo autem siue hominis substantia dupliciter consideratur, secundum se videlicet & secundum ea quæ accident eidem: & secundum se quidem non est nisi ipse substantia, cuius materia nulla pars est, sicut diximus in antè habitis. Si autem consideratur secundum ea quæ accident ei, tunc consideratur secundum esse quod contingere ei potest ex comparatione ad aliud: de se quidem consideratur secundum esse quod habet ex hoc est radius immaterialis intelligentiæ, sic accidit ei esse in intellectu possibili, sicut in loco tuæ speciei. Si autem consideratur secundum esse quod accidit ei in materia, sic est actus materiæ: & si consideratur secundum esse quod est in particulari, hoc est duobus modis: hoc enim potest considerari secundum potentiam & aptitudinem, quo secundum esse multiplicabile est in particularia, & sic est vniuersale: aut consideratur secundum quod actu est in illis, & sic est singulare suppositum sub communi natura demonstratum, sicut cum dicitur hic homo vel ille. Et quorumcunque quatuor ultimo dictorum modorum accipitur vniuersale, sic vniuersale esse dicit, & non ens per se existens: & ideo vt sic acceptum, vt dicit Boetius, sic quedam similitudo essentialis eorum quorum ipsum est, & non dicit nisi esse substantiale ipsorum: & hoc modo est consequens id cuius est vniuersale: & hoc modo est tertio modo dictum vniuersale, & sic prædicatur de omni eo de quo prædicatur: nec sic dicitur

*Notabile de vniuersali clarè dicitur in Aristotelis sententiis.*

ens, quod sit substantia aliqua existens secundum se: sicut dicimus materiam existere non in alio, & formam esse essentiam ad sui esse non indigentem alio quodam in quo esse accipiat formam: & sic dicit hoc aliquid existere secundum se: sed vniuersale sic dictum est esse substantiale, quod semper est in alio, nec esse potest quando in alio non est: & hoc modo non est substantia, sed substantiale quoddam esse, quod accidit substantiæ per hoc quod vniuersale secundo modo dictum est qualitas substantialis & substantia existens: & de hoc vniuersali sic esse consequente & substantiam nullam dicente, sed potius modum accidentis habente, dixerunt quidam, quod erat causa & principium esse: quod si esset verum, cum causa & principium eius quod existit per se, sit ens & essentia nullo indigens ad suum esse, & sit determinata vna vnus, & non sit causa per hoc quod est esse in alio, sed per hoc quod est essentia absoluta diuina & optima, oporteret, quod vniuersale prædicatum de re esset talis existentia: & hoc non est verum, cum existens de existente & ens de ente non prædicatur, sicut iam antè diximus: sed potius hoc quod prædicatur, vt inhaerens prædicatur, & vt esse subiecti de quo prædicatur: propter quod diximus, quod si subiectum quod est existens & non inhaerens, de subiecto prædicatur, nulla est prædicatio, quod Sortes est Sortes, vel Sortes est Plato. Sic igitur accepto vniuersali, ostendimus quod vniuersale non est substantia.

CAPVT II.

*In quo ostenditur pluribus rationibus, quod impossibile sit quorumlibet substantiam esse de numero vniuersaliter dictorum.*

**Q**uod autem impossibile sit quorumlibet substantiam esse de numero vniuersaliter dictorum, videri multis rationibus. Primum quidem: quia id quod realiter est substantia singulari est propria singuli: & quæ realiter non est in alio, nec contingit alij: vniuersale autem quod à quibusdam dicitur esse substantia, est quod secundum actum commune est: hoc enim dicitur vniuersale, quod pluribus inesse aptum natum est: & hoc esse commune & omnibus secundum actum inesse dicunt, qui vniuersale substantiam dicunt esse omnium. Amplius si vniuersale substantia est hoc modo quo ipsum commune omnium est, queramus cuius est substantia: aut enim est substantia omnium, aut nullius: quia vna ratio est de omnibus illis quæ clauduntur intra ambitum suæ prædicationis: omnium autem non est possibile, quod vnum & idem secundum rem sit substantia communis, eod quod diuisa & distincta sunt secundum suas substantias omnia. Sed si dicatur, quod est vnus solius, cum vna ratione se habeat ad alia, sicut ad illud quod dicitur esse, oportet quod ipsum sit etiam omnia alia: quorumcunque autem est vna substantia & vnum quid erat esse secundum esse, ea sunt vnum: ergo omnia quæ vniuersale circueit ambitu suæ prædicationis, sunt vnum: & cum

Tex. c. 45.

& cum ponatur vniuersale esse secundum id quod est in natura commune esse omnium, sequitur ex hoc quod omnia sint essentialiter vnium: sic enim dixerunt, quod vniuersale secundum id quod est natura quædam & quidditas, est pars particularis. Si autem vniuersale non vniuersale nisi ratione commune diceretur, hoc esset verum: sed ex hoc non sequitur vniuersale esse substantiam, sed potius esse substantiale, sicut diximus.

Tex. c. 46.

Amplius substantia secundum id quod est, non dicitur de aliquo subiecto vt subiecto: substantia, inquam, quæ est realiter substantia entis: quia illa est propria: vniuersale autem secundum esse vniuersale non secundum id quod est semper, dicitur de aliquo vt subiecto, sicut constat ex præhabitis: ergo vniuersale non est substantia secundum esse: vniuersale: & hoc quidem est necessarium. Sed queramus, an sic quidem non contingat in esse vniuersale eis quibus inesse, sicut animal dicitur inesse in homine & equo, sicut quod sit quædam quidditas ipsorum realiter secundum id quod est vnium existens in vitroque, vt non dicatur quid in vitroque, sed potius dicatur quædam ratio ipsorum, ita videlicet quod sicut dicit Plato, quod quid hominis & quid equi sit diuersum & singulare sit vtrumque & corruptibile, sed quædam forma est incorruptibilis communis vtrumque, quæ non est quid ipsorum, sed separata: & illa est ratio ipsorum per quam accipitur scientia incorruptibilis de ipsis. Si autem sic dicatur, nihil differet etiam omnium vnium vniuersale ratio dicitur esse omnium eorum quæ sunt in substantia: quæ per illam communitatem non vnus erit substantia alicuius vnus, sicut hoc vniuersale, homo, substantia dicitur esse hominis illius in quo est: & tunc idem inconueniens iterum accidit quod prius: erit enim vniuersale secundum esse animalis substantia, & illius substantia erit in quo est vt specie siue forma substantia existens vt proprium illi: & quod est proprium illi, non inest alijs: & sic redit idem inconueniens quod prius: & hoc quidem sequitur ex hoc quod vniuersale vt ens aliquod secundum se existens vnum de omnibus prædicari dicitur: quod non est verum: prædicatur enim vt esse substantiale, sicut per antè dicta manifestum est: & tunc non est substantia, sed est substantiale.

Tex. c. 47.

Amplius autè impossibile & inconueniens est hoc quod est vniuersale secundum esse vniuersale esse partem & formam eorum quæ sunt, & substantiæ esse individua designata, sicut dicunt qui vniuersale secundum esse vniuersalitate acceptam dicunt esse substantiam: impossibile enim & inconueniens est hæc designata individua & substantiam quæ verè est prima substantia, esse vel componi ex non substantiis. Et iterum impossibile est, quod sit ex hoc quod est hoc aliquid: quia hoc est in se perfectum existens, & non habet rationem essentialis partis componentis substantiam. Sed hoc quod est secundum vniuersale esse vniuersalitate est quale, sicut prædictum est: & id ex quo est aliquid, est prius illo: ergo si particularis substantia quæ verè substantia est, ex vniuersali componitur secundum id quod est, sequitur quod ex quali

D. Alber. Mag. Metaphy.

componitur, & quod qualis sit prius ipsa substantia: & hoc quidem est impossibile: qualis enim neque ratione, neque tempore, neque generatione prius est quam substantia: passiones enim impossibile est esse priores substantia: quia si essent priores, tunc essent separabiles: & hoc non potest esse: quia in principio huius se primi ostensum est, quod per substantiam diffiniuntur, cum nihil sint nisi esse quoddam substantia. Est autem hic aduertendum, quod in veritate differentia est qualitas essentialis & generis & speciei constituta: & ideo quia essentialis est essentia secundum se accepta, & non ab esse deriuata, sed potius per se ipsam esse faciens prior est ipsa composita substantia quam constituit: sed hoc modo accipitur in esse forma & esse diuini cuiusdam & optimi: quia sic est radius diuini luminis, quod optimum est vniuersalitate secundum analogiam qua potest pertingere ad ipsum. Accipitur autem aliquando vt designatio esse substantialis composita: & tunc est consequens totum illud cuius esse substantiale designans. Hoc igitur modo clarum ad esse vniuersalitate in omnibus est vniuersale: & hoc modo qualitas est consequens compositum, sicut iam probatum est: & hoc modo acceptum est ab his qui vniuersale in esse vniuersalis substantiam esse singularium posuerunt.

Tex. c. 48.

Amplius Socrati secundum istam opinionem inest substantia: si enim vniuersale vt ens prædicatur, sicut illi dicunt, & non sicut esse substantiale: tunc cum dicitur, Sortes est homo, homo qui est in prædicato, est in Sorte sicut substantia, & ens per se existens: ergo inest ei sicut aliquis homo: ergo Sortes est hoc quod est Sortes & aliquis homo: cum enim Sortes sit singulare quoddam, & homo vt per se existens prædicatur de ipso, & non sicut inhaerens & esse, oportet quod homo sit pro aliquo singulari & distincto homine: & cum Sortes sic dicatur esse homo, queratur: aut enim est homo qui est Sortes, aut est homo qui non est Sortes. Si autem est homo qui non est Sortes, tunc hæc propositio est falsa: Sortes est homo. Si autem est homo qui est Sortes, ergo homo qui est intelligibilis substantia solius, Sortes est: est autem Sortes etiam quidam homo sensibilis: ergo Sortes est homo sensibilis & homo intelligibilis: igitur Sortes est homo quidam, & homo quidam. Totaliter verò siue vniuersaliter accidit si homo qui prædicatur de singulari, est substantia in subiecto existens, vt substantia distincta, & non vt esse substantiale, & similiter alia quæcunque ita dicuntur siue prædicantur, vt homo, quod nihil talium prædicatorum quæ sunt in ratione distincta, est substantia inhaerens, & quod nihil eorum est extra ea de quibus dicuntur, & quod esse eorum est in alio. Dico autem non esse extra ea de quibus dicuntur: quia sequitur ex dictis, quod non est quoddam separatum existens animal præter animam aliqua & singularia. Et similiter sequitur, quod nihil aliud de numero eorum quæ sunt in rationibus distinctis sunt extra ea de quibus dicuntur. Et ex hoc sequuntur multa inconuenientia: quando enim inunt eis, & vt substantia insunt, & non vt esse substantiale, vt cum dico, quod hic homo est homo: aut enim est

A a 2

idem

idem homo, aut diuersus. Et si est diuersus, rursus propositio est falsa. Si autem est idem & est in eo, tunc sequitur, quod idem est in seipso: quod non capit intellectus. Speculantibus autem subtiliter ex his & huiusmodi rationibus palam est, quod substantia rei non est aliquid de his quæ vniuersaliter secundum esse vniuersaliter existant, & quod nullum communiter prædicatum significat hoc aliquid, sicut per se existens, ut ait in Plato: sed significat esse substantiale, quod est qualis vel talis, sicut per nomen prædicatum designatur. Sim autem non sic dicitur, alia quoque multa impossibilia accidunt præterinducta: & inter alia impossibilia accidit tertium esse hominem: & tertio dato accidit esse infinitos: quoniam cum dico, Socrates est homo, prædicatur homo non ut esse, sed ut homo per se existens & substantia ens: & hoc est hoc aliquis homo, & ille est vniuersalis, & non sensibilis: homo ergo est hoc sensibilis homo & intelligibilis homo: prædicatur autem homo de utroque istorum, & per eandem rationem est etiam ille substantia per se existens, & ille est tertius ab utroque istorum: & de illis tribus prædicabitur quæcunque, & sic in infinitum.

**Tex. 49** Amplius etiam ita manifestum est vniuersale, secundum esse vniuersaliter substantiam per se existentem non esse, nec aliquam partem huius substantiæ: impossibile enim substantiam vnã compositam esse ex talibus substantiis duabus vel pluribus quæ intunt, sicut perfectiones, hoc est, sicut existentia distincta in seipsis perfecta: quæcunque sic distincta sunt sua perfectione, & sunt duo, nunquam sunt vnũ perfectione: quia vtrunque sua forma distinctum est ab alio: sed si aliqua duo sunt potestate, illa possunt vnũ fieri vel esse actũ, sicut linea potentia est duo media & actũ vnũ: & sic duplũ actũ ex duobus potestate dimidiis. Huius autem causa est: quia endeclia diuidit ut forma materiam terminans: sic autem suis endeclis separatae sunt substantia sensibilis & vniuersalis secundum eos qui vniuersale substantiam esse dicunt: igitur si dicatur composita ex vtraque istarum substantiã esse vnũ aliquid, non erit composita ex his substantiis distinctis, quæ sibi inuicem intunt, sicut dicit Plato: & hac consideratione Democritus falsam positionem afferens, causam veram tamen suæ opinionis assignans dicit re. c. e, cum dicit impossibile esse, aut ex duobus actũ perfectis existentibus & separatis vnũ fieri, aut è conuerso ex vno fieri duo perfecta & separata quæ intunt ei sicut distinctum esse in ipso habentia. Illi enim qui sequuntur Democriti opinionem, faciunt omnium rerum esse substantiam dimensiones indivisibiles siue atomos, & hos esse distinctos suis actibus: & idcirco nihil verè dicunt vnũ esse, sed compositione, ordine, & figura atomorum dicunt res distingui, & non secundum veram quæ facit vnũ distinctum: propter quod etiam negant esse generationem. Palam autem est, quia etiam in numero se habent similiter apud eos qui dicunt numerum esse existentium substantiam. Si enim numerus est compositio vnitarum, sicut dicitur à quibusdam in tali enim numero oportet alterum dicere, quod videlicet dualitas quam illi aliquarum rerum dicunt esse

substantiam, aut non vnũ quid, & sic non est substantia vnã vnũ in dualitate vnitas existens, non est endeclia distincta per se, sed potius vnã vnitas miscetur alteri, ut ex vtraque fiat vnũ, sicut dicimus ex mixtis vnũ fieri: & hoc illi non dicunt qui ponunt numeros esse substantias rerum, quia potius dicunt vnitates endeclia manere distinctas. Ex omnibus igitur inductis manifestum est vniuersale secundum esse vniuersalis substantiam distinctam & per se existentem non esse.

## CAPVT III.

*De solutione dubitationis exorta ex prædicta, ex qua solutione arguitur contra ponentes ideas.*

**H**abet tamen quod dictum est, quandam dubitationem, quæ etiam mouit Platonem ad huiusmodi positionem. Si enim secundum iam inducta dicatur, quod non possibile est aliquam substantiam esse ex vniuersalibus, sicut probatum est: eò quod vniuersale est tale aliquid quod potius dicit esse substantiale quoddam, licet & qualitas dicit esse substantia: & idcirco vniuersale impossibile est signare hoc aliquid absolutum ens, sicut absolutum ens est forma secundum quod est essentia, & absolutum ens est materia secundum quod est essentia quædam, & sicut absolutum ens est compositum. Secundum dicta etiam non contingit aliquam endecliam quæ substantia est, esse ex his quæ nec substantiæ sunt. His omnibus sic suppositis videtur sequi ex dictis, quod nulla particularis vel vniuersalis substantia sit composita: quia omnis talis compositio fit ex natura vniuersalis communicabili, & natura particularis incommunicabili: igitur omnis substantia est incomposita: quia etiam species componitur ex quid est quod est genus, & quo est quod est differentia: & vnũ est incommunicabile & determinatum, & alterum incommunicabile & determinans. Dico autem incommunicabile per diuisionem formalem, licet sit communicabile per materiam diuisionem: igitur nec ratio diffinitiva erit alicuius substantiæ: quia omnis diffinitiva ratio est alicuius compositi. Hoc autem est contrarium ei quod videtur omnibus. Omnibus enim bene sapientibus videtur, quod & à nobis dudum in hoc lib. dictum est, quod aut solius substantiæ est diffinitio terminus, si verè accipiat & primo dicta diffinitio: aut quod maxime sit substantia, si communi nomine diffinitio dicta accipiat. Per hæc autem quæ nunc dicta sunt, sequitur quod nec substantiæ est diffinitio: igitur videtur, quod nullius penitus sit diffinitio. Quæramus igitur, vtrum modo quodam eiat per vniuersalia diffinitio, & modo quodam non eiat? Sicut enim in præmissis inuenimus, si accipiat vniuersale secundum id quod est substantia, & diffinitio & diffinitio: si autem accipiat secundum esse vniuersalis, quale est, non est diffinitio nec diffinitum. Hoc autem quod nunc in summa dictum est, in posterioribus in octauo libro dicemus



dis erit magis manifestum.  
 Ex his autem eisdem quae dicta sunt, manifestum quid evenit inconuenientium his qui ponunt ideas quae separata dicuntur entia, & substantias rerum singularium: & dicunt, quod species constituitur simul ex genere separato genere, & differentiis separatum esse habentibus. Secundum haec enim dicta quaerimus de animali illo quod est genus separatum, & est in homine & in equo: aut enim homo & equus in illo animali idem & vnum numero sunt, aut diuersum numero in illo est homo ab equo. Non enim quaerimus, vtrum in ipso animali sint homo & equus vnum ratione: Palam namque est, quia in ipso sunt vnum ratione: cum & nomen vnum sit, & ratio substantiae est eadem: dicens enim animalis rationem in vtroque, eandem dicit rationem. Si igitur homo qui est vniuersale, est aliquis homo secundum se separatum esse habens, tunc necesse est, quod etiam ea ex quibus componitur ille homo, sint etiam separata secundum se: & sic hoc aliquid significatum: quia omne quod habet esse actu & separatum & distinctum, est hoc aliquid: haec igitur sunt separata, & sunt de numero substantiarum secundum se existentium. Igitur animal genus secundum se existit sicut & homo, & sic animal non est substantia hominis: quia id quod est substantia alterius, non separatum secundum se existit, sicut in arte habitus probaturam est. Adhuc autem secundum se hoc animal quod est in equo, aut idem equo & animali sensibili quod est equus, aut diuersum. Et si est diuersum, tunc propositio est falsa, cum dicitur, hoc animal quod est equus, est animal. Si autem est idem, tunc animal separatum est in non separato sensibili, sicut si tu idem in teipso sis. Ostendimus autem in quarto physicorum, quod intellectus non admittit aliquid esse in seipso. Adhuc autem quaeramus, quomodo erit vnum in his quae actu & separatim sunt existentia? Hoc enim nuper ex ratione Democriti ostendimus impossibile esse. Adhuc quaeramus, quare illud animal quod est genus & separatum existit, non existit per seipsum, sed ponitur esse in animali sensibili & substantia eius existere: Omne enim quod per seipsum separatum habet esse, illud existit per seipsum, non indigens alio ad existendum.

Demum iterum obicitur contra positionem istam: constat enim, quod vnum genus quod est pedale animal, constituat oppositas species participatione bipedis & multipedis: & ex hoc sequitur impossibile, si differentiae illae sint separatae, oportet quod sint actu: non autem sunt nisi in genere vno: ergo vnum genus actu simul habebit oppositas differentias actu existentes: ergo contraria simul actu inueniunt eadem vni & eidem enti, quod distinctum habet esse & separatum. Si autem contradicatur aliquis obiectis istis: & dicat, quod genus quidem est res per se existens, & substantia non esse substantiale, sicut diximus: sed non habet distinctum esse a rebus, quarum est substantia, sed est in eisdem. Tunc quaeramus, quis modus est per quem est substantia, quando dicitur aliquis animal bipes, aut animal habens pedes, secundum quem modum videlicet coniungitur animal

bipedi ad constituendum speciem, sicut res coniungitur rei & ens enti, ex quo non est esse, sed ens per se, sicut ista propositio dicit: Foras enim dicitur aliquis, quod componitur sicut pars parti, aut copulatur sicut pars continui copulatur continuo, aut quod forte miscetur sicut miscibilia quae alterantur ad vnum mixtionis medium. Sed omnia haec inconuenientia sunt: quia in his omnibus est communitas rei & entis secundum se: in vniuersalibus autem esse commune non consideratur, sed ratio: in compositis enim ex forma & materia vel ex membris diuersis quodlibet componentium est res quaedam, & non esse rei quoddam: & similiter est in copularis in continuo, & similiter est de mixtis in mixtione: omnia autem haec inconuenientia sunt de vniuersali dicta: quia omnibus dictis tribus modis diuersum secundum esse compositum & copulatum vel commixtum est in vnoquoque compositorum & copulatum & mixtorum, & non est vnum in quolibet: isti autem qui separata dicuntur vniuersalia, dicunt vnum esse in vnoquoque sui ambitus particulari. Si autem sic componitur vel copulatur vel miscetur, sed infinita sunt copulata composita & mixta, quorum dicitur animal esse substantia: non enim potest dici, quod homo sit animal secundum accidens: igitur oportet, quod animal multiplicetur in illa & in omnes partes compositorum copulatum & mixtorum: igitur animal quod est substantia talium, est multiplicatum in infinitum in hoc & partes eorum: ergo non est res vna communis animalibus: & si res est diuersa, ratio rei diuersa est: ergo animal non est vniuersum ad illa, & sic non est genus.

Haec autem ratio Aristotelis valde est aduertenda: quoniam in compositis & copulatis & mixtis nulla est forma, quae secundum esse non sequatur naturam mixti: & ideo dicimus, quod non est animal & equus simul, neque infans & iuuenis simul, neque iuuenis & leuex simul sive vir, & etiam secundum prudentiam dicitur intellectus hoc modo non videtur aequaliter inesse omnibus hominibus, sed potius in sedendo & quietando sit anima sciens & prudens: & cum in vnoquoque fieri sint inchoata facta, videtur quod quaelibet forma huiusmodi sit infinita quodammodo potentia ad actum procedente, nec sit eadem in vna hora quae est in alia, sicut non est eadem sanitas in mane & in vespere: & si aliqua forma est quae huius nullam recipit alterationem per accidens, videbitur illa separata esse & non vna esse omnium: intellectus autem immixtus & separatus videtur taliter esse separatus: & ideo idem esse omni. Haec autem & huiusmodi in lib. tertio de anima sufficienter satis determinata sunt: tamen a simili huius dixit Plato ideas esse separatas, & formas quae sunt in indiuiduis, dixit imagines esse idearum: sicut enim vnus dicitur intellectus per suum immen agens ambiciens omnes intellectus continuo & tempore coniuictos, ita dixit ideam vnam ut radium quendam agentis intellectus in ipso intellectu existentem ambientem omnes formas sensibiles eorum quorum est vna communitas. Et forte non omnino dicit falsum: sed de hoc pertractare est alterius philosophiae.

phy. 1. 2. 4.

Demum.

Vide pro hoc 7. phy. 1. 2. 4.

nunc enim non suscipimus explicare nisi dicta & opiniones Peripateticorum: & ideo adhuc reuertentes ad propositum obicitur contra eos qui dicebant vniuersalia esse quædam separata: dicimus igitur, quod secundum hoc idem animal separatum multa erit: eo quod vnum & idem separatum animal erit substantia in vnoquoque animali sensibili: & hoc quidem sequitur ex hoc quod sensibile animal non dicitur animal vniuersale, secundum aliud aliquid accidentale, cum dicitur hoc animal nisi secundum ipsam separati animalis substantiam: sin autem sic non dicatur, sed quod secundum aliud dicitur animal, tunc sequitur, quod homo sensibilis erit ex illo animali secundum quod dicitur animal: & tunc illud idem secundum quod dicitur animal, erit genus ipsius, cum dicitur, homo est animal, & separatum non erit genus ipsius. Amplius autem secundum eos qui ponunt ideas esse omnia ex quibus est homo formaliter, & secundum diffinitionem sunt ideas: est autem substantia hominis id ex quo est secundum substantiam: igitur idea ex qua est homo, non est aliud, & aliud substantia hominis, sed idem: esset enim impossibile dicere, quod homo substantialiter esset ex idea, & quod tamen cum illo aliud esset secundum substantiam homo quam idea: ex hoc autem sequitur, quod idem ideale animal sit vnumquodque animal per substantiam: & sic omne animal in animalibus sensibilibus existens est idem animal per substantiam: & ea sunt vnum numero, quæ sunt eadem per substantiam: igitur omnia animalia sunt vnum numero animal. Amplius queramus ab istis, ex quibus separatis illa sunt sensibilia, & quomodo sunt illa animalia ex per se animali separato, aut quomodo potest intelligi, quod possibile sit esse animal quod idem est quod substantia istius sensibilis animalis, & tamen sit separatum præter animal hoc sensibile: Amplius queramus, quomodo ea sunt separata, & tamen sint in sensibilibus: hæc enim omnia sunt, ad quorum positionem sequuntur multæ absurdiora dictis: si autem impossibile est sic se habere propter inconuenientiam quæ sequuntur, palam est, quia non est idea istorum sensibilibus separata ab eis, sicut quidam dicunt. Oportet igitur, quod vniuersale esse vniuersalis sit dispositio particularis, & sit substantialis particularium similitudo: & ideo non est substantia eorum: sicut enim iam sæpius diximus, natura ipsa quæ forma est vt naturam considerata, multiplicabilis est in multa, & tunc multa est & diuisa & singularia: quia tamen est essentialis similitudo intellectus, agit eam ex multis ad vnum: quia vnum est quod abstrahitur ab omnibus: & hæc communis vnitas procedit à singularitate sua in materia, inquantum est causa similitudinis essentialis: & hoc modo vniuersale in intellectu est, & posterius, & non causa rei particularis, sed causatur ab ipso per intellectum abstractentem: & sic patet, quod est esse quoddam, sicut dispositio est esse eius quod disponitur per ipsam. Si quis igitur ponat ipsum ens quoddam in se consistens & causam rei particularis, tunc obuiabunt omnia inconuenientia in dicta: & hoc modo dixerunt ex-

stens per se esse illi qui posuerunt ideas, sicut manifestum est ex omnibus inductis.

## CAPVT IV.

*Quod ideas sensibilibus sunt singularia, de quibus nec est diffinitio, neque demonstratio: ex quo sequitur, quod non vniuersalia sunt.*

Quoniam autem sicut in antè habitis est Tex. c. 53. expositum, est diuersa substantia id quod vocamus integrum, & id quod vocatur ratio siue vniuersale: quod diffinitur: oportet igitur iterum ex hoc considerare vtrum separatorum sit diffinitio vel demonstratio: si enim non est diffinitio ipsorum vel demonstratio, consequitur quod non sint vniuersalia, sed particularia per modum integrorum. Dico autem, quod hoc quod sic est substantia, sicut integrum est cum materia concepta ratio siue forma, sicut diximus in antè habitis. Alia verò substantia est, quæ est secundum formam, & vniuersale est tota ratio, cuius nulla pars est materia. Quæ cum ita dicta sint, constat quod harum substantiarum quæ sunt, sicut integræ est per se corruptio, eo quod etiam generatio est huius rationis, siue formæ dantis rationem, quæ est concepta cum materia: illius autem rationis quæ est tota ratio, non est sic generatio, vt etiam corruptur secundum se: & hoc patet: quia in artificialibus quæ imitantur naturalia, non sit domus vniuersalis secundum se accepta præter particulares domos: sed sit hæc domus, & ab hoc artificie. Verum illa quæ sunt tota ratio, sine generatione sunt & non sunt: quia non per se sunt, vel destruantur, sed potius secundum essentiam ingenerabilia sunt & incorruptibilia: secundum esse autem quod habent in integris, generantur & corruptuntur illis generatis & corruptis: ostensum est enim in antè habitis, quia nullus talia generat vel facit per se: propter quod substantiarum sensibilibus & singularium, nec diffinitio est vera, neque demonstratio: quia omnia sensibilia habent materiam, cuius hæc est natura, quod per eam contingit ea aliquando esse, & aliquando non esse. Dico autem sensibilia quæ qualitatibus Primo c. 124. & infra. tactus sunt determinata: & sicut in primo cæli & mundi ostendimus, quod potentiam habet ad non esse, non est potens esse semper: & ideo omnia singularia sensibilibus sunt corruptibilia. Si ergo sicut in analyticis posterioribus ostensum est, demonstratio est necessarium quæ semper sunt, diffinitio scientialis quæ est demonstrationis principium, est etiam necessarium semper existentium: & hæc non contingit esse & non esse, sicut nec ipsa scientia quæ effectus est demonstrationis, quandoque scientia est, quandoque ignorantia: sed potius sic contingentibus est opinio, quæ est utrens vnus partis contradictionis habitus, propter formidinem alterius. Ita ergo contingentis non contingit esse demonstrationem, nec diffinitionem: sed potius opinio est de ipso. Palam igitur, quod nunquam erit talium singularium sensibilibus

sensibilium diffinitio, nec demonstratio: corrupta enim scientiam habentibus veram non sunt manifesta: quando habentur à sensu saluatis veris eorum rationibus vniuersalibus in anima: quia non propter hoc quod in sensu accipitur, est scientia ipsorum, sed per hoc quod in anima est vniuersale eorundem: igitur substantiarum sensibilibus non erit demonstratio, neque diffinitio vera, quæ est per partes qualitates, sicut diximus: quapropter quando quis diffinit, oportet illum ad tantum studentem esse, vt si diffinit singulare, vt non ignoret vniuersale, quod semper & incorruptibiliter est actu: & hoc est vniuersale, quod totum est ratio: si enim hoc ignorat, contringit diffinitur. Igitur nec ideam aliquam est diffinitio: est enim idea de numero singularium, ex qua separata esse secundum se ponitur, vt dicunt ponentes ideas: iam enim antè diximus, quod vniuersalia sensibilibus non possunt esse sine intellectu sensibilis materia: singularia igitur sensibilibus omnia sunt corruptibilia: & ex hoc sequitur ideas esse sensibiles & corruptibiles, ex quo singularia quædam esse dicuntur: & sic illa opinio destruit seipsam per hoc quod separate ponitur ideas sensibilibus.

Tex. c. 54. Hæc etiam alio modo est necessarium: iam enim superius diximus nomen vniuersalis non esse particularis nisi æquiuoce: ratio enim autem omnem diffinitionem necesse est esse ex nominibus ipsam naturam vniuersalis secundum se ipsam nominantibus: unde si aliquis sic nomen non sciat, diffinitum erit ignotum: quia non diffinitur per ea quæ per se & secundum ipsum conueniunt ei, sed dicto modo posita nomina sunt communia omnibus sui ambitus: igitur ista nomina non erunt singulariter existentis vnus, sed & aliorum eiusdem communis existentium: & hoc est si quis se diffinit, non diffinit se per nomen proprium quod ab individuacione imponitur: eo quod hoc non dicit id quod verè est substantia qua tu es id quod es: sed diffinit se per communia tibi inhaerentia, sicut si dicat, quod tu es animal gressibile: & ponatur hoc esse diffinitionem, in qua animal est genus, & gressibile est differentia: aut dicat, quod tu es animal album, vel aliquid huiusmodi, quod non per se distinctum sit ens, sed quod in alio sit & esse dicat: patet igitur, quod separata singularia quæ sunt vt entia non in alio existentia, non sunt nomina per quæ fiat diffinitio aliqua. Si quis autem ad hoc respondere volens, dicat nihil prohibere, quin ea quæ separata existentia sunt, communia multis si mul cum hoc huic soli inesse, & sic esse substantiam eius: & ita dicat, quod ideas in eo quod sunt separate, sunt communes: in eo autem quod in istis sunt, substantia sunt singularium. Contra hoc primum dicendum, quod similiter sicut ista conueniunt specie, ita conueniunt ambobus illis quæ constituunt speciem, hoc est, generi & differentie: sicut si dicamus, quod si homo communis est separatis actu existens, ita erunt ista duo, animal & bipes, separata actu existentia, & etiam esse ipsa in sempiternis quæ esse dicuntur: & secundum hoc necessarium est, quod ipsa per se existentia sunt priora, & quod sunt sicut partes compositi quæ sunt priora

res composito, sed quod sint separabilia & separata si homo ponitur esse separatus. Aut enim nihil est communium separatum, aut necesse est, quod ambo ista separantur. Si autem nihil est communium separatum, sed semper habet esse in alio: tunc sequitur, quod genus non erit in esse aliquo præter species: & hoc est falsum: quia intellectus generis non pendet ex specie: intellectus autem est separati secundum eos qui formas ponunt esse separatas. Si verò genus est separatum præter species, tunc eadem ratione differentia erit separatum existens: quia ipsa magis substantia est. Hoc igitur est primum quod sequitur ex illa positione: & secundum hoc differentia est per se, non in genere intellecta: & cum magis substantia sit, erit prior genere: quæ omnia absurda sunt. Deinde sequitur etiam ex dictis: eo quod illa ponuntur esse priora specie, & secundum hoc in seipsis saluari: quod non contrario auferuntur: non enim sequitur secundum hoc, si genus non est, differentia non est: nec sequitur, quod si nulla differentia non est, genus non esse: quia ponuntur illa diuisim habere esse adinuicem. Sequitur etiam ista non declarare seinuicem: quia secundum hæc differentia non distinguit genus, nec determinat ipsum: quia secunda hæc rationalitas nihil est animalitatis, cum dicitur animal rationale.

Tex. c. 55. Amplius si secundum dicta ex speciebus compositis sunt ideas, per resolutionem compositi in componentia: ex quo enim separata simplicia magis sunt & verius sunt quam composita secundum inductam opinionem: tunc etiam in separatis magis & verius sunt ea quæ sunt incomposita & simplicia istis, ex quibus sunt per resolutionem: & hæc sunt composita. Amplius etiam illa simplicia ex quibus composita est species idea, sicut genus & differentia, separata egebunt etiam predicari in multis: cum sint vniuersalia, sicut animal, & bipes: quia si daretur, quod non predicantur in multis, non cognosceretur quod essent vniuersalia. Si autem in multis predicantur, cum separata sunt abinuicem, predicabitur animal in multis: cum sit tamen singulare separatum ens, ea de quibus predicatur, erant animalia, nulla differentia vel specie animalis distincta: & idem sequitur de differentia: idea enim est quædam separata idea, quam impossibile est predicari. Et ideo nec de multis predicatur, nec de vno: cum non dicat aliquid esse, sed ens distinctum secundum se ipsum: & hoc non videtur esse consonum veritati: quia omnis idea participabilis esse à subiecto aliquo ponitur. Et ideo ex ista opinione opposita & seipsa destruentia sequuntur.

## CAPVT V.

*De causis erroris ponentium ideas, &c.*

Tex. c. 56. Igitur quemadmodum paulo antè diximus, ponens hanc positionem obliuiscitur, non attendens quod in sempiternis singulariter existentibus impossibile est diffinitio: quia singulari non diffinit, nec diffinitur, siue sit sempiternum, siue non. Talia autem sunt quæcunque sunt



sunt secundum suas species vnica in vnico indiuiduo existentia, vt sol & luna, quæ si diffiniuntur, non diffiniuntur vt indiuidua, sed vt vniuersalia, eò quod multa sunt vniuersalia, vnica vel nullum indiuiduum sub se habentia, sicut diximus in quinto huius sapientia libro: isti enim non solum peccant diffiniendo in hoc quod talia ponunt in diffinitione, quibus ablati non propter hoc aufertur diffinitum, sed etiam peccant in hoc quod diffiniunt per singularia, quæ vniuersalia esse non possunt: quia si forma simplex sit singularis, ista nunquam potest esse vniuersalis: & hoc modo dicunt de ideis, quod quilibet est singularis separata: putabant enim communionem non fieri nisi per actum naturæ, quo simile propagatur à simili per generationem quandam: & idè in multis talibus inuenitur forma vna: sed in his quæ non generantur, dicebant esse singularitatem solum, non attendentes, quod omnis forma de se communicabilis est: & quod etiam nomen indiuidui à formis communicabilibus imponitur, sed principium indiuiduationis in ipso est materia. Sicut igitur diximus, dupliciter peccabant diffiniendo: quia videlicet in diffinitione ponebant ea quibus ablati non aufertur diffinitum: & quia per singularia diffiniabant: vnde solum sicut singulare quoddam diffinientes, dixerunt, sol est astrum perigeon, aut moepheus, hoc est, per inferius terre vadens, aut latens nocte: & hæc diffinitio nulla est: quia siue sol sit sub terra latens, siue appareat, non minus est sol, id quod est per substantiam suam & formam: & absurdum est, si diceretur non esse quando latet, & quod omni die creetur sol nouus: quia sol dicit substantiam quandam, vt diximus, quæ non aufertur ex hoc quod latet vel apparet. Ista igitur vna fuit eis causa erroris. Amplius quæcumque secundum potestatem suam formæ contingunt esse in pluribus, illa non sunt singularia solum. Si enim ponamus solem alium esse diuersum ab isto, talis erit secundum formam, qualis est iste: palam igitur, quia ille etiam sol erit: & sic sol de istis prædicabitur vniocè: igitur quantum ad potestatem formæ solis de sole est communis ratio. Hæc igitur, sicut dicimus, est secunda causa erroris: quia secundum istos sol est de singularibus, sicut Elion, aut Socrates: quoniam si non sunt idæe singulares, tunc quæramus ab eis, quare nullus tantum aufert idæe, quod neque habeat naturam quandam communem diffinibilem? Si enim hoc fieret ab aliquo ipso, perfectò manifestum fieret ei, quod hoc est verum quod nunc à nobis dictum est, quod videlicet singulare vt singulare non est diffinibile.

**Tex. c. 56.** Adhuc autem alia causa fuit eis erroris: quia non discernere sciuerunt inter ea quæ concepta sunt cum materia, & non intelliguntur sine ea, & inter ea quæ cum materia concepta non sunt: manifestum est enim, quod substantiarum quæ estimantur esse separate, plurimæ sunt potestate, & educuntur de materia conceptæ cum ipsa: nec diffiniuntur sine intellectu materie, sicut est animal, & ipse animalium partes, quarum nulla habet rationem separatam: sed potius separate ab eis, quorum sunt partes

& nomen amittunt & rationem, nisi dicantur æquiuocè: & quando separate, non remanet nisi materia, in quam resoluuntur, quæ est sicut terra & ignis & aer: nihil enim istorum est vnum in se distinctum & separatum, sed vt coaceruatio sunt, siue composita cum suis totis integris: & idè nec nomen habent in generatione, nec esse separatam aliquod quod in potentia existentia antequam manifestantur educta ad actum, & fiat per generationem aliquid ex eis vnum per formam cum materia conceptam, & non esse separatam habentem. Maxime autem sic causa erroris, si quis suscipiat per considerationem partes quorundam animalium, & ea quæ sunt animæ & talium animalium partium, & quod consideret, quod ambæ partes diuisæ propinquæ fiunt entes & potestate endelechia siue actu: & hoc est sicut in scientia animalium determinauimus, quod ea quæ sunt similia partium, & viscosi humoris, quando sunt viuum actu & motiuum potestate sunt duo: & sunt actu duo, quando diuiduntur: & tunc vtraque pars viuunt & mouetur. Et putabant isti, quod non viuere partes anima coniuncta corpori, cum corpore incasso destruat talis anima, sed quod viuere & mouerentur anima separate, quæ est numerus seipsum mouens: quia dicebant, quod partes diuisæ ab aliquo habent principia sui motus: & hoc est maxime in animalibus curuis, siue rugosis: hæc enim de causa quædam animalia diuisa viuunt: horum autem causa à nobis in scientia animalium sufficienter determinata est: attamen quantum ad presentem sufficit intentionem, est, quod hæc omnia quod potestate sunt diuisa, quando etiam ipsam animal est vnum natura & continuitate secundum actum: & idè separate anima non est eis causa vite & motus quando diuiduntur. In copulatis tamen quando colliguntur partes diuisæ, non conuolunt: quia talis diuisio est eis læsio organorum, in quibus sunt opera vite, quæ sunt cibum accipere, & digerere, & huiusmodi: & cum in omni animali motus & sensus fluat ex vno, & referatur ad vnum, talis ordo ad vnum hæditur in diuisione. Hæc igitur sui erroris causas acceperunt.

## CAPVT VI.

*Quod ens & vnum & principium & causa & elementum non sunt substantia existentium.*

**Q**uoniam verò vnum dicitur esse ens, & **Tex. c. 57.** substantia vnus vna est eorum, quorum substantia formalis est vna numero, quæ cum concepta materia constituit ens, sicut patet ex prædictis, palam est, quia nec vnum nec ens vniuersalissima prima contingit esse substantiam constitutarum rerum in esse: sicut etiam hoc ipso quod dico elementum principium & vniuersalia sunt substantiæ rerum. Et huius signum est: quia reddito nomine communi de principio substantiæ existentium quæramus adhuc, quod sit principium rerum determinatum,

tum, ut transferamus ad notius determinatum & particulatum: & hoc habentes quiescimus scientes hoc esse principium: tamen eorum que sunt substantia proprie designare magis est principium ens & unum, que indistincta sunt ab ipsis formis earum, quam principium & causa & elementum, que dicunt quaedam conditiones consequentes vel accidentales eis: & cum ens & unum universalia non sint sensibilia principia, multo minus eorum sunt principia principium, & causa & elementum: nihil enim commune secundum esse commune est substantia sensibilem: & hec causa est: quia substantia nulli inest nisi sibi ipsi: hoc ad nihil dicitur nisi ad se absolute: & inest habenti eam composito. Dico autem substantiam eam, que est causa esse que est forma. Amplius cum unum multipliciter dicatur, non potest esse, quod simul secundum multipliciter illam totam sit in uno, cuius dicitur esse substantia. Constat autem, quod unum commune multipliciter dictum est commune: igitur substantia non est: propter quod manifestum est ex dictis, quod nullum universale separatum existit præter singularia secundum esse singularium prædicarum de eis.

CAPVT VII

In quo recte & in quo non recte dicuntur ponentes formas.

**I**lli tamen qui ponunt species esse separatas, uno quidem modo dicunt recte, & alio modo dicunt non recte. In hoc enim dicunt recte, quod quando consenserunt, quod sunt substantia per se existentes, quod separarunt eas: quia tales substantia habent esse separatum. Sed in hoc non recte dicunt, quod dixerunt unam separatum numero substantiam per essentiam in multis esse specie: non enim potest unum numero esse per essentiam in multis numero. Causam vero huius positionis acceperunt: quia propter ignorantiam suam non habent reddere que sunt incorruptibiles substantia & forme que sunt præter singulares & sensibiles: hæc enim de causa ideas dicunt esse eandem specie cum corruptibilibus: quia, sicut dicunt, istas corruptibiles scimus, quando per se hominem separatum & per se equum separatum addimus sensibilibus secundum idem verbum siue nomen & rationem, sicut exemplar & imago sunt eiusdem nominis & rationis: & scitur imago per tropicum eius, qui est exemplar. Hinc autem dicunt esse signum: quia quamvis sensu visus non percipimus alia, tamen existimo nullum dubitare, quod non propter hoc minus existunt alia eiusdem substantia, per quas nunc iocundamur in pulchritudine cæli contemplata. A simili ergo quamvis nunc non haberemus ista que sunt sensibilia, tamen forsitan esset necessarium esse ista secundum incorruptibilem substantiam qua sciuntur & sunt apud intellectum. Sed ratione eadem contra eos possumus vii. Si enim illa sensibilia non habent esse per intelligibilia separata quibus sciuntur, que quidem

*Penitentiam in hoc non recte dicunt, quod unum numero substantiam per essentiam in multis esse specie.*

non separata sunt nisi in intellectu: & cum in intellectu non sunt, separata non sunt: & cum separata non sunt, tunc simpliciter non sunt, sicut isti dicunt, à primo arguendo sequitur ad ultimum, quod si intellecta non sunt, quod simpliciter non sunt: & sic entia non sunt in naturis suis & principiis, sed potius ab intellectu esse accipiunt. Sed contra hoc est, quod si substantia rei per quam res est id quod est, ab intellectu est, tunc multo magis sensibile non est nisi quando in sensu est: & hoc absurdum est: quia alia sunt quamvis non videantur, & similiter sensibilia alia quamvis non sentiantur. Hanc enim opinionem supra in tertio huius sapientia libro destruximus, & ostendimus ens non relative dici ad intellectum vel sensum, sed potius & conuerso: isti tamen maxime innitebantur isti rationi quam paulo ante diximus, quod videlicet simile sit à simili: & propter hoc primum simile oportet esse primum generans non generatum: & quia est in generatum, est etiam incorruptum, & sic est sempiternum: unde dixerunt illas esse veras formas: sensibilia autem dixerunt non habere formas, sed formarum imagines.

Ex omnibus igitur inductis manifestum est, quod nihil universale secundum esse universale est substantia, & quod non est aliqua substantia ex non substantiis, & ideo non est ex universalibus. Plato autem & quidam Pythagorici, quia universalia dicebant esse principia & substantiarum singularium & scientie, dicebant illa semper esse in intellectu agente & possibili: & ideo dicere secundum ipsos non est nisi immemores recordari. Cum autem hoc ostensum sit universale non esse substantiam, sed esse substantiale abstractum à rebus, sequitur intelligibilia semper fieri in anima: & sic possibile intellectus sit in effectu: & hoc est non recordari immemores, sed de nouo scientiam accipere. Quælibet autem intellectus agens semper agit & intelligat, alibi à nobis determinatum est.

CAPVT VIII

De intellectu quidditatis & substantia vera determinatione per questionem quare, siue propter quid.

**O**mnibus autem istis opinionibus improbaris faciemus aliud altius in quæstionis principium, & secundum veritatem Peripateticæ opinionis dicemus & quid & quale quid oportet dicere substantiam que est quidditas, quam superius esse substantiam diximus sensibilem & singularium: forsitan enim ex quidditatibus sensibilibus substantiarum palam erit etiam de illa substantia que secundum esse separata est à sensibilibus substantiis, que est forma prima & omnis substantia causa prima & vera, quam nos in sequentibus ostendemus esse lumen intellectuum agentium separatum: cuius etiam in præhabitis iam aliquam mentionem fecimus. Incipiamus igitur dicentes, quod pro certo substantia sensibilis compositæ que hoc



hoc aliquid est, aliquid est principium, & quædam causa quæ est quidditas ipsius: & licet hanc superius ostendimus per distinctionem, tamen adhuc ut certior sit doctrina, manifestat in unum eandem per naturalem de qualibet re questionem: & hæc autem manifestationes sunt logicæ: hinc igitur manifestum erit tales substantias habere quandam substantiam principium & causam: semper enim per questionem quare queritur sic intenditur principium & causa: queritur enim per quare sic, ut queratur quare aliud quod est predicatum ab alio quod est subiectum insit, & illud predicatum essentiale secundum id quod est, causa est principium subiecti. Cum enim queritur per quare, tunc queritur, sicut si dicamus, quod queritur quare musicus homo, musicus homo est? & hoc non est querere quare idem de se dicitur, sed potius hoc est dictum querere, quare homo musicus est, aut quare est aliquid aliud quod predicatur de ipso, si aliud queritur de homine: non enim facimus hic vim aliquam, si plures interrogationes fiant ut vna. Non autem contingit quæ est e questionem quare, siue propter quid, quæ est penitus idem est id ipsum sibi: quia illius nulla causa est vel principium, sed de vno simplici potest queri quæstio quidditas. In quæstione enim propter quid siue quare oportet questionem manifeste tam esse quia est & quod ipsum habet esse: & hoc idem est: quia quæstio quare, & quæstio propter quid sunt circa idem: quia vnde insit aliquid & propter quid insit, de eodem tu t. Dico autem explicando, ut si dicamus, quia luna patitur eclipsim, & quando hoc manifestum est, tunc querimus, quare patitur eclipsim: volentes scire principium essentiale illius passionis: eiusdem verò quia idem vna & simplex est subiecti ratio: nec intercidit aliqua causa qua e idem sibi insit vnde vna est ratio, & vna causa in omnibus talibus, ut quare homo est homo, & quare musicus homo est musicus homo: vnde in quibuslibet que nulla est diuersitas inter predicatum & subiectum, non potest queri propter quid siue quare: & hoc est in primo simplici quod idem penitus est cum omni eo quod habet.

Fortè autem aliquis ad ista instando dicit, quod singulum eorum quæ sunt, indiuisibile est siue indiuisum ad seipsum. Indiuisum autem est vnum & idem esse secundum ea quæ in quinto determinata sunt: & sic de nullo potest fieri quæstio per quare, siue propter quid. Sed ad hoc respondemus, quod quamuis quodlibet existentium sit in se vnum secundum numerum & subiectum, tamen est aliquid commune de omnibus predicatum: & hoc est secundum veritatem conueniens eis: & de hoc potest queri per quare: quia hoc iam inest subiecto.

Queritur autem etiam non modo de accidente quod inest subiecto, sed etiam de forma substantiali: & recte queritur querens, quare homo est animal tale: licet enim iamdudum dixerimus, quod in talibus quæ sunt in primo modo dicendi per se, predicatum per intellectum non possit separari a subiecto, & idem non intercidat causa per qua n tale predicatum de subiecto possit demonstrari: tamen quia cum dicitur de

subiecto, diuersis modis potest dici de ipso. Hoc autem planum est ex hoc, quod cum talia sint subiecta, qualia permiserint predicata, cum cum dicitur, homo est animal, stat homo pro natura multiplicata per indiuidua: quia illis conuenit esse animal, & quoad hoc actu animal includitur per intellectum in homine: tamen quia bene dicitur, homo est animal, & homo est rationale, licet non bene dicatur sic, homo est animal & rationale: & idem significatur animal potentia esse sine rationali, & hoc modo diuersum est ab homine: & quoad ambitum huius potentie queritur cum dicitur, quare homo est animal? & ambitus huius potentie impedit conuersionem consequentia, cum dicitur, si homo est, animal est, & non conuertitur. Hoc autem quod est idem, sic penitus non queritur: & hoc palam est ex dictis: vnde animal non est omnino homini idem: iam enim non queritur, quare illud existit? In omnibus autem in quibus quare queritur, oportet esse manifestum, quia existunt & sunt: nam si hoc non sit ita, tunc penitus nihil queritur quare sit, sicut querimus, quare est tonitruum, relinquentes esse manifestum quia est tonitus in nubibus: nisi enim hunc esse sciremus, non quereremus principium & causam huius soni: sic enim semper aliud de alio est queritur, cum queritur quare hoc est? sicut cum querimus dicentes, quare cæmentum & lapides sunt domus; palam enim est, quia sic querens querit principium & causam, quæ est ipsa quidditas domus sic ex materia facta: huius autem causa quam querit, est quid erat esse domus in illa materia: sic enim logicè loquendo declaratur quidditas. In quibusdam autem per propter quid & quare queritur principium quod est cuius causa: & hoc est finis, ut forsitan in dōmo aut scanno in quibus determinatus attenditur finis vltimus, sicut iamdudum determinatum est in libris ante habitis. In quibusdam verò hac eadem quæstione queritur, quid motus primum quod est causa mouens: hæc enim etiam est vna de numero causarum propter quam etiam res fit. Sed causa mouens in fieri queritur & corumpi factorum & corruptorum. Altera autem causa quæ est forma & quidditas, queritur inesse rei cuiuslibet: queritur autem per causam propter quid siue quare obliuiscitur & later, maxime in his quæ non dicuntur secundum naturæ diuersitatem adinuicem: & hoc est in substantiis secundum primum modum dicendi per se dictis: vel idem compositum de se dicitur ac si ipsum penitus est simpliciter: & hæc causa est simpliciter dici talia: quia non ita deprehenditur diuersitas in his quæ vnus naturæ sunt, sicut in his quæ sunt naturæ diuersæ: quia ea quæ vnus naturæ sunt predicata & subiecta, sunt idem actu, & duo potentia: & idem secundum quod sunt idem predicatum, non ponit in numerum cum subiecto. In subiecto etiam & accidente sunt duo actu: quia subiectum ponit in numerum cum predicato: & idem in his minus later, & huiusmodi obliuio est, sicut cum homo quid est hoc, quando per quare queritur de quidditate hominis, & non queritur diffinitè quare homo est hoc, aut hoc, quod ut diuersum predicatur de ipso: sed in talibus oportet nos querere

tere tangentes questionem ostendendo aliquam secundum potentiam predicari ad subiectum diuersitatem. Si autem ad subiectum aliquid nihil sit commune, sicut est in primis simplicibus, tunc nihil est querere, cum quædam sic per quare queruntur: quia illa sunt simplicia & causam non habent.

Tex. c. 60. Quoniam secundum dicta oportet talia subiecta habere aliquid essentiale commune, & existere secundum esse illa, palam, quia querens per quare, querit materiam & naturam huius quod existit sic secundum naturam, sicut queramus dicentes, quare est hæc domus? Dixerimus respondentes materiam dicendo, quia hæc existunt ex quibus est: & sic quid erat esse domus materiam adiungimus. Et si queramus, quare est hic homo? Dixerimus materiam cum forma: quia ex tali corpore talis figura & talis complexionis. Per quare igitur queritur causa materie per quam est in actu. Huius est autem species siue forma cui inest esse quid, & hæc species, & forma, est ipsa rei substantia. Ex dictis autem palam est, quia in verè simplicibus & primis non est aliqua quæstio per quare, nec doctrina demonstrationis est in talibus, sed diuersus est modus quæstionis talium.

## CAPVT IX.

De probatione, quod in omni composito aliquid est forma substantialis præter competentiam.

Tex. c. 60. Nunc autem in fine huius disputationis de substantia quæ est quidditas, dicimus, quod omne quod est compositum ex aliquo, si verè componitur, sic componitur ut omne fiat vnum, ita quod verè sit vnum: in quinto autem dedimus differentiam inter totum & omne: hoc autem loquimur de vnitatem vniuersi, quæ magis est forme & qualitatis, quam quantitatis: vnitatem autem qua compositum quod natura componit sit vnum, non est vnitatem coacervationis, sicut est in aceto granorum & lapidum, sed est vera vnitatem qua quidditas & ipsum quod quid dicitur, est vnum & non multa, sicut superius in hoc eodem libro est ostensum. Hæc autem vnitatem est sicut syllaba est vna, vel dictio vna quæ componitur ex duobus sonis: & syllaba quidem non est ipsa elementa materialia in ea: sicut enim dicam b, syllaba ipsa non est id ipsum b, & id ipsum a, nec caro est ignis & terra quæ sunt materia ipsius: quia cum illa sint multa actu, non est vnum ab illis, sed ab aliqua vnitatem quæ est alia ab ipsis. Huius autem signum est: quia dissoluta syllaba & carne sunt & manent illa ex quibus sunt: & cum sic manent, non sunt in actu caro, & in actu syllaba. Si autem teget etiam, quod post dissolutionem factam in ista essent caro & syllaba: coniunctio enim & separatio istorum non inducit essentia vnitatem: & si ista essent syllaba & caro coniuncta, etiam post dissolutionem essent idem, sicut patet in aceto lapidum qui post separationem est lapides, sicut in ipsa coacervatione: eò quod

acereus non dicit nisi vnitatem collectiuam: & nos de illa non loquimur, sed de vnitatem naturæ qua verè est vnum compositum. Multi tamen qui formam nihil esse dixerunt, vnitatem naturæ non dixerunt esse nisi coacervationis. Dicimus igitur, quod illa ad quæ sit resolutio compositi, sunt elementa, ut ignis & terra: oportet igitur, quod aliquid sit syllaba, non solum elementa composita vocale & consonans, sed diuersum ab illis, quod est ratio & forma compositi. Et similiter caro non est solum terra & ignis, aut calidum & frigidum alterata ab excellenti ad medium, sed est diuersum, quod est quid & speciei eius secundum quod ipsa est caro secundum actum: licet enim mixta alterentur adinuicem, & ad medium veniant, tamen ex hæc non habent formas substantiales: quia forme substantiales non miscentur cum sint simplices: sed ipsa mixtio secundum rationem suæ proportionis qua miscentur forma quæ est actus materie, efficiuntur proprii in subiectum: sed tamen ipsa mixtio non est forma substantialis: cum enim omnis mixtio quæ secundum proportionem est, & præcipue secundum proportionem geometricæ mediæ, sit ad aliquid, & illud ad quod est, siue propter quod, non sit aliqua pars materialis mixtorum, quia aliter esset idem propter seipsum, oportet quod mixtio corporum naturalium sit propter aliquid, & hoc est forma. Amplius aliquid est quod vnitatem mixta: & si quis dicat, quod hoc est actus mediæ, hoc esse non potest: quia ille non est nisi alterationis extremorum, secundum quod medium est: nos autem inferius ostendimus, quod forma substantialis accidens non est. Si autem quis dicat, quod medium est, quod educitur de extremorum mixtione quasi de potentia ad actum, & non est de natura extremorum: & ex hoc sequitur nostra intentio, quod videlicet forma specialis quæ nullum mixtorum est, nec omnia simul sic educta de potentia vel substantia ad actum & sit vnitatem compositi naturalis: quia, sicut in ante habitis diximus, hoc est in potentia in materia proxima: & designatio illius potentie est genus proximum, & in potentia remota est in materia remota, & designatio illius potentie est genus remotum: & sic semper egreditur actus de potentia: eò quod omnes differentie in ambitu alicuius generis continentur, & educuntur de illo: & idem cum producantur in esse res, non sit forma ex nihilo: & cum resoluuntur entia, non cedit forma in non esse. Hæc autem forma generis quæ inchoatio foriparum est, intrinsecum mouens est ad generationem naturalem, quando excitatur & conualescere incipit per motum efficientis qui est in actu perfecto. Ex dictis igitur constat, quod omne compositum est quid aliud à suis componentibus: hoc autem quid aliud à componentibus elementis fortè diceret aliquis esse, aut elementum, aut ex elementis, & sic substantiam compositi non esse nisi materiam: hoc autem sic improbat: si enim hoc est elementum, iterum eadem ratio est de isto sicut de aliis: quia videlicet caro in hoc & alia resolutur, & sunt non caro: ex his autem quæ sunt non caro, non sit caro nisi aliquo alio addito, quod facit carnem esse carnem: igitur oportet illis iterum addi

addi: addatur igitur sextum elementum illis: hoc iterum post resolutionem & ante generationem carnis sunt non caro: iterum igitur non fit ex illis caro, nisi aliquo alio addito: & tunc iterum quæro si hoc fit elementum: & hoc modo procedam in infinitum addendo: ex hoc enim & igne & terra & aliis omnibus elementis, & amplius alio, quod est præter ea additum eis, caro, erit: ergo illud sic procedendo vadit in infinitum. Et si dicatur, quoddam est ex elementis illud additum, tunc non est ex vno elemento, sed ex pluribus: nihil enim est ex vno compositum: hoc igitur aut illud idem erit compositum ex elementis, ex eo quod ex ipso sic composito ex elementis componitur: aut erit aliud: & postquam ipsum est per compositionem, tunc cum elementis componit aliud quod est ex ipso. Et quotumque horum duorum modorum dicatur, in ipso eandem diximus rationem quam diximus de carne & syllaba: hoc enim resolvitur in componentia quæ sunt non illud: igitur non fit ex ipsis nisi quodam addito: & sic idem sequitur quod prius. Si autem quis dicat, quoddam dato, quoddam compositum est ex forma & materialibus, idem sequitur sic: fit enim compositum ex a, & b, & c, materialibus & d, sicut forma: & fit compositum totum e, dico igitur e, totum compositum est ex a, b, c, & d, ergo resolvitur in illa: illa autem non sunt e, ergo e, non fit ex illis nisi aliquo addito sit illud. Iterum procedo sicut prius, e enim resolvitur in a, b, c, d, f, quæ nec omnia nec singula sunt, e, igitur non fit ex ipsis, nisi aliquo addito: & hoc procedit in infinitum sicut prius: videntur igitur non concludere ratio inducta.

Ad hæc autem respondentes dicimus, quod ratio inducta de necessitate concludit: sed cum additum sit elementis, forma dans esse compositum, non reolvitur in formam & materialia manentia: quia forma non manet nisi secundum potentiam, sicut diximus ante: & ideo postea ex ipsa & illis materialibus & alio addito non fit vnum, sed potius formam de materia educit generans: & ipsa dat esse & nomen composito, & est quidditas ipsius: unde hoc additum elementis videtur esse elementum: & causa quare hæc est caro, & hæc syllaba. Dico autem elementum non materiale, sed intrinsecum constituens: & sic hoc additum est totum ipsius esse: quia post suum esse non nisi materia est, quæ nihil est de esse, licet esse quorundam sit in ipsa, sicut ante diximus de causa & substantia carnis & syllabæ: ita est in omnibus aliis ex materia & forma compositis, siue vocentur simplicia, sicut elementa, siue vocentur composita, sicut materialia & plantæ & animalia: forma enim materię addita substantia est singularum: hæc enim forma est prima & proxima causa ipsius esse quo vnumquodque est id quod est: esse enim proprius est actus ipsius.

## CAPVT X


De natura formarum accidentalium,  
& qualiter distinguantur à  
forma substantiali.

Quomodo verò quedam formæ quæ etiam additæ sunt elementis in composito, non sunt substantiæ, eò quod non dant esse simpliciter, sed potius causantur à subiecto in quo sunt sicut formæ accidentales, oportet quod quæcumque formæ quæ sunt substantiæ rerum, sint substantiæ secundum ipsam rei naturam, & ipsa forma rei constituta natura est propria: & cum natura constituitur secundum actum constituta, tunc manifestabitur quibus accidentibus ipsa natura est substantia substantia, vt subiectum cuius esse quoddam est forma accidentalis, sicut in principio huius septimi dictum est. Ab ipsa enim substantia composita per formam materiam continentem & terminantem fluunt virtutes in materia, & ab ipsis causantur formæ accidentales in composito. Et ideo quedam istarum formarum sequuntur formam, sicut potentie naturales: quedam autem sequuntur materiam, sicut naturales impotentie: & quedam causantur à passionibus vel actionibus subiecti sic constituti. Omnes autem tales formæ sunt esse consequentes, & non habent quidditates absolutas à substantia: & ideo etiam non habent absolutam à substantia distinctionem: & huius causam iam in ante habitis diximus, quod videlicet vnumquodque diffinitur per se constituens in esse principiorum. Et ideo cum huius formæ in esse constituantur per substantiam, oportet quod etiam per substantiam diffiniantur: & ideo etiam absolute essentia non sunt, quarum actus sit esse, sed potius ab esse dicuntur essentia, si nomen essentia eis attribuitur improprie. Forma autem substantialis, quæ verè substantia est, non proprie dicitur elementum, sed principium: & causa proprie vocatur, eò quod ipsa totius esse est causa & principium & aliquo modo finis: elementum verò est materiale principium proprie loquendo, in quod diuiditur, & resolvitur id quod ex materialibus compositum est, sicut in materiam manentem & incorruptam, sicut syllaba ba, resolvitur in sonans & consonans, a, & b, forma autem non est in quod resolvitur compositum ex materia & forma: quia forma non manet: sed sicut generatur per accidens, ita etiam corrumpitur per accidens in potentiam materię, ex qua educitur per generationem. Sic igitur demonstratur, quod forma est præter materiam aliquid additum composito, quod multi negant.

Tex. c. 60.

Forma substantialis non proprie dicitur principium, sed principium dicitur. Videt 5. metaph. com. 1.





LIBER OCTAVVS,  
QVI EST DE  
S V B S T A N T I A  
SECUNDVM QVOD IPSA  
EST FORMA ET ACTVS  
ET NATVRA.

TRACTATVS I.  
DE MANIFESTATIONE, QVOD  
materia est substantia, & quod forma  
est talis substantia.

CAPVT I.

*Quae sit libri intentio, & quis mo-  
dus in ipso.*

Tex. c. i.



**B** X I S quae dicta sunt de sub-  
stantia ad quam refertur diffini-  
tio, syllogizare oportet & col-  
ligere de substantia secundum  
quod ipsa est forma & actus &  
natura eius cuius est substantia.

Copulati igitur colligentes & syllogizantes  
ex principiis substantiae preinductis ostendemus  
eamdem substantiam ad quam refertur definitio,  
esse formam & actum & naturam definiti: &  
hoc facto sine intentionum attingimus in sermo-  
ne de substantia: hoc enim solum dicendum re-  
manet de principiis substantiae, sicut patet ex  
divisione quae in principio septimi libri in hac  
eadem scientia inducta est. Haec igitur nostra  
est intentio in hoc octavo primae philosophiae  
libro: dictum est enim in ante habitis, quia in  
hac sapientia verè entium, hoc est, substan-  
tiarum queruntur causa & principia & elemen-  
ta: quia sine his ens verè non cognoscitur, cui  
conuenit vnumquodque analogum per primam  
ipsius rationem, & alia sunt modi ipsius, liqui-  
de colligitur, quod siue hoc insit rei, siue non,  
sed modus eius, sine hoc non potest sciri id  
cuius ipsum est principium. De causa est hoc

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

magis euidens: causa enim est, quam sequi-  
tur aliud, sicut ostensum est in primo & se-  
cundo huius sapientiae libro: & ideo siue insit  
causa per essentiam, siue non, siue ipsa non  
scitur id quod queritur. Et hoc etiam in multis  
ad proprietatem huius sapientiae spectantibus  
planum est videre: quia nec fluencia à prima  
causa & ab aliis separatis cognoscere possumus,  
nisi illis cogitis: cum tamen nulla illarum cau-  
sarum elementum sit sui causati, sed lumine suo  
constituar ipsam, sicut in sequentibus osten-  
detur. Nec etiam accidentales formae cogno-  
scuntur sine causa sua quae est substantia subiecta:  
cum tamen substantia subiecta non sit elemen-  
tum accidentis: & in substantiis sensibilibus  
multa causantur ex caelestibus, cum tamen  
nullum caelestium sit elementum inferiorum: &  
sic se habet influentia intelligentiae supra ani-  
mam, & in causalitate vitae & sensus & ima-  
ginationis & desiderij & motus, quae causantur  
ab anima in corpore: tales autem causae que-  
runtur in hac sapientia, & sine eis non potest  
sciri quod queritur: elementum autem est,  
quod ingreditur in esse rei, sicut definitio  
ingrediuntur diffinitum: & constat, quod sine  
illis substantia sciri non potest. Ex omnibus igitur  
his planum est videre, quod volentibus no-  
bis inquirere substantiam quae est actus & na-  
tura, ex talibus inquirere oportet.

Bb

CAPVT

CAPVT II.

De diuersitatibus substantie que est natura rei, &c.

Substantie autem que sunt nature rerum, dupliciter ab antiquis determinantur: quædam substantie communiter concessæ sunt ab omnibus esse substantie: id est quod primo substantie & in se subsistant. Aliæ autem sunt nec idem dicte substantie que in se subsistant, sed quia substantiam faciunt esse id quod verè est: & de illis non est adeo manifestum, quod sint substantie: & idè de illis quidam priuatos & proprios enuntiauerunt sermones: quidam enim illas negauerunt esse substantias, quæ non subsistant aliis entibus. Quidam autem quamuis concedant has esse substantias, tamen quidam eorum ens dixerunt esse numeros, & quidam mathematica, & quidam in montan, & quidam separata que vocantur ideas, sicut sapientia in antè habitis dictum est. Illæ verò substantie que substantiam esse confessæ sunt ab omnibus, sunt physice que subsistantur motui & mutationi, vt ignis, & terra, & aqua, & alia corpo a simplicia que secundum diuersos diuersimodè ponuntur: & in secundo loco continentur esse substantias que sunt ex his, sicut sunt plantæ & partes plantarum, & animalia & partes animalium tam homogeneæ quam heterogeneæ, & corpora que sunt omnium finis & extrinsecas continens que nulli auctori, sicut caliditas & partes celi. Proprius autem & priuatis & non communiter confessis sermonibus quidam dicunt esse substantias & naturas rerum species ideales: & hoc idè dicunt, quia etiam mathematica, quamuis sint separata à rebus, dicunt esse substantias rerum & naturas. Alias autem substantias sequitur esse substantias ex ipsis substantie rationibus: quia videlicet sunt principia constituenta substantiam designatam & compositam, sicut distinctio quid erat esse significans siue quidditas, & subiectum cuius est differentia & actus.

Tex. c. 2.

Amplius autem secundum hanc eandem rationem genus, quod secundum sui naturam est quid substantie speciei, magis & per prius est substantie quam speciei, & vniuersale magis est substantie quam singularis: sed hoc est aliter, siue per aliam substantie rationem, quam superius inducta sit: materia enim ab eo quod est primo subsistere substantia dicta est: indiuidua autem substantie designata dicte sunt esse substantie, quia primo & principaliter & maxime subsistant: sed species ideales & mathematica idè dicte sunt substantie, quia cum in se separatae sint, causa sunt aliis quod sunt & dicuntur substantie. Genus autem & vniuersale substantie sunt: quia sunt in ratione substantie: quia non distinctur neque diffinitur nisi vniuersale: & primum vniuersalium distinctum est genus, & vltimum distinctum est species, quæ est eorum esse singularium. Et idè in hac ratione substantie magis est substantia genus quam species, & magis est substantia vniuersale quam

singularis. Vniuersali verò & generi etiam idea copulantur secundum eos qui ponunt ideas esse rerum formas & naturas: quia secundum eandem, quæ dicta est, rationem videntur esse substantie: qui enim ponunt ideas, dicunt eas esse rerum singularium principia. Quoniam autem tertio distinctio qui significat quidditatem, est substantia, & hæc ratio designans ipsum est distinctio, idè in antè habitis de distinctio siue de substantia ad quam primo & per se refertur distinctio, determinatum est. Adhuc autem quia distinctio non est simplex, sed ratio composita est, & omnis ratio talis habet partes, idè necesse est nobis considerare de partibus distinctiois, vt vniuersale distinctio nominibus partium sint substantie & nature rerum, vel non, & que sint de ipsis partibus distinctiois partes substantie, & que non: & oportet considerare si eadem partes distinctiois distinctio oportet, aut non? cum enim substantia que verè distinctiois est, distinctio videntur partes distinctiois esse substantie: cum autem actus distinctio, non videtur sic esse. Similiter autem partes distinctiois non prime distinctiois esse videntur: primæ autem nequequam. Amplius autem secundum superius locum determinata, nec vniuersale est substantia in ratione vniuersalis, nec genus in ratione generis: quia natura simpliciter que est substantia rei, accidit vniuersale esse, per hoc quod est separata per intellectum: & eundem tali natura accidit esse genus, per hoc quod est prima potentia in rebus differentias que sunt eius qualitates, sicut patet ex superius determinatis: & idè de huiusmodi hic dimittimus, cum non queamus hic nisi substantiam que est natura rei secundum suum esse, vel secundum quod ipsa est id quod est. De istis verò & mathematicis, vt vniuersale substantie rerum, vel non, potius pertractandum est in vltimis huius sapientie libris, duodecimo videlicet, & tertio decimo. Hoc autem auctores earum dicunt esse præter sensibiles substantias. Nunc autem tractabimus de manifestis substantiis, quæ ab omnibus confessæ sunt, & hæc sunt substantie sensibiles: nec tractabimus de eis secundum quod ensibiles sunt, quia hoc pertinet ad physicam, sed potius tractabimus de sensibilibus secundum quod ipsorum substantia pendet ex substantie principis primis, quæ sunt actus & natura sensibilibus.

Qualiter consideratio de sensibilibus substantiis in metaphisica differat à natura ali de istis consideratione. Vide etiam Commentum. 12. in 1a 1a 29. com. 19. 7. m. 2. com. 5. & 9.

CAPVT III.

De substantiis que sunt vera rei natura, & qualiter probatur, quod materia talis sit substantia.

Sed sensibiles substantie sicut omnes continentur, materiam quidem habent sicut quandam naturam sui: hoc enim quod dico materiam habere, cum omnis materia in motu corpore consideretur, sicut in secundo huius sapientie libro probatum est, idem est quod materiam: sit uero in potentia ad vbi, & formam

aut in potentia ad vbi habere, & hoc est causa eius quod est sensibile & sic per se est, ita sensibilibus substantia habet materiam & prædicatum eius in ratione subiecti. Substantia tamen aliter quidem est materia, & aliter est ratio & forma, quarum vtrique est natura sensibilis specie designata. Dico autem materiam in quolibet cuius ipsa materia est natura quædam, quæ non est aliquid ens actu & perfectum, potestate verò est hoc aliquid. Sicut enim in præcedentibus diximus, si accipitur materia vt altera pars compositi, non est prædicabilis de eo cuius est materia: quia sic est actu ens, & accipitur vt ens quoddam, & non vt esse: propter quod de nullo secundum rectum prædicabilis, sed oblique: & si accipitur vt in potestate ad formam, tunc ipsa non accipitur vt ens, sed vt esse: & sic designatur per genus quod prædicatur de eo cuius est genus: & idè materia quidem non est genus, sed tamen genus non est sine materia: & idè sic dicitur, quod materia potestate est hoc aliquid: quia ipsa est hoc aliquid secundum esse inchoationis, sicut sæpe diximus. Aliter verò dicitur substantia ratio & forma. Forma quidem quæ hoc aliquid compositum ens est hoc aliquid & ipsa est vera natura eius. Et accipitur etiam forma duobus modis. Vno quidem modo prout ipsa natura & actus dans esse & substantiam ei cuius est natura: & sic prædicatur de ipso: idè quod ipsa hoc modo considerata totum est esse ipsius. Alio autem modo accipitur vt essentia quædam separata, & sic est pars accepta, vt ens, & non vt esse: & hoc modo non prædicatur de eo cuius est forma: & quia hoc loqui suscepimus de substantia secundum quod est natura rei substantiate, non loquemur hoc de materia, nisi secundum quod potestate est hoc aliquid: & de forma non loquemur nisi secundum quod ipsa est actus eius quod est hoc aliquid & est prædicatum de ipso: forma enim ratione abstracte est separabilis, sicut diximus. Tertium verò quod etiam substantia est, illud est compositum, quod est ex his & est substantia designata, cuius solius generatio est & corruptio & motus: quia non generatur nec corrumpitur nisi compositum: & hoc in sequentibus huius octauis libri probabitur: substantia etiam est id quod est simpliciter in esse & natura separatum: quia secundum rationem & ordinem substantiarum quædam sunt substantie separabiles, quædam autem non, de quibus in vndecimo huius sapientie libro perquiretur.

Forma dicitur accipitur.

Tex. c. 4.

Quia verò materia sit substantia, palam erit ex his que dicam: sicut enim in physicis olim determinatum est in omnibus motibus & mutationibus que sunt inter opposita, est aliquid quod est quasi fundamentum fixum & subiectum motibus & mutationibus illis, sicut in motu secundum locum, oportet esse aliquid quod idem manens ferrat in toto motu, & nunc est hoc, & iterum postea in substantia manens ibi, & sic idem manens in tota sitis reuolutione: eodem autem modo & in augmenti motu idem in substantia est quod nunc est tantum, & postea minus vel maius: & similiter in alteratione idem in substantia est quod nunc est tantum, & postea in motu qui est de sanitate ad

D. Alber. Mag. Metaphy.

egritudinem, laborat: & hoc planum est in motibus qui sunt de subiecto ad subiectum. Est hoc autem verum in mutatione quæ est secundum subiectum: quia hinc subiectum est primum generationis & corruptionis & idem fundamentum, quod nunc est in generatione, & iterum erit in corruptione: & illud quidem fundamentum nunc quidem est subiectum quasi aliquid ens generatum & perfectum, quod iterum idem subiecto manens erit subiectum quasi secundum priuationem, quæ est secundum non esse hoc: & in his mutationibus esse materiam quæ fixa manet in tota mutatione, & est primum subiectum generationis & corruptionis, sequuntur alie mutationes: quia quicquid generatur, alteratur, & augmentatur, & mutatur secundum locum: subiectum autem & fundamentum aliarum mutationum non necessario sequitur vnum, aut dua, aut plures mutationes secundum formam mutationis dicte: quia non sequitur, si aliqua natura est fixum fundamentum in loci mutatione, quod eadem sit fundamentum fixum in generatione & alteratione & augmento: non est enim necesse si quid habet materiam localem, quod etiam habeat materiam generabilem & corruptibilem. Quæ autem differentia sit inter fieri aliquid simpliciter, & inter fieri aliquid non simpliciter, in physicis dictum est in libro qui de generatione & corruptione vocatur. Ex omnibus autem que dicta sunt, syllogizari conuenit, quod quicquid est fixum fundamentum vnum & idem manens in omni & tota transmutatione sensibilem, est substantia & natura eorum: materiam enim est fixum fundamentum vnum & idem manens etiam in omni & tota transmutatione sensibilem: materia igitur est natura & substantia eorum.

Primo de generatione text. com. 1.

CAPVT IV.

De opinione Democriti de substantia que est forma & natura sensibilium, &c.

Sed quoniam ab omnibus etiam primis philosophantibus confessum est subiectam materiam vt subiectam materiam esse substantiam & naturam sensibilem, & quod illa materia que est potestate hoc aliquid, vt paulo antè diximus, idè vltimus ad hoc probationes inducere non oportet: igitur nunc dicere conuenit nobiscum substantiam sensibilem, quæ est quasi actus & natura formalis sensibilem: & de hac quidem multi, vt diximus, proprios iam protulerunt sermones. Democritus ergo qui corpora indiuisibilia confessus est esse sensibilem materiam, tres primas differentias esse simul existimat, ita quod nulla illarum trium reducatur ad aliam sicut ad priorem: nam secundum istam corpus indiuisibile est vnum & idem: sed differt formalibus differentiis, rhytmotrope, diathige: & rhytmum quidem vocat figuram, propter numerum linearum & angulorum indiuisibilem, eo quod quædam atomorum sunt trigona, & quædam tetragona, & sic de aliis figuris: tropen autem conuersionem se-

Tex. c. 5.

B b 2 condum



cundum positionem & situm dicit, eo quod quædam sunt supra posita in composita, quædam infra, & quædam à dextro, & quædam à sinistro, & quædam ante, & quædam retrò. Diatogen autem dicit ordinem, eo quod in quibusdam componitur trigonum cum rotundo, & in quibusdam cum tetragono, & in quibusdam orthogonum cum oxogonio, & in quibusdam cum pentagono, & sic de aliis: ex his tribus diuersa sententiarum cauillantur differentie quæ sunt nature eorum & forma. Hæc igitur iste dicit primas formarum differentias.

Sed hoc mirabile, quod tres istas omnium sensibilium posuit formarum differentias: videntur enim multæ esse sensibilium formales differentie, quæ ad istas tres reduci non possunt. Alie enim dicuntur differentie compositione quæ est complexio materię, sicut omnia quorum complexio in mixtura consistit, sicut est in artificialibus, mellificatum miscetur ex aqua & melle, & in physicis ea quæ mixtabilia & mixta dicimus in libro perigeneseos, in quibus licet mixta sint multa per substantiam in vno actu mixti, sunt tamen vnum secundum formam & non multa, sicut ea quæ ex causis frigidis & humidis & siccis committuntur: quia non perficitur mixtura actu calidi, vel actu frigidi, vel actu siccis, vel actu humidis: nec perficitur actu medij inter calidum & frigidum: quia medium inter calidum & frigidum non est medium inter humidum & siccum: & si mixtum acciperet formam ab actu medij inter frigidum & calidum, oporteret quod etiam acciperet formam ab actu qui est medium inter humidum & siccum: & cum medium humidum & siccum non sit medium calidi & frigidi, oporteret quod mixtura non esset vnum, sed plura, vel duo ad minus secundum præinductas rationes: & recurrendum est ad ea quæ in antea habitis bene considerata sunt, quod videlicet materia secundum quod est in potentia & designatur per genus, est in vna potentia simplici ad medium calidi & frigidi, humidum & siccum: mixtura enim est mixta, istam alteratorem vno: in libro enim perigeneseos probatum est, quod qualitates non sunt mixtæ. Et ideo quod minimum cuiusque mixtæ est cum minimo vnusquisque alterius in materia reuertitur inchoatio medij actus vnus & simplicis: quod tamen medium fluit à calidis & frigidis & humidis & siccis adinuicem alterantibus & alteratis: & quia fluit ab omnibus qualitatibus actiuis & passiuis alteratis adiuicem, ideo habet virtutes omnium qualitarum dictarum, etsi sit simplex & vnum: quia sicut in materis vna exit ex alia, sicut mixtum ex simplici, & complexionatum à commixto, & compositum à complexionato, & organizatum ex composito: ita forma exit ex forma, & sequens semper retinet virtutes præcedentium, cum tamen sit essentia simplex: & hoc modo in formalibus causis causa primaria est in secundaria, & secunda in tertia, & sic de aliis: sic igitur miram fuit de Democrito, quod non vidit, quod quædam differentiam se constituentem & ab aliis facientem distarre habent à mixtura. Alia autem talem constituentem differentiam accipiunt à ligatione, sicut in naturalibus capitis ossa sunt vnum caput iuncturis & ligamentis in potentia

*Primo de generatione sex com. 83. et ind.*

existentia ad actum capitis vnum: alia autem talem accipiunt differentiam viuo, vel in artificialibus, & in naturalibus multa quæ vitioso humore glutinantur. Alia autem accipiunt eam gundo siue incaluitura vnus in alterum, sicut in artificialibus arca, & in naturalibus membrorum pyxides & veitebra. Alia accipiunt hanc differentiam ex horum pluribus, sicut corpus hominis in physicis, & domus in artificialibus. Alia accipiunt eam ex positione quæ est modo partium in situ, sicut limen & superliminare in artificialibus, & cilium & supercilium in naturalibus: ista enim positione talia accipiunt nomina & differentiam. Alia iterum accipiunt eam à tempore, sicut prandium, cæna, & mane, & merities, & humimodi. Alia iterum accipiunt eam à loco sui ortus, sicut spiritus siue ventus, Austro, & Aquilo, & zephyrus, & humimodi. Dico autem locum pro loco per qualitates actiuis & passiuas quæ sunt in ipso, generationis est principium. Alia autem differentiam se constituentem accipiunt à passionibus siue potentis & qualitatis corporis sensibilibus, quas in secundo perigeneseos, & in quarto meteororum distinximus, sicut est durities & molities, & spissitudo, & raritas, & siccitas, & humiditas, & frigiditas, & caliditas, ita quod aliqui fuerunt, qui primas qualitates formas substantiales elementorum esse dixerunt, ita quod caliditas sit forma substantialis ignis, & humiditas aeris, frigiditas aquæ, siccitas autem terre: hoc tamen falsum est: quia non potest esse, quod aliquid in se sit qualitas, & ad alterum substantia: nihil enim eorum quæ sunt qualitates, facit substantiam: & ideo cum primæ qualitates in suis naturis non sint substantie formales, non possunt esse substantiales forme aliquid. Id enim quod confert alicui substantiam esse prius in seipso, est substantia. Quod autem qualitates istæ in se sunt qualitates, & non substantie, metaphysice probatione probatur sic: detur enim calidum siue caliditas esse substantia: tunc oportet quod omnne calidum sit calidum participatione caloris, sicut Socrates est homo participatione hominis: & secundum hoc vnum & idem plures formas substantiales participabit non ad seinuicem ordinatas: & quarum vna non est potentia ad alteram, quod est impossibile. Adhuc autem si calor participat à calido sicut substantia, caliditas erit vere vnum & non multa nisi in potentia, quod falsum est, cum sit plura actu & non vnum nisi per accidens. Quod ergo diximus, quod multa his qualitatibus differunt, intelligendum est, quod ista sunt signa diuersarum differentiarum: calor enim in igne est sicut potentia naturalis ignis, sicut incidere in enee, & non inest ei, sicut in calidis per accidens, sicut albedo accidit albo homini. Alia etiam differentias accipiunt à quibusdam horum: alia vero à pluribus, & alia ab omnibus qualitatibus quæ dictæ sunt: & vniuersaliter in his quædam dicuntur secundum superabundantiam, & quædam secundum defectum, sicut nos in antea habetis huius sapientie & in libris physicis determinauimus, quod contrariorum vnum eundem superabundantiam dicitur, & aliud secundum defectum: & ideo superabundantia & defectus sunt prima contraria.

*Quod qualitates primas non sunt forme substantiales et merito non potest esse etiam aliter hic non.*

*Hoc est quod sub libris et supra dicitur Com. in per com. quod non est ab ista.*

contraria, ad quæ omnia alia reducuntur.

Ex omnibus autem quæ dicta sunt, palam est quæ & quot sunt ea quæ dant differentias quæ constituunt res in esse: toties dicitur etiam esse unius differre ab esse alterius. Et ideo nihil dicit Democritus, quando superius tres inductas dicit tantum esse rerum differentias: limitis enim siue limitis esse ex tali positione: quia ponitur in ostio, & esse suum substantiale est ita ponit & hoc significat nomen eius. Similiter autem & crystallum esse est sic aqua inspissari apprehendente materiam aquæ frigidæ sicca, remoto uniuersaliter calido: quorundam verò esse substantialis formale, sicut diximus, ex omnibus his diffinitur. Alia enim sunt mixta: alia verò cum hoc complexa, siue complexionata: alia verò cum his duobus composita & ligata: & ideo in homogeneis alia sunt spissata, sicut coagulata & elixata: & alia sunt in esse constituta aliis differentiis in quarto meteororum determinatis, sicut ea quæ formaliter sunt entia: & si ista sunt entia quemadmodum exigit esse quod est actus formæ quæ ipsa constituit, ut manus, & res, & omnia alia huiusmodi. In omnibus autem his sumenda sunt prima differentiarum genera siue primæ differentie in genere, ad quas omnes alie reducuntur: hæc namque sunt principia totius illius coordinationis quæ est in illo genere, sicut dicimus ea esse prima quæ sunt secundum magis & minus, siue superabundantiam & defectum, ut spissum & rarum, quæ sunt prima contraria à quibus alia contraria causantur, sicut alibi est determinatum: omnia namque quæ sub illis sunt, sunt quedam superabundantia, & quedam defectus: & similiter est de his quæ sunt in genere figuræ secundum quod figura est determinatio quanti corporis. Omnia enim hæc primas differentias habent asperitatem & lenitatem, quæ causantur à recto & curuo: eò quod curui partes ab extremorum partibus exeunt, & sic sunt aspera: lenis autem partes intra extrema æqualiter disponuntur, & hæc causantur à recto, cuius media non exeunt ab extremis: his siue aliis quibusdam accidit misceri & à mixtione habere esse hoc vel illud: oppositis autem per defectum mixtionis habentibus esse. Accidit verò sic misceri, siue deficere à talis mixtionis harmonia. Palam igitur est ex omnibus inductis, quod si substantia quæ est forma, causa est quare quodlibet horum habeat esse hoc quod est secundum speciem & naturam, quarendum est quæ forma est causa per quam habet esse in natura & specie quodlibet istorum: substantia igitur quæ est causa formalis ipsius esse uniuscuiusque rei, nihil eorum est quæ dixit Democritus, neque est aliquid cognatum his quæ dixit.

CAPVT V.

Quod substantia qua est actus eius cuius est substantia proportionalis, debet esse potentia & predicatur de materia.

Portet autem scire, quod hoc quod uniuscuiusque rei vera forma substantie est id quod maxime est sibi proportionale in potentia existenti: actus enim proportionalis est semper proprie potentie & educitur ex ipsa: & hoc est quod in substantiis siue substantialibus de materia predicatur. Diximus enim iam in ante habitis, quod si forma accipiat ut actus, & materia accipiat ut potentia, quod forma predicatur de potentia & materia: & hoc modo designatur per genus, & predicatur de eo cuius est potentia: quia sic utraque tam forma quam materia accipiuntur ut esse compositi, & non ut ens quoddam distinctum: ea igitur quæ sic de materia predicantur, forte maxime actus etiam in aliis diffinitionibus quæ non tantum per formam, sed etiam per materiam dantur: sicut causa exempli si nunc opus sit diffinire lignum, aut lapidem, dicimus diffinientes id esse actum quod in diffinitione est positum ut actus proportionalis potentie predicatur de materia, sicut si diffiniamus domum dicentes, quod domus est ligna & lapides ad figuram talem sic composita: aut forte in quibusdam diffinitionibus addimus etiam causam finalem, cuius causa sit hoc quod sit: si verò velimus diffinire crystallum, dicemus quod est aqua congelata: & ita siue ad formam siue potentie proportionalem congelata: & simul diffinientes symphoniam, dicemus quod est commixtio talis soni acuti & grauis ad modulum taliter vel taliter soni proportionatum. Eodem modo est etiam in aliis. Palam igitur ex dictis est quod alterius materie siue potentie est alius actus & unumquodque est in potentia in illo à quo suo proprio & proportionato motore educitur: & eodem modo alterius materie & potentie alia est ratio siue diffinitio quæ refertur ad actum qui est sua propria natura & forma. Et hoc bene dixit Plato, quando dixit, quod secundum metrem materie forma infunditur. Aliorum enim secundum quod diximus, actus est compositio, aliorum autem mixtio, & aliorum est aliquis alius actus de his quæ diximus: propter quod etiam Philosophi diffinendo ea quæ sunt, differunt. Hi enim quid est domus dicentes, dicunt quia domus est lapides, camentum, & ligna: & hi dicunt id quod est domus potentie materie: ista enim quæ dicunt in diffinitione sunt materia sub potentia ad actum constituta. Alij verò diffinientes domum, dicunt quod est vas quod est cooperimentum pecuniarum, aut corporum, aut aliquid tale formalis addunt: & constat, quod illi in diffinitione dicunt actum & formam prout est actus potentie. Alij autem ambo ista, potentiam & actum componentes, dicunt diffinendo tertiam substantiam quæ est hæc & ex his, & hoc planam esse.

ad quæ  
vires pri-  
mæ sunt  
in sub-  
stantiis  
quæ sunt  
in natura  
& specie  
quodlibet  
istorum

re est  
& sub  
stantia  
in natura  
& specie  
quodlibet  
istorum

D. Alber. Mag. Metaphy.



esse putamus cuiuslibet qui meminit eorum quæ prædeterminata sunt: omnibus enim videtur, quod differentia quæ constituit rem in esse, sit ratio differentia speciei & actus in quo completur diffinitio prædicata de potentia: ea autem diffinitio quæ est in existentibus materialibus, sicut lignis, lapidibus, & cemento, videtur esse magis materiae. Tales autem terminos siue diffinitiones maxime probatur esse recipiendos sapiens Architectas. Hi etenim termini sunt vtriusque completivi, scilicet potentia & actus, sicut si diffinitio dicimus quid est venena siue feritas, dicimus quod est quies in plurimo aere: hæc enim diffinitio aërem complectitur sicut materiam, & quietem ut substantiam & actum. Similiter autem si diffinitio dicimus quid est tranquillitas, & dicimus quod tranquillitas est magis æquitas, siue æqualitas: in hac enim diffinitione mare est ut subiectum quasi materia: actus a rem & forma est æquitas, siue æqualitas. Propter quod ista perfectissima sunt diffinitiones. Palam igitur ex predictis est quæ sit vera eius quod sensibile est substantia, & quomodo una substantia sua est ut materia, & alia est substantia & natura sicut forma, quia forma est actus. Tertia verò substantia est quæ est ex his composita, & est illa ad quam refertur diffinitio. Et hoc est quod in prima huius octavi parte volumus investigare.

CAPVT VI.

Qualiter id quod est substantia rei, significatur per nomen: & est in ea digressio declarans qualiter nomen significat substantiam cum qualitate.

Tex. c. 7.

Portet autem nos non ignorare de quo multi non bene considerantes obliuiscuntur, & lateo multos. Cum enim iam habitum est, quod id quod est causa & substantia, est forma & actus rei, per quam sicut vltimam & simplicem differentiam constituitur & diffinitur: illa enim differentia est à qua qualibet res denominatur: & ideo querendum vtrum nomen istud significat substantiam compositam quæ sola diffinitur, aut significat actum ipsum & formam à qua diffinitum denominatur. Verbi gratia, sicut in artificialibus hoc nomen, domus, vtrum sit signum communis compositi, ita videlicet quod significat totum hoc quod est rectum ut decet compositum ex lapidibus & cemento: aut sit signum actus & speciei siue forme quæ est talis figura mansionis. Similiter autem in mathematicis est questio: quia in recto & linea potest dabitari, vtrum nomen linea significet dualitatem duorum punctorum terminantium longitudinem solam siue latitudinem simul, aut significet tantum duo puncta terminantia: diffinitur enim linea recta, quod est longitudo terminata duobus punctis: & longitudo in hac diffinitione est pro materia: duo autem puncta terminantia sunt sicut forma. Et in physicis queritur, vtrum hoc nomen, animal, significet animam in corpore, ita quod vtramque significet simul, aut significet ani-

man tantum: anima enim à qua nominatur animal, est substantia & actus corporis alicuius physici organici, sicut in his de anima dictum est.

Digressio

Ad solutionem huius questionis prænotandum est, quod cuius est nomen, eius est diffinitio: in omni autem nomine quoddam est à quo imponitur nomen, & quoddam est cui imponitur: propter quod omne nomen significat substantiam cum qualitate. Hoc autem facile est videre in omnibus nominibus specierum & indiuiduorum: quia in nominibus specierum actus vltimus est à quo nomen imponitur, & ipsum constitutum & compositum ex genere & differentia est, cui imponitur nomen: in nominibus autem indiuiduorum suppositum substantia est, cui imponitur nomen: & collectio accidentium est forma à qua imponitur. Est autem hoc à quo imponitur nomen in grammaticis pro qualitate: sed id cui imponitur, est pro substantia. In nominibus autem generum subalternorum planum est hoc. idem accipere: sed in nominibus generalissimorum, licet non sit compositio, tamen est in eis accipere ipsius prædicamenti naturam & modum per quem distinguitur illa natura ab alterius prædicamenti natura: & primum illorum est pro substantia, & reliquum pro qualitate: sed nomina differentiarum substantias & actus simplices significant, & non aliquam substantiam illis actibus substratam: & forte alicui videtur, quod solam qualitatem significant & non substantiam: sed intelligendum quod licet secundum rem non ibi sit significata nisi essentialis qualitas, tamen in ipsa qualitate est quid reducibile ad genus sicut principium generis: & est modus quo illud distinguitur ab alijs: & licet differentia à seipsis differant, tamen modus quo reducitur ad genus, non est modus quo distinguitur ab alijs: & isti tales modi sufficiunt grammatico: & ideo talia significant etiam substantiam cum qualitate.

Sed de ipso certe forsan dubitabit aliquis: hoc enim videtur esse primum in quo non est compositio rei nec etiam modi: & ideo non videtur significare substantiam cum qualitate. Sed attendendum, quod licet simplex sit ens secundum rem, tamen modi eius sunt diversi: est enim ens ipsum creatum primum ante quod non est creatum aliud: & quidam modus entis est esse per creationem & non per informationem, sicut determinatum est in libro causarum: & quoad hos duos modos significat substantiam cum qualitate: quia ipsum quod est in se, est si bi ipso substantia, & modus eius entitatis est pro qualitate. In nominibus verò accidentium quæ simplicia accidentia significant, sicut albedo, & color, & huiusmodi, ipsa natura est pro substantia, & modus pro qualitate. In adiectiuis autem nominibus substantia significatur infinita, quæ est suppositi, non illa quam habet nomen pro substantia, quando dicitur nomen significare substantiam cum qualitate: sed de hoc hic non intendimus.

Si autem obiciatur in nominibus Dei, in quibus significat videtur substantiam cum qualitate: & sic in Deo esset quædam compositio dicendum quod in Deo nulla quidem est compositio,

Quædam nomen de seipso significat.

cum qualitate.

Obicitur contra & se aliter.

Solutio.

positio, sed diuersitas modorum significandi non repugnat simplicitati diuina in Deo: vere enim est suppositum diuina & natura diuersimodè significata secundum diuersitatem omnium attributorum quæ Deo attribuuntur: & penes istam diuersitatem accipitur substantia & qualitas quam nomina diuina significant. Sin autem ad hoc aliquis adhuc iniet & obiciat, quod si nomen significat substantiam cum qualitate, & ipsa substantia significata per nomen sit nomen, videtur signare substantiam cum qualitate: & hoc ibi in infinitum, quod est inconueniens. Adhuc autem videtur secundum hoc substantia esse substantia, & qualitatis qualitas, quod intellectus refugit, quia est absurdum. Adhuc autem cum substantia suo nomine significet qualitatem, videtur negatione adiungi quando dicitur nomen significare substantiam cum qualitate propria vel communi.

Sed ad omnia hæc & similia huiusmodi dicendum, quod cum dicitur nomen quoddamque significare substantiam cum qualitate, substantia secundum quod significatur per nomen, accipitur à qualitate separata: & similiter qualitas separata intellectu accipitur & distincto: & ideo licet hoc nomen, substantia, significat substantiam cum qualitate: & similiter hoc nomen, qualitas, tamen prout substantia significatur in nomine secundum quod est pars orationis, non habet coinlectam sibi qualitatem: & ideo non proceditur in infinitum, nec est substantia substantia, nec qualitas qualitatis: nec etiam negatione vnum coniungitur cum alio. His ita prænotatis adhuc ita intelligendum est, quod id quod significatur per nomen, id proprie est à quo nomen imponitur: res autem supposita cui imponitur, significatur per hoc quod comparatur ad illud sicut participans & illi substantias: appellatum autem eiusdem rei nullo modo significatur per nomen: quia cum appellata plurima sint & forte infinita importat per nomen nisi potentia, oporteret quod nomen infinitum significaret, quod est absurdum. Sed materia non separata à potentia, sed sub potentia & actu stans, hoc modo quod analogiam habet ad actum: hoc etiam modo significatur per nomen, quando nomen est nomen actus ut est actus & perfectio actualiter diffusa & continens compositum & materiam: sic enim significatur per modum concreti, & non per modum simplicis & abstracti, sicut homo, & non sicut humanitas: & sic docuimus in ante habitis, quod diffinitio formalis & materialis idem dicunt sub modo differentii.

Idem autem in præfatione loci.

His igitur sic præintellectis dicimus soluentes questionem superius inductam, quod nomen actus vltimi siue ab actu vltimo impostum est in vtriusque, scilicet tam in forma quam in composito, sicut est hoc nomen, animal, vel homo, vel aliud tale. Sed non est vna ratio vtriusque dictum, sed est vtriusque sicut relatorum ad vnum: & quorum vnum analogiam habet ad alterum. In omnibus autem talibus pro principio supponendum est, quod id quod est causa nominis, est id cui conuenit nomen pri-

mo: aliis autem conuenit per respectum aliquem ad illud: forma autem à qua nomen imponitur, est causa nominis: & compositum quod est natura ad quam refertur diffinitio & cui nomen ipsum imponitur propter actus & forme participationem, etiam illi per posterius & in secundo gradu conuenit nomen: materia autem analogiam habenti ad actum conuenit nomen tercio: appellato autem non conuenit nomen diffinitio nisi per accidens. Hæc enim quæ sunt materia & compositum sunt & dicuntur ea, sicut corpus, & anima, homo, & animal, & corpus physicum organicum potentia vixit vrens, dicitur etiam homo & animal. Sed etiam hæc duo sunt & dicuntur illa ad aliquid, hoc est, ad actum quem participant relata: & causa nominationis est: quia differentiam constitutiuam in esse accipiunt ea nominatione quæ est actus & forma: verum licet hæc tria significantur per nomen diffinitio, diuersimodè tamen hæc separationem accepta per intellectum non omnino participant nomen diffinitio: sed ipsa differunt ab inuicem: quia sicut materia non est forma nec compositum, & forma neque est compositum neque materia, & compositum neque est materia neque forma, sed ut distincta & differentia accipiuntur ab inuicem.

Tex. c. 8.

Et quamuis sic differant ab inuicem, tamen nihil habent huius differentie ad questionem superius inductam de substantia significata sensibili: nam substantia sensibilis quoad quidditatem quæ dicitur quid est hoc quod est specie & actu existit: & secundum hoc in substantia sensibili hoc non distincto & separato intellectu accipiuntur. In omnibus enim talibus forma & forme esse est idem: quia non est separata forma per se à qua forma coniuncta materie esse accipiat: vnde idem est esse quod est actus essentialis forme, & forma ipsa, quando non separata acciperetur, sicut idem est anima & esse animæ in eo quod est esse animatum, ita idem est quod non est separatum ab anima, vel natura formalis, à qua sit anima quod est esse animari: sed hoc modo non est idem homo & hominis esse: quia homo quod est compositum, non habet à seipso, sed per analogiam participationis animæ: & hoc ita quidem dictum diximus, nisi anima & anima hominis forte homo dicatur, sicut sepe dicitur, quando non habentur duo nomina vnum actus & alterum compositi. Si autem ut separata accepta forma alicui quidem conuenit nomen forme & alicui non conuenit: quia sic non conuenit nature nec composito, sed soli actui simplici, sicut diximus: sed non facit aliquid ad questionem de substantia sensibili, cuius actus semper est coniunctus & non separatus.

Et hoc quidem in quibusdam est valde manifestum: quia quicumque mente perquirat, vtram syllaba constituitur ex elementis litterarum quæ sunt quasi materia, & ipsa compositio quæ est quasi forma & actus: statim etiam parum intelligentibus non videtur syllaba componi ex his quasi separatis & separatim esse habentibus: quia nulla compositio constituitur syllabam, separatum esse habet à litteris. Similiter autem nec domus est camentum separatum & compositum separatum esse habet: & hoc

& hoc certum est : quia compositio & mixtio non est ex his quorum est compositio & mixtio separatim esse habentibus : & similiter est in omnibus aliis talibus artificialibus , in quibus nunquam materiale principium distinctum est à formali distinctum esse habente , sicut superliminare formaliter esse & nomen accipit à quadam positione , quæ tamen positio non est ex superliminari separabilis secundum esse distinctum : superliminare enim est magis ex positione tali , quæ tamen ab eodem secundum esse non est separabilis . Similiter autem nec homo sensibilis est animal & bipes , si animal bipes separatim esse habentia accipiantur : sed oportet hominem sensibile esse aliquid formale & materiale , quod est præter ea quæ separatim esse habent ab ipso . Ea enim natura quæ sic separatim habet esse , nec est elementum sensibilis substantiæ , neque est ex elementis aliquibus composita , sed est substantia quedam separata : & tales substantias dicunt esse Stoici qui auferunt materiam dicentes materiam nihil esse de esse rei , nec referri ad nomen vel rationem vel esse distinctum , sicut sæpè in antè habitis diximus . Si igitur hæc separata natura causa est esse & substantia , tunc hæc eandem dicunt esse substantiam naturæ compositæ sensibilis . Hanc autem eandem substantiam quæ separatim esse habet , est causa esse substantiæ sensibilis secundum Stoicos : necessarium autem est esse sempiternam , aut corruptibilem quidem , sed non corrupti simpliciter , sed secundum quid : & eadem necessitate sequitur , quod sit facta siue generata secundum quid , a quo eo quod sit facta vel generata simpliciter : dicunt enim factam & corruptam esse secundum esse quod habet in hoc & non simpliciter , sed simpliciter esse ingenerabilem & incorruptibilem . Manifestum autem est & alibi demonstratum , quia nec in artificialibus , neque in naturalibus aliquis facit speciem vel genera , nec facit materiam : neutrum enim horum terminus est generationis , neque factio- nis : sed id quod efficitur vel generatur , est hoc aliquid compositum : & manifestum est , quod hoc compositum quoddam significatum sit ex his componentibus .

Sed verum substantiæ illæ corruptibilem , ex quibus componitur & sit corruptibile , sint separabiles secundum esse ab ipsis , sicut dicunt Stoici , non est palam ex his quæ dicta sunt . tamen palam est ex dictis , quia quorundam sicut artificialium & accidentium non contingit principia ex quibus sunt esse separata , & illa sunt omnia illa quæcunque nullo modo contingit separatim esse habere , quod esse sit præter rem ipsam compositam , in qua sunt , sicut domus , syllaba , & vas , & huiusmodi alia . Fortassis autem formæ & actus talium secundum ipsam naturam , neque substantia sunt , sed accidentia , neque composita per tales formas non sunt aliquid substantialiter ens distinctum in natura , sed figura artis est forma accidentalis . Et similiter nec aliquid aliorum quæcunque non natura , sed arte constituuntur , est substantia , sed actus accidentalis . Propter quod etiam Empedocles lecti formam dicit non esse substantiam : quia si esset substantia , principium generationis esset , & produceret simile in for-

ma & specie : quod falsum esse videmus : quia si plantatur lectus & virtutem germinandi accipiat , non exoritur lectus , sed lignum quod materia fuit lecti & non forma : propter quod formæ artificialium in veritate accidentia sunt , & inseparabilia ab his quorum sunt formæ .

## CAPVT VII.

*Et est conclusio ex his quæ dicta sunt  
quæ sit vera & perfecta cuius-  
libet substantiæ sensibi-  
lis diffinitio.*

EX his igitur quæ inducta sunt , manifestum est , quod si quis ponit , quod substantia in sensibilibus quæ corruptibilia sunt , sola natura illa est quæ est separabilis , sicut Stoici dicunt : & illius nomen non participat compositum , neque materia : & sicut non participat nomen , sic non participat diffinitiuam rationem : & tunc tempus & locum habet dubitatio cui consenserunt Antitthenidi cuiusdam Antitthenis sequaces indocti & stulti , qui dixerunt nihil penitus esse diffinitiuum sensibilem : omnium enim dixerunt esse logicam diffinitiuam rationem : logicam autem rationem esse separatim à materia , quæ in quantum separata , ut sæpè ostendimus , nihil sunt de esse rerum sensibilium . De hac autem dubitatione , quia multa in antè habitis dicta sunt , hoc solum determinantes dicimus , quod dicere diffinitiuo contingit sermone quale quid est vnumquodque sensibilem , sicut gratia exempli contingit dicere quid est argentum per propriam diffinitio- nem : & tamen non sic dicendo : quia non est sicut plumbum , eo quod idea argenti differat ab idea plumbi : hoc igitur est verè de substantia rei , quod contingit verè esse terminum & rationem esse ipsius , in quo termino principia quæ sunt de esse rei , continentur , sicut contingit esse terminum & rationem cuiuslibet substantiæ compositæ , siue illa sit sensibilis , siue sit intellectualis . Prima autem diffinitio ex quibus ille terminus & ratio conficitur , non contingit diffinire : & hoc est propterea : quia ratio diffinitiuæ significat aliquid de aliquo : in omni autem eo in quo significatur aliquid de aliquo , oportet quoddam esse sicut materiam , & quoddam sicut formam .

Dubitabit autem fortè de hoc aliquis , & dicet , quod si diffinitio indiffinita sit , cum dicitur , quod homo est animal rationalis , hoc ipsum animal quod in diffinitione hominis ponitur , erit indiffinitum . Adhuc autem & ipsa diffinitio indiffinita est , non quidem diffinitio secundum quod est intentio significata per hoc nomen quod est diffinitio , sed secundum quod est diffinitio vniuersalisque terminus : & si hoc sit verum , tamen multi dubitauerunt de causa huius quare talis ratio indiffinita sit . Fortè autem velle aliquis dicere , quod prima diffinitio indiffinita sit , sed non proxima vniuersalisque : & sic cum dicitur , quod homo est animal rationalis , animal non est primum diffinitiuum : & ideo potest diffiniri & diffinitur : sed substantia



substantia quæ est primum diffiniens ad quod resolutur animal, non est quid diffinibile, sed secundum hoc non est generabilis causa quæ dicta est, quod hæc est causa quare aliquid non sit diffinibile: quia non significat aliquid de aliquo: Adhuc autem cum omne prædicatum significet aliquid de aliquo, videtur esse omne prædicatum diffinibile: per oppositum autem nullum subiectum videtur esse diffinibile, cum non significet aliquid de aliquo, & cum diffinitio prædicatur de specie diffinita, videbitur diffinitio esse diffinibilis & non diffinitum esse diffinibile.

Ad omnia autem hæc & huiusmodi sciendum, quod cum dicitur, quod hæc est diffinibilis, quod significat de aliquo, intelligendum est, quod modus significandi talis debet esse quod in suo intellectu claudit aliquid prædicatum & actum & formam, quod sit de aliquo participante nomen ipsius actus & formæ per analogiam ad ipsum, sicut in præcedenti ca. dictum est: Et ideo diffinitio non est ulterius diffinibilis: quia hoc modo plura in se non claudit, sed potius explicata in se habet ea quorum unum est de aliquo, & alterum de quo est illud: & cum dicitur, homo est animal rationale, animal secundum quod est diffinitivum hominis, non significat aliquid de aliquo, ut iam dictum est. Et ideo hoc modo non est diffinibile, & similiter differentia non est diffinibilis: quia hoc modo duo vel plura in suo non claudit intellectu: & cum dicitur, homo est homo, homo secundum quod est in subiecto, non est diffinibilis: quia non significat esse: sed ens & non significat ens aliquid de aliquo, sed potius ipsum esse significat aliquid de aliquo: idem autem est si dicam, animal est animal, & in omnibus talibus idem modus est intelligendi. Hoc igitur modo verum est, quod hoc est indiffinibile, quia non signat aliquid de aliquo: & solum est hoc diffinibile quod aliquid de aliquo significat.


CAPITULUM VIII

De similitudine vel analogie diffinitionis ad numerum, propter eos qui dicebant numeros substantiam eorum que sunt.

Palam autem etiam ex inductis est, quia diffinitio significat aliquid de aliquo. Quod si quemadmodum Pythagorici dicunt, substantiarum sunt numeri, quidam illi numeri non sunt separati numeri, sicut sunt numeri unitatum qui sunt numeri, quibus nos numeramus, & sunt discreti: sed quidam numeri numerati qui sunt causa terminations & distinctionis esse rei per quas ipsa res diffinita cadit in differentiam & partem cum rebus aliis, sicut nos in antea habitis ostendimus: diffinitio enim si concedatur esse numerus, concedatur non esse numerus simpliciter, sed numerus quidam: in hoc enim assimilatur numero magis quam continuo: quia sicut numerus qui de genere discretorum est, cum dividitur in unitates indivisibiles, & non in semper divisibilia sicut dividitur continuum: ita diffinitio dividitur ad indivisibilia quæ non significant aliquid de aliquo,

Nota quomodo diffinitio magis numero quam continuo assimilatur.

sicut præostensum est: rationes autem diffinitionum non sunt infinite per divisionem diffinitionum, sicut continuum est infinitum per divisionem dividendum: & eadem modum est numerus qui est de genere discretorum: hoc autem per divisionem stat ad unitates indivisibiles. Est autem & alia similitudo numeri ad diffinitiones: quemadmodum enim in quocunque numero demonstrato, ab uno vel addito alio numero qui est aliqua partium materia numerus constituitur, non remanet species idem numerus qui prius, sed diversus, quamvis sit minimus qui auferatur vel additur: sic nec diffinitio manet idem terminus & quid erat esse, ablato aliquo vel addito quod sit de partibus diffinitionis. Si enim à quinario auferam unitatem, non remanent eadem species numeri, sed quaternarius: & si addam unitatem, sit senarius: quæ est alia species numeri à quinario. Sic si dicam corpus animatum nutritibile, & ad idam unitatem differentiam dicendo corpus animatum nutritibile sensibile, non erit eadem eadem diffinitio: quia prima est plantæ, secunda animalis. Et si auferam unitatem quæ est nutritibile, est alia diffinitio: & hoc planum est unitatibus. Sed si numerus est diffinitio, sicut quidam dicunt propter inductas similitudines, & est aliquid quod est diffinitum de quo prædicatur numerus: tunc oportet eos dicere cui sit unus dictus numerus: tunc autem non habent dicere cui & qua de causa sit unus per essentiam inductus numerus: numerus enim aut non unus essentiali aliqua unitate, aut si unus, habet unitatem conservationis. Si enim ille unus numerus qui dicitur diffinitio quid est hoc quod est faciens verè unum essentialiter ex multis discretis & coactis, quæ veram & essentialiter non habent unitatem: diffinitio enim una est & non multa, sicut nos ostendimus in septimo huius sapientie libro: talem enim multitudinem coactam unitatis non habent differentie, quæ ponuntur in diffinitione. Et hoc merito accidit: quia quæ sunt eadem rationis diffinitionum: quantumcumque sit numerus differentiarum, tamen etiam substantialiter & verè ab una & unica differentia sit unus: & hoc non est unum, ut unitas quædam existens discretum habens esse, aut sicut unum punctum in continuo indivisibile positum, sed est ut endelechia & natura quædam quæ singula sunt unum per essentiam & actum, sicut sæpe diximus: sed in hoc est diffinitionis similitudo ad numerum, quod sicut numerus non magis habet unum, ita quod unus numerus sit magis numerus quam alius, ita non est magis & minus in substantia speciei diffinita, ita enim dicitur quod una sit magis & minus substantia quam alia: & si magis & minus dicitur, hoc accidit secundum quod ista substantia est in materia secundum esse: quia sic fluunt ab ipsa potentie naturales & impotentie secundum quam expeditior est vel impeditior in operationibus naturalibus. Si igitur usque tantum terminarum secundum præsentem intentionem de generatione & corruptione dictarum substantiarum separatarum, quomodo contingit & quomodo est impossibile, & de analogie eorum ad numerum: in ultimis enim h'ris illius sapientie ab aliis de istis præcralatur.



# TRACTATUS II.

## DE MODIS CONSEQUENTIBVS

*Substantiam que est natura & actus sensibilibus substantiæ*

### CAPVT I.

*De modis materialis principij quibus comparatur ad factum sensibile.*

Tex. c. 1.



VARIIS autem modo declarauimus substantiam prout est actus & forma substantiæ sensibilis, oportet tamen iterum resumere de ipsa & determinare modos ipsius, & remouere dubitationes contingentes de ipsa, & sic ostendere quare ipsa est vnum & non multa, sicut fecimus in septimo, vbi ostendimus hoc de substantia composita simpliciter & absolute considerata: hoc enim habito attingemus finem considerationis nostræ. In principio septimi libri huius sapientie prædeterminatum est, cum natura quædam substantiæ sensibilis sit substantia materialis, hoc oportet primum intelligere & non obliuisci: quia licet omnia sensibilia sint ex eodem materiali principio, quod hinc vocatur, & multa sensibilibus compositorum sint ex eisdem materialibus primis principiis, sicut liquabilia omnia sunt ex aqua & subtili terreo: & quamuis sit eadem materia omnibus factis sine generatis, quæ est eis vt principium & primum subiectum, tamen oportet, quod aliqua propria & proxima sit cuiuslibet sensibilis designari quæ non est alterius; sicut phlegmatis generati in animali est prima siue proxima materia propria dulcia & crassa aquosa & subtili calido digesta: cholera vero rubra propria materia est amara combusta, vel quædam rubea terrestria combusta: ea enim quæ sensibilia sunt, aut sunt ex eodem principio materiali: aut si plures materiæ sunt eiusdem, tunc oportet, quod vna sit materialis ad aliam, sicut si dicamus, quod phlegma sit ex pluribus: quia ex dulci & crasso: tunc enim sit crassum ex dulci sicut ex materiali proprio principio, & phlegma ex crasso. Similiter autem si cholera resoluitur, resoluetur in rubea quædam sicut in proximam materiam: & illa rubea resoluitur in combusta feruentia sicut in materiam: & sic cholera dicitur esse ex rubris & combustis: dicitur enim hoc ex hoc fieri sicut ex materia his duobus modis: quia aut videlicet est via ad hoc, vt ex ipso fiat per medium vel sine medio: aut quia est principium eius quod resoluitur in ipsum,

sicut in materiale principium: contingit tamen in quibusdam ex vno materiali principio existente aliquando fieri diuersa propter diuersitatem mouentis causæ, quæ secundum formas & formatiua diuersas mouet de potentia ad actum, sicut ex ligno tanquam ex vno materiali principio fit arca & lectus, quando artes mouentes sunt diuersæ: & ex vno materiali principio quod est menstruum porce, fit porcellus & similitudo hominis: quia mouens ad figuram porcelli, est sperma porci: & mouens ad figuram hominis, est stella quædam: tamen quæ sunt, habent sibi determinatas materias, ita quod ex aliis etiam diuersis mouentibus fieri non possunt: Sicut serica: hæc enim fieri non potest ex lana vel ex ligno: quia in mouente eam non est vt ex lana vel ex ligno seram faciat. Si autem ex alia & alia materia contingit aliquando id secundum formam facere, palam est, quia ars & principium factiuum quod est vt mouens, est idem secundum formam & speciem, sicut si fiat viceus ex terra & argentum si ponatur, quod materia diuersa sit, & quod etiam mouens sit diuersum in forma, sequitur necessitati, quod id quod factum est, sit diuersum secundum materiam & formam: & hoc generale est in omnibus principiis propriis materialibus & mouentibus, & secundum speciem & formam quæ informat sensibile factum, siue sit in artificialibus, siue in naturalibus.

### CAPVT II.

*Quales & quot cause debent reddi ad quodlibet questum de substantia sensibili.*

Quando vero aliquis volens scire substantiam & naturam sensibilis per diffinitionem, querit quid est causa per quam habet diffiniri & demonstrari, quia pluribus modis dicitur causæ, oportet dicere omnes causas quæ contingunt esse causæ quæsi si perfecte sciri debeat. Sicut si queratur, quæ sit causa quasi materia, dicimus quod menstrualia in guttis formata sunt causa quasi materia. Et si quereretur, quid est causa mouens, dicemus quod est sperma viri, in cuius spiritu virtus formatiua est per modum artis. Et si quereretur quid causa formalis & species, dicemus quod quidditas ipsius siue quid erat esse. Et si queratur, quid est hoc

Tex. c. 2.

quod est eius causa sit, siue finis, dicemus quod id quod causa finalis quæ est intenta per primum mouens: contingit autem aliquando fortassis, quod hæc ambo sint idem, forma videlicet & finis: quia forma est in quo quiescit operatio mouentis: & sic est finis motus & generationis, licet forte aliquid aliud sit finis intentionis: & de hoc facis in secundo huius sapientie libro determinatum est: & quæcunque diffinitio omnes quæsi continet causas, hoc dicitur & quid & propter quid quæsi, & est perfectissima, & est ipsa demonstratio positione differens, sicut in analyticis posterioribus est determinatum. In his autem omnibus oportet dicere proximas & essentielles & conuertibiles causas: vt si queratur, quæ sit propria alicuius materia, non oportet dicere ignem, aut terram, quæ sunt prima elementa ex quibus componitur sensibilis: sed oportet dicere materiam propriam & proximam: & hæc est quæ substrata est proximæ potentie ad actum: materia enim non facit cognoscere nisi illo modo quo proximam analogiam habet ad actum: quia sic habet nomen diffinitio & rationem, sicut in antè habitis determinatum est: & quia sicut in secundo de physico auditu diximus, in generabilibus & physicis omnes sunt quatuor causæ eiusdem, oportet quod circa naturales causas & genitas sic versari querentem per redditionem omnium causarum, sicut rectè philosophando versatur in cognitione gen erabilis physici. Si enim hæc quatuor quæ dicuntur sunt causæ, sunt sensibilibus generatorum, tunc oportet hæc & tot cognoscere: in his autem quæ naturalia quidem sunt, sed sunt temperata, sicut caelestia corpora, forsitan est alia ratio: forsitan enim quædam physicorum corporum non habent materiam, aut non habent talem materiam, quæ sit in potentia ad esse, sed quæ est actu secundum esse semper, licet sit in potentia ad vbi, sicut sæpius in præhabitis dictum est: habent enim hæc materiam solum secundum locum mobilem: vnde in illis non queritur materialis causa quæ sit ex qua sunt, sed queritur materia quæ est subiectum actu existens perfectum in esse. Similiter autem est in his quæcunque quidem sunt physica, sed non sunt substantia sicut accidentia quæ non sunt ex materia: quia non est in his materia ex qua sunt: sed subiectum in quo sunt, est ens completum in actu existens, sicut dicimus, quod quædam est causa eclipsis, & hoc non est materia ex qua in potentia existens, sed subiectum in se completum lune quæ est subiectum eclipsis, non est aliud per eclipsim, quasi sit patiens aliquid & exiens de potentia ad actum, sed est subiectum eclipsis in se actu ens completum quidem per subiectum & formam. Et si queratur in talibus, quæ est causa quasi mouens & corrumpens lumen, non assignamus causam transmutantem substantiam lune, sed terram & terreni corporis umbram.

*Nota quomodo in materia cognitione potest esse proprium.*

*In celo re. Et si subiectum quam materiam ponitur. Idem Com. non aut hic & in 2. cap de substantia orbis.*

Tex. c. 3.

Sed ratio & species in talibus non est manifesta, neque diffinitio dicens eam esse manifesta, nisi cum ratione & species sit causa faciens: sicut si dicamus quid est eclipsis, & dicimus, quod est privatio luminis, non est manifesta diffinitio. Si vero addatur causa mouens quæ est terra in medio capitis & caudæ diametraliter lune obiecta, tunc ratio formalis coniuncta est cum causa faciente, & est diffinitio dicens & quid & propter quid & manifesta: quia est demonstratio eclipsis in luna solum positione differens. Similiter autem est de dormitione siue somno si queratur quid sit per omnes causas: non enim est manifestum, quod sit subiectum quod est primum patiens somnum, quod queritur loco materia: quia non habet materiam nisi subiectum actu existens in quo est primo. Et si dicatur, quod subiectum somni est animal, oportet quod iterum hoc animal non secundum se, sed secundum aliquid sui sit subiectum proprium somni. Et oportet querere, quid sit illud quod est proprium & proximum somni subiectum, vtrum videlicet hoc sit corpus, vel aliquid aliorum membrorum animalis. Deinde hoc habito, queretur à quo sicut à faciente causa est somnus. Deinde queretur quæ passio illius membri sit somnus, querendo quidditatem & rationem somni, quæ est essentia somni in illo membro & non in toto animali primo: & dicimus, quia est immobilitas siue quies talis. Et tunc querimus, per quid vt primum patitur illam immobilitatem, & dicimus, quod per euaporationem frigidam à loco digestionis ad cerebrum, & ibi inf. rigidatam & redexam ad organum primi sentientis, sicut in libro de somno & vigilia determinatum est: & tunc perfecte scimus quid est somnus diffinitione dicente quid & propter quid, & sic de alijs.

### CAPVT III.

*Qualiter idem subiectum est diuersimode susceptibile contrariorum.*

Quia vero quædam quæ non habent per se generationem, sed sine generatione per se & corruptione per se, sunt generatione per accidens, & non sunt corruptione per accidens, sicut sunt puncta quando sunt, & totaliter loquendo species vniuersales & forme communes substantiales & accidentales: hæc enim non generantur & corrumpuntur nisi generato sensibili composito & corrupto: non enim generatur per se separatim album, sed generatur album lignum: & de omnibus talibus qualiter generentur & quomodo se habeant ad terminos generationis & corruptionis, in 5. libro de physico auditu terminauimus. Sed quod nunc queritur, hoc est, quod si omne quod est factum, est aliquid determinatum & ex aliquo determinato sicut ex potentia & materia propria, sicut paulo antè dictum est, tunc oportet, quod non omnia contraria sunt adinuicem ex quibuslibet contrariis, sed diuersa contraria sunt adinuicem quibusdam determinatis, in



quibus sunt in potentia secundum idem subiectum saluatum, sicut albus homo fit ex nigro homine saluato in subiecto, & album hoc modo fit ex nigro secundum subiectum & saluatum: & hoc ideo est, quia subiectum saluatum est in potentia æqualiter ad vtrumque: & cum est album actu saluatum in se, est nigrum in potentia: & conuerso cum est nigrum actu, est album potentia: & subiectum sic determinatum materia determinata, non est materia secundum idem saluata omnis rei, sed est tantum potentia ad ea quorum est transmutatio adinuicem secundum idem subiectum saluatum: quæ verò sunt sine transmutatione per se dicta, aut non sunt sine corruptione per se dicta, horum non est materia, sicut puncta & formæ, sicut in principio huius capituli diximus. Haber tamen quandam dubitationem, quomodo ad contraria inter quæ est transmutatio per se, se habeat materia cuiuslibet horum quæ contraria esse dicuntur: hoc enim bene videmus in quibusdam, sicut si corpus idem saluatum est potestate sanum, & contrarium est sano infirmitas: tunc bene videmus, quod idem corpus saluatum potestate est vtrumque istorum: sed non est idem modus in aliis: quia videmus, quod aqua est materia quæ potestate est vinum, & potestate est acetum, sed est subiectum & materia vini secundum habitum & speciem vini quæ perficit eam in esse vini secundum substantiam: sed aceti non est materia saluata in esse vini & substantia, sed potius secundum priuationem speciei vini. Et ideo non esse in vino saluata est aqua potestate vinum & acetum, nec æqualiter recipit ambo: sed sub habitu vini est potestate acetum, & non est potentia acetum nisi habitum vini primo accipiat, & non efficitur actu acetum nisi secundum priuationem habitus & speciei & corruptionem quæ est præter naturam ipsius & ex corruptione principiorum natura. Dubitatio igitur quædam oritur ex dictis, quare vinum saluatum in esse nec materia sit, nec sit potestate acetum saluatum vinum, cum tamen ex vino fiat acetum, cum sanum saluatum in esse substantia & subiecto sit subiectum ægri, & potestate ægrum cum sit ex sano ægrum: & queritur si viuens saluatum in esse sit potestate mortuus, aut non. Sed ad omnia hæc determinatio vera est, quod in contrariis vnum subiectum saluatum est potentia ambo contraria, quando sit vnum ex alio. In his autem quæ opponuntur vt priuatio & habitus, cum priuatio non sit priuatio nisi habitus & speciei, non est materia priuationis suscipibilis nisi prius suscipiat habitum: & cum priuatio priuet habitum, non potest esse idem subiectum proximum vtrumque in vno esse saluatum, nec potest esse subiectum priuationis nisi per corruptionem principiorum facientium habitum: & ideo de priuatione ad habitum eiusdem materia non est regressio, nisi prius redeat per resolutionem in materiam primam & per qualitates & virtutes & mixtiones diuersas, iterum principia facientia habitum consimilem recipiat: vnde in talibus subiectis per se corruptis secundum accidens sunt etiam corruptiones habituum & specierum, sicut materia animalis quæ est secundum corruptionem

*Nota quæ  
de priuatione ad  
habitum  
non est in  
dicto.*

est motuum, & est quædam potentia & quædam materia non saluata, sed corrupta & secundum corruptionem & potentia materia vocata. Similiter aqua est quædam materia corrupta aceti materia & acetum potentia: quia non est potentia acetum nisi corruptione vinitamen est potentia acetum, quia fit ex his, sicut in die nox vbi nox saluata non fit dies, sed dies fit post noctem corrupta forma noctis. Et quæcunque per corruptionem habitus transmutatur adinuicem, hæc, si debeat fieri gressus à priuatione ad habitum, oportet redire ad materiam primam: vt si ex mortuo debeat fieri animal, oportet quod mortuum resoluetur ad primam materiam quæ est elementa quatuor, & deinde per mixtionem & complexionem & compositionem horum fiat animal: & acetum si debeat fieri vinum, oportet quod resoluetur in aquam, & aqua miscetur ad principia vini: tunc enim tali conuersione facta in materia educitur forma vt per generationem vniuocam, sed conuertitur in vite vel in semen animalis vt per generationem æquiuocam si virtute stellarum sine generante vniuoco ad esse deducitur, sicut est generatio eorum quæ ex putrefactione nascuntur, de quibus alibi determinatum est à nobis.

## CAPVT IV.

*De declaratione dubitationis & solutionis quare diffinitio est vnum & non multa.*

**H**Abitis autem his quæ dicta de partibus diffinitionis, prout illæ sunt naturæ & substantiæ sensibiles, dubitanda sunt, redendum est ad dubitationem quæ mota est in se primo, & perficienda & declaranda est hæc perfecte solutio ipsius: hic autem inducta dubitatio est circa diffinitiones & numeros quos quidam ponunt esse diffinientes omnes substantias. Queritur enim tunc, quæ de causa diffinitio est vnum & non multa. Ratio autem dubitationis est: quia omnium eorum quæ plures partes habent, & non sunt vnum coacervatione aut collectione sicut numerus, sed hoc ipsum eorum est aliquid verè vnum, quæ vnitas præter partes siue partium coacervationem aut compositum est aliqua vna causa suæ veræ vnitatis. In corporibus enim aliis quæ non sunt verè vnum, sed compositione partium sunt vnum, plana est causa suæ non veræ vnitatis, quæ aliæ vnitates non verè sunt tales vel tales, quæ sunt contactus, vel conglutinatio, aut colligatio, aut alia passio talis quæ est sicut viscositas continens multas partes in vno, vel sicut gumphis concauum est vnum: diffinitio verò quæ est ratio talis vel talis est verè vna, non quidem coniunctione quemadmodum illas quæ est vna materia compositis in vnum per cæmentum, aut sicut merrum quod est de excidio Troie, quod est vnum ordine metri, & est sua vnitas, quia est vnus historia & vnus mare, &c. de qua est. Restat igitur querendum quid est, quod facit vnum hominem esse verè, qui tamen ex multis componitur, & quare est vnum & non

& non multa, ita quod esse plura coacturata  
que cadunt in eius diffinitione, sicut animal &  
bipes. Adhuc autem & aliter aggrauatur ista du-  
bitatio si est, ut quidam Philosophi aiunt, idem  
quod animal, & illud idem quod est animal  
etiam est bipes: tunc enim queritur, quare ho-  
mo non est illa que sunt alia ab inuicem: & sic  
erit duo non vnum verè, ita quod secundum  
participationem horum duorum homo verè sit  
hominis, & non sint hæc participatione homi-  
nis alicuius vnus qui verè sit vnus, sed sint ve-  
rè duo, sicut duorum sunt participationes, ani-  
malis videlicet & bipedis, que secundum veri-  
tatem data sunt nature, & non vna: alia enim  
est natura genus, & alia est natura differentia.  
Palam autem est, quis si aliqui sic transformant  
questionem ut conueniant Stoici diffinire, &  
dicere vnitatem numerorum & idearum, non  
contingit reddendo veram vnitatis causam sol-  
uere dubitationem inductam: que enim dicunt  
verè sunt plura, & non vnum nisi secundum  
quid. Si autem est verum sicut nos dicimus,  
quod in diffinitione licet plura sint, tamen in  
ea est, hoc quidem sicut materia substantia pote-  
st ad actum, illud verò est in ea sicut actus &  
forma: & idè hoc quidem est potestare, illud  
verò actu, tunc adè manifesta est causa vnita-  
tis. Quod etiam queritur non videbitur ha-  
bere causam dubitationis: ista enim aporia siue  
angustia & ambiguitas est eadem cum hoc si di-  
camus, quod teres dicens rationem teres siue  
sphære est: quia teres est res rotundum: hoc  
enim nomen, teres, est signum diffinitionis, &  
ponitur loco eius: propter quod cum dicitur  
quid causa, quare sit vnum verè rotundum &  
res, nullatenus videretur esse dubitatio: quia sta-  
tim videretur hoc quidem esse materia potestare  
sphæra siue res, hoc autem forma actu teres  
existens: quid ergo causa est, quod idem quod  
potestare est ens est ens actu: nisi generatio &  
faciens causa que sic educit ipsam de potestare  
enim ad actum ens, quod non largitur ei ali-  
quam diuersitatem & multitudinem aut plura-  
ritatem: sed id quod potestare est ens, facit ex-  
istere secundum actum: nulla enim penitus po-  
test esse causa diuersa que faciat potestare sphæ-  
ram actu esse sphæram, sed uterque horum est  
quid erat esse rei & diffinitio: & idè diffinitio  
est vnum & non multa: ad esse enim diffiniti  
refertur diffinitio, & non ad diuersas naturas  
materie & forme, sicut nos in antè habitis sæpè  
declaramus.

Si autem quis obliuiscendo dixerit, quod non  
omnia sunt concepta cum materia: quia diffi-  
niuntur mathematica que per diffinitionem se-  
parata sunt à materia, dicemus sicut & in sexto  
huius sapientie libro determinatum est, quod  
materie alia est intellectualis, & alia sensibilis,  
secundum proprietatem illam intellectus qua  
intelligit cum continuo & tempore: & idè in  
omni ratione diffinitiva, hoc quidem materia,  
illud verò forma, & actus, & mathematica licet  
non sint concepta cum materia sensibili, sunt  
tamen concepta cum materia intellectuali, sicut  
circulus qui est figura superficialis: & in hoc  
ratione superficies est intellectualis, figura verò  
talis est sicut perfectio & actus: quecumque ve-  
rè non habent materiam intellectualem vel sen-

Nota quia  
si materia  
intellectiva  
non

D. Albert. Mag. Metaphy.

sbilem, sicut ipsa substantia principia que sunt  
materia & forma illa, & sunt verè vnum, sed  
non habent aliquam causam aliam suæ vnitatis,  
sicut habent illa que sunt composita, sed seipsis  
sunt vnum: esse enim ipsorum statim sine alio  
causante est vnum, sicut etiam vnumquodque  
talium ens hoc ipsum in quantum est quale quid,  
siue quale aliquid ens: sicut enim materia est  
aliquid & forma aliquid per seipsam, ita etiam  
vtrumque istorum est aliquid vnum, ita tamen  
quod ens & vnum non sunt eorum genera per  
que sunt vnum. Et hæc est causa quare ens &  
vnum non ponuntur in diffinitionibus ut po-  
tentia & actus: quia dicunt aliquas naturas di-  
stinctas eius de quo predicantur. Similiter au-  
tem est de eo quod est quid erat esse, siue quid-  
ditas, siue forma: hoc enim per seipsam statim  
est ens & vnum, ita quod ens & vnum non di-  
cunt ea ex quibus componitur: propter quod  
nulli eorum principiorum est aliqua alia à seipsis  
causa per quam sint & vnum sunt: statim enim  
per seipsam vnumquodque talium est ens quid  
& vnum, non quod sit in ente & vno: quare in  
genere diffinitivo, ut diximus, nec est in vno  
ente sicut in naturis distinctis & separabilibus  
ab ipsis singularibus quo dicuntur ens & vnum:  
quia ens & vnum etiam per intellectum non  
potest separari ab aliquo. Hæc igitur vera solu-  
tio est inducta dubitationis.

CAPVT V.

De errore antiquorum male solventium  
inductam questionem & de  
causa erroris.

Propter hanc autem dubitationem que in-  
ducta est, diuersa va de dixerunt Philosophi  
& cau à diuersis erroribus est: quia posuerunt  
partes diffinitionis actu diuersa quædam esse, &  
similiter materiam & formam: & idè quæru-  
erunt media coniungentia extrema, que tamen  
diuersa esse supponebant. Videbatur enim eis,  
quod actus & potentia sunt, & contraria mi-  
tus se expellentia ab eodem susceptibili: idè  
dicebant illa non posse coniungi, nisi aliquo  
medio, quod vtrumque participat, sicut album  
& nigrum coniunguntur in pallido, & calidum  
& frigidum in mixto: & hoc medium vocabant  
participationem. Et querunt postea qua sit causa  
eius participationis: & quid sit sic participare.  
Alij autem causam vnitatis corporis quod est  
materia & anima que est forma, dicunt con-  
substantialitatem quandam, ita quod substan-  
tia vna composita sunt per mixturem duarum  
substantiarum diuersarum anime & corporis,  
sicut dixit Lycoophon. Vnde dicit, quod illo-  
rum duorum actiones & oppositiones sunt com-  
mixta: sicut & substantie commixte sunt: pro-  
pter quod etiam dicit scientiam non esse opera-  
tionem vel speculationem anime secundum se,  
sed operationem. Et dicit eam esse scientiam cor-  
poris & anime, ita quod anima & corpus de  
causa vnitatis in ea sit anima: causa autem fal-  
sitas sit corpus. Et similiter dicit, quod in-  
telligere est coniuncta, & quod nulla operatio

C C NUM



num aut passionum sit animæ propria. Alij vero magis errantes, cum quorum errore multi contemnant modernorum, dicunt quod anima coniungitur cum corpore mediante vita, ita quod anima rationalis cum corpore coniungitur mediante vegetabili & sensibili, & sensibilibus coniungitur cum corpore mediante vegetabili, & vegetabilis coniungitur cum corpore mediante spiritum quem dicunt esse corpus substantiale diffinitum per totum corpus, & maiorem convenientiam habere cum anima vegetabili quam corpus terreste physicum organicum. In omnibus autem his est, una & eadem ratio quæ prius: siue enim illud quod dicitur esse medium sit conalescere quoddam corporis ad vitam, aut sit consubstantialitas quædam, aut compositio extremorum, aut coniunctio quædam diuersorum animæ & corporis, siue sit forma sanitatis, aut equaliter complexionis medium quoddam contingens animam & corpus, una est ratio quæ prius, quare sit unum & non multa: quando enim plura sunt quæ conueniant ad compositionem, tanto videtur minus esse unum, & videtur magis esse multa: & simile est quia æs esse trigonum, compositio est æris & trigoni: & album unum esse, compositio est superficiæ & albedinis. Si igitur medium quarunt compositionis animæ & corporis, debent querere medium in omnibus compositionibus: & medium erit secundum hoc medium inter compositionem medij sicut inter compositionem extremi: & hoc modo medij erit medij: & hoc procedit in infinitum. Adhuc autem istæ compositiones trigoni & æris & albedinis & superficiæ non faciunt verè unum, sed unum per accidens, quod est congregatum: & sic adhuc redibit prima questio qualiter ex materia & forma fiat verè unum, & non unum congregatum.

Causa autem huius erroris: quia potestatis & endelechiæ querunt vnionis rationem, quasi verumque istorum sint differentes à reliquo, & quod unum quodque istorum sit actu & sit differentia: ex duobus autem quorum vnumque est in actu, nunquam sit verè unum, nec etiam intellectus hoc potest accipere. Vera autem causa vnionis est: quia sicut sæpe dictum est, materia vltima quæ est proxima, & dicitur à quibusdam necessitas, illa inest per substantiam in diffinitione, & est idem cum forma potestatis: quia potestas est actus vltimi inchoatio vel necessitas, sed aliud est à forma actu: si enim vnumque separatum accipiatur secundum actum, tunc sunt materia & forma aliud & aliud. Simile igitur aliquid est querere quæ sit causa vnus quod in veritate est idem prius in potentia & postea in actu, & querere quæ sit causa quare compositum ex materia & forma est unum & non multa: vnum enim aliquid est quodlibet istorum: & quod est prius potestatis, & quod est postea in actu: & hoc est vnum quoquo modo. Huius igitur nulla alia causa est, vt antè diximus, nisi id quod est mouens ipsum ex potestate ad actum, & mouendo ipsum ex potentia ad actum non largitur ei nouam essentiam aliquam. Et ideo non facit ipsum multa, sed vnum in actu: est enim hoc vnum actu & potentia duo si separatur materia & forma. Quæcumque verò simplices substantiæ non habeant materiam, &

sunt separate, sicut intellectus siue intelligentiæ, hæc non habent materiam: & hæc non educuntur de potentia ad actum: & hæc simpliciter per se ipsas sunt vnum quid tantum & non multa: hæc enim nulli nituntur materiali principio. Sed de his in libro quinto queremus.

CAPVT VI.

*Et est digressio ponens rationem eorum qui materiam & formam dicunt esse vnam essentiam, & ideo diffinitionem esse vnam & non multa.*

Portet nos autem digressionem hanc facere, & subtiliter adhuc de dicta questione interius perquirere, quare diffinitio sit vnum & non multa, & diffinitum similiter: hæc enim quæ dicta sunt, multis causa fuerunt erroris. Alij enim diuertentes à causa diuersitatis, & formidantes dicere diffinitionem esse diuersam, dixerunt idem in essentia esse materiam & formam: & ad hoc sequuntur infiniti errores. Alij autem secedentes ab hoc, dixerunt totam generationem non esse nisi congregationem, & nihil verè & per essentiam vnam esse vnum. Alij autem multa media quærentes coniunctionis animæ & corporis & formæ & materiæ, subtilia dixerunt de medijs coniungentibus quæ suo mendacio confinxerunt: sicut enim dixit Aristoteles in 12. primæ philosophiæ, fictum est omne quod præter rationem ponitur. Hi autem qui materiam & formam vnam dicunt esse substantiam & essentiam, has pro se inducunt rationes: dicunt enim, quod vniuersale prædicatur de pluribus, & quod nihil prædicatur nisi forma: dicitur autem, quod materia est substantia & forma est substantia: igitur substantia est commune prædicatum de materia & forma. Cum autem nihil prædicetur nisi forma communis, & non prædicatum per accidens, sed substantiale, videbitur materia secundum esse substantiale esse forma. Igitur materia & forma sunt idem per essentiam: materia enim de nullo prædicatur: sed quicquid prædicatur, est forma: cum enim dicitur, materia est substantia, prædicatum quod est substantia, est nomen appellatiuum, quod qualitatem communem significat, quæ qualitas non est forma accidentalis, sed substantialis: qualitas autem substantialis forma substantialis est: & cum prædicatum non sit alia essentia separata ab essentia subiecti, videtur istis, quod materia sit secundum essentiam idem substantiale formæ.

Si quis autem dicat, quod ex his non sequitur, quod materia sit forma: quia cum dicitur, quod materia est substantia, & substantia est forma, non prædicatur substantia de materia vt ens vel essentia, sed vt esse & idem, cum dicitur, materia est substantia, idem est ac si dicitur, materia informata est forma substantia: & in hac resolutione forma cadit obliquè. Et ideo non sequitur, quod materia sit forma per essentiam. Contra hoc iterum obicientes dicunt, quod quæcumque sunt vnus generis, participant vnam naturam communem: materia au-

*Rationes ponentium materiam & formam esse idem.*

*28m dicitur 28o cõ 15o*

tem & forma, vt dicunt, sunt vnus generis: quia vtrumque horum est substantia: participant ergo naturam vnã. Cum autem vtrumque eorum sit simplex, neutrum eorum aliquid addit supra naturam illam, nisi forte modum quendam, sicut in quinto diximus. Cum igitur forma verè sit substantia, & materiam per essentiam constar esse substantiam, hæc duo quæ sunt materia & forma, erunt vna & eadem simplex essentia & natura: hoc autem confirmant per hoc quod essentiam communem quæ potestare habet & ambit multa, non diuidit & distinguit nisi actus: materia autem accepta sub hoc communi quod est substantia, neque est actus, neque habet actum: igitur non diuidit essentiam prædicati communis. Cum igitur sit idem cum essentia formæ, videbitur materia in nullo diuidi ab essentia quæ est forma.

Adhuc autem quia si materia & forma non differunt nisi per potentiam & actum, & illa faciunt differre secundam essentiam, eo quod idem quod est prius in potentia, postea est in actu, videtur quod materia in se accepta non differat à forma secundum se accepta: circumscribatur enim potentia à materia & actus à forma: & cum in alio non differant, videtur tunc, quod circumscripitis his quæ faciunt differentiam ab vtroque, quod remanet, sit idem per essentiam. Et hoc maxime videtur: quia cum omne quod nominatur vel significatur, non nominatur vel significatur nisi nomine habitus vel priuationis: & si materia nominatur nomine habitus, cum habitus sit forma, videtur quod in hoc non diuiditur ab essentia formæ: si autem nominatur nomine priuationis, sequitur idem: quia priuatio non est pura negatio, sed relinquit aliquid formæ. Si igitur circumscribitur id quod est priuationis & potentia, non remanet aliquid per hoc quod diuiditur ab essentia formæ: & sic materia & forma sunt essentia idem.

Amplius actus & potentia sunt duo prima contraria in quolibet genere, sicut in sequenti huius sapientiæ libro declarabitur. Sunt igitur duo prima contraria in genere substantia: habent enim vnã communem prædicatum, quod neutrum eorum diffinit: actus autem diffinit ipsum ad vnã contrarium, & potentia diffinit ipsum ad alterum: circumscripitis igitur his quæ determinant ipsum, non remanet nisi natura communis: igitur materia & forma, circumscripitis potentia & actu, sunt vna natura & essentia communis. Aut igitur communis natura est essentia alia & alia, aut vna & eadem. Non potest aut dici, quod sit essentia alia & alia: quia circumscripita sunt distinguenda, & cessante distinguente, remanet identitas. Igitur materia & forma sunt vna & eadem radicaliter essentia. Hæc & alia quædam absurda quidam errantes, & in errorem suum alios inducentes, inducunt concedentes, quod materia proxima quam vocant necessitatem, & forma sunt idem in essentia, & quod generis non est alia essentia ab essentia differentia: quia cum dico, quod ex ære sit ignis, sicut & nos in præcedentibus diximus, ignis secundum inchoationem est in materia æris: & ideo ær est in potentia ignis: & ille habitus inchoatus per virtutes agentis in-

gressas in ærem, conalescit & continuè proficit ad necessitatem, & tandem terminatur in ignem. Et ideo dicunt totam materiam esse idem formæ, & genus differentia, & non esse has naturas diuersas: & cum dico, ignis sit ex ære, dicunt quod propositio notat circumstantiam materiæ perficientis ad actum.

Sed si hoc est verum quod dicunt, sequitur *improbabile* omnia esse vnã & idem per essentiam: quæcunque enim vni & eidem sunt eadem per essentiam, ipsa sunt sibi vnice eadem: sed rationale est idem animali per essentiam, & irrationale est idem eidem: ergo rationale & irrationale sunt idem per essentiam, & non differunt nisi per modum quendam & accidens: & hæc iam inueniuntur concessisse quidam modernorum Philosophorum. Amplius autem si hoc est verum quod dicunt, sequitur omnia esse eadem per essentiam: quia materia prima erit vna & eadem cum omnibus differentiis secundum inducendam rationem, & differentia erunt ad vnã eadem: & sic omnia erunt eadem. Si autem ad memoriam reducantur quæ nos in præhabitis diximus, nihil horum sequitur inconuenientium: quia idem licet sit formaliter quod est in potentia & actu, & non differunt nisi per esse & esse, tamen materia non est idem cum forma: quia materia dicit subiectum vniuersale: & hoc nunquam idem est cum forma, sicut probatum est in secundo Physicorum. Adhuc autem quæcumque sic se habent ad vnã, quod vnã est prius natura, & alteram posterius, illa non sunt vna natura & vna essentia: sic autem se habent ad vnã eadem genus & differentia: videtur igitur, quod hæc non sit vna natura. Hoc idem arguitur ex hoc, quod genus est quid, & differentia est quale, & quod genus nihil diffinit eorum quæ continent, differentia autem diffinit. Adhuc autem quia genus est compositum & differentia simplex. Et alia talia sunt infinita, quæ ad hoc potest induci.

Propter quod à via quam dedimus in septimo, *Opinio prima* non est recedendum, & dicendum, quod in veritate materia nullo modo est idem formæ: quia aliter idem esset agens & patiens: & cum agens sit actu, & patiens non sit actu, sequeretur quod idem esset actu, & secundum idem non esset actu: & sic contradiçtio essent simul vera: vnã compositum ex materia & forma est vnã, sicut dicit Aristoteles: quia partes eius referuntur ad vnã essentialiter, quod est tota rei essentia: & est totum secundum id quod est: non enim accipitur materia vt distincta in actu, & forma vt per se distincta: quia sic ex eis nunquam fieret vnã, & vnã non referretur ad alteram, sed accipitur materia sub potentia quæ est habitualis inchoatio formæ, & forma sumitur vt actus diffusus & terminans & finiens potestatis illius indefinitatem: & sic patet, quod totum esse compositi & diffinitum est vnã & non congregatum: quia subiectum materiæ quod sustinet esse, est fundamentum, & nihil est de esse rei, sicut etiam Boetius dicit, quod species est totum esse indiuiduorum.

Quod igitur obicitur, quod materia est substantia, & forma est substantia, & quod idem prædicatur de vtroque, & quod hoc est essentiale prædicatum: dicendum, quod omnia quæ

*310*


*Opinio prima*

*Solutio rationum aduersariorum*

fic obijunguntur, vana sunt & friuola, signis non veridicis & logicis innixa: quia substantia non prædicatur de materia & forma vniocè, sed per prius & posterius: & ideo forma verè est substantia, & materia est substantia per relationem ad formam, sicut sæpe diximus: & ideo prædicatam hoc nec est essentialè, nec accidentalè, sed est quidam modus eius, quod ad substantiam quocunque modo refertur. Er ideo substantia non dicit vnã naturam quæ sit in vtroque istorum, materia videlicet & forma. Eodem modo dicimus, cum dicitur, quod forma & materia sunt in genere vno, quod sit vna communis natura in vtroque: hoc enim est falsum, sicut iam patuit. Cum autem dicitur, quod materia & forma non distinguuntur nisi actu & potentia, si circumlocubantur distinguentia, remanet

vnica natura: dicimus quod hoc falsum est: quia materia & forma per actum & potentiam propriè non distinguuntur, sed potius per potentiam materia refertur ad formam, & analogiam habet ad ipsam: & hoc non est distinguere, sed vnire: sed seipsa materia non est forma: quia materia est subiectum & fundamentum quod diuiditur diuisione quantitatis in plura subiecta: & forma nihil illorum est, sed potius est actus & terminus non nisi diuisione qualitatina diuisibilis. Ad ea autem quæ de natura generis & differentie dicunt, satis patet solutio per ea quæ dicta sunt in quinto huius nostræ primæ philosophiæ libro. Sic igitur procedendum est, & declinabitur omnis error, & hoc est quod intendimus.

*Substantia prædicata de materia in quo prædicatur actus substantiale, in quo accidentale dicitur, sed est quidam modus eius quod ad substantiam refertur.*



LIBER NONVS,  
 QUI EST DE  
 POTENTIA  
 ET ACTV.  
 TRACTATVS I.  
 DE MULTIPLICITATE  
 potentie & actus.

CAPVT I.

*Que libri intentio, & que causa introductionis.*

Ter. c. 1.



INTER omnia quæ de principiis veri entis dicta sunt, hoc iam constat esse verissimum ens, quod vnicuique confert verè esse & perfectè: & probatum est iam multis modis, quod hoc est actus vltimus in vnoquoque: oportet nos igitur intendere ad inuestigandum subtiliter actum vltimum. Cum autem actus vltimus sit propriè & proximè potentie completiuus, & in proxima potentia supponatur potentia prima, & intermedie omnes, oportet etiam docere & inuestigare naturam potentie: sine his enim nescitur quod verè est ens: necesse igitur habemus post libros duos huius sapientiæ de principiis substantie inductos inducere hunc de potentia &

actu librum, qui 9. est huius primæ philosophiæ quia nisi scitis potentia & actu entis veri vera principia non sciuntur: ergo iam de primo ente ad quod omnes alie categoriæ entis referuntur, hoc est, de substantia iam multum in antè habitis dictum est: iam enim diximus, quod secundum substantiam, quæ verè ens est, rationem dicuntur per analogiam alia entia, vt quantitas, quia est huius mensura entis, & qualitas, quia verè entis dispositio, & alia entia predicamentorum sunt sic aliquo modo dicta ad substantiam: omnia namque per analogiam aliquas substantie habent rationes, sicut diximus in sermonibus primis, siue principiis huius sapientiæ habitis in tertio & quinto huius sapientiæ libris Quoniam verò sicut sæpius patuit, entium aliud dicitur quid siue substantia, aliud qualitas, aliud quantitas, & vnumquodque ipsorum aut secundum potentiam, aut secundum actum, constat quod potentia & actus sequuntur ens in quantum est ens: alia enim entis predicamenta quæ sunt præter substantiam & qualitatem & quantitatem, potius sunt quidam modi entis & compa

*Videtur distorria predicamentum in absolute in posse.*



comparationes: & ideo etiam hac secunda ratio-  
ne determinamus de potente & eadem  
sive actu. Est igitur & adhuc ratio tertia: quia  
cum de principis substantia & entis iam deter-  
minatum sit, & substantia non fluat ex suis  
partibus nisi ex eodem de potentia in actum,  
oportet nos hic de potentia & actu determinare.  
Primum igitur loquemur de potestate: quia  
potestas precedit actum quando ambo sunt in  
eodem. Determinantes autem de potestate pri-  
mum determinationis principium sumemus de  
potestate quae maxime proprie dicitur, licet non  
sit utilis: ad quod nunc intendere volumus, eo  
quod doctrina non erit facilis nisi ab ea inci-  
piamus: potestas proprie est in materia mobili ad  
formam: & haec est potentia physica quae non  
est de nostra intentione, eo quod est entis par-  
ticularis, & non est entis secundum quod est  
ens: ut plus enim & secundum intentionem  
magis propria est potestas. Similiter & actus  
in his solum quae sunt secundum motum, sicut  
diximus. Sed licet hoc sit, non secundum no-  
stram intentionem quam habemus de ente lo-  
quentes secundum quod est ens, tamen loquen-  
tes de tali potestate in determinationibus & di-  
visionibus quibus de actu potentiam sequente  
similiter determinabimus: ostendemus etiam  
de his actibus ultimis, qui sunt actus & prin-  
cipia veri entis: quia sicut diximus, verum ens  
est verum ens per actum ultimum: haec igitur est  
necessitas quare oportet nos de potestate & actu  
loqui. Diximus enim, quod verum ens est, ad  
quod refertur distinctio: & haec est natura con-  
sistens ex potestate & actu: nec materia est ali-  
quid de esse veri entis, nisi prout per analogiam  
potestatis refertur ad actum: actus etiam sive  
forma, sive etiam differentia ultima, nisi acci-  
piatur ut actus, non est aliquid de esse. Si au-  
tem accipitur ut actus differentia ultima, con-  
stat ex omnibus praedictis, quod sicut ex po-  
testate, sicut perfectio ex inchoatione, & dif-  
ferentia ex indistincto vel determinante sive dif-  
finito: & haec potestas sic accepta ut consueta  
nihil diffinit, est huius intentioni philosophiae  
prima propria, licet propter doctrinae facilita-  
tem inchoemus a physica potestate. Scitis au-  
tem sic potestate & actu, scimus verum entis  
principia: & tunc complebitur scientia de vero  
ente: & inquiremus tunc de uno & multo, ut  
sciamus qualiter verum ens est unum & multa: &  
deinde de partibus eius intelligabimus, quae  
sunt separatum & coniunctum, & complebi-  
mus doctrinam istam.

CAPUT II.

De multiplicitate potentiae, & de re-  
ductione multiplicatis ad  
unum primum.

Text. 2. **Q**uod igitur multipliciter dicatur potentia  
& posse, determinatum est a nobis in his  
distinctionibus potentiae quas in quinto posui-  
mus. Harum intentionum potentiae quas ibi  
executi sumus: illae hic praeterrantur qua-  
rumque dicuntur potentiae equivoce & secun-  
dum metaphysicorum.

dum metaphoram & non secundum analogiam  
ad unum. Metaphorice autem dictae sunt, quae  
non dicuntur secundum motum qui est exitus  
de potentia ad actum, sive actus existentis in  
potentia secundum quod est in potentia. Qua-  
dam enim potentia dicuntur quadam similitu-  
dine metaphorica, sicut ea quae potentia dican-  
tur in geometria: ibi enim quadam possibilia &  
quadam impossibilia dicuntur, eo quod aliqua  
similitudine possunt & non possunt, sicut di-  
cimus, quod latus trigoni quod subtenditur  
recto angulo in orthogono trigono, potest in  
duo quadrata laterum continentium rectum an-  
gulum: nec tamen unquam per motum exiit  
de ista potentia ad effectum: & cum motus sit  
actus existentis in potentia, oportet quod illa  
potentia sit per metaphoram dicta. Hoc igitur  
praeterratur. Sed quaecumque posse dicuntur  
relata ad eandem speciem & formam, omnia illa  
sunt principia quadam potentiae, & dicuntur  
per resolutionem ad primum unum quod est  
forma separata, & est causa omnibus aliis quae  
potentiae quadam sunt & possunt esse: & quia  
forma est principium agendi secundum se, ideo  
illud principium est principium transmutationis in  
alio respectum quod est aliud: sic enim distincta  
est potentia activa in quinto huius sapientiae  
libro: nec hic oportet explanationem diffini-  
tionis iterare. Aliud autem quod est patiendi  
potentia, est sicut in causa in primo patiente  
quod est materia prima: & hoc est principium  
mutationis passivae ab alio secundum quod est  
aliud, sicut in quinto libro per determinatum est.  
Habitus autem sive forma quae est habitus, &  
haec est forma, non prima, sed habitus in subie-  
cto, & materia est principium & potentia in illo  
subiecto quod quidem patitur, sed non patitur  
ad deterioris, & non patitur secundum viam cor-  
ruptionis ab alio in quantum est aliud quod est  
principium actuum & transmutationum: talis  
enim forma quae est habitus subiecti, non in-  
ducitur in subiectum nisi per transmutationem &  
agens: quia sic actus actiuorum sunt in patiente  
& disposito. Si autem pateretur in deterioris  
& secundum viam corruptionis, tunc forma  
non habitus esset, sed potius abiceretur & ten-  
deret in non esse. In omnibus enim his & huius-  
modi terminis ipsarum mediarum & ultimarum  
inest ratio prima potentiae, sive sit secundum  
ordinem potentiarum actiuarum, sive sit secun-  
dum ordinem potentiarum passivarum: & ite-  
rum secundum alium modum divisionis poten-  
tiarum dicuntur potentiae quadam solum fa-  
ciendi, sicut illae quae tantum formalium sunt  
principiorum: quadam autem dicuntur poten-  
tiae solum patiendi, sicut illae quae sunt princi-  
piorum tantum materialium: & utraque ista-  
rum dicitur dupliciter: aut enim est potentia  
simpliciter facienda, aut simpliciter patiendi, aut  
bene patiendi, aut bene facienda: & ideo oportet,  
quod in secundarum potentiarum rationi-  
bus quae secundum bene determinantur, insint  
rationes primarum potentiarum quae determi-  
nantur secundum facere, aut pati simpliciter.

Palam igitur est ex dictis, quia aliquando in  
quibusdam quasi una est potentia facienda &  
patiendi: & haec est forma materialis in compo-  
sito, quae ut forma facienda est principium: ut

autem materialis etiam est principium patiendi: possibile enim est aliquid habere potentiam patiendi per se in seipso, & etiam possibile ut sit illa potentia alterius, & patiatur ab alio: & quod contingit aliquando, quod hoc est impossibile, sicut in simplicibus; in quibus nulla est patiendi potentia in patiente: etenim composito propterea quod habet quoddam passivum potentia principium quod est materia, aliquando patitur patiens principium passionis habens in seipso, & aliquid est quod patitur ab alio: etiam enim propter potentiam combustibilem combustum est ab alio quodam comburente, cum tamen principium suæ passionis habeat in seipso. Hoc etiam modo suppositivum in coitu quod est incumbens masculinum, sicut est eunuchizabile ab alio quodam testes excidente, aut etiam à fonte propria, vel apostemate. Similiter est etiam in aliis. Quædam autem habent principium potentia activa in faciendo aliquid, cuius principium est in ipsis, sicut principium faciendi in physicis est calor, & in artificialibus est ars edificatoria: calor enim est principium agendi in calefactibile, & edificatoria habet potentiam faciendi edificationem, quæ est alia potentia, sicut alia est potentia naturæ à potentia artis: propter quod nihil per se aptum naturam est aliquid pati à seipso: quia potentia activa & passiva sunt diversæ secundum principia. Quod unum est & simplex non habens aliud & aliud in potentia agendi & patiendi, est penitus impassibile, sicut patet ex antè dictis.

Nulla enim... non sum... habet... de... de... de...

CAPVT III.

De distinctione privationis quæ potentia activa opponitur.

Tex. 2.

Opponitur autem tali potentia privatio quæ est potentia activa à forma principium habens: idcirco etiam sicut in logicis dictum, omnis potentia & impotentia quæ est privatio, sunt eiu'dem subiecti, & secundum idem quod est susceptivum habitus illius & formæ, sicut cæcum & videns opponuntur circa oculum: privatio autem quæ est impotentia, dicitur multipliciter, sicut superius in quinto libro distinctum est. Dicitur enim privatum simpliciter non habens, siue sit aptum naturam habere, siue non. Dicitur etiam privatum eo quod caret, quod aptum naturam est habere: & hoc dupliciter dicitur. Vno videlicet modo quando omnino non habet quod aptum naturam est habere. Alio autem modo dicitur privatum, quod non habet aliquid in tempore, quod quando aptum naturam est habere, aut sine illo modo non habet secundum quem aptum naturam est habere, sicut si aures aliquis non habeat ad audiendum, quantum habeat figuram auriarum: aut etiam quod non habeat aliquid quocunque modo natura est habere, sed deficiat aliquid de modo ipsius naturalis. In quibusdam vero in quibus magis proprie sumitur privatio, non accipitur in tanto ambitu communitatis, sed dicimus privari ea si non habent ea quæ apta pars sunt habere: hæc autem omnia planissime ostensa sunt in quinto

libro huius sapientia, ubi de natura & distinctione privationis dictum est.

CAPVT IV.

De distinctione potentiarum rationalium & irrationalium.

Quoniam vero horum principiorum quæ sunt origines potentiarum, quædam insunt his quæ sunt inanimata, quædam autem insunt animatis quæ habent animam quæ utitur ratione: palam autem est, quia etiam potentiarum quædam sunt irrationabiles, quædam autem sunt cum ratione siue rationabiles: propter quod omnes artes & scientia quæ dicuntur practica, hoc est, operativa sunt potentia: quædam est enim ars cum ratione principium factivum: artes autem & industria operationum sunt habitus cum rationibus probabilibus potentes ad fieri & non fieri: quod idcirco vocantur potentia, quia se habent ad opposita ad esse & non esse: & secundum hunc modum sapientia & scientia & intellectus quæ sunt virtutes intellectuales, non possunt dici potentia: artes autem & potentia siue operativa scientia sunt quædam principia operativa agentia in alio secundum quod est aliud: harum autem potentiarum quæcumque cum ratione sunt, sunt eadem contrariorum, sicut etiam scientia eadem est contrariorum: quæcumque autem sunt potentia irrationabiles & sine ratione facientes sunt unius tantum, sicut & ipsa potentia est una: natura enim & forma non agit nisi unum, sicut calidum non est nisi calefaciendi potentia: medicina vero quæ est cum ratione, est sanitatis & infirmitatis. Causa vero hæc est: quia ratio est intentia quædam & una. Et eadem ratio ostendit rem & eius privationem: quia privatio non habet distinctionem, sed sicut per rationem habitus: non tamen similiter est amborum, sed magis est eius quod existit, & hoc est habitus: alterius autem non est nisi per defectum ab ipso: necesse est igitur tales scientias potentiales esse quidem contrariorum, ita tamen, quod sint unius secundum se, alterius vero sint non secundum se: sicut etiam dicitur rectum esse iudex sui & obliqui, quia recto & ipsum cognoscimus & obliquum: ratio vero quidem habitus est secundum se, privationis vero est non secundum se, sed potius per defectum ipsius: & idcirco privationis est modo quodam & secundum accidens: ratio vero habitus ostendit formam suam distinctione. Negatione autem & ablatione huius ostendit contrarium, quod est privatio. Si enim privatio est primo modo dicta quæ est eius quod nec habet habitum, nec naturam est habere, ostenditur negatione habitus. Si autem est privatio relinquens subiectum cum privatione, tunc ostenditur habitus ablatione: privatio enim prima est inter contraria, eo quod contraria reducuntur ad privationem opposita: & privatio prima nihil aliud est nisi ablatio habitus, ubi natus est esse.


Tex. 4.

Quia vero contraria simul actu in eodem non sunt, & sicut iam diximus, scientia & omnis potentia

Vide 3 de anima. tex. com. 15. & primo de anima. 85.

potentia rationalis est potentia, quædam in habendo rationem, non tamen anima habet huius motus tantum principium: animatum enim habet potentiam quæ in modum naturæ aliquando movet tantum ad unum: salubre enim non facit ex parte animati nisi sanitatem, & calefactibile non facit nisi caliditatem: & etiam si sit habitus cum ratione aliquando, non facit nisi unum, sicut virtus moralis & civilis quæ est habitus in modum naturæ cum ratione consentaneus: sed sciens dixit potentiam cum ratione, non in modum naturæ mouentis, sed per rationem sumptam ex distinctione scibilis: & idcirco facit ambo: quia una ratio est habitus & contrarij quod est privatio: est enim una, sicut diximus, amborum ratio non similiter: & hæc ratio est in anima scientis quæ per huiusmodi potentiam habet motus principium, quod est activa potentia: & propter hoc ambo contraria mouebit ab eo principio formali, terminans ea ambo ad idem quod est ratio habitus: est enim unum & idem causa duorum, unius per poten-

tiam sui, & alterius per absentiam: & idcirco ea quæ sunt cum ratione potentia, faciunt & agunt contrario modo his quæ sunt potentia sine ratione, sed faciunt in modum naturæ: quia cum ratione potentia faciunt contraria ad idem terminata per distinctionem: ea autem quæ in modum naturæ potentia sunt, non faciunt nisi unum: unum enim & idem principium contrariorum continetur & habetur in ratione una & eadem. Dissimiliter tamen, sicut diximus, adhuc autem & hoc considerandum est in potentiis: quia videlicet ad potentiam bene faciendi sequitur potentia faciendi simpliciter, sed non conuertitur: quia sequitur, si possum bene citharizare, possum citharizare: sed non sequitur, si possum citharizare, possum bene citharizare. Similiter autem de potentia est patiendi: quia ad posse bene pati, sequitur posse pati, sed non conuertitur: & hoc per se est manifestum: necesse est enim bene facientem facere, sed non est necesse facientem bene facere.



TRACTATUS I.

DE CONTRADICTIONE EORVM QUI

negant potentiam præcedere actum.

CAPVT I.

In quo est erroris illius explanatio, & persuasio per quam in errorem sumi inducitur: & hæc est digressio.

Tex. 5.

Nota ratio... negant... potest... ante... dare... actum... quæ negat... in textu... neque in... commento... arguuntur.



Non negant potentiam antecedere actum, sequentes dictum quorundam Philosophorum Megaricorum, cuiusdam Megaris discipulorum: dicunt enim tunc aliquid solum posse quando operatur, non posse autem quando non operatur: vnde dicunt non edificantem in actu, non posse edificare: sed edificantem dicunt posse quando edificat: & similiter dicunt etiam in aliis. Persuasi autem isti videntur ea ratione quam in secundo de physico audiri, & in secundo huius sapientia libro tetigimus: dicunt enim, quod cum potentia activa sit causa effectus sui, & causa & causarum sint simul, non erit potentia activa ante opus eius, ut videretur. Adhuc autem dicitur, quod sit ante effectum, & sit in potentia. Cum igitur nihil veniat de potentia ad effectum, nisi per motum & mouens directum à se, oportet quod potentia activa per motum efficeretur agens, & haberet aliquid aliud mouens. Quod si concedatur, infinita sequentur inconuenientia: quia secundum hoc potentia activa est passiva: pas-

sivum enim est, quod mouetur alio quodam mouente. Adhuc autem de isto mouente quod activam potentiam movet ad actum, quæ sit similiter, quid ipsum moueat ad actum: Et si etiam illud per aliud mouens venit ad actum, de illo restat eadem questio: & hoc vadit in infinitum: igitur standum est in primo: & dicendum, quod non habeat potentiam ante actum. Amplius idem eodem modo se habens, semper facit idem, aut nunquam. Cum igitur potentia activa sit à forma, & forma sit natura eodem modo se habens, non erit aliquando agens, aliquando autem non agens, sed semper agens aut nunquam: & quocumque modo dicatur, sequitur quod non est potentia agendi antequam agat. Adhuc autem nulla natura destruitur essentialiter & propria operatione. Si igitur forma quæ est principium potentia agendi, est natura essentialiter operans, nunquam destruitur operatione illa: & sic nunquam est ante operationem. Eodem autem modo dicunt de potentia passiva, persuadere volentes, quod non sit ante actum: quia quod solum est in potentia passiva, non est actum: & quod actum non est, non est in rerum natura: igitur quod in potentia passiva solum est, non est in rerum natura: & si sic est, nec præcedit, nec sequitur actum potentia passiva: sed est cum actu quæ dat ei esse in natura.

Attendendum autem est, quod Anaxagoras dicit, quod isti Megarici supponebant res non habere proprias potentias, sed omnia agere per potentiam.

Anaxagoras hic e. 5. sed clarior com. 7.



potentiam causæ primæ, & quod illa agat in  
 ipsis quicquid agunt: & quia in illa non præ-  
 cedit potentia actum, ideo dicunt potentiam  
 non esse ante actum: & si hoc est causa dicti,  
 tunc ratio eorum fuit hæc: quicquid potest se-  
 cundum, potest per primum: quia secunda cau-  
 sa habet à prima, & quod est, & quod causa  
 est: sicut igitur est in his quæ animata sunt,  
 quod virtutes elementorum hoc quod agunt,  
 agunt potentia animæ, & virtutes inferiorum  
 agunt virtutibus celestium, sicut sæpissime  
 ostendimus: ita per resolutionem vitiorum  
 ad media & mediorum ad prima videbatur Me-  
 garicis, quod omnia quæcunque agunt, agunt  
 potentia diuina. Et licet hanc rationem & sup-  
 positionem Auerroes dicat esse Megaricorum,  
 constat pro certo, quod ipsi non sunt persuasi  
 per illam, sed potius per eas quos non ante in-  
 duximus: & hoc declaratur ex hoc quod etiam  
 passiuam potentiam actum dixerunt non præce-  
 dere, quam tamen in primam causam resolueri  
 non possunt.

*Solutio ad  
 rationes  
 prædictas.*

His autem non est difficile respondere, quod  
 sicut dictum est, potentiarum alia est actiua,  
 alia est passiuæ: & actiuarum alia cum ratione,  
 alia sine ratione. Et illa quæ est sine ratione,  
 non agit nisi quando appropinquat passiuo in  
 quod agit: & quando illi non appropinquat,  
 est in habitu, & sic est ante actum: & cum ex  
 tali potentia efficitur actus agens, non mouetur  
 de forma ad formam, sed in eadem forma in  
 qua est, agit: & non fit mutatio in ea, sed in  
 patiente quod appropinquat ei cum non fuerit  
 ante propinquum & tangens. De hoc autem  
 dictum est in secundo de anima quantum suffi-  
 cit. Patet etiam ex hoc quod natura non desti-  
 tuitur propria operatione, sed quod non ope-  
 ratur, hoc est per accidens: quia non est pro-  
 pinquum patienti, & nihil penitus operatur,  
 quando nihil suscipit suam operationem: illa  
 autem quæ est cum ratione potentia actiua,  
 coniungitur ad opus per appetitum: quia à se-  
 ipsa potest agere & non agere: quod non potest  
 illa quæ est forma naturalis, quæ agit per natu-  
 ræ necessitatem: & per hoc patet, quod nihil  
 est quod dicunt de potentia actiua. Quod autem  
 dicunt de potentia passiuæ, nihil est: quia licet  
 potentia passiuæ non sit in actu quem nata est  
 suscipere in quantum passiuæ est, est tamen in  
 aliquo actu: & sic patet, quod est aliquid ens  
 in rerum natura. Quod autem Auerroes dicit  
 esse rationem Megaricorum, nihil est: quia li-  
 cet secundum habeat à primo quicquid habet  
 virtutis & potentia, tamen virtus primi quæ est  
 in secundo, per applicationem ad materiam se-  
 cundi efficitur propria secundo & determinata  
 ad proprias operationes: & sic efficitur particu-  
 laris & materialis & propria, & secundum sic  
 agit per eam: & hoc modo procedit  
 ad actum, & est ante actum  
 sicut etiam quando  
 non agit.

CAPVT II.

De inconuenientibus quæ sequuntur  
 ex illa positione Megari-  
 corum.

Inconuenientia autem quæ sequuntur posi-  
 tionem Megaricorum, non est difficile vide-  
 re: palam enim, quod secundum dictum eorum  
 non est edificator nisi quando secundum actum  
 edificat: quia secundum istos idem est dicere  
 edificatorem esse possibile esse quod edificato-  
 rem edificare, eod quod dicunt, quod potentia  
 non nisi in actu est. Et similiter est in aliis po-  
 tentiis quæ sunt artes. Nos autem iam in se-  
 cundo physicorum soluentes hanc difficultatem,  
 quæ est quod causa & causatum sunt simul,  
 ostendimus quod immediata causa edificij non  
 non est edificator, sed alia: sed edificator est  
 causa edificationis: & licet edificator secundum  
 actum sit causa edificationis, tamen edificator  
 secundum potentiam est ante edificationem:  
 habens enim artem est in potentia edificans, &  
 artem habens, est etiam antequam utatur arte.  
 Si enim daretur, quod ante edificationem non  
 haberet artem & potentiam, cum nos videamus,  
 quod tales non habet artes qui non didicit eas,  
 aut non aliquo modo accepit per inuentionem:  
 & ut generaliter dicatur, non habet artem, cui  
 qualitercunque non conuenit aliquando reci-  
 pere eam: & si perdit eam, aut perdit obliuio-  
 ne, aut passione aliqua cerebrum commouente,  
 sicut est apoplexia minor quæ ignorantiam sci-  
 entiam inducit, aut perdit eam tempore per ma-  
 ximam ætatem rationem ad delirationem & de-  
 bilitatem mouentem. Si autem res subiecti in  
 toto & in partibus maneat incorrupta, & tem-  
 per sit vno modo, tunc sequitur secundum  
 ipsam positionem, quod quando quiescit ab  
 actu sine omni mutatione subiecti, quod non  
 habet artem in habitu, quod absurdum est val-  
 de: & iterum quod statim edificabit: & tunc  
 quaeremus ab eis, quando accipit artem quam  
 ante parum non habuerat quando non edifica-  
 bar? Et hoc idem inconueniens sequitur in po-  
 tentia inanimata. Secundum enim hanc posi-  
 tionem non erit aliquid dulce, neque frigidum,  
 neque calidum, neque amarum, neque gene-  
 raliter loquendo erit aliquid sensibile in poten-  
 tia quando non sentitur. Contingit igitur his  
 quod incidant in rationem erroris Pythagoræ,  
 qui dicit veritates entium esse in appetendo in  
 sensu vel imaginatione, cuius nos errorem de-  
 fluximus in huius sapientie lib. 4. Sequitur  
 autem ex inducta positione, quod etiam animal  
 sensuum non habet nisi quando sensu utitur se-  
 cundum actum: cum sensus etiam sit potentia  
 quadam sentiendi. Si ergo cæcum est quod non  
 habet vium & aptum natum est habere ipsum,  
 & quod tamen est ens & in esse saluatum, se-  
 quitur quod ipsi idem qui hoc dicunt, sæpè  
 cæci fiunt & surdi, & vno die & eodem quo-  
 ties secundum actum non videntur visu & au-  
 ditu.

*Tex. c. 5.*

*Aliter Pro-  
 thegoræ.*

Amplius si hoc secundum rectam & veram  
 rationem

rationem est impossibile, quod prius est potestate: tunc sequitur ex ista positione, quod impossibile est fieri quicquid non sit vel factum est secundum actum: sed quicumque dicit, quod hoc est vel futurum est, quod impossibile est fieri, mentitur: impossibile enim fieri siue prius potestate fieri, significat hoc quod hoc non potest esse vel fieri: igitur qui dicit potestatem non precedere actum, dicit quod nihil sit vel futurum est. Igitur istae rationes Megaricorum auferunt motum qui est existentis in potentia actus, & auferunt generationem quae est finis motus: quia motus & generatio non est nisi eorum quae non sunt, & possibile est ea fieri. Secundum etiam istas rationes ille qui stat, non habet potentiam ad non standum, & sic semper stabit: & qui sedet, semper sedebit, cum non habeat potentiam ad non sedendum: nunquam enim stabit si modo secundum actum sedet: quia cum prius sit potentia surgendi, impossibile est, cum surgere: ed quod surgere non potest propter priuationem potentiae surgendi. Si autem ista inconuenientia non contingit dicere & concedere, palam est, quia potentia & actus sunt diueria, & quod potentia non semper coniuncta est actui. Ista vero Megaricorum rationes potentiam & actum idem & indiuisa faciunt: propter quod non paruum quid querit destruere ratio ista: destruit enim motum & generationem, & artem & appetitum & materiam, & generaliter omnem potentiam quae querit inuamentum & expellit nocuum.

Oportet igitur concedere, quod contingit aliquid esse possibile esse & possibile non esse, & e contrario, quod aliquid sit possibile non esse, & possibile esse: & hoc non solum contingit in substantia, sed similiter contingit hoc etiam in aliis categoriis: quia possibile vadere contingit non vadere: & quod non est vadens, est possibile vadere: est autem hoc possibile, cui si ponitur inesse actus, cuius inesse dicitur potentia, nihil sequitur impossibile. Dico autem hoc explanando, vt si aliquid dicatur possibile sedere vel contingere sedere, si huic insit actus sedendi, nihil sequitur impossibile: & hoc est secundum similitudinem vnam in eo quod possibile est moueri & moueri, & in eo quod possibile est statui aut stare, & in eo quod possibile est esse & fieri, & in eo quod possibile est non esse aut fieri, & in omnibus aliis est eodem modo. Et secundum autem Megaricos videtur, quod actus secundum suum nomen & secundum sui nominis rationem sit compositus ad endelechiam siue perfectionem: quia actus dicitur terminus actionis & perfectus terminus eius quod est fieri in actione: & ideo actus refertur ad alia maxime quae sunt ex motibus, & quae sunt per motum, materia maxime sunt actus & perfectiones actus enim, sicut iam diximus, maxime videtur esse motus eius quod videtur moueri: quia perfectus actus non est nisi finis actus imperfecti qui est motus. Et haec est causa, quod isti Megarici non attribuunt moueri his quae sunt: nec tantum remoueat ab eis quae non sunt moueri in substantia, sed etiam secundum omnes alias categorias in quibus est motus per se vel per accidens. Sententia au-

tem & scientialia & concupiscibilia dicunt non esse nisi in anima: & ideo quia per motum ista non sunt, dicunt ista non esse actus vel endelechia, & omnino non esse: & ideo dicunt ea non esse mota. Hoc ideo autem dicunt: quia illa sola sunt entia quae sunt actus entia, & illa sunt entia actus per motum. Sed quae sunt potentia, sunt quaedam de numero entium secundum quod huiusmodi sunt: & hoc nunquam sunt ante actum: quia sicut iam dictum est, illud non est quod non est endelechia & actu: endelechia autem & actus non sunt nisi per motum: & quorum non est motus, non est actus vel esse: & sic ea quae in anima sunt, vt rationales potentiae, & ea quae in materia sunt ante motum, sunt absolute non entia, vt dicunt.

Si autem concesserimus ea quae dicta sunt in *Tex. c. 8.* prioribus analyticis, quod vnumquodque dicitur possibile in quantum sequitur ad ipsum esse vel non esse, tunc palam est, quod non contingit dicere, quod aliquid sit possibile, & quod nunquam erit omnino: quia si nunquam erit omnino, tunc non prius ab eo omnino fieri & esse, nisi propter priuationem potentiae essendi: tamen possibile est aliquid quod non erit: sed cum dicitur, quod aliquid omnino non erit, hoc dicitur propter impossibilitatem essendi illud: vnde haec duo non sunt simul vera, aliquid possibile est esse, & quod illud idem omnino non erit: & ideo fugiendum est ab his quae sunt esse impossibilia: illa enim omnino non erunt. Dico autem hoc explanando, vt si quis non geometricus dicat, quod possibile est diametrum commensuratum cogita, qui tamen omnino non commensurabitur: ille enim sic dicens non excogitat hoc impossibile esse, sed potius supponit omne finitum cum finito commensuratum, & admirabitur si non commensuratur: & si sciret causam quare non commensuratur, quia videlicet sequitur numerum parem esse impari, si diametrum commensuratur, fugeret procul a tali ab hoc dicto, & diceret quod impossibile est diametrum commensuratum. Nihil enim prohibet, quod aliquid quod possibile est esse, aut fieri, non sit, aut non fiat. Sed tamen non potest dici, quod illud omnino nec est, neque fiet: quia illud quod omnino nec est, neque fiet, est impossibile. Sed tamen ex his quae ponunt Megarici, sequitur quod illud quod possibile est esse, nullo modo est, vel fiet, sicut ante diximus: quia illud quod non est, non habet potentiam vt sit: & quod non habet potentiam vt sit, impossibile est fieri: & quod impossibile est fieri, omnino nec est, nec erit. Persuademus enim per rationem possibilis quod illud est, aut factum est, quod non est quidem secundum actum nunc, sed tamen possibile erat fieri: & ad hoc non erit consequens aliquod impossibile: non est enim hoc falsum & impossibile, sed potius falsum & possibile: & ideo nihil sequitur impossibile quando dicimus esse quod non est, quod tamen possibile est esse.

Simul autem cum his quae dicta sunt, palam est, quod si nos posuimus, quod b. sequitur ad a. quod tunc sequitur quod si n. est, tunc etiam b. est: & si a. possibile est esse, sequitur quod necessario b. possibile est esse. Si enim dicitur

*Ita autem  
proes in pra  
fenti com  
moco.  
Tex. c. 7.*

*Tex. c. 8.*

consequen





sicut substantia quæ est actus & forma dicitur actus ad aliquam materiam in qua fuit in potentia. Alio autem modo ab his duobus modis dicitur infinitum in potentia inane in potentia: & quæcunque talia per similitudinem istorum dicuntur esse potestate & actu in multis quæ sunt in numero entium; sicut dicitur aliquid potestate & actu videri & non videri; & etiam videri quod videtur, omnia ista contingit aliquando simpliciter vera esse, quando exeunt de potentia ad actum: quia in talibus actus totam potentiam determinat & finit. Vitium enim dicitur dupliciter, secundum potentiam & actum: dicitur enim vitium aliquid, quia videtur secundum actum: & aliquid dicitur vitium, quia videri potest, & cum videtur, tunc est vitium secundum actum. Infinitum autem non eodem modo est in potestate tanquam sit actu futurum & separatum existens actu infinitum sit, sed notitia est infinitum, sicut scientia & ratio: quia per diuisionem continuum non tollitur à materia: diuidens enim non reddit & facit actu infinitum de factis diuisionibus: nec ita reddit ipsum, quod faciat separationem infinitam actu, sed potius sic, quia quantumlibet diuisionibus acceptis ulterius remanent accipiende secundum rationem continui, tamen acceptæ sunt finitæ, sicut in tertio de physico auditu declaratum est. Sic igitur manifestum erit nobis, quod aliquid est actu, & qualis quid est illud.

CAPVT III.

De modis quibus aliquid dicitur esse in aliquo, sicut in potestate.


Tex. c. 12. Sicut autem dicimus de differentiis actus, ita oportet dicere de differentiis eius quod est in potentia in aliquo. Determinandum enim est à nobis hic quando vnumquodque dicitur esse in potestate in aliquo, & quando non: non enim dicendum; quod quodlibet sit in potestate in alio quod quocunque modo est materia eius. Querimus igitur verum homo sit terra potestate, aut non, sed magis sit in potestate in materia, quando iam facta est sperma completum ex quo fiat homo: & hoc est querere, verum sit res ut in potentia in aliquo quod est materia prima & remota, vel in eo in quo est sicut in materia proxima & completa secundum omnes dispositiones: nec forsitan adhuc est in materia proxima in potentia secundum quemcunque modum omnino, sed secundum modum specialem secundum quem educitur de illa: non enim à medicina quæ est potentia sanandi, quod cunque & quocunque modo sanatum est: nec iterum in potentia est in aliquo quod fortuna vel casu eductum est ex illo: sed id quod est in potentia in aliquo, est aliquid determinatum, sicut in medicina salubre potestate dicitur: ex quo secundum potentiam artis & naturæ producit sanitas: terminus autem diffinitivus illius est, quod hoc est in potentia in aliquo quod est factum & productum ab aliquo mouente, & est endelechia facta ex potestate entis, hoc est, ex potentia talis entis, quod propor-

ionali & proxima potestate est illud, sicut in artificialibus in quibus principium est voluntas, dicitur aliquid esse in aliquo sicut in potestate, quando fit ex illo statim volente artifice, si nihil exteriorum prohibeat: & similiter est in sanato quod sanatum est in potentia in illo ex quo fit sanitas, si nihil ex parte sanati prohibeat. Si enim aliquid exteriorum prohibeat ex parte facientis vel facti, tunc impeditur per accidens. Id autem quando est per accidens, non prohibet, quod aliquid non sit in potentia in alio, ex quo produci est natum. Sic igitur id in potentia est in alio, quod vno motore artifice vel naturæ producit ex ipso: sic enim potestate domus est in hoc, si nihil eorum quæ sunt in hoc, obest per se, quin ex eo fiat domus. Nihil autem obesse dico tam ex parte efficientis, quam ex parte materiae, ut dictum prius est: & hoc est quando nihil est, quod oporteat plus adesse vel abesse, aut ab alio motore permitti quam à factore domus in potestate domus, siue in materiam domus. Si enim absit lignum quod oporteat prius transmutari ex terra in plantam, & postea hanc plantam per edificatorem mutari in trabem, tunc non est potestate domus in illa materia: & in aliis est similiter, extra quæ tamen materialia est principium generationis, quod est in ipso, quod habet potestatem actiuam, quando nullum prohibet exteriorum: tunc enim illa quæ sunt potestate in ipso, erunt per ipsum & producentur in actum: & secundum hunc modum illud quod nondum est sperma completum, eo quod oporteat ipsum adhuc in aliud commutari & digeri, non est potestas eius quod generaliter est ex ipso. Et hoc est sicut si gratia exempli dicam, quod homo potestate est cibus, vel sanguis, cum nec cibus, nec sanguis vno motore mutetur in hominem, sed cibus in sanguinem vitur calore hepatis & sanguis in spermam virtute membrorum & vasorum seminariotum: quando vero sperma per suum principium quod ipsum transmutare habet, factum est talis & completum, tunc iam est hoc potestate quod produci habet de ipso: illa autem quæ adhuc in materia prima & remota sunt, diuerso egent principio transmutante, sicut diximus, quod terra nondum est potestate statui idoli: non enim est transmutata ut vno mouente in idolum, sed pluribus: quia virtute celesti mutatur in cuprum, & tunc deinde cuprum ex terra generatur, mouente Polyceto statuisce, inuitur in idolum. Hoc autem quod dicimus esse materiam propriam & potestatem alicuius, videretur esse non hoc, sed illius: quia non predicatur de ipso substantialiter, sed denominatiue: illud enim quod est potestate simpliciter, siue vniuersaliter, & non proprie & proxime, est semper id quod est posterius secundum resolutionem ad materiam: unde diximus, quod arca quæ est actu, non est terra, neque etiam terra secundum materiam propriam, sed est lignea, non lignum. Si verò adest materiale principium quod per resolutionem non dicitur denominatiue ab alio materiali aliquo, hæc est materia simpliciter & prima in illo ordine materia: & hoc est sicut si dicamus, quod materia terre sit aer: tunc enim terram dicimus denominatiue æream: & si æris materia sit ignis, dicimus denomi-

Quid est in potentia ad aliquid.

denominando ærem esse igneam: ignem autem cum sit materia prima in hoc ordine, non denominamus ab alio quodam materiali priori, sed dicimus ipsum simpliciter materiam: & hoc est aliquid existens non denominatum ab alio. In hoc enim modo prædicationis differt aliquid esse vniuersale prædicatum primum, quod substantialiter prædicatur vtens de ratione subiecti, & aliquid esse subiectum primum quod non prædicatur nisi per denominationem. Hoc autem aliquid quod sic est subiectum primum & materia, non dicitur subiectum, sicut subiectum passionum siue accidentium à quibus fit subiecti denominatio: in materiis enim denominatio fit à materia, & non denominatur materia: sed in accidentibus fit denominatio ab accidente, & denominatur subiectum: & hoc est sicut si gratia exempli dicam, quod homo corpus & anima existens est subiectum quod substat passioni: tunc enim subiectum hoc dicitur musicum secundum passionem animæ, &

dicitur album secundum passionem corporis: illud enim subiectum adueniente musica non dicitur musica abstracta prædicatione, sed musicum prædicatione denominatiua. Et similiter homo non est albedo, sed album: nec homo est ambulatio, vel morus, sed ambulans, & motus concretæ loquendo: & hoc dicantur vt illius, & non vt illud. Palam igitur est ex dictis, quod vltimum substantialiter prædicatum, & non per denominationem est substantia & forma & actus: quæ vero non sic prædicantur, sed sicut vt species & forma quædam, & vt hoc aliquid prædicatum, vltima materia illorum est materialis substantia, & illa dicitur non illud, sed illius: & rectum & dignum est, quod materia & passiones illius dicantur & non illud: quia ambo illa, materia videlicet & passio sunt infinita & indeterminata, & non specificantia aliquid. Sic igitur dictum est à nobis quando aliquid dicendum est in potestate in altero, & quando non.



TRACTATUS IV.

IN QVO COMPARATUR ACTVS potentie secundum rationem prioris.

CAPVT I.

In quo probatur actus prior esse potentia, substantia & ratione, & aliquando esse primo tempore secundum aliquem modum.

Tex. c. 13.



VNIAM autem superius in quinque determinatum est quot modis dicitur prius vnum esse altero, palam faciemus, quia prior est actus quam potentia substantia, ratione, & tempore, & nobilitate siue dignitate in bonis, licet in malis potentia minus mala sit quam actus. Adhuc autem ostendendo per determinare oportet, quod cum comparamus actum potentie secundum rationem prioritatis, accipimus magis largè potentiam quam diffinita sit in antè habitis: diffinita enim est in antè habitis secundum quod potentia dicitur principium mutabile siue mutationis in alio secundum quod est aliud, & hanc diximus esse potentiam actiuam. Modo autem magis largè iumentes potentiam dicimus potentiam totaliter siue vniuersaliter pro omni principio motus siue immobilitatis, hoc est, quietis siue sit huius principium in alio, siue sit in ipso: natura enim quam hic sumimus sub ratione principij, fit ex eodem principium motus & quietis, & natura est eadem in genere cum principio: propter quod etiam in secundo de physico auditu diximus naturam esse virtutem: virtus autem omnis principium est; natura enim est principium motuum, sed non est principium motus in alio, ed est principium motus in eodem, cuius ipsa natura est in quantum est idem. Tali enim omni principio potentia prior ostenditur esse actus ratione, substantia, & tempore etiam prior est quandoque, quandoque autem non. Ergo quod ratione prior sit, palam est ex dictis. In vniuerso in potentia actua contingit agere eum qui potest agere, nisi prius habeat potestatem ad actum: & hoc probatur inductiue in omnibus potestatibus acquisitis non innatis, sicut dico edificatorem secundum actum, qui potens est ex habitu edificare, & speculatorem secundum actum qui potens est speculari ex habitu: & in potentis passiuis dicimus vniuersum secundum actum, qui potens est videri. Cum igitur actus sint prius potentis secundum rationem, & potentia omnis diffiniatur per analogiam ad actum, palam est, quod ratione actum est necesse præexistere potentie, & notitiam actualem, notitiam habituali quæ est potentia & imperfecta: substantia enim potentie perfecta est actus. Tempore etiam est prior actus potentia, sed non est idem numero ad quem est potentia, sed idem specie prior est. Dico autem explanando hoc quia hoc quidem homine designato & demonstrato secundum numerum iam existente secundum actum, & hoc frumento demonstrato secundum actum, & hoc vidente secundum actum, prius est materia quidem tempore quæ est potentia: prius enim hoc modo est sperma ex quo est homo illud, & prius est lectus ex quo

est

D. Alber. Mag. Metaph.

D d



est frumentum illud, & prius est visum de tem-  
pore antequam videatur, sicut superius est  
ostensum: hæc enim tria potentia sunt, homo,  
& frumentum, & videns, & nondum actus: sed ta-  
men quedam in specie istorum existentia diuer-  
sa ab eis numero sunt actus entia & priora his  
quæ secundum potentiam dicta sunt, ex quibus  
ita facta sunt: ita enim est in omni natura,  
quod semper ex potentia ente sit actus ens ab  
ali quo priore actu ente, sicut sit homo ex homi-  
ne, & musicus ex musico docente musicum: oportet  
igitur, quod semper sit aliquid prius mo-  
uens id quod ex potentia venit ad actum: mo-  
uens autem esse iam actus est: sic igitur non in  
eodem numero, sed in eadem specie tempore  
actus potentia est prior: igitur substantia & ra-  
tione simpliciter quidem actus prior est poten-  
tia, tempore autem aliquando quidem est prior,  
aliquando autem est posterior.

CAPVT II.

In quo probatur adhuc actus esse  
prior potentia, tempore,  
& substantia.

Text. c. 14. **D**ictum est autem iam a nobis supra in se-  
cundo huius sapientie libro, ubi fecimus  
sermones de substantia, quod omne quod gene-  
ratur ex aliquo & ab aliquo generante, & hoc  
generans est idem specie cum generato, si genera-  
tio est uniuoca: & si non est uniuoca genera-  
tio, tunc tamen est conueniens aliquo modo  
secundum formam: quapropter videtur etiam  
quibusdam, quod impossibile sit, quod sit edi-  
ficator secundum habitus acquisitæ potentiam,  
qui secundum actum non ante edificauit: nec  
videtur citius edas esse secundum habitus po-  
tentiam, qui non ante secundum actum citi-  
tate: dicens enim citiariare secundum  
actum citiariare est ille qui citiariare dicit.  
Et similiter in aliis potentis acquisitis: quia ha-  
bitus tales omnes generantur ex similibus acti-  
bus. Propter quod etiam sophistici quidem  
elenchus factus est quibusdam negantibus scien-  
tiam fieri per doctrinam vel disciplinam: quia  
dicunt, quod non habens quis scientiam in ha-  
bitu, facit id cuius est scientia: & si facit id  
cuius est scientia, cum hoc non possit facere nisi  
per scientiam, habet scientiam: & sic videtur  
sequi insolubile quod non habens scientiam  
habet scientiam, si sit accipere scientiam per  
disciplinam: est enim sophisma Menonis Pytha-  
gorici: dicens enim non habet scientiam: &  
cum discit, facit actum cuius est scientia. Et  
non facit hunc nisi per scientiam: & sic habet  
scientiam antequam accipiat scientiam per ad-  
discere. Solutio autem huius est: quia facti vi-  
tium & completi proculdubio aliquid est factum  
ante & totaliter siue vniuersaliter loquendo  
entis quod motum est in motum esse est aliquid  
ipsum, quod ante motum est, cum motus sit  
actus imperfectus, & omnis actus imperfectus  
est aliquid actus perfecti: & hoc palam est ex  
his sermonibus quos in 6. libro de physico au-  
ditu determinauimus de essentia motus: & ideo

6. phy. text.  
c. 14. & in  
sa.

cum discens sit in motu accipiendo scientiam,  
necessarium est, quod præ habeat aliquid scien-  
tiæ: sed hoc est actus imperfectus, cuius non  
est scientia, sicut in ethicis manifestum est. Et  
licet hæc sit solutio sophismatis, tamen eadem  
ratione probatur, quod etiam prior sit aliquo  
modo actus quam potentia secundum genera-  
tionem & tempus.

Text. c. 15. **E**st autem etiam substantia prior actus po-  
tentia: & hoc quidem primum probatur per  
hoc quod quacunquæ sunt generatione poste-  
riora, illa sunt priora specie & substantia, sicut  
est prior vir puero, & prior homo spermate: vir  
enim & homo iam habent speciem, sed puer  
& sperma non habent: omne enim quod sit,  
vadit ad principium speciei & substantiæ: prin-  
cipium autem est id cuius causa sit: huius au-  
tem causa sit tota generatio: actus autem qui  
est substantia & species, est finis: & huius actus  
gratia sumitur potentia per analogiam ad actum.  
Et hoc probatur inductiue. Animalia enim se-  
cundum naturæ ordinem non vident secundum  
actum & vnum vnius ut visum habeant secun-  
dum habitum, sed è conuerso visum habent ut  
videant secundum actum. Similiter est in acqui-  
sitis habitibus: quia habent edificandi scien-  
tiam ut secundum actum quando volunt edi-  
ficent, & theoreticam scientiam habent Philoso-  
phi ut speculentur secundum actum quando  
volunt, sed non speculantur secundum actum,  
ut theoreticam habeant in habitu, nisi sint medi-  
tantes & discentes: & isti non speculantur sim-  
pliciter, sed in quantum si secundum quid agunt  
aliquid speculationis: aut si dicat quis, quod  
habens habitum non speculetur, hoc non est  
ideo quia habitus non sit ad actum sicut ad fi-  
nem, sed quia non eger speculati secundum  
actum.

Amplius materia ideo dicitur esse potentia,  
quia venit ad speciem: quando vero actus est,  
tunc est in specie. Similiter autem est & in aliis  
quorumcunque motus est finis aliquis, in quo  
motus est in motum esse: propter quod sicut  
docentes putant reddere finem quem intendunt  
ex doctrina quando demonstrant disciplinam  
agentem perfectæ actiones quarum est scientia.  
Similiter facit etiam natura, & ideo natura ha-  
bet finem quando habet actum ad quem est  
materia & motus in quem intendit mouens in  
mouendo: & hoc est quando habet speciem &  
substantiam mouentis, quæ est finis vltimus  
motus, in quo motus est in motum esse. Si au-  
tem quis diceret hæc non esse vera, sed diceret  
potentiam esse finem, sicut actum vltimum &  
non distare potentiam ascendendi ab actu scientiæ  
acceptæ per doctrinam, sequeretur inconueni-  
ens, quod Passienus qui fuit homo inens, &  
nihil sciens laudabilem, esset adeo perfectus si-  
cut Mercurius, qui tantæ speculationis fuit,  
quod Deus putabatur esse scientiæ. Et hoc est  
inconueniens: si enim Passienus est sicut Mer-  
curius interior & exterior, & nihil finalis per-  
fectionis habet Mercurius super Passienem, tunc  
scientia non est manifesta secundum actum spe-  
culationis Mercurij, sed est iners & rudis, sicut  
est Passienus. Hoc autem quod actus sit finis,  
etiam probatur alia ratione: quia operatio ope-  
rantis est finis: actus autem est opus quoddam  
& hæc

Text. c. 15.

& hoc patet ex ipsatione nominis actus: quia  
secundum quod unusquisque operans habet  
opus; ita & tali nomine vocatur actus eius. Et  
constat, quod illi qui imponunt nomina, con-  
ferunt ipsa nomina endelechiæ & actui: ab actu  
enim & sine denominatur omnis res: & ideo  
fabricatoris cuius opus est fabricatum, actus di-  
citur fabricatio, & sic est in omnibus aliis. Quo-  
niam sicut in principio ethicorum dictum est,  
horum quidem operantium vltimum quod in-  
tendunt, est vltus & actio, sicut vigilator & ci-  
tharædus & cantor non habent aliquid vlti-  
mum & finem nisi vigilare & citiariare &  
cantare, & in potestariibus innatis vltimum vi-  
sus ut visus est potestas naturalis, ut visio siue  
videre: non enim intenditur præter visionem  
aliud quoddam à visu opus. In quibusdam verb  
potestariibus præter agere sit aliquid quod in-  
tenditur, quod etiam apotelema vocatur, sicut  
ab edificatoria intenditur edificium quod est  
domus vel aliud tale, præter edificationem quæ  
est actus edificantis: tamen propter istam di-  
uersitatem non minus vniuersaliter actus finis  
est. Est enim huic quidem finis qui nihil intea-  
dit præter agere. Illi autem qui apotelema in-  
tendit, non magis est finis apotelema quam  
actus siue agere: edificatio enim quæ est actio,  
& edificatum quod est apotelema, simul sunt,  
& sunt cum ipa domo finis: quia edificatio  
relinquitur in edificato. Patet igitur, quod quo-  
rumcunque apotelema genitum vel factum diuer-  
sum præter ipsum vltimum qui est actus elicitus de  
potentia hominis actus, & vltus est in ipso facto  
apotelema sicut edificatio est in edificato. &  
contextio quæ est textoris actio, est in contexto.  
Similiter autem est etiam in aliis & totaliter lo-  
quendo secundum istam modum motus est in  
moto: quia motus non est nisi fluxus actus  
imperfecti ad perfectum: & ideo quod est in  
motu ipse esse imperfecto, est in motum esse sub  
acti per se: secundum esse: & ita forma do-  
mūs in edificatum per edificationem conti-  
nuam: quod vniuersum non est aliud quid apote-  
lema opus præter ipsum vltimum, siue ipsam actio-  
nem, in eis existit actio finis, sicut finis visio  
est in vidente, & speculatio finis est in specu-  
lante, & vita siue viuere est finis in anima: pro-  
pter quod etiam felicitas contemplatiua & spe-  
culatio in agere. Vita namque talis quæ si felici-  
tas est & dicitur, est speculatio & speculati-  
o: orientata forma pura & admirabilis.

CAPVT III.

In quo probatur actus præcedere positionem  
per resolutionem ad actum simpliciter  
norum, & est in ipso correlatum contra  
ponentes ideas.

Solutio. **E**st autem adhuc & alia ratio per quam pa-  
lam est, quod actus substantia prior est  
quam potentia, & non raptum substantia, sed  
etiam tempore, sicut diximus primo: sicut  
cum docemus in 8. de physico auditu, ubi do-  
cimus reducere motus & mouentia in motum  
primum & mouens primum, & vna actio temper  
D. Alber. Mag. Metaphy.

anticipat & præponit sibi aliam ut sui causam,  
vltimum dum resolutio veniat ad eam actionem  
quæ est mouentis primum mobile, & actio  
maximè proprie est actio & finis & prior om-  
nibus. Sempiterna enim secundum talem rationem  
priora sunt his quæ sunt corruptibilia: & id  
quod est sempiternum, nihil est potentate quæ  
sit potentia ad formam: & huius quidem hæc  
est ratio: quia omnis potentia simul est con-  
tradictionis: quod enim non est possibile ex-  
istere, non existit nunquam in aliquo: omne au-  
tem quod possibile est, non ex necessitate con-  
tingit agere: & ideo contingit aliquando non  
agere: quod igitur possibile est esse, contingit  
esse & contingit non esse: idem igitur possibile  
est esse & non esse: id autem quod est possibile  
non esse, hoc contingit non esse: contingens  
autem non esse est corruptibile, aut simpliciter  
& secundum instantiam, aut quoad hoc quod  
est secundum qualitatem & alterationem vel  
secundum augmentum & diminutionem: illud  
autem est quoddam contingere non esse, aut  
secundum locum, aut secundum qualis. Simp-  
liciter autem dicitur contingere non esse, quod  
est corruptibile secundum substantiam. Igitur  
nihil eorum quæ sunt incorrupta, ita simplici-  
ter, est potentia ens: quia si esset potentia ens,  
haberet potentiam ad non esse simpliciter: &  
hæc quidem substantia præterita sunt in primo  
caeli & mundi. Hæc autem iustitiam ea comme-  
morasse: nihil enim prohibet, quod id quod est  
incorruptibile simpliciter, sit in potentia secun-  
dum quid, aut secundum quale aliquo modo,  
aut secundum vltimum, non quidem secundum qua-  
le actuum ut patet uariam qualitatum, sed se-  
cundum illuminationem, & luminis privatio-  
nem maiorem vel minorem. Qualia autem in  
potentia sunt ad vltimum corruptibilia se-  
cundum formam mutantia locum & non se-  
cundum substantiam, in 6. de physico auditu  
demonstratum est. Incorruptibilia igitur omnia  
sunt simpliciter in actione & non in potentate,  
nec est in potentia aliquid eorum quæ ex neces-  
sitate sunt: & illa constat esse prima: cuius  
priora est: quia primum est, per quod sunt  
omnia alia: si minus autem, quod si illa corpora  
incorruptibilia non essent, nihil esset motus  
qui est sempiternus: nec est verum, quod si ali-  
quid est motum sempiternum, quod hoc secun-  
dum potentiam sit motum, potentiam quæ est  
simpliciter potentia ad esse, ut diximus: quia  
vnumquodque quod huius est ipse potentia,  
prohibet ipsum existere secundum actum ante  
materiam: in omnibus enim huiusmodi actus  
sequitur potentiam in eodem. Quia igitur po-  
tentia non est in perpetuis, sed actus sunt tem-  
per, propter hoc temper agit sol & astra, & to-  
rum calum: nec est alicui terribile & timen-  
dum, ut aliquando sit secundum naturam: quod  
tamen quidam de natura errantes timuerunt,  
& ideo fecerunt Achillem calum sustentare  
ne cadat. Nec potentia existens in actum vel ali-  
quid educens eam in actum facit hæc esse agen-  
tia: eò quod non est in eis potentia contradi-  
ctionis: sicut enim corruptibilibus in se suis mo-  
tis quasi eis sit super laborem quod continua-  
sint in omni motu suo & totius substantia enim  
quæ est in acta, est cum potentia & non actus:  
D d 2 & ip 2



& ipsa nature computatione causar potestatem ad non esse, & ante privationem causat laborem & frustrationem in his qua penam sentiant, quando præter naturam materia mouentur. Tamen ea que sunt entia transmutatione substantia, sicut inferiora, aliquo modo imitantur superiora que sunt incorruptibilia, sicut terra, & ignis, & his similia: etenim ea semper agunt etiam transmutando se in eadem secundum partem, & non secundum totum: habent enim hoc secundum se in seipsis motus, siue motus & al. eationis principium. Omnes alia potentia ab his que diffinita sunt esse in perpetuis, que sunt ad ubi, & ad qualitatem illuminationis & ob. curationis, sunt potentia contradictionis ad esse & non esse: quodcumque est tali potentia possibile est sic mouere, potest etiam non sic mouere, sicut diximus de potentia rationem habentibus, que possunt mouere & non mouere, ed quod sunt contrarium. Irrationales vero actus potentia, sicut diximus, sunt ad sic mouere: ed quod non sunt ed. in contradictionis. Tales autem irrationales actus potentia in se habent elementa, & ideo continue transmutantur ad inuicem secundum alterationem declinam ciculi, sicut in sicundo per gene. eos est demonstratum a nobis. Quia igitur inferiora non possunt transmutari perpetui secundum subiectum corruptibilem motum, imitantur tamen superiora quod secundum naturam in quiete mouentur, & secundum substantiam corruptibilem non eadem numero; sed eadem specie reiterantur: & cum motus eorum ad primum motum reducatur sicut ad causam, & ille semper sit in actu, constat quod actus ante potentiam est non tantum substantia & ratione, sed etiam tempore.

Tex. c. 18

a. de generatione & corruptione. ne. tex. c. 56.

Correlatum autem quod ex ind. actis sequitur, est quod si aliqua sunt natura tales aut substantia quales esse dicunt ideas, que sunt in numero rationum sensibilem reum, ed quod secundum eos dant sensibile esse & rationem: sequitur ex dicto isto, quod multo magis actu certium & sciens scit hoc quod scit in inferioribus sensibilem quam idea que est per se scientia secundum illos: & id quod est motum in inferioribus, est magis actu motum quam motus qui est idea: ea namque que sunt in sensibilibus, magis sunt actiones secundum actum existentes: & illa que sunt in numero idearum, sunt potentia istorum: & hoc est magnum inconueniens: quia secundum hoc corruptibile magis est actu quam incorruptibile.

CAPVT IV.

In quo declaratur, quod actus in bonis nobilior est potentia, sed in malis est posterior: & correlatum est, quod in perpetuis non est malum.

Tex. c. 19.

Quia igitur actus secundum illam rationem potestis secundum quam nobilior & melius prius esse dicitur, sit prior potentia, & omni principio motu illi siue mouente, palam erit ex his que nunc dicemus: que enim dicuntur te-

cundum posse sunt potentia ad contraria, sicut hoc posse quod diximus conualescere, idem est ad infirmam: & simul eadem est potentia in radice humorum conualescendi & infirmam, & eadem potentia in radice laborandi & quiescendi, & eadem est potentia edificandi & destruendi, & eadem potentia ex parte eius quod sit ad æthica: & ad destrui: igitur simul existit posse con. ra. ia similitate, potentia: sed contraria vna simul existere impossibile similitate actus: non enim simul sunt sanum esse aliquid & laborare: necesse est ergo alterum eorum que sunt in actu esse bonum quodcumque naturam seruat & ordinem tenet naturam. Posse vero quia non habet actum, est similiter & æqualiter vtriusque: & ideo licet sit permixtum aliquo bono, non tamen habet bonum perfectum: æqualiter enim te habet ad vtrumque: & ideo si dicitur aliquid, aut vtrumque contrarium dicitur, aut neutrum. Necessarium ergo, quod in omnibus bonis actus nobilitate & bonitate sit ante potentiam: quia actus habet bonum purum & impermixtum: potentia autem est permixta malitia, & non est bonum impermixtum purum & diffinitum. In malis autem necesse est finem & actum esse indigniorem & peiorem potentia: quia qui valens est & potens facere malum, habet se ad ambo contraria: & ideo potuit quidem facere mala, sed non fecit: & ideo palam est, quod in potentia mali non est aliquid distinctum & diffinitum malum, sed est adhuc in rebus ipsis que dicuntur posse malum, & non est nisi ipsa potentia operandi malum: id enim quod est secundum actum malum, est postea us post potentiam: igitur peius est quando est actu, quam quando est in potentia, & indignius.

Et correlatum huius capituli est quod patet ex dictis, quod in eis que sunt sempiterna a principio existentia, nihil inest malum: nec peccatum, neque corruptum: hæc enim omnia differentes species sunt malorum: & cum in eis non sit potentia, non est in eis quod est potentiam: est autem, vt diximus, malum posterior potentia: nihil igitur est ens malum. Et si dicantur quedam stella mala & infesta, hoc est dictum quoad nos, & non quoad ipsas, sicut determinatur in scientia de astris. Sic igitur manifestum est, quod actus est ante potentiam substantia & ratione & tempore & nobilitate in bonis: sed in malis est posterior potentia.

Idem Commenta. in præfatis loco.

CAPVT V.

In quo probatur, quod in mathematicis actus nobilior est quam potentia.

Licet autem dixerimus, quod in geometricis potentia metaphotica est, & non determinata per motum, tamen per ea que sunt in diagrammatibus siue descriptionibus figurarum, actus ipse elicitur de potentia, & est nobilior ea: & quando bene describuntur actu linee & anguli, sciuntur theoremata secundum actum: si autem per imaginationem non exprimentur, non

Tex. c. 20.

non sciuntur nisi potentia. Et hoc probatur per hoc quod diagrammata inveniuntur per intellectum actu scita: quia diuidentes linee & angulos inveniunt secundum actum scientiam ipsorum. Si vero a principio essent per diuersitatem omnium linearum in continuum pertractarum bene descripta a principio, manifesta essent, & secundum actum scita: nunc autem quando non secundum actum linee protrahuntur, non sunt figuræ & anguli nisi potestate: & ideo tunc non sciuntur nisi potestate. Et exemplum huius est, sicut si queremus, quare trigonum est duo anguli recti: siue quare triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis: hoc enim non scitur, nisi ex hoc, quod anguli qui sunt circa unum punctum linee cadentis supra lineam rectam, sunt aut recti, aut duobus rectis æquales. Et ideo nisi protrahatur quodlibet vnum latus trianguli in continuum & directum, ita quod alterum latus sit in puncto stans super illud, non scitur secundum actum id per quod probatur, quod triangulus habet tres æquales duobus rectis: & quando protrahitur, tunc est actu, & scitur in actu a vero geometrico: & ante hoc non fuit nisi in potentia, & sciebatur in potentia. Si ergo latus illud quod est secus triangulum, & est æquæ distans linee que est latus trianguli protrahatur ab eo puncto ubi linea super lineam cadens circum se facit duos æquales duobus rectis, esset necesse & in actu descriptum, statim esset palam secundum actum scientiam geometriam, quod triangulus habet tres æquales duobus rectis, quia sciret, quod alteri anguli parallela cadentis supra lineam rectam, essent æquales, & sic colligetur probationem, sicut patet in primo theorematum Euclidis. Aliud autem exemplum huius est, sicut si queratur, quare angulus trianguli in semicirculo descripti qui stat in per circumferentiam, semper & vniuersaliter est rectus: hoc enim non scitur, nisi potentia, nisi describantur linee: describam enim semicirculum diametris ducta, & protraham ab angulis diametri duas lineas qualescumque volo se in circumferentia contingentes, & alteram illorum a puncto contactus protraham in continuum & directum: tunc enim omni videnti geometrico palam secundum actum est, quod si in triangulo sunt tres æquales duobus rectis: & si duo anguli qui sunt ad basim que est diameter, sunt æquales, & quod latus illud quod exigitur ad diametrum ab alio latere per circumferentiam in continuum protrahitur est statim secundum re. ctas angulorum perpendiculariter erecta, palam secundum actum efficitur, quod angulus in circumferentia cadens est rectus vniuersaliter. Palam igitur est, quod in mathematicis potestate intellecta ad actum ducta inveniuntur intellecta secundum actum. Causa autem huius est: quia intelligentia vera est ipsius actus & non potentia, que nihil determinat: igitur potentia cognoscitur ab actu: & propter hoc facientes de potentia actum, cognoscunt tunc potentiam, actum autem secundum idem numero quod est in potentia & actu est secundum viam generationis posterior potentia, sed ratione & substantia est prior, sicut sæpe dictum est. Sic autem & in aliis mathematicis. Patet igitur, quod

cum actus sit sicut scientia secundum actum, & potentia sit sicut ignorantia, quod sicut scientia melior est quam ignorantia, ita actus melior est & nobilior quam potentia, & sic & ratione & substantia & aliquando tempore & nobilitate prior est actus quam potentia, &c.

CAPVT VI.

In quo per naturam verè scitorum probatur actus esse nobilior potentia & ante ipsam.

Quoniam verò tam ens quam non ens dicitur multipliciter secundum omnes figuras categoriarum, & quodlibet illorum dicitur secundum potentiam & actum, oportet nos etiam in his ostendere actum esse nobiliorem potentia. Dicamus igitur, quod in omni ente secundum genera predicamentorum vnum dicitur de alio, aut secundum potentiam, aut secundum actum, aut contraria siue disparta dicuntur de inuicem: quod autem maxime proprium est in his predicationibus, hoc est quod est verum vel falsum, & hoc est in rebus per compositionem vel diuisionem. Et ideo si aliquis putat diuidi diuisum & componi compositum, & e contrario se habeat ipsa res, ille mentitur, quando id quod verum dictum est, aut falsum est, aut non est: siue enim dicat esse, siue non esse, componendo vel diuidendo, si res aliter habet quam dicit, semper mentitur: quia in eo quod res est vel non est, est oratio vera vel falsa: hoc enim quod est secundum rem maxime perscrutandum est, quid sit quod dicimus: sicut enim diximus in qua to huius primæ philosophiæ, non propter nostrum æstimare res est vel non est. Et ideo verum non est æstimando sic esse vel non esse, sicut te esse album: sed ideo, quia tu es in re veritate albus, ideo nos hoc quod est in re dicentes, dicimus verum: & si aliter dicimus, tunc dictio nostra est falsa. His ita prænotatis oportet scire, quod quedam sunt que secundum rem semper componuntur, & impossibile est ea diuidi, sicut ea que necessaria sunt simpliciter: quedam autem diuiduntur, & impossibile est ea componi, sicut ea que simpliciter sunt impossibilia: & quedam e contrario modo se habent istis, sicut contingentia que contingit aliquando componi & esse vnum per compositionem, & aliquando contingit ea non componi & esse non vnum per compositionem, sed esse plura per diuisionem. Circa contingentia igitur eadem esse & falsa & vera sunt opinio & oratio: quia & opinio & oratio sunt falsa & vera in eo quod res est vel non est: & ideo orationem & opinionem circa hoc contingit quandoque esse veram, & quandoque falsam propter permutationem potentia cum possibilibus & contingentibus.

Tex. c. 21.

Tex. c. 22.

Circa autem ea que impossibile est aliter se habere, non sit hoc vt sint aliquando vera, & aliquando falsa, sed illa sunt, que aut semper sunt vera, aut semper falsa: propter hoc quod potentia non est eis admixta. Cum igitur scientia certa nobilior sit quam opinio quandoque

D. Alber. Mag. Metaphy.



vera & quandoque falsa, erit actus qui est causa scientiæ nobilior potentia quæ est causa opinionis. Amplius circa composita quæ sunt simplicia siue incomplexa, cum per definitionem dicuntur quid esse, aut non esse est quoddam verum, & quoddam falsum: hoc tamen verum non est compositum, vel compositionis & enunciationis verum ut ipsum sit quidem, quando est compositum, vel non sit quando est diuisum, sicut per compositionem dicimus album esse lignum, aut sicut dicimus incommensurabilem esse diametrum: quia in talium simplicium quidditatibus & definitionibus nihil predicatur de alio: & ideo nec verum, nec falsum est in eis ad similitudinem aliorum: & sicut nec verum est in his idem cum vero compositionis, ita nec esse est in his simplicibus idem cum esse compositionis. Sed tamen quædam veritate quæ est rei entitas, hoc quidem est verum, & aliud est falsum: non enim simile est verum dissimulare & affirmare siue definitionis & affirmationis, sicut non est idem dissimulare & affirmare. Similiter autem & ignorantia vel definitionis, non est similis ignorantia definitionis siue affirmationis: quia decipi circa quid est, non contingit nisi per accidens, si ignoretur significatio termini: sed ignorantia eius quod est quid esse, est ignorantia pure negationis siue priuationis, quæ est nihil comprehendere de re. Circa verum autem & falsum quod est in compositione, contingit decipi, & est ignorantia male dispositionis & non pure priuationis. Similiter autem circa eas compositas substantias, quæ sic compositæ sunt, quod ab actu sunt inseparabiles, non est deceptio male dispositionis, sed pure priuationis: quia quidditas earum est quidditas incomplexa semper in actu existentis: tales enim omnes sunt actu, non potentia: si enim essent aliquando potentia, possent non esse compositæ, quod est falsum: quæ enim sunt potentia, sunt aliquando generate, & aliquando corruptæ: nunc autem patet, quod id quod est purum ens, vno modo semper cum actu compositum, nec generatur, nec coimpititur. Si enim daretur generari, oporteret quod ex aliquo generaretur: & sic sequeretur, quod ab actu esset diuisum, quod est contra hypothesein. Quæcumque vero talia sunt, quod ipsa sunt tantum esse quid siue quidditas, & sic sunt actu indiuiso ab eis, circa ista non est deceptio: nam deceptio circa compositionem & diuisionem est tantum per ignorantiam male dispositionis: sed talia simplicia aut contingit simpliciter intelligere & comprehendere per intellectum, aut non: & tunc est circa ea ignorantia pure priuationis: & verum quod

queritur de eis, est id quod queritur per questionem quid est, & queritur si talia per definitionem sunt, aut non. Esse vero compositionis quod est ut verum, & non esse ut falsum, vnum quidem illorum est, si res componitur per hoc quod aliquid inest alij, & hoc est verum: si vero non componitur & significatur componi, tunc est sicut falsum. Et vnum illorum est quoddam verum si ens & esse sic est, sicut significatur in positione: si vero esse non ita est ut in compositione significatur, tunc non est verum. Similiter autem cum sit verum adæquatio rerum & intellectuum. Verum est igitur cum intelliguntur sicut sunt: falsum vero est cum intelliguntur ut non sunt: hoc autem falsum in intellectu non est sicut ignorantia vel deceptio pure priuationis, quæ est sicut cæcitas, quæ pura priuatio est in oculo: hæc enim intellectus cæcitas est: ut si dicam, quod nihil omnino aliquid habet de intelligibili, sed est sicut ignorantia male dispositionis, in qua aliquid habetur de intelligibili, sed male habetur.

Ex omnibus autem quæ diximus, hoc est elicere, quod circa res quæ sunt immobiles & semper actu existentes, nulla prorsus est deceptio male dispositionis: sed potius si aliquando aliquis per intellectum incipit ea quæ immobilia sunt, non ignorabit unquam: sicut si dicamus, quod trigonum accipit habere tres duobus rebus æquales, ille si non putat permutari trigonum, eo quod scit ipsum immobilem esse, non opinabitur, quod quandoque habeat tres duobus rebus æquales, & quandoque non: quia si sic esset, tunc oporteret, quod permutaretur: & hoc est impossibile. Nec iterum qui scit mathematica immobilia esse, eo quod separata sunt à potentia, opinabitur quod aliquid quiddem mathematicorum sic habet & aliquid non: & hoc est gratia exempli, sicut si dicam patrem esse numerum primum vel perfectum esse qui constituitur ex suis partibus: tales enim numeros opinabitur esse, aut nullos, aut aliquos quidem sic, & aliquos non, aut omnes: nec hoc opinabitur esse in numero aliquo qui est præter vnum, cuius hoc est per se passio: non enim putabit aliqua quidem sic esse in illa specie numeri & aliqua non, sed semper & de omnibus illius speciei numeris, aut verum dicet, aut mentietur, sic se habente numero ut immobili. In omnibus igitur immobilibus propter immobilitatem actus est vera scientia: in aliis autem propter permutationem potentia non est nisi opinio. Sicut igitur scientia & intellectus est nobilior opinione, sic actus nobilior est quam potentia.

LIBER

# LIBER DECIMVS, QUI EST DE VNO ET MVLTTO ET

DIFFERENTIIS.

E O R V M.

## TRACTATVS I.

DE MODIS MVLTPLICITATIS VNVS,

Et qualiter sit metrum vnusquisque,

qualiter se habeat ad ens.

## CAPVT I.

De quatuor modis vnus, & qualiter isti reducuntur ad vnum, & qualiter reuocantur ad duos: in quo primo est dignificatio declarans tres rationes, quare huiusmodi est de vno & multo.



IN CA subiectum quæ est definitio, & ad quam definitio refertur, iam in ante habitis quæsitum est, quare vnum & non multa, & quia vnum est substantia dicta ab eo quod est potentia, & ab eo quod est actu, quæ sunt vnum & non multa, ideo oportuit inuestigare de potentia & actu, ut sciretur proxima potentia, & vltimus actus, quæ sunt causa vnitatis & esse substantia quæ sit. Et quia de his iam quantum sufficit, expediti sumus in libro præcedenti, ideo nunc restat inquirere de vno quo substantia est vna, & per oppositionem ad ipsum oportet inquirere etiam de multo: habitus enim vno & multo & differentiis eorum sufficienter scitur substantia & eius principia, & quod ipsa ex illis principis est actu, & vnum, non multa. Vnum etiam & multa sequitur ens in quantum est ens. Et cum nos queramus de ente in quantum est ens, oportet nos determinare de his quæ sequuntur ens in quantum est ens: & ideo iterum de vno & multo nos oportet determinare. Adhuc autem quoniam vnum & ens conuertuntur, & neutrum addit aliquid super reli-

quum, & sunt predicata quæ nihil distinguunt sicut distinguunt genus & differentia, sine sit differentia substantialis, sine differentia accidentalis: & quia sic se habet vnum ad ens, ideo in scientia de ente oportet etiam determinare de vno: & quia iam de vero ente & principis eius habitum est, ideo nunc de vno restat inquirere, & gratia vnus oportet etiam determinare de multo.

Reuocemus igitur nunc quædam eorum quæ in quinto dicta sunt, ut accipiantur ea quæ sunt ad proprium. Vnum igitur, quia multis modis dicitur, iam dictum est in quinto huius sapientie libro, ubi declaratum est de diuersis multiplicibus quoties siue quot modis dicitur vnumquodque ipsorum. Vno vero multipliciter dicto, sicut iisdem ostensum est, capitales modi vnus ad quos omnes alij reducuntur, sunt quatuor: non enim hic sumimus modos vnus per accidens, quos ibi determinauimus per omnes differentias modorum eius: sed accipimus vnum per se, quo ad quatuor primos essentielles modos reducitur secundum primam & principalem eius multipliciter. Modorum igitur vnus primorum & secundum se dictorum & non secundum accidens est, quo dicitur continuum vnum: & quia continuum est, cuius partes ad vnum communem terminum copulantur, & copulatio ad vnum & multum fit multis modis natura & arte, ideo iste modus diuiditur in modos plures. Quod autem simpliciter aut maxime est vnum continuitate, est id quod natura continuum est, ita quod continuitas ipsa secundum se fit natura ipsius, & actus quo habet esse & vnum esse: & hoc non est copulatione diuersorum in vnum, aut ligatione.

riōne, quocunque modo fiat colligatio: & de his modis copulationis & ligationis, siue sunt arte, siue natura, prosequari sumus in quinto huius sapientie libro. Tamen quia signum proprium continui vnus est, quod eius motus est vnus, ita quod quacunque eius parte mota mouetur totum, & ideo cuiuscunque continui vnus est indispulsiōis motus, & magis simpliciter illud inter ea quæ continuitate numeri sunt, maximè est vnū, & hoc constat esse primum cælum, sicut bene probatum est in octauo. de physico auditu: alia autem sunt quidem & continuitate vnū dicta, sed ad primi continui & vniformis vnitatem relata.

De statua  
centra  
dist.

Solutio.

Si quis autem in se, & dicat, quod circūferentia duarum formarum est in eo quod habet formam concaui & formam conuexi, & rectum non est nisi formæ simplicis, & ideo rectum dicitur magis esse vnū quam sphericum, siue rotundum, siue circulare. Dicimus quod forma continui est ante formam circulaem, & ante formam rectam per intellectum: & licet plurimum sit formarum rotundarum quam rectarum, tamen illa formæ nihil addunt de vniformitate & simplicitate, sed è contra: licet forma recti vna sit, tamen tollit vniformitatem & simplicitatem in natura propter diuersitatem terminorum recti, qui quando accipiuntur in corpore physico simplici, in iucunt contrarietatem in se: & ideo continuum circulare magis vnū est & magis vnus motus quam rectus.

De in  
stantia.

Solutio.

Sed forte adhuc dubitabit quis de vnitate motus vnus, eod quod sensibilibus manifestatur, quod vnus & eiusdem aquæ continuè manantis plures sunt motus, sicut videtur in charybdæ, & fluxu & refluxu & circumsortu, qui sunt motus aquæ quæ est charybdæ: & idem videtur in motu aeris & turbine, in quo etiam aer fluit & reficit & congregatur. Sed hoc solvere non est difficile: quia pro certo licet quælibet pars aquæ & ac is cuiuslibet parti sui generis statim continetur, vt eam tangat propter humidum, quod temper fluit ad alteram, tamen scitur, quod pars fluens separatur à parte reflucente, & circūstans separatur à circūstantibus omnibus: & ideo ad illas non habet continuitatem, propter quod non oportet, quod cum illis habeat motum vnū. Sic igitur vnū continuitate sit determinatum.

Amplius vnū etiam est tale, & est modus secundus, quo totum dicitur vnū, quod habet aliquam formam & peciem vnientem partes quæ componunt totum: maximè autem sic est vnū quod per naturam vnitam totum est, & non vi siue violentia quadam artis compositum, sicut violentia componuntur quæcunque visco aut gunpho siue clauo concluduntur, aut commotione aliqua violentia, sed potius per naturam formæ habet in se causam suam, vt sit continuum & compositum ad vnū: tale vnū autem est cuius motus est vnus indiuisibilis loco siue subiecto & tempore, sicut est corpus animalis vnū ex compositione ad vnū quod est totus: & motus à corde per membra vnus est, sic ut in libro de principiis motuum animalium ostendimus: tamen inter ista quæ sic vnā dicantur, si fiat compositio, tunc id iterum hoc modo est primum vnū, quod licet sit ex

dextro & sinistro compositum, tamen sicut & animalia habent in se sui motus principium, & habent motum maximè vnū, sicut est primum mouens compositum ex motu, & eod quod mouetur, sicut eadem probauimus in fine. S. physicorum: motus enim circūferentia prior est eorum motuum qui in circulo orbium inferiorum feruntur: eod quod circūferentia, sicut iam paulo ante diximus, est prima & magis vna dimensio. Dicuntur igitur quidem sic vnū, aut vt continuum, aut vt totum.

Aliud autem & tertio modo dicitur vnū si ratio distincta eorum est vna: ita vero quæ sic vnū sunt, ea sunt, quorum intelligentia quæ est quod est, vna est. Alia vero & quarto modo vnū sunt, quorum intelligentia est indiuisibilia esse, sicut ratio puncti & vnitatis indiuisibile: tamen & diuisibile dicitur specie, aut numero. Est enim aliquid specie diuisibile, quod diuiditur qualitate essentiali: & numero diuisibile est, quod diuiditur quantitate & numero materia. Indiuisibile vero numero est id quod vocamus singulare: quia in illo non inuenitur diuersitas in numerando. Specie vero indiuisibile est, sicut notæ, & sicut scientia eius quod est quid est: notæ quidem, sicut puncta: specie autem, sicut ea quorum est vna scientia propter quid est & vna intelligentia: & horum modorum secundum quemlibet modum, id quod primo dicitur, vnū est id quod in substantiis est causa vnus. Substantias autem dico quæ sunt quid erat esse determinantes, & ad hunc modum alij referuntur modi vnus. Dicitur igitur vnū tot modis quorū dictum est, quatuor videlicet, continuum naturaliter, & totum, & singulare siue indiuisibile simpliciter aut secundum nomen, & vnū specie quod est vnū uersale.

Si autem omnes modi vnus considerentur, omnia dicuntur vnū reductione ad modum terminum: quia omnia dicuntur vnū quodam indiuisibilitate: sed si ipsa ratio indiuisibilitatis consideratur, tunc omnia reducuntur ad modum primum, & ad modum vltimum vnus: omnium enim quæ vnū dicuntur indiuisibilitate, aut sic est quod dicuntur indiuisibilia ab indiuisibilitate sui motus, aut ab indiuisibilitate sui speciei & intelligentie, siue quiddam speciei & formæ.

CAPVT II.

In quo probatur, quod non est vnū uersale de omnibus vnus vnū, sed ad vnū primum aliquid est multiplicitas eius relata, & illud dicitur primo & principaliter vnū.

Oportet autem intelligere quod non est dicendum, quod ea quæ dicuntur vnū, dicantur simpliciter per intentionem vnā: & ideo non potest dici per vnā communem rationem, quid est vnū esse, & quæ est eius ratio, sicut per vnā rationem communem & vnū uersalem determinatur ea quæ sunt in vno genere & eodem. Dicitur enim vnū tot modis non vnū uersale.

vnū uersale, quod determinati sunt: & horum vnorum est vnū quodque vnū cui inest aliquis dictorum modorum, cum tamen quilibet dictorum modorum multos sub se comprehendat per prius & per posterius dictos: & ideo necesse est, quod quando aliquis dictorum modorum inest alicui horum quæ vnū dicuntur, & quandoque idem modus, vel alius vnus inest alij quod etiam dicitur vnū, quod etiam consideretur per analogiam, quod illorum magis sit propinquum nomini vnus in modo primo & principali: & hoc quidem magis vel maximè dicitur vnū: alia vero quæ per modum non ita propinquum participant modum vnus, dicuntur vnū potestate. Et ideo in consideratione illa facimus sicut facimus in consideratione elementis, & in consideratione causæ, si aliquis eger dicere multipliciter elementis & causæ quæ determinat & distinguit & in rebus quæ elementa dicuntur: & si eger dicere multipliciter reddentem terminum & rationem nominis principaliter dicti: ille enim præsupponit nominis rationem, secundum quem principaliter dicitur elementum & causa: & tunc videt quæ rerum magis illud nomen participat, & illam dicit esse primum & principaliter elementum & causam, & alia quacunque sint, quibus conuenit nomen, dicit esse modos illius.

Hoc autem gratia exempli dicamus sic, quod elementum est in compositione primum, & in resolutione vltimum, quod non diuiditur vel resoluitur ad aliud vltius se: & quidam quidem dixerunt, quod hoc elementum ignis est, eod quod est subtilissimum corporum specie, subtilissimum autem, vt illi dicunt, non resoluitur per diuisionem vltius: videmus autem per diuisionem elementis positam, quod ignis resoluitur in materiam corporis simpliciter quam habet ante se: & ideo dicemus, quod ignis non est secundum primam rationem elementum, sed potius cuiusdam corporis elementum, quod videlicet est compositum ex contrariis. Dicebant autem aliquando, quod elementum fortiter est infinitum: eod quod ante infinitum nihil esse dicebant, ad quod resolueretur infinitum. Et contra hoc iterum dicemus, quod hoc non potest esse secundum primam rationem elementum: quia etiam infinitum habet materiam ante se, ex qua sit, & in quantum resoluitur per intellectum. Alij autem forte dicunt, quod aliquid aliud corporum est tale quod dicitur elementum, aut forte talis non dicitur elementum, sed vaporem vel corpus ignis grossius & aere sui tilius vel aliquid huius. Et contra omnes taliter dicentes vtemur eadem arte: per supra dictam enim elementis rationem palam est, quod non est idem ignis esse & esse elementis, sed potius ignis est elementum, non quidem sicut primum compositionis corporis principium, sed est vt res quadam & natura quadam per formam distincta, quæ est elementum non corporis, sed cuiusdam corporis: nomen vero elementis significat, quod illi accidat siue conueniat elementis ratio, quod est aliquid compositionis principium, vt ex hoc vt primo componere fiat, & quod in se composita: & hoc modo materia prima est elementum non ignis, vel aliquid corporum simplicium. Eadem autem arte vte-

mus multipliciter nominis causa, & in multipliciter nominis vnus: & in talibus omnibus quando volumus inuenire illud quod primo & principaliter & maximè dicitur, & ad quod omnia alia referuntur: propter quod & vnū principaliter & primo est indiuisibile esse, & hoc enim hoc est vnū enim hoc esse, quod videlicet indiuisibile sit: inseparat ile autem siue indiuisibile est, aut loco indiuisibile, sicut quæ vnus sunt subiecti: hoc enim loco inseparabilia sunt: aut quod sit indiuisibile specie, siue mente, siue ratione intelligentia, sicut ea quorum species & forma & quidditas vna est: aut etiam quæ indiuisibilia toto & quæ indiuisibilia sunt determinato continuo, cuius partes copulantur & terminantur vno. Secundum hos igitur modos accipiendum est primum & principaliter vnū in quolibet genere vnus & entis: & ad istud omnia alia referuntur, quod maximè secundum suum ambitum est indiuisibile.

CAPVT III.

Quod vnū quod est metrum & principium in quolibet genere, est quiddam indiuisibile ad modum vnus quod est metrum & principium in numeris.

Conuenit autem vni quod maximè est vnū & primum cuiuslibet generis siue ambitus multipliciter cuiuslibet, quod sit metrum siue mensura, & metrum siue mensura est primo eius quod est magis proprie quantitas. Cum autem quantitas aliud sit continuum, & aliud discrete, erit magis proprie quantitas discretum quam continuum: eod quod in discrete magis est cumulus partium: & ideo quod in discrete est vnū primum metrum & vnū indiuisibile maximè dictum, & ab illo ad omnia alia transfertur primum, vnū in quolibet genere esse. Metrum etiam est, quo quantitas cognoscitur: quam ita autem aut cogno catur vno, aut cognoscitur numero. Et si dicatur, quod numerus cognoscitur numero, & quod numerus magis conuenit numero quam id quod non est numerus, tunc ad idem redit: quia ille numerus, quo numerus cognoscitur, oportet quod cognoscatur vno: quia cum vnū quodque cognoscitur minimo & primo sui substantie, & minimum & primum sit in quo stat resolutio, & resolutio numeri non fiet nisi in vno, oportet quod omnis numerus cognoscatur vno: & ideo omnis quantitas, in quantum quantitas est, cognoscitur vno primo, in quo stat resolutio: quo autem primo cognoscitur quantitas, est vnū ipsum: & propter hoc vnū est prima quantitas, quæ est numeri principium & non numerus, sicut nulla res primum principium eius alicuius generis est genus illud. Hoc igitur vnū & vnitas quod est numeri principium, principaliter dicitur metrum: & ab hoc etiam in aliis per analogiam dicitur metrum illud, quo primum vnū quodque cognoscitur, & quo certificatur & redditur ipse esse metrum enim cuiuslibet generis entis est vnū: quia quodlibet ens, quando in ea quæ procedunt ab vno generis



generis illius principio, multiplicatur & extenditur, vnum in ipso iteratur & coaccuat cum alio vique ad vltimum quod est illius generis maxime compositum, & quod non venit in compositionem ulterius. Et hoc est sicut in lato & profundo, & gravitate & velocitate. Cuius probatio est: quia gravitas & velocitas sunt quiddam commune in modis contrariis: vtrumque enim illorum est duplex per appositionem & diminutionem, sicut diximus in libro physicorum. Gravitatem enim quod est quantulumcumque habens motum & inclinationem grauis. Et graue iterum est, quod habet exceedentiam in motu & inclinationem grauis, secundum omnes gradus appositionis infinita grauiorum & grauiorum, eundem quod habet diuidere magnitudinem spatij in infinitum. Similiter autem e contra dicitur velox, quod quantulumcumque habet motum & inclinationem velocis. Et iterum velox dicitur, quod habet exceedentiam motus & inclinationem velocis secundum omnes adlationes quibus diuidit tempus in infinitum. Velocitas enim quaedam est tardioris & tardioris, sicut & gravitas quaedam est grauioris & grauioris, & leuioris & leuioris, & secundum has extensiones a vno procedentes in multitudinem. In his omnibus est metrum & principium, id quod est primum vnum & indiuisibile secundum illud genus cuius est metrum & principium. Sicut autem hoc esse diximus in diuersis & in his que extenduntur ex vno per modum quo numerus per additionem excreuit ex vno, ita etiam est in continuis: quia licet illa per diuisionem non deueniant ad vnum minimum, neque extenduntur ex vno ad vnum per additionem, tamen quando reddunt & certificatur eorum quantitas, videntur in lineis vt vno quasi atomo, siue indivisibili hinc pedali, vel alio quocumque minima esse possunt, sicut autem motum ad vnum ponuntur digitum vel lineam qualemlibet. Et iterum digitus quater ponitur eum lineam in palmum, & iterum iterum palmum quater ponitur eum cubitum, & ex parte vno & semisse quartam mensuram ponit eum iterum, & hoc modo procedentes duodecim mensuras produciunt, quibus omnium continuis mensurantur quantitates: vbi que namque & in omnibus primum metrum, & mensurans quæritur tale aliquid quod sit vnum & indiuisibile: hoc autem & indiuisibile est, aut simplicitate, & simpliciter indiuisibile est, sicut in numeris: aut est indiuisibile vnum quod produciens ex vno vna qualitatibus per additionem, sicut in graui, leui, veloci, & tardo: aut est indiuisibile quanto quodam posito, sicut in mensuris continuorum inter mensuras primas ponitur digitus, & in ponderibus granum hordei. Vnicuique in quolibet genere mensurandi entis non videtur aliquid addendum vel auferendum, hoc dicitur esse primum indiuisibile vnum & certum omnium aliorum metrum: & ideo cum in numero sit tale vnum, cui nihil penitus potest addi vel auferri, conuenit quod metrum numerum est metrum & vnum certissimum: vnitatem enim numerus omnes semper ponunt primum esse indiuisibile. In aliis vero entibus numerandis imitantur tale vnum quale est in numeris quantum a se habent. Nam a studio mensurando

in continuis, & talento mensurando in ponderibus, & similiter quolibet magno vel maiore accepto & posito forsan sit obliuio & ignorantia, quantum sit additum & ablatum: quia incertum est quantitas maior quam minor: & ideo si iteretur super aliquid quantitas maior, non certificabitur mensuratum: eod quod quantitas mensurata est ignota: & ideo additum vel determinatum in mensurando ex quantitate magna est etiam ignoratum: quod si ignoratur principium, ignoratur etiam principiatum: sed in minori quantitate hæc non est quæ magis est certa: & ideo cum iteratur vel additur vel subtrahitur ab eo quod mensuratur, magis certificatur quam maior. Et ideo omnes Philoſophi & homines faciunt hoc esse metrum in quolibet genere, a quo primo secundum sensum non contingit auferre sensibilem & nota dignam quantitatem: & hoc faciunt in humidis & siccis & in dimensionibus grauis & in mensuris dimensionis continuæ: & ideo in humidis minimum ponunt cadum, & in siccis modium, & in grauis & leuibus siue ponderibus granum hordei, & in dimensionibus continuis digitum: & tunc putant se cognoscere totum quantum, quando cognoscunt per hoc mensurans primum metrum.

CAPVT IV.

In quo probatur secundum quem modum sit vnum, quod est metrum in quolibet genere.

Eodem autem modo & in rebus omnibus procedunt secundum naturam existentibus & non existentibus secundum autem: motum enim omnem mensuratum simplici motu & velocissimo: & hoc est motus cæli, qui proportionem habet ad id quod mouetur, parvissimum habet tempus: & ideo in analogia tota in quæritur & conuersiones & prædicationes & disticta stelia vni mensurantur, talis motus primi motus qui diuinus vocatur, est primum & metrum, quo omnia mensurantur: supponunt enim, quod & verum est, quod motus primi cæli sit inter omnes magis æqualis & velocissimus omnium aliorum: & ideo ad illum iudicant & numerant omnes alios stellarum & cælorum motus. Similiter autem in musica primum, quod nemata mensuratur, est discrimen siue differentia que vocatur diesis, quæ vincit tonus semitonium: & ideo diesis est iteratum primum in musicis. Similiter autem in voce literata est primum elementum literæ primæ: ista autem omnia, cum non sint vnius & eiuſdem generis, ita sunt vnum in communi dictum, quod illud vnum quod prædicatur de eis, non est commune sicut genus vnum, sed potius, sicut dictum est, per analogiam ad vnum primum, indiuisibile in numeris: quia a primo vno in numeris sumitur analogia ad omnia alia quæ in diuersis generibus vnum dicuntur.

Sed hic est aduertendum, quod illud quod est metrum primum in quolibet genere, non semper numero idem & vnum indiuisibile est, quod

CAPVT V.

In quo probatur, quod vnum quod est metrum in quolibet genere, est cognatum illi generi: & est in eo digressio tres excludens errores qui ex hoc oriuntur.

quod est metrum: verum aliquando sunt plura quæ tamen ponuntur vt vnum, sicut in musicis ponitur primum semitonium, quod habet duo discrimina, quæ sunt diæ dieses, quæ quidem non sunt duo secundum auditum, sed in sermone & vocibus duo est: sed quia cantus mensuratur secundum melos ad auditum relatum, ideo duo illa discrimina pro vno simplici ponuntur. Similiter autem in vocibus literatis quæ sunt syllabæ, dictiones, & orationes, non possumus ponere vnam vocem elementarem quam mensurentur omnes: sed sunt elementa & temporaria prolatione elementorum quibus mensuramus vocem primam literatam quæ est syllaba: quodlibet illorum tamen elementorum indiuisibile est: & si est tempus longum, mensuramus illud duobus breuibus secundum prolationem, & tempus breue ponimus vt vnum indiuisibile simplex: vnde dimensionatio in musicis & vocibus literatis mensuratur duobus, sicut dictum est. Similiter autem in geometricis est: quia in illis dimensionatio quæ est diameter siue linea diagonalis in quadrato vel quadrangulo altera parte longiori, mensuratur duobus lateribus trianguli, qui continet angulum cui diameter subtenditur, sicut patet in primo Euclidis: quia quadrata duorum laterum valent vnum quadratum. Diameter hoc autem modo mensuratur, & latus, & omnes dimensiones. Si enim sint linee rationales & communicantes, mensurantur aliquo numero & vnitatem illius numeri: & si non sunt tales, mensurantur proportionem quantitatis continuæ in latere, vel in diametro sumptæ: eod quod multa proportionem sunt in continuis, quæ ad numeros reduci non possunt, sicut patet in vltimis theorematibus secundi libri Euclidis: metrum autem omnium est sicut vnum: quia ipso cognoscimus ex quot & quibus est tota substantia mensurati, diuidentes ipsam substantiam secundum metri iterationem, aut secundum quantitatem, aut secundum speciem & formam, sicut patet per exempla antè dicta. Metrum autem ideo est vnum & indiuisibile: quia quod primum est singulis, est indiuisibile per aliquem modum: non enim similiter eodem modo omne vnum primum est indiuisibile: est enim vnum aliquod in mensuris continuis pes, & in numeris primum est ipsa vnitatem, & aliud est in aliis vnum primum: & ideo aliquod vnum est omnino indiuisibile, sicut vnum in numero: alia vero vna prima sunt indiuisibilia posita ad sensum, eod quod secundum sensibilem notam nihil potest eis auferri: hæc enim volunt mensuratos esse indiuisibilia, sicut dictum est: forsan enim omne continuum est semper diuisibile, sed de hoc hic non latet primus disputacionem.

Semper etiam id quod est metrum, oportet esse cognatum ei quod mensuratur per ipsum. Patet autem hoc per inductionem: quia dimensionationis metrum est dimensio. Et similiter vnaque que longitudo prima simpliciter vel secundam positionem metrum est longitudo: & ad eundem modum latitudo latitudinis, & vox prima vocis, & gravitas prima grauitatis, & vnitatem vnitatis. Sic enim oportet accipere in omnibus cognatum ipsis mensuratis metrum: sed non oportet ideo vnitatem non esse metrum numeri, quia metrum numeri numerus est: & ideo quia oportet similiter in genere conuenire metrum & mensuratum: quinimo oportet in numeris accipere metrum, & non similiter in specie aliqua numeri, sicut mensuratum est in aliqua numeri specie: quia non sunt similiter digni ad nomen & rationem metri numerus & vnitatem: quia sicut in præhabitis diximus, quamuis aliquis numerus mensuratur per numerum, tamen ille mensurans numerus sicut a primo mensurante mensuratur per vnitatem: & ideo vnitatem dignior est nomine metri. Verum sicut dignatur vnitatem esse metri vnitatem que sit numerus, & non dignatur vnitatem esse metrum, eo quod ipsa non est numerus, numerus enim est pluralitas vnitatum, & non vnitatis: sic etiam in quolibet cognatum metrum est ponendum, & non omnia mensuranda sunt vnitatis numerorum, sicut quidam Pythagoræorum dixerunt.

Ex his autem que sic a nobis de vno decretum nata sunt, tres non dissimulandi errores surrexerunt: propter hoc enim quod omne mensurans vnum dicitur ad aliquam similitudinem vnius quod est numerus, quidam faciunt, qui dixerunt, quod illud vnum quod cum ente conuenitur, & per analogiam circūit omne genus, quod est nihilominus vnum que quodlibet dicitur, est vnum numerale, quod est principium numeri: & ex hoc sequitur, quod vnum accidens aliquid addit super ens, & habet se ex additione ad ipsum: & hoc non est verum. Alij autem dixerunt, quod quia vnum est quod est primum omnium, & dicitur ad vnum numerum per analogiam: & ideo dixerunt, quod ex numeris componuntur entia: & ideo vnitatem est que est mensura ipsorum. Et contra has duas opiniones in præhabitis satis est disputatum. Contra primam omnium disputatum est in quarto: contra secundam autem disputatum est in primo. Est autem tertia opinio dicens, quod in quolibet genere primum illius generis est illud indiuisibile: quod est mensura aliorum: sed cum determinare debent illud indiuisibile, diuersificantur per tres differentias: quidam enim dicunt, quod primum in genere substantiæ, quod omnia alia mensurat, est motor primus & essentia primi motoris. Alij autem dicunt, quod primum



R. Ames. propositio. ne. hinc com. ubi affert. Deum esse. in. u. pra. c. amati. sub. stantia.

primum illud est natura generalissimi. Et tertij dicunt, quod hæc est materia prima.

Hi autem qui dicunt, quod primum in genere substantiæ quæ est ens verum & perfectum, est motor primus, has pro se inducunt rationes: primum enim secundum prædicta est id quod maxime est indivisibile simplex: maxime autem indivisibile simplex est motor primus, qui est indivisibilis & imparibilis, non habens magnitudinem penitus. Amplius id est metrum, ad cuius esse alia mensurata gradum entis accipiunt: omnia autem secunda sunt in gradu entitatis per aliquem accessum ad primum: videntur igitur secunda mensurari per primum. Amplius nunquam in aliquo ordine primum mensuratur per secundum, sed è converso: cum igitur primus motor sit omnium primum, videtur primus motor esse metrum omnium. Adhuc autem eius quod est metrum, videtur esse proprium, quod sit causa: est autem primus motor per suum intellectum agentem causa: est igitur primum mensurans. His & huius rationibus assentit Averroes, & sui sequaces, primam causam dicentes esse metrum entis. Obicit autem aliquis in contrarium: quia id est metrum quod iteratur in his quæ mensurantur: sed primus motor non sic iteratur in entibus. Adhuc autem id quod metrum est, aliquid est de substantia mensurati, sicut veritas aliquid est de substantia nunci: primus autem motor cuius entibus non committitur.

Hi autem qui dicunt naturam generalissimi esse primum mensurans & metrum, duas potissimum inducunt rationes. Vnam quidem: quia hoc est primum indivisibile simplex in genere. Aliam autem: quia natura generalissimi est subiectum primum iteratum in omnibus quæ sunt eiusdem generis, & hoc dicunt de eorum conveniente metro. Sed contra eos est, quod natura generis nihil certificat, neque diffinit: metrum autem certificat & diffinit id cuius est metrum.

Illi verò qui dicunt, quod materia est primum mensurans, dicunt hoc triplici ratione. Vna quidem est: quia metrum & mensuratum non continentur in specie, sed genere & potestate: & hoc patet in numero, qui mensuratur unitate, quæ convenit cum eis, non specie, sed potentia solum: quia sicut dicitur in arithmetiis, unitas potestate est omnis numerus. Alia autem ratio est: quia metrum est iteratum in his quorum est metrum: nihil autem iteratur in entibus nisi substantia materia. Tertia ratio est: quia materia est sola prima quæ subicitur omni substantiæ: & cum primum subiectum debeat esse primum metrum eius quod sit ex ipso, sicut numerus ex unitate, videtur prima materia esse metrum. Obicitur etiam contra istos: quia materia per idem non iteratur in substantia, sed potius per divisionem. Adhuc autem: quia materia incerta est, & non intelligitur nisi per analogiam ad formam: & quod est incertum, dividitur & non habet metrum rationem. Adhuc multitudinis in numero non est causa nisi divisio materia: igitur materia in entibus habet se sicut numeratum & sicut numerans.

His igitur omnibus sic digestis, videtur dici melius cum Aver. quod primus motor per in-

tellectum suum est metrum entis quod est in substantia: intellectus enim suus sicut in sequentibus probabitur, est causa entis: & lumen intellectus siue forma est hypostasis entium iteratum in ipsis entibus, & conse. ens omni enti essentialitatem, & ad ipsum mensurata entia entitatem habent longinquorem vel propinquorem: & illud lumen secundum quod est in propriis essentialibus & naturalibus, maiorem & minorem accipit determinationem. Et ideo ens determinatum mensuratur à primo penitus simplici, cui nulla facta est oppositio: & quando dicitur, quod metrum est aliquid de substantia, patet iam esse verum, quod licet primus motor per substantiam non sit de natura entium, tamen per lumen intellectus substantificat entia, sicut colores substantificantur per lumen quod est in perspicuo. In se autem est certissimum, simplicissimum & manifestissimum secundum naturam, licet quoad nos sit occultum propter nostri intellectus debilitatem. Illi autem qui ponunt naturam generalissimi esse metrum, parva & exigua ratione moti sunt: & adhuc nec videtur contentendum esse dictis eorum: insufficienti enim crederunt signo: quia simplex & primum secundum intellectum non necessario est metrum, nisi & alia concurrant quæ conveniunt metro: & hoc est quod reddant & certificent ea quorum metra sunt in quantitate: quantitatem autem dico secundum accessum ad ens primum & verum, vel secundum recessum ab illo. Hanc enim extensionem ad similitudinem quantitatis habet omne ens, quod procedit ab intellectu primo: sed de hoc multum diximus, & adhuc in sequentibus plura dicemus. Hi autem qui materiam posuerunt esse metrum, omnino præter rationem dixerunt, propter rationes quæ in contrarium adductæ sunt: licet enim metrum in specie non conveniat cum mensuratis, tamen rationem mensurantis non habet prima materia, sed potius prima forma, sicut diximus: & dico primam, quod est secundum esse prima, & non secundum rationem tantum. Et ex his patet solutio dubiorum.

CAPVT VI.

In quo per rationem Pythagora ostenditur quid sit primum mensurans in entibus.

Sunt quidam Pythagoræ deliramenta sequentes, qui metrum rerum dixerunt esse scientiam & sensum: eod quod sicut diximus in quarto huius sapientie libro, verum ponunt esse in apparendo homini per sensum, & scientiam, & quod res sequuntur ea quæ sunt in anima potius quam è converso. Dicti autem istius causa fuit: quia cognoscimus magis id quod mensuratur, quam cognoscimus mensuratum: id enim per quod certificatur incertum; certum est, & cognitum: certificatur autem mensuratum per mensuram certam. Supponebant autem isti, quod id quod est in anima certissimum est & acutissimum. Sed tamen istud dictum falsum est:

Tex. c. 5.

est: sed potius cum res extra animam existentes sint causa nostre scientiæ, potius res extra animam existentes mensurant animam secundum sensum & cognitionem, quam è converso: & in talibus accidit nobis, sicut si dicamus, quod aliquo alio à nobis nos mensurante nos ipsos cognoscimus secundum quod quanti sumus, cum cubitum nos mensurante nobis ipsos superponimus. Sic enim species rerum accipiunt nostrum intellectum & invenimus & cognoscimus, sicut subtiliter in secundo libro de intellectu & intelligibili nos ostendimus. Pythagoras vero omnium rerum dixit esse metrum hominem scientem: homo enim talis est sciens & sentiens: metrum autem est sciens & sentiens: ideo quia sentiens habet sensum, & sciens habet scientiam & sensum: & scientiam dicimus esse metrum subiectorum sensibilibus & scibilibus: quia sensus est species sensibilibus, & intellectus est species scibilibus, sicut in libro de anima tertio est ostensum. Dicimus enim, quod sensus & scientia nihil sunt superabundans super formas sensibilibus & scibilibus: & ideo dicentes hanc positionem ratione industria aliquid dicere videntur: licet falsum dicant sic opinantes, tamen ex ratione dicti eorum accipimus, quod vnum in ratione nominis est, quod maxime dicimus esse metrum, & hoc est primum indivisibile æorum & certum: & hoc quidem per prius convenit quantitati, & deinde convenit etiam qualitati per posterius: & hoc est palam per prædicta: tale autem quod habet & nomen & rationem metri, erit in aliquo tale si est indivisibile secundum quantitatem, & in alio si est indivisibile secundum qualitatem: unde necesse est, quod illud vnum quod est metrum, sit indivisibile, aut simpliciter, ad inquantum vnum & primum est positione, sicut in antè habitis determinatum est. Quia vero vnum sic ponitur, per quod quantitas mensuratur vnicuiqueque, necesse est diversa poni, quæ quidem licet in se indivisibilia sint, tamen ad pondus vel aliter ad mensuram relata supponuntur certæ & indivisibiles esse quantitates. Omnia enim extensa ex vno aliquo principio secundum esse intelliguntur, & secundum extensionem hanc habent secundum suam naturam quandam quantitatem, & inquantum talia sunt mensurabilia per vnum: & hoc quidem vnum ex quo extenduntur in sensibilibus speciem sensuum, & in scibilibus speciem intellectus dixit esse Pythagoras, & ideo dixit sensum & intellectum esse mensuram omnium. Est autem hoc primum, ut diximus, lumen intelligentium determinatum ad naturam entis in genere: & quia hoc sicut per determinationem factam ad genus diversum est, ideo primum mensurans in generibus entis est diversum: & per similem modum diversum efficitur in specie, quando ad speciem determinatur: & ideo in speciebus diversis sunt metra proxima diversa, & aliquando est accipere sub specie aliquod individuum, quod simplicius & purius illam accipit naturam: & illud individuum aliquando dicitur metrum esse aliorum quæ sunt in eadem specie: eod quod ad modum eius mensuratur natura speciei in aliis: licet enim species & generis non secundum magis & minus di-

3. de anima. tex. com. 28.

cuntur de substantiis, tamen quando accipiuntur secundum esse & secundum quod sunt nature subiectorum, in consequentibus poterunt naturalibus habentur secundum magis & minus.

CAPVT VII.

In quo determinatur qua sit una natura in qualibet genere prima, utrum separata, vel coniuncta: & si coniuncta, qua sit illa.

Est autem nunc inquirendum quid sit illud vnum quod est principium & metrum entium secundum substantiam & naturam, utrum videlicet se habeat vnum illud quemadmodum superius in tertio libro in questionibus tractavimus de ipso, vel non, ubi inquisitum est quid est illud vnum secundum substantiam & naturam: & quomodo nos oportet loqui de ipso, utrum videlicet loquendum sit de ipso quasi de substantia aliqua existente quæ sit substantia vna eiusdem vnius de quo loquimur, sicut omnes prius Pythagorici dixerunt unitatem esse principium omnium quasi vnam substantiam existentem omnium: & sicut posterius post Pythagoram dixit Plato ponens vnum, quod est idea, esse principium omnium: aut magis sit illud vnum quædam natura quæ supponitur physica. Et oportet quærere de vno secundum quem modum oportet nominari & significari: sicut quidam naturalium dixerunt, qui non posuerunt principia mathematica. Physicorum enim alius illud vnum quod est omnium principium, dixit esse amorem, eod quod amor est vnitatis amantium. Alius autem magis respiciens ad materiam, dixit illud esse ærem, propter humidum subtilis continuans, quod est æris proprium. Alius autem dixit illud esse infinitum: eod quod nihil est extra ipsum: & ideo convenit ei maxime esse vnum.

Obiicientes autem contra eos qui mathematica ponebant, dicimus quod si est sicut in primo supra probavimus & in quinto, quod nullum univertalium potest esse substantia totum, sicut diximus in septimo, cum sermo haberetur de substantia & ente, tunc etiam esse non potest, quod hoc univertale vnum quod Pythagoras & Plato ponunt esse genus omnium, sit substantia rerum: univertale enim non est vnum quid præter multa in quibus habet esse, & est commune ad illa secundum prædicationem solum, & non secundum esse & substantiam vnam quæ saluatur in omnibus illis: & palam est ex ibi dictis sicut ens, quod est prædicatum commune, non est substantia entium, ita nec vnum quod convertitur cum ipso, propter eandem rationem: hæc enim duo, ens & vnum, maxime & univertaliter prædicantur de omnibus. Quia igitur genera quæ sunt minus univertalia, non sunt natura quædam & substantiæ separabiles ab alijs, ideo nec vnum & ens quæ sunt magis univertalia, contingit esse naturas separatas ab alijs: & propter eandem causas nec ens nec vnum nec genera alia sunt substantia.

Tex. c. 6.

E e

substantia

D. Alber. Mag. ad metaph.




substantiæ quadam & natura separata.  
 Tex. c. 7. Amplius autem necesse est, quod in omnibus  
 similiter se habeant ens & vnum. Quoniam: igitur  
 quolibet genere entis est aliud & aliud  
 vnum, sicut est alia & alia natura entis, sicut &  
 in quantis est vnum quod est de natura quanti-  
 tatis, palam est ex prædictis: in omnibus enim  
 illis totaliter sine vniuersaliter quæ utitur quid in  
 quolibet genere vnum, sicut quantum, quid est  
 natura entis in ipso: & hæc quæstio dicitur est,  
 quia non est sufficiens dicere, quod hoc idem  
 vnum quod est p. vnum & vniuersale, sit pro-  
 pria vniuersaliusque generis natura. Sed sicut  
 querimus de coloribus, quid est color vnus &  
 primus? & dicimus illum esse al. vnum, & deinde  
 producimus alia quæ sunt de genere coloris ex  
 hoc primo colore & eius contrario nigro: ex  
 his enim duobus omnia quæ sunt de genere colo-  
 ris, videntur esse genita, & non sunt genita  
 sicut ex duobus principiis, sed potius sicut ex  
 habitu & priuatione, quia dicimus, quod ni-  
 grum est priuatio albi, sicut tenebra est priua-  
 tio lucis: ita dicimus, quod est vniuersaliusque  
 natura vna prima, ex qua sicut ex principis pro-  
 cedunt omnia quæ sunt generis illius: vnde si  
 entia omnia essent colores, entia essent quidam  
 numerus procedens ex vno primo, quod est col-  
 or albus. Palam autem est, quia quorundam  
 entium, sicut dictum est, vnum est esse sicut  
 colorum: si tamen in coloribus, sicut dictum  
 est, aliquid quod vnum habet esse primum, vt  
 album hoc enim forte verius est lumen, quod est  
 colorum substantia: sed de hoc hic non facimus  
 vim: sed quod diximus, gratia exempli est in-  
 ductum. Similiter autem si omnia entia essent  
 melodie, tunc numerus entium non esset nume-  
 rus separatus, sed potius numerus entium esset  
 discriminatum primum, quod est diesis, sicut semito-  
 nium: semitonium enim habet duas dieses, sicut  
 vnum discriminatum diesum, & numerus separatus  
 non esset substantia eorum, & vnum primum  
 quidem esset aliquid separatum, sed esset sub-  
 stantia entium: non enim tunc vnum quod est  
 separata vnitas, esset entium substantia secun-  
 dum hanc positionem, sed primum discriminatum  
 diesum ex quibus est semitonium. Similiter se  
 habet & in sonis elementorum. Si enim entia  
 essent numerus sonorum, & vnum primum de  
 soni natura esset substantia eorum, quod est for-  
 te elementum vocale, quod est per se sonans  
 primum, & eodem modo si entia essent figure

orthogonæ, hoc est, reclinæ: tunc entia  
 essent non numerus separatus, sed numerus fi-  
 guratum: & vnum illius numeri esset primum  
 orthogonum quod est trigonum, ex quo fieret  
 omnis figura. Eadem autem ratio est etiam in  
 aliis generibus enim: propter hoc si sic pro-  
 cedatur in aliis, sicut in passionibus, & quanti-  
 tatiibus, & qualitatibus, & in motu, & dicatur,  
 quod entia prædicto modo numeri sunt, &  
 vnum aliquod primum est in omnibus ex quo  
 producuntur, tunc patet, quod entia non sunt  
 numerus simpliciter, sed numerus quidam, &  
 vnum non simpliciter, sed aliquid determinate  
 nature vnum est principium & substantia eor-  
 um. Si verò hoc idem vnum est substantia,  
 tunc etiam in substantiis siue in genere sub-  
 stantiæ necesse est similiter se habere: sicut enim  
 diximus, similiter se habet in omnibus quod  
 dictum est. Palam igitur est, quod vnum in  
 quolibet genere, est cuiusdam nature: & hoc  
 quidem vnum quod est principium & vniuersale,  
 nullius generis determinati est natura, sed  
 est multiplicata per analogiam & diuersum  
 in omnibus, & est sicut in coloribus color vnus  
 primus: manifestum est igitur, quod vnum  
 ipsum quod sicut in substantia est primum, ip-  
 sum est vna substantia prima in genere substan-  
 tiarum.

Quia verò vnum & ens significant idem, li-  
 cet modo diuerso, ideo vtrumque istorum se-  
 quitur & circuit omnes categorias: & quia per  
 vnam & eandem rationem non sunt hoc in ali-  
 qua vna categoria, manifestum est ex prædictis:  
 non enim sunt vniuerso de omnibus prædicata,  
 & in quid siue substantia, neque in quale præ-  
 dicantur de omnibus, neque in quantum, &  
 sic de aliis: sed in prædicatione similiter se ha-  
 bet vnum tanquam ens, & neutrum addit ali-  
 quid distinguens aut distinctum super his de  
 quo prædicatur, nisi forte in modo qui in pri-  
 uatione consistit, sicut nos in superioribus huius  
 sapientiæ ostendimus: & ideo cum dicitur vnus  
 homo, nihil dicit diuersum ab homine hoc  
 quod addit vnum, quemadmodum nihil di-  
 uersum dicitur, cum dicitur homo & homo  
 ens. Nihil ergo diuersum dicunt ens & vnum  
 præter quid & præter qualis & præter quantum:  
 & in his omnibus idem est quid vnum esse  
 quod est quid esse, & quantum vnum esse &  
 quantum esse, & quale vnum esse & quale esse.

TRACTA



TRACTATUS II.

DE OPPOSITIONE VNIVS ET MULTI,  
& eiusdem & diuersi, & equalis & inæqua-  
lis, & similis & dissimilis.

CAPVT I.

De oppositione vnus & multi: & est  
in eo digressio declarans quatuor  
genera oppositorum.

Tex. c. 9.



Is habitus oportet nos determi-  
 nare oppositionem quæ est inter  
 vnum & multa: & quia vnum  
 in substantia est idem, & vnum  
 in quantitate est æqualis, &  
 idem in qualitate est simile,  
 oportet nos etiam loqui de opinione quæ est  
 inter idem & diuersum, & de ea quæ est inter  
 æquale & inæquale, & de ea quæ est inter si-  
 mile & dissimile. Dicamus igitur incipientes,  
 quod vnum & multa quibusdam modis oppo-  
 nuntur: vnum enim & pluralitas quæ est mul-  
 titudo quædam, se habent adinuicem sicut di-  
 uisibile & indivisibile. Omne enim quod est  
 plurale & multum, dicitur aut diuisum in plu-  
 ra, si pluralitatem habet actualem: aut dicitur  
 vt diuisibile, si pluralitatem habet in potentia:  
 vnum autem aut dicitur simpliciter indivisibile  
 omnino: aut si quidem est diuisibile secundum  
 potentiam, tamen supponitur vt indivisum se-  
 cundum actum. Quoniam ergo iam scimus ex  
 his quæ in logicis determinata sunt, quod con-  
 trapositiones siue oppositiones quatuor modis  
 dicuntur: quorum vnus est oppositorum se-  
 cundum priuationem & habitum. Alter autem  
 secundum contrarietatem. Tertius secundum  
 contradictionem. Et quartus sicut opponuntur  
 relativi: licet nos hic de contradictione & op-  
 positione relatiuorum non indigeamus ad præ-  
 sens. Dicamus igitur, quod secundum prædicta  
 apparet, quod vnum & multum quæ se habent  
 vt indivisibile diuisibile, non opponuntur se-  
 cundum contradictionem, neque opponuntur  
 vt ad aliquid dicta: vnum autem dicitur &  
 ostenditur esse ex contrario suo quod sibi op-  
 ponitur, sicut ex diuisibili dicitur & ostenditur  
 indivisibile, sicut omnis priuatio dicitur &  
 ostenditur ex suo habitu. Dicitur enim priua-  
 tio per definitionem habitus, & ostenditur ex  
 ipso: quia habitus est principium cognitionis  
 priuationis, & sic indivisibile ostenditur ex di-  
 uisibili: pluralitatem enim secundum sensum  
 magis quam vnitatem cognoscimus, & diuisi-  
 bile magis est sensibile quam indivisibile: &  
 ideo secundum rationem quæ accipit à sensu,

Habitus est principium cognitionis priuationis. de anima text. 25.

diuisibile & pluralitas sunt prius quam indivi-  
 sibile & vnum. Est autem hic valde attenden-  
 dum, quod cum nos ante gereremur, Doctores  
 quod vnum indivisibile est metrum certificans  
 esse entium, & priuatio nihil penitus certificet,  
 quod vnum non potest esse priuatio, nec op-  
 poni vt priuatio multo: sed potius cum vnum  
 sit simplex, & ante se non habeat aliquid prius,  
 non potest exponi per aliquod positum siue  
 affirmatiuum, sed exponitur per consequentem  
 negationem, quæ nihil est ipsius: sed natura  
 quæ ipsum est, procedit affirmata & posita: &  
 ideo licet secundum suum nomen dicatur à  
 priuatione, tamen secundum naturam habitus  
 est & potentia affirmatiua: & ideo oppositio  
 quæ hic determinata est inter vnum & multa,  
 ostensa est esse secundum nomen. Nomen au-  
 tem iam diximus impositum esse à negatione  
 consequente. Et eadem ratio est in eo quod di-  
 citur primum, & in eo quod dicitur princi-  
 pium, quorum vtrumque exponitur per conse-  
 quentem te negationem: & hæc est interpreta-  
 tio nominis quoad nos facta, & non secundum  
 rem ipsam.

Scias autem, quod vnum nominatum sta-  
 tim in intellectu relinquit formam suam: &  
 secundum hanc formam opponitur multo se-  
 cundum modum contrarietatis, & non secun-  
 dum modum suppositi: & hoc patet, quia vnum est de  
 constitutione multi, quod non potest esse, si  
 opponeretur ei secundum suppositum. Sic igitur  
 in forma opponitur contrarie, & in nomine  
 o ponitur priuatione, & in supposito non op-  
 ponitur, sed est constituens multum: hoc au-  
 tem quod est multum, opponi habet ad paucum  
 sicut opponuntur relativa: ad vnum autem ha-  
 bet oppositionem contrarietatis & priuationis:  
 quoniam multum est recedens ab vno per di-  
 uisionem: & diuisio priuatio est vnitatis pot-  
 tius quam vnitas priuatio diuisionis: diuisio  
 enim omnis in ratione priuationis consistit. Et  
 ideo Pythagoras potuit eam esse de non entibus.  
 Si autem opponitur, quod contraria nata  
 sunt fieri circa idem: vnitas autem & multitu-  
 do non ordinantur ad idem: dicendum, ista nata  
 sunt fieri circa idem: quia omnis multitudo  
 procedit ex vno, & hoc vnum in generibus di-  
 uersis diuersum est, vt diximus paulo ante: &  
 talis ergo ad vnum sufficit contrarietati in ge-  
 nere. Si autem accipiantur contraria physica,  
 quæ sunt agentia & patientia, tunc contraria  
 sunt circa idem, quod est materia subiecta, si-  
 cut patet ex determinatis à nobis in physicis.

Doctores enim priuatio est contra Comment. hic.

documentum vnum secundum formam suppositi multo contrarie, & secundum nomen opponitur priuatione.



Non ens non opponitur non enti, nec potentia potentia, sed ens enti opponitur, & actus actui opponitur, & actus potentia: & secundum oppositionem entis ad non ens quando ad idem refertur, est sumpta oppositio contradictionis. Secundum oppositionem autem qua actus actui opponitur, est sumpta oppositio relationum, in qua per oppositionem respectum oppositio est: quia utrumque refertur ad reliquum: & ideo utrumque est de alterius ratione. Secundum oppositionem autem actus ad potentiam est duplex oppositio: aut enim potentia dicit diminutionem in actu tantum, aut in actu & in principiis subiecti secundum quæ subiectum receptibile est habitus: & primo quidem modo est oppositio contrarietatis: & ideo vnum contrariorum ut privatio se habet ad reliquum, & est motus de vno ad aliud, & e converso: secundum reliquum autem modum est oppositio quæ dicitur privationis & habitus, & est motus de habitu ad privationem, sed non regressus de privatione ad habitum, sicut iam in antè habitis in nono libro determinatum est: nec possunt esse plura genera oppositorum: & quia prima non sunt nisi ens & non ens, & potentia & actus, & ista ad invicem & ad vnum pluribus modis secundum compositionem comparati non possunt. Hæc autem subtilius & prolixius in logicis sunt determinata.

CAPVT II.

De oppositione eiusdem & diversi, & similis & dissimilis, & equalis & inæqualis.

Tex. 20.

Sicut autem iam antè descripsimus, ubi distinximus contraria in quinto huius sapientie libro, vnius quidem in substantiis proprius effectus est idem, & in qualitate simile, & in quantitate æquale: & pluralitatis verò siue multitudinis in substantiis quidem est diversum, in quantitatibus autem inæquale, & in qualitatibus dissimile. Cum autem idem dicatur multipliciter: vno quidem enim modo dicitur, idem quod & ratione formæ & numero materię est idem: & hoc vocatur idem numero, sicut etiam recum es idem numero: hoc enim & specie formæ & numero materię est vnum & idem. Amplius autem dicimus idem si est vna ratio primæ substantię secundum formam, sicut secundum speciem linearum dicuntur linee quæ sunt æquales rectilineæ dicuntur eadem cum illa, & æqualia inter se trigonia eadem trigonio sibi æquali, quamvis sint plura secundum numerum: sed in talibus id quod facit identitatem, est vniio quam facit æqualitas: quia per nullam formam inæqualitatis ab invicem separantur.

Tex. 21.

Similia verò secundum speciem sunt illa quæ non sunt eadem simpliciter secundum numerum entis, nec secundum substantiam differentia, & tamen ipsorum est vna qualitas: & ideo maior minori est simile, quamvis sit aliud ab ipso & inæquale, quia vnius sunt qualitates si-

cut inæquales rectæ lineæ: hæc namque sunt quidem ad invicem similes, sed non sunt simpliciter eadem. Alia verò dicuntur similia si habent eandem speciem ea in quibus magis & minus est, tamen in illa specie non sunt magis & minus: quia tunc species illa est similitudo essentialis eorum, sicut homines similes sunt ad invicem, licet vnus sit maior & alter minor, ut puer & gigas & nanus. Alia iterum dicuntur similia, si eadem passio inest eis secundum speciem, quamvis illa passio inest eis secundum magis & minus, sicut duo alba quorum vnum est magis album reliquo. Alia autem iterum similia dicuntur, quæ licet plura habeant, & in vno non simpliciter conveniant, aut etiam habeant simpliciter altera, ab invicem, tamen per chira sunt, hoc est, præ manibus, & in in promptu est facile reducere eam in convenientiam, sicut stannum simile est argento, aut aurum rubicundo ignis, & croceo simile est rubeum, & cholera rubea ignis: quia per facilem additionem præ manibus est reducere stannum ad argenti convenientiam, & aurum ad ruborem ignis, & croceum ad ruborem, & cholera ad ignis rubedinem. Pa am est igitur, quia diversum & dissimile dicitur multis modis, & aliud etiam dicitur oppositionis modo ad idem: quia aliqd est diversum. Et ideo sicut omne ad omne & quodlibet ad quodlibet est idem vel diversum, ita omne ad omne & quodlibet ad quodlibet est idem vel aliud.

Aliud autem dicitur ab aliquo, si non habet secum identitatem in ratione formæ & numero materię: quapropter etiam tu propinquis idem, diversus es & aliud ab eis. Alio autem modo dicitur aliud & diversum, ut in mathematicis, per oppositionem ad illam modum eiusdem quem dicimus esse rectarum linearum & æqualium trigoniorum, sicut linea curva aliud est à recta, & quadratum à trigono. Diversum igitur & idem dicitur omne ad omne: & causa est: quia omne quod est ens est & vnum & idem, causatur ab vno & opponitur ei diversum & aliud: & hoc supponunt ens: & neutrum eorum convenit non enti: quia inter idem & diversum siue aliud non est oppositio contradictionis ut vnum sit ens, & alterum non ens: & ideo neutrum eorum dicitur in his quæ non sunt entia, quod sint idem vel diversa vel alia.

Sed in entibus omnibus dicitur alterum eorum: sicut enim sequitur, quod omne ens enti est vnum cum ipso, aut non vnum aptum natum esse cum ipso, & ens & vnum conservatur, ita dicere oportet, quod idem & diversum est omne ens enti. Idem igitur & diversum talem habent ad invicem oppositionem, qualis determinata est: & aliud est idem cum diverso: quia aliud & diversum distantiam dicunt secundum substantiam, & utrumque illorum causatur à divisione quæ est causa pluralitatis & multitudinis: & ideo utrumque talem ad idem habet oppositionem, qualis est inter vnum & multum: & hanc iam in antè habitis sufficienter determinavimus.

Quot modis aliquid dicitur aliud ab aliquo.

In non entibus non est idemitas neque diversitas.

CAPVT III.

De differentia & diversitate & contrarietate.

Tex. 22.

Differentia verò & diversitas aliam quandam habent diversitatem siue determinationem: eò quod ista aliam habent respectum & resolutionem quam idem & diversum. Diversum enim cum sit diversum ab aliquo, non est necessarium esse diversum alicui in quo conveniat secum: & hoc est ideo: quia idem & diversum sequuntur omne ens. Omne enim ens omnino est aut idem, aut diversum, siue conveniat in aliquo cum ipso, aut non. Sed quia omnis differentia aliquid vnum in quo est potestate, dividit, ideo proprie loquendo id quod est differens ab aliquo per differentiam, est differentia alicui vni quod dividit cum opposita sibi differentia: propter quod necesse est, quod idem aliquid sit cum illo à quo dividit per differentiam: hoc autem idem in quo differentia conveniunt, est aut genere idem generalissimo, aut subalterno, aut est specie idem si habeant differentiam qualitarum actuarum vel passuarum accidentalium: omne namque differens, aut differit genere, aut specie: Et genere quidem differentia dicuntur, non quidem quorum non est vna coelementatio categoriæ, sed potius quorum non est vna communis materia quæ sit subiectum primum: & horum non est transmutatio ad invicem: possunt tamen esse in vna categoria, eò quod omnis differentia proprie loquendo est in genere predicamenti. Quorum autem non est aliquid vnum nisi ens & vnum, sunt quidem diversa ab invicem, sed non differentia proprie loquendo. Alia tamen & diversa sunt & largo modo differentia quæcumque secundum figuram categoriæ sunt alia & alia. Specie verò sunt differentia, quorum idem est genus proximum. Si autem idem est genus remotum, adhuc dicuntur eadem specie, sed minus proprie: & hoc modo si sunt species diversa, dicuntur etiam minus proprie differentia specie. Genus enim dicitur illud secundum quod ea quæ differunt specie, ambo idem & conveniunt dicuntur. Contraria verò dicuntur esse differentia: & ipsa contrarietas dicitur quædam esse differentia. Quia autem hoc bene supponimus sicut verum esse, palam erit per inductionem. Omnia autem quæcumque differentia sunt proprie, videntur in aliquo eadem esse, & non solum esse diversa in omnibus, sed quædam diversiorum sunt genere diversa, quædam autem non, sed sunt in eadem coelementatione categoriæ. Quæ autem sunt eadem specie, sunt in eodem genere. In aliis autem determinatum est quæ sunt eadem genere subiecti vel diversa: hoc enim in logicis logicè, & in libro cali & mundi physicè, determinatum est.

Tex. 23.

His enim quæ ibi dicta sunt, scitur quæ sunt eadem genere vel diversa. Paret igitur ex dictis, quod contrarietas quædam est differentia. Quia verò differentia contingunt ea quæ sunt ab invicem differentia phys & minus, oportet.

ter quod aliqua maxime sint differentia, quæ maxime distant à medio contractu in quo se differentia contingunt: & hoc est id in quo sunt potestate materię, & hoc est vniu quæ subiectum: illud enim diuidentes separantur ab invicem maxime hanc maximam differentiam quæ maxime distat dicimus esse contrarietatis: unde contrarietas est duorum sub vno genere differentium maxime distantia: & hoc est verum de pura & prima contrarietate. Quia verò distantia est in spatio loci per se, propter hoc contrarietas in loco cau à est contrarietatis in aliis: & ideo ponitur distantia ut causa in distinctione contrariorum vniuersali. Et huius causam nos iam assignavimus in libro de natura loci & locati, & in celo & mundo. Quia verò contrarietas maxima est differentia, & maxime distans, palam erit ex inductione: ea enim quæ genere distant, non proprie habent maximam ab invicem distantiam, eò quod non habent viam & spatium quo moueantur ab invicem: maxime autem distantium via est communis media: & huius signum est, quia diversa genere, si aliud non impediatur, sunt in eodem loco, nec mutuo se expellunt. Sed talia tamen diuersa continentur genus large loquendo distant magis & non sunt conuenientia sibi plus quam ea quæ differentia specie: & quia non habent viam ad invicem, sed sunt distantiam ultra viam, patet quia generationes sunt ex contrariis vltimis: aut si sunt ex mediis, oportet quod medium accipiantur ut participans vltimum: & ideo illorum continua est via ad invicem: inter autem contrarietates in quolibet genere acceptas, illa est maxime quæ est vniuersalis, & primo dividit generalissimum: dictum autem est, quod maxima distantia est contrariorum: maxima autem in quolibet genere est illa quæ est finalis extremi & impermixti contrarij ad suam finalis extremum & impermixtum contractum. Dicimus enim aliquid tunc esse maxime cuius non est hyperbole, hoc est, excessus: & dicimus aliud esse finalis & in fine, extra vel ultra quod non amplius aliquid distantius est accipere, vel habere possibile. Finalis enim differentia habet & tenet finem distantiam, sicut & omnia alia finalia finem habent dicuntur. Constat autem, quod extra vel ultra finem nihil est: finis enim in omni eo quod est, vltimum est & complementum: & ideo nihil est penitus quod egeat alio quo ulterius, quando ponitur finale rerum. Ex his igitur quæ dicta sunt, satis palam est, quod contrarietas finalis quædam est distantia. Cum autem contraria dicantur multipliciter, sequitur quod id quod finaliter est, ita sicut dictum est, quod habet maximam distantiam. Sunt enim contraria media & extrema, sicut dicimus: & hoc est ut si ita dicamus, quod esse contraria inest eis quæ maxime & finaliter distant.

vide per hoc 5 phy. tex. 17. 6. & com. 12.



CAPVT IV.

Quod tantum vnum vni est contrarium secundam oppositum vera contrarietas.

His autem sicut dictum est existentibus palam est, quia tali genere oppositionis plura vni opponi vel contraria esse possibile non est. Et huius causa est & ratio: quia ultimo nihil est vterius: quia quod per superabundantiam dicitur, conuenit vni soli: nec potest esse, quod vna distantia ab vna parte plura habeat vltima ad quæ terminetur: & hoc quidem est verum, si vera est contrarietas distantia vera duorum terminorum, & vnum & finale est terminus ex parte vna. Si verò hoc est in loco in quo prima est contrarietas, tunc necessarium est, quod etiam aliorum contrariorum sint veri & simplices vltimi termini. Finalis enim differentia est illa quæ plurimum differt: quæcumque enim sunt genere differentia, illa non est exterius extra distantiam accipere in specie sua: quia illa vni non habentia viam, sicut paulo ante diximus: ostendimus enim, quia ad ea quæ sunt extra genus, non est differentia horum quæ per distantiam continuam habent viam adiuticem: hæc enim distantia quæ contrariorum est, continuæ viæ est, & in eodem genere ea quæ sic plurimum distant, sunt contraria: maxima namque distantia horum, sicut sepius diximus, est finalis: & finalis est, quæ in eodem susceptibili plurimum differt: contrariis enim vna & eadem est materia. Nec sunt plurimum differentia, nisi ea quæ sunt sub eadem potentia materia: & hæc non possunt esse nisi simplicitate & extrema: & sic non potest opponi vnum nisi vni simplici.

Si autem quis obiciat, quod hoc in ethicis dicitur fallax signum: quia vnum quod est voluntarium, opponitur duobus inuoluntariis: vni quidem per ignorantiam dicto, reliquo autem per violentiam. Dicendum, quod in veritate per maximam distantiam non opponitur nisi vnum vni, sicut pro arum est: sed quia duo continent in se omne voluntarium: omnis enim voluntas est in ratione appetitus existens quidam: & ideo per formam rationis opponitur inuoluntario per ignorantiam, & per formam appetitus opponitur inuoluntario per violentiam: & sic inter quatuor formas, rationis videlicet & ignorari, & appetitus & violenti sunt due distantie maxima: & in vtraque oppositur vnum vni tantum.

Quod autem diximus, quod localis distantia prima est distantia contrarietatis, secundum quosdam habet calumnias: quia cum primum genus quod est subiectum & causa omnium aliorum, sit substantia, videtur quod contrarietas quæ est in substantia, sit prima contrarietas & causa contrarietatum aliorum: & sic non videtur esse prima contrarietas quæ est secundum situm & locum. Sed hæc & similia non difficile est soluere: quia cum dicimus locum esse generationis principium, & contrarietatem quæ

Obi. 2da

Salutio.

Itam in sub. 2da.

Salutio.

est in loco, esse causam aliarum contrarietatum, non accipimus locum vt spatium mathematicum, sed potius corpora quæ sunt locus locans alia corpora physica: & sic substantia quædam locantes & qualitates actiua & passiuas dantes corporibus locatis in ipsis: & ideo secundum rationem accepta prima contrarietas est quidem generis primi quod est substantia. Si autem secundum esse accipitur, tunc est prima contrarietas loci superioris & inferioris secundum differentias suas, sicut diximus in libro de natura loci & locati: hoc enim modo locus generationis est principium generationis quemadmodum & pater, sicut dixit Porphyrius. Cum autem dicitur, contrariorum maxima est distantia in eodem susceptibili, accipiuntur ambo contraria vt actus pateri educti de potentia susceptibili, quod medium est inter ea & æqualiter se habens ad vtrumque in quo sunt simul in potentia, sed non in actu, & vtrumque in potentia est ad reliquum, sicut statim patebit in sequentibus.

Capitulo de genere.

CAPVT V.

De oppositione priuationis & habitus, & qualiter contraria sunt priuationis opposita.

Prima autem contrarietas in quolibet genere est habitus & priuatio: & huius causa est: quia in omni genere prima principia eorum quæ sunt in genere, sunt potentia & actus: potentia autem sub priuatione existens priuatio nominatur: quorumcumque enim contrariorum alterum est vilius & minus nobis, hoc secundum priuationis modum determinatur, sicut frigidum ad calidum priuatio est, & album ad nigrum: de hoc autem sepe in pluribus locis determinatum est à nobis. Non tamen omnis priuatio alterum est contrarium. Multipliciter enim dicitur priuatio, sicut in quinto distinximus. Sed illa priuatio est contrarium, quæ est finalis secundum maximam distantiam: hoc enim supponit illam esse inter extrema: alia autem contraria quæ contrarietatis nomen & rationem participant per ista & secundum ista, contraria vocantur per aliquam ad ista analogiam: quædam enim dicuntur contraria, quia habent in se ista finalia contraria & componuntur ex ipsis, vt media inter album & nigrum: quædam autem dicuntur contraria, quæ faciunt aut sunt poemata siue operatiua ipsorum: alia autem dicuntur contraria, quia sunt de perfectione & mutatione istorum: & similiter se habet ratio aliorum quæ dicuntur contraria. Quæuis autem sicut ante dictum est, opponantur contradictoria & priuationis opposita & contrarietas & ea quæ sunt ad aliquid, non tamen hæc omnia genera similem habent modum oppositionis: palam enim est, quod primum genus horum oppositorum quidem est contradictoria, & contradictoria sunt extrema entis: & hoc dicitur primum, quia diuidit eas & non ens generaliter respectu omnis subiecti vnius: priuatio verò secundum quod est genus oppositionis quæ

Tex. c. 10.

quæ est contradictio quædam circa subiectum determinatum: diximus enim iam, quod si aliquid est quod non habet id quod impossibile est ipsum habere: aut si non habet id quod apertum natum est habere, hoc priuatum est aut totaliter, aut non habet illo modo, aut illo tempore quo determinatum est quod habere debet: multipliciter enim iam hoc distinximus, sicut prædictum est à nobis in aliis locis huius sapientie, in quarto videlicet libro, vbi omnes modi priuationum distincti sunt. Palam igitur est, quod priuatione opposita quædam contradictio sunt in potentia determinata, aut concepta cum susceptibili determinato, sicut cæcum & videns circa animalis oculum in tempore & modo quo debet habere visum: & quia sicut priuatio subiectum sibi de terminat cuius contrarietas supponit, contradictio autem non, ideo contradictio non est medium secundum se, sed priuationis est aliquando medium aliquod: & hoc manifestum inductione. Nam si contradictorie accipiam æqualis & non æqualis, de omnibus diuidunt verum & falsum: omne enim quod est, vel est æquale, vel non æquale est: sed si accipiam priuatione opposita, sic dicendo, æquale vel inæquale, non de omnibus possum dicere: non enim omne quod est, æquale, vel inæquale alicui est: sed æqualis & inæquale sunt solum diuidentia verum & falsum in eo quod est susceptibile æqualitatis & inæqualitatis, & hoc est genus determinatum, quod dicimus quantum vel quantitatem. Reducta ergo contraria ad idem susceptibile, accipiunt rationem priuationis & habitus, quia priuatio & habitus habent medium, & falsa sunt ambo de hoc quod non est proprium susceptibile eorum.

Si igitur generationes omnes & mutationes que sunt ad formam in materia determinata, sunt ex contrariis: sunt autem ex contrariis sic quod sunt ex specie aliqua siue speciei habitus, aut priuatione speciei & habitus & forme, tunc palam est ex hoc ipso, quod contrarietas est priuatio quædam, si omnis generatio est & mutatio talis, sicut dictum est: & præcipue ista que de non subiecto ad subiectum, vel de ubi iecto ad non subiectum: priuatio verò quæ est contrarietas, forsitan non est priuatio omnibus, sed quibusdam, sicut diximus. Causa verò est: quia multipliciter contingit priuari priuatum, sicut sepe determinatum est: ea enim sola contraria sunt proprie, ex quibus sunt adiunctæ mutationes vltimorum & maxime distantium: & illa sola sunt priuationes adiunctæ. Hoc autem palam fit per inductionem: omnis enim contrarietas quæcumque supponatur inducendo, habet alterum contrarium vt priuationem & potentiam. Non tamen hæc oppositio est similiber & æqualiter omnium, sed potius generis determinati: inæqualitas enim non est inæqualitas omnium, sed æqualitatis tantum est priuatio. Similiter & dissimilitudo non est priuatio omnium, sed similitudinis tantum: & similitudo non est priuatio nisi vtrius, & sic est in omnibus aliis per priuationem dictis.

Differt autem priuatio, sicut sepius dictum est: dicitur enim aliquid priuatum si est solum priuatum simpliciter, nulla adiecta determinatione: aliud autem dicitur priuationem

cum determinatione temporis, sicut imberbis in tempore adolescentie post pubertatem: & ideo puer non est imberbis. Aliud autem dicitur priuatum in aliquo membro: vnde lapis cæcus non dicitur, vel claudus, vel surdus. Aliud etiam dicitur secundum aliquam ætatem determinatam, vt cæculus cæcus post nouem dies. Et aliquid dicitur priuatum in aliquo proprio sibi conueniente. Et aliquid dicitur priuatum tempore, sicut claudus qui non habet rectas tibias, in quocumque tempore non habeat: & propter hoc horum quæ priuatione opponuntur & contrariæ, est aliquando medium aliquod: vnde videmus, quod est homo qui neque bonus neque malus est bonitare & malitia ciuilibus, sicut is qui incivilis est & rusticus. Aliquorum autem priuatione oppositorum non est medium circa proprium susceptibile, sicut parisi & imparisi circa lineam. Amplius autem eorum quæ habent medium, alia habent medium determinatè suppositum & diffinitum: alia autem non, sed medietas eorum est indeterminata & indiffinita. Ex omnibus igitur istis palam est, quia semper alterum in contrariis dicitur secundum priuationem.

CAPVT VII.

De mediata & immediata oppositio, & qualiter vnum vni vel duobus vel pluribus opponitur.

Est intelligendum, quod siue vnum & multum principia sint aliorum contrariorum, siue genera, hæc duo insufficiunt: quia ad vnum inducitur vnum contrarium, & alterum ad multum: & hoc diuersificantur secundum diuersitatem generum, sicut superius in hoc eodem libro ostendimus: insufficiunt autem ideo ista principia vel generibus sumpta: quia omnia alia referuntur ad ista per idem quod causatur ab vno, & diuersum quod causatur a multo vel pluri. Quoniam verò sicut prædeterminatum est, vnum vni est contrarium, forsitan dubitabit aliquis quomodo potest opponi vnum ad multa, cum multa non sunt vnum, nec vna natura aliqua: & quomodo potest esse, quod æquale opponitur magno & paruo, quæ non sunt vnum. Querentes per hanc dictionem, vtrum, semper ponimus eam in contrapositione & tali contrapositione, quæ diuidendo infert alterum per repositionem. Dicimus enim querentes de contrariis, vt verum hoc est album, aut nigrum: vt querentes in contradictione per verum, dicimus, verum est hoc album, aut non album: & querentes in priuatione oppositis, dicimus, verum est hoc cæcum, aut videns: & in ad aliquid querentes, dicimus, vtrum est hic pater, aut filius. Sed de his quæ sibi non contraponuntur, non dicimus querentes per vnum. Non enim dicimus querentes, vtrum hoc est album, vel homo: quia neutrum potest esse, & vtrumque potest esse. Non ergo in talibus non oppositis querimus per vnum, nisi per accidens, & suppositione intentionis dicimus se



aliqua habere ad aliquid vnum vt opposita, licet opposita non sint, sicut dicimus, vtrum venit Eleon, aut Socrates: intendentes, quod alter, & non reliquus, nec vterque debet venire: tunc enim diuisim vt contraria Eleon & Socrates se habent ad venire: hoc tamen secundum necessitatem non est verum in aliquo genere, quod alterum talium semper inferatur sine reliquo: & huius causa est: quia non sunt opposita, Socrates & Eleon, sed ex suppositione per accidens hoc idem euenit in talibus quod euenit in oppositis. Sola enim opposita proprium habent hoc quod non contingit ea simul secundum actum existere: & hoc proprio oppositorum vtrius sic inter gans quando dicit, quis eorum venit, Eleon, aut Socrates? posito, quod non ambo simul venire possint, & ignoretur quis eorum veniat, Si enim daretur, quod contingeret eos simul venire, derisio esset interrogatio per vtrum, quando dicitur, vtrum venit Socrates, aut Eleon? Si vero etiam ita se habet in omni interrogacione facta per vtrum, tunc omne de quo interrogatur per vtrum, similiter & secundum vnum & eundem modum incidit in contrapositionem, quae est in genere contrariorum vnius & multi, sicut si interrogarem, vtrum vterque simul veniant, aut alter? & attendatur oppositio inter vtrumque quod est plura, & alterum quod est vnum supposito, quod haec oppositio queratur.

Tex. c. 18.

Si autem sicut iam bene determinatum est, interrogatio quae est ipsius vtrum, semper est in oppositis, videmus autem, quod queritur, vtrum aliquid sit maius, aut minus, aut aequalis tunc quae amamus, quae sit contrapositio aequalis ad ea quae sunt maius & minus. Non enim alteri soli est contrarium, vt videtur, per naturam interrogacionis facta per vtrum, nec ambo potest esse contrarium, vt videtur secundum praedicta, vbi probaturum est vnum vni esse contrarium. Quod enim amovetur sit contrarium, videtur ex hoc quod non magis aequalis videtur opponi maiori quam minori. Amplius autem si dicat aliquis, quod aequalis opponitur maiori & minori per rationem inaequalitatis, quae est in vtriusque: tunc queramus, quomodo aequalis contrarium est inaequali? aut enim hoc quod dico, inaequalis, est in pluribus, ita quod significet plures naturas quae sunt convenientes diuisim maiori & minori, aut est in vno, ita quod significet vnam naturam, qua opponatur vtrumque illocum in vna communi natura: & si dicatur, quod inaequalis significet vnum & idem, quae est vna natura simul in amobus, tunc sequitur, quod sit oppositum amobus. Illa enim natura vna non est potentia subiecti, eo quod illa nulli opponitur: erit igitur haec natura forma & actus per quam opponitur maiori & minori: & ex hoc sequitur, quod inaequalis sit, nec maius, nec minus: & quod nec minus, est aequalis: ergo inaequalis est aequalis, quod est impossibile.

Tex. c. 19.

Si autem aequalis dicatur duas naturas significare, quarum vna conuenit maiori, & altera minori, adhuc quidem iuuat negatio & inducit, vt hoc dicatur illi qui dicunt inaequalis esse dualitatis maioris & minoris: sed ex hoc sequitur, quod vnum quod est aequalis, duobus est contra-

rium, quae vt duae naturae assignantur in eo quod est inaequalis per negationem inaequalitatis, hoc est contra hoc quod iam subtiliter determinatum est, quod tantum vnum vni opponitur: impossibile est igitur vnum duobus opponi. Amplius aequalis medium quoddam videtur esse magni & parui: & ex hoc iterum alia oritur difficultas: videtur enim, quod contrarietatis nullum sit medium profus: quia ex diffinitione contrarietatis quae supra posita est, videtur non posse esse mediatio aliqua contrariorum: quaecumque enim esset mediatio illa, non esset, nec esse posset distantia finalis: sed potius illa distantia quae mediationem habet, semper habet medium aliquid propinquum, & illud semper sumet participando extrema secundum diuersum modum: quae autem sic sibi mediando appropinquant, non maxime distant. Cum igitur contraria maxime distent, contraria non videntur esse, quae medium habent: & sic multa priuatiue dicta non sunt contraria: quod iterum est contra superius disputata. Restat igitur, quod aequali opponatur inaequalis, aut sicut negationi aequalitatis, aut sicut priuationi eiusdem: & sic vtrum vni opponatur. Sed hoc iterum videtur stare non posse: quia non videtur aequalis opponi tantum alteri, sed duobus amobus. Dicatur ergo ratio quae magis opponitur magno, quam paruo: oportet igitur, quod negatio eius quod dicitur inaequalis, quae est priuatiua, sit horum amobus quae sunt maius & minus: & ideo per prius & rationem simpliciter dicitur inaequalis ad vtrumque, & non ad vnum per alterum. Dicimus enim quod erentes per vtrum, vtrum hoc est maius vel aequalis, aut vtrum est hoc aequalis vel minus: & hoc quidem est verum: quia aequalis dicitur medium excedentis & excessu. Medius autem in eo quod medium, forma est comparata ad duo: & ideo duo habet opposita, nec impedit, quin contraria maxime distent, quamuis haec erant media: quia medium non impedit distantiam extremorum. Sed vnum aliquando medium plus distat ab extremo secundum oppositionem generis, quam extremum ab extremo, sicut est in proportionibus & in his quae pertinent ad electionem: quia medium duarum malitiarum est virtus quae in genere boni, & duae malitiae ambae sunt in genere mali, secundum quod bonum & malum sunt genera eorum quae secundum mores determinantur. Nihilominus tamen extrema secundum potentiam distantiam & extensionem eius maxime distant: & haec potentia est proportio susceptibilis & subiecti ad actum contrariorum: quia cum medium iymbolum habeant cum extremo, facilius est transmutatio a medio ad extremum, quam ab extremo ad extremum: & ideo maior est distantia extremi ad extremum, quam extremi ad medium, vel e conuerso. Medium enim est, in quod prius venit transmutatum quam in extremum, sicut dictum est in 6. physicorum.

Attendendum autem est, sicut & supra diximus, quod priuatio habens medium, non est semper quaecumque causa: sed oportet, quod sit generis determinati: non enim vetum est, quod omne ens omni enti sit aequalis, vel maius, sed tantum illud in quo aptum natum est esse aequalis,

*M d il non  
impedit ex  
remorum  
dist. iam.*

le, & maius, & minus: est enim aequalis alteri, quod neque ad ipsum magnum, neque paruum est, sed est aptum natum esse aequalis sibi, & magnum esse, & paruum: & aequalis quidem opponitur amobus illis, prout ipsa sunt negatio priuatiua significata per inaequalis: quapropter etiam tale oppositum mediarum est, sicut etiam in moribus, quod neque malum est, neque bonum, opponitur & bono & malo: sed medium tale in proportionis adinuicem & contrariis est incommensurable & multipliciter dicitur: hoc est necessarium: quia non est vnum tantum medium secundum vnicam proportionem tantum susceptibile contrariorum, sed secundum multas & indefinitas: & ideo magis & significantius dicitur per abnegationem vtriusque extremorum, sicut si medium inter album & nigrum dicatur, quod nec est album, neque nigrum: hoc enim medium non dicitur vnum tantum vnicae proportionis & participationis extremorum, sed dicitur modo quodam infinito, sicut colores medij in quibus ipsa dicitur priuatiua negatio, quando dicitur, neque est album, nec nigrum: hoc enim est necesse, aut sabaluum esse, aut pallidum, aut tale aliquid medium. Et ex hoc patet, quod illi qui opinantur, quod omnia media oporteat propriis dici nominibus, non recte corrigunt dictionem quando medium nominatur per abnegationem extremorum. Opinatur enim illi, quod si medium nominetur per abnegationem extremorum, quod inter quaecumque quocumque modo abinuicem separata multa hoc modo possunt dici media: si enim hoc verum esset, tunc inter pedem & manum, quae sunt membra distantia in corpore, est medium, quod neque pes, neque manus: hoc enim dicunt: quia & id quod neque bonum est, neque malum, est boni & mali medium: & hoc dicunt quasi talia media sint aequaliter omnium est, & non determinent sibi genus determinatum: hoc autem, sicut iam ostendimus, non est necesse accidere: eorum enim quae sunt opposita quae significantur in negatione quae est medium quod est inter ea, est aptum natum esse distantias, quae sunt generis determinati: haec enim sunt extensiones potentiae determinatae: aliorum vero non est talis differentia distantiae abinuicem, eo quod quorundam congregationes & coelemtationes sunt in alio quodam genere, neque cum istis habent vnum subiectum: & ideo nec adinuicem habent proportionem, neque mutantur adinuicem.

## CAPVT VIII

De solutione dubitationis quae est de  
oppositioe vni & multi.

Tex. c. 20. Est autem similis cum inductis dubitatio: si enim detur, quod multa simpliciter opponuntur vni, sequitur impossibile & inconueniens. Sequitur enim, quod vnum erit aut paucum, aut pauca, quod est inconueniens. Si enim multa paucis opponantur, & vnum vni tantum opponitur, oportet quod vnum sit paucum: & ex hoc sequitur, quod vnum sit

plura: quia omnia pauca sunt plura. Amplius si concedatur, quod duplario est multiplicatio: tunc enim sequitur, quod duo sunt multiplex: ergo multa: & ex hoc sequitur, quod vnum paucum: quia si duo sunt multum, cum non possint esse multum, nisi ad vnum: omne autem multum dicitur opponi paucis: ergo vnum est paucum ad quod dicitur multum, quod est duplario: nihil enim est paucius duobus nisi vnum. Amplius sicut breue & proclatium sine longum se habent ad longitudinem, sic ad pluralitatem se habent multum aut paucum: sed in longitudine tam breue quam productum est linea & non punctus: ergo in pluralitate tam multum quam paucum est pluralitas: essentia est autem, quod vnum est paucum: ergo vnum est pluralitas, quod est absurdum.

Amplius hoc quod est multum & multa, simul est quoddam multum pluralitatis: huius enim non est instantia, quin semper multum sit multa, nisi in quodam continuo humido & indeterminate, sicut est aer & aqua: quia aqua est multum & non multa pluralitate aliqua, sed in numeris semper quod est multum, est multa pluralitate: sed secundum hoc paucitas erit pluralitas quaedam: & quia paucitas etiam est pluralitas, & quod est paucum hoc modo, est pauca: & ex hoc sequitur, quod vnum sit pluralitas quaedam, si conceditur vnum esse paucum: necessarium autem est concedere vnum esse paucum, si concedatur duo esse multa, sicut ante probatum esse videtur: & hoc est inconueniens. Sicut autem diximus, multum dicitur aliquando multa, & aliquando multum dicitur differenter a multis, velut aqua quae dicitur multa aqua, & tamen non dicitur multa pluralitate. Sed in his quae sunt multa pluralitate, sunt ea quae sunt diuisibilia in actu plura vel diuersa, & dicuntur multa tantum vno modo: & hic modus est, quod pluralitas habens excedentiam ad aliam pluralitatem, dicitur multa respectu ipsius: aut si habet pluralitatem illam excedentiam simpliciter quae est excedentia enormis ad aliam pluralitatem: & contrario autem dicitur paucum, quod est pluralitas defectum habens, aut simpliciter, aut respectu alterius pluralitatis excedentis eam: & vtrumque istorum est tanquam numerus, aut tanquam id quod non opponitur nisi vni: subiectum enim multi & pauci non habet oppositionem nisi ad vnum: eodem enim modo dicitur multum & multa, sicut dicimus vnum & vna, aut album aut alba. Omnia enim haec alter & aliter dicuntur in generibus diuersis, sed in genere numeri habent se sicut dictum est: & tunc ex hoc soluitur inducta questio: quia sicut mensurabile dicitur ad metrum, & ad metrum quod est mensurabile, & ad mensurabile, sic adinuicem dicuntur multiplicationes: omnis enim numerus est quaedam multa, & sic numerus est vnum, sicut mensuratum est vnum. Omnis enim numerus mensurabilis est vni quod numerat ipsum: & etiam est omnis numerus compositum quoddam vni mensuranti: sed non omnis numerus est compositus ex paucis: quia duo est numerus, qui nec componitur ex multis nec ex paucis: tamen vna sunt quae sunt vnum paucum & multum: & inter hoc vnum est tantum metrum.



erum: sed paucum est & metrum multi & mensuratum uno, multum autem simpliciter est mensuratum. Secundum prædicta duo quæ sunt pauca simpliciter sunt multa, hoc modo duo dicuntur multa esse pluralitas non habens excessivam: duo enim est numerus non habens excessivam ad aliquid quod sit numerus, & non habens excessivam simpliciter. Non enim est excessiva duo, sed potius duo sunt duas res est primum, quod in numeris est pauca simpliciter: binarius enim est primum in numeris simpliciter defectum habens in pluralitatis excessu. Propter quod etiam non recte affirmavit Anaxagoras suam positionem dicens, quod simul sunt omnes res simpliciter & sunt infinitæ paritate: loco enim paritatis debuit dixisse paritate: quia paritas est passio pluralitatis, & non paritas: non enim sunt finitæ homogenea quæ ponit Anaxagoras: quia paucum neque propter unum, ut dicunt quidam, neque propter duo. Quod autem non propter unum, patet quia paucum est plura. Quod autem non propter duo, patet, quia duo est multum quoddam, & multum opponitur paucis. Hoc autem ante determinatum est.

Tex. c. 21. Dicamus igitur questionem soluentes, quod unum opponitur multis per se peccatum, sicut metrum opponitur ei quod mensuratum: aliqua autem sunt ad aliquid per accidens, ut illa quædamque non secundum se sunt ad aliquid per hoc ipsum quod sunt, sed potius quia alia quædam relata sunt ad ipsa. In his enim relatio est in alio extremorum tantum secundum esse, & in reliquo est tantum secundum rationem: est autem a nobis dictum in 5. huius sapientie libro, quia ea quæ sunt ad aliquid, dupliciter sunt ad aliquid. Alia namque sunt ad aliquid sicut si per oppositos respectus contraria tunc contraria sunt. Alia vero dicuntur ad aliquid non per oppositos respectus, sed per se peccatum unum quod sit ad alterum, & non e converso, sicut scientia ad scibile & peccatum habens non convenit: unde scibile est ad aliquid, quia aliud aliquid ab ipso dicitur ad ipsum. Unum vero nihil potest esse minus aliquo ut duo: us, & non propter hoc sequitur, quod sit paucius aliquo: quia non sequitur, si est minus, quod sit paucius: pluralitas enim quasi quoddam genus est numeri: numerus enim est pluralitas mensurata: unde etiam unum & numerus opponuntur, non ut contraria, sicut innuunt prædicta, sed potius, sicut dictum est, ut quædam ad aliquid dicta, quorum unum respectum habet ad reliquum secundum esse, & reliquum non est ad illud nisi secundum dici & secundum esse absolutum: non enim ei opponitur numerus & multum, nisi in quantum est mensurabilis numerus: & multum nec unum opponitur multo & numero, nisi in quantum est metrum: propter quod non sequitur, quod omne quod est numeri per aliquem modum, sit numerus: quia veritas est numeri, est enim metrum, & tamen veritas non est numerus. Si quid enim indivisibile est, numeri quidem est, sed non numerus. Similiter ad aliquid dicta est scientia ad scibile, sed scibile ad scientiam non reddunt per relationem illi qui bene naturam relatorum considerat. Videtur tamen aliquibus scientia

mensuratum esse, & quod scibile sit mensuratum: sed e contrario est secundum veritatem: & ideo accidit per consequentiam, quod omnis scientia est scientia scibilis, sed non omne scibile est scientia: quia modo quoddam scientia mensuratur per scibile: unde scientia numeratur secundum scita: & sic opponitur unum & multum, ita quod multum est ad unum ut ad metrum suum: pluralitas autem non est contraria paucis, sicut genus non est contrarium speciei: sed hoc est quod multa est, sicut pluralitas excedens ex pluralitate aliqua superexcedente: & sic nec unum omni modo est contrarium pluralitati nisi secundum formam, sicut dictum est: quia pluralitas est quid divisibile: unitas vero est quid indivisibile: unde multitudo & pluralitas sunt ad aliquid sicut scientia scelerum ad scibile. Aliud autem est quod unum non secundum se ad aliquid est, sed sicut metrum: & hoc est ad aliquid secundum dici solum: & hoc accidit ei in quantum est metrum: multum autem & paucum opponuntur ad aliquid, ita quod utrumque est ad reliquum, eod quod unum dicitur excessum, & alterum dicitur defectum: & hæc sunt verissime ad aliquid secundum oppositos respectus. Si autem est contrarietas inter unum & multa, hoc non est nisi gratia formarum, sicut iam dictum est. Et per hoc patet solutio dubitatorum.

CAPUT II.

In quo probatur, quod media eiusdem generis sunt cum extremis, & quo componuntur de ipsis.

Quomodo vero iam ostendimus in ante habitis, quod contrariorum contingit esse medium, sequitur necessarium, quod medium contrariorum & ipsa contraria quorum est medium, sunt in eodem genere: hoc autem patet ex ipsa medijs ratione. Medium enim illud dicimus esse, in quod prius necessarium est permutari id quod permutatur quam in extremum, sicut quod permutatur ex gravi, quod est hypate, dictum est ad hoc quod est acutissimum in cantu, si continue transit de extremo ad extremum, oportet quod continue veniat per minimas differentias & rationes mediocrium qui sunt medijs prout sine soni. Quod autem dico, quod hoc est verum si continue transit, ita dictum est: quia in continuo transitu sunt quædam media secundum naturam & potentiam omnia, sed non ut in actu distincta, sicut etiam in physicis determinamus, quod in quolibet motu sunt media secundum potentiam infinita: sicut enim in colore quando est continua mutatio ex alio in nigrum, profecto prius venit in punicum, & plumbeum, & omnes alios medios secundum esse materiale acceptos. Et hoc secundum unam similitudinem est in omnibus aliis in quibus est continua mutatio ab extremo in extremum: non enim contingit permutationem fieri ex uno genere in aliud genus, nisi secundum

5. met. 12. com. 20.

Tex. c. 21

secundum accidens: sicut si dicamus ex colore aliquo permutationem in figura non quidem per se, sed quia ex alteratione coloris simul & figura permutatur, sicut etiam mutatur figura, quando nix liquefit in aquam: & hoc est secundum accidens: & ideo inter genera diversa per se non est medium: quia duo genera diversa in quantum sunt sunt duæ potentia, ex quibus extenditur oppositio formarum, quæ est sequendum speciem: & licet ad diversitatem generum sequatur diversitas specierum, tamen hæc non est alia de causa, nisi quia negata potentia negatur & actus: & ideo non sequitur, si non sit permutatio inter genera, quod non sit permutatio inter species: sed si est permutatio inter species unius generis, sequitur quod omnia media sunt de genere illo in quo sunt extrema. Igitur necesse est, quod media & extrema quorum sunt media sint in eodem genere: omnia autem media sunt media quorundam oppositorum, inter quæ est permutatio: non enim est permutatio per se nisi inter opposita. Et hæc ratione iterum apparet, quod impossibile est, quod aliqua sint media nisi oppositorum: & ea quod sunt eiusdem generis, minus sunt opposita: quia si essent media aliqua non de natura oppositorum, tunc cum per media sit permutatio, posset esse permutatio ad non opposita: quia cum motus sit via & fluxus quidam, non ducit ad extremum, nisi quod est de natura medijs: oppositorum autem quæ sunt opposita secundum contradictionem non est medium aliquod: contradictio enim est contrapositio quædam, cuius altera quæcumque pars est semper & eterniter vera & non permixta cum falso: & si daretur, quod altera pars non esset semper sic impermixta, sequeretur quod contradictio non nullum medium haberet: & sic contradictio non duceret verum & falsum: quæ omnia in quarto huius sapientie libro reprobata sunt: inter contra dicta igitur non est motus, sed mutatio quæ finis motus est, non motus, sicut in physicis demonstratum est. Contrariorum vero quæ per contrapositionem opponuntur, quædam sunt ad aliquid, quædam opponuntur privative, & quædam contrarie: sed inter ea quæ sunt ad aliquid, quæcumque cum oppositione ad aliquid non sunt contraria, non habent medium. Causa vero est: quia quædam relatorum non sunt in eodem genere: sicut enim diximus, aliquando unum ad aliquid ditorum esse relatorum secundum suum esse, & non secundum reliquum: & tunc non sunt in eodem genere: & habitum est supra, quod de genere in genus non est permutatio: quid enim posset etiam fingi medium scientia & scibilis, per quod est motus de scientia ad scibile sicut scitum. In aliis autem relatiis quæ ambo in eodem genere sunt, non potest esse motus: quia sicut diximus in ante habitis, motus est de potentia ad actum: sed duo opposita secundum relationem sunt duo actus, quorum neutrum est in potentia ad alteram, sed posito uno ponitur & alterum. Sed si quæ relatorum sunt contraria vel privative opposita, illa habent medium, sicut magni & parvi medium est æquale.

Tex. c. 21. Si autem, sicut ostensum est, media contrariorum sunt in eodem genere, tunc sequitur

necessario, quod componantur ex eisdem contrariis, quorum ipsa sunt media. Eæo autem componi medium dupliciter: aut enim componitur ad actum & formam medijs ex formis contrariorum, sicut in coloribus medijs: aut componitur ad potentiam & virtutem medijs & non ad actum, eod quod participat aliquo modo virtutes extremorum & non actum, sicut est in medijs ipsi & strus: & sicut est in qualitatibus quæ non habent medium secundum actum. De hoc tamen alibi à nobis determinatum est: talium enim mediocrium & contrariorum, aut est aliquod genus commune, cuius potentia extenditur in illa: aut nullum est genus eorum. Non potest autem dari, quod nullum genus sit alium: & si dicatur, quod ipsorum sit aliquod genus, oportet dari, quod aliquid sit prius medijs in genere illo: quia licet species conquiratur sint in genere secundum quod sunt species, tamen quando genus secundum esse accipitur, & ea quæ sunt sub genere, sunt contraria & media, minus erunt extrema non coarctata medijs, sed principia eorum & causa: & sic in genere est aliquid ante media: sed constat, quod extremorum contrariorum differentia quæ priores sunt medijs, sunt constituentes & facientes species contrarias quæ sunt quasi generis species: ex genere enim & differentia constituitur species. Quibus igitur talis differentia constitutiva est sicut albi & nigri, est talis prioritas ad media, & per tales differentias primas: albedo quidem est color segregarijus, nigredo autem est color congregarijus. Et ipsæ differentie quæ sunt priores in genere coloris, sunt segregarij & congregarij: & illa contraria quæ illis differentis constituuntur, sunt priora & simpliciora: illa autem quæ sunt contraria siue contrarietate modo differentia, sunt magis contraria quam illa quæ non sic differant primis differentis. Reliqua autem sunt media & secunda, quæ secundum ordinem naturæ sunt mixta siue composita ex genere differentiarum extremarum, sicut patet in omnibus coloribus qui sunt medijs. Illi enim sunt albi & nigri secundum compositionem diversam. Igitur cum compositum sit in genere componentium, oportet quod medijs colores dicantur esse de genere in quo sunt albi & nigri. Est autem hoc genus color, & est color ex quibusdam differentis primis constitutus contraria: hæc autem quæ sunt media, non sunt contraria prima, sed potius sunt ex primis. Si autem hoc negaetur & diceretur, quod media constituuntur ex simplicibus primis & genere, tunc sequitur, quod nullus sit medius, sed omnes extremi: & sic quilibet mediocrium erit albus vel niger color, quæ sunt extrema. Oportet igitur dici, quod due facta media sunt primorum contrariorum, & hoc est necessarium: & secundum prædicta primæ differentie essent segregarij luminis & congregarij: hæc enim differentie primæ sunt querendæ, per quas media constituuntur secundum compositionem. Quæcumque vero sunt veræ & simpliciter contraria in genere aliquo, illa non sunt composita ex aliquo mediocrium suorum. Necessarium est enim, quod illa quæ sunt in eodem genere composita, componantur ex compositis & simplicibus tridecim generis, aut quod maneat

Compositio medijs ex extremis dicitur in 5. sapientie libro.







materialia sunt carnes & ossa, ex quibus est hoc & hoc. Sed hoc diuersum in numero est integrum totum differens ab alio toto integro. Species autem & formæ substantiales non sunt diuersæ per se. Et huius causa est: quia materialis contrarietas non est in ratione dicente formam dantem substantiam quæ est species, sed hoc demonstratum est vltimum integrum indiuiduum quod in materia conceptum est, sicut Callias. Callias enim est ratio & forma quedam concepta cum materia: & similiter albus homo, si Callias est albus. Patet igitur, quod secundum accidens materia est homo albus: similiter autem est hoc in his quæ secundum rationem non concipiunt materiam si in materia sensibili accipiuntur: æreus enim circulus & ligneus non differunt specie circuli, sed per materiam tantum. Similiter autem & triangulus æreus & circulus ligneus qui differunt specie, non est hæc diuersitas propter materiam diuersitatem, sed potius ideo quia in ratione speciei & formæ trianguli & circuli inest differentiarum contrarietas, quæ diuidunt figuram & constituunt secundum speciem triangulum & circulum quando diuidunt figuram trilateralem & rotundam. Tamen forte aliquis quæret, utrum materia facit diuersitatem speciei quando ipsa est diuersa secundum speciem, aut non: aut si facit aliquando diuersitatem speciei, & aliquando non: quia quidam dixerunt, quod in mathematicis quidem non facit diuersitatem speciei quando est diuersa secundum speciem, ut in circulo ligneo & triangulo æreo: quia illa non recipiunt materiam in sua definitione: aliquando autem facit sicut in physicis quæ concepta sunt cum materia, & materia cadit in definitione ipsorum. Nam si quæretur, quare hic equus ab hoc homine diuersus est secundum speciem: forte causa sumitur tam ex forma quam ex materia, cum ratio talium sit concepta sic cum materia, sicut in antè habitis in sexto & septimo huius sapientia libro determinatum est. Aut eum hæc contrarietas est ideo: quia contra contrarietas differentiarum equi & hominis cadit in ratione definitionis ipsorum: & materia sola non est huius aliquid causa: nec etiam materia cum forma facit hoc, sed forma sola, quæ quia concepta est cum materia, ideo recipitur materia in definitione: sed tamen ipsa non est aliqua causa diuersitatis, sicut videmus in planioribus exemplis albi hominis & nigri equi diuersitas est secundum speciem: sed hoc non est in quantum hic est albus & ille niger: & hoc patet: quia si daretur, quod ambo essent albi equus & homo, tamen adhuc diuersi essent secundum speciem: & ex hoc patet, quod accidentia quæ sunt ex materia & ipsa materia, non sunt causa diuersitatis.

Et hoc habitò, questionis superius inductæ facilis est solutio: quia verum est, quod masculinum & femininum sunt animalis propria passiones, sed non differentia: & ideo omne animal est masculinum vel femininum & animal recipitur in definitione masculini & feminini: sed non sunt differentia: quia cauentur ab accidentibus materia quæ subicitur generationi. Unde non sunt differentia secundum substantiam formæ acceptæ, sed potius secundum suas causas sunt in materia & corpore: & hoc patet

*Forma sola  
quæ cum  
materia  
concepta  
est.*

per hoc quod idem sperma sit femina & masculina, si contraria paritur secundum calorem & frigus, sicut nos in scientia de generatione animalium determinauimus.

CAPVT XII.

*Quod corruptibile & incorruptibile differunt secundum genus.*

EX his autem quæ dicta sunt, oritur questio non dissimulanda quam in istius libri decimo sine ponemus. Diximus enim, quod contraria quæ sunt in ratione formæ, diuersificant speciem: ea verò quæ sunt secundum materiam, speciem non diuersificant. Sunt autem quedam contraria corruptibile & incorruptibile, & mortale & immortale, quæ à qualitatibus actiuis & passiuis in materia videntur causari: & ideo oportet quæri, utrum ipsa diuersificent speciem vel non, aut neutrum eorum, licet possunt conuenire eidem specie vel genere: videretur autem statim, quod cum incorruptibile dicitur secundum priuationem, quod illa priuatio sit in aliqua potentia determinata, & non vniuersa cum aliqua potentia, quæ deduci possit ad corruptibile. Et hoc patet ex hoc: quia sicut in primo celi & mundi probatum est, incorruptibile est, quod habet potentiam ad temper esse, & corruptibile quod habet potentiam ad quandoque non esse. Si igitur ista simul sint in vno genere, non potest hoc esse nisi altero duorum modorum. Aut enim sunt differentia: eorumque in genere: & sic ex vna potentia producitur actus temper existendi, & actus quandoque non existendi, quod esse non potest: quia cum genus designet materiam sub potentia quæ est inchoatio formæ existentis, oportet quod vna esset communis & vniuersa materia ex qua duobus generantibus produceretur id quod habet potentiam temper existendi, & id quod habet potentiam quandoque non existendi, & quod ista duæ potentia essent vnum in radice, quod nullus accipit intellectus. Aut oporteret, quod illud esset alio modo, sic videlicet quod incorruptibile non dicit differentiam eorumque corruptibili, sed genus quoddam, sicut supra diximus rationale dicere generale quoddam & non differentiam specificam: & si hoc modo dicitur, tunc cum idem sequatur quod prius: quia illud generale deducitur ad differentias specificas per specialissimam aliquam differentiam: & sequetur idem quod prius: quia semper in radice prima erit designatio alicuius potentia quæ est idem corruptibilis potentia: & sic vnum inchoans secundum essentiam habebit corruptibile & incorruptibile, quod absurdum est secundum naturam. Necesse est igitur diuersum genus & non tantum specie esse corruptibile & incorruptibile. Quod enim ratione sola commune accipitur, & non designat materiam, in physicis & rebus inutile est & vanum. Sed tamen ea quæ nunc diximus, vniuersalibus sermonibus & logicis dicta sunt, accipiendo illa nomina, corruptibile & incorruptibile, vniuersaliter, non referendo ad determinatum aliquod sed,

sed accipiendo ea in communitate logica, prout quidam sunt logicis inducti rationibus, qui opinati sunt, quod necessarium non sit, quod corruptibile & incorruptibile differunt specie: cum tamen secundum veritatem eorum generum in se differant. Dicunt enim illa specie non differre, sicut nec album & nigrum differre: ut specie: & isti sunt tam Stoici quam etiam Epicuri, qui dicunt corruptibile & incorruptibile esse accidentia ex his, quod aliqua sunt in materia vel separata: & hoc quidem est dictum Stoicorum. Epicuri autem dicebant corruptibile & incorruptibile eodem acciderre ex hoc quod est in materia vel simple materia, sicut paruit, cum defectis his in primo huius sapientia libro disputauimus. Secundum hos enim & præcipue Stoicos qui ponunt ideas, idem specie contingit esse corruptibile & incorruptibile & simul, si concesserimus, quod hæc duo ad vniuersale quod est species, referuntur: sicut enim contingit, quod aliquis homo est albus, & aliquis homo est niger simul sub hoc vniuersali quod est homo: ita contingit, quod vnus homo est corruptibilis, & aliquis incorruptibilis, sub hoc vniuersali quod est homo, quod est vniuersale ad separatam & ad non separatam: & in singularibus sicut contingit, quod vnus & idem homo aliquando est albus & aliquando niger successiue & non simul, ita contingit, quod vnus & idem homo separatus est incorruptibilis, & coniunctus cum materia est corruptibilis, sed successiue, non simul, quæ sunt absurda.

Sed solutio dubitationis istius est secundum Peripateticos, quod harum duarum contrarietatum quæ sunt album & nigrum, & corruptibile & incorruptibile, altera quidem inest per accidens, sicut ante diximus: hoc enim per accidens inest quibusdam quæ est album & nigrum quibusdam, sicut & alia multa insunt per accidens materia: alia autem non est per accidens, sicut est corruptibile & incorruptibile: hæc enim non insunt per accidens. Accidens


enim contingit non existere, corruptibile autem omnino de necessitate corrumpitur: & sic est de numero eorum quæ ex necessitate existunt in omnibus his qui sunt inest. Si quis autem dicit, quod non ex necessitate corrumpitur, tunc sequitur, quod est idem & vnum specie simul, & idem & vnum numero successiue corruptibile & incorruptibile. Si enim idem ipsum corruptibile contingit non existere corruptibile, vel idem ipsum incorruptibile contingit non existere incorruptibile, hoc enim ipsum paulo ante demonstrauimus: aut igitur hoc inconueniens dabitur, aut oportet dicere, quod corruptibile & incorruptibile sunt substantia & forma: aut idem in se substantia formæ existens, corruptibile quidem corruptibile, & incorruptibile incorruptibile vnicuique: & hoc quidem est verum. Eadem autem ratio est si dicatur corruptibile esse secundum accidens: idem enim erit corruptibile & incorruptibile, quod est absurdum: cum ambo ista quæ sunt corruptibilis & incorruptibile, de numero eorum quæ de necessitate sunt, existant, & sint in ratione formarum differentiarum. Igitur si corruptibile & incorruptibile habent contrapositionem secundum primum modum contrarietatis per se & non secundum accidens, necesse est, quod ista genere diuersa sint, non tantum specie, sicut paulo ante diximus. Palam igitur est, quod hæc differentias secundum esse acceptas in vno communi non contingit esse species quibusdam separatas, sicut dixerant esse Stoici, ita quod non æquiuocè dicatur illud commune generis de speciebus separatis incorruptibilibus, & de sensibilibus conceptis cum materia corruptibilibus. Si autem sic in vno genere vniuerso non conueniunt corruptibilia & incorruptibilia, multo minus conueniunt in vna specie: quia diuersa genere in substantiis plus distant quam ea quæ sunt tantum diuersa specie, licet ea quæ differunt aliis generibus, repugnantiam non habeant, quin aliquando possint esse in subiecto vno, sicut in antè habitis offenditur.

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

*ff*

LIBER





# LIBER VNDECIMVS, TRACTATVS I.

## DE SVBSTANTIA IN COMMUNI ET diuisionibus eius.

### CAPVT I.

De intentione libri, & quare theoria  
ista est tota de substantia.

Tex. c. 1.



**Q**UA ista pars theorie de substantia est, sicut sæpe diximus. In ista enim sapientia queruntur principia & cause substantie tanquam vere entis & primo & principaliter: & hoc licet iam in p. probatum sit, hic tamen aliquam de hoc facimus memoriam.

Tex. c. 2.

Ens igitur quod dicitur de omnibus, aut ita se habet ad omnia, quod est vniuersum & totum ad omnia: vel ita dicitur de omnibus, quod est secundum analogiam per prius & per posterius predicatum de ipsis. Et si quidem se habet ad omnia entia vt totum & vniuersum quoddam omnia continens, constat quod non omnia continet vt conuenit in ipso: sed quedam sunt coordinatione contentorum ante alia, sicut etiam in vno genere presenti contenta sunt quadam ante alia. Si ergo talis est coelementatio vniuersorum sub ente, ita quod ipsum sit totum & vniuersum quoddam ad alia, sicut quidam dixerunt: tunc proculdubio in ista coelementatione substantia est prior aliis: & ideo loquendo de ente, primo loquendum est de ipsa, sicut de ente quod precedit alia. Si autem non sic, sed secundum analogiam predicatur de entibus, & de vno per prius, & de alio deinceps, sive per posterius: tunc iterum per ea que dicta sæpe sunt, ipsa est primum ens & vere ens solum: & sic iterum primum loquendum est de ipsa.

Tex. c. 3.

Simul autem cum his que dicta sunt intelligendum est, quod entia alia à substantia, etiam de eo quod simpliciter est, loquamur, non dicuntur entia, sed dicuntur entis qualitates, aut motus, aut mensura, aut aliquid aliud, ita quod prius sunt entis quam entia: & cum ita sit & non sit loquendum de eo quod est entis, nisi determinatum sit de ente: quia sicut in septimi huius philosophie principio probauimus, accidentia que non sunt entia simpliciter, sed entis non habent rationem in qua recipiunt substan-

tia & ratio ipsorum. Oportet igitur per hanc rationem potissimum loqui de substantia. Si quis autem hanc rationem non valere dicat, & asserat, omnia illa simpliciter esse entia de quibus predicatur ens quocumque modo, tunc sequetur etiam non album & non rectum esse entia: quia dicimus, quod hoc non album quod est linea, est ens: & hoc non rectum quod est color, est ens: & hoc modo entia sunt priuationes, quod est absurdum: sed potius sunt entis, eod quod priuatio propterea quod relinquit subiectum, non est omnino nihil, sed est ens. Si autem nos loquentes de ente, de priuationibus non oportet tractare: tunc etiam de aliis que non sunt simpliciter entia, sed sunt entis, non tractabimus, sed de substantia que est vniuersaliter & absolute dicimus omnia ea que sunt priuationes sic esse quod sunt entis, sicut est ens quoddam non album: & eodem modo omnia accidentia entis sunt & non entia simpliciter. Amplius nihil aliorum præter substantiam est separabile, ita quod sit per se separatum ab aliis existentibus. Sola autem substantia est separata ab aliis existentibus. Igitur sola substantia est ens principaliter & simpliciter. Et sic iterum loquentes de ente, loquemur de substantia: quia sicut alia non existunt per se, ita nec rationem habent per se absolutam: & eodem modo non possunt sciri per se simpliciter & absolute. Hoc autem non tam probat ratio quam testimonia antiquorum que in ipso opere suæ theorie hoc testificantur. Cum enim illi debent querere de ente, querunt substantie causas & principium & elementa, quod non generaliter facerent tanquam ab ipsa veritate coacti, nisi substantia principalis esset ens & simpliciter. Ex his igitur palam est, quod tota ista theoria consistit circa substantiam: & si quid tangitur in ea de accidentibus, hoc non est nisi in quantum accidentia sunt huius entis quod est substantia. Cum igitur iam à principio libri sexti huius sapientie de substantia in communi determinatum sit, & de principiis eius que sunt partes diffinitionis, & ostensum sit de potentia & actu que sunt principia substantie, & sit declaratum, quod ipsa est vnum & non multa, etiam inuestigatum sit de vno & multo in omnibus rebus: restat vt hic ad partes substantie descendamus. In vniuersali enim scire est scire in potentia:

entia: & si perfecte debet sciri substantia, oportet quod in partibus in propria natura cognoscatur: & adhuc faciendum hoc quasi a principio ex ordiri oportet inuestigando que sint partes substantie, & que passiones earum.

### CAPVT II.

De diuisione substantie in vniuersale & particulare, & quare sit magis substantia & principium, & de conceptione que est in illis.

Tex. c. 1.

**S**unt autem quidam qui diuidunt substantiam in substantiam vniuersalem & substantiam particularem sive designatam: & vniuersalem quidem substantiam vocant genera & species, particularem autem vocant que designatur demonstrata ad sensum: & dicunt, quod vniuersalia magis sunt substantie quam particularia. Et dicti cogunt causa est, quod genera dicunt esse substantias, & dicunt, quod hæc sunt principia & substantie aliorum. Omne enim quod est principium esse & scientia alterius, est principalis illo: genera autem sic se habent ad alia, quod sunt principia esse & scientie aliorum, sicut dicunt: & ideo genera dicunt substantias esse maxime. Et causa huius est: quia de rebus non fecerunt nisi logicam inquisitionem: nos autem iam in multis locis objectionis istius ostendimus imperfectionem: quoniam id elementum quod est natura & non genus, sed natura simplex, & potentia que cum actu complectitur, & accidentia huius nature quod sit vniuersale, & quod sit genus, & quod sit principium scientie. Et hæc omnia plana sunt per supra dicta in 5. huius sapientie libro: & ideo etiam ostendimus, quod nullum vniuersale est substantia in eo quod vniuersale est. Et ideo sunt antiquiores his alij, qui magis dicunt esse substantias res particulares: & hoc dicunt etiam esse principia substantiarum, sicut ignem, & terram, & cetera huius, & non dicunt, quod substantia sit & principium commune genus quod est corpus. De horum autem disputationibus adiuuicem factis in primo libro, huius sapientie determinatum est. Stoicorum enim contra schola defendit vniuersalia esse principia & substantias rerum. Epicureorum autem secta, que antiquior omnibus est, magis elegit particularia & sensibilia esse principia quam vniuersalia: quia licet hæc secta in multis errauerit, non tamen in hoc errauit, quin videret, quod vniuersalia colliguntur ex particularibus, cum ex multis per memoriam acceptis vna sit vniuersalis acceptio. Intellectus autem est, qui sic ex particularibus agit vniuersale: & ideo vniuersale consequens est particulari: & ideo non potest esse principium ipsius, nisi logicè accipiatur secundum intentiones rerum, & non secundum res ipsas. Sic enim dicimus vniuersale esse ante particulare & principium esse ad ipsum: secundum veritatem tamen ita se habet, quod si ipsa natura accipiatur, ad quam refertur diffinitio, illa est vnum illud quod est potentia diffinita & determinata ad actum: tunc proculdubio illius sunt principia

potentia & actus: & materia quidem nihil est de esse, nec de principiis eius, nisi sub potentia que est forme inchoatio designatur, & sic designatur per genus: & hoc modo genus est principium esse & substantie, & differentia est designatio actus, & species est totum esse speciei: & secundum hunc modum diffinitio data per genus & differentiam dicit potentiam & actum & materiam & formam, sicut nos in anterehabitis ostendimus: & hoc modo eadem sunt principia esse & substantie que sunt principia scientie, sed aliter & aliter accepta. Hoc autem modo non processerunt qui dicuntur genera esse magis substantias & principia, sed potius intentiones communes secundum quod communes sunt, dixerunt esse separatas per se & non per intellectum: & ideo non dicuntur in istis habuisse nisi considerationem logicam: & ideo sunt decepti: hoc enim modo diffinitiones logicæ sunt ex intentionibus communibus, in quibus intellectus agit vniuersaliter, & sunt vana omnes: & tanto vaniores, quanto intentiones illæ per se à Stoicis ponuntur esse communes & separatas, cum nec communes sint, nec separatas, nisi in quantum intellectus agit in eis vniuersaliter & separationem. In modo igitur principiorum substantie Epicurei meliores sunt Stoicis, licet errauerint in ipsa substantia positionis: quia principia entis vt est ens est, sicut substantie vt est substantia, non sunt ignis & aqua, sed potius ea que à nobis sæpius determinata sunt in partibus istius sapientie.

### CAPVT III.

De trimembri diuisione substantie in corruptibilem mobilem, & in incorruptibilem mobilem, & in eam que est separata: & est in ea digestio declarans qualiter differunt vniuersa carnis philosophi & primum philosophus.

Tex. c. 1.

**S**ubstantia vere vera diuisio est, quod dicitur in tres quia substantie tres sunt. Diuiditur enim primo substantia in eam que est sensibilis, & in eam que est insensibilis. Sensibilis autem diuiditur in eam que est corruptibilis, & in eam que est incorruptibilis. Insensibilis autem dicitur immobilis, que suis inferioribus habebit diuisiones. Et sic sunt tres in communi, sensibilis & incorruptibilis sed mobilis, & sensibilis corruptibilis & mobilis, & insensibilis & immobilis separata: & de omni istis oportet nos determinare secundum modum & proprietatem huius sapientie ostendimus enim que est immobilis & separata, & qualiter ipsa est principium mobilis substantie & incorruptibilis, & ostendimus qualiter immobilis separata per motum sensibilis & incorruptibilis est principium substantie sensibilis & mobilis & corruptibilis: & in hoc erit operis huius quod sapientia vocatur, finis & complementum: quia tunc scimus perfecte ens verum & in se, & in partibus, & secundum proprias actiones ipsius. Substantiarum igitur vna quidem est sensibilis, & illius diuisio est, quod alij in



substantiæ pars est sempiterna, sicut cælum & omnia quæ in cælo continentur. Alia autem eius pars est corruptibilis. Et hæc duas substantiæ partes, omnes etiam partem intelligentes esse confitentur: quia per sensum conuincuntur hæc duas esse substantias. Sensibilis autem corruptibilis est, ut plantæ & animalia.

Alia autem pars conuincens substantiam cum ista, sicut diximus, est sempiterna: & huius substantiæ elementa sumere necessarium est in hac sapientia, siue vnũ sit illud elementum, siue sint multa elementa ipsius: quamuis enim in physicis sumpta sint elementa eius quæ est mobilis, non tamen sunt sumpta prout ipsa est substantia, sed prout ipa est mobilis. Sed nos sumemus hæc elementa eius prout est substantia fluens à primo formali & ultimo sine. Hæc duas enim causas hæc sapientia considerat propriè. In physicis autem materiam & efficientem considerauimus: & si de forma aliquid diximus, hoc non fuit nisi de forma mobili, & de sine prout finis est terminus motus mouentis. Hic autem efficientem primum & per se ostendemus esse vnũcalem finem, & quod ab ipso fluunt omnes substantiæ mobiles. & quod ipse est sicut dux exercitus ad vnũcũ: hoc enim est proprium istius scientiæ: & hoc modo non accipimus aliquid à scientia naturali: quamuis autem ibi per motum ostenderimus primum mouens esse immobile, non tamen ostendimus ipsam prout ipsum est causa vnũcũ esse & forma & finis: & hoc modo inuestigamus hic primum mouerem: vnde patet, quod ista theoria multum super physicam contemplationem est. Nec est dicendum sicut quidam dixerunt, quod videlicet de causis & principiis mobilis substantiæ tractet tam metaphysicus, quam physicus: sed metaphysicus in eis dicat propter quid, & physicus accipiat quia: si enim physicus acciperet à metaphysico, oporteret quod physica subalternaretur primæ philosophiæ: quod à principio huius sapientiæ falsum esse ostendimus. Nec etiam est dicendum, sicut quidam alij dixerunt, quod physicus consideret efficientem & materiam, & metaphysicus formam & finem: quia licet nos in tertio huius sapientiæ lib. iam ostenderimus, quod primus philosophus principaliter considerat formam & finem, per quæ demonstrat secundum proprietatem suæ sapientiæ, eò quod illa maxime faciunt scire, tamen tam physicus quam metaphysicus considerant omnes quatuor causas. Sed physicus considerat eas prout sunt principia mobilis: primus autem philosophus reducit efficientem in formam primam & finem vltimum: & sic ipse est causa vnũcũ esse & forma & finis: & si accipiat per motum primam causam, hoc non est ve sciat in quantum est mouens talem motum, sed potius in quantum ipse ambat virtute & forma sua mobile & motum quod est instrumentum fluxus cõtiens entis ab ipso: & hoc modo non considerat ipsam physicus.

Tertia vero substantia est immobilis terminus, & hæc quidam dicunt esse separabilem: & est ratio eorum: quia quicquid est conuincens materiam, subiacet potentie: & cum omnis potentia determinetur ad vbi vel ad formam, oportet

116 Auerroes in præfati com. 2. met. 63.

Qualiter physicus & metaphysicus accipiant genus causam considerant.

ter necessario, quod omne quod est conuincens materiam, subiaceat motui locali vel motui locali simul & motui ad formam. Et si conuincens cum materia causa est mobilis, erit separatio à materia causa oppositi: quod est immobilitas per se & per accidens. Hæc igitur causa est istius diuisionis.

CAPVT IV.

De diuisione substantiæ separata, & de his quæ conueniunt substantiæ sensibili.

Hanc autem immobilem substantiam quidam tunc in duo diuidentes, alij autem in vnã naturam ponunt eam esse: eò quod ideales species ponunt in eadem naturam cum mathematicis. Alij autem solum dicunt esse mathematica de numero separatarum substantiarum. Et illi quidem qui in duo diuident, sunt Platonici, qui ponebant ideas & mathematica principia esse sensibilia: & veraque dicebant esse separata, tam ideas, quam mathematica. Illi autem qui in vnã naturam ista reducerunt, sunt Pythagorici, qui numeros mathematicos omnium principia esse dixerunt, & hæc esse separata. Illi autem qui sola dixerunt esse mathematica, fuerunt quidam de discipulis Platonis, qui dixerunt physica componi ex mathematicis: eò quod puncti fluxus faciunt longitudinem, & additio linearum ad lineam facit superficiem, & addita superficies superficiem facit corpus.

Et sic componi dicunt sensibilia ex mathematicis separatis: sed illa substantiæ quidem quæ sensibiles sunt, physice sunt, eò quod cum motu sunt: physice autem omnia considerat, quæ sunt cum motu: & ista omnino sunt diueria à separatis, ut dicunt, eò quod nullum principium habent commune cum separatis, sed potius separata sunt principia istarum: & ista sunt principia substantiæ. Sensibilis autem substantia est illa, quæ mutabilis est, & sicut sæpe diximus, omnis mutatio quæ est ad formam, est ex oppositis, vel ex mediis inter opposita: quia medium comparatum extremo, est extremum. Licet autem mutatio sit ex oppositis, non tamen est ex oppositis omnibus quibuscunque contingit, sed potius ex oppositis per se & non per accidens. Cum enim dico, album & non album sunt opposita, non est quodlibet non album oppositum albo: quia vox est non album, & tamen non oppositur albo: sed mutatio est ex non albo quod est contrarium albo, & similiter est in aliis: & si sic mutatio omnis est de contrario in contrarium, sicut diximus in primo physicorum, necesse est aliquid subiacere illis contrariis, quod sit subiectum mutationis: & hoc est tertium quod est materia. Et huius causa est, quod contraria non transmutantur adinuicem: ita quod sint subiectum transmutationis, sed sunt transmutationis termini, & per transmutationem fluxus quidam est contrariorum. Amplius vnã quidem contrariorum ad quod est transmutatio, manet: aliud autem contrarium: vnã à quo est transmutatio, non manet,

Tex. 5.

Tex. 6.

not,

CAPVT V.

Quod secundum ea quæ dicta sunt, soluantur dubitationes antiquorum.

ET hoc quidem omnes antiqui de physicis loquentes dicere intendebant, sed exprimitur non sciverunt: hoc enim quod sic dicimus vnũ ens in potentia, ex quo fit omne quod fit. Et est illud vnũ quod Anaxa. intendit, quando dicit omnia esse vnũ mixturam ex omnibus, & ex illo fieri omne quod fit: non enim omne quod fit, ex illo fiet, nisi in ipso esset aliquo modo inchoatio formarum omnium cum priuatione actus: & hoc non vocauit ipse priuationem, sed latentiam. Sed multo dignius est, quod dicamus omnia sic simul esse in prima materia secundum potentiam & priuationem, quam quod dicamus omnia simul esse secundum actum & latentem. Hoc etiam est quod Empedocles dicere voluit per mixturam elementorum quatuor, ex qua omnia fieri dixit. Similiter autem & hoc idem dicere intendit Anaximander, qui posuit infinitum ex quo fierent omnia, propter materiam ad quodlibet quod fit, ex ea indefinitatem. Similiter autem hoc est quod Democritus ait nobis omnia esse posse fieri in primo materiali principio, quod est atomi: sed non erant actu omnia secundum potentiam, nisi concederetur, quod essent continuata cum materia omnia: sed hoc non conceditur. Dicebat enim hoc generationem non esse nisi congregationem & segregationem: & ideo dicit omnes figuras & formas & ordines atomorum potentia esse quoad nos: quia sic vel sic nobis apparent in his vel illis formis, cum non sunt sic secundum actum: quia non sunt nisi congregatio & segregatio quæ formas secundum actum ipse differentes non faciunt, licet videantur eas facere quoad nos. Secundum ergo ea quæ dicta sunt, omnia quæcunque transmutantur, hæc enim materiam, sed non vnã & eandem habent propriam materiam, sed potius diuersam, sicut in antè habitis ostendimus.

Tex. 2.

Tex. 7.

Tex. 8.

Quædam etiam quæ sunt de numero sempiternorum, & hæc sunt quidem quæcunque non sunt generata, sed sunt mobilia scientia secundum locum: sed quamuis ista generationem non habeant, habent tamen potentiam ad vbi & vbi, siue vnũ & vnũ, quod idem est. Patet ergo, quod sic loquendo de sensibili substantia, omnis dubitatio soluitur antiquorum, & omnes intendunt hoc dicere, sicut diximus, licet verbis propriis exprimere non valerent.

Dubitatio tamen potest adhuc aliquis, ex quo non esse sit generatio, cum dicimus generationem fieri ex non ente: tripliciter enim dicitur non ens, sicut in aliis locis diximus. Dicitur enim non ens quod absolute nihil est: & secundum hoc conueniunt omnes philosophi, quod ex non ente nihil sit quicquid. Dicitur etiam non ens priuatio in genere, quæ non supponit proprium subiectum: & secundum hoc iterum non sit transmutatio ex non ente nisi per accidens.

net, sed abiicitur. Subiectum autem quod tertium est, sub utroque contrariorum manet idem. Oportet igitur aliquid esse tertium præter contraria, & hæc est materia.

Tex. 7.

Sunt autem transmutationes si secundum genera in quibus sunt, diuidantur, quatuor: sunt enim quædam in quibus sunt in substantia, quædam autem in qualitate, quædam in quantitate, & quædam in vbi. Illa autem quæ est in hoc siue in substantia, est illa quæ est generatio simpliciter vel corruptio simpliciter. Ea vero quæ est in quantitate, est augmentum, vel decrementum. Illa autem quæ est secundum qualitatem, est alteratio. Qualitatem autem in communi vocamus passionem. Et ea quæ est secundum vbi, vocatur ferentia, siue latio, siue loci mutatio. Et oportet, quod in contrarietate sint mutationes singulorum si sunt recte: & ideo in omnibus istis necesse est transmutari materiam, quæ secundum valorem siue secundum potentiam possit in ambo contraria: hæc enim omnia conueniunt illi substantiæ quam sensibilem vocamus. In omnibus autem his modis transmutatio secundum locum est à generante & causante formam, sicut ostensum est in 8. physicorum.

8. phys. com. 32. Tex. 8.

Et in omnibus his attendendum est, quod ens dicitur dupliciter, sicut distinguimus in 9. huius sapientiæ libro. Dicitur enim ens secundum potentiam, & ens secundum actum: & omne quod his transmutationibus transmutatur, transmutatur ex potestate entis in ens actu: & ideo in omnibus talibus dubiis transmutationibus sunt quatuor termini, sicut patet in generatione & corruptione. Est enim corruptio ex actu ente in potestate ens, & generatio e contra. Et sunt illi termini quatuor secundum rationem terminorum, tres tamen secundum rem: & ideo quidem in vna transmutatione duo sunt termini tantum secundum rem & rationem, in duobus autem quatuor secundum rationem, sed tres ad minus secundum rem: quia contrarium alterum priuatione designatur. Et si materia designatur cum potentia priuata actu, tunc sunt duo principia motus siue transmutationis tantum. Si autem accipiatur ut subiectum amborum, tunc sunt tria, sicut & hic & in physicis dictum est. Sic igitur omne quod transmutatur, transmutatur ex potestate ente in actu ens, sicut ex albo potestate in actu album est alteratio, & similiter est in augmento, & decremento, & in omnibus aliis. Dico autem ex potestate ente in ens actu: quoniam præculdubio verum est, quod non solum sit transmutatio ex non ente secundum accidens, sed etiam sit ex ente in ens: id enim ex quo sit transmutatio, est non ens secundum accidens: & hoc est non simpliciter non ens, sed in quantum est subiectum priuationis & potentie eius ad quod est transmutatio: & hoc est ens in potentia, ex quo fit ens in actu.

\*

\*

\*

ff 4



Non ens  
multipliciter.

dens, sicut si dicam, ex non ente albo quod est dulce, fit album. Tertio modo dicitur non ens privative, quod relinquit proprium subiectum, in quo est forma inchoatio cum actu privatione: & hoc quidem dicitur non ens quando est quidem potestate ens, sed non est non ens cuiuslibet generis: quia hoc modo fit diversum ex diverso, quæ habent differentias contrarias: & sic fit oppositum ex opposito, sicut diximus. Secundum ergo hunc modum non sufficit dicere, quod simul sunt res omnes, sed latent, sicut dixit Anaxa. oportet ergo, quod prædictæ res differant secundum materiam: quia cuiuslibet rei est materia propria, eò quod nos iam diximus, quod materia supponitur cum forma inchoatione: & sicut inchoationes illæ sunt diversæ, ita & materia. Si enim non sic dicatur esse, quæcumque ab Anaxa. quare res factæ sunt infinitæ & diversæ secundum formas, sed materia est una in se æqualiter continens omnia? Videtur enim, quod ex uno modo se habente semper non fit nisi unum: & sic omnia deberent esse unum, & non multa, & infinita per speciem & materiam. Et si dicat aliquis cum Anaxagora, quod intellectus in eis fecit segregationem, videtur hoc nihil esse: quia intellectus est unus & simplex & impermixtus: & id eò non potest esse causa multitudinis & diversitatis. Et ideo sicut diximus, causam multitudinis oportet ex parte materiae assignare & ex parte potentia materiae: his: qui. quæcumque materia sit una subiecto, tamen ipsa est facta in actu illud, & non aliud, quod per propriam potentiam & formalem inchoationem eam ante secundum potestatem. Sic ergo omnis antiquorum solvitur dubitatio.

CAPVT VI.

De principiis substantia sensibilis mobilis & corruptibilis, & quod non fit nisi compositum, & non materia, neque forma secundum se.

Tex. c. 12.

Cuiuslibet autem substantia mobilis & corruptibilis & sensibilis tres sunt causæ & tria principia, ex quibus incipit & cavetur esse ipsius & principiorum. Unum quidem est ratio & species, & dicitur forma sine habitus secundum quod forma est formans esse, & ratio secundum quod est finis mutationis, & species prout ipsum est substantia ad quam referuntur ratio distinctiva. Secundum autem est privatio quæ quidem est principium & non causa, & est ipsa in qua est inchoatio formæ cum negatione actus & complementi. Tertium autem est materia, quæ est subiectum mutationis prout substat privationi: sed id quod est causa loco istius, est causa mouens, de qua inferius faciemus mentionem. Et sic sunt tria quidem principia & tres causæ sunt: quia quartum quod est causa finalis in talibus, in idem incidit cum forma. Hoc autem dico principia & causas eius quod in talibus fit: quia cum sit differentia inter illud quod fit & causam eius, & similiter sit differentia inter id quod est principium & principia-

tum, horum principiorum & causarum nullum fit: quia nec materia fit, nec species. Et de privatione constat per se, & de efficiente quod non sunt: quia privatio est, quæ in mutatione abicitur, & mouens est non id quod mutatur. Quod autem non fiat materia, nec species secundum se, sed illa sint duo ultima ex quo & in quo fit transmutatio, sic ostenditur. Omne enim quod transmutat aliquid, id ab aliquo & in aliquid transmutat ipsum: ab aliquo quidem sicut à primo mouente: illud vero quod transmutatur, est materia quæ est ante transmutationem & post omnem transmutationem relicta, sicut in primo de physico auditu est ostensum: id vero in quod est transmutatio, est species quæ est finis transmutationis. Si igitur detur, quod id quod fit est alterum eorum, sequitur, quod sunt ista, materia videlicet & species in infinitum: & hoc est sicut si detur, quod non solum fit hoc compositum quod est res rotundum, quando fit sphaera cuprea, sed etiam fit res, & sit ipsa rotunditas in quantum id quod mutatur, necesse est stare in aliquo quod est finis & terminus mutationis. Si enim fiat materia, cum omne quod fit, fiat ex materia, oportet quod materia quæ fit, habeat materiam ex qua fit: & hoc necesse est in infinitum: quia de illa materia ex qua fit ista, eadem est ratio: & hoc procedit sine fine. Similiter autem si detur, quod fiat forma secundum se, oportet quod illud super quo fit forma, terminetur ad aliquam formam: eò quod, sicut iam habitum est, omne quod mutatur, ex aliquo & ab aliquo & in aliquid mutatur: ergo forma est forma, & hoc: in infinitum: & hoc facile est videre: & cum hoc sit impossibile, constat, quod nec materia fit, nec forma.

Ponatur postea idem ex hoc quod uniuersali que substantia fit ex uniuoco & conuenienti sibi in nomine & ratione, licet forte nomen non sit impositum. Cum autem omne quod fit, fiat ex uniuoco sibi in nomine & ratione, oportet quod finis motus sit species quæ est similitudo primi facientis, & quod est terminus motus sive mutationis, non fit per mutationem, sicut iam ostensum est, nisi forte per accidens in quantum educitur de potentia. Similiter autem quod subicitur mutationi, est ex quo fit id quod fit per mutationem: & hoc fieri non potest per mutationem cum sit ante eam. Quod autem omne quod fit, fiat ex conuenienti sibi & nomine & ratione, probatur per inductionem. Omnia enim quæ sunt substantia factæ à natura, & alia quæcumque sunt, sunt ex conuenienti sibi uniuoco sibi nomine & ratione: omnes enim res quæ sunt, aut sunt à natura, aut fortuna, vel casu, aut automato, hoc est, per se: & dico per se sicut ea quæ similes sibi in specie non habent extra generans. Inter hæc autem est differentia: quia ars est principium in alio: est enim ars principium factiuum cum ratione in alio in quod inducit formam artis. Natura autem est principium non in alio, sed in eo in quo est per se & non secundum accidens, sicut determinatum est in secundo de physico auditu: homo namque generat hominem. Reliquæ vero causæ quæ non sunt ars & natura, non tam causæ sunt quam priua-

Tex. c. 13.

CAPVT VII.

De differentia trium substantiarum que sunt forma, materia, & compositum.

EX his autem accipitur, quod substantia quidem sunt tres, materia videlicet, & forma, & compositum: quarum duæ sunt componentæ, & tertia est compositum. Hæc autem tres substantiae diligenter considerandæ sunt: quia non sicut substantia corruptibilis sensibilis, de qua hic loquimur, nisi his diligenter scitis. Dicamus igitur, quod materia uniuersali que est cum qua est hoc aliquid ens & apparet. Nam quæcumque sunt tactu & non computatione, hæc sunt materia ad subiectum cuius est materia, sicut dicit Aristoteles, & horum quidem verborum iste est intellectus: quia quinque accidentia materiae, ex quibus perfecte cognoscitur natura ipsius: quorum unum & primum est, quod accidentia sensibilia sunt, quibus subicitur materia propria uniuersali que, & forma non est subiectum illorum accidentium, sed materia. Et ideo materia primo est quidem potentia quanta, & quanta secundum actum subicitur sensibilibus: & ideo notitia materiae est illud quod in se sentitur & subicitur quantitati & situ & sensibilibus, & dicitur secundum hoc materia cum qua est hoc aliquid ens: eò quod ipsa est primum principium individuationis: & cum indiuiduat, ens apparet, per hoc quod est sensibilis distincta qualitate sensibili & quantitate. Hæc igitur duo sunt propria materiae, scilicet quod fit cum hoc aliquid in quantum est indiuiduans. Et quod fit apparet sensibili qualitate determinatur in substantiis sensibilibus. Neutrum eorum accidit formæ: & si utrumque horum accidit composito, hoc est propter materiam. Secundum autem quod accidit materiae in comparatione ad formam: quia forma substantialis non est sentiri, sed intelligi: quod autem facit id quod est sensibile, est materia: & sic iterum facit ipsa hoc aliquid, & non forma quæ facit quale quid in intellectu: & hoc facit aliquid secundum quod est in sensu apparet. In sensu enim apparet est omne quod in sensu apparet per materiam, & aliter esset intelligibile, non sensibile. Tertium autem quod accidit materiae, est hoc quod dicitur in fine primi physicorum, videlicet quod materia non intelligitur nisi per analogiam ad hoc aliquid & ad sensibilem substantiam quæ est per formam: & cum protendimus intellectum ad accipiendum substantiam eius & naturam, dicimus quod ipsa est hoc aliquid, & id quod sensu apparet, & non per se intelligibilis. Quartum autem est, quod accidit materiae propriae & proxime & non remote: hoc enim est hoc aliquid secundum causam: quia ipsa est causa huius in quantum est hoc apparet in sensu designatum. Quintum est autem, & hoc est melius & magis proprium omnibus quæ dicta sunt: quia cum resoluimus posterius in prius secundum formam,

tionem harum causarum, & non sunt causæ nisi per accidens, & priuationes sunt artis & naturæ quæ sunt per se, sicut casus & fortuna: licet enim hoc sit in his quæ sunt propter aliquid, tamen priuatur in his & intentio naturæ & artis. Et ideo forsitan iste casus vocatur, eò quod cadunt ab intentione causæ naturalis & artificialis. Et ideo non est necesse, quod in his quæ ratur, quod omne quod fit, fiat à conuenienti sibi in nomine & ratione, cum non habeant causam, sed causæ priuationem secundum quod sunt à casu & fortuna. Secundum autem quod ista reducuntur ad causam artis & naturæ, sic sunt ab uniuoco sibi nomine & ratione, sicut in consequentibus patebit. Quod autem sit ab arte, constat quod fit à simili sibi secundum formam: quia domus quæ est in lignis, fit à domo: quæ est in anima architecti, sicut diximus in 7. huius sapientie libro: & cum eiusdem formæ secundum rationem fit idem nomen, constat quod omnia talia quæ sunt per artem, sunt ab uniuoco. Quæ autem sunt per naturam, dicuntur hic à nobis quæ habent generans uniuoco sibi, & uniuocam habent generationem. In omnibus autem talibus licet generans sit extrinsecus quod generatur, quæ dicitur formatiua, tamen virtus generantis quæ est, habet esse in materia ex qua est generatio, & est forma similis generato, præter hoc solum quod aliter est in generato & aliter in materia ex qua fit generatio. In generato enim est sicut actus perficiens & dans esse & rationem, & in materia est sicut artifex in artificiato: hæc enim est sicut ars artificis transducta per instrumenta & motus artificis in materiam, quæ mutatur ut accipiat formam artis, sicut in aliis locis tam in libro animalium quam in aliis nostris naturalibus libris diximus animas animalium esse in terminibus eorum. Hæc ergo forma quæ formatiua vocatur, si nomen accipiat, idem nomen habebit cum nomine generati, eò quod omne nomen à forma imponitur, & conuenientia in forma est conuenientia in nomine vel ratione: igitur & ista sunt ab uniuoco. Et cum ea quæ sunt natura vel arte, constat quod etiam illa quæ sunt casu & fortuna, secundum quod habent causam, sunt ab uniuoco. Ea vero quæ sunt automato, hoc est, per se, sunt animalia generata per putrefactionem: & de his iam in libris physicis in pluribus locis ostendimus, quod humor putrefactus in eis est sicut humor seminis animalium: & calor qui est in eis & spiritus, formatur virtute stellarum & cæli & loci in quo sunt anguli incidentium radiorum: & per hanc virtutem habet virtutem formatiuam quæ est similis formato, sicut forma artis est similis artificiato: hæc etiam sunt à sibi uniuoco: & sic inductione probatum est, quod omnia quæ sunt, à sibi uniuoco sunt. Et ex ista propositione conclusum est, quod nihil fit nisi compositum, & non forma, vel materia: habetur ergo intentio quam promissimus, quod cum sint tria principia & tres causæ eius quod fit, non fit aliquid illorum principiorum, sed ipsum tantum compositum.



Idem Com-  
mentatur  
hic.

nam, & actum in potentiam, inuenimus semper  
communis & vniuersalius in quo stat resolutio:  
& hoc scito non scitur res nisi in potentia, si-  
cut manifestum est. ex multis quæ determinata  
sunt in præcedentibus. Similiter autem cum  
proximam materiam resoluimus in priorem &  
notiorem, non facimus hoc, nisi per formam ab-  
solutiorem: & ideo forma nulla est quando ac-  
cipitur materia prima, sed per priuationem in-  
telligitur formarum: & ideo communitas for-  
mæ primæ communitas materię primæ sunt  
æquiuocæ: quia vna est per formarum priua-  
tionem, & altera per simplicissimæ formæ po-  
tentiam: hoc autem modo materia non est in  
natura, sed solum in intellectu accepta per pri-  
uationem formarum: & sic non est in potentia  
ut sensibilem materiam. Si igitur debeat accipi  
prout est materia quædam non sensibilem, ac-  
cipietur quidem prout ipsa est hoc aliquid, non  
quidem in esse formali, sed apparet in ipso ad  
sensum per alteras formas: & secundum hoc quæ-  
cunque in re ipsa sunt actus & continuatione  
& non complantatione sive ordine, sunt ma-  
teria ad subiectum cuius est materia: quia, sicut  
diximus, materia est id quod determinatur con-  
tinuitate & tactu in rebus: complantatio au-  
tem vnus cum alio, ordinatio omnis fit per  
formam: quia materia nec est causa complan-  
tationis naturæ, nec ordinis, sed forma. Ille igitur  
est perfectus intellectus materię: & hæc  
est sententia Peripateticorum. Et ideo in his  
quæ separata sunt, nulla est materia prioris: sed  
hoc in sequentibus declarabitur: quia hic non  
loquimur nisi de principiis instantie sensu illis.  
Natura autem quæ est instantia formalis, est  
hoc aliquid in quantum ipsa forma est habitus  
quidam. In quantum enim est habitus, ipsa est  
actus primus & in quantum est habitus & actus  
primus, est hoc aliquid id quod est in esse natu-  
ræ: quia forma sola & tota causa est totius esse:  
& ideo dicitur esse hoc aliquid per causam lo-  
quendo: quia ipsa est causa huius quod est  
hoc aliquid in quantum est. sicut materia non  
est causa esse, sed huius est causa in quantum  
est hoc indiuiduum designatum. Amplius au-  
tem tertia instantia est, quæ ex his est com-  
posita: & illa est singula indiuidua designata,  
quæ secundum rem quidem accepta optime per  
compositum designantur. Singularis autem illa  
substantia est, quæ est ut Socrates & Callias: &  
est hæc substantia composita, quam antè dixi-  
mus fieri ab vniuoco sibi conuenienti in nomi-  
ne, & aliquo modo in ratione, si nomen impo-  
natur secundum rationem formæ quæ est in  
femine, ex quo fit productio substantiæ.

## CAPVT VIII.

*Est est digressio declarans qualiter secun-  
dum diuersa dicta Philosopho-  
rum diuersorum vniuocum  
fit ab vniuoco.*

Sunt tamen qui contra hoc obiciunt, mul-  
tas ferentes instantias: generatur enim ignis  
& calor ex motu: & non videtur esse vniuo-

cum aliquid generans. Genetatur etiam muscus  
ex equa & asino: & non videtur esse vniuocum  
conueniens. Genetatur etiam multa ex putre-  
factione, ut mures ex terra, & apes ex carnibus  
vaccarum, & vesperæ magnæ citrinæ ex carnibus  
equorum, & serpentes parui de capillis mulie-  
rum, & animalia multa ex stellis: & sol dicitur  
esse pater vegetabilium, & sol cum circulo de-  
cliu dicitur esse causa generationis vniuerso-  
rum: & nihil horum videtur esse vniuocum: &  
sic videtur hæc instantia præinducta pro-  
positio. Sed ad hoc id utendum multe sunt  
opiniones diuersorum ponendæ, ut eluceat  
veritas. Platonis igitur sententia est omnia fieri  
ex dijs secundis quibus Deus deorum gedit se-  
mentem generationis. Dijs autem secundi sunt  
stella & ortes celestium mouentes materiam  
ad omnium generabilium productionem: &  
illa seminis dicitur forma quædam formans  
materiam ad conueniens sibi in nomine. Hanc  
etiam & huiusmodi formam dicit communicari  
materię per datorem formarum, & ipsam ma-  
teriam formæ aptari recipiendæ per qualitates  
actiuas & passiuas secundum numerum & pro-  
portionem mouentes & digerentes & alteran-  
tes: hos autem proportionales dicit numeros  
causari ex proportionem motus & luminis cele-  
stis vniuersalitate materiam mouentis, & præci-  
pue ideo quia forma illa quæ est emen genera-  
tionis, est in his quæ mouent, & illa apprehen-  
dit virtutes actiuas & passiuas, sicut apprehen-  
dit forma artis instrumenta artificis, quando in  
materiam artificis producit formam artis arti-  
fex: & ideo illam dicit vocari formam à formando  
sic dicitur: eam autem quæ est in materiam  
inducta, dicit vocari imaginem, eo quod imita-  
tur formam quæ est extra materiam, & vocatur  
à quibusdam reultatio, & à quibusdam resolu-  
tio: à quibusdam autem vocatur umbra, eo  
quod obcuratur quando materiam ingreditur.  
Et dicit, quod natura per intentionem quam  
habet, eo quod opus naturæ est opus intelli-  
gentiæ, respicit ad illam formam, sicut ad  
exemplar, quando producit res ad generatio-  
nem, & ideo exequitur ad par: & hoc modo  
fit vniuocum ab vniuoco sibi conueniente.

Contra autem hanc opinionem multa sunt  
quæ obicit Aristoteles, quia si forma est extra ma-  
teriam, non est esse substantiæ sensibilis, nec est  
principium cognitionis ipsius. Adhuc secun-  
dum hoc non educitur de potentia ad actum,  
sed inducitur in materiam: ex quo sequitur,  
quod substantia distincta sit multa & non  
vna. Adhuc autem sequitur ex hoc quod  
omnes formæ substantiarum sensibilium sint  
in corruptibiles: quia omnes sunt extra, & non  
sunt in materia, nisi per vestigium: cuius Ioan-  
nes Saracenus dat exemplum, dicens, quod si-  
cut est in testudinibus & voluis marorum pri-  
mo ponitur arcus lineus super quem concludi-  
tur testudo: & postea remota arcu, remanet ve-  
stigium, in testudine, & separatur arcus & rema-  
nerita est in formis idealibus formantibus sub-  
stantiis sensibiles, & corruptis sensibilibus manet  
forma idealis, quæ non nisi per vestigium est in  
substantia sensibili: redeunte autem eadem ima-  
gine cæli, quæ habet semen illud, formam illam  
iterum formabit in materiam, & reiterabit si-  
mile

*Imagna-  
tio eiusdem  
pro qua vi-  
de Com. 7.  
met. 2. 1.  
et 2. met.  
13. et 18.  
commentu.*

mile illi quod fuit in priori seculo : hoc enim est iuramentum deorum, quod amplo redditur sacramento. Sic igitur planum est qualiter omnia sunt ab vnioco.

Sunt autem adhuc alij qui aliter solunt inductam questionem : dicunt enim omnium formas preexistere secundum rationem & ideas in mente Dei siue prima causa, & hanc creare omnes formas : & quia mens diuina est ars omnium, sicut in arte fit vniocum vnioco, ita etiam fit in natura, quia in natura dicunt esse artificiarum Dei. Huius autem dicti sui tales inducunt rationes : dicunt enim iam esse probatum in libro per genesicos substantiam nihil agere, sed omnem actionem esse primarum qualitarum, vel eorum que creantur ex ipsis. Qualitates autem actiuas & passiuas non agere dicunt nisi ad speciem sibi vel substantia suae similem : qualitatem autem similem sibi dicunt esse sicut si calidum calefaciat, & frigidum infigidet, vel forte calefaciendo dissoluat quaedam & induret quaedam : & frigidum similiter coagulet, vel constringat, sicut dictum est in quarto meteororum. Simile autem substantia suae est, sicut si calidum ignis rarefaciat, & frigidum inspisset : quia raram & spissam videntur dicere potentiam in partibus substantia suae. Sic igitur dicunt, quod cum nihil horum inducat formam substantialem, & praecipue eam que non est forma corporalis, videtur eis, quod omnes tales praecipue forma, que nec sunt corporales, nec secundum situm corporis dimensae sint per creationem prima substantia que creat ipsas ex nihilo. Huius autem praecipuam dicunt esse rationem : quia cum constet omnes causas que sunt secundum ordinem colligat ab inferiori vsque ad supremam, semper aliquid dignitatis & actionis habere in effectu, rationabile est primam maximam habere dignitatem non autem potest habere dignitatem nisi in faciendo : igitur si alia faciunt formas, videtur quod illa penitus vacet ab efficiendo : hoc autem est impossibile : igitur videtur, quod illa efficiat id quod est in re principalissime : haec autem est forma : igitur videtur, quod faciat formam : & constat, quod non facit ipsam ex alio : ergo facit eam ex nihilo.

Contra hos autem obiicit Auerroes multa dicens, quod isti destruunt potentias in rebus : quoniam cuius est in rebus nullus effectus, illius nulla est potentia, cum omnis potentia per aliquem modum reducat ad actum. Cum igitur in rebus sensibilibus vel mobilibus nunquam fiat actus nisi per creationem, oportet quod nulla sit in materia potentia ad actum, nisi forte disponens materiam & non educens actum de potentia : & hoc destruit totam philosophiam, que est de potentia & actu, & quicquid est de generatione & corruptione, & quicquid est de natura, quia natura est potentia quaedam, & destruit facti totum quicquid est de natura.

Idem dicunt alij, quod omnes quidem formae sunt in materia & actu sunt in ea, sed latent : & generatio non esteductio actus de potentia, sed manifestatio quaedam ipsius per occultationem horum que prohibebant ipsum esse manifestum. Et contra hanc opinionem multa obiicit Aristoteles, que in locis plurimis iam pertrans-

imus. Est autem quod ostendit istam positionem nihil esse, praecipue hoc, quod secundum hoc non est vere generatio in his que generantur & corrumpuntur : & iterum quibus secundum hoc infinita sunt in infinitis, ex quo quodlibet infinite generatur vel manifestatur ex quolibet. Adhuc autem quia intellectus agens quem ponit ista Anaxagorae opinio, non est faciens aliquid, sed segregans tantum : & si quaeritur, vnde habeat segregare : non potest assignari ratio : quia tantum competit ei congregare, quantum segregare. Adhuc autem quia secundum hoc non fit vniocum ab vnioco, sed id quod non est conueniens cum aliquo, manifestatur ex illo. Adhuc autem positioni huic non est possibile assignare, vnde veniunt formae heterogenitum. Has enim sicut est forma hominis & equi & manus & pedis & huius : horum enim infinita non possunt dicere latere in quolibet. Haec & huiusmodi alia multa obiciuntur contra istos.

Ideo itorum alij sunt qui dicunt, quod in veritate nihil horum que inducta sunt, verum est, sed potius ita est, quod in intelligentia largitur omnes formas : virtus enim intelligentiae mouentis informat motus, & virtutes caelorum : & haec informat eisdem virtutibus apprehendunt qualitates agentes & patientes, & formant eas, ut non possint agere nisi ad formam quam largitur intelligentia : quaedam autem dicunt esse materias, que receptibiles non sunt formae in ea puritate & nobilitate in qua est intelligentia : sed recipiunt eas in aliqua resultatione in qua possibile est eis recipere eam : & huius exemplum dant in igne, qui cum sit vniocum specie & indivisibile in aliqua materia, non inducit nisi fumum, & in alia inducit flammam fumosam, & in alia inducit flammam claram. Et similiter dicunt, quod intelligentia agens in quibusdam non inducit nisi esse terrestre, & in quibusdam vitam addit, que est vmbrosa resultatio vite suae : & in quibusdam addit sentiam : & in his que accedunt ad caeli aequalitatem, & maxime recedunt ab excellentis contrationum, inducit formam similem sibi, que est anima intellectualis. Haec autem opinio multum assimilatur Platonis opinioni, que ponit creatorem formarum, & secundum eam, ut dicit Auerroes, forma est ab extrinseco, & non educta de potentia materiae, sed potius inducta : & si hoc est verum, tunc res generata non est vnum, sed multa : & non est aliqua materia propria alicui rei, sed ex quolibet potest fieri quodlibet : quia in praecedentibus ostensum est, quod materia propria est in qua est forma secundum eius propria inchoationem : & alia multa impossibilia sequuntur ad hanc opinionem.

Omnibus igitur his omissis dicimus, quod omnes isti tanquam ab ipsa veritate coacti, aliquid dixerunt de veritate, & intenderunt tacere, quod omnis forma educitur de potentia ad actum, mouente aliquo quod est conueniens in nomine & ratione. Quod autem hoc verum sit, patet si ponamus quae & quor circumstant generationi substantia sensibilibus. Sunt autem illa, ut in communi dicatur quinque, quorum primum & principale est, quod omne quod generatur, educitur de potentia ad actum : & haec potentia

Solutio aliorum

Solutio aliorum

Improbatio

Improbatio

Solutio aliorum est Anaxagorae

Solutio propria

Impugnatio



potentia de qua educitur, est intra materiam, & tamen nihil est de substantia materia. Secundum est, quod omne quod educitur de potentia ad actum, extrahitur per aliquod mouens, quod aut generato est vniuocum, aut reducitur ad vniuocum. Tertium est, quod omnis motus inferior qui est in materia generabilium, reducitur ad motum cæli, qui causa est & mensura huius motus, per formam intelligentiæ mouentis motum illam, & per formam stellarum orbis, & per virtutes radiosum. Quartum est, quod nihil fit ex nihilo penitus secundum naturam, sed quæcumque fiunt, procedunt ex indeterminatis & confusis inchoationibus suarum essentialium, quæ indituntur materię. Quintum est, quod non quodlibet fit ex quolibet: sed omne quod fit, ex aliquo sui generis procedit, & hoc genus ambitu suo & extensione ambit id quod fit, & suum contrarium: & idem contraria sunt vnum in radice sui generis. Plato igitur considerans, quod quidem mouens primum materiæ non conuinctum, est intelligentia per formam motus cæli cauans motum materiæ, & formans & regulans totam generationem, dixit omne quod generatur, sic fieri ab vniuoco: quia forma illa quæ regular & format generationem, est habens virtutem seminis in efficiendo & formando & regulando: & hanc dixit ideam esse ab hac materia separatam. Et quoad hoc bene dixit cauans primum & vniuersalem tangendo, & non proximam & propiam: & ideo dictum est in secundo peri geneos, quod tot & circulus declinans, tum causa corruptionis & generationis. Et in hoc male dixit, quod posuit, quod hæc forma in materiam induceretur: quia hoc non est verum, cum ipsa non sit nisi mouens, & sit vniuocum, & non conuincta: virtus enim eius per media tangens materiam, mouet potentiam quæ est in materia, & educit eam ad actum, & potentiam non inducit in materiam nec etiam actum. Quod enim potentiam formalem non inducat in materiam, manifestum est ex hoc: quia si illa induceret, tunc talis esset intelligentia in motu cæli, qualis est in materia: & hoc non potest esse: quia sic non esset nisi in potentia: & quod non est nisi in potentia, non mouet, neque agit: & sic mouens primum non esset mouens, & contradictoria verificaretur de eodem. Adhuc autem dicit Aristoteles, quod secundum hoc generatio esset sigillatio quedam, & non transmutatio alicuius materiæ, & sic forma quæ prius in materia fuit, maneret cum sequenti, sicut quando sigillatur cera, manet forma cere cum figura sigilli. Adhuc autem secundum Platonem forma non educitur de potentia, sed inducitur in ipsam: quæ omnia sunt absurda & falsa.

Illam autem positiōem quæ dicit per creationem fieri formas generatorum, respexit ad hoc quod primum omnium mouentium est causa prima, & quod mouens est vniuocum, & ideo habet apud se formam generati: & cum id quod generatur, non habeat formam, & procedat ante esse ad esse, videbatur largiri formam, ita quod nihil formæ præexisteret in materia: & sic forma esset ex nihilo: ex nihilo enim fieri dicitur, quod nihil suæ essentiæ habet ante se suppositum in quo fiat. Hęc autem positiō errat in hoc, quod

cum dicitur generatum fieri ex non esse, non ens non dicit non ens, quod omnino nihil est, sed non ens potentie formalis, quod est medium inter esse & non esse: & sic illud quod fit ex potentia, aliquid suæ essentiæ præsupponit ante se ex quo fit: & hoc vidit Aristoteles, & ideo improbavit hanc positionem: & sic dicendo nec potentia destruitur, nec aliquid sequitur inconueniens.

Illi autem quæ posuerunt formarum latentiam, adhuc respexerunt, quod esse quod generatur, generatur ab vniuoco: & cum non viderent generans vniuocum extra materiam, & viderunt, quod potentia non vniuocatur actui, elegerunt dicere formas omnes secundum actum præexistere in materia, sed latere. Contra hoc autem obiicit Aristoteles, multa quæ sunt scripta in diuersis libris suis & nostris, quod videlicet secundum hoc omnia sunt in omnibus, & quod infinita in infinitis, & quod à finito educitur infinitum, & quod generatio non est, sed alteratio occulti ad manifestum. Sed id quod totam istam destruit positionem, & proprium est huic sapientiæ, est, quod secundum eam non indigemus causa mouente, quæ sit mouens per se: mouens enim per se non ponitur in natura nisi propter hoc, quod id quod est in potentia, non exit in actum nisi per id quod est in actu. Si igitur forma secundum actum sit in materia, non indigemus aliquo mouente: & hoc est absurdum.

Ex his igitur planè colligitur qualiter sola opinio illa quæ de potentia dicit educi actum, vera est, & omnes aliæ simile aliquid habent veritatis, sed non sunt veræ. Ad ea autem quæ inducta sunt contra positionem istam, quod omne generans generatur ab vniuoco, facile est respondere posita quæ dicta sunt à nobis in locis pluribus. Non enim dicitur hoc vniuocum primum vniuocum, sed id quod in forma conuenit, licet non conueniat in esse illius formæ, sicut forma quæ est in semine, conuenit cum forma generati, non in esse, sed in virtute & actu & essentia confusa, & sicut forma in anima artificiali, conuenit cum illa quæ est extra. Et hoc modo motus ut causa caloris conuenit cum calore: quia motus hoc modo est dissoluens & rificans & trahens potentiam ad actum caloris. Et hoc modo carnes vaccarum tementinam habent in se inchoationem formæ apum, & commixtum ipsius asini cum menstruo equæ tementinam habent potentiam suam: & in omnibus aliis facillimum est hoc modo determinare.

CAPUT IX.

An aliqua forma potest esse extra compositum cuius ipsa est forma: & ostenditur, quod nulla nisi intellectus.

In quibusdam autem substantiis generalibus forma nunquam est præter compositam substantiam: quia sicut de ipsa educitur ad actum, ita corrupta ipsa corrumpitur in ipsam potentiam

Nota in quo Plato bene dicitur, & in quo dicitur.

Solutio ad obiecta principalia.

Text. c. 15.

tiam per accidens, non per se, & non manet in actu post compositum, sicut nec fuit in actu ante compositum, sicut est species sine forma domus quae non est si non sit in lapidibus & lignis, nisi dicat aliquis, quod est ars in mente artificis: & hoc precipue est in formis artis quae non sunt substantiae, sed accidentia: & ideo sine subiectis esse non possunt: sed tamen formarum harum & aliarum non est per se generatio & corruptio, sicut ante dictum est, sed alio accidentali modo sunt & non sunt: quia generato composito sunt & corrupto composito non sunt, sicut dicimus domum & sanitatem sine materia non esse nisi sicut in artificialibus mentaliter & non secundum esse quod faciunt istae formae quando sunt in propriis materiis extra animam: & sic est de omni eo quod est secundum artem. Sed quia istae formae sunt accidentia, forte aliquis diceret, quod ideo non sunt sine materia, quia sunt accidentia: & ideo formae quae sunt natura substantiae suae sunt sine materiis suis, etiam post corruptionem compositi sicut sine ipsa fuerunt ante compositi generationem: ideo oportet nos procedere tam in formis naturalibus quam artificialibus. Dicit enim aliquis forte, quod quia formae naturales substantiarum sensibilium sunt substantiae, ideo non male fecit Plato, cum dixit, quod species ideales sunt quorumcunque est natura & non aliorum, eo quod alia sunt accidentia & non substantiae. Si igitur istae species, sicut dixit Plato, proculdubio non sunt species nisi eorum quae sunt in materia, sicut est homogenium & heterogenium & simplex & compositum, ut ignis, caro, caput: omnia namque ista dicuntur formas conceptas cum materia. Adhuc autem formae illae quae dixit Plato, sunt maxime illius substantiae quae finalis est, in qua stat totius substantiae divisio quae est individua substantia, quae maxime substat, cuiusmodi formae sunt species & genera quae formas dicit esse Plato. Hanc autem nos iam ostendimus educi de materia, & non induci in eam: & ideo nec istius substantiae videtur esse forma praeter compositum.

Tex. c. 16. Hoc autem tali via est investigandum: accipiamus enim principia illius substantiae singula, ut videamus quae ipsorum possunt saluari sine materia, & quae non: videmus autem, quod causa illa quae dicuntur mouentes, sunt distinctae a materia, & sunt ipsam materiam antecedentes: & sunt etiam ante illa quae facta sunt per generationem: & ideo de illis constat, quod possunt esse sine illis quae facta sunt, quae sunt composita facta per generationem. Aliae autem causa quae sunt quasi ratio sine forma dans esse & rationem composito, sunt similes, & non sunt nisi cum composito: & ideo, sicut dictum est, illae de potentia educuntur, & non sunt extra materiam ingredientem in materiam, sicut dixit Plato. Et hoc probatur per inductionem & simile: nam quando sanatur homo, tunc est sanitas secundum illud esse quod facit sanum. Et similiter quando fit aenea sphaera, tunc est figura aeneae sphaerae secundum esse quod facit sphaericum. In anima enim artificis existentes formae illae non sunt secundum ordinem & actum formarum, sed potius secundum inten-

tionis rationem: quia animam non faciunt sanam vel sphaericam: & ideo nihil aliud formatum videtur posterius post corruptum compositum remanere.

Si tamen aliquid formarum illarum talium manet, hoc perscrutandum est fabrilis & propria indagazione, nam de quibusdam formis non de potentia materiae educitis, sed potius ab extrinseco in materiam inductis, nihil prohibet formam manere post compositi dissolutionem. Ut verbi gratia investigandum, si anima est talis aliquid: constat enim per omnia quae in 3. de anima & in secundo de intellectu & intelligibili, & in libro de immortalitate animae dicta sunt, quod non tota & omnis anima sic est separabilis a composito corpore, sed intellectus: & forsitan impossibile etiam est omnem & totum intellectum manere post corporis dissolutionem: hoc autem qualiter verum sit, reuertentur ad memoriam ea quae in 3. de anima, & in 2. de intellectu & intelligibili dicta sunt a nobis. Supponimus enim intellectum agentem esse animam, & esse formam humanam animam per ea quae in 3. de anima dicta sunt: possibilem autem intellectum ponimus non esse preparationem in corpore, sicut mentitus est Alexander: quod nec forma est harmoniae corporis, nec aliquid consequens harmoniam, sed esse locum specierum intelligibilium, sicut perspicuum est locus colorum, in quo sunt secundum esse ipsi: quod lux confert ipsis: & ideo intellectus agens & possibilis se habent ad invicem sicut agens per essentiam, & sicut materia quae non est omnino materia respectu intelligibilis, sed potius ut locus se habet ad illa: sed etiam sicut materia respectu agentis, sicut se habet perspicuum ad colores sicut locus, & sicut se habet materia ad lucem. Intellectus autem formalis est, qui inhaeret possibilis & intelligibilibus, de actione agentis proveniens, sic istud est forma visus secundum actum, & visibile, quod de luce incorporatur colori secundum quod motus est visus. Intellectus autem omnino separatus est intellectus intelligentiae, cuius intellectus hominis est imago quaedam ambiens suum mobile, quod est corpus hominis, sicut intelligentia separata ambit suum mobile, quod est sphaera, & intellectus hominis est in illo sicut lumina inferiora sunt in lumine superiori, a quo recipiunt & formas & motus per influentiam. Et est continuatur huius influentiae formae & motus usque ad causam primam quae movet sphaeram primam universaliiter influentem, quae est penitus lux pura, quae a nullo aliquid recipit: & intellectus hominis continue extendendo se a seipso superius tandem per contemplationem colorum devenit in contemplationem divinorum: & in illis perfecte contemplans stat sicut sol. Sed intellectus iste humanus ad seipsum non devenit, ut in se sit nisi prius se inveniatur. Cum igitur lumen intellectus & intellectuum, sicut iam dictum est, sparsum sit in omnibus intelligibilibus, primum quod acquirit intellectus per studium, est intellectuum speculativorum collectio in tribus theoreticis partibus, quae sunt physica, mathematica, & prima philosophia, sicut a principio huius sapientiae libro deteminavimus. Cetera autem

Tex. c. 17.

Nota quomodo ex intentione participat formae impossibile est esse in intellectu remanere post corporis dissolutionem.



quæ sunt de rationibus, in grammaticis quæ ministrant intelligi illum signa, & logicis quæ dant inveniendi & accipiendi verum modum, & rhetoricis quæ ex signis aliquid persuasionis eliciunt, & poeticis quæ coniecturæ docent ex integumentis: ethica autem sunt præparationes ex parte studentis, ne auertatur à concupiscentiis: & hic intellectus sic acceptus est speculatiuus. Quia vero in omnibus speculatiuis id quod fulget, est lumen intelligentiæ illustrantis, sicut id quod fulget in coloribus est lumen soli, idè per resolutionem intelligibilem in lumen intellectus quod micat in eis, homo adipiscitur continue lumen intellectus separati, & ingreditur in ipsam ab extrinseco: & hæc est intentio duplicis actus, quorum vnus manet, & alter non manet. Et huius causa est: quia vnus est substantialis & substantia eius, & alter est accidentalis, sicut dico, quod lucis est actus substantialis lucere, & est substantia ipsius lucere, quia lux seipsa lucet. Alius autem actus potius est operatum quoddam, sicut est fulgor & rubor auroræ: & hoc accidit luci ex materia cui incidit: & cum separatur lux à materia tali, tunc manet secundum actum primum ipsius. Per omnem eundem modum dicendum est, quod intellectus adeptus est, quem adipiscitur homo ex resolutione omnium quæ secundum actum intellecta sunt in lucem intellectus, qui micat intellectus omnibus: & acceptio plena huius lucis est intellectus adeptus, quo homo adipiscitur intellectum verum & propriam lucem eius secundum actum omnium intellectuum, quæ lux intellectus est substantia intellectus ipsius, & habet duplicem actum. Vnum quidem, quo refertur super continuum & tempus, qui est actus eius sicut est actus lucis solis super aënaam materiam, sicut diximus de splendore auroræ. Alium autem habet quo lucet in intellectibus puris & nudis, & in se non refertur ad continuum & tempus, sed potius illustrans intellecta in ipsis puris substantiæ principis & entis: & idè intellectus iste secundum actum vnum manet post compositi resolutionem, & secundum aliam non manet: & tunc quis proprie loquatur, non corrumpitur intellectus adeptus, sed quædam actio ipsius corrumpitur: quia hanc non habet nisi in coniuncto. De agente autem constat, quod non corrumpitur. Similiter autem nec possibilis corrumpitur, ex quo locus ipse est specierum, & subiectum agentis, & non differt ab eo nisi sicut respiciuntur à luce: & compositio horum intellectuum est sicut compositio solis, & intellectus adeptus in his est sicut comprehensio solis in omnibus effectibus suis substantialibus: & reductio ipsius intellectus est in intellectu intelligentiæ, sicut reductio illustratorum à sole ad solem: & perfectio eius in intellectu primo, est sicut recordatio refectionis & vmbre speculi ad faciem eius cuius obiecta facta est imago relictans: & sic planum est qualiter non tota anima est manens post compositi resolutionem, sed intellectus, & intellectus etiam non totus manet, sed in parte corrumpitur secundum quendam actionem ipsius.

Ex his etiam patet, cum omnes forme educantur de potentia ad actum, sicut diximus, &

solus intellectus adeptus sit ingrediens ab extrinseco, quod non oportet species ideales esse propter illam causam, quod omne quod generatur, fiat ab vniuoco generante: quia in generatione vniuoca homo generat hominem secundum se, & in particulari hic generat hunc, & quilibet generat aliquem particularem. Similiter autem etiam est in artibus: ars enim medicinalis in intellectu medici ratio est vniuoca sanitatis quæ est in humoribus. Alia autem quæcunque sunt generantia æquiuocè, ad vniuoca reducuntur. Et virtus formatiua quæ est in materiis eorum, est sicut ars in intellectu artificis, sicut patet, quod calor qui est in semine hominis, virtutes diuinas accipit à celo, & anima, quibus format: & idè dicitur intellectus & artifex à Peripateticis. Hæc autem omnia dicta sunt secundum opinionem Peripateticorum: quia nec in his nec in aliis in hac via philosophiæ dicimus aliquid ex proprio, quia propriam intentionem quam in philosophia habemus, non hic suscepimus explanare, sed alibi dicitur.

CAPVT X.

*Verum eadem sint principia & elementa diuersorum numero, vel genere, vel specie, an diuersa.*

Quod autem præcipue sciendum de principis sensibilem corruptibilem, hoc est, quod aliorum secundum numerum sunt principia etiam alia secundum numerum, licet forte conueniant in specie: & diuersorum secundum speciem contentientium tantum in genere, diuersa sunt principia speciei, sed in genere conuenientia: & diuersorum in genere principia sunt diuersa in genere: sed eadem possunt esse analogia sine proportionem. Hoc autem qualiter sit verum, sic est declarandum: licet enim principia sint diuersa, diuersorum tamen hæc eadem diuersa principia nihil prohibet secundum analogiam & proportionem esse eadem omnium. Tamen de hoc forte dubitando obiicit aliquis dicens, quod si eadem sunt principia & elementa substantiarum, & eorum quæ ad aliquid, & cuiuslibet categoriarum, quod hoc mirum videretur, præcipue de ad aliquid, quod ita debilis est essentia, quod multi antiquorum esse huius prædicamenti non dixerunt esse rem, sed comparisonem quæ in sola existit ratione. Impossibile autem videtur, quod eadem sint principia & elementa omnium categoriarum. Si enim eadem sint principia, tunc ex eisdem principiis & elementis erit ad aliquid, & substantia. Queramus igitur, quod est illud principium, & quod est illud elementum, ex quo communiter est substantia & ad aliquid: & non erit assignare: quia nihil est commune secundum rem substantiæ & ad aliquid, quod possit esse vtriusque principium & elementum: oporteret autem si substantia & ad aliquid haberent idem principium & elementum, quod illud esset commune vtrique & prius vtroque illorum: quia elementum est prius eo cuius est elementum. Adhuc autem

Tex. c. 19.

Idem cum mentatur hic.

autem dici non potest, quod substantia sit elementum eius quod est ad aliquid: nec è conuerso id quod est ad aliquid, potest esse elementum substantiæ: quia elementum est de intrinsecis & essentialibus & constituentibus rem cuius est elementum: & si substantia esset elementum ad aliquid, oporteret quod esset ad aliquid in genere substantiæ: & è conuerso si ad aliquid esset elementum substantiæ & proprium principium, oporteret quod substantia esset in genere eius quod est ad aliquid: quorum vtrumque est falsum: & eadem ratio est de aliis generibus.

Amplius queramus, quomodo contingit, quod omnium elementa sint eadem: non enim est possibile, quod aliquod elementum sit penitus idem cum eo quod componitur ex elementis: quia nihil componitur ex vno simplici: & si idem esset elementum cum eo quod componitur ex elementis, tunc idem esset compositum cum simplici, & oporteret, quod omnia elementa composita essent idem & vnum simpliciter: quod non potest esse. Syllabæ enim compositæ quæ est ba. non potest idem esse elementum componens eam, si e sit b. siue a. nec ipsa simplicia sunt inter se eadem: quia a. non potest esse b. & hæc omnia contingerent, si eadem essent elementa cum ipsis elementis. Si autem omnium elementa essent eadem, sequeretur quod omnia essent eadem, & elementa inter se essent eadem, sicut iam ostensum est.

Adhuc autem non potest dici, quod elementa omnium quæ sunt eadem, sint vnum & ens, & quod hoc sint elementa omnium: quia vnum & ens secundum quod sunt, non sunt aliud ab ipsis quorum dicuntur elementa: ista enim quæ sunt vnum & ens, insunt singulis simplicibus, & his quæ sunt de numero compositorum, & non habent differentiam ad illa, sicut elementum ad elementatum, sicut sepe ostendimus: & hoc si sint elementa, cum elementum & elementatum non sint idem, oportet quod vnum & ens nec essent substantia, nec ad aliquid: cum tamen hoc sit necessarium, quod vnum sit substantia & ens, & similiter ad aliquid sit vnum & ens: & eadem ratio est de omnibus prædicamentis.

Videretur igitur, quod propter istas rationes non sunt omnium eadem elementa & principia: hoc igitur aut oportet concedere, aut oportet dicere, sicut dicere consueuimus in hac sapientia de multipliciter dictis, quod est quidem vno modo quod est verum omnium esse eadem elementa & principia: & quidem est modus alius secundum quem non est verum. Modus autem secundum quem est dicere elementa & principia esse eadem in communi valde è remote, quo principia & elementa sunt eadem, sicut si forsitan diceremus, quod sensibilem corporum sunt eadem principia & elementa: & diceremus, quod in talibus transmutationibus sensibilem sunt duæ qualitates agentes primæ, & quod vna illarum quæ est calor, est quasi species, & eadem alio modo est principium, sicut priuatio est frigus: & quod materia est potestate ambo ista, non sicut materia propria sensibilem, sed

sicut subiectum primum. Sic enim dicendo non assignamus principia & elementa sensibilem, nisi valde in communi: & hæc communitas per analogiam vniuocisquæ appropriata facit illa & alia esse elementa & principia huius & illius. Substantia autem communiter accepta, sicut iam præhabitis diximus, est & ea quæ sunt principia substantiæ, & etiam illa composita substantia quæ est ex his, & tales sunt substantiæ omnes illæ & omnia illa quorum ista sunt principia. Et hoc quidem determinatur dupliciter: aut enim quidem determinatur prout est substantia composita solum, aut prout est substantia sensibilem. Si determinatur prout est substantia composita solum, tunc est substantia cuius sunt principia materia & forma. Si autem determinatur prout substantia sensibilem & mutabilis, tunc est substantia illa quæ sit vnum ex calido & frigido, sicut est caro, & os, & alia mixta per actionem primarum qualitarum: necessarium enim est, quod id quod factum est ab illis quæ sunt transmutationis & mutationis principia, sit ductum ab ipsis principiis. Horum igitur quæ dicta sunt, ea sunt principia & elementa quæ inducuntur: aliorum vero elementorum sunt alia. Et si alia sunt secundum numerum conuenientia in specie sunt, elementa eorum alia secundum numerum & in specie conuenientia. Si vero alia sunt in specie, conuenientia in genere: & elementa sunt alia in specie, conuenientia in genere: & si alia sunt in genere, non conuenientia in aliquo nisi per analogiam dicto de illis, tunc & principia sunt alia in genere, non existentia eadem nisi secundum analogiam. Hoc autem dico de substantia prout determinatur hæc substantia, & non prout determinatur ut sensus illis: omnium autem quæcunque sunt quocumque modo differentia, ut ita dicatur, de propriis principis non est accipere eadem esse principia, sed potius hoc est irrationale, sed in proportionem communitate potest dici omnium esse eadem principia. Et hoc est sicut si aliquis dicat, quia in communi principia sunt tria, quæ sunt species, & priuatio, & materia in communi. Sed hæc si comparauerit ad specialia vel indiuisibilia singula, sunt diuersa principia secundum diuersitatem vniuocisquæ generis principiarum, sicut in colore querentes principia compositorum colorum non primo modo, dicimus quod principia sunt tria simplicia, ut album quod est species, & nigrum quod est quasi priuatio, & superficies terminari quasi materia. Deinde querentes principia dici, dicunt quidam principia assignantes propria, quod sunt tenebra quidem priuatio ex qua fit dies, & lux species, & aer qui potestate est ambo: ex his enim sunt nox & dies: & sic est de singulis. Hoc igitur modo accipiunt principia substantiæ sensibilem prout ipsa est transmutabilis: quia sicut diximus, transmutationis sunt principia tria, quæ in communi sunt quidem materia, priuatio, & forma: & sunt omnium transmutabilium secundum analogiam eadem, sed diuersorum genere, vel specie, vel numero, sunt diuersa genere, specie, & numero.



CAPVT XII.

Quod sensibilem substantiarum principia que dicuntur cause & elementa sunt secundum analogiam eadem: & secundum appropriatum modum diuersorum sunt diuersa.

Tex. c. 23.

NOs autem vt perfectam faciamus doctrinam, non tantum determinabimus principia transmutabilis substantie secundum quod est transmutabilis, sed adhuc addemus determinantes principia substantie sensibilibus, secundum quod ipsa est sensibilis: hæc enim sunt in communi loquendo tria, vel quatuor, vel quinque: licet etiam ista diuersorum sint diuersa. Quod autem hoc verum sit, sic declaratur. Sicut enim sæpe diximus, illa cause que in rebus, alie sunt ab illis, que quidem cause sunt, sed non insunt. Illæ enim que insunt, sicut forma & materia, dicuntur elementa, & materia magis proprie est elementum quam forma: alie autem que non insunt, vt efficiens & finis, dicuntur principia, & causa est nomen commune ad elementa & principia, licet quedam dicantur principia que non sunt cause: sed de illis non intendimus hic. Palam igitur ex dictis est, quod diuersa sunt principia & elementa in omni re que habet principia & elementa, & quod causa sua communitate complectitur ambo hæc, & in istis que sic dicuntur extra res esse cause rerum, diuiditur principium: vnde patet, quod id quod est quasi mouens aut stans, hoc est, causa motus & quietis, in rebus est vnum de principijs: & ex hoc concluditur, quod elementa eorum que habent elementa, communitate loquendo secundum analogiam sunt tria, que sunt materia, & forma, & cum his finis in quibusdam que est forma: quia hæc duo in substantia sensibili in idem incidunt. Principia autem & cause, extenso vocabulo accepto principio, sunt quatuor: quia principium, extenso vocabulo, convertitur cum causa. Sed vnumquodque istorum aliud & aliud est in alio & alio: hoc enim modo sunt diuersa. Extra autem hæc omnia est prima causa vniuersalis, que omnium est causa mouens: & sic sunt quinque principia, scilicet mouens extra genus, & mouens in genere, & materia, & forma, & finis. Et si nos primam causam ponamus esse ante primum mouens & celum, tunc erit causa efficiens non mouens vnum principium, & causa prima mouens vniuersalis, & causa mouens in genere, & materia, & forma, & finis: & hoc secundum analogiam accepta erunt eadem omnium: sed contracta & appropriata erunt alia aliorum, & diuersa. Sicut si dicam gratia exempli, quod hoc sunt sanitas, infirmitas, corpus, & mouens medicina. Medicina enim est species talis ordinationis: quia cum in anima medici actum proprium non habeat, vt sanam faciat animam, tamen inordinationem que est materia sub proutione existentis, educit ad ordinem: infirmitas enim est proutio, & corpus materia & sub-

Materia magis proprie dicitur elementum quam forma. Vnde Comment. 5. meta. c. 4.

iectum, sanitas finis & forma, & medicina mouens vniuersaliter. Sumpta autem medicina cum virtute nature est sicut mouens coniuictum mobili. Hoc etiam modo vnum mouens est primum vniuersaliter. In genere mouens est ars edificatoria in architectis: in hoc enim & in huius diuiditur principium in communi sumptum.

Quoniam autem, sicut diximus in physicis, mouens quoddam est vniuersum, sicut homo mouens in generatione hominis: & iterum in ipsis artificialibus que sunt a mente artificis mouente, est etiam mouens vniuersum aliquo modo: & hæc est species artis, vel contrarium speciei, quando mouetur ad corruptionem, sicut diximus, secundum aliquem modum principia sunt tria, & secundum aliquem modum quatuor. Et siquidem tres sunt cause, dupliciter possunt accipi. Si enim sunt principia coniuicta & causa coniuicta sunt tres, scilicet mouens coniuictum, sicut cimen in physicis, & materia, & forma. Alio autem modo sunt tria, materia, & forma, & finis. Cause autem sunt aliquo modo quatuor, & secundum quoddam quinque, efficiens videlicet non mouens & mouens, & materia, & forma, & finis. Sed secundum alium non sunt nisi quatuor: quia ipse non ponit efficientem non mouentem: mouens enim sanitatis siue ad sanitatem est medicina: & est mouens non coniuictum, & mouens domus siue ad domum non coniuictum, est edificator: mouens autem coniuictum sanitatis, est medicina sumpta: & mouens domum coniuictum, est ars in manu u. & instrumentis architecti secundum actum edificantis: & in physicis homo generat hominem, & est mouens non coniuictum: mouens autem coniuictum est sperma hominis. Amplius autem id quod est præter omnia hæc & non ordinabile cum ipsis, & primum omnium id quod est mouens omnia per motum celi primi & mundi, & secundum Platonem ante hoc id quod est causa efficiens omnium, quod sine motu quo moueat, efficit Deus deorum in cælestibus, & largitur eis sementem generationis, quem exequuntur per motum celorum. Sic igitur loquendo iterum alio modo quam in priori capitulo dictum sit, principia & cause & elementa substantiarum & omnium aliorum sunt & eadem secundum analogiam: & tamen diuersiorum numero, specie, & genere, sunt diuersa genere, & specie, & numero. In omnibus tamen his aduertendum est, quod vnumquodque sit a sui generis motore vniuerso, sicut supra ostendimus. Hoc tamen Aristor. dicitur formidat Alexander efficiens, quod corrigia in in flagro facit luorem, & in se non habet luorem: & terra in ligno facit incisionem, & non habet incisionem: & sol generat hominem, & non habet formam hominis: & causa sunt multa & per accidens, que non sunt vniuersa: & ideo dicit Alexander & consentit ei Themistius, & cum his videtur ientire Auerroes, quod cum dicitur, quod omne quod fit, fit a mouente vniuerso, quod hæc præpositio verificatur tribus adiectionibus, quod videlicet intelligatur de causa, & non de instrumento: & quod intelligatur de coniuicta, & non de separata: & intelligatur de causa per se, & non de

Tex. c. 24.

Limitatio Auerrois hic c. 14.

de causa per accidens. Nos autem non putamus hoc esse ita sicut isti dicunt, sed propositionem generaliter intelligimus eo modo quo superius per disputationem verificata est.

CAPVT XII.

De tertio modo qualiter sunt omnium eadem principia secundum analogiam, & hoc modo quo substantia est principium accidentium, & principia substantie sunt principia aliorum.

Tex. c. 25.

NOs autem adhuc tertio modo ostendimus qualiter omnia & omnium principia & elementa sunt secundum analogiam eadem, & tamen in vnoquoque secundum diuersitatem generis & speciei & numeri sunt diuersa. Dicendum igitur, quod entia quedam sunt separabilia, ita quod sunt secundum se & per se & sine alijs: quedam autem inseparabilia, non per se existentia, sed esse eorum est in alijs esse que cadunt in eorum definitione. Ea autem que sic separabilia sunt, substantie sunt: & cum alia entia non sint nisi in substantia, nec distantur nisi substantia cadat in definitione eorum, oportet quod substantia sit omnium aliorum causa: eo quod sine substantijs non sunt passionis & motus & alia quecumque accidentia: & ideo in communi loquendo principia & cause substantie & principia & elementa omnium accidentium eadem sunt secundum analogiam: propria tamen principia substantie non propria principia sunt accidentium, sicut ostensum est in præhabitis: hic autem hoc modo est: substantia enim sensibilis sicut in 6. huius sapientie libro determinatum est, concepta est cum materia que est determinata contrarietate. Et ideo cum accidentis subiectum sit proprie compositum, proculdubio omne accidens sensibile est accidens materie secundum quod a forma substantia sic vel sic perfecta est: materia enim secundum se quidem infinita est & indeterminata: & cum potentia sit ad formam substantialem, & sit potentia ad formam accidentalem, erit potentia ad formam substantialem secundum naturam ante potentiam ad formam accidentalem, licet tempore sit simul: & ideo est hoc: quia forma accidentalis est compositioni & non materie contingens: non enim materia finit accidens, nisi prius finita forma substantialem. Verum tamen si intelligamus primam materiam in potentia esse ad primam formam substantialem, que est substantie sensibilis, cum hoc quod potentia procedit ad actum, oportet quod hæc materia accipiat quantitatem. Sed hæc est quantitas indeterminata dimensionis: & cum omnis substantia sensibilis sit determinata dimensionis & figuræ, patet quod quantitatem propriam accipiat materia a forma substantialem: & sic est de omnibus alijs accidentibus propriis substantie. Accidentia autem per accidens fiunt a causis per accidens, & non nisi in substantia

Nota quomodo potentia ad formam substantialem præcedit naturam potentie ad formam accidentalem nisi impote simul sit.

D. Alber. Mag. Metaphy.

composita. Sic igitur manifestum est, quod cause substantie compositæ sunt cause accidentium, & principia substantie sunt principia accidentium. Quamuis autem substantia nomine suo non importet accidens, tamen substantia sensibilis nomine suo importat accidens: & hoc accidens cauatur a principijs ipsius substantie. Et si aliquis obiecit, quod calidum & frigidum & alia huius transmutant materiam substantie sensibilis: & sic videntur esse ante eam: dicendum est, quod substantiam sensibilem dupliciter est accipere. Si enim accipitur substantia sensibilis in communi, non erit transmutatio substantie sensibilis, nisi a substantia sensibili: nec erunt qualitates actiue & passiue nisi in aliqua substantia: & sic patet, quod substantia sensibilis est ante accidentia sensibilia. Si autem accipitur in numero substantia sensibilis hæc vel illa, nihil prohibet ante hanc vel illam sensibilem esse quedam accidentia transmutantia materiam ipsius. Sumatur ergo in communi substantia, tunc per rationem prius introductam, principia substantie sunt principia principiorum accidentium: & sic principia substantie sunt principia omnium: & hoc modo per analogiam communicatem eadem sunt principia omnium: quia causa & principia & elementa substantie in eo quod substantia est, sunt causa & principia & elementa omnium aliorum: sicut enim in principio istius prima philosphie ostendimus, ex principijs substantie in eo quod substantia est, oriuntur principia eorum que determinata sunt quantitate, & eorum que determinata sunt contrarietate, & ipsa substantia vt diuinum quid præcedit omnia alia & est principium ipsorum. Sunt autem quidam peruersi intellectus Commentatores, qui propter ista dixerunt quantitatem & qualitatem non esse de veritate essentie substantie sensibilis, afferentes quod ex quo tota essentia substantie ex duobus principijs, que sunt materia & forma, & cetera sunt post esse ipsius, quod substantia sensibilis potest esse sine his, & hoc modo etiam neque quantitas, neque qualitas: & secundum hunc modum dixerunt esse deos sensibiles sensibilibus similes in natura, qui ad homines ingredere vult ostijs clausis: & hoc etiam modo dicunt homines remanere post mortem. Sed hoc est error: quia licet substantia in eo quod substantia, de virtute nominis & rationis sue non importet nisi substantie principia, tamen pro certo sensibilis que est animal & homo & planta, de nomine suo dicit subiectam, & quantitate & qualitatibus totius & partium determinatum: oculus enim non est oculus, nisi sit ex humido & frigido: & sic est in alijs: & ideo absurdum est quod isti inducunt: & ideo sufficit hic de hoc tractasse vsque ad tantum: hæc enim magis speculanda sunt in scientia de natura deorum, & vita futura.

Substantia sensibilis dupliciter sumitur.



CAPVT XIII.

*Quod quarto modo sunt secundum analogiam eadem principia omnium quæ sunt anima & corpus & intellectus & desiderium.*

**T**ex. c. 25. **D**Einde iterum aliter speculabimur qualiter secundum analogiam quæ sunt eadem principia omniumque, tamen diuersorum sunt diuersa, si appropriantur. Dicamus igitur, quod principia quæ secundum analogiam principia omnium forsan sunt anima & corpus, aut intellectus & desiderium & corpus. Hoc autem qualiter sit verum, sic oportet intelligere. Si enim substantiæ secundum esse accipiuntur, proculdubio sunt ante accidentia secundum esse: quia substantia cadit in ratione accidentis. Si autem ipsa substantiæ secundum ordinem causæ & causati accipiuntur, & secundum quod procedunt in esse, pro certo animata substantiæ sunt ante inanimatas: & si iterum animata substantiæ referantur in sua principia, referentur in animam & corpus: & si tria principia vniuersalis motus & esse accipiuntur, pro certo inueniuntur primum intellectus, & secundum desiderium, & tertium corpus, quod intellectus agentis & desiderii est proprium & animatum instrumentum. Hoc autem probatur secundum hunc modum, & ostendatur primo, quod animata substantia est ante inanimatam. Hoc autem planum est, si ad mentem reuocamus, quod cum substantia inanimata procedit ad esse, quod hoc non fit nisi agens aliquid agat ad formam, quod sit agens vniuersum: hoc autem non potest esse natura: quia natura non facit nisi vnum: & præter eam natura non est nisi virtus inanimata substantiæ: & cum hoc non possit esse substantia prior inter substantias compositas, oportet quod hæc earum ante se aliam incomprabilem animatam, quæ agat substantias inanimatas omnes tam simplices quam alias quæ sunt generabiles & corruptibiles. Hæc autem substantia animata causa est & substantiarum inanimatarum & ordinis earum: & motus earum: & hæc substantia animata est corpus cæli secundum scientiam Peripateticorum: ostensum est autem in 8. phys. quod mouens primum quod est compositum ex motore & moto siue lato, est primum cælum. Igitur ostensum est per hunc modum, quod animatum est ante inanimatum secundum ordinem causalitatis. Item ibidem in fine octauæ physico-rum ostendimus, quod primo primum mouens est simplex penitus: & hoc cum sic se habeat ad corpus primum sicut motor, pro certo habet rationem anime & non nature: quia natura nunquam mouet corpus illud cuius natura est, motu secundum locum. Adhuc autem natura non mouet nisi ad vnum: & cum peruenit, quietat in illo. Cuius causa est: quia natura non est causa motus locali nisi per consequens: mouendo enim ad formam, per consequens mouet ad locum, qui est illius for-

ma: motor autem cæli non mouet vquam ad aliquem firmum, nisi moueat etiam ex illo. In aliquid igitur mouere & ex illo non est nature, sed anime. Prima igitur principia substantiæ sensibilis sunt anima & corpus quod mouet anima: cum autem omnis motus cæli sit secundum formam quæ est in intellectu, eod quod sicut in mente artificis est species artis, ita in intellectu motoris est species eius quod efficitur per motum eius: quia aliter esset motus eius præter intentionem, & esset casu & per accidens: oportet igitur, quod id quod est primum principium mouens sicut ars, sit intellectus vniuersaliter agens, cuius scientia practica causa est omnium quæ fiunt, sicut ars est causa eorum quæ fiunt per artem: igitur intellectus est causa prima: intellectus autem non explicatur per motum cæli, nisi sit desiderium inferiorum motorum, & etiam superioris ad communicandum esse, cuius causa est scientia sui intellectus: ergo desiderium est de causis primis omnium: non autem inducitur in materiam nisi per corpus distinctum virtutibus accidentibus & recedentibus secundum motum planes & motum applanes, sicut ostenditur in sequentibus: & hæc virtutes non sunt nisi corporis cælestis. Sic ergo constat prima principia substantiæ sensibilis esse animam, & corpus, & intellectum, & desiderium, & corpus cæleste. Si autem huic rationi adiungatur quod ante probatum est, quod videlicet substantia est principium & causa accidentium, erit probatum, quod ista sunt principia omnium & sunt eadem secundum analogiam, sed diuersorum tamen sunt diuersa, quia vno modo se habentia non cantabunt diuersa, sed accidentia & recedentia diuersimodè per motum corporis animati, quod est cælum: & hæc diuersitas ostendi habet in illa parte astronomiæ, quæ de mundi accidentibus intrinsecatur: quoniam quidam de constellationibus generationum vel de generatibus vocauerunt.

CAPVT XIV.

*Quod secundum analogiam sunt eadem principia omnium siue extra siue intra, & siue communicantia cum materia siue non communicantia.*

**A**mplius adhuc alio modo & quinto ostendimus omnium principia esse eadem, secundum quod est principium id quod est proportionale in communitate sumptum analogiæ, & non in communitate generis, vel speciei, vel eiusdem secundum numerum. Et hoc est sicut si sumamus principia quæ constituunt compositam substantiam sensibilem, & hoc sunt actus & potentia: sed tamen etiam hoc licet in communi omnia vocentur actus & potentia, tamen proprie accepta sunt alia in aliis, & aliter huic & aliter alij conuenientia. Sed hic notandum est diligenter, quod in quibusdam idem quandoque est actus, & quandoque potentia: id enim quod est actus, aliquando est potentia vnum numero existens, sicut vnum, caro, & homo: & omnia enim hæc eadem penitus po-

CAPVT XV.

*Qualiter principia referuntur ad principia vniuersaliter & particulariter, & qualiter sunt prima & qualiter non.*

**A**mplius autem oportet, quod quædam principia, licet non sint vniuersalia, tamen dicuntur & significantur vt vniuersalia: alia vero non, sed significantur vt particularia. Ea autem quæ sunt principia omnium & prima sunt & principaliora, sunt duo, quorum vnum quidem ex forma, quæ actu est hoc, sicut diximus in antè habitis. Secundum autem est materia, quæ potestate est hoc. Et hæc quidem duo vniuersalia non sunt, prout sunt principia rei & substantiæ: principium enim singularium substantiarum singularium est: res autem omnes singulares sunt: hominis enim vniuersalis non est aliquis homo vniuersalis principium, sed singularium hominum principium primum est singularis homo, sicut Pythius est principium Achillis per hoc quod est pater eius secundum generationem vniuersam. Huius enim designati hominis est aliquis pater, & hic pater huius filij, & similiter est in aliis, sicut huius b. principium est hoc a. sed b. totaliter siue vniuersaliter acceptum est principium syllabæ ba. vniuersaliter & simpliciter acceptæ. Vnde intelligere oportet, quod sicut tripliciter significatur substantia composita, sic etiam tripliciter significantur principia ipsius: significantur enim vt supposita natura tantum, sicut cum dico, hic vel ille: significantur etiam in natura communi, sicut cum dico, homo; vel animal; vel substantia: significantur etiam in antecedentibus, sicut cum dico, filius, vel Socrates, vel albus musicus, vel aliquid huius: sed proprie loquendo hoc generat hunc: & quia hic est homo, ideo per consequens homo generat hominem, & animal generat animal, & substantia substantiam: & quia hic est filius, ideo pater filium generat, & alia huius, sicut Deon Sortem, & Pythius Achillem. Istis ergo modis significantur principia & principia: sed tamen particulariter proprie significantur, & vniuersaliter per consequens & accidentaliter per accidens.

Deinde etiam notandum est, quod species substantiarum diuersæ diuersas habent causas, & principia illa quæ sunt cause substantiarum, sunt etiam cause aliorum entium & elementa ipsorum, sicut in præhabitis ostendimus: quia sicut se habet substantia ad alia entia, ita se habent principia substantiæ ad principia aliorum entium: quando tamen propria principia sumuntur vniuersaliterque entis, tunc eorum quæ sunt in diuersis generibus, sunt diuersa genera principiorum: & hoc modo non in eodem quidem genere sunt principia coloris & substantiarum & quantitarum: præter enim solam communitatem proportionis & analogiæ non habent aliquam communitatem principia eorum quæ genere generalissimo diuersa sunt. Similiter ea quæ sunt diuersa numero, sunt tamen eadem

rentia sunt primo, & postea sunt actus: & ideo ista cadunt in dictas differentias ambas, & in dictas & causas: & sic est de omnibus quæ generantur. Adhuc autem obseruandum est in talibus, quod si species quæ est in talibus, quod si species quæ est in talibus, actus est entis separabilis quod per se esse potest vt substantia, tunc etiam illud quod fit ex illis sicut ex principijs & elementis, est separabile & per se est existens: actus enim & potentia sunt in omni genere: præcipue tamen sunt in his in quibus per se est motus, & principalissime sunt in substantia: quia actus & potentia in substantia causa sunt actus & potentie in omnibus aliis generibus: & sicut diximus iam, actus est species: præter autem est id per quod res est de-terius, & potentia quæ complectitur ambo: vnde præterio est sicut tenetur in aere, aut sicut labor siue infirmitas in corpore complexionato. Sed materia est hoc quod est potestate: materia enim potens est fieri ambo, tam actus quam priuatio. Aliter autem adhuc quam dictum est, differunt actu & potestate, ea quorum non est eadem species, sed diuersa, sicut diuersa diuersa specie esse causam hominis, sicut elementa quæ sunt ignis & terra, dicimus hominis causam esse, sicut materia dicitur causa, & species hominis est causa formalis propria. Adhuc autem dicimus aliud aliquid esse causam hominis quod tamen est extra hominem conformis in specie, sicut est pater generans: & dicimus, quod hæc omnia sunt potentia & actu quoadque & comunicantia homini in materia. Dicimus etiam, quod sol & circulus inclinatus siue declinatus sunt cause mouentes hominis & aliorum generabilium, quæ non sunt in potentia, neque communicant cum homine in materia, neque sunt species: talis qualis est homo, neque priuatio conuenit: ipsis neque sunt mouentia coniuncta cum materia, neque vniuersationem, neque conformitatem cum his habentia, quorum dicuntur esse causa. Hoc ergo modo iterum secundum analogiam eadem sunt principia omnium communitate analogiæ, quæ complectitur causas intrinsecas & extrinsecas, & communicantes in materia & priuatione, & non communicantes: & tamen sic analogicè eadem acceptæ valde sunt diuersæ si quarantur singularium cause propriæ, quia tunc non erit eadem potentia, nec eadem priuatio, nec eadem species, nec idem pater vel generans, nec idem sol, nec idem circulus: sed potius tunc vnaqueque res propria mensuratur periodo solis & circuli inclinati: & ideo etiam illa quæ sunt eadem specie, & diuersa numero, in regimine sui esse habent diuersitatem, etiam si in vno tempore & in vno loco communi nascantur: quia circulus natiuitatis vnus alius est à circulo natiuitatis alterius, quamquæ in vno ventre simul concipiuntur, & in vna hora generantur. Sic igitur principia & cause sunt eadem & non eadem, vt dictum est supra.


*Vide præ hoc 2. de generat. ne. & cor. ruper. ne. tex. 17.*

*Substantia composita & principia eius tripliciter significantur.*

dem specie; principia habent diuersa, non specie, sed numero, sicut forma Platonis differt à forma Socratis, & materia Platonis à materia Socratis non differt nisi numero: vnde talium principia sunt aliud & aliud secundum diuersum quod diuersificat principia: & ideo sicut forma hominis est alia specie à forma asini, ita materia est alia specie: & sicut forma animalis alia est genere à forma plantæ, ita etiam materia: & sic omnia quæ sunt talium diuersorum genere & specie & numero, diuersificantur sicut vites & actus & passiones naturales. Tria autem sunt principia, sicut diximus, materia, species, & mouens: quia priuatio abiicitur & finis est idem cum forma: & ista principia sunt quidem omnium eadem vniuersali ratione vel proportionem analogiæ, & non aliter.

Quæretur ergo, quæ sunt principia substantiarum & elementa, & quæ ad aliquid, & quæ qualitarum, & sic de aliis entibus: & quæretur, verum eadem sint principia omnium generum horum, aut diuersa, palam est quod est quæstio multipliciter dictorum. Singula enim principia quæ diximus, dicuntur multipliciter per analogiam, & sic communitate analogiæ & multipliciter sunt eadem. Diuersorum autem genere, specie, vel numero, non sunt eadem, sed diuersa, nisi sit sicut dictum est: & hoc modo

sunt omnium principia eadem communitate multiplicis per analogiam accepti. Sunt ergo sic eadem in quantum proportionaliter in communi accipiuntur: sic enim omnium principia sunt materia, species & priuatio communitate accepta, & hoc modo quo substantiarum causæ sunt causæ omnium, eò quod destructis substantiis destruantur omnia alia, sicut sapius diximus. Amplius principium in communi significatur, quando dicimus, quod id est principium, quod primum est endelechia siue prima forma: sic autem prima diuersa sunt secundum diuersitatem generum: prima enim contrarietas in quolibet genere est id quod prima est endelechia in illo: quia vnum illorum contrarium est forma, & alterum priuatio, sicut sepe diximus. Hæc autem sic ad principia propria relata non possunt esse omnium principia in aliqua communitate generis, vel multipliciter dicti secundum proportionem: quia ipsa sunt appropriata per hoc quod ad principia determinata referuntur. Et idem dicendum est de causa communi, vel propria, & de materia communi, vel propria. Sic igitur dictum est à nobis de principio sensibilium, & determinatum est quot sunt & quæ, quomodo sunt eadem & quomodo diuersa.



# TRACTATUS II.

## DE SUBSTANTIA INSENSIBILI ET IMMOBILI.

### CAPVT I.

In quo ostenditur istius tractatus introductionis & ordo, & quod necesse est aliquam substantiam insensibilem & immobilem esse.

Hinc autem quæremus de substantia immobili & incorruptibili. Cum enim per supra dicta iam constet tres esse substantias, quarum principia inquirenda sunt: quarum vna est sensibilis mobilis & corruptibilis, cuius principia determinata sunt, & secunda est sensibilis & mobilis & incorruptibilis, & tertia immobilis insensibilis & incorruptibilis: & tertia quidem est principium secundæ, nec potest sciri secundum nisi per tertiam, non enim potest determinari aliquid secundum proprietatem istius sapientie de motu perpetuo, nisi per scientiam immortalem: oportet nos in isto tractatu sequenti post primum loqui de immobili substantia & insensibili & incorruptibili, & tunc

inducere de ea quæ est mobilis & sensibilis & incorruptibilis: quo facto completa est omnis nostra intentio quam habuimus in hac sapientia. In his autem quæ deinceps dicemus, nemo arbitretur, quod aliquid dicamus de nostra intentione, sicut nec diximus in aliquo librorum naturalium, sed tantum declarabimus opiniones Peripateticorum de istis substantiis, relinquentes aliis iudicium quid verum vel falsum sit de his quæ dicuntur.

Dicamus ergo incipientes, quod tres sunt substantiæ quarum principia quærimus, quarum sunt duæ physicæ cum motu & materia conceptæ, ea videlicet de qua dictum est, quod est sensibilis mobilis & corruptibilis, & ea quæ est sensibilis & mobilis & incorruptibilis, de cuius quidem natura in libro qui de celo & mundo inscribitur, dictum est, sed quedam etiam in vltima istius sapientie parte dicuntur. Vna autem & tertia ab his substantia, quæ est insensibilis & immobilis, de qua nunc dicendum est. Et primum quidem quod declarandum est de ipsa, est hoc, videlicet quod necessarium est, quod aliqua sit substantia immobilis. Ad hoc autem probandum sumamus proposi ionem in ante habitis sapius probatam, quod videlicet substantia est primum inter ea quæ sunt, & prin

& principium aliorum: propter quod sequetur, quod si substantiæ omnes essent corruptibiles, quod omnia essent corruptibilia: quia corruptis substantiis, impossibile est aliquid aliorum remanere. Ostendimus autem in primo celi & mundi, quod nihil est habens potentiam ad non esse, quod non aliquando corrumpatur. Si igitur omnes substantiæ sint corruptibiles, omnes habent potentiam ad non esse. Igitur corrumpentur aliquando: & tunc sequetur, quod nihil erit omnino, quod est impossibile apud intellectum: quia sicut ex nihilo nihil fit, ita ex eo quod est, nunquam fieri potest id quod nihil est penitus. Et si omnis substantia corruptibilis est, tunc compositum omne & omnis materia & omnis forma est corruptibilis: & sic nihil erit penitus.

Si autem diceret aliquis, quod non sequitur consequentia quæ inducta est: quia in generatione circulari elementorum quodlibet elementum secundum quamlibet partem corruptibile est, & tamen manet in toto: & sic non cessant generatio & corruptio, & semper manet mundus. Dicimus, quod illa instantia provenit ex ignorantia: quia nisi supponatur, quod aliqua substantia est incorruptibilis in toto, quæ obliquè affert & differt generans, non erit corruptio in parte, & generatio in parte, & nisi sit allatio circularis, non saluatur aliquid in toto: & tunc habetur id quod intendimus, quod aliqua substantia est incorruptibilis. Quod autem aliqua sit incorruptibilis substantia, probatur per ea quæ in octauo de physico auditu dicta sunt: ibi enim dictum est, quod impossibile est motum primum aut fieri cum non esset, aut corrupti ut non sit postquam fuit: semper enim erat secundum naturam. Dictum est etiam ibidem & probatum, quod impossibile est tempus fieri aut corrupti: & huius ratio est: quia cum tempus sit numerus motus circularis: & id quod fertur in circulo, semper habeat rationem finis & principij, in quocumque nunc signatur tempus, illud habebit rationem finis respectu præteriti, & principij respectu futuri: ergo ante quodlibet nunc fuit primum tempus, & post quodlibet erit tempus: & si sic se habet tempus, non potest fieri, aut corrupti. Item tempus secundum principia nature acceptum, neque fieri potest, neque corrupti, sicut nec motus. Motus igitur hoc modo secundum naturam principia est semper continuus in esse sicut & tempus, & tempus sicut motus: tempus enim aut idem est cum motu, aut est passio eius, sicut in physicis est probatum. Cum igitur in quocumque nunc ponatur fieri motus & tempus, sequetur prius non fuisse tempus & motum, & continuè posterius fuisse vtrumque, & prius & posterius non fuit sine tempore & motu, sequetur quod motus fuit ante motum primum, & tempus fuit ante tempus primum, quod est impossibile: hæc autem omnia subtiliter indagata sunt in octauo phy. nostrorum. Oportet igitur secundum nature principia semper fuisse motum & tempus: motus autem continuus & perpetuus non est aliquis nisi ille qui est secundum locum: & inter motus qui sunt secundum locum, solus est perpetuus qui est circularis & circulari motus: ergo oportet, quod

habeat motorem perpetuum & semper manentem: hæc autem omnia sufficientissime sunt à nobis determinata in 8. libro de physico auditu: nec hic oportet repetere: quia ibi ostendimus, quod non est motus æternus nisi & motoris æterni, qui secundum principia nature nunquam fuit non mouens, licet secundum voluntatem Dei: vt multis videretur, potuerit aliquando incipere, cum ante non esset. Et hanc etiam rationem in physicis nostris sumus profecuti, & secundum duas vias ibi ostendimus mundam esse æternam & motum non esse æternam, & ostendimus, quod ista non repugnant: quoniam nostra demonstratio non probat nisi quod motor tempore non præcedit mobile & motum: & hoc est verum & concessum ab omnibus: æternitate enim præcedit & non tempore: æternitas autem non dicit durationem diuisibilem: & ideo secundum nullam durationem extensam diuisibilem primus motor & prima causa præcedit motum & celum & mundum: nec vnquam intenderunt Philosophi motum celi esse æternum, nisi illo modo quod æternum dicitur hic, cuius inceptionem & esse non præuenit tempus. Sic enim motus semper fuit & etiam tempus. Hæc autem omnia à nobis alibi declarata sunt: motor igitur illius motus semper fuit, nec fuit tempus quando non esset.

### CAPVT II.

Quod hæc substantia est actus purus, nihil habens admixtum de potentia.

Si autem dicatur, quod illa substantia quæ motor est primi motus, non est secundum actum mouens, sed est actus secundum aptitudinem, & est motor mobilis quod aptum est moueri, licet non mouetur: & dicatur, quod non secundum actum est agens aliquid, semper sequitur, quod non sit motus semper. Hoc autem qualiter fiat, sic accipiat. Sumamus enim id quod in secundo de anima iam probauimus, & in secundo huius sapientie, quod videlicet duplex est mutatio: vna quidem quando de ignorante fit sciens, & alia quando de sciente secundum habitum sit considerans secundum actum: & supponamus ea quæ per se manifesta sunt, quod videlicet primus motor nec per se mutatur, nec per accidens: si igitur detur, quod primus motor est secundum habitum motor & non secundum actum, tunc oportet quod de otio veniret ad actum: & cum ita sit quod primus motor per scientiam suipsius & suam scientiam moueat, oportebit quod ipse secundum habitum consideret se: & sic de habitu veniet ad actum: & sic in primo motore est mutatio: & cum ita sit, quod id quod exire de potentia ad actum, non exeat nisi per aliquid mouens, oportebit quod habeat aliquem alium motorem: & hoc est inconueniens: quia nulla penitus potest esse mutatio in primo motore: quia sicut inferius ostendimus, id quod per essentiam mouet, nunquam cessat ab actu: primus autem

Primo ca. li. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

Obiectio.

Sciuitur.

8. physico. com. 1. v. que ad 12.

Itum aut idem est cum motu. aut est passio motus. id in com. in. pra. sen. 11. com.

Tex. c. 2. de anima. 112. c. 55. & 56.



autem motor per essentiam suam est motor, & motus est actus eius, sicut lucere est actus lucis. Idem autem sequitur si mobilis est primum quodam & non secundum actum motum, quod tunc oportebit, quod aliqua dispositio accedat, per quam fit motus secundum actum: & sic in primo mobili ante primum motum est motus: quæ omnia sunt impossibilia, sicut in physicis est ostensum: quodcumque enim horum duorum non ponatur esse in actu, sed in potentia ad motum, sequitur non esse primum motum, vel quod possibile est primum motum non esse: quia id quod est in potentia ut agat, contingit non agere: & si non agere ponatur, nihil sequitur impossibile. Sequitur autem primum motum non esse, quod est impossibile: ergo impossibile est primum motorem, quia est substantia prima, non esse aliquando mouentem secundum actum. Si ergo ponamus substantias quæ sunt motor & mobile, esse sempiternas, & non ponamus, quod motor secundum actum mouet, & mobile secundum actum mouetur, nihil prodest presenti intentioni: quia sequitur ex hoc motorem primum & mobile primum non esse substantias primas & sempiternas: & hoc modo etiam nihil prodest ponere species illis qui sunt auctores earum, nisi ponant illas species mouere secundum actum, ita quod insit in eis potentia continuè mouendi materiam ad transmutationem: aliter enim speciebus existentibus cessabit generatio. Si enim ponatur non mouens species, quamuis sit perpetua, tamen insufficientis erit ad causandum inque am generationem: & similiter alia quæcumque substantia ponitur esse prima, causa transmutationis insufficientis erit, nisi ponatur secundum actum esse mouens & semper. Sic igitur nec species nec quæcumque alia substantia ponatur esse prima, insufficientes erit causæ generationis, nisi agat secundum actum semper: nam si detur, quod non agat aliquando, vel non egerit semper, vel possibile sit ipsam aliquando non egisse, sequitur quod motus non erit sempiternus: quod enim in potentia est, contingit non esse: & si est possibile primam substantiam secundum actum non mouere, si ponatur non mouere, nihil sequitur impossibile. Sequitur autem motum non esse sempiternum: & hoc est impossibile: est ergo impossibile primam substantiam posse aliquando non esse in actu mouentem. Oportet igitur primam substantiam esse tale principium, cuius substantia sit actus, nihil habens admixtum de potentia.

Hoc autem aliter & fortius demonstratur. Reuocetur enim nobis id quod in secundo huius sapientie libro habitum est, omnes videlicet causas in quolibet genere causas habere ad ipsam primam, quæ est causa omnium aliarum: eo quod secunda causa à prima causa habet & quod est, & causa est. Omnes igitur mouentes causas reuoluntur ad causam primam mouentem. Causa autem prima mouens non potest esse nisi illa quæ per essentiam mouet, & eius actus essentialis est ipse motus quem mouet. Et hoc iam sapientius probatum est: quia si detur, quod non per essentiam mouet, sequitur quod mouet per aliquid additum essentia sue: & hoc est per accidens mouens: nullum

autem per accidens mouens est primum: igitur primum mouens non est primum mouens: & sic contradictoria verificantur de eodem. Oportet igitur, quod primum mouens sit per essentiam mouens: sed quod est per essentiam mouens, eius actus essentialis est motus quo mouet: nunquam autem destruitur essentia essentiali actu quandiu manet essentia, sicut lux semper lucet & non destruitur actu lucendi quandiu est lux: ergo si prima substantia est perpetua, oportet quod perpetuum sit ei quod moueat.

Si quis autem dicat, quod per essentiam mouens non est per voluntatem & scientiam mouens, nec facit multa motu suo, sed vnum. Dicimus quod istæ instantiæ procedunt ex ignorantia philosophiæ: quia iam ostendimus, quod id quod est principium in genere aliquo, similitudinem habens intellectus per essentiam, multa facit, sicut spiritus & calor qui est in semine hominis: prima autem substantia mouet per modum agentis intellectus: & sic instantiæ non valent quæ inducantur: de voluntate autem eius inferius tractabimus. Quamuis autem sic secundum veritatem dicamus, tamen ostendimus, quod motoris simplicis & primi est actus simplex & primus, & per diuersitatem corporis quod mouet, inducitur in tota materia diuersitas, cum tamen sit ipsa substantia simplex: quanto enim prior est illa substantia, tanto relationem habet ad plura, & tanto est virtutis multiplicioris.

Fortè autem dicet aliquis, quod si per essentiam mouet, tunc non potest non mouere, & sic ad mouendum est coactus, quod est valde inconueniens dicere de prima substantia. Sed ad hoc & huius non oportet nos studere, si bene sciretur quid est coactus: coactum enim violentum est, & huius principium est in altero: & hoc non est in prima substantia: & ideo non cogitur ab aliquo. Si autem aliquis dicat, quod ad minus est naturæ ad motum obligatio: & quod obligatum est facere aliquid, non habet libertatem in illo: & sic prima substantia obligata mouet, & non habet liberatem in mouendo. Sed hoc nihil est penitus. Communicare enim se per essentiam, & communicare bonitates suas per essentiam, summa est libertatis: liberum enim hoc dicimus, quod causa sui est, & non causa alterius: & ideo cum sit fontaliter causa comunicet se motu suo & propter se, non est obligata alicui, sed potius deriuationis suæ alias dominationis suæ, quod restringi non potest, quin perfundat motum qui est actus talis, quod per ipsum perfunditur omnis bonitas nobilis in esse, quod secundum est post eam: & si voluntas illam restringeret, sequeretur quod illa voluntas minoraret perfusionem bonitatum: & hoc esset inuidia minorari primam substantiam: & ideo bene dixit Plato inuidiam relegatam esse à Deo, quando voluntas essentialis non restringit essentialem perfusionem bonitatum. Et attende, quod quando dico, quod est per se & secundum ipsum & essentialiter mouens, & tamen mouet ut intellectus agens, non potest intelligi, quod moueat nisi per essentiam, & non per aliquam formam quæ non essentia sua, sicut mouetur intellectus.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio pulchra.

Solutio pulchra.

Communicare se per essentiam & communicare bonitates per essentiam summa libertas est.

meta. hoc. c. 6.

ruarij quando facit statum per formam statum, sed potius sicut quando calidum calefacit & non mouet nisi propria essentia, ita per essentiam propriam mouet primus motor, & ipse est forma omnium eorum quæ sunt per ipsum vnus & simplex indiuisibilis, sicut virtus formatiua in semine per essentiam est forma omnium membrorum in corpore quæ intras & extra facit. Et hoc hic sufficit exemplariter explanatum esse: quia hoc in sequentibus per demonstrationem erit manifestum.

CAPVT III.

Qualiter prima substantia est immaterialis & vbique & sola, & semper est id quod necesse est esse secundum substantiam & secundum potentiam.

Tex. c. 3.

Amplius tales substantias oportet esse penitus sine materia: dico autem esse sine materia, non quidem abstractum à materia, quia abstractum à materia aliquando fuit coniunctum materia, sed sine materia dico illud, cuius penitus nihil habet materiae proprietatem aliquam. Huius autem causa est: quia tales substantias per essentiam mouentes oportet esse sempiternas: primam autem inter illas, cum hoc oportet esse necesse esse: & quid sit necesse esse, diximus in quinto huius sapientie libro. Quod autem tales substantias oportet esse sempiternas, ex hoc probatur, quod oportet aliquid aliud ab ipsis esse sempiternum: & hæc est generatio in quieta in inferioribus, sicut ostensum est in secundo peri geneseos lib. Sempiternum autem non est nisi duplex: vnum quidem secundum successionem quod est causatum, aliter secundum substantiam quod est causa. Et si sempiternum est aliquid secundum successionem, oportet quod sit sempiternum secundum substantiam: quia sequitur necessario, si effectus est, quod etiam causa propria sit illius effectus. Id autem quod est sempiternum secundum substantiam, est duplex, sicut iam in præmissis habitum est: quorum est substantia sensibilis mobilis quæ reiteratur incorruptibilis mota, sicut cælum: & cum omne motum habeat motorem coniunctum sibi, ut probatum est in 7. phys. oportet quod cum illa substantia sit alia substantia immobilis omnino sempiterna. Si autem est immobilis penitus, non potest esse diuisa & distensa per vbi nec per formam: quia non nisi his duobus modis dicitur imobile penitus. Quod autem penitus est indiuisibile per vbi & formam, est omnino carent materia: cum omnis materia per hoc sit materia, quia per vbi & formam & diuisibilibus & extensibilis est: & ista est vera demonstratio, quod substantia prima sit immaterialis, & pulchrior omnium demonstrationum: & quicquid aliud ad hoc inducitur, non habet demonstrationis veritatem.

Tex. c. 6. & infra in 2. d. generacione & corruptio. 22.

7. phy. sex. com. 10.

Nota que d. monstra tio si pulchra eorum de monstrantibus prima substantia immaterialitatem.

Ex his igitur ulterius elicitur, quod est vbique & semper. Et quod sit vbique, sic probatur, quicquid enim restringitur ad situm & locum, oportet quod restringatur per aliquod indi-

duans: nihil autem est indiuisibile per se nisi materia: igitur quod penitus caret materia, penitus caret indiuisibilitate: sed prima substantia caret penitus materia, sicut iam probatum est: igitur caret indiuisibilitate: igitur non est hic vel ibi. Dico autem esse vbique sic, quod non habet respectum ad locum aliquem omnia ambiens: non autem potest non omnia ambiente substantia quæ per essentiam mouet omnia. Hic autem videmus, quod omnis motor totam suam ambit materiam quam mouet, sicut anima ambit totum corpus, & ea quæ quocumque modo sunt in corpore. Igitur inuitabiliter sic sequitur primam substantiam esse vbique. Quod autem sit semper, iam ante probatum est. Est igitur vbique & semper per hoc quod est sine materia. Dicit autem fortassis aliquis, quod etiam sunt alia immaterialia sicut motores inferiores & intellectus hominis, & tamen aliquo modo sunt mobilia ista ad minus per accidens & diuisibilia per formas quæ sunt super istos intellectus. Sed qui hoc dicit, naturam intellectus ignorat: omnis enim intellectus secundum quod intellectus est, est immobilis penitus & vbique & semper. Hoc autem qualiter sit, inferius ostendimus in proprio loco: & de vniuersali secundum quod est quidam intellectus, iam probauit Aristo. in primo posteriorum analyticorum, quod est vbique & semper: vnde licet inferiores intellectus aliter sint vbique & semper & immateriales quam prima substantia, tamen ista conueniunt eis secunda relatione & non prima. Et hoc in sequentibus determinabitur: quicquid enim aliquo modo est ambiens omnia, secundum aliquem modum est vbique: & quicquid est cuius esse non deficit, secundum illum modum quo non deficit, est semper: sed esse semper diuersimodè contingit primæ substantiæ & substantiæ inferiori secundæ: quia prima substantia sic semper est, quod tota est simul, non diuisa nec distensa per formam & vbi: inferior & secunda substantia habet potentiam distensam aliquo modo in eo quod non pure est necesse esse. Id enim quod habet causam, secundum potentiam dependet ad illam, & non est necesse esse sed possibile secundum hoc. Secunda autem substantia omnes causas sunt à prima, & recipiunt formas sui motus ab ea: & ideo & secundum esse & secundum mouere potentias habent distensas, & aliquo modo diuisas: propter quod sempiternitas earum non est tota simul.

Obiectio.

Solutio.

Quomodo esse semper & vbique, & esse immaterialis & imobile prima substantia, secundum relationem conueniunt primæ substantiæ, sed relatione secunda est de inferioribus intelligentiis dicuntur.

Si utem aliquis dicat, quod hoc non potest esse verum: cum enim sint sempiternæ, non possunt habere causam secundum esse: dictum est autem, quod sempiternæ sunt: ergo causam in esse non habent. Dicemus, quod hæc ratio apud philosophantes non concludit. Si enim ponamus mundum esse æternum, sicut quidam Philosophorum potuerunt, non tamen remouetur per hoc quin habeat causam secundum esse: quamuis enim dies sit cum presentia solis, & presentia solis non præueniat esse diei, tamen non tollitur quin dies secundum esse suum causetur à solis presentia: & omnino eodem modo est in hiis quæ faciunt prima causa substantias separatas, quæ sunt in esse constituta lumine essentiali sue: nec oportet, quod prima essentia præueniat



præueniat eas aliqua diuisibili duratione, sicut in præcedentibus ostendimus, licet præcedat eas modo perfectæ æternitatis, quæ tota stat simul, sicut hoc ostensum est. Paret igitur primam substantiam immobilem & incorruptibilem & immaterialem & sempiternam & ubique existentem esse. Ex his autem facile concluditur ipsum actum primam nihil potentie aduixitum habentem esse. Si enim aliquid haberet potentie, non esset necesse esse: est autem omni modo necesse esse: igitur est actus purus nihil habens potentie admixtum.

Tex. c. 31.

Scias autem, quod hæc omnes demonstrationes sunt, hoc solo supposito, quod primus maior sit substantia prima: hoc autem negat Plato, & sui sequaces, qui dixerunt causam primam efficientem differre à prima causa mouente: & si hoc est verum, tunc non concludunt ea quæ inducta sunt. Sed ad veritatem huius inuestigandam oportet intendere circa Timæum Platonis: & hoc non est præsentis negotii, in quo non suscepimus nisi Peripateticorum positiones exponere.

CAPVT IV.

In quo d. fruitur error eorum qui dixerunt potentiam præcedere actum in prima substantia.

Tex. c. 31.

**D**abitur tamen aliquis: Si enim prius est à quo non conuertitur conuenientia, sicut in logicis determinatum est: omne autem agens potentiam habet agendi: quod autem potentiam habet agendi, non semper oportet hoc agere: videtur itaque potentia secundum naturam esse ante actum. Si autem hoc conceditur, sequitur aliquando nihil esse entium: contingit enim à quod possit esse, & tamen nihil esse: quia non est necesse, quod id quod potest esse, sit: & ita non est necesse, quod id quod potest esse agens, sit agens propter hoc. Et hoc concedunt quidam theologizantes Philosophi, qui dicunt primam causam non semper mouisse, sed fuisse tempus quando non mouit: & causam dicunt fuisse, quia voluntate mouit, & quoddam tempus fuisse in quo mouere noluit: voluntatem volitum dicunt enim differre quantam placet. Et est mirum de istis, qui ponunt materiam consumatam fuisse semper, ita quod nullum tempus præuenit materiam, & tamen dicunt Deum non mouisse: & isti sunt, qui ex nocte mundum generant: quia dicunt tunc fuisse tenebras, quando materia informis & consumata fuit: & postea lucem exortam ex patrie parte illius materie: & factum esse diem.

Nota quæ dicitur de fratione de motu æternitate vel quæ dicitur de motu æternitate dicitur.

Hoc etiam modo dixerunt quidam Philosophi dicente omnes res fuisse simul primo in vna materia consumata, postea res fuisse distinctas: omnes enim quotquot sunt qui dicunt tempus fuisse, quando cælum non mouebatur: & quando cælum non fuit, dicunt idem impossibile quod sequitur ex dictis eorum: & hoc est quod potentia præcedit actum: & ex hoc sequitur, quod aliquando nihil sit. Scias autem, quod qui dicit hoc dicit lex nostra, quod videlicet

primus motor non tempore, sed æternitate indiuisibili præcedit motum & mobile, ad dictam illam nihil penitus sequitur impossibilem inductorum. Adhuc autem qui dicit, ut Plato dixit, videlicet quod primus motor non est causa prima, & prima causa est efficiens non mouens, & quod hoc esse fecit primum motorem & motum simul sine motu & tempore, nihil dicit ad quod sequatur impossibile. Quicumque autem dicit, quod prima materia consumata tempore præcedit motum & mundum, dicit positionem ad quam sequuntur impossibilia inducta & plura alia. Queramus ergo ab illo, si aliquando non fuit motor in actu mouens, quomodo possibile erat, quod illa mouerentur quæ postea mota sunt: non enim poterit dicere, quod ipsa eadem materia mouerit seipsum: quia nulla materia mouet seipsum. Sed videmus, quod ars quæ est extra materiam, mouet materiam sicut ars rectorica mouet ligna & lapides ad faciendum domum. Et similiter in physicis materia seipsum non mouet: quia instrumenta quæ sunt materia generationis animalium, & terra quæ est materia plantarum, non mouent seipsa: sed mensura animalium mouent (permatia animalium, vel id quod est loco spermatis de virtute putrefacti & stellarum, & terram mouent semina vel vis sementina stellarum vel specus alicuius quæ concluditur in humore putrefacto, sicut sepe diximus: hæc autem quæ sic mouent, non mouent nisi mota: & ideo necesse est, quod ante omne quod motum mouet, ponatur aliquid quod continet mouet, cum non sit motum ab aliquo, sed sit primum mouens continuè & immo ille: & quamuis hoc imperfectè viderant quidam, ideo in positione sua fecerant, quod aliquid tempore est in actu mouens, sicut fecerunt Leucippus & Plato. Isti enim semper dicunt fuisse motum. Leucippus quidem motum atomorum in vacuo. Plato vero dixit primam causam semper fuisse in actu, & numerum semper seipsum mouisse: sed non dixit cælum semper fuisse motum, nec tempus semper fuisse, sed esse generatum vtrumque, sicut ostensum est in physicis: & quamuis isti semper dicunt motum sui se, tamen non determinant quare & ex quo mouente ille motus sit, & quis sit, vtrum rectus aut circuli motus fuerit: nec dicunt eum sic fuisse, sicut est primus motus in natura: nec dicunt cum fuisse omnium quæ sunt causam: nec etiam ipsius motus assignant causam, cum tamen hoc sic facere sit philo. ohi primi: nihil enim mouet, ut contingeret & à casu in his quæ semper aut frequenter mouentur: sed in talibus oportet semper aliud existere, sicut est prima substantia mouens, & sicut primum cælum est, sicut nunc illa semper existere probata sunt: quæcumque enim secundum naturam sunt sicut sunt, v. d. itum est, quod habent motorem & id quod mouetur. Similiter autem quæcumque violentia mouentur, habent etiam motorem: quia aut mouentur ab intellectu operatiuo, ut artificialia, aut ab alio extrinseco, sicut proiecta, aut tracta, aut aliter impulta. Deinde queramus à sic dicentibus, qualis motus sit prius inter motus secundum naturam: hoc enim valde differre quicumque est ille qui prior est secundum naturam: quia motus ad

formam non potest esse primus: & inter motus locales non potest esse primus nisi motus circuli: & sic inter circuli motus oportet esse primum, qui est circuli vniformis & perpetui. Hoc autem non est impossibile dicere Platonis secundum suam positionem: quia illi existimabant aliquando, quod principium primum mouens coniunctum ei quod mouetur, sit numerus seipsum mouens, quem animam mundi dicebant esse: hæc enim anima cum infusa sit cælibus motis, aut cum cælo incipit esse, si tantum in cælo esse ponatur: aut etiam incipit esse posterius cælo, si ponatur infusa omnibus motibus motu perpetuo, sicut mouentur generabilia & corruptibilia in quiete motu, qui in secundo peri geneleos est determinatus: & horum vtrumque iam dixit Plato, & etiam sequaces eius: & hoc ideo est dictum, quia primam substantiam mouentem verè non cognouerunt. Quod autem huius disputationis causa est, hoc est, quod existimant multi Philosophorum, quod potentia est prior acta, sicut obiectum est à principio. Et hoc quidem vno modo bene dictum est: alio modo autem male dictum est. Dictum est autem iam à nobis in nono sapientie libro, qualiter potentia est ante actum, & qualiter non. Quod autem omnium prius sit id principium, quod semper est actuale: testatur Anaxa. & omnis alius Philosophus, qui ordinem vidit mouentium motorum: dixit enim Anaxa. quod intellectus agens semper est in actu agens, nihil permixtum habens potentie. Similiter autem & Empe. propter hoc ponit amorem & odium semper mouere. Et Anax. quidem posuit intellectum agentem: eò quod nihil agit diuersa primum nisi intellectus. Empe. autem posuit amorem & odium: quia vidit diuersam esse generationem & corruptionem, quarum vna dissoluit sicut odium, & altera congregat sicut amor.

CAPVT V.

In quo probatur per modum generantium & corruptentium, quod vnum est principium mouens semper & actu existens, nihil habens de potentia.

Tex. c. 31.

**S**imiliter autem dicunt omnes isti qui dicunt semper motum esse, sicut Leucippus & Democritus: & hoc est causa quod dicunt, quod chaos siue vacuum non fuit infinito tempore chaos, neque nox infinito tempore remansit nox: quia per ea quæ ponebant semper esse mouentia, factum est ut generatis esset plenum chaos, & ut tenebra noctis prorumperet in lucem, producho sole per intellectum vel amorem & odium mouentia. Illa enim mouentia semper sunt eadem in mouendo, aut in circuitu aut aliter alio quocumque motu. Intellectus enim semper mouet, & similiter amor & odium. Et ideo dixerunt iam nominati Philosophi, quod res semper circueunt per generationem & corruptionem ex mixto in mixtum, & sic continuè implentur chaos, & nox terminatur in diem, & dies in noctem: & hoc esse non posset, nisi

D. Albr. Mag. Metaphy.

actus prius sit quam potentia. Si autem sic dicatur, quod eadem materia generatorum semper sic mouetur in circuitu, & oportet necessitate dicere, quod aliquid est quod semper similiter agit & secundum modum vnum. Iam enim in secundo peri geneleos ostensum in secundo est, quod in omni generatione & corruptione duo sunt, quorum vnum est continua ipsius esse permanentia secundum esse diuinum: & alterum est diuersitas generationis & corruptionis: & ideo oportet esse duos modos circuli primos, quorum vnus sit vniformis, qui est primi cæli diuinus, qui causa est esse diuini in omnibus: & alterum motus oblique afferens & differens astrum generans, qui est circulus obliquus, in quo mouentur astra omnia secundum accessum & recessum, quorum sol est principium: propter quod sol patet generationis vocatur ab antiquis. Hæc autem licet hæc supponantur, & in secundo peri geneleos sint physice probata, in sequentibus probabuntur ex propriis istius primæ philosophiæ: hoc autem quod hic sufficit ad præsens, est hoc, quod si secundum dicta prænominatorum Philosophorum idem est quod semper mouetur in circuitu accessum & recessum faciens generationem & corruptionem, siue illud sit amor & odium, siue intellectus distinguens, siue circulus obliquus, oportet aliquid esse supra hoc quod semper similiter agit æqualiter accedens & recedens. Et si ponatur, quod odio mouente semel inest entibus generatio & corruptio, oportet quod ponatur aliquid agens aliter & aliter: quia aliter non faceret diuersam generationem videlicet, & corruptionem: & ex hoc sequitur, ut dictum est prius, quod super hoc sit aliquid agens vniformiter.

Ex his igitur duobus elicitur, quod necessarium est, quod sit aliquid quod secundum se & essentialiter agit & vno modo, & quod aliquid secundo modo agit secundum aliud & aliud in accessu. Oportet igitur secundum hoc quod dictum est, quod aut agit semper secundum diuersum, aut quod agit secundum motum primum primæ substantiæ, omne id quod perpetuum habet motum: totus enim & omnis motus superiorum diuiditur in hæc duo & non plura prima: quod enim secundum diuersum accedit & recedit, & iterum & iterum & sic continuè, non potest esse causa continua permanentia. Oportet ergo, quod illi aliquid sit melius, quod sit vera causa: illius autem causa non est nisi illud quod semper & similiter se habet: quod autem aliter & aliter est diuersum, & diuersitas non est causa continuitatis in esse: quod autem semper est & agit & aliter, hoc complectitur ambo dicta: quia in quantum est semper, causatur ex motu primi: & in quantum est aliter & aliter, causatur ex motu obliquo. Palam igitur est, quod motus primi in genere sic se habent ut dictum est: & hoc est quod omnes Philosophi diuiserunt motum cæli prima diuisione in motum planes & in motum aplanes, sicut inferius ostendetur. Quia vero sic est ut dictum est, & ita res se habet: & si dicatur, quod primus motus non sit essentialiter à primo motore, sequitur quod res generata ex nocte emunt, & quod simul faciunt omnia, sicut sepe dictum est, & quod res generata

H h



generata solvantur ex non ente: quæ omnia impossibilia sunt secundum naturam.

Ter. c. 35. Oportet igitur dicere, quod primum est sempiternum, & quod mouet id quod in motu est sempiternum, & sempiternum mouet motum: celum enim est aliquid sempiternum, & quod mouet id quod in motu est sempiternum, est substantia actus existens, nihil habens admixtum de potentia. Hoc autem iam in octauo de physico auditu declarauimus, quod est aliquid compositum ex motore & moto, quod est medium duorum, scilicet eius quod est mouens tantum, & eius quod est motum tantum. Si inueniatur vnum componentium sine altero, quod etiam reliquum inuenitur sine isto: in natura autem inuenitur id quod est motum non mouens, & inuenitur medium compositum quod est mouens & motum: igitur inuenitur etiam substantia mouens tantum, & semper in actu existens, quam impossibile est moueri: & hæc propositio nunquam habet instantiam in his quorum vtrumque componentium est substantia, & non accidens, & in quibus componentia sunt habentia modos oppositos, sicut mouens tantum habet oppositum modum ad id quod est motum tantum & ad id quod est motum & mouens: mouens autem tantum erit sempiternum mouens motum: & ideo oportet, quod sit substantia semper actus existens, & nunquam in potentia: materia autem generabilem & corruptibilem est substantia quæ est mota tantum non mouens: circulus autem celestis est substantia mota mouens: igitur prima substantia quæ est insensibilis, erit immobilis & mouens tantum.

CAPVT VI.

Qualiter primus motor immobilis mouet sicut desideratum & amatum.

Ter. c. 36. Hæc autem sic determinatis, oportet videre qualiter moueat, ex quo est immobilis & actus purus & simplex ab omni materia separatus: immobile autem existens mouet per essentiam, sicut iam ante diximus: & hoc est quod mouet, sicut si distinguamus amatum siue amabile siue desideratum & desiderabile in amabile per se & per accidens. Amabile enim per se est, quod per se est bonum & optimum. Amabile autem per accidens est, quod ut nunc vel hoc affert aliquam in sensu utilitatem vel delectationem, propter quam amatur, & non per se & propter se appetitur. Eorum autem quæ per se appetuntur, quedam sunt intellectualia bona, & quedam non sunt intellectualia. Et constat, quod illa quæ intellectualia sunt, non habent contrarium omnino, & ideo amabilia sunt & delectabilia quam alia. Adhuc autem inter se intellectualia, quedam sunt connaturalia, & quedam non, sicut intellectui connaturale bonum est quod est perfectio ipsius secundum ipsam quam intelligit ex alio, sicut quando intelligit, quod diameter est asimeter, est intelligibile secundum ipsam: sed quando intelligit

seipsum, est theoria secundum ipsam intellectum. Adhuc autem inter illa quæ sunt secundum ipsam intelligibilia quasi omnia, quedam sunt quæ faciunt ipsam intellectum esse intellectum in summo, & quedam non. Ea enim quæ de se intelligit, non faciunt ipsam esse in perfectione vltima: quæ autem intelligit de lumine primæ substantiæ, faciunt eum esse in summo quo potest esse. Cum igitur probatum sit primam substantiam non esse materialem, constat quod ipsa est intellectus purus: & cum sit prima, constat quod est substantia summa: & cum sit vniuersaliter agens, constat quod largitur omnes perfectiones, & est summum bonum: & cum sit essentialiter agens, constat quod communicat se, & sicut dicunt quidam, expandit se per omnes intellectuales, intellectus. Ipsa igitur maxime est amata & desiderata ab omnibus: & omne quod mouetur, desiderat ipsam. Hoc igitur modo mouet non mota: eo quod ipsa nihil desiderat extra se: desiderium autem est causa motus omnis: mouet autem sicut desiderabile & intellectuale bonum omnium secundum esse & naturam vniuersitatisque. Omnium autem sic motorum & mouentium sunt principia eadem & simul, quod non est in desideris nostris: quia ipsum intellectuale bonum in celestibus idem per seipsum est principium desiderij & motus: in nobis autem & materialibus concupiscibile quidem & magis concupiscibile, & quod est maxime concupiscibile, est apparet bonum primo in sensu, & quod volumus esse primum bonum in se: & ideo excitat desiderium primo ante motum quo moueamur ad ipsum. Desideramus enim ipsum, quia videmus ipsum esse bonum: vel quia videtur bonum aliis: vel forte non est bonum in se, sed videtur bonum ideo quod desideramus ipsum: & ideo illud tale non statim est principium motus ad ipsum: & aliquando etiam non potest esse principium motus, sed continemus nos ne moueamur ad ipsum aliquando. Sed hoc bonum quod est intelligentia, semper est bonum vincens desiderium, & ideo semper mouet: quia quotiescunque motor fortior est eo quod moueri debet, sit motus: & quando non est fortior, non potest mouere. Vnde hoc modo intellectus mouetur ab intellectuali bono sine dilatione & sine medio: quia non sit primo nuntiatio boni per sensum qui moueat appetitum, nec est aliquid retrahens ex parte accipientis intellectus, cum id quod amatur per se bonum sit & immediatè influat, & sic vincens totum desiderium eius cui influat: & ideo motus statim est actio eius in eo quod mouetur ad ipsam: intellectualem vero bonum sicut dixit Pythagoras, & sicut nos paulo ante diximus, diuersum est & diuersorum elementarium bonorum est quæ sunt secundum se bona. Sed in illa coelementatione omnium bonorum & primum & nobilissimum id cuius substantia est illud bonum, & non informatum per formam alienam, & quod est simplex bonum, & quod est secundum actum purum, cui nihil admittitur potentia: hoc enim est omnis boni bonum & ab omnibus desideratum: cuius influentia se habet ad orbem, sicut influentia luminis solis ad formas vitæ quæ ad generationem mouet vegetabilia & animalia. Hoc enim lumen

Nota quomodo dicitur in nobis quod non est in intellectu nisi. Etiam Com. 1. 2. rem in praesenti l. 1. 0.

solis licet vnum sit, tamen receptum ab vnoquoque informat calorem viuificum & spiritum viuificumque, & mouet ad propriam & conaturalis boni consecrationem: & ideo antiqui solem vocabant datorem vitæ: & sic est in primo motore simplici lumen essenziale sibi influente super orbem calis & vniuersum esse: hæc enim est forma formans & ad esse mouens omnia, & omnia in seipso præhabens virtute simplicis causalitatis suæ, & omnia substantificans: & hoc ab intellectualibus intellectualiter, & naturalibus naturaliter, & à corporalibus corporaliter, & à celestibus mobiliter secundum vbi: à generabilibus autem secundum potentiam motus ad formam percipitur, & omnia mouet & habet in se, præcipue tria, videlicet quod est per se sine priuatione intellectuali, priuatio enim non nisi per alteram est in intellectu: & est substantialiter sine assimilatione, sicut ea quæ non per se, sed sua similitudine sunt in intellectu, sicut sunt ea quæ cum continuo sunt & tempore: & tertio est primum & vltimum bonum omnis boni, quod est principium & finis idem manens perfectum, & ideo vincit omne desiderium. Cum autem dico idem bonum esse simplex & vnum, non idem dico: sed simplex quod additur super vnum, modum dicit vniuersum: vnum enim communiter loquendo significat id quod est primum merum, sicut diximus in libro decimo istius philosophiæ. Sed cum additur simplex vnum, significat simplicitatis modum, quo primum habet vnitatem: est enim simplex vnum, in quo nullus est numerus: quia omnia quæ sunt in ipso, sunt idem sibi, & quod nulli nititur subiecto, sed est essentia simplex.

Nota quomodo dicitur diuina beatitudinis diuersimodè parti ipsa sur à ceteris. Vnde primo celi sex. c. 1. 0.

CAPVT VII.

Est digressio declarans qualiter prima substantia est simplex & super omne nomen.

Oportet autem fortassis aliquis, quod cum prima substantia cognoscit se, videtur quod prima substantia reflectitur super se: in omni autem quod reflectitur supra se, dicitur natura, reflexa videlicet, & ea super quam reflectitur: igitur videtur prima substantia non esse simplex, sed vna videtur esse ab que simplicitate. Amplius propositiones veræ formantur de prima substantia: & cum dicimus, quod ipsa est prima, & quod ipsa est bona, & quod ipsa est actus, & quod ipsa est volens & sciens & huius: in omnibus autem de quibus formatur propositio veræ, aliquid est quod subicitur, & aliquid est quod prædicatur: ergo sunt ibi diuersæ nature: videtur ergo vnum simplex non esse. Adhuc autem vnum simplex in fine simplicitatis non est nisi vnum: sed prima substantia vniuersimò videtur esse multa: quia est essentia, & motor & sapiens & actus & intellectus & omnia huius, quæ sonant nobilitatem, licet in omnibus his emineat super omnia alia: & sic iterum simplex esse non videtur. Adhuc autem dubium est qualiter nominetur: ex quo enna

D. Alber. Mag. Metaphy.

prima est, non capitur ab aliquo intellectu secundo, nisi per modum possibilitatis secundi intellectus: modus autem ille non est secundum nobilitatem quæ est in substantia prima: ergo secundus intellectus de prima substantia nihil capit vnde condignum sibi nomen formare possit: & sic innominabilis esse videtur.

Hoc autem & huius omnia solvantur que dicta sunt: quia prima substantia cum sit intellectus vniuersaliter agens, non cognoscit se per modum reflexionis super se: quia se vera quicquid reflectitur supra se, aliquam habet aut ex duabus naturis, aut ex duplici esse vnius & eisdem compositionem: ex duabus quidem naturis, sicut in his que componuntur ex anima & corpore, in quibus anima super corpus reflectitur: ex duplici autem esse vnius nature, sicut diximus de intellectu vniuerso substantia inferiori: hoc enim secundum suam naturam, & separatus est & agens: secundum autem quod est locus specierum, est possibilis, & est aliud & aliud esse vnius instantiæ: quia agens reflectitur super possibilem. Sed non est alia & alia substantia vel essentia: & hoc modo non est in prima substantia, cuius intellectus vniuersus est receptiuus, sed potius est fontalis plenitudo omnium formarum quæ fluunt ab ipso, sicut intellectus artificis est fons formarum artificialium, sicut hoc non in toto sit simile nisi ponemus, quod ipse intellectus sine aliquo habitu sibi addit profert formas artis humane suæ substantiæ, & quod ipsa substantia sua esset forma omnium artificialium: hoc ergo modo simplici prima substantia contemplatur sui est: & ideo sola perfecte seipsum contemplatur: quia in ea idem est intellectus intelligens, & medium quo intelligit quod est specius simplicius, & res intellecta. Quod autem queritur de formanda propositione, dicendum quod pro certo tanta est simplicitas primæ instantiæ, quod ipsa est essentialiter quicquid habet, cum propositio formatur de ea: quia licet in ea non sit subiectum & cui subicitur, tamen omnia quæ sunt in ea, sunt verissime in ea, & sua sapientia vera est sapientia, & sic est de virtute & actu & voluntate & huiusmodi omnibus. Cum igitur simplicitas non tollat veritatem eorum quæ sibi attribuuntur, de ipsis secundum modum signandi diuersum qui importatur in ipsis, & affirmatiua & vera formatur propositio: & in illa idem est in prædicato & subiecto penitus, sed aliter significatur secundum modum significandi cui modo non sunt diuersæ res, sed ratio nominis quod sibi attribuuntur. Quod autem queritur de nominibus eiusdem instantiæ primæ, videtur dicendum pro certo, quod sicut probat obiectio, quod sit super omne nomen & super omnem intellectum, nec intelligitur, nisi ab aliquo eorum quæ causantur ab ipsa, quod influit lumine suo in ea quæ sub ipsa sunt sunt & ab illa nominatur imperfecte: quia non capitur secundum perfectionem & eminentiam secundum quam est in ipsa, sed modo proportionali capacitate intellectus qui ipsam accipit: & ideo melius nominatur negatione omnium quam affirmatione: sed quando nominatur, intelligitur nomen per negationem & eminentiam & causam: sicut si dicatur eam esse substantiam, statim



dicam non esse substantiam, eò quod cum substantia vel aliquo alio non est in genere vno: & addam, quod est eminentius supra omnem substantiam, & est omnis substantiæ causa: & sic est in omnibus nominibus quibus nominatur. Nomina autem quibus nominatur, sunt quæ absolute & per se in omni re dicunt nobilitatem & bonitatem naturæ, sicut est esse, & intelligere, & substantiam esse, & sapientiam, virtutem, & bonitatem, & actum, & motum esse, & huius: hæc enim omnia per prius sunt in ipsa, & per posterius in aliis: & hoc modo quod sunt in aliis, cadunt in intellectus secundos: & isto modo diminuta sunt à nobilitate simplicitatis primæ: & ideo illo modo non verè attribuantur primæ substantiæ, nisi per negationem & eminentiam & causam, sicut diximus.

CAPVT VIII.

Est est digressio declarans quatuor quæ primæ substantiæ conveniunt, quod videlicet non est in genere, quod non habet universale & particulare, & quod multiplex est in resolutione, & quod distinctior est ab aliis quanto perfectior aliis.

EX his patet, quod duo sunt quæ soli primæ substantiæ conveniunt, quorum vnum est, quod ipsa non est in genere aliquo per omnem modum, sed ante omne genus. Secundum autem est, quod in ipsa non est aliquid universale, vel particulare, vel commune, vel proprium: Et huic addunt quidam alia duo, quorum vnum est, quod quanto simplicior est in essentia, tanto multiplicior est in relatione & effectibus. Secundum autem est, quod quanto simplicior est, tanto nobilitate sua ab aliis distinctior est, & nulli habet aliquid commune. Horum autem primum sic probatur: omne quod est in genere, aut est in ipso sicut species, vel genus, aut sicut principium generis, aut speciei: constat autem, quod prima substantia non est in genere sicut genus, vel species: ergo non est in genere. Si enim esset sicut genus, aut predicaretur, aut apta nata esset predicari de pluribus, ut ens de ratione diffinitiva eorum: de nullo autem tali potest predicari prima substantia. Et constat, quod non est species vel individuum: quia tunc esset compositum aliquid ex genere & differentia, vel ex forma & materia: quæ omnia absurda sunt de prima substantia. Si autem esset principium generis, tunc esset aliquid elementum constituens genus quod est substantia: igitur esset forma vel materia: & quodcumque eorum daretur, esset variabilis per essentiam multis, & componibilis cum illis: quæ omnia sunt absurda: ergo non est in genere substantiæ. Et constat, quod non est in aliquo genere accidentium: ergo in nullo est genere. Et cum dicatur substantia, alia ratione dicitur de ea substantia, & de aliis: dicitur enim substantia ab actu substantiandi, quando substantat per se, vel per aliud: per se sicut materia & subiectum: per aliud sicut forma. Dicitur etiam substantia res per se existens, & hoc modo di-

cutur duobus modis. Si enim dicatur per se per oppositum eius quod est per aliud, tunc habet duplicem intellectum: dicitur enim per aliud existere, quod in se non habet esse, sed in eius diffinitione cadit aliud quod ipsi est causa existendi: & sic accidens est res per se existens. Dicitur etiam per se existens per oppositionem ad id quod est per causam existens: & sic sola substantia divina prima est per se existens, quæ sola ipsa penitus nullam habet causam in esse. Sic ergo scitur, quod non est in genere substantiæ, & aliquo modo ipsa sola est substantia: & hoc modo supra diximus in quinto huius sapientie libro, quod ipsa sola est ens, eò quod non habet aliquid potentie dependentis ad quamcumque causam aliam.

Quod autem in ipsa non sit universale & particulare, posse quidem statim concludi per hoc quod non est in genere, cum nihil sit in genere directe, nisi universale vel particulare, tamè melius probatur sic in quacunque natura est universale vel particulare, in illa sunt duæ naturæ, quarum una est communicabilis, & altera incommunicabilis: sed in eo quod est in fine simplicitatis, non est nisi vnum simplex, ut habitum est: ergo non est ipsa universale & particulare: ubi autem est universale, est in universale, inest particulare, & e converso: quia particulare non est particulare, nisi quia est communis naturæ suppositum particulans ipsum. Adhuc autem prima substantia cum sit prima, non est communicabilis pluribus, eò quod impossibile est esse primum in pluribus: quia prima non sunt plura: omne autem universale communicabile est pluribus: ergo prima substantia non potest esse universale: igitur in prima substantia non est universale vel particulare.

Quod autem tanto multiplicior sit in relatione, quanto prior est & simplicior, sic probatur: quanto aliquid est simplicius, tanto sui ad plura indiget, & in pluribus invenitur: simplicissima est autem prima substantia: igitur tanto sui ad plura indiget, & in pluribus ut causa primaria invenitur: & quanto in pluribus invenitur, tanto relationem habet ad plura: cum igitur sit causa omnium prior, quanto prior est & simplicior, tanto multiplicior est in hoc quod plura referuntur ad ipsam: ipsa enim secundum suum esse ad nihil dependet, & nullo indiget, sed alia omnia, eò quod causantur ab ipsa, dependent ad ipsam, & referuntur ad eam, secundum quod sunt causata ipsius. Respectus autem secundorum ad primum non intelligitur, nisi cointelligatur etiam respectus primi ad secunda: sed respectus primi ad secunda rationis est, & non rei dependentia: sed secundorum respectus ad primum est dependentia secundum rem: & ideo respectus secundorum ad primum variat & impedit plenam ipsorum simplicitatem: quotquot autem sunt respectus primi ad secunda, non obstant simplicitati: quia non sunt reales, sed sunt quorundam respectuum rationes, & talia relativa in præcedentibus diximus esse in diversis generibus: quia vnum tantum secundum rem est in genere relationis, alteram autem non, sicut scitum & scientia.

Multi autem & magis dubitaverunt de quarto: eò enim quod viderunt primam substantiam simplicem

simplicem esse & in fine simplicitatis, & videntur, quod prima predicata quæ simplicia sunt, predicantur de omnibus, & non distinguuntur ab aliquo, sicut vnum & ens, putabant primam substantiam esse indistinctam & esse omne quod est, & putabant ipsam cum prima materia & prima intellectus natura esse idem penitus. Ratione autem parva persuasi sunt, sicut diximus: quia putabant omnia illa esse eadem quæ non differunt differentia distinguente: prima autem materia & prima natura intellectus & prima substantia differentia distinguente non differunt: quia si differre dicantur, tunc habebunt differentiam qua distinguuntur: omnis autem differentia distinguens aliquid commune distinguit: igitur quodlibet istorum habet duo in se, distinguente videlicet differentiam, & communem naturam distinctam: ergo quodlibet istorum est compositum: & hoc est contra hypothesim: quia datum fuit, quod quodlibet istorum esset simplex. Si autem demus, quod sic sunt composita, per hoc non excusatur obiectio: quia ut volumus composita ista in sua simplicia, tunc sequitur, quod primum divinum & primum materiale & primum intellectuale sunt vnum. Ad hoc autem adhuc ratiocinantur per signum proprium, quod dicunt esse cum demonstratione & convertibile: dicunt enim, quod quodlibet est vnum & respectu eundem communis ambitus, illa sunt eadem: vnum autem & respectu eiusdem est horum trium ambitus: quia quodlibet horum trium ambitus omnes formas, & præhabet eas quodammodo: quia omnes forme sunt in prima substantia, propter quod etiam à Platone dicta est mundus archetypus, & omnes forme sunt in intellectu reali naturæ: & omnes sunt in materia prima: videntur igitur hæc tria esse vnum secundum esse indistincta. A quibus si queramus, quare materia non intelligit formas, sicut intellectus, cum intelligere formam nihil sit secundum eos, nisi quia est intus vsus forma est, & non ut est res, nihil penitus respondere, nec valent respondere, præcipue cum vna natura sit intellectus & materia. Et in hoc inconueniens de necessitate incidit etiam liber Aviccion, quem fontem vitæ vocavit: quia ipse dixit, quod vna natura communis est materia & intellectus, licet intellectus addat primam formam super materiam, & sic sit compositum primum: quia quamvis addere concedatur formam super materiam primam, tamen per hoc non impeditur, quin receptio formæ in intellectu sit receptio materia: & quæ sunt vnius rationis in receptione formarum, habent eundem actum in communi: forma igitur sicut secundum esse dividit & distinguit materiam, & facit, quod vna est lapis, & alia est alius: ita secundum esse in species distinguere debet intellectum & substantiam primam: quod est absurdissimum: & ideo ab hominè omni horrenda est ista vilissima philosophia, quæ nunquam processit de subtilitate Peripateticorum.

Vnde sciendum, sicut & alibi diximus, quod prima simplicissima distinguuntur ab invicem seipsis, & ideo maximam habent distinctionem: & substantia quidem prima est primissima & extrema genus. Intelligentia autem compositum est

primum in genere acceptum: & dico primum secundum esse, & non secundum coelementationem categoricam predicabilem. Quæritur autem intelligentia composita sit, in sequentibus docebitur. Materia autem prima est primum subiectum secundum privationem formæ acceptum, sicut in antè habitis ostendimus: unde patet, quod cum hæc tria prima dicitur, æquivoce & non univoce primum vocamus. Et cum dicunt, quod distinguens distinguit aliquid commune, dicemus quod hoc aliquid est dictum, nisi in eis quæ sunt in genere, in quibus communitas generis per differentias distinguitur: sed quando simplicia à seipsis distinguuntur, sicut distinguuntur differentie primæ ab invicem, nunquodque distinguitur ab exteriori quolibet, & non dividit naturam communem quæ sit in ipso & in alio. Quod autem dicunt de ambitu formarum, dicendum quod ambitus ille est æquivoce: quia prima substantia præhabet formas sicut causans eas per seipsum, & non habet eas sicut subiectum: sed quia ipsa per suam essentiam est forma, & lux sua dat & fundit eas: & ideo intelligendo seipsum intelligit omnia quæ sunt & quæ esse possunt, & æqualiter intelligit ea dum sunt, & dum non sunt: quia quocumque modo veniunt res secundum materiam, ipsa res remanet idem fons lumine suo replens omne quod lux lucis & bonitatis est perceptibile. Intelligentia autem arabit formas, eò quod est lumen lucis causæ primæ & imago: & ideo movetur ad ipsam, sicut in sequentibus erit manifestum: materia vero ambit eas sicut secundum esse recipiens: & sic plana est causa quare non intelligit eas. Huius enim nulla alia causa est, nisi quia sunt in intelligentia sicut in loco specierum & in luce: in materia autem sunt, non sicut in loco, sed potius sicut in subiecto quod de potentia secundum esse exit ad actum. Et huius causa est: quia intellectum non distinguunt, sicut ea quæ sunt in loco non distinguunt locum, sicut colores secundum esse speciei existentes in peripatetico non distinguunt per seipsum: existentes autem in peripatetico terminato, distinguunt ipsum sicut actus distinguunt potentiam quæ de privatione facit esse actum.

CAPVT IX.

Qualiter movet ut bonum, & per id quod movet ad aliud quod est motum, movet omnia alia.

His autem sic determinatis, revertamur ad propositum de modo motus motoris. Restat autem, quod movet ut optimum simpliciter, ut unicuique optimum secundum quod est capax sui vniuersumque. Sic enim bonum in qualibet vna coelementatione, quod est finis coordinatorum, sic est semper optimum coordinatorum. Sic & quod sic est proportionale omnibus coordinatis, est primum bonum illius coordinationis: & sic est in motoribus & cælis. Et ideo prima substantia in eis est optimum

Ita dicitur primum ens non sit in genere.

Quomodo substantia dicitur de Deo.

N. 2. a. 7. m. d. u. s. solus alio quo ratio substantia & ens est.

Quod in natura divina non sit univ. e. & particulare.

Per negationem.

Et sic dicitur Aviccion.

Solutio ad rationes aduersæ parti.

Tex. 237.



mum & mouens primum. Quia vero illud est cuius causa est totum quod est illius coelestium...

CAPVT X.

Est est digressio declarans opiniones Peripateticorum de animabus calorum.

Secundum autem quae dicta sunt, proculdubio constat, quod omnes Peripatetici dixerunt orbem calorum animas habere...

Nota opinio Platonis...

has intelligentias secundum vulgus Angelos vocant. Et in omnibus aliis dicunt cum opinione iam inducta...

Opin. dicitur...

Nota opinio...

scitantes dicti Peripatetici, dicunt animas non nisi intellectum & desiderium de virtutibus animae habere...

CAPVT XI.

Quod primo motori & aliis motoribus calorum motus sui sunt delectabilissimi.

igitur secundum ea quae saepe diximus, si quid mouetur quocumque modo moueatur, illud necessario contingit aliter se habere...



si ens & mouens, ita quod entitas sua moueat, & sic actu ens abique omni potentia aliter se habenda: & hoc nullo modo contingit aliter se habere. & hoc mouet primum motum, & hoc secundum locum: fertur namque circuli est prima mutationum omnium, & inter ferturas prima mutatio que est in circulo primo: hanc autem mouet mouens primum: tale ergo mouens est ens mouens ex necessario quod nullo dependet, sed secundum suam essentialem bonitatem mouet: & in quantum sic necessario est bene & optime: sic est principium mouens, & est motus actus sui essentialiter conaturalis. Sicut enim diximus in 5. huius sapientie libro, necessarium dicitur hoc modis, quod ibidem determinati sunt. Et vno quidem modo dicitur necessarium vi sine violentia, & hoc est contristabile, & motus animalium non est sine tali necessario in quantum materia organi mouet in oppositum motus per se: & ideo labor est in tali motu: esse enim quod est prater naturalem imperium vincere motore alieno motorem naturalem. Aliud autem necessarium quod est necesse esse non dependens ab alio: & hoc est actus purus, & nunquam est hoc sine bene & optime: & ideo illud est operatio essentialis dulcissima. Tertio autem modo est necessarium quod simpliciter non contingit aliter se habere: quia licet causa in habeat ex qua pendet, tamen illa immo illi est, & natura sua proportionaliter perfecta & conuersus, qualis necessitas est in secundis, quæ toto defectu ad primum mouentur: & ex tali parte pendet calum & tota natura: & ideo dicitur esse calum motus finis, & dulcissimum vndeque conuenit per motum naturalem aliquid de esse diuini primum mouentis: propter quod sine quiete mouentur calum & natura, nec vquam laborant, vel laxantur. Huius autem propter aut pulchritudo ima est, quod viuere que finis conaturalis & proprius est delectabilissimus & dulcissimus: finis autem est attingere tale secundum effectum, quale est primum mouens secundum naturam. Cum igitur primum mouens intellectus ad intellectum mouens esse secundum: autem sit intellectus primum, attingere illum secundum esse & veritatem est delectabilissimum & dulcissimum. Et huius ratio est valde notanda: quia est necessaria. Et hæc est causa, quod theoria sic attingens intellectum primum in homine, aufert tunc & tempus, licet non permaneat diu propter incommoda corporis & motum sensibilem. Est autem idem intellectus mouens in tota natura: sed natura non attingit bonum efficientis priuati in ratione intellectus, sed in vmbra priuationum & materiarum: & ideo delectabiliter quidem mouetur ad ipsum, sed non tantam in eo percipit dulcedinem. In celestibus autem perfectissimo modo attingitur: & ideo motus eorum sunt in eximia dulcedine & delectatione.

122. c. 39. Eminenti autem est in primo motore, in quo sunt naturaliter idem est finis & principium: vnde delectatio & delectatio in celestibus est semper & continuè talis, qualis est aliquando ad modicum nobis, quando mouentem per contemplationem attingimus intellectum. Quod autem illi deductio semper persequatur sic in no-

his, est impossibile in hac vita: sed tamen hoc est summum, quod anima potest habere in corpore, ut mente item aliquando intellectum purum attingat: & si exuta corpore illi continebitur quod in corpore raptim aliquando attingit, hoc erit summum gaudium & regnum celorum. Quod autem verum sit quod diximus, probatur à signis in aliis animæ operibus voluptuosis. Hæc enim omnia sunt in actu & agere, & non habere vel quiete: voluptas enim, sicut in ethicis dictum est, actus est talis: & ideo vigilia & sensus secundum actum, & intelligentia secundum suum actum sunt voluptuosa: quia voluptas siue delectatio faciens deductionem est operatio proprii & conaturalis habitus non impedita. Si qua autem alia sunt voluptuosa & delectabilia, sunt voluptuosa, quia referuntur ad actus & operationes, sicut spes in futurum & expectatum bonum secundum actum, & memorie prateritum & conaturalium que secundum actum afferuntur honorum. Sed illa intelligentia que est secundum se ipsam intelligentia, & omnis boni fluius indeficiens est eius quod est secundum se optimum: quia ipsa est summius, & inter intelligentias que maxime intelligentia & magis elongata à priuatione est. Iam quod est maxime bonum: quia secundum quod se melius & essentialius attingit, sic melius & essentialius attingit primum & purum intellectum: & quanto hoc in limas attingit, tanto tui huius iocundatur & delectatur. Hoc autem sic fit: quocumque enim intellectus intelligit, alius intelligit secundum intelligibile quod intelligit transumptionem: tunc ipsum intelligit sic per se solutionem ordinans intellectum ad seipsum, & sic intelligit ipsum intellectus secundum actum intelligens. Dico autem secundum transumptionem intelligibile intelligere, sicut supra dictum est de intellectu adepto, quando intelligit se in locum specierum transumptum, resolutur in speciem intelligibilem, hoc est, in ipsum intellectum: tunc enim sicut colores in perspicuum transumpti & in speciem colorum resoluti, sunt lumen, & lumen & colores sunt idem actu: ita intelligibilia resoluta in speciem intelligibilem sunt idem actu cum intellectu, & sic ordinant intellectum: & sic idem sunt intellectus & intelligibile. Susceptibile enim intelligibile & substantie eius quod est intelligibile, est intellectus: quoniam est locus & species specierum intelligibilium. Dico autem substantie illius susceptibilem intellectum, que est substantia intelligibilium: nec aliqua alia causa est: quia intellectus susceptibile est intelligibile, nisi quia prima substantia que substantificat omnium esse & substantiam, est intellectus, cuius lumen est hypostasis forma: ut substantiarum, sicut lumen totus est hypostasis colorum: & ideo intellectus habens intelligibilia eo modo quo dictum est, statim agit actionem connaturalem propriam, & delectatur: & si hoc est verum, igitur multo magis agit delectat aliter illud quod putat & scit sine fallacia se habere ut diuinum intelligibile & optimum: & hoc fit quando sicut per resolutionem siue transumptionem intelligibilis adeptus est seipsum, ita per resolutionem & transumptionem sui proprii luminis iam inuenit per

per intelligibile adipiscitur primum & purum intellectum: hoc enim est in theoria dulcissimum & desideratissimum: & quod omne quod intellectum habet, habet naturaliter scire secundum actum & contemplari desiderat. Ex omnibus autem his que dicta sunt, palam est, quod etiam Deus siue intellectus primus & purus sic se habeat, sicut nos habemus, nos aliquando quando mente attingimus eum, semper erit mirabilis & mirabilium delectationum plenus: quia cum sibi non desit, hoc semper habebit, quod nos aliquando habuimus, quando habemus mirabiles & firmiores & puriores delectationes. Si autem habet sine mentura magis quam nos, tunc est mirabilior in delectatione pura sine mensura quam nos, vel aliquid causatum suum: & ita ista consideratio est melior que est in tota philosophia: quia pro certo sic se habet Deus, & homines diuini efficiuntur quando sic se habent.

CAPVT XII.

Qualis vita inest substantiis separatis & celestibus, & quod anime eorum dicuntur equiuoce ad animas animalium inferiorum.

122. c. 39. Huiusmodi autem theoria vita est proprie loquendo, & talis vita que est esse: viuere enim viuentibus est esse, & quor modis dicitur vita in 2. de anima dictum est. Huius autem sic probatur, vita est actus continuus: hoc autem actus alicuius agentis est: hoc autem agens non potest esse natura, sed actus alicuius quod est plus potens quam natura: & hoc est multiplex, & secundum quemlibet modum natura se habet ad illud sicut motum, & principium vite se habet sicut agens & mouens: & ideo in 2. de anima ostentum est, quod anima est principium vite in his que habent animam, & vita est actus eius essentialis & continuus in corpus organicum: & hoc actus viuum dicitur, & vita illa est esse eius: & si caret illo, non dicitur nomine viuus nisi equiuoce, sicut manus non dicitur manus que non habet actum vite manus, & similiter non est oculus qui non habet actum vite oculi, & sic est in alijs. Et ex hoc accipitur, quod vita viuorum est esse & dans rationem distinctam ipsis viujs: & quia sensus siue sensus anima est etiam principium vite, ideo viuere dicitur sentire: & sentire est sentientibus esse, & dans nomen & distinctionem: est autem secundum hoc potissimum principium vite intellectus purus: actus igitur intellectus proculdubio est vita: & actus intellectus qui est secundum ipsum intellectus substantiam siue intellectus essentialis. Sed quoniam anima que est delectatio corporis organici, est principium & causa vite, & est in viuo priuatio vite contra rationem potentiam, propter hoc quod corpus complexum est ex contrarijs, & ideo actus vite anime non est pura vita impemixta potentie & priuationi. Sed in separatis intellectibus actus vite est purus, neque potentie, neque priuationi admixtus: & ideo illa vita indeficiens est & perpetua, nihil habens contra-

rium, & nihil habens quod diminuat eam: & est in actu continuo sempiterno. Adhuc autem quæcumque essentia simplex habet actum aliquem, nunquam destruitur illo, sicut essentia nunquam deest esse, & luci nunquam deest luce: & sic etiam illi quod per se est principium vite, nunquam deest viuere, & semper vita sunt ex ipso indeficienter.

Ex omnibus autem que iam in præhabitis diximus, constat, quod primum principium est actus purus & perfectus essentialiter: & quia est substantia illa intellectus, ex nunc dictis constat, quod est actus vniuersi secundum seipsum siue essentialiter: talis autem principij actus est vita sempiterna & optima: & vita est actus quem continuè influit motoribus secundis & omnibus: & ideo in principio octauo de physico auditum dictum est, quod motus huius motoris est quasi vita quædam existentibus omnibus: quia quicquid est in motu, est ex motore, cuius ipse motus est actus: nec vquam iste motus principium esset vite, nisi per se vita & essentialiter esset vita primum motor eius: hoc autem in ante habitus ostentum est. Et ideo Democritus videns, quod motor per se viuus largitur vitam per motum, dicebat quod omnia habent animas intellectuales: sed sunt in quibusdam materijs opposita, que non operantur nisi esse sine alimento & sensu: in quibusdam autem minus oppugnantur, & in illis operantur esse & vitam sine sensu: & in alijs plus sunt libera, & in illis operantur esse, viuere, & sentire: & cum separata sunt, operantur intelligere. Viuere igitur vita pura est intellectus omnino separatus, qualis est substantia prima & intelligentia separata: & ideo secundum antiquos Philosophos dicitur Deum esse animal sempiternum nobilissimum: & hæc quidem distinctio data est à Peripateticis de primo quod mouet & est compositum, sicut distinctum in 8. physicorum: & compositio sua est ex primo motore simplici & primo corpore motor hoc enim apud antiquos Deus vocabatur, propter diuinum intellectum & perpetuitatem & vniuersaliter causandi quam habet: & hoc enim dicebant, quod vita talis que semper est æterna, inest Deo: & hoc dicebant Deum esse. Et cum dicunt sic animam inesse celesti circulo, non dicunt eandem rationis esse animam cum illa que est animalium inferiorum. Sed cum omne id principium dicitur anima, sicut in primo de anima nos dixisse meminimus, à quo per essentialitatem plures exeunt operationes, substantias separatas ideo vocant animas, quia essentialiter operantur multa: tamen anima que est principium vite inferiorum animalium, organica est & distinctam organorum operatur formariuam virtus que est in semine, propter multam indigentiam corporis animalium: vnde sensus animalium est propter salutem ipsorum. In superioribus autem corpora remota sunt à contrarijs: & ideo nec vegetationem nec sensum indigent: & ideo hæc anima in eis vegetationem & sensum non operatur. Et dico sensum communiter prout aibi diximus decem esse sensus, videlicet exteriores, & 5. interiores: nullum enim penitus habent sensum, nec etiam habent rationem, neque id quod participat qualiter ratione: quia ratio



tatio est cum decursu inquisitione propter du-  
brum collectionis eorum que per signa à sensu  
accipit participans qualiter ratione, sicut  
irascibilis & concupiscibilis, que rationis per-  
suasionem percipiunt, oriuntur ex sensu, nisi  
sensibilis contingit rationem sed potius secun-  
dum Peripateticos qui rationabilis loquuntur,  
superiora non habent nisi intellectum & intel-  
lectuale desiderium, nec habent intellectum ac-  
cipientem cum continuo & tempore, sed ha-  
bent intellectum, & sunt intellectus vniuersa-  
liter actiui, qui est forma & species eorum que  
sunt in natura, sicut intellectus artificis est for-  
ma & species eorum que sunt per artem, & si-  
cut formatiua que est in semine, præhabet spe-  
cies membrorum, sic intellectus isti præhabet  
formas & species omnium: & ideo Plato dixit  
hanc speciem esse ideam & vniuersale quod est  
ante res & præhabet formas eorum. Et ex hoc  
patet, quod sicut manus est instrumentum in-  
tellectus practici in artificialibus, ita motor cæ-  
lestis circulus est instrumentum huius intel-  
lectus ad totam materiam naturæ quam ambit.

Præter hoc etiam est aduertendum, quod  
huius intellectus nihil accipit à corpore quod  
mouet, sed potius formas quas habet apud se,  
per motum cæli influit materię: & iste intel-  
lectus nullus penitus corporis est actus, ita quod  
accipiat per corpus illud, sicut visus per ocu-  
lum, & auditus per auris tympanum: & non est  
endelechia corporis aliqua, nec est principium  
huius vitæ organice: propter quod patet, quod  
æquiuocè dicitur anima de superiori & inferi-  
ori anima. Et similiter si superiora à quibus-  
dam videntur animalia, æquiuocè dicuntur ani-  
malia: tamen ab actu animæ que est vita talis,  
qualis dicta est, antiqui dicebant ea animalia:  
& sic Apuleius Deum distinguens & di-  
cens, quod est anima motu & ratione mundum  
gubernans. Peripateticorum autem consuetu-  
do fuit nihil penitus dicere, quod certa ratio-  
ne probare non poterant: & quia ante primi  
cæli motorem per rationem nihil inuestigare  
poterant, ideo ante primum motorem nihil esse  
ponebant. Adhuc autem quia in omni natura  
motor eorum que per se mouentur, proportio-  
natus & coniunctus est mobili, ideo dicebant  
primum motorem, proportionatum & coniun-  
ctum esse primo mobili, & ex his esse vnum  
quod per se mouetur: & siue hoc verum sit,  
siue falsum, hic pro certo est intellectus verbo-  
rum Aristoteli. & in prima philosophia sua, & in  
cælo & mundo, & in 8. suorum physicorum.

CAPVT XIII.

Et est digressio declarans qualiter in-  
tellectus separari dicuntur  
vniuersi corporibus.

Est autem dubitatio apud nonnullos Plato-  
nicorum, qualiter vniuersi isti intellectus  
orbibus quorum sunt motores & anima secun-  
dum Aristoteli: & hanc dubitationem mouent etiam  
nonnulli Peripateticorum, & propter difficul-  
tatem solutionis eius aliquantulum diuertunt

in dogma Platonis: ex quo enim intellectus  
vniuersaliter agens semper est separatus & ma-  
net separatus, & nonnulli nihil habet commu-  
ne, sicut dixit Anaxa. videtur cum corpore ni-  
hil penitus vnum facere: & sic videtur extrin-  
secus à corpore orbis. Sed Aristoteli, & sui seque-  
ces supponunt quatuor propositiones, que in-  
ducunt eum ad ponendum, quod est intrinse-  
cus corpori & vnus. Quarum vna est, que  
probat in principio 7. physicorum, quod in-  
ter motorem & mobile non est medium. Secun-  
da autem est, quod motor qui est extra & per  
essentiam mouet mobile absque eo quod trans-  
mutet ipsam, mouet violententer. Tertia est, quod  
primus motus non potest esse violentus. Et  
quarta fortior omnibus est, quod quando mo-  
tor est extrinsecus mobili, tunc mobile quod  
mouetur, perfecte non attingit formam motus  
per motum suum, sicut patet, quod si calor  
naturalis non esset informatus intrinseca forma  
vitæ, non ageret: ars enim & quæcunque sunt  
instrumentis inanimatis, non agunt ad formam  
vitæ viuam & esse, sed inducunt figuras & ac-  
cidentia quædam: & cum videret Aristoteli, quod  
motus cæli inducit esse & vitam & sensum, di-  
xit quod motus ille est animæ intellectualis,  
que intrinseca est corpori quod mouetur.

Sicutem queritur, qualiter vnica dicitur &  
separata substantia? ad hoc dicitur, quod illæ  
substantiæ sunt separata, eod quod in operatio-  
ne essentiali sibi, nullo videntur corpore, sicut  
in 3. de anima & in pluribus locis ostendimus.  
Sed vnica sunt, quia ambiunt & continent &  
mouent corpora actu vitæ & motus. Ambiant  
autem amplitudine virtutis, sicut lumen solis  
ambit hemisphærium: lumen enim solis sic am-  
bit hemisphærium quod in perspicuo claro se-  
ipsum immittit, & perspicuo non claro sed ne-  
buloso vegetat in coloris perspicua speciem: tan-  
git autem, & immittit in superficie terminati  
corporis efficiunt color diuersus secundum su-  
perficie diuersitatem: & sic videmus, quod om-  
nia que sunt in hemisphærio aliquo, modo sub-  
iunguntur & informantur per ipsum, sic etiam  
infunditur anima corpori, & diuersis membris  
infusa diuersimodum accipit esse potentiatum, sicut  
lumen in diuersis corporibus hemisphærij. In-  
tellectus autem corpori non immittitur, sed  
ambit illum lumine suo, & lumen suum facit  
actum qui est motus in ipso corpore quod mo-  
uetur. Lumen enim suum est scientia practica  
qua mouet, & illa recipit cælum ab ipso, sicut  
manus artificis recipit formas artis: & sicut ma-  
nus mouetur per formas artis, ita mouetur cælum  
per formas intellectus. Sicut enim ante di-  
ximus, corpora cælestia non indigent virtutibus  
corporalibus quibus moueantur, quas virtutes  
recipiunt ab anima siue in intellectu, eod quod  
habent illas ex naturali sua perfectione: illa au-  
tem corpora que ex contrariis sunt, & motus  
complexionantium eorum est contrarius motibus  
animæ, illa indigent actu & perfectione animæ,  
& virtutum animæ quibus perficiantur ad mo-  
tus & opera animæ: & ideo anima illorum est  
endelechia corporis, & vires talis animæ sunt  
endelechie partium corporis: & horum nihil  
est in corporibus cælorum: & ideo intellectus  
iporum non est actus corporalis iporum, sed  
ambit

Nota quod  
modo agas  
necesse ani-  
ma dicitur  
de superiori  
ri. & in fe-  
riori ani-  
ma. Vide  
etiam  
cæli c. 7.  
Et c. 9.  
de substantia  
in c. 14.

Aristote-  
li ubi.

Quomodo  
separatum  
Peripateticos ani-  
ma cæli est  
vnica, &  
quomodo  
separata.

ambit ea sicut motor ambit mobile quod mo-  
uetur ab ipso, & sicut artifex ambit manu in-  
strumenta cum quibus operatur. Et ex hoc pa-  
tet, quod actus vitæ iporum non est secundum  
actum vel endelechia corporalem aliquam, sed  
est secundum vitam intellectus separati, de qua  
prius dictum est, & tardè felicitior quam nostram:  
quia nos in theoria existentes, non facimus  
theorematum, sed potius faciunt nos secundum  
actum vitæ & felicitatis: in illis autem separa-  
tis substantiis ipse intellectus fundit vitam, &  
facit formas, & exequitur eas per motum. Et  
hoc est quod dixit Plato, quod pater deorum  
dixit diis, quod exequerentur formas ad par &  
æquam, & ad se sumerent quod simile sibi co-  
gnoscerent. Iste ergo est modus vniuersi in diui-  
nis & separatis intellectibus cum corporibus  
speciebus cælestibus.

CAPVT XIV.

De exclusionem erroris Pythagoricorum  
& Spensippi.

Quicumque non sufficiunt in præhabitis  
questionibus vniciueque satisfacere vo-  
lentes ad similitudinem eorum que in genera-  
libus vident, sicut fecerunt Pythagorici, &  
ex posterioribus nepos Platonis Spensippus,  
hi non dicunt sicut nos diximus, sed potius  
omnia que inducta sunt, negantes dicunt, quod  
optimum & nobilissimum non est in primo  
principio rerum: & huius diu sui persuasio-  
nem adducunt à simili in generatione: quia vi-  
dent, quod & plantarum & animalium qua-  
dam sunt principia & causæ, que sunt femina &  
spermatæ, in quibus non est nature bonum &  
perfectum, cum in ipsis non sunt plantæ & ani-  
malia nisi in potentia: & sicut ostendimus in 9.  
huius sapientie libro, secundum potentiam  
non determinatur bonum & perfectum, sed se-  
cundum actum: vnde bonum & perfectum potius  
est in plantis & in animalibus secundum  
actum existentibus & principariis, quam in  
principiis eorum. Illi autem tales sic dicentes  
non rectam habent estimationem: sicut enim  
determinatum est in ante habitis, omnem po-  
tentiam præcedit actus: vnde spermatæ sunt ex  
actu existentibus que diuersa sunt à spermati-  
bus, sicut diuersus est actus à potentia: & illa  
priora mouentia & finalia: quia finis est similis  
principio: nec mouens quiescit à mouendo,  
nisi deducatur ad simile sibi quantum similitudo  
sua proportionalis est ei quod mouetur: vnde  
primum non est sperma, sed potius finalis sper-  
matæ, quod vltimo fit ex ipso, hoc est mouens  
primum: sicut si aliquis dicat hominem prio-  
rem spermate: & quia sperma similitudinem  
habet anime hominis que agit in spermate si-  
cut ars, ideo ex spermate generatur homo. Et  
ideo sperma diuersum ab homine est ex homi-  
ne, nec aliter potest producere hominem: &  
eum generans primum non est vniuersum, sicut  
cum sol generat hominem, informatur forma  
que est in materia generationis à forma cælesti:  
& hæc cælestis corpora informantur ab illa que

Tex. c. 10.  
9. mer. tex.  
c. 11.

est motoris cæli, que est semper separata & im-  
materialis: & hæc est prima forma generans &  
perfectissima: nec generatio est delectabilis om-  
ni nature, nisi propter illam formam primam:  
tota enim mortalium natura rosetur & in de-  
lectatione diffunditur, quando induit illam: &  
tota natura mouetur, vt illa quantum potest  
imbuatur: & de hoc quidem multa iam dixi-  
mus in precedentibus, sicut etiam actus perfe-  
ctissimus est primorum nature principiorum.  
Sed Pythagorici & Spensippus non considera-  
uerunt nature principia nisi proxima, que sunt  
in potentia: & ideo decepti sunt. Manifestum  
est ergo satis ex his que dicta sunt, quia est ali-  
qua prima substantia sempiterna & immobilis à  
sensibilibus separata.

CAPVT XV.

Quod prima substantia nec est corpus, ne-  
que virtus in corpore: & est in eo digres-  
sio declarans errorem Anaxebion de ma-  
terialitate intellectus.

Ex dictis autem & hic & in 8. physicorum  
patet, quod istam primam substantiam non  
contingit habere mensuram per se, vel per ac-  
cidens: per se enim habet mensuram quantita-  
tis, per accidens autem illam habet mensuram  
que dicitur esse virtus in corpore. Hæc enim  
duplex est: aut enim est forma corporalis, que  
in proprio subiecto existens, maior est in ma-  
iori, & minor in minori, sicut grauitas & leui-  
tas: aut non quidem est corporalis, sed est vir-  
tus in corpore: & illa quidem non est maior in  
maiori, & minor in minori, sed tamen est har-  
monia quædam sicut sensus: & ideo exigit sui  
subiecta quædam esse harmoniam, que si non  
sit in subiecto, sed sit plus vel minus, non mo-  
uebit ipsum. Est enim proportio inter mouens  
& motum: & si motum sit extra proportio-  
nem, non mouebitur à motore: & sicut corpus  
est proportionatum motori, ita virtus motoris  
proportionata est mobili: & quamuis non cor-  
respondat harmonia corporis, tamen si maior sit  
aut minus, non mouebitur nisi à motore propor-  
tionato tanto mobili & non maiori aut minori:  
& si mobile sit mobile repositum finito, non moue-  
bitur à motore proprio & continuo nisi tem-  
pore finito, nec virtutem habebit ad mouen-  
dum ipsum per tempus infinitum: quia aliter  
non esset proportio inter motorem & mobile.  
Ex his apparet, quod motor separatus non est  
corpus, nec virtus corporalis, nec virtus in cor-  
pore: quia illam substantiam separatam non  
contingit habere mensuram aliquo modo per  
se, cum non sit corpus, neque per accidens,  
cum nec sit virtus corporalis, neque virtus in  
corpore, sicut dictum est. Sed hæc substantia  
sine parte est, & non in maiori maior, nec in  
minori minor. Et est indivisibilis, cum non sit  
virtus harmonica, vel aliquo modo materialis.  
Cuius signum est: quia mouet per infinitum  
tempus quantum est de se: sufficiens enim est  
per infinitum tempus sine fine mouere. Et istud  
ostendimus in præhabitis, quod id quod est fi-  
nitum

Tex. c. 11.



mirum sicut virtus corporis, non habet potentiam infinitam, que moueat per tempus infinitum: mensuram enim dimensionis sequitur virtus corporis, que est in seipso: unde cum omnis dimensio corporis, aut sit finita, aut infinita, oportet virtutem aut finitam aut infinitam esse: ostensum est autem, quod substantia separata non est finita, cum sit actionis infinita. Quod autem non sit infinita sicut virtus corporis, ostenditur ex hoc quod nullum penitus corpus est dimensionis infinita. Oportet igitur, quod ista substantia non sit virtus corporis, sed sit separata: & ideo nec passibilis est receptione forme alicuius, nec alterabilis receptione contrariarum: & oportet, quod non habeat magnitudinem penitus per se, vel per accipiens: omnes autem alij motus qui sunt ad formam, posteriores sunt eo qui est secundum locum: & hunc motum mouet hæc substantia immobilis existens. Sic ergo manifesta est natura huius substantia, eo quod hunc habet modum quem diximus.

In quo dicitur  
in 2.º  
errare.

Paret autem in hoc error libri Anicebron, qui ponit omne id quod recipit formam, materiam existere, & materiam esse materiam a potentia recipiendi formam: materiam autem materia & actus potentia effici per formam receptionem: & cum recipit formam que est intellectualitas, non esse tam amplè receptionis sicut prius: & ideo intelligentiam dicit esse non tot & talium formarum receptiuam sicut materiam, habere tamen intelligentiam materiam sicut subiectum sui, a quo si abstrahatur vel remoueat forma intellectualitas, dicit relinqui materiam primam. Et iste est error ex maxima philosophia ignorantia proueniens: quia si intelligentia dicit materiam, tunc non potest probari, quod aliqua substantia secundum esse sit a materia separata. Adhuc autem intelligentia ut intelligentia non est recipere aliquam formam sicut materia recipit. Sed intelligentia separata que vniuersaliter est agens, est facere formas, & intelligentia possibilis est recipere formas, sicut locus recipit locatum, & sicut recipit species intelligibilem formas, & species intelligibilis cum quibus est vnum actu, sicut lux recipit colores in perspicuo illuminato, sicut sepe diximus. Amplius non potest intelligi in tota natura, quod forma adueniens materie, tollat ab ea rationem & modum receptibilitatis, quem habet in recipiendo formas, et si tollat ab ea quarundam formarum & receptionem, que forte oppositionem vel disparationem habent cum forma recepta. Si enim ponamus, quod materia recipit hanc formam que est animalitas, bene tollit a materia receptionem formarum oppositarum vel disparatarum, que sunt lignum & lapis: tamen non tollit ab ea modum receptionis, quin omnem formam quam recipit, recipiat secundum esse, ita quod qualibet distinguit & diuidit eam secundum esse. Si ergo intellectus est forma recepta in materia, oportet quod qualibet forma posterior recepta ab intellectu secundum esse, sit in intellectu, & distinguat intellectum, & diuidat ad species diuinas, quod est absurdum. Et ideo error ille fugiendus est ab omni homine: quia liber ille fecit in omnia inuenitur erroris.

Sed tenendum est pro constanti quod supra diximus, quod id quod a nulla forma, vel motu, vel magnitudine, vel contrarietate distinguitur, pro certo est immateriale: & sic immaterialis est non modo solum prima substantia, sed omnes substantia separata: & ideo sunt indiuisibiles per formam, & impartibiles per motum, & non habent aliquam magnitudinem penitus.

CAPVT XVI.

Et est digressio declarans solutionem Ioannis Grammatici.

Difficultatem tamen hæc affert subtilis obiectio Ioan. Grammatici: dicit enim, quod omne corpus virtutem habet corpoream, & cum corpus sit finitum, necesse est illam virtutem finitam esse: cælum autem corpus finitum est: igitur habet virtutem corporis finitam: omne autem quod finitum est, finiti est motus & actionis: ergo virtus illa non mouebit tempore infinito, nec cælum erit motus infiniti, ut videtur. Si enim diceretur propter hoc cælum esse corruptibile, non sequeretur, nisi hoc adderetur, quod cum cælum sit instrumentum motus vniuersalis, qui naturam totam saluat & continet, si non ponatur cælum moueri, sequitur quod non saluatur in esse: quia illud quod est frustra, non est in natura: & sic sequitur cælum esse corruptibile. Nec tunc valet solutio quam dant quidam hic qui concedunt cælum habere virtutem finitam, sed hanc non dicunt esse nisi potentiam ad motum localem & non ad formam: & ideo cum corruptio sit motus ad formam, vel mutatio, non sequitur ut dicunt, quod cælum sit corruptibile. Sequitur tamen inueniabiliter secundum modum iam prius inductum.

Obiectio  
Ioannis  
grammatici,  
pro qua vide  
commenta-  
torem  
hic cõ. 4.º  
p. 8.  
in 2.º  
p. 7.º  
in 2.º  
cap. de  
substantia  
ort. 1.º

Sunt autem quidam qui hanc obiectionem excludere & soluere volunt, concedentes quod cælum habet virtutem finitam ad motum: sed quia hæc virtus non est mouens cælum, quia illa virtus est sicut virtus instrumenti mobilis, virtus autem separata substantia est que mouet, & virtus separata nec est finita nec infinita, & habet actum infinitum, ideo cælum mouetur tempore infinito quantum de se est: & ideo concedunt, quod cælum stabit tempore determinato quantum est de virtute coniuncta sibi, & quod habet principium standi in seipso: sed quod non stabit, hoc est de virtute exteriori separata. Si enim hoc est verum quod dicunt, tunc videtur, quod cæli virtus ad moueri non sit proportionata virtuti separatae ad moueri: sed quodcumque non est proportio inter motorem & mobile, soluitur motus: ergo videtur, quod cæli motus solueretur secundum naturam: & hoc nunquam aliquis dixit Philosophus. Quidam quidem inueniuntur dicere & dixisse, quod solueretur secundum Dei voluntatem, sicut Plato & theologi quidam: sed nunquam aliquis dixit, quod soluendus esset secundum naturam.

Solutio  
A. nervos in  
presenti  
commento

Dicendum igitur videtur, quod cælum non habet virtutem corporis ad motum nisi eam que est aptitudinis & instrumenti: & de hac virtute

improbatio.

Solutio  
propria.

virtute nihil concludit obiectio Ioannis Grammatici: quia cum probatur, quod virtus finita corporis non mouet motum infinitum & non agit actionem infinitam, hoc non tenet nisi de potentia virtutis actiua: & non passiva. Virtus autem instrumenti ad motum est virtus obedientia & passiva. Et cum ponitur, quod substantia instrumenti nullam recipit alterationem propter potentiam semper existendi quam habet, sequitur quod instrumentum semper est in eadem aptitudine ad motum: & cum motor sit immobilis & actus purus, sequitur quod semper mouebit, & sic semper durabit motus secundum naturam principiorum motus, que sunt mouens & id quod mouetur. Nec est hoc mirum in corpore perpetuo: quia etiam in corpore corruptibili sic esse, si semper maneret habitus eadem: & ideo dictum est in libro de anima, quod si senior accipiat oculum iuuenis, videbit utique sicut iuuenis: & si hoc dictum est de motore qui est virtus in corpore finita actionis, multo magis est hoc verum de virtute cæli, que est virtus obedientia ad motorem separatum, qui nec est virtus finita, neque infinita, sed indiuisibilis & simplex, sicut iam ante diximus. Hæc igitur dicta iterum de prima substantia sufficiant. Iterum enim reuertemur ad considerationem ipsius, postquam inquisuerimus de motoribus inferioribus cælorum inferiorum.

Primo de  
anima text.  
com. 6.º

CAPVT XVII.

Qua arte inuenienda est pluralitas motorum separatorum.

DE his igitur inquirere incipientes, quædam vnum ponendum sit, quod vna sola sit talis substantia separata, sicut multi dixerunt & dicunt vsque hodie, aut sunt plures substantia separata. Et si plures sint, oportet nos quætere, quot sint numero, & qualiter se habeant adinuicem: In quæstione ista oportet, quod non obliuiscamur, sed diligenter reminiscamur eorum que alij negotiari sunt de illa materia: tunc enim inueniemus, quod nostra inquisitio est valde necessaria: quia apparebit, quod alij de pluralitate talium substantiarum nihil certum tradiderunt, cum tamen planum sit valde & non difficile inuenire modum pluralitatis earum: planum enim est ex sepius demonstratis, quod omne quod mouetur per se, habet motorem coniunctum sibi: est autem certum per ante dicta & per visum quamlibet sphaeram habere motum proprium & per se moueri: cum igitur plura sint in cælestibus per se mota, sicut per se mouentur animalia, consequitur necessario multos esse motores. Quod enim quidam Platoniorum dicunt, substantias esse separatas, non ad mobilia corpora relatas, omnino dictum est præter rationem philosophicam: quia hoc nulla ratione poterit probari. Similiter autem opinio quam multi susceperunt circa species ideales, nullam penitus habet propriam philosophicam peritrationem: dicunt enim, quod species sunt numeri proportionum quarundam. Sed debentes loqui de numeris ut

D. Alb. Mag. Metaph.

principiis primis entium, aliquando aliqua loquuntur de numeris quasi in infinitum excrecentibus: aliquando autem loquuntur de eis, ac si numeri principiorum crecant vsque ad decada determinate: eo quod denarius surgit progressionem continua ex primis numeri principis simplicibus & compositis: sic enim vnitas non est numerus, sed numeri principium: binarius autem simplex est numerus ex duobus simplicibus compositus. Propter quod etiam binarium quidam pluralitatem non dicunt: quia ex nullo plurali componitur: trinarius autem ex vna composita parte est, & altera simplici compositus est: quaternarius autem primus est, qui est ex compositis partibus: & ex his progressionem continua surgit denarius: & ideo primus est limes numerorum: propter quod principia quida entium vsque ad decadam multiplicabant. Et hæc est causa, quod etiam Pythagoras in vtraque coelestimatione, bonorum videlicet & malorum, decem principia posuit, sicut in principio huius sapientie libro determinatum est. Quando autem de speciebus locuti sunt, nullum numerum artificiosè tradiderunt: nec similiter dicunt propter quam causam tanta sit pluralitas numerorum cum studio aliquo demonstratio, præter convenientiam quam diximus nunc de partibus progressionis ex qua surgit denarius. In illa enim est simplex principium, & simplex principium cum simplici, & compositum primum cum simplici primo, & compositum primum cum composito primo: que quidem variatio videtur esse principiorum: & id quod surgit, esse dicunt primum perfectum ex omni modo principiorum numerum.

Nobis autem non est procedendum sic, sed dicendum, relinquatur nobis de numero substantiarum separatorum, & substantiarum diuinis que determinate sunt a nobis. Hæc enim substantia sunt corpora diuina immortalia que cælestia vocantur, que omnia iam moueri probauimus per seipia, ita quod principia sui motus habent in seipsis. Iam autem determinatum est a nobis, quod id quod est principium & primum omnium entium, est immobile & secundum se & secundum accidens: dictum enim est, quod hoc est mouens motum illum qui inter omnes motus est vnus & simplex & sempiternus. Et hoc est motus quem vocant diurnum, qui non dicitur vnus & simplex, eo quod non habeat partes: sed ideo dicitur vnus & simplex, quia vniformis est & æqualis per totum: & ideo dicitur primum, quia causa est omnium aliorum, & suus motor est prima causa vniuersi entis secundum Peripateticos: quia sicut diximus, omne quod motum est, necesse est moueri ab aliquo: & id quod est mouens primum motum, necesse est immobile esse: quia aliter iterum in infinitum in mouentibus & moris. Et iterum sicut diximus necessario est sempiternum motum a sempiterno motore moueri, & vnum motum simplicem necesse est ab aliquo motore simplici moueri, qui per essentiam mouet.

Et forte aliquis dicet, quod substantia separata non relata ad motum & mobile, est autem substantiam relata ad motum & mobile: & ideo prima causa debet poni non mouens, sed efficiens.

Solutio  
Platoniorum  
con  
præd.  
11



efficiens tantum, sicut dixit Plato. Adhuc autem quia prima substantia separata immediatius coniungitur intelligentia, quæ est etiam substantia separata quam cælum, quod est substantia corporea: & sic à primo simplici non immediatè est motus & mobile, sed substantia separata immobilis. Et fo. t. adhuc addatur, quod ab vno primo simplici non debet esse immediatè nisi vnum simplex: motor autem secundus & mobile secundum duo sunt: & hoc non immediatè debet exire à potentia substantia simplici: & ideo congruentius est à prima substantia esse substantiam intellectualem, & postea mediante illa alia causari. Adhuc autem quia immediatius causarum prima cause videtur debere esse filius: nihil autem est filius primæ substantiæ quam intelligentia: & sic illa immediatè debet causari à prima substantia. Ad hæc omnia & infinita similia quæ obici possunt & à Platone obiecta sunt, vna est responsio Peripateticorum, quod istæ rationes omnes, topicæ sunt, siue dialecticæ & vana in prima philosophia, & fortè sophisticæ & in errorem inducetes: quia ponere primam substantiam non mouentem est ponere esse otiosam, sicut ostensum est supra in 8. physicorum: & ponere eam otiosam est ponere, quod aliquando moueretur de otio ad actum: aut oportet dicere, quod semper esset sicut dormiens, & quod non esset optimam: quia probatum est, quod optimum est in actu & non in habitu. Adhuc autem si daretur, quod ageret formas & non moueret, oporteret dicere, quod aut illæ formæ quas ageret, essent per se actu existentes: quod supra improbatum est, ubi ostendimus, quod nihil sit nisi compositum: aut oporteret dicere, quod ageret composita ex materia & forma: & tunc oporteret dare, quod moueretur materia: & etiam si moueretur, oportet quod aliquid moueretur eam quod sit corpus motum: & illius motus corporis erit ante motum materiae ad motum: tunc redibit, quod ipsa primo mouet cælum. Quod enim quidam dicunt, quod causat Angelos, & postea orbis, probari per demonstrationem non potest. Et ideo hoc dicere est præter philosophiam dicere: & contra hoc non disputamus, nec disputare possumus: & ideo rationes tales topicas refutamus. Vnde substantia separata non relata ad motum & mobile, nulla esse potest secundum rationem physicam, nec motum aliquid est ante motum localiter: & ideo ratio nihil dicit, nisi quod corpus motum primum immediatum sit primæ substantiæ mouenti: & licet intelligentia secundum quod est intelligentia magis similis videatur primæ substantiæ quam corpus: tamen intelligentia proportionata secundo mobili, non tantum accedit ad primum mouens, quantum mobile primum, quod proportionatum est substantiæ primæ mouenti. Et similiter licet primum mouens sit vnum simplex, tamen illud quod est ab eo, non est vnum simplex, sed est corpus compositum: quia si simplex esset penitus, sic ipsum non esset distinctum ab ipso. Sed bene concedendum est, quod est vnum solum: & hoc est proximum actui primo & puro: & hoc est corpus non nisi in potentia ad ubi existens: & motor illius est substantia prima secundum Peripateticos, sicut

Solario.

Vide pro  
his Aster-  
vorum. 12.  
met. c. 4.

diximus: & ideo etiam illud animal esse dixerunt: & bene potest esse, quod extraxerunt in hoc, tamen sic dicunt: & hæc quam diximus, est ratio ipsorum. Sub ipsa autem substantia multas dicunt esse substantias mouentes diuersas species consequenter ordinatas, quæ omnes recipiunt ad primam substantiam, sicut serui ad dominum: & ideo omnes obtinent in communi motum, qui est proprius primæ substantiæ, qui est motus diurnus velocior & simplicior omnibus motibus cælorum. De hoc tamen in sequentibus subtiliter declarabitur: modo enim non inquitimus, nisi an plures substantiæ sint separatae & mouentes? Et quia plures constat esse, sicut iam probauimus, peruenire ad numerum & ad ordinem eorum?

## CAPVT XVIII.

*Quod necesse est planetarum motus à diuersis esse motoribus, quorum quilibet est substantia quadam separata & immobilis motu quem mouet.*

Videmus autem etiam oculis corporalibus Tex. c. 43. præter illam ferentiam circularem quam diximus motum, siue ferentiam vniuersi quæ est simplex & vniuersa, & dicimus eam moueri à prima substantia immobili, alias multas ferentias, siue motus circulares, sempiternas, sicut sunt motus planetarum, qui sunt sempiterni celi: corpus enim caeleste sempiternum est & instabile, quod nunquam quietem interponit in reuolutione, sicut facit reflexus motus in recto, sicut ostendimus in octavo physicorum. Quod enim planetarum motus & circuli diuersi 8. phy. tex. c. 64. & infra. sint, probatur ad vnum: quia videmus, quod non possunt in vna continua superficie esse mota, quorum vnum est tardus alio: eod quod sicut in 6. physicorum probatum est, tardum diuidit magnitudinem. Motus autem planetarum sunt in tarditate valde diuersi. De causa autem huius tarditatis, siue hoc sit ideo quia motor velocioris nobilior sit quam tardioris, siue ideo sit quia tardior est maioris quantitatis circuli quam velocior, non curamus hoc: quia non querimus hic causam, sed solum hoc quod inferiores videmus velociores superioribus: & ideo in orbe vno reuolui omnes planetæ non possunt, sed in multis & in tot vel pluribus, quos sunt ipsi planetæ qui reuoluntur. Necessarium est autem quamlibet harum ferentiarum, siue circulationum, moueri à quadam substantia separata, quæ sit immobilis secundum se & sit sempiterna. Et huius quidem necessitas causa & ratio est: quia si astrorum ipsorum natura sempiterna quadam natura est, oportet quod & mouens ea sit sempiternum: quia sempiternæ naturæ sempiternus est motus: aut oportet ponere, quod esset otiosa ex quo facta est ad motum, & salus eius sit in motu, sicut in ante habitis ostensum est: hoc autem natura mouens est prius moto, sicut omne mouens prius est quam id quod mouetur ab ipso, non prius tempore, sed prius est sicut causa prior est

est causato: quia motor est causa motus & mobilis quod mouetur, quamuis duratione temporis simul sit cum ipso. Hoc autem in sequentibus ostendetur.

Eadem autem necessitate probatur, quod motor ille qui est prior eo quod mouetur, si id quod mouetur est substantia, quod & ipse necessarium est substantia: quia substantia non causatur nisi a substantia: nec unquam potest esse accidens principium substantia, sed e conuerso substantia est principium accidentis, sicut tempus in ante habitis probatum est. Ex quo igitur hoc sit necessarium est esse, tunc palam est, quod non necesse est esse substantias mouentes, & secundum naturam sempiternas & immobiles secundum se: & quae sint sine dimensione, eo quod nec sint corpora, nec virtutes in corpore quor sunt perpetua mora corpora propter iam inductam causam. Haec enim demonstratio sumitur ab effectu primo essentiali & conuertibili. Palam igitur est ex his quae dicta sunt, quia sunt in quodam numero substantiarum separatae plures, & quod harum quaedam est prima, & quaedam sunt secunda, & quaedam tertia, & sic sunt in diuersis ordinibus, sicut ordinantur sphaerae eorum quae mouentur.

CAPVT XIX

Et est digressio declarans qualis sit natura substantiarum separatarum inferiorum quae sunt post primam substantiam.

Hoc igitur habito, sic oportet primo inquirere quales secundum naturam sint istae substantiae, & qualiter se habeant ad primam substantiam & adinuicem: quatenus autem quales sint secundum naturam, quaerimus an sint simplices, aut compositae: & an sint immobiles omnino, sicut prima substantia: & an sint diuisibiles per aliquem modum. Quod enim sint intellectus quidam, siue intelligentiae, facile probatur: quia principium mouentium in motu illo quo per se mouentur ea quae mouentur, id quod mouet ratione boni simpliciter, est intellectus, sicut in ante habitis est ostensum. Constat autem omnes sphaeras a se moueri, & moueri gratia boni, quod simpliciter est bonum. Ergo mouentia eas sunt intellectus. Cum autem omnis intellectus sit actiuus, vel speculatiuus, & speculatiuus nihil moueat, oportet istos intellectus esse actiuos: & hoc quidem est verum. Ad hoc autem cum omnis intellectus actiuus totum illud moueat quod ambit instrumentum motus eius, oportet quod quilibet horum intellectuum totum illud moueat quod continet sphaera ipsius: omnis autem sphaera, siue sit superior, siue sit inferior, continet totam materiam actiuorum & passiuorum: ergo quilibet istorum intellectuum mouebit & ager vniuersaliter in tota natura generalitatem & corruptibilitatem: & hoc pro certo est necessarium & verum. Adhuc autem cum omnis intellectus agens eius quod agit praehabeat

D. Alber. Mag. Metaphy.

formas, quia aliter ageret casu & non attingeret finem, oportet quod quilibet istorum intellectuum plenus sit formis eorum quae agit: & hoc est quod dicitur, quod intelligentia est plena formis.

Videtur autem ex his forte alicui intelligentias compositas esse, quia formae non insunt alicui nisi sit compositum. Adhuc autem in quod dicitur, quod ex intelligentibus quaedam sunt quae habeant formas magis vniuersales, & quaedam sunt quae habeant formas magis particulares: & talium formarum habitus non videtur esse posse sine compositione. Sed ad haec, & similia omnia leue est soluere, si supra dicta omnia in mente habeantur bene. Diximus enim, quod substantia separata quae est causa rerum, praehabet res sicut principium & causa: & tale principium non praehabet formas rerum secundum se distinctas, sed potius praehabet eas virtute: quia quanto ipsum simplicius est & prius, tanto virtus eius ambit plura: sicut virtus luminis solis, & sicut virtus spiritus, quae est in spermatis & seminibus, & illud principium non habet formam additam sibi, sed ipsa essentia eius est forma omnium illorum: & illud ergo procedens ab ipso in corpus motum, facit motum distinctum in corpore: & in illo incipit diuersificari virtus eius, sicut virtus luminis solis multiplicatur in his quibus incidit: & licet ipsum lumen in sole unum sit & indiuisibile in quolibet puncto solis, tamen secundum quod magis distat ab ipso, diuiditur plus & plus: & quod incidit vni quod illuminatur, non est idem etiam cum eo quod incidit alij quod etiam illuminatur: & sic est in virtute & lumine istorum intellectuum agentium. Illa enim sunt indiuisibiles in ipsis substantiis indiuisibilibus: sed virtus expansa in corpus motum in partibus moti est diuersa: & magis diuersificatur quando per motum incidit materia generabilium, & sit tantum diuersa, quod id quod percipit vnum, non est idem quod percipit aliquum. Unde patet, quod ex his formis nulla inducitur compositio in motoribus separatis. Et quod dicitur vna vniuersalis & alia particularis, non est ideo dictum, quod vniuersalia & particularia sint receptiui intellectus isti: sed potius dicitur vniuersalis sicut virtus plus ambiens, sicut est virtus sphaera superioris ad inferiorem: & dicitur particularis sicut virtus sphaera magis determinata ad materiam. In talibus enim habent se in similitudine quaedam formarum adinuicem sicut prima & secunda. Sicut enim videmus formam generis non coarctatam nec determinatam, sed simplicem, & illam dicimus esse differentiam primi generis, quod est generalissimum, & sub ipsa accipimus aliam differentiam, & in illa est virtus prima, & est magis coarctata, & sub his accipimus iterum tertiam in qua dux sunt praecedentes iterum determinatae, & ita accipimus vltimam, quae non potest plus coarctari: ita est de formis motorum & motuum. Omnes enim mouent ad esse: sed sicut ordinantur ad esse vltima, tenus, & ratio, & intellectuale mobile, ita ordinantur formae illae: unde quilibet eorum est simplex: sed quia secunda manat ex prima, & tertia manat ex prima & secunda, & sic de

Nota hic de simplicitate intelligentiarum.

Nota quod modo in istis intelligentiis dicitur quaedam habere formas magis vniuersales, & quaedam minus vniuersales.



alius est descendendo, & quia sic inferioris motoris lumen & forma deteminatur, dicitur habere particulaiores formas quam superior: & ex omnibus his nulla inducitur compositio, sicut nec in formis, v. dictum est.

Sed ex alia quadam ratione multis videntur esse compositæ. Dicunt enim, quod & verum est, quia omne quod est circa primam substantiam, est recipiens à substantia prima: recipiens autem: & receptum dicunt quandam compositionem. Et ad hoc obiecerunt Pythagorici dicentes, quod potest monadem esse dijas, attribuentes monadem primæ substantiæ quæ v. d. est vna, in qua nullus est numerus: diadem autem secundæ & deinde substantiæ: & sic videtur omnis substantia secunda esse composita. Et quod maxime & multos & magnos ad hoc induxit, est hoc, quod omnis substantia secunda reflectitur super seipsum: omnis autem intellectus reflectitur super seipsum, est compositus: quia aliud est in eo quod reflectitur, & aliud super quod reflectitur: sunt ergo duæ naturæ: & sic est composita intelligentia, vt videtur. Et hoc concedunt multi, præter hoc solum, quod non dicunt intelligentiam esse duas naturas, sed vnam duplicem secundum duplex esse quod habet: est enim intelligentia, sicut dictum est, ambiciens & mouens corpus quod est orbis celi: vnde secundum quod est intelligentia, reflectitur super seipsum secundum quod mouet: sicut dico quod ars secundum quod ars est, reflectitur super se secundum quod scilicet mouet instrumentum: formalitas enim artis conuertitur ad instrumentum, quando mouet ipsum, & secundum quod mouet ipsum, sic producit in materiam & quodam tactu metaphisico tangit eam. Et ideo ibi habet esse aliquantulum magis materialitatis quam in seipsa: & est simile de lumine, quod est vna quedam essentia in se, & secundum quod tangit superficiem colorati: & tamen habet duplex esse, & formale ipsius conuertitur super materiale ipsius. Et ideo illa obiectio non probat ex duplici essentia constare intelligentiam, sed habere duplex esse in essentia vna.

CAPVT XX.

Et est digressio declarans exitum intelligentiarum in esse à causa prima, & exitum eorum in esse ab intelligentia & à prima causa.

Hæc autem intelligentia secunda & deinceps ordinis se habet ad primam causam, sicut causatum ad causam: licet enim causæ efficientis non sit nisi educere formam de materia in his quæ habent materiam, tamen in his quæ nullam habent materiam, causalitas causæ primæ est subsistere secundum & fundare: quia cum intelligentia, sicut dicunt Peripatetici, sit forma celi, & motor, non educitur de ipso v. de potentia, quia non est generabile celum: & quamuis poneretur esse generabile, non tamen ex ipso educeretur, quis non est intelligentia forma & substantia quæ sit in materia, sed po-

tius corpus non aptatur ei nisi vt sit instrumentum motus, & non aptatur ei tanquam necessarium ad esse talis substantiæ, quia intelligentiæ ad esse suum corpore non indiget. Est igitur intelligentiæ id quod in esse fundatur à luce primæ causæ, sicut lumina stellarum constituuntur à lumine solis: hæc autem lux primæ causæ aptatur sibi celum secundum, super quod est irradiatio formæ suæ, & per ipsum & per se irradiat super omne in ludo quod continet celum eius: & ideo lux prima influit super secundam, & illuminatio illa fundat eam in esse: quia illuminatio illa cum sit actiua & actiui intellectus vniuersaliter, est causæ esse, & id quod conuenit secum in esse, est causatum primum, quod ante fuit à causa prima secundum quod est mouens, & formam actiuam iam inuenit mobili suo quod mouetur ab ipsa, est celum secundum quod mouet intelligentia secunda. In omnibus enim his aduertendum est, quod omnes Peripatetici conueniunt in hoc cum Stoicis, & maxime cum Platonis, quod materia prima non exiit in esse per causam aliquam generantem vel mouentem, sed quod sit per se. Peripatetici autem dicunt, quod mouens primum dupliciter consideratur, in se videlicet, & sic est lux & intellectus actiuus, vel supra lucem & intellectum existens: consideratur etiam vt causans, & ex parte illa metaphisice attingit materiam, & quodam modo incorporatur, sicut intellectus artificis in se lux est, & ex parte qua mouet, incorporatur forma & lux artis corporis instrumentis. Quod igitur est à causa prima prout ipsa est lux immanens in se existens & lucem emittens, est intelligentia primi ordinis post eam: quod autem sit ab ipsa secundum quod est tangens materiam, est celum primum, quod ipsa per suam formam agentem mouet: primo enim considerata est ipsa actus, & secundo modo considerata est potentia actiua mixta materia. Et similiter intelligentia primi ordinis sub causa prima habet hanc duplicem considerationem: & in se quidem prout est ipsum causatum à causa prima, irradiat ab ea lumen intelligentiæ, cui iungitur irradiatio causæ primæ: & quod sic fit duplici irradiatione, magis est determinatum & contractum, quam quod sit ab vno lumine simplici: vnde quod sic fit à duplici lumine, est intelligentia secundi ordinis, quæ secunda est sub prima: & ex illa ex parte illa quæ contingit materiam, iterum procedit suum celum: quia ex parte illa est potentia, sicut ante dictum est: & sic causant omnes intelligentias & omnes orbis. Hunc autem modum causandi Peripatetici de natura accipiunt: quia sicut dicitur in 8. phys. in his quæ per se mouentur, id quod sit in mundo maiori, simile est ei quod sit in minori mundo, hoc est, in animali perfecto, quod mouetur per se motu locali. In animali autem illo videmus, quod virtus formatiua quæ est in semine, & est similitudo animæ & intellectus actiui, in quantum est ab anima patris, & est seminis humori mixta, in quantum est materialis: & ex ipsa in quantum est quidem lux & similitudo animæ patris, secundum omnes vires animæ patris procedit & educitur anima nati quæ est lux corporis: in quantum autem est materialis, quod fit ab ipsa, est corpus

8. phy. text. com. 17.

CAPVT XXII.

Et est digressio declarans modum per quem vna intelligentia est ab alia.

corpus secundum diuersitatem organorum. Et si quis obiciat, quod in celo non proceditur à potentia ad actum, eo quod celum est ingenerabile: dicunt Peripatetici, quod non obstat hoc, quin talis sit ordo cauendi. Si enim demus, quod sol semper stetit & stabit in hemisphaerio: tamen per hoc, non tolleretur, quin sit sol causa diei: & similiter vestigium pedis semper causatur à pede, quamuis positio pedis in puluere non precedat vestigium: & sic est in multis: vnde licet status talis mundi in intelligentiæ & orbibus qualis nunc est, secundum omne tempus fuerit sicut nunc, tamen per hoc non excluditur causalitas, quin vnum secundum esse causetur ab alio, & semper inferioris causatur à suo superiori.

Adhuc autem si quis obiciat, quod prima causa quæ supra nomen est, non reflectitur supra se, sicut dictum est in antè habitis: & ita videtur, quod nunquam attingit materiam: quia si attingit, videtur duplex esse habere, sicut habent alie intelligentiæ: & hoc supra negatum est. Dicendum, quod hoc est verum secundum Platonis, & etiam secundum illos qui ponunt intelligentias alias esse substantias quam animas celorum: sed secundum illos qui dicunt easdem esse substantias & animas celorum & intelligentias, non est ita: quia lux prima causa simplex est & pura: & ideo eam attingit materiam, non recipit obumbrationem, sed vincit eam, & vincendo terminat ad esse instrumenti sui, quod est celum primum. Cum autem irradiat ad constitutionem intelligentiæ primi ordinis, hoc fit per actum qui est compositus, & est actus primæ causæ in orbe primo: & ideo fit, quod id quod fit per huius irradiationem, est ordinis inferioris quam ipsa sit: sicut in homine actus generationis est actus coniuncti, & tamen id quod in genitura est similitudo animæ, pertingit in esse animæ: & quod in genitura est mixtum cum humore & inulceratum ei, facit constitutionem membrorum: & ideo fit, quod filius frequenter dissimilis est patri ex parte corporis.

Ite igitur est modus, quo & intelligentiæ & orbis causantur à causa prima: & ex isto ordine patet, qualiter prima causa irradiat super omne quod est: quia vniuersaliter materiam continet suus orbis: & tamen lumen eius est illud cui coniungitur radius intelligentiæ secundum di orbis, & tamen ille inferior sic iungitur sibi & determinat ipsum: & ite sic duplicatus radius iungitur inferiori, & iterum magis determinatur: & sic fit processus descendendo vsque ad materiam generabilem: in qua per qualitates & formas materiales maximam recipit determinationem. Talis igitur secundum Peripateticos est exitus in esse intelligentiarum & orbium. Et per hoc patet qualiter qualibet intelligentia indiuiduatur per suum orbem, & non per aliud.

D. Alb. Mag. Metaphy.

In hoc autem ordine aduertendum est, quod semper superior influit inferiori: & id quod bonum & desideratum intelligentiæ inferioris: & tamen quia fons totius luminis, & esse est prima causa, ideo illa est quæ amatur proportionaliter à quolibet, & ipsa se immittit cuiuslibet quantum qualibet potest suscipere de ipsa. Et huius causa est, quod omnes quocunque sunt, obriuntur motum quem ipsa mouet qui est dignus, ita quod ille motus etiam est in sphaera actiuorum & passiuorum in omnibus elementis mobilibus. Vnde etiam mare influit & effluit ad modum circuli quantum potest. Terra autem quia immobilis est, moueri non potest: & ideo ipsa sola inter simplicia corpora in hoc ordine est mota non mouens: & in hoc deficit virtus primi motus. De hoc autem diximus in 8. physico vna nostrorum. Et cum qualibet ab altera accipiat secundum ordinem, ita quod inferior ab omnibus superioribus, tamen acceptum nec est compositum, neque est inducens compositionem. Et huius causa est quam diximus in antè habitis: quia videlicet, quando forma posterior fluit ex forma precedenti vna vel plures, illæ formæ precedentēs non sunt in sequenti nisi secundum modum virtutis & potentie, & essentia manet simplex, sicut esse est in vita, & vita in fenite, & sentire in ratione, & huius: & sic virtus omnium membrorum est in spermate quod est de membris: & in sequenti quidem semper sic determinatio maior & minor, sed tamen nulla essentiarum compositione, quia aliter differentia omnes essent compositæ. Adhuc autem cum sic accipit inferior à superiori bonitatem, & lumen, per hoc accedit ad conformitatem superioris: & quantum conformatur superiori, tanto fit magis simplex & magis vna & indiuisibilis. Et ideo omnis intelligentia dicitur esse substantia quæ non diuiditur.

Modus autem istius acceptionis, quæ vna sic accipit à alia & omnes accipiunt à prima, per duo similia satis pulchre ab his qui præcesserunt nos Philosophis, est ostensum. Et vnum quidem exemplum est in artificii diuersis, quæ accipiuntur sub vno, sicut est fœnecina quæ & gladiaria & scutaria & equestris & huiusmodi militari quæ vtitur omnibus his. Orones enim illæ in formis quas inducunt in materiam, respiciunt ad militarem, & vna respicit ad aliam, sicut fœnecina ad equestrem. Et sic se habent intelligentiæ mouentes & orbis adiuuantes. Aliud autem est simile in regimine ciuitatis, in quo omnes qui in aristocratiâ sunt, & qui in timocratiâ, respiciunt ad regem. Similiter autem faciunt & qui sunt in officiis & artium communicationibus, & respiciunt ad se vna ad aliam, sicut officiorum communicatio ad timocratiam.

Exempla data sunt in eo dist. 111.



ctiam, & timocratia ad aristocratiam, & aristocratia ad regimen siue ad regem, ita quod semper superior informat inferiorem: & ideo fit ut in tali ordine illa que subtilissima sunt & liberiores, actum suum non habeant determinatum in aliqua materia: sed est vniuersalis eorum influentia secundum optimum & licet actum, sicut militaris se habet ad inferiores, & regimen se habet ad alias potestates: cum enim alia potestates determinate sint in quadam longitudinis parte, sicut in materia determinatur fraxinaria & gladiatrix, regimen consistit in speculatione & continentia totius, sicut militaris omnibus virtutibus, & non habet determinatam materiam aliquam. Hoc autem ideo non est dictum, quod aliqua sit influentia superioris super inferiorem, nisi per motum corporis animati secundum Peripateticos. Sed quia animatum primum indeterminate & vniuersalissimas influit & exequitur formas, & illa determinatur ad materiam plus & plus, secundum quod magis & magis descendunt ad materiam hanc & illam. Si autem est aliqua alia irradiatio superioris super inferiora, sicut dixit Plato, & sicut dicunt theologo, illa per rationem inuestigari non potest: sed oportet, quod ad illam inuestigandam ponantur alia principia ex reuelatione spiritus & fide religionis: & de hac non est loquendum in philo'sophia Peripateticorum: quia cum eis ista scientia non communicat in principis. Quamuis autem talis irradiatio fiat per actum coniuncti, tamen quia actus ille est intelligentis & primi motoris ut mouentis, ideo semper contingit ad formam mouentis, sicut sapē diximus, quantum possibile est recipere formam mouentis illi quod mouetur.

Ex his autem iam patet, quod id quod est indiuisibile & simplex in causa prima in intelligentia, processum & extensum sit in quantitate orbis qui est instrumentum motus in partes ipsius ascendentes & descendentes in motu: & ideo diuisibiliter effunditur in inferiora: & id quod de ipso accipit vnum, non est id quod de ipso accipit alterum: & hæc est vera causa, quare oportuit produci orbem qui esset instrumentum motuum superiorum: & ut vndique materiam æqualiter respicerent, oportuit fieri sphericam. Ex his etiam scitur causa dicti Platonis, quod Deus deorum dixit superioribus celestibus diis, quod ipse esset qui sementem generationis faceret, & ipsis traderet sementem illam ad exequendum. Et ex his iterum patet, quod sicut motores simplices & compositi se habent ad materiam & adiuuicem, sic se habet ista sapientia ad alias scientias, & e conuerso alia scientia ad ipsam: & ideo ipsa vniuersalis est & indeterminata quoad subiectam de quo est: quia non est de ente particulari determinato: & ideo magis libera & magis diuina: alia omnes particulares scientia respiciunt ad ipsam, sicut in primo huius sapientia lib. ostensum est: & quia humana negotia magis sunt circa particularia, ideo vtiliores quidem sunt nonnulla particularium scientiarum & artium: nobilior autem & diuiniore nulla est penitus. Sed nunc de numero motorum & orbium tempus est ut inquiramus.

Qualiter superiora vniuersalia irradiant in inferiora per rationem & fide religionis non est loquendum in philo'sophia Peripateticorum: quia cum eis ista scientia non communicat in principis.

CAPVT XXII.

Qualiter ex motu sphaerarum colligitur motorum numerus secundum Eudoxum.

Numerum autem & pluralitatem scientiarum siue circulationum ex quibus cognoscitur motorum numerus, oportet cognoscere ex illa philo'sophia de numero mathematicarum scientiarum, que maxime est propria talium motuum inuestigationi: hæc autem est astrologia, que tales motus ex tribus inuestigat, ex visu videlicet, & ratione, & instrumentis. Ad visum autem deprehenditur motus diurnus, quando stelle ab Oriente emergentes, paulatim ascendere videntur ad medium cæli, & deinde paulatim descendentes videntur donec occidant in Occidente. Ratione autem deprehenduntur multi motus, ad quorum experimentum non sufficit visus hominis, sicut est motus augium & imaginum stellarum que dicuntur fixæ: illarum enim motus est completus in triginta sex milibus annis: & hoc non scitur nisi per rationem: quia si aux & imago stellæ unum mouetur in 100. annis gradu vno, tunc infra vnum annum mouetur ad minus vno minuto: & hoc possumus experiri: & quia equalis est motus, ratiocinamur, quod in partibus temporis æqualibus æquales perficiet perfectiones: & tunc iuuenimus, quod in centum annis perficiet gradum: & quia sunt de toto circulo trecenti & sexaginta gradus, ratiocinamur, quod in 36. milibus annorum perficiet totum circulum. Per instrumentum autem coniunctum in istos motus Astronomus, ut sunt instrumenta diuersa, de quibus hic agere non est onerans, sicut est arilla, & instrumentum æquinoctij, & instrumentum latitudinis stellarum, & astrolabium, & huiusmodi. De omnibus autem his intendit astrologia: illa namque est de substantia sensibili incorruptibili, sicut de celo & motibus eius: de his enim facit theoreticam speculationem. Alia vero mathematica de nulla sunt substantia, sicut arithmetica que est circa numeros, & geometria que est de quantitate immobili, & musica que est circa numeros harmonicos in cantu modularo. Quia igitur astrologia sola considerat motus orbium celestium, sumamus ex ipsa quecumque in ea sapientius dicta esse videntur: quia aut sciemus numerum motorum, & ex his numerum motorum concludemus: aut ad minus artem inueniendi motores secundum numerum indeterminatum sciemus, quia numerus primum erit secundum numerum motorum: aliter enim per rationem numerum eorum inuestigare non possumus.

Quod autem plures sint scientia siue circulationes de latitudine in circuitu astorum, manifestum est etiam partem considerantibus in astris: quia sicut diximus, etiam visu comprehenduntur: motus astorum & secundum ordinem & contra ordinem signorum mouentium quodque enim astorum errantium fertur & fertur detur

Tex. c. 44

Quod si astrologia inter mathematicas disciplinas de substantia perfectetur. Quod in libro Comment. com. 44. huius.

Tex. c. 45

Actur pluribus quam vno: quia ad visum videtur, & secundum ordinem signorum & contra ordinem signorum moueri: sed quot numero sint hæc scientia siue circulationes, nos dicimus hic sententia gratia, non inuestigantes veritatem de his secundum nostram sententiam, sed recitando ea que dicunt quidam probabilio es mathematicorum. Dicimus autem hoc ideo ut pluralitas aliqua motorum & orbium celestium incipiat mente: & quecumque in capite lecturam illam, erit etiam numerus substantiarum mouentium separatarum. Quod autem de his verum sit, oportet quod relinquatur illis qui querunt motus & orbis istos secundum propria lux facultatis principia: & oportet, quod ab interrogantibus ista per modum quoniam hæc ista querimus, relinquatur illa perualis in eis si quid videretur aliorum motorum esse in superioribus, præter eos qui modo dicuntur a nobis, & dicti sunt ab auctoribus astrologis, & illis qui tractant talia: & oportet nos amare utriusque, & illos quidem qui funduntur prima perueniunt, & eos qui addiderunt: sed oportet nos peruenire a certioribus: nos enim secundum conuenientiam istius sapientia non possumus tantum descendere, ut de ente particulari disputemus. Sed hoc quod peruenire est illi accipimus, & ex illo syllogizamus id quod intendimus de numero motorum. Probabilior autem vnus & prior, qui fundamenta dedit in astrologia apud antiquos Chaldæos, Eudoxus existit, & ille quendam numerum motuum in astorum sphaeris dedit: hic enim sicut omnis astronomus solem & lunam, que sunt duo manifestiora luminaria, inspicit per obseruantias instrumentorum, & vtriusque sententiam siue circulationem potuit esse in tribus sphaeris, eo quod ipse posuit astrum non proprio motu ferri, sed motu circuli siue orbis alius: vidit autem solem & lunam ferri ab Oriente in Occidentem, & ideo dedit eis sphaeram aplanorum hoc est, tam que sine errore est que ferret solem & lunam ab Oriente in Occidentem motu diurno. Vidit etiam, quod mouentur luminaria hæc secundum ordinem signorum in zodiaco ab Occidente in Orientem per medium latitudinis zodiaci: & ideo dedit eis orbem alium deferentem ea in motu illo. Vidit etiam iterum in illis motuum latitudinis, & in luna quidem vidit motum latitudinis non tantum respectu æquinoctialis, sed etiam respectu zodiaci. Et putabat similiter, quod in sole esset vtriusque latitudo qua declinat ad Meridiem & ad Aquilonem, & ad istam motum dedit eis tertias duas sphaeras: & sic soli & lune simul dedit sex sphaeras deferentes. Sphaeram autem deferentem dico, que deferat astrum per motum suum continuam. Reuolvens autem sphaera vocatur, que reuoluit astrum retrosum ad reuertendum ad locum zodiaci unde motum est prius: orbem autem nullum reuoluentem posuit isti soli & lune, eo quod consensit cum antiquis, quod reuolutio non fieret orbe reuolvente siue regyante: sed scripta superioris orbis qui retrahit, ut dixerunt, aliquando planetam retrosum ad locum unde ante motus fuit. Dicebat tamen iste, quod orbis latitudinis secundum quem luna fertur, maiorem habet inclinationem ad Me-

ridiem & ad Aquilonem quam secundum quam fertur sol. Sic ergo colligitur, quod Eudoxus sex sphaeras dedit soli & lune deferentes: aliorum autem planetarum motum posuit, sicut quod vniuersumque motus essent in quatuor sphaeris. Et primam quidem & secundam quæ datur propter motus duos aplanos & planetas dixit eandem siue similem soli & lune. Dixit enim, quod sphaera que est aplanorum in motu diurno ferret omnes sphaeras, & omnes stellas. Et si niter dixit, quod illa que est ordinata sub ista sphaera que est planetas, & habet naturalem motum zodiaci: sed ordinem signorum dixit & omnium esse, eo quod omnes planetas viderat ab Occidente in Orientem naturali & proprio motu moueri. Tertiam vero sphaeram, que reuoluit in latitudinem respectu æquinoctialis & zodiaci accepta, dixit similiter polos esse in medio zodiacum zodiaci, eo quod in reuolutione illa maiorem circulum præbat esse zodiacum: & præbat, quod tantum declinant à zodiaco versus Aquilonem, quantum declinant ab eo versus Austrum. Et ideo zodiacus maior circulus est, quem abscindit motus latitudinis planetarum: & ideo necesse est, quod poli eius sint in polis zodiaci: & hoc est esse polos in medio zodiacum. Quarta autem scientia siue circulationis posuit orbem inclinatum ad medium vnum, hoc est, zodiaci: quia ex quo aliquando apparent in zodiaco, nullam habentes latitudinem ab ipso, & mouentur sub signis, ita quod eclipsant solem & eclipsantur ab ipso, necesse fuit, quod haberent orbem ibi se deferentem. Dixit ego iste, quod tertij motus sphaere in omnibus planetis habent eodem polos, præterquam in venere & mercurio. Circuli enim siue sphaere latitudinis venere & mercurij, hæc habent polos proprios à polis aliorum deferentes. Et forte ideo dixit hoc: quia vidit, quod isti duo alios habent latitudines quam alij planetarum: vnus quidem in Austro, alter autem in Meridie. Hoc autem est obseruandum, quod iste soli latitudinem posuit duplicem. Vnam quidem respectu æquinoctialis, & hoc concordant omnes astronomi. Alteram autem respectu zodiaci, & hanc latitudinem non ponit Ptolemaeus. Quod autem in omnibus his secundum nostram in qua sumus intentionem, accipitur, hoc est, quod iste sphaeras posuit 26. Soli quidem & lune sex. 20. autem aliis quinque planetis: sed si verum est quod dicit, erit numerus separatarum substantiarum, 26.

Tex. c. 45

Tex. c. 47

CAPVT XXIII.

De numero sphaerarum secundum Calippum.

Calippus autem in positione quidem sphaerarum quantum ad ordinem planetarum eadem posuit cum Eudoxo, licet in numero discordauerit: ordinem enim abscidentium & augium eundem posuit cum Eudoxo: & dicitur auges summa elevationes, & abscides infima depressiones vniuersumque planetarum. Et ex hoc videtur, quod eccentricos posuit deferentes circulos







faciat esse in omnibus: & hic motus est aplanus & causa motus diurni in omnibus spheris, & sic ab vno simplici primo mobili est motus vnus simplex: consequens autem est vt in secundo mobili duo sint motus: & ideo sphaera stellata secundum mobile esse non potest, sicut alibi diximus: similiter autem & compositio esse cum materia non sit, nisi vnum principiorum componentium moueatur ad alterum. Cum igitur motus primus motus qui causat esse, sit motus ab Oriente in Occidentem, oportebit secundum motum esse ab Occidente in Orientem contra primum motum: quia ille motus est compositionis primæ: & per hunc modum vnum principiorum componentium obuiabit alteri: & hic motus est secundus mobilis: & hæc duo sunt cæli occulti, quorum vnum habet motum diurnum propter esse: alterum autem motum aplanum propter compositionem causat in omnibus: consequitur autem hoc eius quod compositum est determinatio per quantitatem & figuram, & hic effectus etiam secundum omnes astronomos est cæli stellati: propter quod etiam illi cælo multas imagines constellationum attribuantur, & hoc est tertium cælum tres habens motus, sicut in ante habitis determinatum est, & hucusque motus & mobilia sunt ordinata semper vno modo crescentia secundum recessum à primo simplici. Omne autem quod determinatum est mixtione & complexione primatum qualitarum, est attributum septem spheris. 7. planetarum: & illæ non ad eam ordinatæ abundant in motibus sicut mobilia superiora, sed positione & impositione in motibus disponuntur secundum quod mixtionem perficere possunt. In mixtione autem non est nisi frigidum cum sicco, & frigidum cum humido, & calidum cum sicco, & calidum cum humido: est autem frigidum cum sicco & neutra illarum qualitarum est vita, sed vtraque mortificatiua: sed tamen in mixtura operatur potentiam bene tenendi, sed male recipiendi: & cum potentia male recipiendi impediatur mixturam, oportuit sphaeram per motum suum hoc operantem longissime poni à loco mixtionis: & tamen oportuit ipsam esse propter potentiam bene tenendi: & quia hoc habet perficere sphaera saturni, ideo elongata est maxime à loco mixtionis & superna facta est, tardissimi motus: quia aliter mixtura omnis solueretur. Frigidum autem cum humido est dupliciter: est enim humidum simplex quod est elementale, & est humidum complexionale quod est subiectum vite: & illud quidem quod est simplex, oportet habere fortem motum, vt miscibilibus ingeratur: & ideo propter illud est sphaera lunæ vicinissima loco mixtionis, vt fortius moueat: propter quod etiam fluxus & refluxus maris sequitur motum lunæ: humidum autem complexionale habet mouere sphaera veneris: & ideo soli coniuncta est qui est datrix vite: calidum autem cum humido est & calidum cum sicco: humidum autem cum calido esse non potest, nisi sit humidum spirituale, ex quo sunt spiritus qui sunt vectores virtutum vite: & ideo non potest esse excellens calidum: quia hoc non est nisi cum sicco: & ideo calidum est cum humido complexionale calidum & spirituale humidum, &

hoc mouet sphaera iouis, propter quod alius post saturnum locata est: quia ex temperamento sui non posset mouere materiam mixtionis, sed motus iam & mixtura se inficere potest. Calidum autem cum sicco dupliciter est: aut enim est motuum totius materie, aut digestiuum & maturarium materie iam mota: & illud quidem quod est motuum totius materie est feruens & furens calidum, quod mouet sphaera martis: propter quod elongata est moderatè vt attingere possit & non incendat, & habet locum tertium: siccum autem cum calido digestiuo & maturatiuo seminum & conceptuum est sphaera solis mouens: propter quod in medio planetarum est posita sicut cor, & sibi attribuitur dare vitam. Cum autem isti sex planetæ sic mouere habeant principia mixtionis, vnus solus est qui commiscibilem & applicabilem habet virtutem, qui est mercurius, & ideo habet motus inuolutos multos, & ponitur inter duos planetas qui mouere habent frigidum & humidum, quod maxime est commiscibile, & isti sunt luna & venus. Secundum autem istam rationem, 10. erunt ordines substantiarum mouentium. Est autem attendendum, quod non puto vnquam fuisse comprehensos ab aliquo mortalium omnes motus cælorum: & ideo etiam de substantiis immobilibus & præcipue de numero earum incertum est: sed id quod rationabilis dici poterit, vt videretur, iam à nobis dictum est: quia hoc certum est sphaeras esse causas esse & vite, & differentias sphaerarum esse causas differentiarum quæ sunt in esse & vite: & ideo videretur talis esse numerus earum qualis dictus est.

## CAPVT XXVI.

*Et est digressio declarans dubitationes quæ oriuntur circa prædicta.*

**O**Ritur autem hic quæstio grauis quam licet in secundo cæli & mundi tetigerimus, tamen etiam hic soluenda videtur esse. Est autem hæc, quare primi duo cæli nullam penitus habent stellam, tertium autem habet multas valde, & septem alij cæli quodlibet habet vnam tantum? Et causa huius est proculdubio: quia sphaera quæ vniformitatis est causa, non potest esse difformis in habendo stellas vel stellam: est autem esse in se vniforme quod est effectus primæ sphaere. Similiter autem compositio quæ tantum est ex principiis substantiæ, non habet difformitatem: & ideo secundum etiam non habet stellam aliquam: sed cum figure sint plurimæ & propriae quibus distinguuntur entia quanta, oportuit quod stellata multis stellis esset sphaera tertia: propter quod etiam ab Astronomis isti sphaera attribuitur mouere terram, quæ producit figuras plantarum & animalium: & cum alie sphaere non moueant nisi principia simplicium & complexionarium, & illa sunt singula, non potuit qualibet aliarum sphaerarum habere nisi stellam vnam pro vnaquaque & tali ordine dispositas, vt dictum est. Hoc etiam soluitur id quod in cælo & mundo est tactum,



Autem, quod cum motus gradatim crescant ex prima sphaera usque ad tertiam, postea non crescunt gradatim usque ad quartam ultimam: quia sol secundum observationes probabiliores non habet nisi duplicem motum, & saturnus & iupiter & mars habent plures: huius enim causa est, quod in veritate planeta habet motus, quos potest perficere motum ad quem est: qua sicue iam in sequentibus probabitur, motus est propter id quod mouetur per ipsum: & ideo oportet, quod quilibet planeta tot habeat motus, quot exiguntur ad effectum eius perficiendum: & cum sol simplicissimi sit effectus, quia est dator vitae, ideo motus habet pauciores omnibus aliis planetis: quamuis enim digerat semina & maturer, hoc magis perficit magnitudine corporis sui quam multitudine motus. Adhuc autem cum istae qualitates planetarum & stellarum referuntur ad vitam, oportuit quod stella omnes illuminarentur à sole, & per lumen suum in suis corporibus informarum moueant materiam, sicut dictum est: & hoc quidem quod omnes à sole illuminantur, probabilior dicit opinio Astronomorum. Sed dubitabit fortassis aliquis, quod cum motor praesideat sphaerae, & utatur ea sicut instrumento motus sui, verum praesideat stella vel toti sphaerae, aut alicui alij parti ipsius? Et quod rationabilius de hoc dici potest, est, quod in sphaeris simplicibus quarum lumen adeo simplex est, quod visui non subicitur, intelligentia mouens toti sphaerae praesidet. In stellaris autem praesidet stellae magis, ita tamen quod sine hoc & nunc sit in sphaera & stella, licet maior virtus eius sit in vna parte quam in alia. In stella autem propter substantiae spissitudinem magis lumen calcatur & multiplicatur: & cum stella lumine suo faciat quicquid facit, oportet quod ipsa stella principale sit instrumentum intelligentiae exequentis formas suas per stellas & orbis. Sicut enim intelligentia agens quae in nobis est, per spiritus inuehit manibus & instrumentis formam quam inducere vult in materiam, ita intelligentia agens quae mouet orbem & stellam vel stellas, luminari inuehit formas, & per lumen luminaris traducit eas in materiam quam mouet: & hoc sic tangens materiam educit eam de potentia ad actum. Et huius signum est, quod sapientes astronomi per haec principia quae sunt loca stellarum, pronosticantur de effectibus, qui luminibus stellarum inducuntur rebus inferioribus. Haec ergo quae dubitari possunt circa praedicta, sic determinata sunt.

CAPVT XXVII.

*In quo est probatio, quod numerus separatarum substantiarum non aliter potest accipi quam dicitur.*

**R**edeamus autem nunc ad propositum dicentes, quod si aliquis dicat, quod non possibile est, quod aliqua sit ferentia siue circulatio, quae contendat per contrarietatem ad ferentiam siue circulationem astra, hoc est, quod

dicat, quod astra feruntur motibus quos induximus, & non orbis: sicut enim dixerunt multi, & quod astra omnia feruntur ab Oriente in Occidentem motu diurno, & motu proprio feruntur & conuerso ab Occidente in Orientem: & nulla est circulatio circuli quae contendat contra motum primum, & dicat omnem naturam & omnem substantiam quae immobilis est & immaterialis & impassibilis & est secundum se, non determinat per materiam sortiri tempus quod melius est, & aestimet ipsam esse finem & optimum: tunc oportet illum concedere, quod nulla erit diuersa natura separata quae non moueat aliquam stellam, sed necesse est, quod iste sit numerus substantiarum, qui accipitur secundum numerum eorum quae mouentur in caelo, siue illa sint stellae, siue orbis: nam si sunt aliqua alia naturae separatae praeter eas quae dictae sunt, illae mouebunt sicut illa naturae quae existunt sine & optima & perfecta: quia aliter essent otiosae, sicut in ante habitis determinatum est: mouebunt autem eas quae sunt vehibiles siue mobiles in circuitu, & illae sunt stellae vel orbis. Si igitur supponamus, quod impossibile sit alias esse ferentias siue circulationes praeter eas quae dictae sunt: hoc enim rationabile est suscipere ex his opinionibus quae comparatae & collectae sunt à dictis antiquorum & modernorum, tunc oportet, quod numerus harum substantiarum sit secundum numerum eorum quae circumferuntur. Si enim demus quod & verum est, quod omne ferens siue mouens localiter & circulariter, est mouens non propter se, sed gratia circumuecti, siue quod ab ipso circumuehitur, & hoc propter naturam quae aliter non subsistere potest: tunc sequitur necessarium, quod omnis ferentia siue circulatio est alicuius quod circumuehitur: & sic nulla ferentia erit ita sui causa, quod moueatur per seipsam sine mouente: nec potest dici, quod sit alicuius circumuehibilis illud mouens nisi astrarum vel orbium celorum: & tunc concluditur, quod numerus substantiarum immobilium est qui dictus est prius.

Si enim aliquis diceret, quod vnum circumuehibile astrum vel orbis sit causa alterius circumuehibilis, ita quod vnum corpus moueat aliud, & corpus mouens iterum egeat corpore gratia cuius ipsum moueatur: tunc oportet, quod hoc in infinitum vadat: cum omne corpus moueatur ab alio, sicut in physicis probatum est. Cum autem non sit possibile abire in infinitum, oportet quod derat, quod ad aliquam finem stet omnis circuitio eorum quae circumuehantur, & sunt diuina corpora quae sunt in caelo, in quo maior est ordo quam in aliis corporibus: stare autem non potest numerus ille si corpus moueat corpus, sicut dixerunt aliqui. Oportet igitur, quod stet sic quod moueatur ad immobili principio separato: & sic iterum redibit, quod numerus substantiarum separatarum mouentium est secundum numerum eorum quae mouentur accipiendus. Et si aliqua essent substantiae separatae non mouentes, sicut dixit Plato, essent otiosae: quia substantiae tales non ponuntur in numero & ordine causarum, sed potius in numero & ordine causarum: & causae non possunt causare esse in inferioribus, nisi per motum superiorum. Unde quicquid dicitur de causis vel dijs

non mouentibus qui dicuntur esse ante primum motorem, est error secundum philosophiam. Dicebant enim quidam sequentes Socratem, vnum esse Deum sublimem, qui est omnium deorum pater, & est immobilis, non mouens, sed causans omnia: & quæ primo causantur ab ipso, sunt 1. 2. dii incorporales & immobiles & non mouentes: & illi quasi senatum cæli obtinent, & sub istis sunt dii corporales, qui mouentur, qui sunt planetæ & stellæ alie: & sub istis iterum sunt dii terreni, qui habent numina super ea quæ procedunt ex terra: & hæc est antiquorum opinio, & dicitur, quod tradita est à Socrate. Cum autem nihil horum probari possit per rationem, non est illud dicendum in philosophia, neque Philosophus potest disputare cum istis: quia non conueniat cum eis in principis. Sed hoc quod scitur per philosophiam, est quod omne quod mouetur, mouetur ab alio, & quod motus perpetuus est à perpetuo motore, qui nec est corpus, nec virtus in corpore, & ideo separatus & immobilis & indiuisibilis, nullam habens magnitudinem per se vel per accidens, & nec finitus nec infinitus. Et ideo dicitur, quod secundum numerum talium motuum est numerus taliter mouentium, & quod omnes huiusmodi motores sunt separatae substantiæ per se existentes, & sunt principia aliorum quæ sunt in natura.

## CAPVT VIII.

*Qualiter cælum sit vnum & multa, & qualia sit multitudo substantiarum separatarum.*

**Q**uia verò vnum cælum totum sit, manifestum est ex his quæ dicuntur nunc. Nam si darentur, quod plures essent cæli sicut homo est natura quæ multiplicatur in plura numero conuenientia in vna natura speciei, tunc oporteret, quod circa quodlibet cælum esset tale principium essentia, quod esset specie vnum & numero multa potentia vel actus: & ex hoc sequeretur, quod cum principium sit forma cæli quæ est substantia separata, quod motores etiam vnus cæli & possent esse & numero multa & specie vnum: sed quæcumque sunt numero multa, materiam habent per quam diuiduntur: quia differentia numero non differunt per formam, sed per materiam solam: multorum enim numero differentiam est vna & eadem ratio speciei, sicut vna est ratio hominis, quamuis habeat multa individua, & quorum quodlibet vnum numero, sicut Socrates est vnus: illud enim quod est quid erat esse tantum & separatum & primum, non habet materiam aliquam: eo quod ipsum est entelechia sine actus purus & simplex, sicut iam in antè habitis probatum est. Oportet igitur, quod primum mouens quodlibet cælum sit vnum tantum & ratione & numero, secundum quod idem numero est, in quo nulla inuenitur diuersitas in numerando: & illud mouens est ens immobile: & quia sic motor est vnum numero & specie siue ratione, & motor est forma & actus eius quod mouetur, oportet etiam quod id quod mouetur motu continuo & vno, in quo

reiteratur secundum vnam & eandem substantiam incorruptibilem motum sit vnum solum specie & numero & ratione. Ergo quodlibet cælum quod mouetur, est vnum solum secundum suam speciem & rationem: & ex ista probatione habetur, quod omnes substantiæ separatae differunt abinuicem specie: & sicut specie differunt substantiæ separatae, ita differunt etiam cæli & stellæ motæ adinuicem specie: & nulla cum alia est vna specie & eadem. Hoc etiam probatur aliter: quia quæcumque habent vnam naturam communem, quæ multiplicatur per naturam, habent actum vnum quo ipsam naturam accipiunt: & hoc actus est generatio: & hoc constat per hoc quod non est multiplicatio vnus nature in multas materias, nisi propter esse diuinum quod non permanet in vno solo, sicut probatum est in fine secundi per generatos. Quæ igitur non habent actum generationis, ipsa sunt vnum non multiplicabile per numerum: cæli igitur & stellæ & substantiæ separatae sunt non multiplicabiles per numerum. Ex hoc accipitur, quod sicut loco sphaerarum vna est superior altera, ita etiam dignitate vna substantia differat ab altera. Quamuis igitur omnes sint intellectuales, tamen intellectus differunt per hoc quod superiores sunt magis simplices quam inferiores, & sicut diximus, formas entium habent magis vniuersales & magis ambientes quam inferiores: & secundum hunc ordinem omnes referuntur ad vnum primum sicut membra in homine referuntur ad cor: & sic omnes operantur ad idem & mouent idem: & ab hac vnitatis ordinis aliquando totum cælum dicitur vnum, in qua vnitatis primus motor est sicut cor, & sicut dux, à quo omnes accipiunt motum & formas quas per motus suos deducunt in materiam. Et sic sphaeræ & stellæ inferiores sunt sicut membra in corpore, quæ accipiunt & largiuntur & motor primus est sicut membra in corpore, quæ accipiunt & largiuntur: & motor primus est sicut cor, quod à nullo accipitur, sed largitur omnibus & omnia: quia nihil est corporalium virtutum, quod cor non largiatur, sicut in libro de animalibus ostensum est. Et secundum hunc modum superiores planetae, saturnus & iupiter, quando coniunguntur de circulo in circulum, vel de triplicitate in triplicitatem, accipiunt à sphaeris superioribus formas vniuersales quæ signant res maiores quæ accidunt in mundo, sicut dicunt sapientes astrorum. Istis igitur modis cælum est vnum & multa: & proculdubio scias, quod si cælum est vnum specie & multa numero, tunc omnia quæ in cælo sunt, haberent materiam vnam, & formas diuersas numero. Dico autem materiam vnam quæ potentia est vnus: & quæcumque sic materia habet vnâ, transmutatur adinuicem: corpora igitur, cælestia transmutabilia essent adinuicem, quod nos videmus esse falsum.

Si autem quis querat, quali sit multitudo sphaerarum & stellarum? Respondendum, quod est multitudo eorum sicut eorum qui descendunt ab vno principio ad hoc quod sint principia determinantia esse, sicut dictum est: & non possunt esse determinantia vnum esse & idem, nisi sint diuersa conuenientia in vna communi natura intellectuali secundum prius & posterius: & hæc communitas non est eorum quæ sunt vnum specie vel genere, sed eorum quæ propor-



rationes & analogiam habent ad vnum. Et ideo quidam dixerunt, quod sicut ratio est in vmbra intelligentie, & sensus in vmbra rationis, & vegetabile principium in vmbra sensus: ita vna intelligentiarum est in vmbra alterius, & prima intelligentia in vmbra causa primae. Et dixerunt etiam, quod quaedam intelligentia est quae infusa est actiuis & passiuis in sphaera elementorum, quae operatur in seminibus, & cuius est opus natura: & hanc dixerunt esse in vmbra intelligentiae quae est in sphaera lunae: & propter illam dixit Orpheus, qui d' omnia sunt plena diis, & quod anima trahitur à respirantibus per auras: sed de ista disputatione disputatum est alibi à nobis.

CAPVT XXIV.

*Quod secundum eos qui fabulose loquuntur de caelestibus, numerus motorum accipitur secundum numerum mobilitium, sicut secundum eos qui loquuntur de eis physice.*

**Q**uod autem de caelo & astris traditum est à senioribus & antiquissimis, in fabula figura dimissum est posterioribus. Est autem horum sententia, quod caelestia corpora sunt dii, & quod haec omnia continent vniuersam naturam, & habent eam in potestate conuertendi prout volunt ad libitum. Et reliqua quae de his dicta sunt ab antiquis, iam à posteris sunt adducta ad persuasionem multorum vulgatum, & conuersa sunt ad leges quibus coluntur religiones eorum, & ad conferens ad vitam hominum, ita quod colunt ea supplicationibus & sacrificiis, ut ad propitiationem & placationem inducant: dicunt enim caelestes substantias esse conformes & hominibus ad similitudinem transformant eas animalium aliorum. Ch ca hoc autem multa dicunt consequentia quadam similitudinis quae sunt similia dictis. Si quis autem, separans & distinguens dicta eorum, id solum accipiat ab eis, quod ista dicunt esse deos, tunc etiam ab his accipiat assimationem, quia substantiae separatae sunt quaedam diuinae substantiae: & qui sic dicit, putabit duci ad impossibile ea quae saepe per successiones Philosophorum inuenta sunt. Quorum omnium opinio semper fuit, quod illae substantiae essent dii & nobiles & in caelis habitationes haberent: quoniam & ante haec nostra tempora fuit philosophia, & forte secundum successiones saeculorum & temporum saepe corrupta, & iterum reuocata, sicut & aliae artes: & easdem illorum opiniones quae ex illis temporibus sibi successerunt, videmus vsque nunc ad haec nostra tempora saluari. Omnes autem isti Philosophi sic succedentes per saecula concorditer posuerunt, vt diximus, has esse substantias diuinas, & motores earum esse substantias separatas, & esse ipsa principia generationis: & ideo etiam secundum eos qui fabulose philosophiam tradiderunt, secundum superius inductum modum accipiendus est numerus motorum, & substantiarum immobilium: fabula enim aliquid philosophiae est, & ex mitis quibus philosophari incipit.

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

prum est, contextu philosophiam. Quamuis autem fabula ad hominum similitudinem & aliorum animalium iterum caelestia, tamen hoc non intendunt, quod homines essent & animalia, sed potius ex similitudinibus quibusdam per proprietas quaedam dissimiles faciunt vulgariter innotescere quaedam physica: nec intendunt dicere, nisi quia talia corpora vit. utem cauendi in inferioribus habent, & substantiae quae mouent ea, separatae sunt & immobiles & intellectuales, & sunt intellectus practici, quarum intellectus causa est entium omnium quaecunque in materiam causantur per generationem, sicut dicitur in libro de natura & virtute deorum: quamuis enim saepe corrumpantur habitationes per intemperies quae ex motu planetarum accidunt: & plaga quae non est habitabilis, efficiatur habitabilis: & contra plaga quae est habitabilis, conuertatur ad inhabitabilem, & in his successibus destruantur terra & aëria, & iterum reedificentur, sicut nos ostendimus in libro de natura locati & loci: tamen hoc semper remansit quasi pro reliquis apud omnes, quod corpus quod mouetur perpetuo motu, mouetur non à natura, sed à motore quae est anima & intellectualis substantia separata, quae per intellectum est causa entis, & per motum suum exequitur formas quas habet in seipso. Et opinio igitur parerna quae à primis progenitoribus est deriuata, non amplius manifesta est nobis de primis substantiis quam modo dictum est.

CAPVT XXX.

*De modo intellectus substantiarum separatarum.*

**F**A autem quae sunt circa intellectum huius substantiarum separatarum, quaedam habent difficultates quas oportet determinare. Vna autem illarum est, quae videtur esse ex numero eorum quae apparent omnibus, & est quasi communis conceptio ab omnibus supposita, quod intellectus & intelligere separatarum substantiarum sit quoddam maxime diuinum secundum intelligendi modum. Cum autem talis sit intellectus dictarum substantiarum, maxime difficultatem habet quae sit intelligendo sic se habens: aut enim substantia intelligit separata, aut non intelligit. Et si intelligit, aut intelligit secundum actum, aut secundum habitum. Si intelligit secundum actum, aut sic intelligit, quod intellectus & intelligere, & res intellecta idem sunt, aut quod haec sint diuersa. Haec enim omnia sunt dubia, quae inquirere oportet. Et si quidem non intelligit, tunc non erit substantia intellectualis: & tunc quaeramus, quid erit secundum naturam insigne substantia separata, & consistet naturam non intellectualem non aliquid nobile siue insigne? Si autem est quidem intellectus siue intellectualis natura separata, & non virtus intellectu secundum actum, sed habet intellectum in habitu, tunc habet se intelligendo sicut dormiens scit: quia dormiens vt frequenter habet intellectum, & non virtus ipse & hoc

*K k iterum*

iterum non est no' ile: quia sic erit transmutabilis separata substantia & otiosa: & hoc iam in ante habitis im. robarum est. Si autem dicatur, quod huiusmodi natura quæ est separata, intelligat quidem, sed intelligendo non habet aliquid proprium per quod differat ab aliis quæ intelligunt hoc apud nos, tunc sequitur, quod intelligentia quæ est actus intellectus, non sit idem cum substantia sua, sed suus intellectus est in potentia sicut intellectus humanus, & per intelligere exiit in actum: & intelligentia quæ est consideratio intellectus est differens à substantia ipsius intellectus sicut differit in homine. Separata igitur substantia non est optima & nobilissima, sed est imperfecta & potentia admixta: quia intelligitur ei inesse quoddam honorabile quod educit eam de potentia ad actum: omne enim quod potentiam educit in actum, honorabilius est illo, sicut agens honorabilius est patiente: oporteret enim tunc, quod illud intelligibile esset in lumine alicuius intellectus agentis, per quod educeret intellectum in potentia existentem de potentia ad actum: & sic alio: esset aliquis intellectus agens, qui esset nobilior quam aliquis intellectus substantie separatae. Amplius siue ponamus, quod intellectus sit idem cum sua substantia, siue non: & siue ponamus etiam, quod intelligentia quæ est consideratio intelligentis sit idem in substantia cum intellectu, siue non: queramus de eo quod intelligit, quid sit illud, & quomodo se habeat ad ipsum: aut cum intelligit seipsum tantum, & intelligendo se intelligit alia, aut intel igit diuersum à se. Et hoc est querere, utram species intellecta sit idem ipsi per substantiam, aut diuersa? Et queramus iterum, si intelligit diuersum aliquid à se, aut illud diuersum est idem aliquid semper per quod intelligit quicquid intelligit, aut intelligit aliud & aliud semper sicut nos? hæc enim omnia opinata sunt iam à Philosophis. Si autem intelligit diuersum à se, ita quod species intellecta non sit idem ei, tunc queramus, utrum differat in aliquo illi. d. bonum & no' ile intelligere substantiarum separatarum à nobis: intelligere vel non? Et videtur, quod in nullo differat quoad hoc: quia sicut nos per aliud intelligimus à nobis, ita faciunt substantie separatae. Et tunc queramus, utrum contingens sit intelligere substantias separatas, vel non? Contingens enim esse videtur: quia illud aliud per quod intelligit substantia separata, potest inesse & non inesse, sicut & in nobis: & hoc de quibusdam optimis & nobilissimis substantiis absurdum est intelligere. Patam est ergo ex his, quod hoc quod est substantia separata, est intelligere quoddam, quod est maxime diuinum, & intelligit honorabilissimum & per honorabilissimum intellectum quicquid intelligit: honorabilissimum autem habens intellectum, habet enim semper in actu & indivisibilem, & non mutatur de intellectu vno in aliud, vel de potentia ad actum: si enim mutaretur secundum intellecta, ipsum foret indignius: quia oporteret, quod efficeretur in actu per intellecta, & ante ea esset in potentia: mutatio enim talis est quidam motus, sicut determinatum est in secundo de anima & in secundo de intellectu & intelligibili, & est motus imperfecti venientis ad perfectionem: probatum est autem in ante habitis, quod

substantia separata sunt immobiles, & per se, & per accidens. Primum ergo principium si dicatur non esse intelligentia pura, sed dicatur esse potentia quæ per aliud à se efficitur in actu, rationabile laboriosum fieri in accipiendo intellectum & intelligere secundum actum: quia intelligit per aliud à se quod continet ei intellectum, sicut actus continet potentiam: omne enim quod intelligit per diuersum à se, habet et potentiam, & exitus illius ad actum motus est, qui lassitudinem inducit in eo quod est materiale. Materiale autem semper est, quod est in potentia.

Deinde patam iterum est, quia aliquid aliud erit ab ipso quod est dignissimum: in natura enim intellectuali oportet aliquid dignissimum ponere primum: & hoc non potest esse illud per quod diuersum a se intelligit: quia hoc est in potentia, & laborat in intelligendo: in hoc enim quod sic intelligit, dignius est intellectum quam ipse qui intelligit intellectus: taliter enim intelligenti meriti & intelligere sicut diuersum ab ipso, & intelligentia quæ est consideratio intellectus, etiam in eo sicut diuersum ab ipso, & erit indignissimum ab ipso intelligente: cum enim ipse intelligens sit substantia separata, si intelligit per diuersum à se, semper intelligit per aliquid quod sibi est indignum, cum ipsa sit nobilissima omnium substantiarum: & sic omnis intelligentia sua quædam est vilificatio sui ipsius: quia semper coniungitur viliori se: esset ergo diffugiendum substantie separatae ab omni intellectu, ne vnquam intelligeret secundum actum: quia etiam in nobis sic est, quod non videtur quædam in quibus vilificatur vias, melius est quam videre: & si sic intelligit, non erit nobile quid intelligentia ipsius. Hoc autem in intellectu humano non est simile: quia licet noster intellectus intelligat per diuersum à se, illud aliquando sit vilius: tamen quia non intelligit illud nisi in actu & lumine agentis intelligit noster intellectus per nobilium se, & nobilitatur & adipiscitur intellectum agentem continet. Hoc autem in primis substantiis dici non poterit: quia illæ non habent aliquid nobilium se, per quod intelligi illa fiant: & ideo si separata substantia intelligit per diuersum à se, omni modo intelligit per vilius, & omnis intellectus suus est vilificatio sui ipsius: quia id quod adipiscitur per intellectum, est vilius ipso. Oportet igitur dare, quod seipsum & per seipsum intelligit, si concedatur, quod ipse est id quod potissimum est in intelligendo.

Est autem adhuc aliud, quod de intellectu separatarum substantiarum oportet aduertere: quia cum intelligentia apud nos sit intelligentia dicta ad intelligentiam intelligibilis, eo quod intellectus est rei intellectæ intellectus, & secundum esse dependet ad intellectum, intellectus autem secundum actum in nobis semper est alius siue alterius intellectus, sicut & sensus & opinio & mens & omnia quæ secundum hunc modum dicuntur: respectus enim horam omnium etiam in ipsa voce nominis qua vocantur, importatur. In intellectu autem separatae substantie non est ita: quia ille non dependet ad rem, cum sit causa rei, sed e conuerso res dependet ad ipsam, sicut artificata dependent ad intellectum artificis. Amplius si intelligere separatae substantie est aliquid

Primum principium intelligit seipsum per seipsum

de anti. ma. ex. c. 25. & 26.

Intellectus in nobis dependet à re intelligibili, non in substantia separata.

In se ipso.



aliquid aliud ab ipsa secundum quod inest ei intelligere bene, & secundum optimum modum intelligendi qui est secundum actum, tunc semper secundum aliud ab ipso habet intellectum optimum: & tunc non putabis, quod idem sit id quod intelligitur cum intelligentia in quibusdam, sicut in eisdem non est idem scientia & res scita. Et cum optimus intellectus sit ille qui est secundum actum, semper optimus intellectus in his quae sic intelliguntur, erit ab alio: & hoc est in omnibus quae habent intellectum in potentia. In potentia quidem materialibus verum est: quia sine materia per abstractionem idem est substantia & quid erit esse, sicut ostensum est in primo huius sapientiae libro. In theoretis vero, hoc est: intellectibus & puris, idem penitus est ratio per quam fit intellectus & res intellecta & ipsa intelligentia quae est consideratio intelligentis. Cum igitur substantia separata sit tota theoretica & intellectus purus, non intelligit diuerso existente intellectu & intellecto: quaecumque enim theoretica non materiam habent, idem sunt in eis intelligentia quae est actio intellectus & intellectum: & vnum sunt haec tria in eis, intellectus videlicet, & id quod intelligitur, & ipsa actio intellectus quae intelligentia vocatur: in nostro autem intellectu non sunt idem nisi per accidens, quando videlicet accidit ipsi intellectui, quod intelligatur: tunc enim in nobis idem est intellectus & id quod intelligitur.

*Intellectus  
separatus  
non est co-  
positus.*

Amplius autem adhuc restat circa hunc locum dubitatio de eo quod intelligit prima & separata substantia, utrum sit compositorum intellectus eius, vel non: nostra enim intelligentia indivisibilem in quibus non est verum vel falsum: quando autem verorum vel falsorum, iam est compositio quaedam intellectuum: & si dicitur, quod intellectus substantiae separatae sit compositus, tunc oportet quod transmutetur in partibus compositionis totius, ita quod vnam partem accipiat primum, & postea aliam, & tunc vnam componit cum altera, & sic transmutatur super componentia & compositionem ipsorum: & hoc non facit intellectus nisi qui intelligendo diuersa & a se & ab invicem accipit intellectus, & hoc iam ostensum est non convenire intellectui substantiae separatae. Haec enim inconuenientia pro certo sequuntur, aut oportet redire ad id quod supra dictum est, quod videlicet omne quod nullo modo habet materiam vel potentiam materiale, sicut habet humanus intellectus, est indivisibile, & non intelligit per diuersum a se: humanus autem intellectus quamuis non habeat materiam ex qua fit, non tamen caret potentia materiali inquantum accipit eam continuo & tempore, & inquantum intelligit per diuersum a se: quia recipere diuersum a se, non accidit nisi habenti materiale potentiam: accipere enim cum continuo & tempore accidit ei quod inclinatur ad materiam determinatam forma continuitatis & contrarietatis. Sic ergo dicemus, aut quod intellectus substantiae separatae sit sicut humanus, quod falsum est: aut oportet nos dicere, quod intellectus compositorum qui intelligit accipiendo diuersum a se, bene habet & suum optimum sortitur in hoc intelligibili aut in illo secundum quod ad eam intellectum colligit ex intelligibilibus: & sic

*D. Alber. mag. Metaphy.*

intellectus substantiarum nobilium erit sicut nosse intellectus. Aut oportet dicere, quod id quod nobilissimum est in natura intellectuali, est aliud quid a nobis, quod non intelligit sicut nos composita, sed potius intelligit composita resoluta ad simplicia & diuersa in se, & seipsum intelligendo intelligit, & materialia immaterialiter, & temporalia intemporaliter, & composita & complexa simpliciter. Sic autem se habens substantia separata, & talis est intelligentia ipsius immobiliter & aeternaliter. Sic igitur de intellectu substantiarum separatarum secundum Arist. sit determinatum, suis enim verbis nihil penitus addidimus nisi explanationem.

CAPVT XXXI.

*Et est digressio declarans naturam intellectus substantiarum separatarum.*

**R**ecundum adhuc videtur nobis ad principium, ut melius videatur veritas dictorum: determinanda enim quatuor sunt de intellectu substantiarum separatarum: quorum ista iam tacta sunt sub breuitate. Primo ergo quaeramus, qualis sit intellectus diuinarum substantiarum? & huic addemus, qualiter se habent ad invicem intellectus illarum substantiarum, & qualiter se habeant ad intellectum primum motoris siue substantiae primae? Secundo autem quaeremus, qualis sit modus intelligendi illarum substantiarum, utrum videlicet aliquid diuersum a se accipiant, aut non, & quis sit modus intelligendi illius intellectus qui nihil accipit? Tertio quaeremus, qualiter intelligit ea quae intelligit, utrum videlicet in vniuersali, vel particulari, aut intelligit composita, & an intelligit materialia & puritatem huius? Ultimo autem ex omnibus his quaeremus, an intellectus istarum substantiarum dependet ad ens intellectum, vel e conuerso, ens intellectum dependet ad ipsam? De omnibus enim his iam nimis breuiter secundum Arist. transiimus, ita quod breuitas generat obscuritatem.

De primo igitur, qualis sit intellectus substantiarum diuinarum, determinando dicemus, quod intellectus nomine suo sonat substantiam separatae & immaterialis, quae nulli aliquid habet commune: quicquid enim est illud quod formis quae in ipso sunt, vel ab ipso, ad nullum esse alicuius forme distinguitur, omnino est separatum a materia: talis autem est omnis intellectus & agens & possibilis, & quocumque alio nomine significetur. Si enim formis distinguitur & determinatur ad esse, oportet quod ipse omnia esset quae intelligeret, quod falsum est. Est autem materiae proprium, quod omni & soli conuenit formis quas habet ad esse determinari. Patet igitur omnem intellectum a materia esse absolutum. Si autem alicui aliquid haberet commune, iam esset intellectus eorum quae essent de natura illorum, sicut oculus non videt nisi quae communicant cum natura visibili, & auris non audit nisi quae communicant cum aere tremante: & oportet, quod



de anima  
et  
c. 4. et in  
f. a.

effectus virtus harmonica & organica: que omnia  
impossibile illa sunt, & improbat a nobis in libro.  
3. de anima: & quia non est virtus in corpore,  
nec a: us alicuius corporis, ideo omnia intelli-  
git & vniuersaliter est omnium & naturalium  
& mathematicorum & diuinarum. Est igitur  
natura intellectualis talis vt dicta est: & hoc  
iam ab antiquissimis acceptam est per verba  
Anaxagoræ, qui eadem esse dicit intellectum  
solum.

Cum igitur sit sine omni materia & poten-  
tia materiali, nisi per accidens accidat hoc in-  
tellectui humano coniuncto imaginationi &  
sensui, sicut dicimus, oportet quod intellectus  
de natura sua in quantum ipse intellectus est,  
cum nullare aliquid communitatis habeat. Ta-  
lis autem existens intellectus, sicut iam patet  
per multa que in precedentibus determinata  
sunt, oportet quod sit mouens & immobilis  
per se & per accidens. Si enim non moueret,  
probatum est, quod esset inutilis, & præcipue  
si non moueret & esset apud mouere secundum  
naturam: videmus enim, quod ea que perfectum  
habent motum voluntarium, sunt ea que ha-  
bent intellectum in inferioribus: alia enim ani-  
malia mouentur instinctu nature per aliquem  
modum. Solus autem homo dicitur habere  
motum & mouetur bono simpliciter, & non  
bono vt nunc tantum. Oportet igitur intelle-  
ctum separatum esse mouentem actu: quia si  
non moueret, cum ex se sit motus principium,  
oporteret quod esset otiosus & inutilis in eo  
quod esset motus, & non moueret. Dicere  
autem de substantia separata, quod sit inutilis  
& otiosa: est error: cum hæc sit maxima de-  
monstratio qua demonstramus substantias se-  
paratas esse, quia scimus ipsas esse per motum  
perpetuum. Si autem mouens moueretur ab  
alio quodam per se, non esset mouens primum  
& perpetuum, sicut tempore probatum est. Si quis  
autem obicit, quod inferiores motores mouentur  
a primo motore, dicemus quod hoc est  
falsum. Qualiter autem se habeant ad ipsum, in  
tempore iam diximus & pro illa parte adhuc  
dicemus inferius. Neque etiam mouetur per  
accidens: quia motus per accidens reducitur  
ad motum aliquem per se, sicut homo qui mouetur  
motu nauis per accidens, reducitur ad  
motum nauis qui est per se: tunc oporteret,  
quod aliquid ante ipsum moueretur per se, quod  
absurdum est. Vnde patet, quod nec per se, nec  
per accidens mouetur substantia separata intel-  
lectualis. Dato ergo, quod mouet, cum omnis  
motor moueat ad aliquid, oportet quod ad ali-  
quid moueat: & sicut in ante habitis est pro-  
batum, mouebit ad esse vniuersali: cum igitur  
intellectus separatus non moueat ad esse vni-  
uersali, nisi largiendo formas quibus vniuersali  
sunt & sunt & distinguuntur, oportet quod  
de natura intellectus sit separati dare formas.  
Patet ex ante dictis, quod hoc non est intelle-  
ctus possit illis vel speculatiui vel adepti. Isti  
enim intellectus mouentur & sunt in nobis, &  
non faciunt neque causant res, sed sunt & cau-  
santur rebus. Nec isti intellectus mouent in-  
strumenta aliqua, sed potius accipiunt a corpo-  
re organis sicut ab instrumentis. Colligamus  
igitur hoc in vnum, & habebimus naturam sub-

Quod nul-  
la substan-  
tia separa-  
ta in se  
mouetur  
per se  
vel per ac-  
cidens. Vt  
de pro hoc  
com in 2.  
capitulum  
de substantia  
intellectu-  
ali.

Separata  
substantia

stantia separata, que est intellectus separatus,  
nulli habens aliquid commune, motu suo quo  
mouet largiens formas ad esse quas largitur,  
essentiali lumine suo per hoc quod est intelle-  
ctus vniuersalius est agens, nihil a corpore re-  
cipiens, qui neque mouetur per se neque per  
accidens. Hæc igitur est natura substantia se-  
parata.

natura que  
se per se  
senti de-  
scriptione  
colligitur.

CAPVT XXXII.

Et est digressio declarans modum qua-  
liter intellectus diuini se ha-  
beant adinuicem.

Sicut in ante habitis determinatum est, ista  
substantia se habent adinuicem sicut se ha-  
bent adinuicem celi, quos mouet: & ideo sicut ce-  
lum ambit celum & continet ipsum, ita quod in-  
ferius magis habet determinatum & distinctum mo-  
tum quam superius, superioris autem motus est  
magis vniuersalis & formalis & contentius ita  
se habet intellectus separatus ad intellectum, &  
hoc non sic, quod vna substantia moueat  
aliam: sed sicut dicunt Astronomi, quod in  
conjunctione luminum celestium inferior ap-  
plicatur superiori, eod quod determinatur ipso,  
& superior secundum illam viam non applica-  
tur inferiori, sed informat ipsum: ita dicemus,  
quod inferior intelligentia applicatur superiori  
per hoc quod determinat ipsam, & superior non  
applicatur inferiori: quia nihil recipit ab ipsa,  
sed largitur ei hunc formale & vniuersale quod  
habet: & hæc applicatio fit vsque ad mouens  
primum quod largitur omnibus, & a nullo ac-  
cipit, & ideo nulli dicitur applicari: & sicut lu-  
mina stellarum vniuntur & sunt vnum sine mo-  
tu mixtionis, ita vniuntur forme intelligentie  
superioris formis intelligentie inferioris ad ope-  
rationem esse quod facit in materia. Nec est di-  
cendum, quod aliquid largitur intellectus su-  
perior intellectui inferiori nisi per motum cor-  
poris quod mouet intelligentia superior: quia  
non potest per philosophiam inueniri modus  
quo superior largitur & inferior accipere, sed  
potius sicut nos videmus, quod omne instru-  
mentum mouet in forma sui motoris, ita ce-  
lum compositum ex motore & moto, mouet in  
forma intelligentie mouentis ipsum: & cum  
inferioris celi intelligentia cum suo celo con-  
tineatur a superiori sicut materia continetur a  
forma, sic per motum applicatur ei forma quam  
largitur superiori, & inferior determinat eam  
magis ad materiam: & exequitur eam per mo-  
tum sui celi, sicut iam in ante habitis diximus:  
nec tamen inferior mouetur a superiori proprie  
loquendo, sed ibi est talis receptio sicut in cor-  
pore humano recipit virtus particularis ab vni-  
uersali, sicut sensus particularis recipit a sensu  
communi, & sicut virtus hepatis recipit a vir-  
tute cordis, & sicut vis motiva recipit a virtute  
cerebri & cordis. In omnibus enim talibus id  
quod est formale, fluit a virtute vniuersali, &  
particularis virtus determinat hoc ad actum: &  
ideo applicatio talis non est motus, sed deter-  
minatio.

superiores  
intelligen-  
tia nulli  
inferiorum  
applican-  
tur, sed in-  
feriores su-  
perioribus.

Ad

Quomodo  
intellectus  
se habent  
ad inueni-  
entem.

Ad primum igitur motorem omnes habent  
se sicut accipiunt ab ipso & hoc quod sunt,  
& hoc quod cause sunt, sicut in ante habitis  
dictum est. Adinueniunt autem sic se habent,  
quod hoc quod accipiunt a primo motore, de-  
terminant secundum descensum, vt proportio-  
netur huic parti materie & illi: quia hoc quod  
accipit vna pars materie, non accipit alia: ta-  
men in his acceptionibus quilibet mouet per  
essentiam, sicut in ante habitis est ostensum: &  
quilibet est essentia simplex & immobilis, licet  
superior sit simplicissimus & immobilissimus,  
& maxima virtutis. Cum autem comparantur  
in virtute motiva adinuicem, non comparan-  
tur secundum virtutem mouendi tempore in-  
finito, quia in illa virtute sunt æquales: sed  
comparantur secundum vigorem mouendi, quia  
in hoc vna superat aliam. Et similiter sicut ani-  
ma carpentaria non mouet corpus capre, & sicut  
ars carpentaria non mouet instrumenta artis ti-  
bicinæ: ita intelligentia que mouet vnum ce-  
lum, non mouet aliud celum: & hoc ideo est:  
quia & ipse intelligentie & celi eorum diffe-  
rent speciem adinuicem, sicut in ante habitis de-  
terminatum est.

CAPVT XXXIII.

Et est digressio declarans quomodo sit mo-  
dus intelligendi substantia-  
rum diuinarum.

EX dictis autem iam ferè intelligitur quis  
sit modus intelligendi istarum substantia-  
rum, non autem intelligunt ens causatum nisi  
per modum illum quo sunt cause ipsius. Et hoc  
est sicut si ponamus, quod ipsa substantia in-  
tellectus practici sit ars, & nihil additur ei peni-  
tus, iste intellectus in se quidem indiuisibilis  
est, sed extensus in manus & instrumenta diui-  
sibilis est, & formam artificiatam que ipse est, per  
partes exequitur: & instrumenta que accipiunt  
formam parietis, non accipiunt formam funda-  
menti: sed ponamus, quod alius instrumentis  
facit vnum quam alterum: & si demus etiam,  
quod eisdem instrumentis facit vtrumque,  
adhuc verum est, quod illa forma que fit per ea  
in faciendo parietem, non est illa que fit in fa-  
ciendo fundamentum: & tamen non possumus  
dicere, quod ipse intellectus talis qui intelli-  
gendo seipsum intelligit se in se indiuisibiliter,  
non intelligat formam artis procedentem a se  
in manum & instrumenta, & non intelligat  
causam quando est in materia artificiatam. Et si que-  
ramus, per quid intelligat? Dicemus, quod per  
nihil nisi per seipsum. Et si queramus, vtrum  
aliquid diuersum a se intelligat? Dicemus, quod  
sic: quoniam forma in manibus & instrumen-  
tis est diuersa a seipso, & forma in materia extra  
magis est diuersa. Et si queramus, vtrum ali-  
quid intelligendo sic recipiat? Dicemus, quod  
nihil penitus recipit, sed omnia facit, nec per  
intellectum possibilem, vel contemplatiuum,  
vel adeptum intelligit, sed omnia intelligit per  
intellectum agentem & operantem: & ideo  
scientia illa nec est scientia in vniuersali, neque  
in particulari: quia scientia rei in vniuersali est

Quomodo  
intellectus  
in  
vniuersali  
non  
est vniuersalis  
suis, neque  
que parti-

D. Alber. Mag. Metaphy.

scientia rei in hoc quo ipsa res non est nisi in  
potentia, sicut homo in animali: & hoc modo  
non est hic: quia rota & expressa forma artifi-  
ciari est ars, sicut accipiatur in intellectu, sicut  
accipiatur in manu & instrumentis, sicut acci-  
piatur prout est materia. Hæc etiam scientia non  
est scientia in particulari: quia sicut rem in par-  
ticulari, est scire in hoc quod est natura sua: &  
hoc modo per hoc quod est natura rei, non in-  
telligunt substantia separata. Et ideo harum  
substantiarum est æquiuocè dicta scientia ad  
scientiam nostram: quia scientia nostra causa-  
tur ab ente quod scimus: scientia autem illa-  
rum substantiarum est causa entis. Huius au-  
tem exemplum pulchrum satis duplex inueni-  
tur in natura. Quorum vnum est in virtute spi-  
ritus qui est in semine: hoc enim ideo quia di-  
scere & diuersa in forma operatur, aliquando a  
philosophis vocatur intellectus, & aliquando  
vocatur anima. Et si ponamus, quod sit anima &  
intellectus per substantiam, constat quod illa  
substantia non per formam aliquam additam  
sibi, sed per suam substantiam operatur omnes  
formas membrorum que secundum quod sunt  
in ipsa, idem sunt ipsi substantia: & secundum  
quod procedunt ab ipsa in humorem & mem-  
bra, differuntur ab ipsa: & quanto plus re-  
cedunt ab ipsa, tanto plus differuntur ab  
ipsa & abinuicem. Et tamen si queramus, vtrum  
ille intellectus cognoscit formas membrorum  
quantumcumque recedat ab ipso? Dicemus,  
quod sic: quia si non cognosceret, non operaretur  
eas per suam scientiam. Et si queramus, per quid  
cognoscit easdem? Dicemus quod per seipsum:  
quia ipse est per essentiam causa ipsarum. Et si  
queramus quomodo sunt in ipso? Dicemus,  
quod sunt ipsum iuncta eius, & secundum quod  
sunt in ipso, sunt id quod ipse est: & tamen  
secundum quod distat ab ipso, multa accidunt  
eis que non accidunt intellectui illi: quia se-  
cundum quod distat ab ipso, non sunt idem  
ipsi: & id quod de lumine eius habet vna, non  
est illud quod de lumine eius habet alia. Aliud  
autem exemplum est de sole & luce solis. Ponamus  
enim, quod substantia solis sit ipsa lux eius,  
nec habeat aliam substantiam, adhuc lux solis  
indiuisibilis quidem erit in sole, & erit diuisi-  
bilis expansa per omne perspicuum, & erit cau-  
sa colorum secundum se lux expansa immixta  
perspicuo superficiem terminati corporis: & lux  
sua erit ipsa colorum substantia. Et si que-  
ramus, vtrum sol habeat colores? Dicemus, quod  
habet eos sicut causa per se habens, & secundum  
hoc sunt id quod substantia eius. Et si que-  
ramus, vtrum colores recipiantur a luce solis?  
Dicemus, quod non, sed potius causantur ab  
ipsa: & modus qui sunt in ipsa, est modus loci  
speciei, non modus receptionis materie, sicut  
alibi dictum est. Et si ponamus, quod sol sit in-  
tellectualis substantia, cognoscit omnes colo-  
res per per modum qui iam dictus est sapiens.  
Quod igitur dixit Themistius de substantiis di-  
uinis, quod cognoscunt res per hoc quod co-  
gnoscunt se esse causas rerum, insufficienter dictum  
est, nisi determinetur modus causalitatis isto  
modo quo diximus: quia ex hoc quod aliquid se  
cognoscit vt causam, non cognoscit causatum nisi  
in potentia.

intellectus  
de etiam  
com. c. 51.  
Scientia  
quod est  
scientia se-  
paratarum  
substantia-  
rum, & de  
scientia no-  
stra idem  
com. c. 51.  
substantia.

Non con-  
tingit  
pro quo  
de etiam  
com. c. 51.



CAPVT XXXIV.

Et est digressio declarans modum cognitionis diuinarum substantiarum ex parte cogniti.

Am autem clarum est id quod tercio quæ- dabatur de cognito à substantiis diuinis. Iam enim scitur, quod substantiarum diuinarum scientia, nec est vniuersalis, nec particularis, nec vniuersa nostre scientiæ: & quia non cognoscunt aliud non cognoscendo seipsas, ideo materialia quidem cognoscunt immaterialiter, & composita simpliciter, & temporalia intemporaliter, & multa vnitate, & diuisa indiuisibilitate: sicut enim se habent omnia ad lucem sui intellectus: qui est causa ipsorum, sic enim formæ sunt in virtute formatiua, & sic sunt colores in lumine solis, & sic sunt artificiatæ in arte. Er hoc non est difficile videre per ante dicta: quia recessio earum à causa diuina, est extentio earum in motum & quantitatem & in materiam: & ex hoc accipiunt & multitudinem & temporalitatem & motum & compositionem & diuisionem, & nihil horum habent à substantia diuina quæ est causa earum per intellectum: & ex hoc etiam soluitur qualiter sciunt priuationes ipse diuinæ intelligentiæ: has enim sciunt sicut ars scit peccata artis, per hoc quia non habent artis formam perfectam. Sunt autem qui ex hoc obiciunt, quod substantiæ diuinæ non sciunt res prout sunt: quia multæ sunt & diuisæ & compositæ & materiales & huius: & hæc obiectio ex ignorantia prouenit: quia licet ista non accipiant causata à causa, sed à materia, tamen causa cognoscens causalium per seipsam cognoscit distantiam & dissimilitudinem sui à causato quolibet: & si cognoscit istam dissimilitudinem, cognoscit & causam dissimilitudinis & modum: & sic cognoscunt omnia suo modo substantiæ diuinæ. Nec fuit aliquid dicere, quod quidam ignaui philosophi tradiderunt, dicentes, quod cognoscunt res in vniuersali & in particulari: & videntur esse de hac opinione Auicenna & Isaac & Algazel: quia cognoscere in vniuersali & in particulari non accidit nisi intellectui contemplatiuo: & si nos physicè loquamur, sicut debemus, in hac materia substantiæ diuinæ contemplatiuo intellectu nihil cognoscunt: nec habent talem intellectum, sed habent intellectum, & fuit intellectus vniuersaliter agens, sicut dictum est, & illi non conuenit cognoscere vniuersale & particulare, sed potius cognoscere se & modos suos quibus explicat seipsam in instrumenta quibus operatur in materiam. Sed in hac scientia diuina omnes fere errant: quia errorem Auicennæ sunt sequari: & quidam nostrorum sequitur eam etiam in ipsis quæ ipsi sunt non intelligunt.

Nota errorem Avic. & d. g.

CAPVT XXXV.

Et est digressio declarans vtrum intellectus substantiarum diuinarum dependet ad ad quod intelligit, vel è conuerso, & quid sit illud quod omnes homines scire desiderant.

Vtrum autem iste talis intellectus ad intelligibile dependeat, vel non, sed è conuerso intelligibile ad intellectum, oportet nunc inquirere. Dictum enim est in præcedentibus, quod scientia relatiuè dicitur ad causam, & scitum non relatiuè dicitur ad scientiam. In scientia autem diuinarum substantiarum ideo quod scientia est causa entis, è conuerso est, sicut & in forma artis: artificium enim refertur ad artem: sed ars non necessariò hoc ipsum quod est, refertur ad artificiatum: & sic est in omnibus quæ se adinuicem habent vt causa ad causatum: causatum enim dependet ad causam, & est causatum ad alterum: sed causa secundum hoc ipsum quod est, non dependet ad causatum, sed est ipsa ad seipsam & non ad alterum, causatum autem ad alterum tantum: siue enim sit causatum, siue non sit causa, saluatur hoc ipsum quod est: sed causatum non saluatur in esse, nisi causa esse habuit. Et propter hoc quidam dixerunt, quod causa prima non potest deesse alicui causato: quia si in causato causa non sit, causatum peribit. Et huius assignant rationem dicentes, quod substantiæ separatae non per formam aliquam additam sibi, sed per essentiam sunt causæ eorum quæ sunt & sunt: causa autem per essentiam temper agit secundum actum, & sicut vita est existentibus, ita quod esse rerum videtur esse continuus quidam fluxus ab eo quod essentia hinc est causa esse, sicut dies est quidem continuus fluxus luminis solis in hemisphærium, & sicut vita continuus est anima fluxus in corpus. Si autem sit sic, tunc videtur, quod esse omnium eorum quæ sunt fieri quoddam, & quod nihil habet idem esse permanentes: & secundum hoc sicut motus est forma post formam, ita esse omnium eorum quæ sunt, in eodem statu permanet. Huius autem adhuc aliam assignant rationem: dicunt enim omnia quæ fluunt ab intelligentia, per motum continuum explicari: & quæ per motum continuum explicantur, videntur in motu & in fluxu esse: & hac de causa dicunt etiam omne esse mensurari tempore, & tempus esse quantitatem eorum quæ sic in motu & in fluxu sunt. Si autem esse staret & non moueret se, tunc non haberet præteritum & futurum: hoc autem falsum est: habet enim omne esse quod sub motu cæli est, præteritum & futurum: igitur est in fieri & non stat vt dicunt. Si autem hoc verum est, sequitur quod nihil sit in actu perfectio: motus enim est actus imperfectus, & actus imperfectus est propter actum perfectum. Et si actus perfectus non sit, nec actus imperfectus.

fectus est. Omnia igitur eant in potentia, & nihil in actu: & ideo proculdubio tenendum est, quod esse rerum est esse essentia stantis secundum se: & hoc accessit probat inducta obiectio: & si physicè loquamur, tunc c. usa non adest semper causato, quia lumen substantiarum diuinarum quando procedit ad materiam per motum, non est nisi mouens, & forma quæ est actus materia, educitur de materia per mouens illud: & ratio est actus stans & permanens. Nec est simile de vita & lumine diei: quia illa fluunt ab vno mouente continuè: & hoc non facit actus qui est perfectio potentia, sed educitur de materia ipsa, sicut dictum est: eadem Platonis ratio fuit actum prædicto modo induci in materiam. Et si hoc concederetur, non sequeretur propter hoc, quod esset fluxus continuus: quia receptum est in recipiente per potentiam recipientis: & quia materia fundat formam, stabit forma in quantum stat materia, quamuis materia aliquando contrarietate determinetur, & contraria continuè agant in inuicem, & patiantur ab inuicem, & in continua actione & passione sit mutatio: non tamen esse propter hoc fuit si est esse substantia: quia motus ille non est in ipso nisi per accidens: tamen quantum ad talem mutationem habet præteritum, præsens, & futurum. Sic ergo patet id quod quærebatur de intellectu diuinarum substantiarum.

Est autem attendendum, quod ordo istarum substantiarum talis est, quod semper superior est lux & forma inferioris vsque ad motum: primum, qui est lux & forma omnium: & si qualiter intelligentia resoluat lumen suum in id quod est sibi causa intelligendi, & lux, sic adipiscitur superiorem & lumen suum, & illam resolueno venit in eam quæ est ante eam, & sic recurrit vsque ad primam substantiam: & inferior omnibus est illa quæ est lux & forma intellectus nostri. Et quia nos alibi iam docuimus qualiter homo adipiscitur intellectum suum, tunc iam ex isto potest sciri qualiter adeptio intellectu proprio adipisci potest intellectum substantiarum diuinarum, & qualiter ista adeptio stat in intellectu substantia primæ, quæ est lux omnium intellectu & intelligibilem per seipsam. Et cum omnes homines natura scire desiderent, & illud desiderium naturale stet in fine & ratione & causa omnium intellectu & intelligibilem, pro certo stabit desiderium in scientia intellectus primæ substantia: & propter hoc adipiscendum desiderat scire alia omnia: & quando peruenitur ad ipsum, stat & habet finem felicitatis contemplatiuæ.

quid homines negant scire desiderant.

CAPVT XXXVI.

In quo terminatur de primo motore secundum rationem suam prout ipsum est omnis boni bonum & omnia ad ipsum ordinantur.

Percurandum est post hoc qualiter se habet bonum & optimum in totius vniuersi natura. Palam enim est per ea quæ dicta sunt, quod

primus motor vt bonum omnis boni mouet omnia quæ sunt, & quod omne quod est, desiderat ipsum vt bonum & optimum suum, & quod omnia quæ sunt, aliquam consequuntur eius bonitatem, & per illam sunt hoc quod sunt: & ideo quærendum relinquatur, vtrum bonum hoc quod natura vniuersorum habet, & desiderat, sit se aratum quid ab entibus, & desiderat secundum se, sicut dixerunt quidam, aut sit bonum in tali ordine participatum, qui est in ipsis ordinatis, ita quod participetur à quolibet secundum analogiam, & sit ei causa ordinis ad primum bonum & optimum, aut sit vtroque modo, sicut est bonum in exercitu. In illis enim & est bonum separatim, quod est in vno qui est dux exercitus, & hæc est victoria super malitiam hostis: & tamen in eodem exercitu est bonum illud proportionaliter secundum modum vniuersi cuiusque aliquid conferentis ad victoriam ad quam conferat miles pugnans, & aliter equum præparans militi, & aliter gladium faciens, & aliter coquinans & cibum parans, & aliter specularans hostem, & aliter aciem ordinans, & sic de aliis: cum tamen vniuersique horum aliquid ad victoriam ducis operetur. Etenim in hoc ordine quidem tunc miles in actu pugnae, & magis est bene miles in actu pugnae quam alij: quia miles non est propter ordinem secundum quod est in subministrantibus militi equum & arma & cibum & alia quæcumque, sed ordo qui est in subministrantibus, est propter militis actum: sicut enim in omnibus est in quibus est ordo secundum bonum & melius ad idem optimum ordinantis. Dicimus igitur, quod est bonum & optimum, quod est in vno primo motore, & est bonum vniuersique sibi proportionatum, & est bonum vtroque modo quando secundum analogiam vniuersique boni omnia ordinantur ad primum: & illud bonum est bonum finis vniuersi, quod non est in vno, nisi secundum analogiam ad alia. Est autem hoc bonum superflucens largitas omni diuini, in quo consideratur primum bonum vt optimum: & aliorum vnumquodque est in gradu boni, secundum quod se habet propè vel longe ad illud: per hoc enim vincitur malitia priuationis quæ nititur semper ad maleficium, sicut determinatur in fine primi physicorum. Vincitur autem per esse diuinum quod aliter participatur ab his quæ sunt semper, & aliter ab his quæ sunt frequenter, & aliter ab his quæ sunt raro: & à quibusdam acquiritur motu perpetuo, & à quibusdam motu vno, & à quibusdam motibus duobus, & à quibusdam idam multis motibus: omnia enim aliquo istorum modorum ordinata sunt ad primum boni participationem secundum analogiam congruam vniuersique, & non similiter: non enim similiter & secundum gradum vnum participant ipsam. Videmus enim, quod aliud est bonum marinarum ex frigido & humido, & aliud bonum volatilium ex leui spiritali calido & humido, & aliud bonum plantarum quæ vires accipiunt ex terrestri frigido & sicco: omnia enim hæc non sic se habent quasi alteri ad alterum nihil sit ordinis secundum analogiam boni, sed potius est eis aliquid ordinis secundum dictam boni proportionem, vt quod ad vnum omnia coordi-



nantur, ordine tamen distinctis, sicut diximus. Et hoc est quemadmodum in omni magna domus familia: in hac enim patet familia est sicut motor primus, & liberi sicut caelestia corpora, & terra sicut ea quæ ex necessitate mouentur generabilia & corruptibilia, & bestia sunt sicut materialia coniuncta malitiæ. In domo enim talis huiusmodi non est possibile aliquid fieri licentiosè, sed omnia faciunt ad nutum patrisfamilias nisi ex desiderio & dilectione parentis: nec in eis est locus malitiæ: & ideo omnia aut plerumque eorum quæ faciunt, sunt ordinata ad bonum parentis precipiendum. Seruis verò & bestis paruum quid eorum quæ agunt, est ad utilitatem communem: & non nisi hoc quod faciunt superiore mouente: multitudinem autem operum suorum quæ procedit ex proprio motu, est ab euenia secundum quod euenit ex impetu dementis concupiscentiæ & irrationabilis iræ: non enim respiciunt ad patremfamilias ex ratione, sed ex necessitate quadam coactionis. Seruos enim hic vocamus eos qui nati sunt serui: à natiuitate autem seruus est, qui non sufficit per seipsum ad vitæ regimen publicæ, vel priuatae. Liber autem, qui causa sui potest esse in vitæ regimine. Dominus autem qui ex lumine intellectus & sibi sufficit & aliis. Bestia verò quæ in regimine vitæ semper in liget ut agatur ab alio: & quando sibi relinquatur, fertur ad opera impetu concupiscentiæ & iræ. Serui igitur & bestia non referuntur ad economicam finem & bonum, nisi mouente quodam alio qui ex seipso est bonus: & ita est in rebus vniuersi secundum analogiam participati boni: cuiuslibet enim eorum quæ sunt natura ipsa, quoddam est boni principium secundum diuersum gradum bono vno. Dico autem, quod oportet omnia hæc venire ad discernendum gradum competentem vniuersi secundum ordinem bonorum: & in hac quidem discretionem, quædam sic videntur, quod omnia eorum sunt communia bona ad totum vniuersum, sicut sunt ea, quæ vno modo se habent ut caelestia: omnia enim quæ attribuantur illis de motu & coniunctionibus & præuentionibus & respectibus & aliis, conueniunt ad communem vniuersi utilitatem. Alia autem quæ sunt frequenter, sunt sicut serui, & permixtas sibi habent malitias, & non attingunt vniuersi bonum nisi inquantum ab illo quod semper est vno modo, reguntur & continentur: ea autem quæ raro sunt, sicut bestia quæ non diriguntur nisi quodam freno eorum quæ semper & eorum quæ sunt frequenter in ordinis bonum vniuersi.

CAPVT XXXVII.

De opinionibus & erroribus antiquorum, qui aliter dicunt quam prædictum est.

Non autem oportet obliuisci eorum impossibilia, & quam absurda & impossibilia sunt quæ contingunt aliter dicentibus quam nos hic diximus de primo bono & ultimo & ordine bonorum ad ipsum. Nec oportet obliuisci

eorum quæ dicunt illi qui grossius circa hanc materiam loquuntur. Adhuc autem non oportet obliuisci eorum circa quæ sunt minima dubitationes, sicut sunt nostra dicta: non enim sufficit dicere ea quæ vera sunt in tam alta materia, nisi etiam ostendantur errores eorum qui aliter senserunt circa illam. Conueniunt autem omnes antiquiores in hoc, quod omnia quæcumque nos dicimus participare bonum diuinum, & differenter esse illud bonum in esse his quæ semper, & his quæ frequenter, & his quæ raro sunt ex contrariis. Sed tamen hoc non rectè dicitur: quia non omnia sunt ex contrariis: quia celum non sit ex contrariis nec etiam ea in quibus sunt contraria, sunt ex contrariis: tamen quia materiam oportet subicere contrariis: quia contrariis existentibus sine subiecto quod est materia, contraria sunt impossibilia adinuicem. Hoc autem inconueniens à nobis soluitur rationabiliter ponentibus tertium quid esse quod est subiectum vniuersi contrariorum. Isti autem tales qui sic ex contrariis omnia faciunt, ordinem destrunt honorum: quia secundum eos nihil est bonum & optimum distinctum ab entibus: nec aliquid est, quod proximum sit illi bono per esse semper in vna substantia saluatum. Vnde illi dicunt, ac si bonum domus totum sit in seruis & bestis, & nihil sit quod ad vnum & ad ordinem redigat diuinas rationes ipsorum. Alij contingentiores istorum, faciunt materiam elementum illud quod diuersum est à contrariis: sed quid sit illud materiale, non rectè dicunt, sed dicunt vnum contrarium materiale esse ad alterum: dicunt enim paruum & magnum esse contraria, & paruum esse materiam magni: & quia inæquale & æquale ab his quæ ab his causantur, etiam sic dicunt, quod inæquale materiale est ad æquale. Et similiter dicunt de vno & multo: dicunt enim multa componi ex vniis multis, & æquale ex inæqualibus, & magnum ex paruis: & in hac sententia fuit Plato, qui magnum & paruum materialia contraria esse dixit, formale autem principium dixit esse ideam: & ideo etiam destruxit ordinem bonorum. Error autem ille soluitur eodem modo: illa enim quæ verè est materia est vna & substantia vtriusque contrarium, & ideo nulli contrarium potest esse contraria. Amplius secundum istos omnia sunt malitiæ participatione præter vnum, quod secundum eos est materia: & hanc tamen ponunt esse elementum ad alterum contrarium, ut diximus: & ponunt esse alterum contrarium materiale elementum ad alterum: & ideo isti ponunt malitiæ participationem, & non ponunt aliquid per quod malitiæ participata redigatur ad bonum ordinem. Sed alij sunt Philosophi, qui ut principia omnium ponunt bonum & malum, quamuis cum hoc dicant, quod in omnibus bonum est maximè principium: vident enim isti, quod bonum & malum sunt in istis quæ sunt ex contrariis: & dicunt, quod nihil est in causatis quod non sit ex causa: & ideo dicunt bonum & malum etiam esse in cali partibus & in motoribus celorum: & ideo calodæmones & cacodæmones esse dixerunt: dicunt tamen in quibusdam maximè bonum esse principium, & ab his deriuata est secta hæreticorum, qui ponunt duo principia.

Alij

Alij verò videntes, quod nunquam redigitur ad ordinem boni vniuersum, nisi sit vnum bonum & optimum distinctum, nihil habens de malitia, dicunt & rectè dicunt in hoc, quod essentialiter bonum est principium: sed tamen dicunt insufficienter: non enim dicunt quomodo bonum est principium, vtrum videlicet sit principium quasi finis, aut sit principium quasi mouens, aut sit principium quasi species & forma. Est autem bonum principium in ratione huiusmodi causarum: quia ut desideratum, est finis: & ut largiens, est mouens: & ut vniuersum, est species & forma: & hæc omnia iam in præhabitis satis probata sunt. Verum de ordine bonorum, etiam Empedocles tradidit inconuenienter: dicit enim, quod bonum quod est omnis boni bonum & causa, est amor. Hunc enim dicit esse principium sicut finis est principium: quia est id cuius causa sit. Et dicit etiam, quod est ut mouens: quia dicit, quod amor colligit: colligere autem mouere est: quia dixit, quod generatio est congregatio. Dicit etiam, quod amor est ut materia: dicit enim, quod est pars mixti in generato: quia amica sibi facilius conueniunt in mixtura. Sed secundum Empedoclem sequitur, quod idem sit principium ut materia & ut mouens: cum tamen ista non contingat idem esse secundum rem, sicut ostensum est in secundo physico vno. Quæramus igitur ab Empedocle, secundum quid amor est bonum illud quod est omnis boni bonum? Si enim non est mouens efficientem, tunc scimus, quod non est principium ut finis: nec sine intentione finis mouet id quod est omnis boni bonum: patet igitur, quod amor nullo modo est principium. Est autem adhuc inconueniens secundum Empedoclem, qui ponit odium quod est contrarium amoris, esse incorruptibile, & hoc dicit esse causam mali & separationis. Hanc enim dicit esse naturam mali quod separatur. Si enim sic est, dicit, quod bonum & malum in omnibus pugnant, & non est reducibile vniuersum in ordinem boni, sicut diximus: quia non vincitur malum nisi per id quod est bonum purum & optimum: & per id quod necessariò est bonum semper, nihil participans de malitia: propter quod antiqui Theologi posuerunt in celo non esse locum malitiæ, & in inferno non esse locum alicuius boni.

Anaxagoras autem dixit, quod principium vniuersi esse est bonum, & est principium ut bonum: dixit enim, quod motus ad esse est intellectus. Cum autem intellectus non moueat nisi per intentionem, oportet quod moueat alicuius boni causa: & ponebat, quod hoc bonum est diuersum ab ipso intellectu: & ideo aliter dixit quædam nos de bono mouente: quia nos diximus, quod bonum mouens est ipse primus motor, prout ipse est omnis boni bonum. Quod autem mouens moueat intentione alicuius boni quando mouens est intellectus, patet in artibus mouentibus per intellectum: medicina enim quæ est forma artis in intellectu mouet: & hoc est sanitas quædam, quia est forma & ratio sanitatis: & hoc mouet intentione sanitatis quæ inducitur in animalis complexione, quæ non est idem illi quæ est in intellectu mouentis. Adhuc autem diminutè dixit Anaxagoras, quia cum omne mouens moueat ex aliquo in aliquid, &

ex contrario in contrarium, ideo inconueniens fuit non ponere contrarium intellectus & boni propter quod mouet intellectus: vnum enim contrarium est priuatio quæ contrariatur formæ quam intellectus mouens inducit in materiam & bono propter quod mouet. Sic ergo dicitur Anaxagoras etiam non compleuit ordinem boni: quia non posuit, quod aliquid participet malitiam quæ indigeret ordine, sed omnia posuit esse pura bona.

CAPVT XXXVIII.

Et est de inconuenientibus quæ sequuntur ad prædictos errores.

Illi autem qui dicunt omnia esse contraria adinuicem, non vniuersum contrariis secundum rectam rationem contrarium, nisi aliquis secundum quandam figuram & similitudinem dicat contraria esse corruptibilia, & querat causam, quare quædam sunt corruptibilia & alia incorruptibilia: causam enim veram huius nullus dicit. Dicunt enim isti, quod omnia entia sunt ex eisdem principis primis: & ideo aut omnia debent esse corruptibilia, aut omnia incorruptibilia. Quicumque ergo sic dicunt, patet esse, quod non perficiunt debitum ordinem boni quem diximus. Illa enim incorruptibilia sunt, quæ amori secundum locum bonitatem primi boni participant, ut liberi: corruptibilia verò quæ propter malitiæ naturam, bonitatem illam sine mutatione substantiæ participare non possunt, & sunt ut serui & bestia in domo. Amplius alij sunt qui dicunt omnia fieri ex non ente: & constat, quod illi concedunt, quod omnia participant malitiam. Alij verò volunt vi argumentationis cogere, quod hoc quod isti dicunt, non est verum, eo quo aliquid vnum est principium ex quo sunt omnia. Et cum non sit, quod faciat diuersitatem in vno, & vnum non sit causa diuersitatis alicuius, dicunt quod omnia sunt vnum, sicut in primo huius sapientiæ libro satis est ostensum. Et nullus istorum dicit, quare semper sit generatio, & quid sit generatio ipsa: & quia ordinis participationis boni non determinatur nisi per hoc quod est causa, quod generatio est semper secundum successionem, & in hoc quod generatio ipsa est, ideo isti non dicunt causam boni quod est in ordine. Adhuc autem tria determinare oportet, quorum vnum est bonum immobile mouens, nihil habens de malitia & potentia secundum substantiam, sed habens potentiam ad vbi secundum motum tantum. Tertium autem est permixtum habens substantiam cum malitiâ, reducibile tamen ad bonum per generationem inquietam secundum successionem. Illis autem qui dicunt duo esse principia, necessariò contingit tertium ponere principium, quod est magis proprium, & illud est species. Hoc enim est quod participauit iam & participat ab inferioribus: ex contrariis enim agentibus & patientibus adinuicem, cum illa sint qualitates, nihil constituitur secundum substantiam:

que natura nati sunt serui, qui liberi, qui domini, qui bestia.

Tex. vi.

Tex. c. 51.



stantiam: sed substantia est, quæ iam participavit esse in seipia, quia est per seipiam: & ideo cum participatur, facit esse per se id quod participat eam. Aliis autem qui dicunt bonum & malum esse contraria ex quibus sunt omnia, & dicunt cuiuslibet bono esse contrarium malum, contingit quoddam etiam isti scientiæ quæ per se est sapiencia & honorabilissima, erit aliquid contrarium: & hoc dicunt esse ignorantiam, & sic diuina scientiæ prout est in intellectu Dei, & est diuinus intellectus, quia tua scientia est causa omnium, est contraria ignorantia: quod est valde absurdum, cum scientia tua sit sibi essentialis, & sit per substantiam idem quod ipse. Hæc autem inconuenientia non sequuntur ad dicta nostra. Nos enim dicimus, quoddam bono & optimo nihil penitus est contrarium: omnia enim contraria sunt circa ea secundum potentiam quæ materiam habent: contrarietates enim in substantia & ignorantia intellectus sunt ordinata ad contrarium habens: primæ autem substantiæ nihil est contrarium, sicut diximus. Amplius contrarietas erit principium omnium, & omnia erunt ex contrariis sicut isti dicunt, si ponamus, quoddam nulla sunt entia præter sensibilia. Sed si hoc non sit verum, quinimo substantia est triplex, sicut à principio huius libri vndecimi diuisimus: tunc sunt multa præter sensibilia, & sunt præter contrarietatem, & tunc verè erit aliquid bonum & optimum, quod est omnis boni principium, & erit in perpetuis substantiis intellectualibus ordo: & erit generatio in his quæ per successionem participant bonum diuinum, & erunt cælestia corpora quæ per motum circuli causa sunt perpetuitatis in participatione bonorum secundum analogiam congruam unicuique.

Si autem dicitur, sicut dixerunt antiqui Theologi & Philosophi omnes, quod principium est principij: principium enim Philosophi dicunt esse principium separatum diuinum vel mathematicum: & si nos dicamus, quod hoc principium principij est species idealis aut numeri, hoc principium non habet rationem principij, sed modum alicuius causæ. Si enim haberet modum alicuius causæ, illa esset causa formalis: illius autem modum non habet: quia est in materia: & ideo & numeri ponuntur esse extra materiam. Sin autem non sic dicamus, & concedamus numeros & species esse causas quasdam, quarum ab eis qui sic dicunt, dicentes: nunquid motus potest provenire ex talibus causis quæ separate sunt à materia: hoc enim iam probatum sepius est, quoddam non mouet materiam, nec dat esse materiæ, quod habet esse separatum ab ipsa. Adhuc autem queramus ab istis, quare & quomodo mensura quæ est principium & causa mensuræ, erit intra mensuram istam sensibilem, & præcipue si numerus ponatur esse principium: hoc enim ponitur esse principium sicut elementum. Queramus igitur, quare de causa sit continuum, & mensura numeri intra mensuram continui, sicut principium principij est in principio principij? Numerus enim qui de genere discretorum est, non facit continuum, nec est principium eius ut mouens, nec ut species siue forma. Dicebant autem isti numerum esse principium continui, & continuum mathematicum esse

principium continui sensibilis: & omnium horum rationem diximus in huius sapientiæ libro primo. Secundum istos autem nihil erit contrarium, quod sit & practicum siue actiuum & motiuum: quicquid enim est contrarium, hoc per motum ad contrarium recipit non esse: isti autem dicunt hæc principia esse æterna & immobilia: contrarium autem est facere entia posterius ex potentia, & post potentiam: & si sic sunt entia ex principio, tunc non sunt sempiterna principia sensibilium, sed sunt sempiterna principia insensibilium. Secundum istos igitur horum quæ sunt contraria quæ dicuntur principia, est aliquid auferendum de numero principiorum: & hoc iam olim quasi dictum fuit & concessum à quibusdam istorum, & est contrarium: quia videmus sensibilia ex contrariis esse & generari. Amplius nullus istorum dicit, à quo sint isti numeri, & à quo sit illud sensibile vnum, & à quo sit anima secundum quod anima, & à quo sit corpus secundum quod corpus, & vniuersaliter à quo sint species rerum distinctarum in eo quod sunt distinctæ. Sed non contingit eis hoc dicere per propriam vniu. cuiusque causam aliter non dicit, ut nos dicimus. Et si non facit principia communicare sensibilibus & materialiter nos deremissimus, cum de principijs enim istis in materia loqueremur. Similiter autem & illi propria vniu. cuiusque principia non possunt dicere qui dicant, quod numerus mathematicus est principium primum: & dicunt, quod quilibet res sic semper habet aliam substantiam quod est principium suam, & est separatus nunc et ab ipsa. Adhuc qui sic dicunt, principia cuiuslibet esse alia & separata, isti faciunt, ac si id quod est substantia vniuersi esse, sit accidentalis illi cuius est substantia: illa enim substantia quæ sic est alia, quod est separata, nihil penitus confert ad esse, sius illa substantia separata sit, siue non sit: quia sicut in ante habitis multipliciter est probatum, id quod est extrinsecum & separatum, nihil est de esse substantiæ sensibilibus. Hoc igitur modo non sit participatio vniuersitatis. Et dicunt quidam, quod principia sint multa: hoc enim sequitur ex dictis eorum qui ponunt multa separata esse principia: & hoc est inconueniens: quia entia quæ sunt in vno vniuerso, nolunt, nec etiam possunt tractari bene vel male secundum ordinem ad plures principiorum dominatus, sicut hi qui ponunt plura esse principia: pluribus enim principijs non ad se inuicem ordinatis suppositis, non aluatur ordo ad vnum bonum & optimum, qui est causa ordinis in omnibus. Hoc autem oportet saluari: quia aliter entia ad inuicem non haberent communionem boni. Oporteret igitur, quod dominatus primi & optimi sit vnus solus, cuius participatione omnia sint vel fiant bona.

## CAPVT XXXIX.


*Et est digressio declarans qualiter est  
vnus dominatus summi boni  
in omnibus donis.*

SECUNDUM igitur ea quae dicta sunt, bonum quod est causa ordinis & boni in vniuerso, non potest consistere in duobus principiis: quia duo principia non possunt esse vniuoca. Si enim essent vniuoca, tunc non differant nisi per materiam, & oporteret, quod ante se haberent aliud quod esset principium vtriusque: & sic neutrum esset principium. Si autem non essent vniuoca, nec respectum haberent ad vnum vniuocum vtrique, tunc oporteret, quod essent contraria: & quaecunque sunt contraria, habent respectum ad vnum quod est genus vtriusque: & sic iterum non possent esse principia. Si autem diceretur, quod non sunt in genere duo principia, sed sunt sicut genera aliorum: tunc sequitur, quod haec duo principia duos habent dominatus in vniuerso, si vtrumque omnium est principium: cum autem principia non sint nisi sicut mouentia, sequitur quod duo mouentia sint in omnibus. Et cum omne mouens moueat ad formam simplicem mouenti, eo quod omne quod fit, fit ab vniuoco, sequitur ex hoc quod motus duorum mouentium habent duos fines. Igitur & ipse motus erit duo motus: quia erit si xus durum formarum. Quae omnia sunt absurdissima & philosophiae contraria: non ergo possunt esse duo dominatus in entibus, sed vnus tantum. Cum autem omne imperfectum in natura redigatur ad aliquod perfectum quod est causa prima, & nos inueniamus bonum vniuersumque imperfectum, quod malitiae & privationi permixtum est, oportet quod in natura sit bonum & optimum, quod privationi & malitiae penitus est impermixtum: & hoc non potest esse, nisi per essentiam suam sit ipsa pura bonitas. Omne enim cuius esse non est bonitas, habet bonitatem additam sibi. Et omne quod habet aliquid additum sibi, habet illud sicut esse suum consequens. Igitur in ipso aliud est quo est, & aliud quo bonum est: igitur essentialis actus illius non est facere bonum: primi autem principij semper est facere bonum. Igitur bonitas sua est essentia sua: quia iam ante probauimus, quod actio sua est essentia sua: & ideo quicquid ab eo est, bonum est, secundum quod ab ipso est: & si per intellectum poneretur ipsum quidem esse & non bonum esse, proculdubio non sequeretur, quod id esset bonum quod esset ab ipso: bonum igitur est essentia eius & natura.

Si dicet forte aliquis, quod eadem ratione intelligentia sunt & sapientia quaecunque sunt ab

ipso: ad quod respondemus, quod non sequitur quia licet primum principium sit simplex, tamen multis modis significatur: propterea quod omne genus perfectionis quae vere est perfectio, est in ipso: & cum significatur vt essentia, haec significatio est significatio naturae ipsius: & similiter quando significatur vt bonum, quia bonum est vnicuique vltima assimilatio ad ipsum, quae assimilatio non est nisi ad naturam. Secundum quod vnicuique est possibile: & cum similitudo sit in bono perfectio, non est assimilatio nisi finis qui est vltimus, sicut mouens primum quod est essentia & esse: & sic patet, quod bonum & ens primum siue substantia vnam naturam dicunt modo diverso. Principium ergo & bonum sunt vnam naturam & eandem dicentia. Sicut igitur propter esse principij sunt quaecunque sunt ab ipso, ita propter bonum bona sunt quaecunque sunt ab ipso bono: intelligentia autem & sapientia quamuis significant id quod est natura, tamen secundum modum rationis qui importatur per nomen, non pertinet ad naturam, sed ad actum potentiae naturalis. Non autem est necessarium, quod causatum semper accipiat potentiam naturalem suae causae, praecipue quando in multis defecit ab ipso, licet nunquam ita deficiat quin esse & aliquam similitudinem causae accipiat. Cum autem haec necessarii sunt veri, & similitudo semper sit causa appetitus naturalis: eo quod esse quod est simile appetit, & refugit contrarium, oportet quod omne quod est a primo bono & optimo, appetat ipsum primum bonum & optimum: cum vero iam sciamus ex in physicis determinatis, quod appetitus est causa motus & actionis & operis, sequitur necessarium, quod omnia appetant bonum sub ratione similitudinis ad primum bonum, & propter illud mouentur omnibus modis suis, & agunt omnes actiones suas, & operantur omnia sua opera. Amplius autem iam in precedentibus habitum est, quod vna simplex bonitas non participatur a multis & diuersis, quorum vnam percipit diuersum ab eo quod percipit alterum, nisi illa simplex bonitas extendatur in aliquid in quo distinctionem accipit. Adhuc autem scitum est in naturalibus, quod omne quod priuatum est, non accipit bonum suum nisi per motum, & quod hoc sensibile materia non mouetur per idem eodem modo se habens: oportet igitur, quod prima simplex bonitas in calum motum extendatur, & hoc motum motu suo materialibus & sensibilibus boni participatione largiatur. Ite igitur dominatus est boni primi & optimi, & sic in formam boni redigit quicquid est ab ipso, sicut bonus paterfamilias in formam boni quia ipse regit domum, redigit omnia quae in domo sunt, liberos videlicet, & seruos, & bestias: & quicunque aliter dicunt de dominatu boni, sequuntur eos inconuenientia quae dicta sunt.





## TRACTATUS III.

## QVI TOTVS EST DIGRESSIO

declarans substantiam incorruptibilem  
sensibilem mobilem.

## CAPVT I.

De elementibus principis substantia  
caelestis que sunt forma  
& materia.



VM autem in principio huius libri dixerimus, quod tres sunt partes substantia vniuersalis: quaedam enim est substantia sensibilis corruptibilis & mobilis: quaedam autem est substantia insensibilis & immobilis & incorruptibilis: & quaedam est substantia sensibilis & incorruptibilis, & tamen mobilis: iam autem quantum sufficit breuitati, de principis duarum substantiarum pertransiimus: restat nunc de principis tertie partis substantia aliquid dicere. Hæc autem substantia est cælum, & orbis & stellæ &c. que in caelestibus continentur: de principis enim illius partis substantia hoc est dicendum & aliter quam in libro de cælo determinatum sit. Ea autem que ab antiquis dicta sunt, inducimus: vt bene quidem dicta fuerunt, faciliorem faciamus declarationem. Inueniuntur autem Peripateticorum quidam tripliciter loqui de parte illa substantia: cum enim sciamus omne corpus consistere ex forma & materia, inuenimus quosdam loqui de forma cæli & materia & cælorum proprio actu in quo perficitur cælorum esse & saluatur. Adhuc autem quia, sicut in ante habitis est determinatum, animatum est ante inanimatum, dicunt quidam principium cæli esse animam: & oportet nos inquirere de hoc principio, utrum cælum sit tale corpus, cuius forma & principium sit anima, & qualis sit ipsa, sicut aliqua cæli anima. Adhuc autem cum anima & corporis sit principium intelligentia, oportet nos ostendere qualiter intelligentia sit & anima & cæli principium. Et his determinatis ostendemus qualiter nostra anima procedit in esse & anima aliorum, & qualiter agentia omnia & patientia prouenerunt ex ipsis que habent animam quandam, & ab intelligentia: & tunc ferè consequentibus, & positum in omni eo quod intendimus in sapientia, nisi velimus addere ea que alij dixerunt de istis substantiis separatis. Inuestigantes autem caelestium materiam & formam, sumimus hoc quod premisimus, quod proculdubio omne quod per formam distinctum est in esse, materiam habet: cæ-

lestia autem omnia per formas distincta sunt in esse: & ideo oportet quod materiam habeant. Adhuc autem omne quod est in potentia ad formam quocumque modo sit forma corporalis, habet materiam: cælum autem in potentia est ad formam: habet ergo materiam: habitum enim est à nobis in texto physicorum nostrorum, quod cælum mutat locum secundum formam, & non secundum substantiam: quicquid autem motu mutat formam, accipit per motum formam post formam: & quicquid per motum accipit formam post formam, est in potentia ad formam: quicquid autem est in potentia ad formam, profecto habet materiam: cælum igitur & caelestia materiam habent. Est autem vnumquodque caelestium corporum ex materia sua tota: cuius probationem iam alibi dedimus: quia quicquid est de potentia ad formam esse dantem, nihil habet extra formam quam habet ex materia sua tota: omnia verò caelestia sic habent potentiam completam per actum, quod de potentia nihil relinquatur per aliam formam: sunt ergo omnia caelestia ex materia sua tota. Ex hoc autem ulterius sequitur, quod nihil caelestium multiplicabile est per numerum: multiplicatio enim per numerum est multiplicatio per materiam: nihil autem potest multiplicari per materiam, quod est ex sua materia: quia ipsum non est potentia in alia materia. Constat igitur omnia caelestia abinuenem specie & genere esse diueria.

Contra hoc tamen quidam obijciunt dicentes, quod species moruum simplicium differunt etiam secundum naturas corporum simplicium. Igitur quorum vnus est motus, eorum vna videtur esse natura formalis: caelestium autem vnus est motus, qui est circulatio: videtur igitur caelestium vna esse natura secundum formam. Sed quod hoc non sit necessarium, expressè apparet in his que habent rectum motum: hoc enim videmus descendere sicut aquam & aërem & terram, & tamen non esse vnus naturæ secundum speciem. Si quis autem dicat, quod hoc mouentur à natura que est grauis in omnibus istis, illud nihil est: quia in octauo physicorum probatum est, quod motus talium corporum est à generante & dante formam speciei. Si autem dicat quis, quod non eodem modo descendunt ista, nec vnum habent terminum suæ descensionis, sicut alibi probatum: tunc patet solutio inductæ dubitationis: quia tunc scitur non esse inconueniens, quod etiam circulariter moueantur que non sunt eiusdem speciei.

6. phy. ter.  
com. 85

Obiectio.

Solutio.

8. phy. c.  
32.

speciei, dummodo non eodem modo circulariter moueantur, sed sint super diuersos polos, & forte super diuersa centra, sicut dixerunt sapientiores Chaldaeorum. Ex his igitur scitur, quod falsum est quod multi dicunt, & quod consequentia nulla est quam inducunt: dictum enim ipsorum est, quod omnia caelestia sint naturae quinquae ab elementis: & ideo sunt naturae eiusdem secundum speciem: hoc enim iam ostensum est esse impossibile. Consequentia autem quam inducunt, est quod eorum quae sunt vnius & eiusdem naturae, vnus sit motus: vnus autem motus qui est circularis, est esse super idem centrum & ad eandem partem. Sic igitur, vt dicunt, falsum est quicquid dicunt de eccentricis & epicyclis, & de motu planetarum qui est erraticus secundum ordinem signorum ab Occidente in Orientem: haec enim consequentia fundamentum habet falsum, quod est antecedens: probatum enim est, quod non sunt eiusdem naturae superiora omnia: nos autem sententiam de eccentricis & epicyclis, nec approbamus, nec improbamus, sed in sequentibus ostendemus, quod corpora caelestia omnem motum habent, qui intelligentiae mouenti debitus est ad hoc quod formas quas habet, producant in materiam: ad hoc enim est caelum vt sit instrumentum intelligentiae, sicut manus est instrumentum architectonici.

CAPVT II.

*Declarans qualiter motus caeli est actus caeli, in quo perfecte saluatur esse eius secundum quod ipsum est caelum: & quod ideo est continuus & semper permanens secundum naturam, &c.*

**C**um autem aliquod corpus motum duplicem habeat actum, actum videlicet perfectum qui est forma, & actum imperfectum qui est motus ipsius ad formam. Sunt quaedam corpora quae a seipsis mouentur, quae habent principium motus & status in seipsis, sicut corpora animata: & hunc motum habent duplicem: vnum quidem ad formam qui est actus imperfectus, cuius finis in quo motus ille est in motum esse, est actus imperfectus: & habent motum processuum de loco ad locum, qui nec est actus perfectus, nec imperfectus, sed est ad desiderati consecutionem: & motus ille non est fluxus desiderati aliquis, sed appropinquatio tantum: & quamuis ita sit, quod species desiderati mouet in hoc motu, tamen ille motus non est forma post formam, siue fluxus speciei desideratae in rem desideratam, sed est vbi post vbi, & non est actus aliquis, siue perfectus, siue imperfectus, sed est ad id quod est quies desiderij. Omnes autem isti motus qui sunt in corporibus, sunt propter aliquid quod est finis ipsorum: & in ipso quiescit & cessat motus. Est autem adhuc motus qui est motus instrumentorum & membrorum artificis in materiam quam habet & mouet, hoc est, a mouente forma quae est in intellectu agente, & in motu membrorum & instrumen-

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

torum inducitur haec forma in materiam: & tamen habet aliquid illius formae motus, & est bene forma post formam: quia licet ictus & effectio dolabrae non sit forma domus, tamen in quantum ictus est ad perpendiculari rectitudinem, & ad figuram anguli debitam, aliquid successive dat de forma, & inducit formam per partes, & sic aliquo modo dat formam post formam: nec inuenimus nos in his quae sunt plures motus: & iste vltimus motus eo quod est aliquo modo forma post formam, est actus imperfectus. Sed est attendendum, quod cum isti motus sint actus & mouentis, & eius quod mouetur, duo ex eis actus sunt mouentis in actu perfecti & perficientis id quod est imperfectum, primus videlicet, & tertius, & sunt imperfecti actus eius quod mouetur. Medius autem est actus in effecti mouentis, & quarentis perficere se per desiderati consecutionem. In his autem considerandum est, quod omnis talis motus propter imperfectionem est mouentis vel mobilis: & sic semper est ab aliquo quod est naturae extraneum, ad id quod est aliquo modo perfectio eius quod mouetur. Si enim id a quo est motus, esset naturalis, profecto in ipso natura quiesceret, & non abiiceret ipsum: hoc tamen in motu artis non est verum: eo quod ille non est a natura, sed a principio extrinseco, & est cum violentia aliqua, nisi quando est naturae minister artifex, sicut est medicus & alchimicus aliquando: & quia motus tales sunt ad illud quod est actus perfectus & sunt vix ad ipsum, ideo attingentes ipsum actum, cessant, & sic fit quies.

Est autem motus in substantia corporea non mobili aliquo motu corporis: & hoc est multiplex quando est imperfecta, sicut quando ex ignorantia mouetur ad scientiam, vel ex praui- tate ad virtutis profectum: & de hoc non loquimur: quia nihil facit ad propositum: sed de illo motu quem habet iam perfecta, & secundum naturam propriam secundum quod est intellectus per seipsum vniuersaliter agens & explicans seipsum in ea quae agit & perficit: hic autem motus non proprie motus est, sed est actio existentis in actu essentialiter per seipsum: & haec actio quia essentialis est, nunquam cessat manente ipso intellectu substantia: & cum illa sit incorruptibilis, semper manebit in esse & agere: & haec actio quia essentia est, non est aliquid habens imperfectionis, sed est perfectio quod suas exierit ex seipso perfectiones: & talis est contemplatio intellectus qua contem- platur seipsum & id quod ante eum est indeficiens sibi, & id quod post ipsum est quod est ex ipso. Ipse enim intellectus contemplan- se, contemplanatur ex indeficienti in esse & agere in- deficienti in esse & agere: & ideo haec actio nihil habet imperfectionis, sed tota est substantialis & naturalis & delectabilis. Contemplanatur autem id quod est ante se, contemplanatur causam priorem se, vel absolute priorem, & sic contem- platur ex lumine essentiali fluente super se, & sic iterum contemplanatur ex perfecto & optimo & indeficienti: & id quod contemplanatur, est bonum & optimum & indeficiens: & ideo etiam contemplatio illa nihil habet cadij, sed potius plenitudinem felicitatis. Contemplanatur autem



id quod est. post se. contemplatur id quod est ex iplo essentia lumine suo, & contemplatur ipsum in eodem suo lumine, quod dat ei esse. Et quamvis forte id quod est post, aliquid habeat imperfectionis & impuritat in suo esse, tamen hoc non habet ex lumine quod dat ei esse: & ideo intellectus qui sic contemplatur verum, nihil habet imperfectionis: & huic simile est, quod artifex perfectus artificiarum contemplans in lumine artis quod dedit esse artificiato, contemplatur ipsum in puritate, quæ non habet defectum: cum tamen forte propter nosositatem & tortuositatem materie secundum ipsam quam habuit ex lumine artis puritatem, in materiam traduci non potuit.

His itaque prælibatis videamus an cælum habeat motum naturæ, vel motum animæ, vel motum artis, aut motum contemplantis intelligentiæ agentis. Si enim dicatur, quod mouetur motu naturæ, cum omnis motus naturæ sit ex imperfectione ad aliquam perfectionem, quæ imperfectio primo & perfectio postea succedunt sibi in iplo mobili, oportet quod cælum moueretur de contrario ad contrarium, quod omnino absurdum est. Adhuc autem cum natura sit mouens ad vitium finem, quæ est actus vitium secundum ubi vel formam, oportet quod cæli motus staret in fine quodam, quod est contra naturam. Adhuc autem si natura quæ est ad vitium tantum, sicut prædictum est in nono huius sapientie libro mouet, ab a. in b. non mouebit cum hoc a. b. in a. In motu autem cæli non est actus egrediens ab aliquo puncto nisi referatur in idem punctum. Igitur motus cæli non est à natura. Sed quia nunquam fuit aliquis Stoicorum vel Peripateticorum, qui de hoc dubitauerit, ideo hæc relinquamus: sufficit enim, quod de hoc dictum est.

Videtur autem iste motus non esse animæ motus: hoc enim, sicut diximus, formam non explicat: & hoc nullo modo continet cæli motum, de quo prædictum est, quod est quasi vita quedam existentibus omnibus: nec esset vita existentium, nisi formas esse & vivere continuè inferrerent existentibus: non est igitur motus animæ. Adhuc autem quia mouens nullo etiam motu est anima, & est imperfecta a non habens desiderium secundum rem, sed secundum speciem tantum, & querens ipsum ad se secundum rem: mouens autem cælum desiderabile est dicere imperfectum in aliquo. Adhuc autem anima secundum hoc esset mouens, sicut virtus in corpore: talis enim est anima quæ est principium mouens per concupiscentiam & iram, sicut in libro de principiis motuum animalium determinatur: nullam autem mouentium quod est virtus in corpore, secundum naturam potest mouere infinito tempore: est autem cæli motus secundum naturam tempore infinito: igitur non erit à mouente anima. Nec potest esse motus artis, quia tunc non esset naturalis, sed violentus, nec unquam induceret aliquam formam substantialem: quæ omnia absurda sunt. Et si dicatur aliquis, quod est artificialis, sicut minister nature est artifex, illud nihil est: quia sic potissimum in natura corpus ministraret, & non esset potissimum agens in genere corporum, quod est valde absurdum. Oportet igitur dare necessa-

rio, quod motus cæli sit motus agentis intelligentiæ & contemplantis seipsam, & id quod est ante eam, & id quod est post ipsam, sicut diximus.

Si autem sic dicimus motum cæli esse motum intelligentiæ, sicut manus est mota ab intellectu artificis: tunc natura cæli se habet ad intelligentiam, sicut natura manus in quantum manus se habet ad artem & intellectum artis: ergo natura cæli est moueri sic ab intelligentia: & hoc modo saluatur in esse cæli ut cælum est, quando intelligentia continuè mouet ipsum prædicto modo contemplationis: & sic motus eius non est actus eius imperfectus, sed potius est actus eius vltimus ad quem est esse eius, & in quo saluatur suum esse: & ideo nunquam quietere potest secundum naturam: esse enim eius est continuè formam luminis intelligentiæ mouentem accipere & exerere per motum: & ideo sicut esse cordis saluatur in percipiendo vitam actum & exerendo in membra, & quando hoc non potest facere, non est cor amplius: ita in esse cæli saluatur cælum accipiendo exitum ex intelligentia lumen, & vltimus inferendo illud materiam. Et hoc valde notabile est quia per hoc scitur vera cæli natura, quæ non nisi per istam philosophiam potest determinari: vnde sicut cor accipiendo exercit vitam, & accipit ab anima, & exercit in corpus, & hoc est esse cordis secundum quod est cor: ita cælum accipiendo continuè ab intelligentia, exercit per motum lumen intelligentiæ, quod est forma esse & vite omnium eorum quæ sunt & viua sunt: & ideo cæli esse saluatur in motu: nec saluaretur in esse nisi sic continuè moueretur: & motus eius est actus perfectus, sicut & motus cordis in animali.

C A P V T III.

De solutione dubitationis quæ fit circa prædicta.

Dubitabit autem fortassis aliquis dicens, quod motus qui continuè exit de potentia ad actum, non potest esse actus perfectus: motus autem localis est continuè de potentia ad actum, quia de vbi ad vbi: & ideo non potest esse actus perfectus. Et est ista obiectio eorum qui ignorant naturas rerum. Adhuc autem quidam obijciunt dicentes, quod natura cæli est in termino esse, sicut natura ignis est esse in termino elementorum: & quia sua natura est esse in termino simpliciter, ideo circumuoluitur in illo sicut ignis in sphaera elementorum. Hæc autem irrationabiliter omnino dicta sunt: cum enim dicitur, quod exitus de potentia ad actum non potest esse actus perfectus, hoc non est verum, nisi vbi id vnde mouetur motum, est simpliciter in potentia, & id ad quod mouetur, est simpliciter actus, aut consequens potentiam in eo quod potentia, aut consequens actum in eo quod actus. Huius autem exemplum est in motu ad formam. In illo enim id vnde est motus, est simplex potentia cum paratione: & locus talis à quo recedit, non est locus eius, nisi

nisi secundum quod est in potentia: & ideo per unum motorem mouetur, & à potentia, & à loco. Similiter id ad quod est motus, est simpliciter actus & finis, & locus ad quem mouetur, est simpliciter locus in quo saluatur id quod motum est ad formam: & ideo idem motor mouet ad formam & ad locum: sed vbi mouetur aliquid perfectissimum in loco suo & non ad aliquam formam in vbi quod reliquit: ita secundum actum est locus eius, sicut vbi ad quod vadit: & ideo secundum substantiam nunquam mutat locum, sed secundum quandam formam mutat tantum: & ideo ille motus non proprie est exitus de potentia ad actum, sed est de actu ad actum, & est motus perfectissimus cuius esse est in motu esse, sicut diximus. Quod autem dicitur, quod circumuoluitur non habens quo moueatur, sicut ignis circumuoluitur circa sphaeram elementorum, hoc dictum est Platoniorum, qui dicunt ignem naturæ esse cælum. Et hoc alibi à nobis est improbarum. Cælum enim est alterius naturæ: & sicut corpus hominis habet esse ab actu vite animæ, & sine hoc non haberet essentia esse cæli est actus intelligentiæ in ipsum, & motus circularis est actus saluans ipsum in hoc esse, & figura circularis datur ei propter motum suæ salutis in esse, sicut datur cordi figura & motus cordis: non enim ambiret materiam in quam agit intelligentia, nisi esset sphaericum: nec vndique ingerebat formam intelligentiæ ipsi materię. Quis motum haberet circulare & continuum.

Sicut cæli proprius motus est actus & potest ad actum.

Dubium contra prædicta.

Solutio pro qua vnde Auerrois in 12. m. c. 23. & c. 17. & c. 21.

Sed contra hoc forte quis obijciat dicens, quod in nulla natura dignius est propter indignius se: corpora autem cælestia digniora sunt quam generabilia & corruptibilia videtur ergo, quod non mouentur propter illa, & vt instrumenta eorum: instrumenta enim quaruntur propter materiam in quam inducenda est forma per motum instrumentorum. Hæc autem quæ sic obijciuntur, etiam ante nos à quibusdam soluta sunt: quia cum dicitur cæli motus esse propter salutem sui esse, statim scitur, quod cælum mouetur propter seipsam, licet hoc consequatur: quia vniuersa saluantur in motu ipsius, sicut & cor mouetur secundum systolem & diastolem propter seipsam, licet ex hoc motu sequatur acceptio vite, & salus in omnibus membris. Salus enim esse cæli est in continua acceptione luminis intelligentiæ, & explanatione ipsius per motum: quia per hoc habet esse in quantum est cælum. Sequitur autem ex hoc, quod rata materia per partes esse accipiat dicitur, secundum quod diuersi modo elongatur vel obliquatur ad ipsum: & hæc est solutio vera. Cum hoc tamen dixerunt quidam iam, quod non intendit inferiorum generationem per motum suum, sed intelligentiæ se assimilare intendit, quæ est causa vniuersorum: hanc autem casualitatem dicunt esse in hoc quod sicut primus motor causa est per se ipsam vniuersorum, ita cæli sunt causa per motum: & hoc est dictum Auerrois: & nihil penitus valet, sicut cuiuslibet patet, qui ea quæ dicta sunt, bene intelligit & aduertit. Ex omnibus autem quæ dicta sunt, patet, quod principia substantiæ mobilis & sensibilis, sed non corruptibilis, sunt materia & forma: & materia quidem est, quæ

est in motu in vbi determinata: forma autem quæ est in esse quod dat intelligentiæ & actus eius proprius: & secundum naturam saluans in esse ipsum motus est circularis.

C A P V T IV.

De improbatione erroris Auicennæ.

Est autem Auicennæ opinio, quod cæli motor propinquus sit anima, & motor remotus sit intelligentia: & ad hoc quidem non inducit rationem quæ sufficiat: & est hæc sua ratio cui plus innititur: quia motus particularis est motus cæli & partium cæli, qui est ab a. in b. & a. b. in c. & sic continuè donec periciatur hic circularis. Igitur iste motus particularis est à mouente cognitionem particularem habente de partibus huius motus singularis: cognitionem autem singularem de entibus non habet intelligentia pura & simplex: dicit enim, quod aliquis intellectualiter cognoscit omnes motus & lunæ, & motus modorum capitis & caudæ draconis, & quantitates eorum secundum omne tempus, quamvis ille intellectualiter sciat rationes eclipsium omnium, non tamen scit hanc eclipsim vel illam nisi per aliquid quod est proprium isti eclipsi & illi: hoc autem quod facit ipsum scire proprium huius vel illius, non est nisi sensus vel imaginatio: quod ergo propria huius motus cognoscit, est imaginatio & sensus: quicunque autem motor est huius cæli, in hoc motu cognoscit hoc vbi & illud, & omnia accidentia huius motus, vt est hic motus: igitur ille motor non est intelligentia, sed anima habens ad minus imaginationem particularem: cum autem non moueat cælum nisi per desiderium, concedit Auicennæ, quod non habet hæc anima desiderium concupiscentiæ vel iræ, sed habet desiderium sapientis, quod est boni simpliciter, & non boni vt nunc, sicut in præcedentibus determinatum est.

Improbatio opinio Auicennæ pro qua vnde Avicenna in primo libro de substantiis animalium c. 23. & c. 26. & c. 27.

Quæcumque autem sic inducuntur ab Auicenna omnino sunt erroneæ & falsæ, sicut in præhabitis est prædictum. Ille enim intellectus qui est vniuersalis, est quidem speculatiuus & non actiuus. Intellectus autem actiuus duplex est: vnus qui idem qui per accidens est actiuus, & alius qui est actiuus per seipsam. Per accidens autem est actiuus noster intellectus, qui non agit nisi per formam artis acceptam vel inuentam: per se autem actiuus est, qui per seipsam & per suam essentiam est actiuus rerum: & talis est intellectus substantiarum mouentium cælos, sicut sæpe diximus: & ideo similis est hic actio actioni virtutis formatiue quæ est in femine, quæ agit diuersa in figura & specie, sicut intelligentia & anima: & ideo etiam à quibusdam intelligentia vocatur: & tamen vt agit in materiam quam ambit per spiritum, non indiget imaginatione aliqua. Ita etiam diximus, quod corpus cæli perfectissimum corporum est: & quia est sicut instrumentum intelligentiæ, sit in eo forma intelligentiæ traducta in ipsum abique imaginatione: hæc enim forma quæ est ad rem & non à re ipsa abstracta, non vadit per



viam abstractam, sed per viam compositionis: & sicut desiderium quo mouetur, non est alicuius boni quod sit hic & nunc, sed boni simpliciter, & tamen mouet hic & nunc: ita etiam intellectus qui est simpliciter intellectus actiuus, mouet hic & nunc, quamuis ipse non sit hic & nunc: hoc enim ideo fit: quia corpus accipit formam ut instrumentum: & ideo accipit eam progredientem in materiam, & habet eam extensam & protensam in motum, quam intellectus habet simpliciter, sicut supra diximus. Vnde Auicenna non potest dicere, quod hac imaginatio sit alicuius sensibilis anime: sed dicit, quod sicut in nobis aliquo modo concepto ab intellectu multiplicatur imaginatio ad illud & assuunt desideria, ita multo magis dicit esse in illis corporibus quæ multo perfectiora sunt corporibus nostris: & hoc non est necessarium, sicut prædiximus. In nobis enim quando aliquis multum & arte & exercitio perfectus est, inuenitur operans ex intellectu, siue imaginatione, quæ moueatur à natura: constat autem celestia corpora esse perfectissima: & ideo tali imaginatiua non indigere.

CAPVT V.

*De improbatione erroris eorum qui dicunt celi motorem proximum esse animam imaginatiuam, & motorem primum esse intelligentiam: & de improbatione erroris eorum qui dicunt, quod non mouetur nisi à natura.*

Sunt autem quidam qui omnia negant quæ inducta sunt, dicentes celos non posse esse corpora per intelligentias animata, accipientes huius suæ sententiæ persuasionem ex eo quod anima est motor multorum: & in hoc differt à natura: quia potentia cum cognitione semper est ad finem. Cum igitur motori semper per contrarietatem respondeat mobile, oportet corpus animatum orane esse compositum ex organis disparibus in figura & compositione propter diuersitatem potentiarum animæ. Cum igitur celum sit simplex corpus & vniforme, videretur celum non esse corpus animatum. Et putant hanc suam obiectionem esse valde fortem. Adhuc autem addunt dicentes, quod animata quæ mouentur à seipsis, standi etiam habent principium in seipsis: celi autem nunquam stant secundum naturam: ergo non mouentur à motore qui sit anima. Amplius omne quod mouetur ab ipsa anima, habet instrumenta per quæ explet & perficit motum animale: celum autem non huiusmodi habet instrumenta.

Sed omnia hæc facile determinantur, si advertantur ea quæ ponunt Peripatetici, quorum opinionem hic explanamus: quando enim anima intellectualis separata ab aliis accipitur, hoc est æquiuocè dicta anima ad alias animas, & est mouens corpus, in quo propter ipsius corporis perfectionem, non indiget imaginatione & sensu: & quando sic accipitur, tunc etiam

non indiget corpus organorum diuersitate, sed indiget tantum quantitate & figurâ motui suo congruentibus: & hoc iam in antè habitis ostensum est. Si enim securis per seipsam moueretur forma intellectus artificis, non indigeret architectus manu qua moueret securitatem: & ita est in intelligentia & celo: & ideo membris talibus non indigent, quibus indigent inferiora corpora animata: desiderium autem quo mouetur celum, fluit ab intelligentia in ipsam: & illud est quo corpus considerat esse per intelligentiam: & ideo mouetur per totum accipiendo ipsius intelligentiæ actum, quo sit, sicut diximus in antè habitis: & ideo probatum est, quod mouetur ab eo quod est impartibile & immobile, non habens aliquam partem penitus. Si autem moueretur ab anima imaginatiua, pro certo moueretur à virtute partibili, & non posset mouere tempore infinito.

Ad hoc tamen dicit Auicenna, quod licet anima sit virtus partibilis mouens celum, tamen motus fluit in ipsam ex intelligentiâ quæ est substantia separata & impartibilis: fluere autem in animam dicitur motum per hoc quod dicitur in ipsam fluere virtutem motiuam: & quia intelligentia separata est & impartibilis, & non infinita, nec finita, ideo dicitur, quod omnia potest mouere per tempus infinitum. Sed hæc solutio, non est conueniens: quia etiam in alia fluit ab intelligentiâ virtus motiua, & tamen non mouent tempore infinito: & ideo non sic dicendum est, sed potius hoc modo quo nos hanc questionem determinauimus supra, ubi solimus obiectionem Ioan. grammatici. De principiis igitur incorruptibilis corporis & sensibilis hæc dicta sunt.

CAPVT VI.

*De improbatione eorum qui dicebant celos & animas calorum intelligentias constitui ex tribus modis contemplandi.*

Est autem non prætermittendum etiam, quod quidam conati sunt dicere multitudinem horum principiorum per modum mirabilem: & huic modo multi posteriorum adhaeruerunt. Cum enim loquuntur de calorum principis secundum esse calorum, & animarum principis secundum esse animarum, & similiter de intelligentiarum principis quæ sunt inferiores, & post esse motoris primi, dicunt primam substantiam non mouere celum primum, sicut mouet proximus motor, sed esse primum motorem. Sed est necesse per modum omnem qui nullo alio indiget ut sit, & nullo modo est in potentia: & ideo ex seipso est ens necesse: & hoc dicunt esse primæ substantiæ proprium: proximum autem suum causarum quod est ex ipso, dicunt esse intelligentiam, quæ eisdem contemplatur se, & contemplatur id quod est ante eam, & contemplatur id quod est post eam: & quia hæc intelligentia non est à seipso nisi in potentia, ideo cum contemplatur se ut in potentia: cum autem sit ens necesse, & alio habet

*Auicenna solutio.*  
*Im. r. b. a. t. c.*

*Pro hac opinione. vide Auicennam. 9. meta. sua. cap. 4.*

necessitatem essendi quod est ante ipsum: & ideo cum contemplatur id quod est ante se, est ens necesse per aliud. Cum autem contemplatur id quod est post ipsam, contemplatur id quod est in potentia, nec accipit e se nisi per ipsam: & ideo hoc est in potentia plus quam ipsa. Dicunt igitur, quod cum contemplatur id quod ante se est, propter quod ipsa est ens, necesse est intelligentia quæ est ens necesse secundum quod est intelligentia: cum autem contemplatur se, efficitur causa animæ quam mouet intelligentia, quæ est mouens celum per virtutem quam intelligentia influit ipsi: & cum contemplatur id quod est post ipsam, quod est anima quæ est principium corporis, efficitur celi causa quod mouetur per animam illam: contemplationem enim dicunt esse luminis irradiationem, & lumen illud dicunt factiuium substantiarum. Si autem queritur, qualiter secundum hoc in esse deducitur secundi ordinis intelligentia: Dicunt iterum, quod ex contemplatione primæ intelligentiæ qua contemplatur causam primam, fit coniunctio luminis intelligentiæ contemplantis cum lumine primæ causæ contemplatæ: & hæc luminaria applicatio est determinatio primi luminis simplicis: & ex hoc surgit secundi ordinis intelligentia. Et cum hoc iterum contemplatur causam primam & primordialis intelligentiam, ipso lumine quod vniuersaliter actiuum est, fit intelligentia ex triplicato lumine: & hoc fit tertii ordinis intelligentiæ: & sic descendendo fiunt intelligentiæ decem, ut dicunt, quarum nouem præfident nouem celis quos tantum dicunt esse. Decima autem præfidet phære actiuorum & passiuorum: & hæc est quæ irradiat super animas nostras, & lumine suo agit in eis: & dum quælibet contemplatur se, fit causa animæ: dum autem contemplatur id quod est post se, fit causa corporis illius animæ, super quam irradiat. Si autem queritur ab istis, secundum quem modum huiusmodi contemplatio fit causa esse intelligentiæ, & animæ & corporis: Dicunt, sicut & nos diximus, quod contemplatio ista est in lumine vniuersaliter actiuo, quod per seipsum est causa entis. Hoc igitur in seipso causa est intelligentiæ primæ: reduplicatum autem & determinatum cum lumine intelligentiæ fit causa aliarum intelligentiarum: sed ubi vmbatur, fit causa animatum, & mixrum materiæ in contemplatione animæ quæ est causa & actus corporis, fit constitutum corpus. Sed si nos queramus ab istis, quid fundat lumen contemplationis istius ad hoc quod efficiatur id quod est intelligentia vna & alia: tunc non est sufficiens dictum eorum: quia ex quo lumen contemplationis est faciens esse est actus eius, oportet quod aliquid fundamentum eius sit per quod intelligentia eius efficiatur hoc aliud: hoc enim est impossibile dicere istis, præcipue cum dicant, quod intelligentia non diuiduntur diuisione materiæ, sed diuisione formæ tantum.

*Opinio Auicennæ. r. b. a. t. c. q. d. c. m. n. n. i.*  
Nos autem qui non ponimus animas alias nisi intelligentias, causas istius diuisionis superius assignauimus: similiter autem & Theologi qui intelligentias multas ponunt separatas, & animas ponunt in luminibus esse in materia, quæ tantum substantia forma determinatur, & D. Alb. Mag. Metaphy.

non quantitatè, vel contrarietate. Adhuc autem qualiter possit probari, quod huius contemplatio prioris faceret intelligentiam: cum secundum lumen coniunctum primo nihil accipiat impuritatis vel inferioritatis: & ideo videtur, quod ex illo non resultaret intelligentia secundæ ordinis, sed æqualis primæ intelligentiæ vel nobilior ea. Adhuc autem cum dicitur, quod intelligentia contemplatur se, & sic est in potentia, & non ens necesse, & ex hoc producit anima, cuius motus genus causandi est illud, videtur quod nullum: quia licet illa non sit ex se id quod est ipsa, tamen cum contemplatur seipsam, est in actu, & lumen nihil videtur habere impuritatis. Adhuc autem contemplatur id quod est post se, & per hoc dicitur esse causa corporis: hoc enim non videtur habere perfectam causalitatis rationem, nisi forte velint dicere, quod contemplari est facere per lumen intellectus actiuus: & tunc dicitur melius, quod lumen conteminarum ad id quod est post se, in materiam facit formam celi. Adhuc autem isti non possunt reddere rationem, quare ista contemplatio in 10. ordinibus intelligentiarum, & non multiplicetur multo amplius: & ideo non videtur esse rationale quod dictum est.

CAPVT VII.

*De duabus viis quibus processerunt antiqui Philosophi in cognitione principiorum substantiæ.*

Sicut autem nos in præcedentibus diximus, sicut via Platonis, aut via Aristoteli, oportet nos incedere in materia ista de qua loquimur. Platonis autem via fundatur super propositiones probabiles, non necessarias, quod videlicet incorporeum sit ante corporeum, & simplex ante compositum, & quod primum principium vniuersi esse sit ens primum non coniunctum corpori, nec in genere existens cum aliquo entium causarum, & quod conspicitur non valeat nisi ab aliquo vix & raptim, qui totum à carere mentis separavit contrarium: & quod hic numerus non sit, sed potius vnitatis pars & bonitas & causa esse omnium: & quod proximam quod est iuxta hoc, sit binarius, qui conficitur ex luce primæ causæ & materiæ, quæ non in forma simplici determinatur: & quod tertium eas in genere, non in numero, est corpus simplicius omnibus: quod est circulare. Et sic descendendo oportet nos contexere entia donec veniamus ad ea quæ sunt ex materia agentium & patientium & simplicium, ex quorum commixtione fiunt composita, quæ secundum variationem uniuersalem & maiorem accipimus primum mixtum, & deinde mixta & complexiora, in quorum commixtione plus receditur ab excellenti contrarietatis quam in his quæ mixta sunt tantum, & ideo sunt animata: & his quæ complexiora sunt, ponimus gradus, donec aliquod recedat ab excellenti tantum quod appropinquat æqualitati celi, & hinc dantur animæ rationalem. Et ponimus dantur formam

*meta. 44.*

*l. 1. 2. m. a. u. m.*



marum triplicem, primam quidem causam quæ dat formas primis substantiis separatis, & tementem dat omnium aliarum formarum. Secundum autem, qui dat corporibus celestibus, & ille est multiplex, & dat orbibus & stellis de luce sua animas & sententiam formarum inferiorum quæ sunt composita. Tertium autem qui præstet his quæ sunt sub luna dando formas illis, & aliquam tementem materialium formarum, quam vocant intelligentiam, quæ irradiat super animas & separata. Et dicimus omnem motum non esse nisi preparationem. Formam autem non extrahi de potentia ad actum, sed potius dari à datore formarum secundum quemlibet ordinem. Materiam autem dicimus non fieri, sed esse materiam, quæ conceptio semine daroris formarum secundum triplicem ordinem distinguitur per partes, & dividitur in entia secundum proportionales numeros uniuscuiusque entis. Aristoteli autem non dicit aliquid in his nisi per demonstrationem: & quia non potest esse demonstratio primorum per causam, ideo contentus est de demonstratione quia, quæ est per effectum. Cùm autem probatum sit omnino corpus moveri ab aliquo quod non est corpus, si corpus illud per se moueatur, ipse per numerum motuum concludit numerum motuum qui non sunt corpora: & cum numerus motuum superiorum totus sit infinitus secundum tempus, ita quod quilibet est infiniti temporis, & motus infinitus non potest esse nisi motoris separati & impartibilis, concludit totum numerum motuum esse substantias separatas & impartibiles. Impartibilia autem non possunt esse forme corporales, vel virtutes in corpore, nec habere diuisionem talium potentiarum quales operantur in organis corporum, & ideo sunt intellectus puri separati: & quia vnus est mundus, & vnus dominatus, & quia sphaera est intra sphaeram contenta, ideo oportet ordinem esse talem in motoribus qualis est in motis: & ideo necesse est esse principium, qui sit motor immobilis à nullo accipiens, & omnia largiens substantiali suo motu. Et quia nihil mouetur nisi ad bonum suum secundum

esse: & ideo oportet motorem esse mouentem, ut bonum & optimum, & desideratum ab his quæ mouentur. Sed quia non est incerta sunt tria circa ea quæ mouentur, ideo dubitauit Aristoteli de tribus illis, & non certificauit ea per demonstrationem. Incertum est enim nobis, vtrum vnus corpus pluribus moueatur moribus, an vno tantum. Incertum etiam nobis est, vtrum ab vno corpore quod est stella, virtus motiua fluat in orbem, vel an stella moueatur motu orbis sui tantum & non per se. Incertus etiam nobis est numerus motorum corporum celestium cum moribus suis, Et ideo Aristoteli dubie locutus est de istis: per rationem autem in certam nihil potest comprehendi esse extra hoc. Et ideo penitus de illis aut nihil dixit, aut etiam talia esse reprobauit. Quidam autem neutram istarum sequuntur viam, putantes incedere per viam philosophiæ, & confundant philosophiam in theologiam, dicentes quod in veritate ab vno simplici primo agente per essentiam non est nisi vnus: si ergo quod est ab ipso, sit multum & multiplex, non agit per essentiam: videmus autem vnus calum non produci in esse per alterum, nec omnino generari calum ex materia, & ipsū esse multiplex valde oportet igitur, quod producat in esse per aliquid agens per electionem: hoc enim multa agit vnum existens sicut vult, & causat ex nihilo, cum non indigeat præiacente materia propter excessum infinitæ virtutis ipsius super omne agens: sed sicut nos in antehabitis protestari sumus, nos istas positiones non prosequimur: quia non suscepimus in hoc negotio explanare nisi viam Peripateticorum: quæcumque autem Plato dixit, habeant firmitatem quam possunt, donec forte ab aliquo explanentur theologica autem non conueniunt cum physicis in principiis: quia fundantur super reuelationem & inspirationem, & non super rationem: & ideo de illis in philosophia non possumus disputare. Quæcumque autem alia hæc dicenda forent de substantia mobili & sensibili & incorruptibili, in primo & secundo libro de celo & mundo sunt explanata.

LIBER

LIBER DVODECIMVS,  
QVI TOTVS EST  
DE PRINCIPIIS  
SVBSTANTIÆ SENSIBILIS  
SEPARATIS.  
TRACTATVS I.  
DE POSITIONIBVS EORVM QVI  
mathematica ponunt esse principia.

## CAPVT I.

De quo sit intentio, & de diuisione opinionum hic introducendarum.



De principiis autem substantiæ triplicis, de quibus nunc locuti sumus, quidam penitus aliter tradiderunt, & horum errorem oportet nos manifestare: vnde sicut à principio istius scientiæ posuimus falsas eorum positiones qui de principiis substantiæ quæ est verum ens, mentiti sunt, ita nunc in huius scientiæ sine manifestabimus errorem eorum qui de principiis substantiæ triplicis falsa tradiderunt. Dicitur autem à nobis iam de substantia quæ est principium proximum & proprium sensibilem in principio vndecimi libri quem iam protulimus. Diximus autem ibi in methodo: determinauimus enim de materia physicorum corporum quæ sunt sensibilia & corruptibilia, & postea determinauimus de ea substantia quæ est principium eorundem corporum quæ est secundum actum, & est forma, quæ licet secundum se sit prior materia, tamen in substantiis quæ vere physice sunt determinatæ actione & passione contrariorum, posterior est forma quia concepta sunt cum materia: & in eis materia recipitur in distinctionibus earum, & etiam in eis præcedit potentia actum. Quoniam vero nostra pertractatio in qua nunc sumus, est, verum est aliqua substantia quæ sit præter sensibiles substantias immobilis & æterna, quæ sit principium sensibilem substantiarum, an non

est aliqua talis: & si est aliqua talis substantia, pertractatio nostra est, quæ est illa: ideo primum speculanda sunt quæ ab aliis sunt dicta, ut errorem eorum videntes, non assentiamus his qui non bene dixerunt. Si quid autem aliqui bene dixerunt, quod est dogma commune nobis & illis, separatim pro honore auctoritatis eorum attribuaris illis: sic enim nos videntes dogmate communi graues non reputabimur, tanquam impugnatores eorum. Non enim graue sed amabile reputari debet, si vnus aliqua melius quidam dicit, & alter vrens eisdem ad suorum dictorum confirmationem: dicit ea non deteriora faciendo per impugnationem. Dicta igitur antiquorum de principiis substantiæ summarim perstringentes dicimus, quod eorum qui separata ponebant esse principia substantiæ, duæ sunt opinioniones, quarum vna quidem dicit substantias illas quæ sunt principia substantiæ, esse mathematica, sicut numeros quosdam, & lineas quosdam, & alia mathematica cognata istis. Alia autem dicit esse principia substantiæ omnes ideas, illæ tamen opinioniones in seipsis differunt. Quidam enim istorum in duo genera reducunt, in vnum quidem ideas, in aliud vero mathematicos numeros, ideo quod numerum dicunt proportionem quæ inuenitur in principiis secundum quod principia sunt, quibus proportionibus principiorum ligantur entia adinueniunt: ideas autem dicunt formas simplices, ad quarum imitationem & sigillationem formantur substantiæ. Alij autem vtrorumque horum, ideatum videlicet & mathematicorum numerorum dicunt esse vnam partem generis communem, ideo quod etiam ideas non formant entia nisi suo quadam numeri proportionem: quia aliter idea non esset huius idea, & idea vnus non differet ab idea alterius.

Capitulo primo in Philosophico libro 13.

Nota quomodo in physicis materia præcedit formam.



Alij etiam de eadem secta existentes, dicunt quod non sunt aliqua substantia que sint principia nisi mathematica: & hoc ideo est: quia non putabant esse substantiam aliquam nisi corporalem tantum, sicut nos in ante habitis ostendimus, & illam putabant componi lineis & superficiebus: lineas autem & superficies putabant esse ex numericis: eod quod dicebant punctum esse unitatem addita positione, & unitatis fluxum facere lineam: & sic principiabant entia que vere sunt entia: & omnia alia dicebant esse substantiarum qualitates, ita quod etiam animam dicebant quandam numerorum harmoniam, & potentias animæ causari ex mathematicis reflexis lineis & circulis, sicut nos in primo de anima determinauimus.

In disputatione igitur ista primo perscrutandum est de his qui ponunt mathematica esse principia, & nullam eis aliam addunt naturam que cum eis sit substantia principium, sicut faciunt illi qui querunt utrum ideae sint, aut non sint: & si sint, utrum sint principia & tales substantia que faciunt subsistere entia, vel non. Illi enim querunt aliquid addere mathematicis que cum eis sint principia: sed nos principium huius questionis ponemus quasi apud mathematica solum sit ratio principij, sive ipsa mathematica sint per se separata secundum esse, sive non sint secundum esse separata. Et si non sint, queremus quomodo sunt, & quomodo sint secundum esse separata illa que sunt post ista mathematica que principiantur ab ipsis: & postea queremus que sunt convenientia simpliciter, & secundum se ipsis ideis: & queremus etiam de omnibus que diuulgantur de principis substantie gratia legis leges enim diuersarum gentium multa de principis talibus diuulgauerunt, loquendo de dijs vtentes rationibus vulgaribus, que sunt extra modum philosophie: quia metaphis & fabulis loquuntur de huiusmodi: & sic loqui non est Physicum, cum sicut dicitur in secundo topicorum, hoc peccatum sit in problematibus. Amplius autem oportet uti plurima ratione inter omnes questiones ad illam perscrutationem quando perscrutabimur si substantia que sunt principia omnium, sint numeri vel ideae: oportet enim prius perscrutari an ideae sint, & illa est tertia questio: una enim est an ideae sint, & secunda an ideae numeri sint, & tunc restat tertia questio si ideae numeri existentes sint principia substantiarum & substantia: quia quod principium est substantia, est substantia. Si enim sint mathematica, sicut quidam dicunt, quod aut sint in sensibilibus secundum esse, aut quod habeant esse separatum a sensibilibus: & hoc modo etiam alij quidam dicunt, aut forte neutrum horum est verum: quia aut non sunt, aut sunt alio modo, quod videlicet secundum esse sint conuenientia sensibilibus, & secundum rationem sint separata: hoc autem modo si sunt, non erit nobis dubitatio de esse mathematicorum: quia scimus, quod secundum esse sunt in sensibilibus, sed de modo essendi est dubitatio: & hoc ideo prius disputandum est de mathematicis antequam de ideis disputemus: hoc enim modo tenemus etiam ordinem philosophorum:

quia priores fuerunt qui mathematica dixerunt principia esse, quam illi qui ideas esse principia primus inuenerunt.

## CAPVT II.

*Est disputatio contra eos qui mathematica separata esse & subiectum habentia dicebant esse in sensibilibus.*

Disputantes igitur de sensibilibus, dicemus hoc primum, quod mathematica subiecto, & esse separata impossibile sit esse in sensibilibus ita quod simul sint cum plasmate siue cum indiuiduo sensibili, quod per naturam plasmatur & habet multas rationes: si enim simul sint cum plasmate, oportet quod duo solida simul sint in eodem loco. Nos autem iam diximus in huius sapientie tertio libro, quod impossibile est duo solida esse in eodem loco: quia sicut ostendimus in physicis, si duo solida sint in eodem, duo solida erunt vnum solidum. Amplius si mathematica concedantur esse cum sensibilibus, & quod tamen sint secundum esse & subiectum separata, & non sint mensura sensibilibus, sed quasi in eis & cum eis existant: tunc eiusdem rationis est concedere etiam alias naturas & alias potentias esse in sensibilibus, & quod nulla natura sit separata ab ipsis per locum: & hoc est falsum, & contra ea que in 11. huius sapientie libro probata sunt. Et hæ rationes in tertio huius sapientie libro a nobis superius sunt inductæ, cum de dubitabilibus huius scientie disputaretur.

Ad hæc autem que dicta sunt, dicemus, quod sequitur, quod quodcumque corpus impossibile est diuidi ex dictis istorum. Nam si diuiditur corpus, oportet quod secundum istos diuidatur secundum componentia: diuidetur ergo secundum superficies ex quibus componitur. Et eadem ratione quia superficies, vt isti dicunt, componitur ex lineis, diuidetur secundum lineas: & vterius quia linea componitur ex punctis, diuidetur linea secundum puncta: igitur si puncta impossibile est diuidere, ita quod secundum puncta fiat diuisio, eod quod diuisio continui nunquam fiat in indiuisibili, tunc etiam sequitur, quod non fiat diuisio superficiei secundum lineam: & si non potest fieri diuisio secundum lineam, tunc etiam secundum alia non potest fieri diuisio, que aliquo modo sunt indiuisibilia: & hoc sequitur generaliter in omnibus que dicuntur componi ex huius principis, que sunt puncta, lineæ & superficies. Queramus igitur ab istis, quid differat dicere quod dicamus sensibilia quidem esse tales naturas que componantur ex punctis & lineis & superficiebus, aut quod dicamus sensibilia quidem non esse naturas sic compositas, sed quod quedam nature mathematica sint in eis, que talem habent compositionem: idem enim inconueniens sequitur vtrouique. Si enim concedatur, sicut dictum est, diuidi sensibilia, sequitur quod eadem ratione sic diuiduntur mathematica que sunt in ipsis: aut oportet dicere, quod

quod nec sensibiles substantias verum sit sic diuidere, nec etiam possibile sit diuidi sic naturas separatas quas mathematicas esse dicunt: nam si concedatur esse solida separata que diuersa sint ab his que sunt sensibilia, licet localiter sint in ipsis & sint principia eorum, & sint priora ipsis sensibilibus: tunc cum sint solidum sensibile se habet ad solidum mathematicum, ita superficies sensibilibus se habet ad superficiem mathematicam, & linea ad lineam, & punctum ad punctum, necesse est etiam alias esse superficies separatas in istis sensibilibus, & lineas in lineis, & puncta in punctis que sunt præter superficies illius solidi mathematici, quod est in solido sensibili, & præter lineas eius & præter puncta & sint separata. Huius autem consequentia ratio est: quia semper non composita principia sunt priora compositis. Si igitur corporibus sensibilibus priora sunt corpora non sensibilia, eadem ratione superficies sunt priora superficiebus: & oportet, quod illa superficies sint priora etiam illis superficiebus que in immobilibus, siue mathematicis solidis, que sunt secundum se habentia esse & subiectum. Et huius causa est: quia conceditur quodlibet principium secundum esse & subiectum prius esse principio: & cum hoc conceditur superficies esse principium solidi. Oportet igitur dicere, quod aliqua sunt plana & lineæ secundum esse & subiectum ab eis que sunt in solidis, siue cum solidis separatis: dicunt enim isti, quod aliqua simul sunt cum mathematicis solidis sicut composita cum ipsis: & alia sunt priora mathematicis solidis, sicut principia que, vt dicunt, secundum esse & subiectum priora sunt ipsis. Eadem autem ratione & harum superficierum que secundum esse separatae sunt a solidis, erunt lineæ principia, & ideo separatum esse habentes, & illis lineis, quia & ipse compositæ sunt ex indiuisibilibus lineis, vt dicunt: oportet esse alias priores lineas, & illis oportet esse priora puncta per eandem rationem: & his lineis indiuisibilibus oportet adhuc priora esse puncta separata esse habentia: quia, vt dicunt, principia illarum sunt puncta. Sed illis non amplius, vt dicunt, non sunt amplius priora puncta alia: quia illa sunt principia prima secundum opinionem istorum. Dicunt enim, quod si istis essent adhuc priora alia puncta, fieret absurda congeries & infinita: quia & eadem ratione & illa puncta & superficies & lineæ haberent alia se principiantia, & procederetur in infinitum, si semper puncti punctus, & lineæ lineæ, & superficies superficies esset principium. Prædicto autem modo accidit, quod solida quidem sunt vnica siue vnus generis, que sunt circa sensibilia, & illa que sunt in mathematicis: & sic sunt duo genera solidorum: & superficies que circa solida sunt, sunt in his solidis sensibilibus & mathematicis, que sunt similiter duo genera superficierum quibus vnus additur genus superficiei, quod est principium solidi. Et sic sunt tria genera superficierum vnum quidem quod est principium, & duo principiantia. Sed lineæ vere existentes sunt quaternarie: sunt enim sensibilibus & mathematicorum lineæ in solidis ipsis, & lineæ superficierum in ipsis superficiebus, & lineæ indiuisibiles que sunt

principia istarum, & lineæ indiuisibiles que sunt principia linearum indiuisibilium. Puncta autem secundum hoc accidunt esse quinaria, quorum primum est principium, & secundum est substantia lineæ indiuisibilis, & tertia substantia lineæ diuisibilis quam facit fluxu mobilis enim indiuisibilem, sicut dicunt isti, non facit fluxu, sed positione & contactu: quartum autem est non secundum se substantia, sed per lineam, cuius ipsum punctum substantia est: & est illud quod est in superficie totius: quintum autem est in superficie totius: quartum autem est non secundum se substantia corporis per hoc quod est substantia lineæ, & superficies. Et secundum istum modum solida secundum esse sunt duo, & superficies tres, & lineæ quatuor, & puncta quinque, ex quibus est esse quod est: nullus autem potest istorum puncta esse principia sensibilibus: quia licet corpora accidunt diuisio in infinitum, & etiam corpora mobili secundum quod est mobile tantum, tamen non accidunt corpori sensibili secundum quod est sensibile. Isti autem dicebant, quod ideo corpus diuiditur in infinitum: quia componitur ex infinitis punctis & superficiebus & lineis: & ideo sextum genus punctorum non addiderunt.

Sunt autem qui ista numerant secundum esse principiorum & principiantium, vt dictum est, & sic stant in dicto numero. Et sunt qui ista numerant secundum materiam, & isti dicunt ea esse infinita: quia sic linea componitur ex punctis infinitis. Et quidem prima via est Platonicis. Secunda autem Democriti. Nos autem ab his qui numerant ista secundum esse formale principiorum & principiantium queramus, circa que enumeratorum erunt scientia mathematica: non enim potest dici, quod scientia mathematica sint circa illa plana, & circa illas lineas, & circa illa puncta que sunt in solido immobili: omnis enim scientia, præcipue doctrinalis, que demonstratiua est, semper est circa ea que natura priora sunt inter ea de quibus est: sed sunt puncta & lineæ & superficies natura priora quam illa que sunt in solido immobili, & sunt illa que sunt principia ipsius solidi. Hoc autem est absurdum, quia nos scimus scientias mathematicas esse de his que sunt secundum esse in solido non modo mathematico, sed etiam sensibili: & si alia essent que secundum esse & subiectum differant ab istis, pro certo scientia mathematica essent de illis, & non de istis. Et eadem ratione est de numeris quos quidam istorum dicunt esse principia: secundum istos enim, vt diximus, puncta principiantur ex unitatibus: & sic quedam unitates que sunt principia punctorum, erunt secundum esse & subiectum separatum præter singula puncta: non essent enim substantia nisi haberent separatum esse & subiectum: & sic erant unitates separatum esse habentes præter singula entia singularia, siue sint sensibilia, sicut corruptibilia & mobilia, siue sint intellectuala, sicut mathematica: igitur diuisa essent genera mathematicorum numerorum, quod est iterum inconueniens: quia tota arithmetica est de his numeris que secundum esse sunt in sensibilibus & intelligibilibus.

Amplius queramus ab istis, quomodo contingit



tingit solvere ea quæ determinata sunt supra in huius sapientie libro tertio: ubi enim quæsimus, si tot, ut dictum est, sint genera mathematicorum circa quæ sit astrologia? Astrologiam enim videmus esse simul circa corpora sensibilia & mobilia quæ sunt caelestia, & etiam circa ea quæ sunt terrestria: quia cum cælum consideret & motum eius, non considerat ipsa nisi secundum quantitatem absolutam. Quomodo autem possibile est esse cælum, aut aliud quodcumque corpus quod motum habet præter hoc cælum & præter hoc corpus motum, circa quod sit astrologia, quæ, ut dicunt, non est de sensibili, sed de alio quod secundum esse & subiectum diuersum & separatum est ab isto? Similis autem questio est de scientia optica siue perspectiua, & scientia harmonica siue musica: istæ enim secundum ea quæ dicta sunt, cum sint scientiæ, non possunt esse de sensibilibus: cum tamen vox circa quam est harmonica, & visus circa quem perspectiua, non sunt nisi circa sensibilia & singularia: & cum sint circa sensibilia & singularia, tunc palam est, quod oportet eos dicere, quod sunt alij sensus & alia sensibilia secundum esse quam ista: & tunc queremus, quid magis habent illa singularia & illi sensus quam ista singularia & isti sensus? & si non potest inueniri, tunc oportet, quod etiam animalia concedantur eadem esse illa & ista: & tunc sequitur, quod illa & illi sensus sint idem cum istis. Igitur & harmonica & perspectiua sunt circa illa, & similiter alie scientiæ mathematici.

Amplius autem à mathematicis describuntur quædam quantitates in figuris, & describuntur vniuersaliter, ita quod quicquid demonstratur de illis, vniuersaliter demonstratum est de omni quantitate consimili: quia igitur omne vniuersale abstrahit ab hoc & ab illo. Iste sunt quædam quantitates mediæ, quæ sunt secundum esse in istis & in illis, & in omnibus aliis, licet secundum rationem abstrahant ab omnibus. Si ergo omnia quæcumque in abstractione accipiuntur, sunt substantiæ, tunc etiam ista sic descripta erunt quædam substantiæ mediæ, quæ secundum rationem separata est ab idealibus primis substantiis, & à mathematicis quæ illi mediæ dicebant esse inter sensibilia & ideas: & hæc substantia sic descripta erit nec numerus, nec puncta, nec mensuræ, nec tempus, nec aliqua quantitas mathematica vel sensibilis: & totum habebit esse secundum istos: quia, ut dicebant, esse quod est separatum secundum rationem, est separatum secundum esse. Hoc autem est impossibile: quia hoc dato, pro certo iterum fieret abstractio vniuersalis ab illo: quia ab omni eo quod habet esse separatum secundum subiectum, fit vniuersalis abstractio. Si autem hoc est impossibile, quod sic vniuersaliter descripta habeant esse separatum, tunc eadem ratione palam est, quia impossibile est etiam ea quæ mathematica esse dicuntur, secundum esse separata esse à sensibilibus, sed potius totaliter siue vniuersaliter contingit per consequentiam contrarium veri & contrarium eis quod consuevit sumi suscipere in philosophia: si quis ponat sic esse ipsa mathematica, ut separata quædam sint substantiæ

vel naturæ quæ esse & subiecto diuersæ sint à sensibilibus: quia sicut diximus, si sic sint ista mathematica, necesse est, quod sint priora sensibilibus mensuris, non solum secundum rationem, sed etiam secundum esse, & substantiam, & tempus: & secundum veritatem sunt de contrariis posteriores eis generatione, & secundum esse & tempus: nam sicut diximus in fine primi physicorum, imperfecta mensura quæ determinat materiam, generatione quidem prior est, & substantia generata sensibilis est posterior, sicut inanimatum prius est generatione animato, & sicut potentia prior est actu: sed perfecta & determinata mensura & figura generatione est posterior.

Amplius cui & quando erunt vnum mathematica mensuræ? oportet enim quod si principiant generatum sensibile, quod etiam faciant ipsum actu vnum & non multa, sicut determinatum est in antecedentibus istius sapientie libris. 7. & 8. & hoc quidem non videtur conuenire mensuris mathematicis, quæ illi substantiæ dicunt esse sensibilia: quia vna quæ sunt hæc in sensibilibus, sunt vna forma & actus, sicut vna anima quæ est perfecta anima, aut vna pars anime, quæ non est perfecta anima, sed pars partis anime, aut vna alicui alij rationabili formæ quæ facit vnum. Sin autem non sic fiat vnum, tunc sunt multa congregata & dissoluuntur in ea ex quibus congregata sunt. Queramus igitur ab istis, cum illa mathematica quæ dicunt esse substantias sint diuisibilia, & quanta ex infinitis congregata, quæ sit causa quod sint vnum, & quod accidit eis vnitas qua vnum faciat id cuius ipsa dicuntur esse substantia & principia: non enim poterit huiusmodi causa rationabilis assignari.

Amplius hoc idem generationes ostendunt. Si enim generationes sensibilibus perfectorum consideramus, quæ sunt animata, primum quod in generatione est secundum diametrum quæ est in longum supra & infra ex eodem procedente spiritu sanguinem & sperma, & deinde fit generatio in latum ad dextrum & ad sinistram, & postremo fit distributio generati in profundum ab ante & retro: & tunc dimensio generati habet finem. Si ergo quod generatione est prius, est substantia posterius, & de conuerso, sicut ostentum est in nono huius sapientie libro, corpus quod est secundum diametrum in profundum acceptum, erit prius substantia quam planum & longum: & ideo etiam secundum dimensionem profundi erit perfectum & totum: vel, ut magis physice loquamur, sic erit animatum & habens esse singularis generati. Et ideo etiam principium vite secundum profundum est quod est cor in medio profundi positum inter ante & retro. Sed longitudo quæ est linea, quomodo dicitur animata, ut principium vite sit secundum ipsam: aut quomodo dicitur superficies quæ principium est latitudinis, animata ut secundum ipsam sit principium vite? Hoc enim axioma siue dignitas quam illi dicunt communem siue conceptionem esse, est supra sensus nostros: nos enim videmus sensibilibus, quod anima quæ dat esse & facit vnum, est secundum dimensionem corpoream quæ est profundum, & non secundum

dum dimensionem longitudinis & latitudinis: igitur longitudo & latitudo non sunt substantiæ. & principia corporis sensibilis perfecti secundum generationem: lapides enim & metalla & huius sensibilia sunt perfecta coagulatione, & non sunt perfecte formata & natura. Et ideo in his non ita expresse videtur, quod dimensiones mathematicæ non sunt principia & substantiæ sensibilis substantiæ.

Amplius secundum istos corpus mathematicum quædam est substantia: eod quod iam habet perfectum esse, ut dicunt. Similiter autem & lineæ sunt substantiæ quædam. Dicant enim isti, quod sunt sicut formæ & species quædam: ergo linea se habet ad ea quorum est linea, sicut anima quæ est actus animarum: linea enim non habet se ad ea in quibus est velut materia & corpus: nihil enim constituitur materialiter ex lineis & superficiebus inter substantias sensibiles; nec etiam ex punctis videtur aliquid constitui, quod sit potens potentia materiali. Si autem essent hæc aliqua substantia materialis, tunc videretur, quod patenter & susciperent talem materiam potentiam cuius perfectio esset actus, & subicerentur generationi. Cum autem nihil horum patiantur lineæ & superficies & puncta ut sint substantiæ, ut isti dicunt, oportet quod sint formæ sicut anima. Si autem sic se habent, tunc oportet, quod sint priora secundum rationem. Sed oportet nos distinguere inter ea quæ sunt ratione priora, quod etiam secundum substantiam sint priora: quæcumque enim aliquis non supponit esse separata, possunt esse ratione priora & non substantia: sunt enim talia ratione consecutionis priora, & non ratione diffinitiuæ: & ideo sunt ratione priora in quantum sunt rationes ex rationibus siue rationibus quibusdam sumptis. Quæcumque autem tali ratione sunt priora, non existunt simpliciter secundum naturam, sed vnum est prius altero. Et huius exemplum est: quia si dicamus, sicut & verum est, quia nulla passiones siue accidentia habent esse præter substantias, sicut est motus: & album quod semper est in substantia, tunc scimus, quod secundum rationem consequente albo homine prius est album: quia sequitur, quod si albus homo est, quod album est, & non conuertitur: tamen album non est prius secundum substantiam quam homo albus, quia si prius esset secundum substantiam, tunc oportet, quod haberet esse separatum sicut substantia: non autem est separata passio aliqua, sed semper est cum integro, composito videlicet quod est subiectum eius. Integrum hoc vocetur totum congregatum, sicut est homo albus. Patet igitur, quod non hoc est generaliter verum quod dicunt isti, quod vnum quod sit ex ablatione se habens ad alterum, sit prius illo secundum substantiam: nec de conuerso generaliter est verum, quod vnum quod se habet ad alterum ex additione, sit posterius: ideo enim punctum dicebant esse prius linea, & lineam prius superficie, & superficiem prius corpore: quia punctus ex ablatione se habet ad lineam, & linea ad superficiem, sit posterius: ideo enim corpus autem ex additione ad superficiem, & superficies ad lineam, & linea ad punctum: albus enim homo dicitur ex additione albi, &

tamen album non est prius albo homine, nec homo albus posterius est albo: igitur à simili sequitur, quod puncta & lineæ & superficies sint magis substantiæ quam corpora, propterea quod ex ablatione se habent ad illud: nec sequitur ista mathematica priores esse substantiis istis sensibilibus, propterea quod ista ex additio se habent ad illam: prioritas enim illa non est substantiæ, sed rationis qua totum congregatum ponit partem, & non conuertitur. Dicitur est igitur à nobis sufficienter, quod mathematica separata à sensibilibus non possunt esse alibi.

## CAPVT III.

*Et est conclusio ex inductis quale esse habeant mathematica, & quod non sint principia sensibilium substantiarum, & qualiter rationes & demonstrationes sunt de ipsis.*

Si autem exempla sensibilia non possunt esse in philosophia, nec etiam in sensibilibus ipsis conueniunt, ut supra. Illi dicunt, palam est, quia alterum oportet dicere, quod videlicet totaliter aut non sunt, sicut ea quæ nihil sunt: aut oportet dicere, quod sunt quodam modo, ita quod secundum esse in sensibilibus sunt, & secundum rationem distinctionis sunt separata, sicut ea quæ in sua distinctione non concipiunt materiam sensibilem: & hæc est veritas: & ideo non sunt principia. Unde non est dicendum, quod simpliciter sunt: quia non sunt simpliciter, nisi quæ esse & subiecto sunt separata: dicitur enim esse multipliciter: & ideo ista dicimus esse sicut esse dicitur vniuersalia in mathematicis quæ considerantur non concepta cum materia sensibili: sunt enim illa de separatis à materia sensibili: quæ quantitates continuas & discretas, quæ sunt mensuræ & numeri. Sunt autem de his quæ diximus non in quantum sunt talia qualia sunt illa quibus conuenit habere mensuram: quia sic essent subiecta & substantiæ mensurate: nec etiam illa quæ sunt de numeris, non de eis ut de quibusdam diuisibilibus, quia illa sunt numerata in quibus diuisio est causa numeri, & sunt substantiæ diuise numerate: sed potius est ipsa mathematica de numero quo numeramus non concepto cum diuisis vel diuisibilibus numeratis. Si autem sic est, quod scientia est de mensura id quod habet mensuram, & est de numero non concernendo diuisum vel diuisibile quod numeratur, tunc etiam contingit de sensibilibus mensuris esse rationes distinctas & demonstrationes, non in quantum sunt sensibilia, sed in quantum sunt talia, hoc est, mensuræ & numeri: sic enim de sensibilibus non in quantum sunt sensibilia, sed in quantum sunt mota solum, multæ sunt rationes, quæ non conueniunt sensibili in quantum est sensibile, sicut in sexto physicorum ostendimus: & illæ rationes sunt extra vnum quodque talium sensibilium, & sunt extra ea quæ accidunt sensibili in quantum sensibile: quia sunt de mobili tantum in quantum

*Nota hic qualiter multa rationes in physicis si*



in quantum est mobile, præterquam quod con-  
ternatur de forma sensibilis: & tamen non  
oportet, quod mobile propter hoc sit secundum  
esse & subiectum separatum à sensibilibus, aut  
etiam motus: quia etiam de motu sunt multæ  
rationes quæ conveniunt ei in quantum est actus  
mobilis, & non conveniunt ei in quantum est  
actus sensibilis. Nec oportet propter hoc quod  
motus habeat esse separatum à sensibilibus, aut  
non est extra sensibilia, quod sit quædam distin-  
cta, & determinata natura in sensibilibus quæ  
non habeat esse in ipsis nisi sicut in loco: sic  
enim etiam in his quæ moventur, sunt varieg-  
atæ rationes scientiæ quæ non sunt mota: sed  
sunt de ipsis in quantum sunt corpora: & sic ite-  
rum sunt rationes sic de ipsis in quantum super-  
ficies sunt solum, & in quantum sunt longitu-  
dines solum, & in quantum sunt puncta solum,  
quæ sunt indivisibilia positionem habentia: &  
sic hoc modo rationes de multis in quantum  
sunt indivisibilia solum abstracta posuit, sicut  
indivisibilis est unitas.

Igitur sic considerare res non est dicere, quod  
simpliciter sunt, sed potius non solum separa-  
bilia esse dicimus, hoc modo quod considera-  
mus ea non concepta, sed etiam hoc modo pos-  
sunt esse inseparabilia quæ concepta sunt cum  
materia per hunc modum, sicut consideramus  
multa non mota & mathematica, quæ tamen  
secundum esse sunt separata à sensibilibus: igitur  
ex hoc non sequitur, quod talia simpliciter ve-  
rum sit dicere separata esse à sensibilibus, & quod  
taliam sint qualia illi esse dicant, quod videlicet  
sunt subiecto & esse à sensibilibus distincta: &  
quemadmodum alias scientiæ à mathematicis  
simpliciter est verum dicere esse huius sive de  
hoc in quantum de hoc est, & propter hoc sunt  
eius quod accidit illi prout dicimus communi-  
ter accidens, licet tamen subiectum illius scienti-  
æ & accidens non sint esse separata, sicut si  
dicamus, quia est album de quo est scientia, si  
id quod est sanum est album, tamen scientia est  
de sano in quantum est sanum, non consideran-  
do album, quamvis secundum esse non separatur  
album à sano: aut etiam scientia est illius sub-  
iecti de quo est in quantum est cuiuslibet subie-  
cti scientia, ut si sani est scientia, considerat  
sanum in quantum est sanum, separata conside-  
ratione ab his quæ sunt communiter & non  
proprie accidentia sano. Si igitur scientia homi-  
nis est de homine in quantum est homo, nec  
propter hoc hominem habere esse separatum à  
sensibilibus, tunc etiam geometriam conveniens  
est sic esse de mensuris in quantum mensuræ sunt,  
ita quod non propter hoc habeant esse separa-  
tum à sensibilibus: tamen si sicut est scientia  
hominis in quantum homo est, sic ergo geometriam  
scientiam accideret esse eorum quorum  
est, tunc non esset mathematica: quia tunc ac-  
cideret sensibilia ea esse, quorum est ut proprie-  
tatem subiectorum: sed illa non sunt sensibilia,  
licet esse habeant in sensibilibus: ergo scientiæ  
mathematicæ non sunt sensibilia: non tamen  
proprie sequitur, quod sint de aliis secundum  
esse à sensibilibus separatis. Multa verò accidunt  
rebus secundum esse & secundum ipsum sine per-  
te, quæ sunt sicut accidentia per se sine aliis quæ  
in definitione sua concipiunt: ita possunt con-

siderari & potest esse scientia de ipsis in quan-  
tum vnumquodque talium existit secundum  
seipsum: quoniam & animal consideratur in-  
quantum est femininum, & in quantum est  
masculinum: ista equidem animalis proprie-  
tates sunt passionis: & tamen licet ista secundum se  
considerentur, non est aliquid separatum à  
sensibilibus quod sit masculinum & femini-  
num: igitur etiam de mensuris est hoc modo  
consideratio in quantum sunt longitudines so-  
lum, & in quantum superficies: & ideo non  
oportet ut sit aliquid talium secundum esse à  
sensibilibus separatum: id autem quod sic con-  
sideratur, tanto magis habet certiore scien-  
tiam, quanto ipsum fuerit plus de prioribus &  
simplicioribus: quia id quod est omnium pri-  
mum, est simplex, & ideo per se motum: quia  
non habet per quod insitescat, nisi per seipsum:  
si enim haberet aliquid ante se essenziale, iam  
non esset simplex. Et ideo ea quæ accipiuntur  
sine mensura, quantitate non determinata, sicut  
divina per sola principia substantiæ accepta, certi-  
ora sunt in se & simpliciora quam ea quæ con-  
cipiuntur cum mensura, & quantitatis habent  
determinationem: & maxime sunt certa & sim-  
plicia quæ sine motu accipiuntur, sicut substan-  
tiæ primæ. Sed si consideramus motum, tunc  
maxime certum & simplicem constare esse pri-  
mum motum, qui est localis: hic enim est sim-  
plissimus motuum, sicut in vndecimo huius  
sapientiæ libro ostensum est. Istius autem ge-  
neris motus simplicissimus est motus primus,  
in quantum est æqualis & vniiformis, totus de  
actu ad actum existens ex parte moventis & eius  
quod movetur. Nec fuit eadem ratio, sicut obii-  
ciebatur de harmoniis musicis, & de optica sive  
perspectiva: neutra enim harum speculatur in-  
quantum visus, aut in quantum est vox ipsum  
sensibile quod speculatur: sed utraque specula-  
tur id sensibile quod speculatur in quantum nu-  
meri quidem, sicut musica, & in quantum lineæ,  
sicut optica sive perspectiva: & hoc quidem  
numeri videlicet & lineæ sunt proprie quidem  
passiones illorum sensibilium, qui sunt vox &  
visus: & similiter alia mathematica sunt sensi-  
bilium passionis, & omnia habent talem sepa-  
ratam considerationem si quis sit talia ponens sepa-  
rata à sensibilibus, & sic intendat aliquid de  
his in quantum sunt talia: & nihil mentitur pro-  
pter hoc falsum aliquid penitus non dicens: si-  
cut nec mentitur falsum dicens, quando figuras  
mathematicas describit in terra, & dicit lineam  
esse bipedalem, quæ forte monopodalis est vel  
breuior. Non enim est falsitas in talibus propor-  
tionibus quæ ad rem secundum esse rei non re-  
feruntur. Optime enim sic speculabitur vnum-  
quodque si quis separans vnumquodque per  
considerationem, ponat non separatum vnum-  
quodque secundum esse: quia si considerat na-  
turam eius in quantum est ipsam, non concen-  
tando sibi aliquid alienum. Et talem considera-  
tionem facit arithmeticus in numeris, & geo-  
metri in continuis. Si enim accipiamus cælum  
hoc sensibile in quantum est cælum, pro certo  
ipsum est vnum indivisibile per formam sub-  
stantiæ suæ. Quia autem sic positum est esse  
vnum indivisibile, deinde aliquis sicut physicus  
speculatus est cælum in quantum est indivisibile,  
&

& multa hoc modo demonstrat de ipso: sed  
geometer nec speculatur ipsum in quantum est  
cælum, nec in quantum est indivisibile, sed in-  
quantum est solidum continuum: & hæc qui-  
dem inessent ei etiam si non poneretur esse cælum  
& indivisibile: adhuc enim esset solidum  
continuum. Palam igitur est, quia contingit  
cælo inesse posse solidum continuum sine cælo  
& indivisibili, ita quod natura cælestis eius &  
indivisibilitatis eius non consideratur: & ideo  
geometer recte dicitur, & de his quæ sunt verè  
entia disputant: hæc enim quæ considerant, ve-  
rè sunt entia. Sicut enim in ante habitis deter-  
minatum est, ens dicitur dupliciter, de ente en-  
delectia sive acta, & de ente potestate: & ideo  
taliam qualia mathematici considerant, sunt po-  
testate in entibus sensibilibus verè scientiæ ipso-  
rum sunt de entibus. Et ideo sicut supra docui-  
mus in primo & in sexto huius philosophiæ li-  
bris, sunt de numero scientiarum theoretica-  
rum.

CAPVT IV.

Qualiter mathematica scientia considerans  
bonum & agathon, quod est species &  
ordo & commensuratio & de-  
terminatum esse.

In Philo-  
sopho ubi  
supra.

Hoc etiam modo non est inconueniens di-  
cere, quod mathematicus considerat id  
quod est bonum. Quod enim Græci vocant aga-  
thon, & Latine sonat bonum, valde diuersum  
est in diuersis, & non vnius generis & rationis:  
bonum enim secundum sui aliquam rationem  
semper est in actu, sive in opere, sicut bonum  
virtutis & artis. Aliud autem secundum aliam  
rationem, bonum est in his etiam quæ sunt  
immobilia. Dicentes ergo, quod mathematica  
scientia non dicit aliquo modo de bono, aut  
agathon, mentiuntur: maxime enim dicunt, &  
ostendunt bonum mathematicæ scientiæ: non  
enim sequitur, quod non ostendant bonum si  
non nominant ipsum in propositionibus & ra-  
tionibus eorum ostendunt id quod est bonum,  
quamvis non ipso nomine boni: ea enim quæ  
maxime sunt boni differentia, sunt species, &  
ordo, & commensuratio, & determinatum esse,  
sive determinatio: & hoc maxime ostendunt  
mathematicæ scientiæ. Quia igitur hæc quæ  
dicta sunt, videntur esse causæ finales multo-  
rum, palam est, quia scientiæ mathematicæ  
talem causam dicunt quæ est finalis: & dicunt  
eam quæ est causa ut bonum per aliquem mo-  
dum; quamvis non dicant ut finem & in ratio-  
nem boni: & ideo hæc magis notæ & certæ di-  
cuntur, quando aliter dicimus de ipsis osten-  
dentes physicè vel metaphysicè, quod hæc sunt  
fines vltimos quem intendit efficiens, & ad quem  
peruenit motus eius: species enim vniuersali-  
tate est dupliciter, in esse videlicet & in hoc quod  
est esse consequens ex parte materiæ. Secun-  
dum esse autem species accepta forma est, quæ  
dat esse, & hanc scientiæ mathematicæ non con-  
siderat. Proprium autem & proximum conse-

Et quæ in  
maximè  
boni differe-  
ntia sunt  
species, or-  
do, & de-  
terminatum  
esse.

Species v-  
niuersalis  
quæ dicitur

D. Alberti Mag. Metaphy.

quens ex parte materiæ quod sequitur esse for-  
mæ substantialis, est propria forma sive circa  
aliquid constans figura: & hæc quidem aut est  
regularis, aut irregularis: & regulares quidem  
considerat mathematicus, quamvis non consi-  
derat eas prout sunt termini physicorum corpo-  
rum & bonum ipsorum. Eodem autem modo  
ordo dupliciter consideratur: est enim ordo prin-  
cipiorum ad perfectionem principiarum conue-  
nientium, & hæc est pars boni & agathon: &  
est ordo mensuræ in & figurarum partium in  
toto & in comparatione ad formam, sicut di-  
cimus, quod tibia dantur tibicinis, & do-  
brum huius figuræ datur archirecto, & simili-  
ter rotunda figura visui, & oblonga triangula-  
ris odorati, sicut nos in libris animalium de-  
terminauimus. Et hoc est bonum quod secun-  
dum id quod est considerat mathematicus: non  
tamen in ratione illa in qua est bonum: necesse  
enim; quod ordo sit in figuris partium mundi  
maioris & minoris. Similiter autem dicendum  
est de commensuratione: oportet enim princi-  
pia non tantum secundum virtutes, sed etiam  
secundum dimensiones in quadam commensu-  
ratione constituere id quod constituunt: & istam  
commensurationem secundum id quod est, con-  
siderat scientiæ mathematicæ: sed tamen non  
considerat eam secundum quod est huius vel  
illius: & ideo non considerat eam in boni ra-  
tione. Idem autem est de eo quod dicitur deter-  
minatum. Sunt enim termini esse & termini  
quantæ & perfecti: & terminos quidem esse col-  
ligit definitio: terminos autem quanti ad per-  
fectam quantitatem deducti secundum quod  
quantitates sunt, considerat mathematicus: se-  
cundum autem quod sunt termini huius vel il-  
lius secundum augmentum naturale sibi debiti,  
considerat physicus: & sic mathematicus consi-  
derat id quod est bonum & agathon, non au-  
tem in ratione agathon.

Documen-  
tum.

Est autem hoc non prætereundum, quod tria  
de supra nominatis sunt vnum bonum: & quartum  
dicit illius boni perfectum & completum:  
nihil enim est verè ens nisi substantia:  
nec substantia esse potest nisi sit simplex vel  
composita: & si quidem est composita, tunc  
bonum eius consistit in specie formæ & com-  
mensuratione quæ refertur ad potentias proprie  
materiæ, ut non solum potentia materiæ sit  
commensurata formæ, sed etiam partiales po-  
tentia partium materiæ commensurantur vni-  
bus & aliis formæ. Ordo autem consistit in  
ordine productionis vnius de alio tam in toto  
quam in partibus. Si autem est substantia sim-  
plex, tunc adhuc ipsa est principium substan-  
tiæ: & sic speciem habet secundum respectum  
formæ, & commensurationem secundum respec-  
tum potentia quæ potest in hoc cuius ipsa est  
principium, ut nec excellat nec excollatur: &  
ordinem habet in agendo id cuius est princi-  
pium, & ipsum & partes eius. Si autem est  
accidens, tunc quidem potius est esse quam ens:  
& secundum hoc habet hæc tria, ita quod spe-  
cies est in natura sua: & commensuratio atten-  
ditur in comparatione ad potentias sui iecti, ex  
quibus causatur & ordo & esse: quia est de con-  
sequentiis, sicut patet cuilibet qui bene con-  
siderat naturam accidentis, secundum quod in

M in septimo



Septimo huius philosophiæ libro est determinata. Sunt autem hæc & in mobilibus substantiis: & tunc species refertur ad bonum essentielle & intellectuale quo præfulgent: & commentariis attenditur ad potentiam qua mouetur: & ordo secundum quem ut causæ antecedunt omnia alia: hæc tamen non sunt de proposito. Tot igitur: & tanta dicta sunt à nobis de mathematicis: quia videlicet sunt entia & quomodo sunt entia, & quomodo priora sunt aliis, & quomodo non sunt priora, sed posteriora existentia: & sic dictum est de una parte opinionis superius indita.

## CAPVT V.

De explanatione opinionis eorum qui ponebant ideas, & in qua differant à Socrate & Pythagoricis

*In Philo-  
sophia ca.  
2. ibi: De  
ideis autem  
etc.*

Secunda autem pars à principio positæ opinionis est de ideis: de ideis autem disputare volentes, oportet nos primum perquirere eam opinionem quæ est secundum ideam, ita quod ideam simpliciter consideremus, non copulantes eam ad naturam numerorum: sic enim ordinatum erit disputatio, & postea de numeris idealibus disputabimus. Accipiamus igitur ideas in eadem acceptione in qua suscipiunt ideas illi qui à principio ideas esse dixerunt. Dicamus igitur, quod opinio de ideis siue speciebus accidit his qui posuerunt eas hac de causa: quia positus ideis sit fides & certitudo de veritate scientiarum sententibus Heracliticis, qui probabant nihil sciri de veritate, nec aliquid esse verum: eò quod omnia sensibilia semper transiunt: & idcirco sicut obiecit Heraclitus, si scientia est prudentia concepta de re aliqua, oportet quod quedam natura sit diuersa à sensibilibus quæ sunt manentes vno modo: eò quod scientia non est de numero transitoriorum, sed permanentium: & oportet, quod illa natura permanens sit naturæ transitoriorum, & tamen secundum esse sit distincta ab esse eius: quia aliter transiret sicut sensibilia.

*Ex aliter  
opinio  
de artem  
Socrate  
Pythagorice*

Isti autem qui hac de causa ideas esse dixerunt, primo inducti sunt ad hoc à Socrate. Socrates verò versans philosophando circa ethicas siue morales virtutes, & de his volens diffinire vniuersaliter, eò quod vidit particularia diffinire non posse, direxit istos qui ideas posuerunt, ad vniuersalis considerationem: tamen Socrates à principio suæ philosophiæ est parum philosophatus: eò quod ibi tangendo solum diffinit quid calidum & quid frigidum vniuersali diffinitione. Pythagorici autem prius ante Socratem vniuersales dederant diffinitiones de quibusdam paucis, quorum tamen rationes diffinitivas ad numeros redxerunt: eò quod principia omnium dicebant esse numerum: diffiniebant quidem sic, quid est tempus, dicentes tempus esse numerum actionum vel motuum: & diffiniebant sic, quid est iustum, dicentes iustum esse æquale & par pluris & paucioris in damno & lucro. Vnde etiam iste Pythagoras, si-

cut & Socrates, sanius & verius inquisiuit quid est, quam illi qui ideas inuenerunt. Quia nec Socrates vniuersale nec Pythagoras numeros potuit esse separato esse distincta & æterna. Syllogistice ergo vte: que illorum quæ sunt quid est: eò quod principium omnium syllogismorum qui verè syllogismi sunt & probantes & inferentes, est diffinitio dicens quid est per rationem diffinitiuam. Illa enim diffinitio est medium syllogismi, qui est propter quid: dialectica enim virtus tota in medium est, quod est diffinitio quid erat esse dicens. Sic autem isti vtebantur vniuersalis diffinitione, ut possent intendi & accipi per intellectum ab eis etiam contraria eorum quæ diffinita erant abique diffinitione: quia diffinitio vno contrariorum scitur diffinitio alterius: & illud contrarium quod est sicut habitas, est index tui & sui oppositi: & ista & non alia est scientia contrariorum.

*Quid So-  
crati in  
differendo  
peculiaris  
fuerit.*

Numero namque sunt quæ aliquis iuste reddet Socrati tanquam particulari sub vniuersali diffinitio reducens: reddet autem per exactas & inductas rationes similitum, & eodem modo vnum vniuersale respicientium: & sic diffinire vniuersaliter docuit Socrates, & sanius quam illi qui formas esse dixerunt separatim existentes, sub quibus particularia colligi non possunt exactius & inductius rationibus. Ea namque ambo sunt circa principium scientiæ, tam inductio quam vniuersalis diffinitio. Sed Socrates quidem fecit vniuersalia separabilia à particularibus: quia aliter scientia non esset de ipsis. Et hoc ideo fecit quia vniuersalia vidit esse naturas communicabiles multis, & communicabile & incommunicabile quod est particulare non sunt idem: & tamen hæc non sic dixit esse separata, sicut separata sunt quæ subiecto & loco sunt distincta: diffinitiones autem quæ non naturas, vel essentias, sed esse dicunt, dixit Socrates non esse separatas: quia esse nunquam potest esse separatum ab eo cuius est esse.

Alij autem qui ideas ponunt, separauerunt vtrumque ab eis quæ sunt, & appellauerunt ipsa ideas. Ratio autem & nominis & separationis istius à nobis est composita in huius philosophiæ libro primo: & propter hoc per syllogismum accidit eis, quod ferè omnium sint ideas quæcunque dicuntur vniuersaliter, ita quod vniuersalis natura est in eis. Et dico ferè propter artificiatas, quæ licet vniuersaliter dicantur, tamē ideas non habent, sicut dictum est alibi: eò quod per se esse non possunt: & oportet dicere, quod omnia secundum vnam similitudinem habent ideas, quæ vniuersalis in se habent naturam, ita ut sicut in primo huius philosophiæ libro diximus, si quis numerare volens entia sensibilia, & putet numerare ea per ideas, minus quidem, vel pauciores entes quam sunt ipsa sensibilia, putet non se ea numerare non posse: eò quod pauciora non numerant plura. Sed si plus secundum numerum faciat ideas quam sensibilia, numeret: eò quod maior numerus includet minorem. Dicunt enim isti, quod sensibilibus substantiarum sunt plures species, ut sic dicatur, quam sint ipsæ: quia sensibilibus substantiis habet ideam speciei & generis, & generis subalterni: & generis generalissimi, & ideam differentie, quæ sunt plures ideas quam sint substantiæ sensibiles.

Quærentes

Quærentes enim causas sensibilibus substantiarum perueniunt ex his quæ sensibilia sunt, illic, ad ideas videlicet insensibiles. Quælibet enim substantiarum illarum æquiuoca est ad plures illarum quæ ibi sunt, sicut diximus: & quælibet idearum est circa substantias multarum aliarum sensibilibus, quæ idealis substantia vnus est in multis tam specie quam genere & differentia. Ita enim communitas, quæ vna substantia est in multis, æquiuocè est tam in his quæ sensibilia sunt, quam etiam in sempiternis, in quibus vna prædicatur de multis. Dico autem æquiuocè: quia ex quo secundum esse diuisum & separatam & prædicatam à subiecto, non potest prædicari de ipso nisi æquiuocè. Hæc igitur est opinio de deis. Rationes autem huiusmodi opinionis posite sunt à nobis in huius philosophiæ libro primo, & similiter rationes quæ sunt contra hanc positionem: & ideo hic breuiter pertranscendam est de ipsis.

CAPVT VI

*Est disputatio contra eos qui ponunt ideas esse eadem quæ posite sunt in libro primo philosophiæ huius.*

In Philo-  
sopho ubi  
supra.

**A**mplius autem sicut & in primo huius philosophiæ libro diximus, secundum eodem modis quibus ostenditur, quod species sunt siue ideas, secundum nullum eorum videtur quod sint: ex quibusdam enim non potest fieri integrum: quia intrare in compositionem cum aliis non possunt. Ex quibusdam vero fieri potest: quia componibilia sunt, sed non sunt talia quæ illi putant esse: sicut illi enim dicunt esse propter rationes quæ sumuntur ex scientiis, species & ideas erunt omnium eorum quorumcumque sunt scientiæ: & erunt species secundum hoc vniuersale quod est vnum in multis in affirmationibus & negationibus secundum compositionem & diuisionem, secundum quas fit syllogismus defectus, quæ fit in integro secundum quod aliqua affirmantur vel negantur ab ipso: sed secundum quod aliquid intelligitur vel intenditur corrumpi, oportet esse formam corruptibilem; phantasma enim est apparens forma, secundum quam aliquid intelligitur corrumpi: omne enim quod intelligitur, per formam aliquam intelligitur: oportet ergo, quod sit aliqua forma corruptionis, ex qua componitur integrum siue compositum illud quod corrumpitur.

Amplius autem quadam rationum quas certissimas reputant, faciunt substantiam quam ideam dicunt, esse ad aliquid, ita quod quomodo non sit ad aliquid hoc ipsum quod est, tamen est eum comparatione ad aliquid: quia idea dicitur ad ideatum: hoc autem non competit incorruptibili substantiæ, quam solum dicunt esse secundum se: illa enim non debet secundum comparationem dependere ad aliquid: alie autem rationes, quæ etiam certissimarum sunt secundum eos, tertium esse dicunt hominem, sicut in ante habitis diximus. Totaliter etiam illi po-

*D. Albr. Mag. Metaph.*

nentres ideas, auferunt suas rationes, & destruant eas, & specialiter principales, quas inter omnes magis volunt esse illi qui dicunt ideas esse per hoc quod ponunt ideas esse quendam numerum: ex dicto enim illo sequitur, quod dualitas siue binarius mathematicus non sit primus numerus: & sequitur, quod binarius non sit hoc aliquid, & quod non sit secundum se siue substantia, sed sit aliquid: & ut vniuersaliter dicatur, omnia illa sequuntur ex dicto illo quæcumque aliqui qui aduersantur positioni illi de principiis per syllogismum sequi faciunt contra istam opinionem: quia si idea æquali nomine dicitur causa eius cuius est idea, & est principium eius secundum esse, oportet quod ipsa idea dualitatis sit prima dualitas, & sit ante dualitatem & mathematicam quæ numeramus ista sensibilia: & sic alicuius idea & non absolute dicta: & hæc omnia late exposita sunt in præhabitis.

Amplius secundum illam susceptionem siue conceptionem intellectus secundum quam auctor huius opinionis dicit ideas, oportet quod ipsæ ideas sint species siue forme: & quia vniuersales dicit, oportet quod sint forme diuersorum abinueniem, quæ multa sunt potentia vel actu: & oportet, quod sint forme diuersorum abinueniem, quæ multa sunt potentia vel actu: & oportet, quod sint omnium illorum de quibus est vna vniuersalis acceptio: & sic erunt etiam accidentium. Intellectus autem enim vna communis non solum est substantiarum, sed etiam non substantiarum: hæc est decisio, quod idea accidentis sit forma per se existens, & accidens non sit per se: & tamen oportet, quod secundum istos sic dicatur: quia scientia propter quas ponuntur ideas, non sunt solum substantiarum, sed etiam accidentium. Sequuntur autem contra istam positionem etiam alia talia mille inconuenientia.

Si autem consideremus simul id quod est necessarium secundum esse, & quod etiam sequitur ex positione talis opinionis, ut simul ex natura rei & hypothetis disputemus, tunc tam ex parte rei quam ex parte positionis oportet, quod ideas sint participabiles ab his quorum sunt sicut forme substantiales: & secundum hoc non possunt esse ideas nisi substantiarum solum: forma enim per se existens secundum esse & intellectum non potest esse forma accidentis: & ideo non potest esse, quod ideas secundum accidens aliquod sensibile participentur: sed oportet, quod singula participent naturam istam inquantum de subiecto aliquo dicuntur. Dico autem explanando hoc: ut si quid est duplum per se existens quod est idea dupli, hoc non potest participari ab eis quod est accidens: & sic duplum in numeris non est accidens. Similiter autem scientia erit species siue idea quædam per se existens, & non erit accidens. Hæc vero ideas quas ponunt illi, significant substantiam quæ est hoc sensibilibus apud nos: quia dicunt eas esse naturas & substantias istarum substantiarum: & si quid fuerint illis ubi ponuntur esse de numero separatorum, ibi significant videri aliquid esse præter eas, quod sit vnum in multis & de multis, sicut vniuersale: hoc enim quod est sicut vnum in multis, præter eas est: quia non potest esse separatam ab eis in quibus & de

Mm 2 quibus



quibus est. Adhuc si species sue idea est aliquid per se, tunc oportet, quod sit subiectum: & oportet tunc, quod aliquid sit communitas secundum unam naturam in vtriusque existentia, & ideis & participantibus ideis. Quod autem hoc sequatur, patet ex hoc: quia non potest assignari ratio: quare magis unum commune predicatum quod est dualitas, sit commune multis dualitatibus & diversis, sed incorruptibilibus quarum una non est alia, quam commune predicatum species æquiuoca: hoc enim æquali nomine predicata de illis quasi predicatum commune dicitur de dualitate corruptibili & incorruptibili.

Si enim dicat aliquis, quod nomine predicatur & non secundum naturam participatam aliquam, tunc esset talis predicatio ac si quis diceret Calliam stiracem ligneam esse hominem, nullam naturam communitatem respiciens istorum: hoc autem non dicunt istius positionis auctores: & si via ratione predicatur dualitas de incorruptibili & corruptibili, tunc sequitur, quod idea sit idea: & ibitur in infinitum. Si vero sic dicendo congruè posuerimus, quod idearum sue specierum rationes sunt alia quædam communitate predicata de ipsis sicut iam diximus, tunc rationes quæ sunt in circulis tribus, sensibili videlicet, & mathematico, & ideali: illi enim secundum hoc habebunt communes naturas per quas habebunt illi circuli superficiem quæ est ut genus, & alias partes definitionis communes istis tribus circulis. Id autem cuius est definitio, additur medio circulo, mathematico videlicet aut superficiem mathematicæ, quæ est media inter idealem & sensibilem: aut addetur omnibus circulis aut superficiebus: oportet enim, quod addantur: quia omnia quæ sunt in substantia quæ diffinitur, habeat ideas: & omnia quæ sunt in substantia quæ est definitio, sunt ideas, ut animal & bipes sunt ideas hominis. Cum igitur mathematicus circulus & idealis sint in sensibili, & definitio datur de his quæ insunt, oportet quod illa natura communis quæ predicatur de his tribus circulis, addatur cuilibet circulo: ut dicatur, quod circulus est superficies superficiei idealis & mathematicæ & sensibilis rotunda plana planior ideali & mathematicæ & sensibili, quod est absurdum. Amplius palam est, quia necesse est, quod id quod est predicatum commune de tribus, sic predicatum sit aliquid, & sit aliqua natura quæ sit ut superficies aliqua, quæ omnibus his tribus speciebus circuli inest sicut genus vnum istorum trium: & ex hoc sequitur, quod de istis tribus hoc commune vniocè predicatur: & sic idea erit idea, & ibitur in infinitum, sicut diximus prius.

\* \* \*

CAPVT VII

In quo ostenditur, quod idea nec profertur ad scientiam nec ad generationem.


Quod autem maxime omnes inter omnia dubitare facit, sicut etiam in primo libro huius sapientie diximus, hoc est, quid conferunt ipsæ species ideales ad scientiam, vel ad generationem: si enim sunt species sensibilibus, tunc dubitatur quid conferunt sempiternis, cum quibus sensibilia non habent convenientiam. Si autem sunt species incorruptibilium, tunc dubitatur quid conferunt his quæ generantur, cum quibus incorruptibilia in nullo conueniunt: talis enim idealis & separata species, nec est causa motus alicuius nec transmutationis ipsis generabilibus: quia materiam nec tangit, nec tangit in eam. Sed nec mouabit aliquid ad scientiam eorum quæ sunt alia secundum esse ab ipsis: quia omne quod scitur, per formalem causam agnoscitur, quæ est: constantia non distincta & separata ab esse eius quod scitur: idea autem non est talis substantia homini quæ sunt sensibilia generata: si enim esset substantia istorum, tunc secundum esse in eis esset, quod est contra hypothelium, cum sit separata. Nec etiam idea conferunt ad esse: cum enim ponantur esse separata secundum esse, non ponantur esse in participantibus eas secundum esse: non sunt autem causa esse nisi sint mixta ipsi esse participantium eas: quia sic aliquis verè opinabitur album esse causam album esse aliquid quando secundum esse est mixtum albo, & non separatim ab illo quod est album. Sed nec ratio qua peruenient ideas esse, minus facile mobilis est quam id quod probant per eam & concludunt, licet sit ab antiquis habita. Anax enim omnium prior est dubitans circa ista, & Eudoxus posterior fuit in hac dubitatione, & sic deuenit ad Platonem per alios quosdam: facile est enim multa impossibilia colligere contra talem positionem. Sed nec etiam ex speciebus idealibus sunt alia quæ sensibilia sunt secundum aliquem consuetum dici, quo aliquid sit, ex quo, sicut patuit ex supra inductis.

Dicere, quod sunt exemplaria ad quæ respicientes di faciunt ista sensibilia, & sic participantur ab istis sensibilibus sicut formæ quæ sunt in intellectu a: tificis participantur ab artificialis, est vaniloquium, & est dicere metaphoram poeticam, per quam causæ sempiternæ proportionantur hominibus, & opera eorum assimilantur operibus hominum. Si enim veritas & non metaphora fabularum inspiciantur, quid est illud principium quod operatum est ista inferiora respiciens ad ideas, sicut ad exemplaria? ostendimus enim in antè habitis, quod intellectus vniuersaliter agens suo lumine substantiali causat entia, & non ad aliquid respiciens, sicut sol causat calores in lumine suo non respiciens ad aliquid: contingit quidem enim sic & esse & fieri quodcumque absque omni assimilatione ad aliquid ideale. Igitur siue idealis Socrates sit, siue

In Philosopho cap. 3. ubi dicitur: Omnia autem materia sunt in se ipsa.

siue non sit, fiet Socrates talis qualis nunc est per naturam. Similiter autem palam est: quia si posuerimus, quod Socrates idealis & exemplaris est sempiternus, sequitur quod eius erunt plura exempla idealia secundum numerum naturarum quæ sunt in ipso: quia sicut illius hominis sensibilis naturæ sunt animal & bipes, ita est homo qui per se est homo separatus: & illius naturæ etiam sunt quoddam animal & quoddam bipes: & illius etiam oportet esse exemplaria idealia, ex quo vniuersalia differentia sunt exemplaria idealia. Amplius secundum hoc non solum sensibilibus sunt species ideales, sed etiam ipsarum idearum, sicut genus quod est genus generis quod est de numero specierum idealium, erit etiam species idealis: igitur idem numero, licet non secundum idem, erit species, siue idea, & imago quæ imitatur ideam: quia erit idea sensibilis, & imago illius speciei idealis, quæ ut vniuersalis vel ut vniuersale predicatur de ipsa. Amplius sicut sepe alibi diximus in præhabitis, impossibile videtur esse, quod illa quæ sunt substantiæ eorum secundum esse existant separatim secundum esse ab ipsis substantiis: quomodo ergo potest dici, quod idea quæ sunt substantiæ rerum, secundum esse separatae sint ab ipsis rebus quarum sunt substantiæ.

Si autem aliquis dicat, quod idea non sunt causæ substantiales ipsius esse, sed tantum, quod sunt causa ipsius fieri, videtur contrarium hypothese: quia in Phædone dicitur, quod species ideales sunt causa & esse fieri rerum quæ sunt & sunt: & etiam quamuis ponamus esse species ideales sicut isti dicunt, non tamen propter hoc sequitur, quod res generatee fiant, nisi ponatur, quod idea sit aliquid mouens materiam non autem mouere potest quod est separatim secundum esse: & etiam alia multa à naturalibus sunt ab arte, ut domus, & annulus, quorum auctor illius opinionis non dicit esse species ideales: quia tales formæ accidentiæ sunt, & formæ ideales earum non per se possunt esse separate: sed oportet, quod in subiecto essent aliquo. Palam est igitur à simili, quia contingit etiam naturalia quorum dicunt esse ideas, & esse, & fieri propter tales causas quæ mouent & tangunt materiam, quales causæ artificialium, quæ nunc dicuntur, esse causas eorum quæ ideas non habent, ita quod non sunt propter species ideales. Verum de ideis & modis idearum bene speculantibus multa facile colligere similia istis, & per rationabiliores & certiores sermones, sicut & nos fecimus in huius philosophi libro primo.



TRACTATUS II

QUI EST DE DISPUTATIONE CONTRA EOS qui ponebant, quod numeri sunt substantiæ separate & principia entium.

CAPVT I

Qualis fuit ista positio, & quot sunt numeri.

In Philosopho cap. 4. ubi dicitur: Quomodo autem determinatum de his bene est.



Vomodo verò iam quantum presenti negotio sufficit, determinatum est de his, ita quod nulla est facta mentio de his qui ideas numeros quosdam esse dixerunt, bene se habet iterum speculari accidentia impossibilia, quæ sequuntur secundum opinionem, quæ ponunt ideas esse numeros: hæc enim sequuntur contra eos qui dicunt numeros esse substantias separate, & quod illi numeri sunt primæ causæ substantiales & formales entium. Sic enim procedimus à simplicioribus ad minus simplicia: quia primò de mathematica omnium ponentibus, secundo de his qui cum mathematicis ideas, tercio de his qui cum mathematicis & ideis numeros entium principia ponunt disputabimus. Si igitur numerus est quedam natura, ut illi dicunt, quæ est substantia separata & causa eo-

rum quæ sunt, necesse est, quod illa natura ita sit prima, quod non sit ab aliqua alia substantia sicut à causa: sed hoc idem quod ipsa est numerus, ut dicunt quidam, sit sua quidditas eius prima: illud verò quod est habitum sicut consequens principiatum ex illa natura sit vnum quodque entium principiatum, quorum vni diuersum specie ab altero existit. Hec autem causæ diuersitatis speciei in his quæ causantur à numero, aut statim in ipsis existit unitatibus ipsius numeri, qui est principium entium, aut existit in aliquo alio sicut in causa. Si autem existit causa diuersitatis in specie in ipsis unitatibus, tunc ita est, quod non quilibet vnus rationis vnitas concipit quibuslibet principiaris, sed potius vnitates essent diuersæ in substantia, & vna causat vnam speciem, & alia aliam, & sic erunt tot vnitates specie differentes, quod sunt entia principiatia specie differentia, & non erunt tunc vnitates se habentes adinuicem, sicut dicunt mathematica numerum habere vnitates: nam in mathematico numero non differit in aliquo vnitas vna ab alia. Si autem non sit ut differentes specie sunt vnitates numeri qui constituunt entia, tunc oportet, quod altero duorum modorum vnitates se habeant adinuicem.

D. Alber. Mag. Metaphy.

M m 3 adinuicem



adinuicem in numero qui eam constituit: aut enim unitates que sunt in vno numero, sunt collatae adinuicem per naturam & substantiam conformitatem, aut non sunt collatae adinuicem, ita quod illæ que sunt in vno numero constituinte vnã speciem entis, sunt quidem collatae adinuicem, alie verò licet sint collatae adinuicem, tamen non sunt collatae illis unitatibus, quæ sunt in alio numero aliam speciem entis constituentes. Hoc autem explanando dico, vt si dicatur in numeris, quia sunt principia entium post vnũ suã unitatem esse prima dualitas, & deinde trinitas, & sic alius progrediendo deinceps numerus: & dicatur, quod in singulis numeris secundum se sumptis sunt unitates per vnã naturam collatae, & collectæ sint unitates quæ sunt in prima dualitate quæ separata est, & collatae sunt eis, hoc est, sibi inuicem: & similiter unitates quæ sunt in singulis aliis numeris, sic sibi conferuntur. Illæ verò unitates quæ sunt in ea dualitate de qua dictum est, quæ est prima & separata dualitas & principium entis, non sunt collatae illis unitatibus quæ sunt in trinitate ei dualitati non-collatae: cum tamen illa trinitas sit etiam vnus de primis numeris separatis, qui sunt substantiæ & principia entium. Similiter autem debet accipi in aliis numeris deinde secundum ordinem numerandi existentibus: propter hoc enim, vt dicunt, & mathematicus numerat post vnũ duo, addendo vnũ vni, non inquantum est idem, sed inquantum est diuersum vnũ à priori vno: quia si esset idem illi, non faceret duo: quia non esset ibi discretio: & numerat iterum tria quando cum duobus his addit aliud vnũ à duobus suppositis, & in residuis similiter facit numerus. Sic autem non est in alio numero primo, qui est substantia entium: quia ibi non supponitur numerus præcedens in sequenti, sicut fit in mathematicis numeris, sed potius post vnũ quod est prima unitas & substantia, ponunt duo diuersa ad priorem unitatem non collata: & ponitur trinitas quæ est præter dualitatem supposita non collata ad unitates ipsius. Similiter autem est & alius numerus quicumque in separatis substantiis sumptis. Hoc autem vt melius intelligatur, scias, quod isti non distinxerunt inter numerum quo numeramus, & inter numerum numeratum, quin potius primum numerum qui est causa entis, dixerunt esse numerum numeratum, qui est numerus formatum primum: & sicut formæ diuersæ non sunt collatae adinuicem, sic canes & equi non conferuntur, ita dicebant diuersos numeros non conferri adinuicem: & licet hic sit numeratus in veritate, tamen illi vocabant eum numerantem: quia supponebant, quod entia formis numerarentur. Horum autem omnium rationes in primo huius philosophiæ libro posuimus, nec hic oportet eas repetere.

Redeamus ergo ad propositum dicentes, quod aut oportet talem esse primum numerum vt diximus, ita quod vnus numerus non sit collatus alteri: aut oportet esse illum numerum non primum, sed potius oportet eum eo aliquid secundorum numerorum, de quibus est dictus alius numerus qui est primus: & oportet illum qui dicitur de ipso, esse formalem na-

merum, qualis est ille quem dicunt mathematici: & tunc ille erit causa entis & substantia. Tertium verò oportet esse numerum materiale, qui est in fine numerorum & est entis causari. Amplius adhuc diuidendo vnum dicemus, quod oportet hos numeros quos ponunt esse principia, & esse ante illum tertium qui est in fine, aut esse separabiles à rebus numeratis per eos, aut esse inseparabiles, sed esse in ipsis sensibilibus concretis, qui principiantur & numerantur per ipsos: tamen non sic oportet esse istos numeros sensibiles, sicut intendunt principium numerum: quia ille omnino separatus est: sed potius quod sit ex numeris illis qui insunt, & qui est ipsa entia sensibilia: aut quod aliquis numerus sit eorundem horum sensibilium, & sit ipsa sensibilia. Numerus vero eorum quæ sunt separata, non sit idem quod ipsa: aut unitates omnes numeri sint cum numeratis, siue sint numeri separatorum, siue sensibilium: sic ergo sunt tres numeri in genere, scilicet primi & substantiales & causantes, & medij mathematici numerantes & non causantes, nec etiam causati, nec numerati: & in fine tertij 'entis' tales causati & numerati. Omnes autem hi numeri aut sunt idem numeratis, aut non idem, aut quidem sic, aut quidem non. Adhuc autem aut habent unitates collatas, aut non: & si habent, aut sic habent, quod unitates vnus numericonferuntur etiam unitatibus alterius numeri, aut non. Similiter autem si non habent unitates collatas, aut nulla unitas conferuntur alteri etiam in eodem numero: aut sic habent non collatas, quia unitates vnus numeri collatae adinuicem non conferuntur unitatibus alterius numeri, qui tamen sibi inuicem in vno numero conferuntur: & illa est tota diuisio quam prosecuti sumus. Hic ergo soli ex necessitate sufficiens diuisionis sunt modi, secundum quos contingit tales numeros esse diuificatos.

## CAPVT II.

*In quo illi qui dicunt unitatem esse principium, conueniunt cum istis.*

Illi autem qui dicunt vnũ, quod est prima unitas, esse eorum quæ sunt, principium & substantiam & elementum omnium, ferè idem dicunt cum istis in hoc quod ex hoc & alio aliquo materiali dicunt esse numerum entis constituti cuiuslibet horum sensibilium. Ille enim qui hoc in modum quendam dixit istis absque hoc quod non ponit unitates non collatas, sed omnes constitui ex vna prima unitate: & hoc accidit rationabiliter: quia sicut diximus, non contingit alium modum numerorum esse præter eos qui dicti sunt. Et ideo oportet omnium dicta qui de numeris vt principijs loquuntur, in dictos reduci modos. Vtriusque ergo istorum dicunt principia esse numeros: dicunt enim aliquem numerum habentem prius & posterius: & hunc dicunt esse ideas: in quo vna idea est ante aliam, sicut idea generis ante illam speciei. Alium autem numerum qui est numerus

quo numeramus præter ideas existens, dicunt esse numerum mathematicum: & etiam dicunt istum esse præter sensibilia, & medium esse, & vtriusque numeros hos dicunt esse separabiles à sensibilibus. Alij autem dicunt solum esse mathematicum numerum: & hunc dicunt esse primum entium & separabilem & separatum à sensibilibus. Pythagorici autem dicunt vnũ solum esse numerum mathematicum, non tamen à sensibilibus separatum, sed ex hoc mathematico numero dicunt esse sensibiles substantias. Isti enim sunt: qui eorum vnũ vnũ quod est, faciunt esse quendam numerum sensibilem constantem ex mathematico numero: & tamen dicunt, quod consistit ex numeris non vnitis per continuationem, sed descriptis manentibus: sed isti Pythagorici suscipiunt & consistunt vnitates habere dimensionem: quia non separant eas à sensibilibus, quæ omnia dimensionem habent. Dubitatur tamen quomodo consistit primum vnũ quod est vnitas prima habens dimensionem, cum de ratione unitatis primæ sit esse indiuisibile, nisi ponatur aliquis alius esse numerus, qui sit ex indiuisibili unitate: sed hunc non determinauit Pythagoras. Dicunt igitur quidam antiquorum vnũ quidem esse numerum specierum idealium, & alium esse numerum mathematicum: & mathematici quidam dicunt hunc esse numerum mathematicum. Illi qui non ponunt ideas esse numerum, nec etiam simpliciter dicunt esse ideas. Alij autem dicunt numerum esse, sed non mathematicum. Et tamen ille quem dicunt, est numerus mathematicus: dicunt enim, quod dimensiones quæ sunt unitates sensibiles, non incidunt in dimensiones: nec dicunt aliquas unitates dualitatem facere, vel aliquem alium numerum: eo quod unitates unitatibus non sunt conferabiles propter naturam suã diuersitatem. Sed omnes numeros entium dicunt esse monadicos, & in hoc conueniunt omnes qui ponunt, quod vnũ suã unitas sit principium & elementum entium, præter Pythagoricos. Illud autem vnũ suã unitatem, quod dicunt esse principium & elementum entium, dicunt habere dimensionem primam indiuisibilem, quemadmodum dictum est. Palam igitur est ex his quæ dicta sunt, quor modis contingit dici vel loqui de numeris, & per diuisionem quam posuimus, patet, quod omnes modi numerorum sunt qui dicti sunt à nobis.

## CAPVT III.

*Et est disputatio contra inducã quæstionis hoc membrum, quod si ponatur primi numeri, unitates esse differentes.*

*In Philosophiæ cap. 5. ibi. Primum quidem igitur considerandum.*

Omnia autem impossibilia sunt quæ dicta sunt: tamen forsitan quædam istorum sunt magis impossibilia quam alia ab his diuersa. Faciamus ergo primo disputationem contra positionem quoad hoc diuisionis superius inducã membrum, quod dicit unitates numeri illius qui est principium entium, esse differentes

adinuicem secundum rem, sicut idem prima differunt. Hoc enim supposito, aut conferuntur unitates, aut non conferuntur. Si non conferuntur, queremus vtrum est in unitatibus illius numeri, quemadmodum diximus in expositione istius positionis: contingit enim quamlibet unitatem cuiuslibet unitati non esse collatam, & sic non esse nisi monadicos numeros entium principia: contingit etiam unitates vnus numeri in se collatas esse, sed non conferri unitatibus quæ sunt in alio numero: sicut si unitates quæ sunt hac dualitate, non conferuntur unitatibus quæ sunt in trinitate quæ est alius numerus. Queramus ergo, vtrum unitates quæ sunt in primo numero, oportet esse non collatas in vnoquoque ad alium numerum, & etiam non collatas adinuicem. Si igitur ex ista diuisione aliquis der hunc modum, quod illius primi numeri sunt quidem adinuicem diuersæ, sed tamen collatae sunt omnes & connumerabiles adinuicem, tunc sequitur necessario, quod ille numerus est mathematicus: & sic erit vnus solus numerus, & non duo numeri, primus, & mathematicus: & secundum hoc ideas non contingit esse numeros: qualis enim erit numerus connumerantium & diuersarum unitatum per se separatum homo, & per se separatum animal, aut alia qualibet idearum: secundum eos enim qui ideas ponunt, est vnã idea cuiuslibet idearum entis: sicut idea per se separata hominis est vna quæ est hominis sensibilis: & similiter per se separata animalis est alia vna quæ est animalis sensibilis: & illæ unitates non sunt connumerabiles ad aliquem numerum connumerandum. Si autem dicatur, quod unitates sunt similes specie, tamen sunt diuersæ & infinitæ & sic excreuant in numerum: queramus tunc ab istis, quare non magis est vnus trinitas illa quæ est per se hominis separata, quam quod fiat numerus per se hominis, & quælibet alia idealis trinitas aliarum rerum? quia per se hominis est trinitas, sicut diximus, cum sit vnitas aliqua rationis, & animalis alia vnitas, & alia vniuersalis hominis, cuius esse partes sunt animal & rationale: & si concedatur, quod hæc sit trinitas, tunc sequeretur, quod substantia est multa & non vnus: quod in præhabitis improbarum est. Si verò dicatur, quod numerus idearum non est vnus, dicatur etiam, quod omnino impossibile est esse ideam numerum illum qui est principium & substantia entium: eo quod ideas non sunt principia, sed potius sunt ex principijs quibusdam: numerus autem ex vno sicut ex principio discretionis, & est ex dualitate sicut ex principio pluralitatis addeter. Pato non contracto ad aliquid, siue idea sit illud, siue aliud: numeri autem dicuntur esse principia & elementa, & ordinari dicuntur numeri: unde ideas non contingit priores esse numeris, nec posteriores proprie: sed contingit eas esse numerata quædam sicut & alia quæ numerantur: tunc sequeretur, quod numerus ille qui est principium entium, non sit nisi mathematicus numerus: & sic non erunt tres numeri superius inducã. Hæc igitur sequuntur si sint unitates & collatae adinuicem.

Si verò dicatur, quod sunt quidem diuersæ, sed non conferuntur adinuicem unitates, & sic



dicuntur non conferri ad invicem, quod nulla conferatur alij, tunc sequitur, quod hunc numerum non contingit esse mathematicum: quia in mathematico numero sibi invicem conferuntur unitates: mathematicus enim numerus est ex unitatibus diversis quidem, sed non differentibus specie unitatibus, quæ in discretionem ostendantur a se invicem se collectæ, sicut in talia congruit: quia aliter collectio non fieret. Sequitur iterum ex hoc, quod ex non collatis non fit etiam ipsæ idearum numerus: quia non collata non faciunt collectionem, & sic nec aliquem faciunt numerum: secundum hoc enim dualitas prima istius numeri non potest fieri ex aliquo vno, & ex indiffinita collectione dualitatis: quia secundum hoc nulla est collectio: & eodem modo non sunt illi qui deinceps sunt numeri, ut secundum ordinem numerantes dicimus, dualitas, trinitas, tetras, siue quaternitas: nec aliquis erit penitus numerus. In illo enim ubi non sunt collatae unitates, nec est collectio, nec ordo discretorum, sed potius illæ unitates quæ sunt in dualitate quam illi vocant primam dualitatem, generantur simul, & non est una pars altera: vel si dicere velimus, sicut primi ducto ex huius positionis dixerunt, quod duo generantur ex in quibus specie æquaris, & non ex dicitur haberi ut prioris & posterioris, siue etiam aliter quocumque modo dicamus. Semper enim sequitur ex talibus nullam fieri collectionem. Deinde iterum obiciemus contra istos dicentes, quod si datur prima unitas esse dualitas & non connumerabilis alicui unitati, tunc etiam sequitur, quod dualitas quæ est ex his & talibus unitatibus, fit etiam diversa ab omnibus aliis & non conferibilis, & illa erit prior dualitas: si enim illi datur esse aliquid, tunc oportet, quod duo sunt, vnum quidem prius quod est unitas, & aliud posterius quod est dualitas: & hoc statim erit contra hypotheseam: quia non erit dualitas nisi sit collata unitas. Amplius quodcumque quidem primum est vnum siue unitas, & deinde etiam aliorum numerorum aliquid est primum vnum, quia in omni numero vnum est principium, & secundum est post illud, & iterum tertium est post secundum: tunc in omni tali collectione & secundum & tertium & sic deinceps post primum vnum. Igitur unitates secundum rationem principij sunt priores quam numeri, in quibus ipsæ unitates complectuntur, sicut est videre in dualitate quæ componit tria cum unitate addita, in qua tria unitates prius est quam ipsa tria secundum naturalem numeri generationem: omnis enim sequens numerus generatur ex eo qui se antecedit, & prima quæ principium numeri est unitas. Similiter autem est in trinitate, in qua additur quarta unitas ad quaternarij generationem: & sic est in additione quintæ unitatis. In omnibus enim talibus prior natura est unitas, & est conferibilis aliis. Nullus autem de antiquis dixit hunc esse modum unitatis secundum naturam numeri generantis numeros: sed statim dixerunt unitates numerorum esse non collatas. Est autem rationabile esse sicut diximus, si illuc siue ad separata de quibus illi loquuntur principia generationis numeri transferramus: secundum verò veritatem ipsam impos-

sibile est ex non collatis esse numerum aliquem: unitates enim priores esse & posteriores. Est rationabile, si est prima aliqua unitas, & si est aliquid primum vnum & discretionis est principium: tunc enim illa unitas collata aliis unitatibus quæ inter se sunt prius & posterius, ordinatè constituit numerum. Similiter autem & dualitates rationabile est esse prius & posterius in numeris ordinatas, quamvis sit aliqua prima dualitas quæ est principium pluralitatis: nam si conceditur aliquid esse primum in ordine aliquo, cum primum sit causa secundi, rationabile est & necessarium secundum consequentiam & secundum aliquid esse: & si secundum datur esse aliquid, oportet aliquid esse & tertium, & sic in infinitum alia deinceps oportet esse: sed ex hoc tunc sequitur tam unitates quam alios numeros esse conferibiles & collatas. Sed dicere sicut isti dicunt, quod unitas sit post vnam & primam unitatem illi non conferibilis, & quod illa sit tamen secunda unitas, & quod similiter sit quædam prima dualitas non collecta ex prima & secunda unitate, & quod sic sint alij numeri, est impossibile.

Alij autem sunt qui de ista sunt opinione, quid dicunt, quod vnum quod est unitas, est primum entium & substantia & causa: sed non dicunt secundum & tertium & sic deinceps vnum si primum vel causa vel elementum entium: & ponunt etiam quandam dualitatem esse primam, sed non dicunt, quod illa dualitas sit duæ unitates, sed potius est prima forma dualitatis: cuius exemplum in duabus unitatibus, sicut forma in materia existens faciunt binarium qui est numerus. Et ideo dicunt, quod secunda & tertia dualitas vel alius numerus non potest esse primum & causa. Dicunt etiam isti, quod ex vno non sit binarius, sed potius ex vno secundo cum forma dualitatis sit binarius: & sic dicunt etiam de aliis numeris. Contra hos autem obiciemus dicimus, quia palam est ex ipsa natura numeri, quod non contingit dualitatem dicere, nisi coniunctam & collatè dicamus duas unitates: nec trinitatem contingit esse, nisi coniunctim conferantur tres unitates: & similiter non contingit alios esse numeros, nisi collatis unitatibus: siue namque sint indifferentes, siue differentes, ita quod quilibet differat ab alia, necesse est, quod numerus omnis secundum additionem collatarum unitatum numeretur, ut in trinitate dualitatem cum vno alio addito, & tetradæ similiter numerata trinitate vno addito. His autem secundum veritatem sic entibus impossibile est generationem esse numerorum, qualem isti dicunt ut generetur dualitas ex vno & forma siue idea dualitatis: secundum generationem enim naturalem numeri dualitas præcedens sit pars trinitatis, & trinitas sit pars tetradis: & eodem modo accidit in antehabitis siue consequentibus numeris, quod semper præcedens pars est consequentis: sed ex dualitate prima & alia dualitate indeterminata, sicut isti dicunt, facta est tetras duæ dualitates: quia quatuor sunt his duo quæcumque absque omni determinatione: & sic tetras generatur ex duobus binariis, quorum vnus est prior, & alter additus illi absque omni alia ideali forma dualitatis: & sic non indigemus prima forma dualitatis:

dualitatis: sed sufficit nobis collectio duarum dualitatum & ordo primi & additi indeterminatè. Sed si dicatur, quod ea dualitas quæ est prima, non est pars, nec potest esse pars alicuius cum sit forma idealis, tunc iterum oportet, quod ad sit aliqua vna dualitas cum binario faciens tetradæ, aut tetradæ non generabitur. Et sic etiam non ab idea dualitatis, sed dualitas erit ab vno & alio vno. Sed si hoc ita se habet, tunc non est possibile formam primam quæ est prima dualitas indeterminata per duo vna, esse elementum & principium numerorum & entium: unitatem enim generat vnum, eod quod unitas abstractitur ab vno: sed unitas postea generat indeterminatam dualitatem omnibus numeralibus applicabilem absque omni dualitatis idea. Amplius quomodo possunt esse dualitatis idea, & trinitates diuersæ, quæ sunt tantum formæ præter omnem dualitatem & trinitatem discretarum unitatum? Hoc enim non est intelligibile. Adhuc autem quomodo potest intelligi, quod dualitates & trinitates componantur ex unitatibus prioribus idealibus & posterioribus idealibus unitatibus? non enim est hoc intelligibile: quia componentes numerum unitates vnus & eisdem rationis esse videntur. Omnia igitur quæ sic dicuntur, sunt ficta: & impossibile est esse secundum rem primam dualitatem, quæ sit dualitatis idea, & quod postea sit trinitas & alij numeri: & tamen secundum istorum positionem hoc esse est necessarium: quia dicunt, quod vnum primum & dualitas indefinita per duo vna quæ est forma dualitatis sicut numerorum & entium elementa & substantia. Si autem ex quæ dicta sunt, acciderit siue sequi ex ista opinione sunt impossibilia, tunc etiam impossibile est ista quæ dicunt esse entium principia: ea igitur quæ dicta sunt & alia talia impossibilia ascendunt per consequentiam ex necessitate, si quis dicat, quod unitates differentes siue collatae, siue non collatae, sunt principium entium.

## CAPVT IV.

*Ex est disputatio contra illam partem divisionis quæ est unitates vnum & eiusdem numeri esse indifferentes ab invicem, sed esse differentes ab unitatibus alterius numeri.*

In Philo-  
sopho ubi  
supra.

Si vero aliquis aliam partem dederit superius inductæ divisionis, & dixerit, quod unitates sunt & differentes; & indifferentes: quia quæ sunt in vno numero, sunt à se invicem indifferentes, sed sunt differentes ab his quæ sunt in alio numero solum. Isto modo etiam dicendo non minus quam prius accidunt impossibilia quæ difficile est sustinere. In sunt enim in decade unitates decem ex quibus componitur decas: componitur autem etiam ex duobus quaternariis decas non enim quilibet numerus est ipsa decas, sed aliqui determinati numeri componunt decadem: nec componitur decas secundum istos ex quibuslibet quaternariis, sicut nec componitur, ut dicunt, ex quibuslibet unitati-

bus: quia ex quo ponunt unitates esse aliquo modo differentes, oportet componatur ex illis quæ sunt proportionata, sicut potentia ad formam decadis. Si igitur sic est, quod decas componitur ex duobus numeris quaternariis vel aliis duobus numeris, oportet quod unitates differentes quæ sunt in decade: nam si datur, quod non differant in decade, tunc sequitur, quod nec quæ sunt in duobus quaternariis differunt, quod est contra hypotheseam. Ex duobus autem quaternariis constat decas: ergo & in decade differunt: & decas est vnus numerus: ergo quæ sunt in vno & eodem numero unitates differunt, quod iterum est contra hypotheseam: quoniam enim differunt unitates quæ sunt in quaternariis, oportet etiam, quod differant in decade. Si autem sic dicuntur differentia, in denariis aut in decade inveniunt quaternarij alij à duobus dictis quaternariis, aut inveniunt ei alij quaternarij. Et siue datur, quod inveniunt ei alij quaternarij, siue non, sequitur id quod est absurdum. Signum datur, quod inveniunt ei alij quaternarij, quæ vel cuiusmodi decas est quæ componitur ex illis. Non enim potest dici, quod diuersa decas componitur ex illis aliis quaternariis: sic in ista decade sunt alia præter istam. Si verò datur, quod non inveniunt, sed isti tantum diuersarum unitatum inveniunt, adhuc non potest sciri, quæ sit decas diuersarum secundum formam unitatum, nisi sit in ista quæ numeramus decade, quæ conformes habet unitates: & hoc est absurdum quidem, sed tamen est necesse: quia sequitur ex hypothese. Non enim dicunt isti tetradem componi ex euenientibus quibusdam unitatibus, sicut diximus paulo ante: sed ex proportionatis ad formam tetradis: nam, ut dicunt isti, indeterminata per numerum dualitas accipiens determinatam numerorum aliquorum dualitatem, facit duas dualitates: quia duo in duo ducta faciunt quatuor: dualitas enim est efficax accepti sic in seipsum multiplicatè indeterminatam, aut dualitatem vocant mathematicam, quæ est vnus quo numeramus: determinatam autem dualitatem vocant hic eam quæ est unitatum rectum quæ differunt per formam ab aliis unitatibus alterius numeri: & hoc est numerus aut idealis, aut sensibilis.

Amplius isti dicunt dualitatem esse quandam naturam separatam primam & idealem & trinitatem similiter: & sic dualitas est aliquid præter duas unitates, & trinitas est aliquid præter tres unitates: & quæramus ab eis, quomodo contingit: aut enim participat altero alterum, sicut forma quadam accidentali, aut sicut forma substantiali. Si participabit sicut forma accidentali, tunc erit sicut albus homo participat duo mixta siue concepta, abum videlicet & hominem. Est autem absurdum duas unitates sic participare dualitatem: quia sic duæ unitates possent non esse dualitas vna. Si autem est quasi alterius ad alterum differentia quadam, sicut homo participat duo mixta siue concepta, sicut concipitur potentia & actus, sicut participat animal & bipedem homo: tunc hoc erit iterum absurdum, quod sit dualitas separata à duabus unitatibus, quæ postea informans eas sit forma earum. Amplius autem inter ea quæ



fic vniuntur vna forma, alia quidem sunt tactu vnum, alia vero mixtione, alia vero positione sine ordine: & nihil horum contingit inesse vnitatibus ex quibus fit dualitas & trinitas, sed potius quemadmodum duo homines non sunt vnum quid, sed duo, sic vterque, sic necesse est esse duo non vnum ipsas duas vnitates: non ideo quod differant in eo quod sunt indivisibiles: puncta enim etiam sunt indivisibilia, si tamen duo puncta accipiuntur in eo quod sunt duo, dualitas non erit aliquid separatum ab eis. Igitur multo minus in vnitatibus numeratis aliquid separatum ab vnitatibus erit dualitas vel trinitas. Adhuc autem non oportet obliuisci, quia secundum istos dualitates nec accidunt priores esse nec posteriores: quia quæcumque vnam formam substantialem participant, illa forma non se habet ad illa sicut prior & posterior. Tres igitur vnitates ex quibus componitur senarius, non sunt priores & posteriores in ordine numeri, quod est absurdum. Similiter autem est in aliis numeris: nam quæ sunt in tetrad dualitates, constituunt tetradem adiuicem simul acceptæ: sed de his dualitatibus quæ sunt in senario, quædam sunt priores, & quædam posteriores, & sic generant senarium quemadmodum illæ, de quibus dictum, generauerunt tetradem: & similiter est de illis quæ sunt in octonario. Igitur si detur, quod prima dualitas est idea, oportet quod omnes istæ quæ generant dictos numeros, sint idæ. Eadem ratio est etiam de vnitatibus: quia vnitates quæ sunt in prima dualitate ductæ in se generant quatuor siue tetradem: quia illæ generatæ vnitates sunt in tetradæ. Igitur omnes vnitates numerorum idæ erunt: & sic componitur idea ex idæis, sicut numerus.

Igitur palam est, quia illa quorum sunt huiusmodi idæ, sunt composita ex idæis: & hoc est ac si animalia dicat quis componi ex animalibus: quia idea cum eo cuius est idea, est eiusdem nominis & rationis: & hoc sequitur, si concedatur horum esse idæ. Si autem dicatur propter hoc quod vnitates totaliter sunt differentes & in eodem numero & in diuerso quantumlibet accipiuntur, hoc est inconueniens & fictum. Dico autem fictum esse omne illud quod ad suppositionem sustinendam est coactum, non secundum rei veritatem acceptum: neque enim secundum quantitatem, neque secundum qualitatem videmus vnitatem vnam differre ab alia. Adhuc autem necessarium est, quod aut vnitatis sit æqualis vnitati, aut inæqualis: & similiter omnem numerum omni numero necesse est aut æqualem esse, aut inæqualem: & hoc æqualitas omnis est secundum vnitatem quæ accipitur in ipso. Si enim neque plus neque minus numerus ad numerum, est æqualis. Quæcumque autem æqualia sunt in numeris, illa omnia suscipiunt indifferentiam esse in numeris: & sic nulla differentia est in vnitatibus. Si autem hoc dicitur non esse verum, tunc sequitur, quod etiam vnitates quæ sunt in decade, non sunt æquales, cum sint tamen indifferentes, cuius inæqualitatis causam nullam habebunt dicendi illi qui dicunt idæis indifferentes esse: quia non potest ostendi ratio inæqualitatis vnitatis ad vnitatem, cum sint indifferentes abinuicem. Amplius si

omnis vnitatis cum alia vnitatis facit duo: igitur illa vnitatis quæ est ex dualitate, cum illa alia vnitatis quæ est ex trinitate aliqua alii accepta, duo facit: & erit dualitas, quamuis sint differentes & indifferentium numerorum: & siue sit vnitatis prior, siue posterior: videtur enim, quod vnitatis necessario magis sit prior quam posterior: vna enim vnitatis quas accepimus, simul est cum trinitate, & altera simul cum dualitate, quas illi dicunt formas esse vnitatis, cum tamen vnitatis sit prior & dualitate & trinitate: & hoc est secundum istos inconueniens: quia idea est ante id cuius est idea & forma: & sic oportet, quod dualitas & trinitas esset ante vnitatis, quod est valde inconueniens & absurdum. Nos enim suscipimus totaliter siue vniuersaliter vnum & vnum, siue sint æqualia, siue inæqualia duo esse, vt bonum & malum, & hominem & equum. Dicentes autem sic, sicut isti dicunt, quod vnitatis ipsæ in se differunt, faciunt quod vnitatis iam non erunt vnitatis: sed quod non sint corrigibiles in numerum, si non sit plus numerus qui est trinitatis quam qui est dualitatis, si vtrique sit forma idealis numeri. Si autem sit plus trinitatis quam dualitatis in materia vnitatis, tunc palam, quia in hoc est æqualis dualitas, & vterque est prima idea & forma numeri. Igitur iste numerus est indifferentis cum ipsa dualitate, & erunt coæquæ trinitas & dualitas. Hoc autem quod sit absurdum, & quod non contingat numerum esse, palam est, si quis incipiat, quod in ordine numeri semper est numerus vnus primus & prior aliis, & alius est secundus post priorem: & si hoc est verum, tunc nomina numerorum non erunt idæ. In hoc enim solo recte dicunt illi qui in omni numero dignantur esse diuersas vnitatis: non enim hoc aliter esse potest nisi sint idæ. & forma numero diuersa, vt dictum est prius: idea enim cuiuslibet est forma vna. Si autem vnitatis ponantur esse indifferentes, tunc sequitur necessario, quod etiam dualitates & trinitates sunt indifferentes: quapropter etiam indifferentis erit sic numerati vnum, duo, tria, & sic deinceps, ita quod semper vnum assumatur cum existente numero: hoc enim necessarium est eis concedere. Si enim dicamus numeros sic indifferentiam vnitatis esse, & omnem numerum in omni numero connumerabilem, tunc generatio numerorum non erit ex indeterminata dualitate, & materia vnitatis: quia non erit aliqua idea numeri. Si enim sit numeri idea, sequitur quod vna idea numeri sit in alia, sicut vnus numerus est in alio, & quod omnes species ideales sint partes alicuius vnus speciei, sicut omnes numeri minores sint partes alicuius numeri maioris. Propter hoc autem & similia inconuenientia aliquid quidem dicunt istam sustinendo hypothesein, sed simpliciter secundum rei veritatem nihil penitus dicunt: quia nihil recte dicunt. Ex dicto enim eorum adfertur multitudo, ita quod nihil sit multum: dicunt enim isti, quod hoc ipsum habet quandam dubitationem, vtrum videlicet quando numeramus dicentes vnum, duo, tria, numeremus assumentes & addentes vnum numerum alteri & sic constituentem multitudinem: aut facimus vtrumque numerum numeratum secundum.



dum partitiones particulariter constitutas: ut unum sit per se, & duo per se, & tria per se, sicut ideae eorum sunt distinctae. Quia igitur haec omnia derivabilia sunt, proculdubio, & derivatio est principium substantia quod accipitur secundum rationem principiorum substantiae ad tantam differentiam deducere, quod etiam numeri sint principia substantiarum.

CAPVT V.

Contra eos qui dicebant, quod numerus a numero differt partitione quantitatis unitatum.

**O**mnium autem primum illud necesse est determinare qui sunt numeri qui accipiuntur secundum differentias partitionum unitatis, si sicut isti dicunt, necesse est dicere, quod numeri differant secundum quantitatem aut secundum qualitatem huius unitatis partitionum. Numerum enim horum contingere videtur: quia in quantum numerus est differt numerus a numero secundum quantitatem: unitas autem non est quantitas aliqua. Et si aliquis diceret, quod unitates quantitate differant, tunc numerus a numero differt secundum quantitatem, quamvis supponeretur, quod plurimae unitatum essent aequales, & hoc esset valde absurdum. Amplius quaeramus ab istis, utrum ne priores unitates in numero sunt maiores posterioribus unitatibus, aut minores? & non erit assignare. Et utrum ne illae quae sunt posteriores superaddant quantitatem partitionis maioris, sicut faciunt maiorem numerum, aut est contratio istius? Omnia namque talia sunt irrationabilia: & ideo est irrationabilis positio. Sed nec iterum potest dici, quod unitas differat ab unitate secundum qualitatem: non enim possibile est inesse unitatibus passionem aliquam, eo quod sunt indivisibiles & separatae. Dicunt autem isti, quod qualitas inest posterioribus unitatibus & posterioribus numeris, & quod illis etiam inest quantitas: quia tria genera numerorum dicunt esse, sicut in ante habitis distinguitur. Amplius id quod est habens quantitatem nec ab uno sicut substantiali causa factum est in eo quod habet quantitatem & qualitatem, nec a dualitate in quantum est dualitas: unum enim quod est unitas, non est qualitas, & dualitas non est qualitate qualis: & illa quae sunt sensibilia, qualia sunt aliqua qualitate: & ideo quod est non qualitas, nec habens qualitatem, non potest ea facere qualia: nec iterum unitas & dualitas conferant entibus, quod sunt multa in quantitate: quia quod entia sunt multa & diuisa ab invicem, huius causa est natura quae est forma quae diuiduntur ab invicem entia: differentia enim est causa numeri: igitur quocumque modo se habeat numerus, semper aliter dicendum est quam isti dicunt, maxime in primo numero quem dicunt esse principium, & est determinandum ab eis de differentia unitatis ex quo dicunt, quod unitates differant ab invicem. Non enim sufficit dicere in communi aliquid nisi determinetur & modus quomodo

differant ab invicem. Talis autem determinatio maxime necessaria est in eo principio, quod necesse est omnibus inesse. Sin autem sic non determinant differentiam unitatum secundum quantitatem & qualitatem, quaeramus ab eis, quam dicunt inesse unitatibus differentiam? Palam igitur est ex dictis, quod si numeri dicantur esse ideae, quod non contingit unitates eorum esse coniectas sine collatas, nec non collatas ab invicem: nec etiam contingit eas esse alio modo: nec etiam contingit eas esse ut abj quidam posteriores dixerunt circa numerum: nihil enim illorum bene dicitur, sicut patet ex inductis.

CAPVT VI.

Contra eos qui dicunt numerum specierum esse mathematicum.

**Q**uidam vero sunt quicumque ideas quidem in philosopho dicunt non possibile esse, & quod simpliciter non sunt ideae, & quia etiam non sunt numeri quidam qui sint substantia rerum: sed tamquam dicunt esse mathematica principia, & inter mathematica dicunt numeros esse primos inter entia, & ipsos esse entium principia: & quia principium numerorum est unum, sicut unitas: & ideo dicunt unitatem maxime esse principium. Inconueniens enim est unum quidem primum esse principium numerorum, quod unum licet non sit idea, est tamen, ut dicunt, forma unitatis. Et quod dualitas secundum formam non sit principium dualitatum, nec trinitas secundum formam accepta sit principium trinitatum: quia omnia ista sunt eiusdem rationis: & ideo si forma in uno est principium, tunc erit principium in omnibus. Igitur si sic se habet ratio quae est in numeris, & ponat aliquis, quod non est nisi unus numerus mathematicus, unum est quod est numerorum forma, & non est principium: necesse est enim diffinitio quid est id ad tale unum, quod per modum primi & principij differat ab aliis unitatibus. Sed si hoc datur, quod unitas est unitatum prima, necesse est etiam dare, quod quaedam dualitas secundum formam sit prima dualitatum. Similiter autem & alios numeros deinceps necesse habere priores se formas quibus fiant. Si autem non est unum dicto modo principium, & nos supponimus formas quasdam esse numerorum priores numeris mathematicis, tunc necesse magis dicere, sicut Plato dixit, se habere ea quae sunt circa numeros, & quod sit dualitas prima idealis & trinitas prima. Et quod numeri illi non sunt coniuncti ab invicem, sed quilibet sit per se in sua idea. Siquis autem sic seorsum ponat ea quae sunt circa numeros, iam dictum est, quia multa accidunt impossibilia: tamen necesse est, quod sic se habeant ea quae de numero dicuntur, ut quod nullo modo supra dicto se habeat numerus. Si igitur non potest excogitari alius modus conueniens quo se habeant numeri separati, palam est ex his quae dicta sunt, quia determinandum est, quod tertius a mathematico & sensibili sit numerus separatus, & quod idem numerus

In Philosopho ubi supra

numerus sit numerus specierum & mathematicus: vni enim opinioni quæ dicit eundem numerum esse specierum, & mathematicum, necesse est accidere duo peccata, quæ accidunt duabus opinionibus partialibus, quarum vna ponit ideas esse principia, & altera ponit mathematica esse principia: mathematicum enim numerum non contingit hoc modo esse quo isti dicunt, ut forme numerorum sint separatae, & sint principia numerorum specierum, ita quod species numerorum sint compositæ ex materia & forma. Sed mathematicus numerus positus ex suppositionibus & principiis propriis suis, sicut & continua quantitas mathematica ita considerantur secundum rationem & non secundum esse, sicut in antehabitis istius libri determinatum est. Si enim esset principium entium mathematicus numerus, tunc quæcunque sunt numeri mathematici, illa necesse esset mouere: quia sine motu non possent esse principium entium: sicut etiam necesse est accidere per syllogismum hæc eadem illis qui dicunt ideas & species esse numerum qui est principium entium.

## CAPVT VII.

*De contradictione Pythagoricorum qui mathematicos numeros ponebant non esse separatos, & simul cum hoc contra Platonem qui ponebat separatas ideas numerorum.*

In Philo-  
sopho ubi  
supra,

Pythagoricorum verò modus quem in primo huius philosophiæ exposuimus, alicubi quidem inferiores & minus impossibiles habet difficultates quam sint difficultates eorum qui iam prius dicti sunt: alicubi verò habet proprias & alias prædictis. In hoc enim quod dicit numerum secundum esse non separatum à substantia numerata, multa auget quæ sunt de numero eorum impossibilium quæ aliis accidunt qui separatum numerum esse ponunt. In hoc autem quod dicit corpora esse sensibilia ex numeris composita esse, & tamen habent numerum esse mathematicum, est impossibile tibi proprium: non enim contingit numerum dicere esse atomas dimensiones: & tamen habent numerum maxime modum hunc secundum Pythagoram. Nec etiam potest secundum veritatem dici, quod unitates habeant dimensionem ex quibus corpus componi possit: quomodo enim est possibile dimensionem corporalem ex indivisibilibus componi? Adhuc autem arithmeticus numerus est monadicus sive ex unitatibus compositus. Illi verò qui Pythagoram sequuntur, dicunt quod numerus arithmeticus est entia quædam sensibilia: & ideo etiam theoremata numerorum & passionem adaptant corporibus tanquam corpora sint ex illis numeris, quorum theoremata aptantur eis. Si ergo est necessarium, quod si numerus est aliquid eorum quæ sunt secundum se & separata, quod sit secundum aliquem superius dictorum modorum, & ideo contingit, quod numerus sit secundum

aliquem ipsorum, palam est, quia non est numeri aliqua talis natura secundum esse separata, qualem naturam probant esse numerum qui dicunt eum esse naturam & substantiam quandam separatam. Propter quod etiam forte Pythagoras eum negavit esse separatam. Amplius autem adhuc contra Pythagoram obuiolentes queramus ex quo unitates non sunt separatae, queremus utrum qualiter unitas est ex magno, cum sit æqualis æquatis in minimis infinitis quæ sunt in magno, aut huius quiddam est ex paruo, & illa alia est ex magno. Sed si sic dicatur quocumque modo, sequitur quod non quodlibet entium est ex omnibus numeri elementis: quia non est ex omnibus unitatibus: & sequitur etiam, quod unitates secundum se non sunt indifferentes, cum vna sit ex magno, & altera ex paruo: vel vna ex vno indivisibili magno, & altera ex altero: sic enim dicunt in hac unitate existere magnum, in illa verò paruum, quod est secundum naturam contrariam magno quod existit in alia unitate, ut dicunt. Amplius elementa numeri quæ sunt in trinitate, quomodo sunt in ea? In trinitate enim sicut in quolibet impari numero est superflua vna unitas: & sic vincere duæ unitates vnius naturæ, deberent tertiam: & non deberet vnus numerus fieri: tertiam enim non sunt contraria, sed duo. Et ideo duæ unitates conueniunt & contrariantur tertie. Sed forte ipsi Pythagorici trinarium vnum faciunt numerum medium coniungentes abundantiam. Si autem dicatur, quod utraq; unitatum non sumitur ex contrariis, sed est ex vtriusque duobus æquatis: sumptis ex magno, sive ex paruo uniformi, tunc queramus, quomodo dualitas erit: vna natura existens? cum, sicut dicunt, unitates eius sumantur ex magno & ex paruo: & ideo sit principium pluralitatis, quia ex magno: & tamen paucitas prima, quia ex paruo. Si enim contraria sunt unitates, scilicet eam destruant: & queratur, in quo differunt istæ unitates inter se, cum ea quæ dicunt, contrarietas in eis non inueniatur? Adhuc autem queratur, in quo differunt ab unitate prima quæ est principium numeri: Amplius prior est natura unitas dualitatis: quia ab illa unitate auferitur dualitas, sed non conuertitur. Sicut autem se habent adinuicem unitas & dualitas, ita necesse est, quod adinuicem se habeant idea unitatis & idea dualitatis, si dicamus esse ideas & formas numerorum, igitur ideam unitatis necessarium est esse priorem idea dualitatis. Et iterum necesse est, quod sit facta illa quæ est prior: idea enim per se existens necesse est, quod facta prior sit ab aliqua alia unitate quæ est in dualitate. Et tunc queramus, quid sit in vna unitate ex quo ipsa sit prior alia? dualitas enim indeterminata quæ non est concepta cum materia, est duo vna qui sunt prius: & neutrum habet in se propter quid sit prius alio, nisi collectionis ordinem. Hæc autem disputatio est contra Pythagoram, quæ licet numerum non separauerit mathematicum, cum tamen formas ideales dixit esse numerorum Platonem qui sequutus est Pythagoram: vnde disputatio simul est contra utrumque. Amplius necesse est aut infinitum numerum esse, aut finitum: separabilem enim dicunt esse numerum Platonem. Igitur non possibile est, quin sit numerus secundum



secundum alterum istorum modorum. Quod autem non contingat infinitum, palam est. Omnis enim numerus est par vel impar: sed nec par est infinitus, nec par infinitus: ergo nullus numerus est infinitus. Generatio vero numerorum aut est imparis numeri temper, aut paris. Si enim unum, cadat in parum, generatur numerus impar. Si vero incidat dualitas in numerum pariter, & duplicetur semper, ex eodem pari generabitur semper numerus par alius, ita quod non fiat duplicatio ex imparibus, sed ex paribus semper. Amplius si omnis idea est alicuius idea, & numeri infiniti est alicuius idea: aut ergo est idea sensibilium aliquorum infinitorum, aut alterius alicuius infiniti: & tunc sequitur, quod infinitum sit a 2u: & hoc est falsum. Infinitum enim esse nec secundum positionem contingit, nec secundum rationem. Ordinavit autem Plato sic ideas, quod semper idea est alicuius idea: quia aliter esset inutilis. Si autem finitus est numerus omnis, tunc queratur, usque ad quam summam multiplicatur idea numerorum: tunc enim in talibus philosophis non solum oportet dici quia ita sit, sed etiam oportet dici ideo: tunc propter quod est id quod est: atqui si numerus idealis est usque ad decem, ideo quia etiam numerus non crescit nisi usque ad decem: & tunc quidam dicunt, tunc primum quod obicitur contra hoc, est: quia secundum hoc deficient species ideales, & non adaequabuntur numero entium. Si enim est trinitas idealis per se separatus homo qui est idea hominis, tunc etiam aliquis numerus erit per se separatus equus: & idem est de quolibet numero usque ad decem: & necesse semper aliquam substantiam idealem alicuius ex aliquo illorum numerorum esse. Hic enim numeri qui sunt usque ad decem substantiae sunt prima & idea: at tamen deficient aliquis numerus: animalis enim species existunt multo plures quam decem, quarum quilibet est per se & idea. Palam autem est, quod si trinitas sit per se homo separatus, quod erunt & aliae trinitates: similes enim sunt ideae quae sunt in eisdem numeris, ut dicunt: igitur infiniti erunt per se separati homines: qualiter enim trinitas est aliquis per se homo separatus. Sin autem non est nisi una trinitas, tunc & homines rediguntur ad unum separatum hominem: & si numerus minor est pars maioris qui est ex unitatibus coniectis siue collectis quae sunt in eodem numero: & secundum hoc si detras est idea alicuius, ut equi, aut asini, & dualitas est idea hominis, tunc homo erit pars equi vel asini, quod est absurdum. Adhuc autem inconueniens est decem dicere esse ideam: vnde nauis autem nullam esse ideam, nec alicuius consequentium siue habitorum numerorum post decem. Amplius autem multa sunt de quibus in ante habitis libris pertractauimus, quorum non sunt aliqua species ideales. Queramus ergo, quare illorum non sunt species ideales, cum sint secundum numerum proportionum sicut alia: Quia ergo haec sunt irrationabilia, non possunt species ideales & numerales esse causa & substantiae existentium. Amplius adhuc inconueniens est, quod numerus qui est usque ad decem magis sit aliquod ens, & quod est species decem magis sit ens aliquod quam alius numerus.

D. Albr. Mag. Metaphy.

rus. Huius enim ratio non potest assignari: & etiam huius quidem numeri non est generatio alicuius: quia numerus nullus generat, eo quod non agit: illius vero quod est sensibile generatio est temper & sic per generationem.

Eius autem quod dicunt, tentant reddere rationem dicentes, quasi perfectus numerus consistat usque ad decem: cuius perfectionis nos superius assignauimus rationem in vndecimo huius philosophiae libro. Dicunt etiam, quod generantur sequentia quae sunt sensibilia, sicut generatur impar proportio ad perfectionem decem imperfecta ex decem: & sic est de omnibus similibus intra decem contentis: haec enim sic perfecta & imperfecta existentia Pythagorici reddunt duorum ordinum principis quae ponunt, de quibus in principio huius philosophiae libro determinauimus, quae sunt motus, status, bonum, malum, & alia huiusmodi quae in ante habitis dicta sunt. Quaedam vero ipsi etiam Pythagorici attribunt numeris: propter quod vni dicunt esse impar, & illud est in trinitate quoque modo similiter, & quaternarius est impar: par enim & impar dicunt esse de numero principiorum. Amplius autem etiam passionem aliorum etiam, & similia reducunt ad principia ista, ita quod etiam usque ad mensuras quantitatum in hac deductione perueniant, sicut quod dicunt, quod prima linea quae unitati attribuitur, est linea indivisibilis: secunda autem quae dividitur in duo, dualitati attribuitur: deinde determinant ea quae sunt de lineis usque ad decem. Et ideo decem dicunt genera esse linearum, de quibus determinatur in decimo geometriae.

C A P V T V I I I

*Verum unum sit prius in speciebus numerorum secundum eos qui numerum separatum esse ponunt.*

**A**mplius si numerus ponatur esse separatus in seipso secundum esse & substantiam, sicut dicunt philosophi vbi quidam, tunc aliquis dubitabit vtrum prius supra est unum quam trinitas & dualitas & aliae species numerorum. Videtur enim unum esse prius in quantum numerus compositus est ex vniis: quia sicut unum simplicius est quam compositi numeri: sed in quantum vnaqueque species numeri est vniuersale quoddam separatum, sic est species numeri prior quam unum. Cum enim numerus integraliter componatur ex vniis, sic quilibet unitatum pars est materialis numeri & est quasi materia. Hic autem numerus, videlicet trinitas, & dualitas, & alij numeri sunt ut species & forma: & est hoc aliquid simile ei quod est in recto angulo & acuto: rectus enim in his prior est acuto: quia acutus diffinitur per rectum, & rectus est ratio acuti. Acutus autem est quasi pars recti, & in eum dividitur rectus: & ideo acutus quidem est tanquam materia & elementum. Et similiter vniitas se videtur habere ad numerum. Sed id quod est secundum speciem, & secundum substantiam, & secundum rationem prius est, & secundum hoc quod est totum: quia species est totum esse eorum quo-

Nu rum

nam est species. Id enim quod est ambo, compositum videlicet ex potentia & actu, propinquius speciei & causæ, curas est ratio diffinitiva: sed generatione est ipsam posterius. Isti ergo qui sic separatim numerum esse ponunt, dicunt quod unum est principium. Quomodo autem sit principium, dicunt etiam: quia dicunt, quod ideo est principium quia non est diuisibile. Indiuisibile enim in discretis dicunt esse principium diuisibile. Sed non attendunt, quod vniuersale est indiuisibile, & elementum quod est in ratione partis, est etiam indiuisibile, sed alio & alio modo: quia unum est indiuisibile secundum quantitatem, & alterum est indiuisibile secundum quantitatem, ut dictum est in quinto huius philosophiæ libro: vnde vniuersale indiuisibile est secundum rationem formalem, sed elementum est indiuisibile secundum tempus: quia motus eius non est diuisibilis, sed tempus, ut probatum est in sexto physicorum. His sic distinctis queramus, verum est principium: sicut enim dictum est, & rectus acutus, & è conuerso acutus recto videtur prior, & uterque est vnus, ita quod vnus est materialiter prius, & vnus est id quod formaliter est prius: & vtrumque horum vnorum faciunt quidam principium. Sed videtur esse impossibile hoc: vnus enim illorum est sicut species & substantia quæ simpliciter est prius: alterum autem est sicut pars & materia quæ simpliciter est posterius. Vtrumque enim illorum est vnus: quia & vnus est quod colligitur in numero: & vnus est quo qualibet species numeri est vna, & vna dualitas, & vna trinitas, & sic de aliis: sed secundum veritatem vnus est potentia numerus: nam quamuis numerus sit vnus quid secundum speciem, & non sit tantum coactio vnitatum, sed aliquid diuersum secundum formam ab illo: & sic ex diuersis vnitatibus: tamen sicut verè dicunt, vnitas quæ potentia est numerus, non est eadem quæ vniuersa qua numerus est in specie numeri, sicut in quinto huius philosophiæ libro determinatum est. Causa verò peccati illius quod accidit dicentibus vnitatem quæ potentia numerus est esse principium: quia venati sunt in numeris ea quæ sunt in mathematicis aliis, & putant in vnitate accidere id quod accidit in puncto: ex rationibus enim singularum quæ sunt in mathematicis quantitatibus, venantur numerorum differentias: ex illis quidem faciunt vnus punctum: & sic principium linee punctum, ita posuerunt vnus esse principium numeri: vnitas enim, ut dicunt, punctum est non habens positionem, & punctum est vnitas posita. Et ideo quemadmodum diuersi Philosophi entia composuerunt ex minimis, quæ principia esse dixerunt, sic isti entia composuerunt ex vnitatibus: & sic vnitas sit materia numerorum ex quibus constituant omnia: & simul cum hoc sit, ut dicunt, prior dualitate & aliis numeris. Sed tamen contra hoc est, quod vnitas vnitas videtur esse posterior quæ est quasi materia alius, sicut diximus prius. Adhuc etiam species dualitatis per se existentes & separate sunt etiam aliquo modo vnus: & similiter species trinitatis & aliorum numerorum, sicut diximus: contingit enim dualitatem vniuersa-

lem separatam querere quasi prædicamentum vnus quod prædicatur de quolibet demonstrato binario: sic vnus quod est potentia numerus, dicebant esse numeri tanquam partem numeri: sed ea vna quæ sic formaliter & materialiter accipiuntur, vnus quidem secundum formam, quo quodlibet est vnus: & alter secundum materiam, quod est pars numeri, impossibile est simul inesse vni & eidem vnitate: quia sic sequeretur, quod omne quod est, esset vnus vnitate numerali: quod in antè habitis sapè est improbatum. Sin autem est vnus aliqui, tunc oporteret secundum hoc, quod non esset nisi illud solum vnus quod est indiuisibile non habens positionem, aut quod est numeri principium: hæc enim duo de vno dicere nihil refert: dualitas quidem enim diuisibilis est secundum naturam: vnitas verò non est diuisibilis: & hoc modo vnitas similior erit ipsi vno quod est de omnibus prædicatum: in quantum illud etiam est vnitas quædam: sed si etiam illud conuertibile cum ente vnus sit vnitas, tunc erit vnitas formalis & vnitate numerali & dualitati & omnibus aliis. Igitur vtroque modo secundum istos dicta vnitas erit prior dualitate quæ est vniuersale separatim: hoc autem non concedunt: ergo ante vnitatem quæ est materia numeri, generant dualitatem quæ est vniuersale separatim. Amplius si dualitas est aliquid vnus, & etiam trinitas, & sic de aliis: tunc videtur, quod dualitas sint ambo illa vna, & quod est potentia numerus, & quod est forma vnitas, quando dicitur dualitas numerus vnus. Igitur ipsa dualitas est ex aliquo sicut ex potentia: & hoc modo, erit prior illo. De his ergo intantum dictum sit.

## CAPVT IX.

*De dubitationibus quæ sequuntur dicta eorum qui separatos numeros dicunt esse causas & continuorum mathematicorum & sensibilium.*

**D**ubitat autem aliquis adhuc de numeris quos dicunt separatos: quoniam scimus, quod tactus non est in numeris: nec enim vnitas tangit vnitatem, nec numerus numerum: sed deinceps siue consequenter est in numeris in quantum inter vnitates nihil est medium sui generis, sicut deinceps sunt vnitates in trinitate, & illæ quæ sunt in dualitate. Dubium igitur est vtrum deinceps & consequenter inest ei vno quod est separatim & species vnorum. Et iterum vtrum dualitas separata prior sit eis numeris qui sunt deinceps & consequenter post ipsam, aut sit prior vnitatibus tantum: quia si dicatur ibi est prius, & deinceps siue consequenter tunc queramus, quæ sunt illa quæ sic sunt ordinata dualitas & trinitas secundum species separata accepta non sunt ex vnitatibus ordinatis: & sic non videtur inesse eis prius & deinceps. Similiter autem difficulta se uere accidunt de generibus posteriorum in numero, & accidunt etiam difficulta



difficilia de linea & superficie & corpore: nam id quod dictum est de diuisione, quidam Philosophi faciunt ex duabus speciebus contrariorum, quæ sunt magnum & paruum: sicut qui faciunt longa ex duobus elementis contrariis, ut dicunt, quæ sunt productum & breue, & superficiem faciunt ex duobus quæ sunt latum & strictum: molem autem corpoream faciunt ex profundo siue alto, & humili siue demisso. Et omnia ista dicunt esse species magni & parui: & omnia, ut dicunt, principiantur ex vno indivisibili. Alij autem Philosophi, qui sunt de numero facientium ista ex numeris separatis, ponunt ista aliter fieri. In his autem secundum rationem syllogismi mille videntur & impossibilia & ficta & contraria sibi inuicem, secundum quod omnibus qui rationabiliter mouentur, videtur: tales enim sunt istæ positiones, quas forte perditas etiam à se inuicem accidit, nisi sustinentes eas sequantur principia posita, concedendo omnia inconuenientia quantumcumque sint irrationabilia: aliter enim etiam se inuicem perderent, sicut iam diximus. Concedunt enim ut sit latum & strictum & productum & breue, & quod hæc sint principia aliorum. Quod si concedunt ista esse, erit superficies linea, & solidum erit superficies: quia huiusmodi breue & longum accidunt superficiem, & latum & strictum accidunt solido. Amplius anguli & figuræ & quæcumque talia sunt, reddentur talibus ex his quæ sunt circa numerum. Hæc namque positiones quæ dictæ sunt, sunt dimensiones quædam secundum suum proximum subiectum. Et ideo dimensiones non sunt ex ipsis, sed è conuerso ipsæ sunt ex dimensionibus, sicut nec ex recto & curuo est longum, nec ex leui siue plano & aspero sunt solida. Omnium verò istorum qui sic dicunt, est commune illud dubitare, quod accidit in speciebus ut in genere quodam communi, quando aliquis ponit illa vniuersalia esse & esse numeros: tunc enim dubitatur, vtrum animal ipsum separatum sit in animali isto, aut sit diuersum illud ab illo animali. Si autem poneremus, quod nullum animal esset separatum, tunc de talibus nulla fieret dubitatio: separato autem animali existente quemadmodum dicunt dicentes illa quæ sunt separata esse vnius & numerorum separatorum, sicut causæ & principij. Et ideo secundum istos non est facile soluere ista si conueniens est dicere, quod hoc ideo est facile quod est impossibile. Queramus enim ab istis quando aliquis intelligit vnum aliquid cuius causa & principium & substantia est dualitas separata, vtrum intelligit illud idem quod est dualitas, aut diuersum ab illo: hoc impossibile est dicere: quia veritas rei positioni repugnat.

Quidam autem istorum magna & magnitudines rerum generant ex tali materia quæ est vnitates & numeri. Alij verò generant talia ex puncto. Videtur autem eis esse non quidem vnum siue vnitates, sed quoddam quale vnum: quia postquam vnum dicunt ipsum: & videtur eis esse aliterius materiae quam pluralitatis: sed tamen quæ est qualis quædam pluralitas: quia dicunt esse fluxum vnitatis positæ in continuum & longum, quæ si dicantur, non minus accidit eadem dubitare quæ prius de aliis dubitata sunt: nam si verò idem vnum positum est,

*D. Alber. Mag. Metaphy.*

materia, linea, & superficies, & solidum idem erant: idem enim est quod ex eisdem est. Si autem dicantur plures esse materiae istorum, ita quod alia sit linea materia, & alia superficies, & alia solida, aut illæ materiae erunt ordinatae, ita quod sequantur se inuicem, aut non. Igitur eadem acciderent impossibilia, quæ prius sic dicentibus. Si enim diuersæ sunt materiae, sequuntur quod superficies non habet lineam, quod falsum est. Si autem eadem materia, sequitur quod superficies est linea, quod iterum est falsum: quæ enim ex eodem sunt, eadem sunt, sicut dictum est prius. Amplius queramus ab istis, quomodo contingit numerum esse ex vno & pluralitate tanquam ex principiis materialibus: hoc enim non est probatum ab eis. Quocumque ergo modo dicant qui numerum separatum ponunt, eadem semper accidunt difficultates, quæ accidunt ex ipsis qui dixerunt ista fieri ab vno & dualitate & infinitate: hoc enim ex prædicato vniuersali generat numerum, qui sic dicit, dicens dualitatem & alias species numerorum esse separata vniuersalia, quæ sunt forma numerorum, & vnum & infinitum dicit esse materiam. Ille verò de quo nunc dictum est, generat numerum ex aliqua pluralitate præexistente ante numerum: sed in ista generatione principium dicit esse dualitatem. Dicit enim, quod est principium esse aliquam pluralitatem materialem autem: dicta autem illa nihil differunt quoad impossibilia consequentia: sed eadem dubitatione vtræque dicta istorum: hæc autem impossibilia sunt mixtura carum, aut positio quæ est ordinatio partium in toto & in loco, aut permixtio elementorum, aut generatio rerum diuersarum generis & speciei, & quæcumque talia: nihil enim harum potest causari ex numeris separatis qui sunt substantiæ. Maxime verò dubitando queret aliquis, si vnaquæque vnitates sensibilis ex aliquo est separato: non enim est idem vnum specie, vel genere, vel numero quælibet sensibilis vnitates: quia vnum nec est genus, necque species vhorum: & tamen secundum istos necesse est, quod vnitates in se omnium vno ex eodem vno separato, & aliqua pluralitate, aut parte pluralitatis aliqua quæ est sicut materia. Quod autem aliqua pluralitas sit, vel dicatur vnitates, est impossibile, cum vnitates sit diuisibilis & pluralitas diuersa. Quod autem ex parte est pluralitatis, alias habet difficultates. Est enim necessarium, quod vnaquæque partium pluralitatis sit indivisibilis: quia quælibet pars pluralitatis est vnitates: aut oportet dicere, quod pars pluralitatis sit pluralitas, aut vnitates sit diuisibilis: quorum vtrumque est falsum, & contra hypothesein: quia tunc sequitur, quod vnum & pluralitas non sunt principium elementum vhorum: nulla enim vnitatum consistit ex pluralitate & vno, sed è contrario pluralitas consistit ex vno & vnis. Amplius qui hoc dicit, nihil aliud facit nisi numerum diuersum: pluralitas enim indivisibilium est numerus: nec oportet apponere vniuersalia separata. Amplius querendum est à sic dicentibus, vtrum numerus sit infinitus, aut finitus: Videtur, quod numerus existat finita pluralitas: quia infinitum non existit nisi per accidens: ex finita autem pluralitate finitæ sunt vnitates, ex quibus finitæ vnitati-

N n 2 bus







fenfibilis. Dicunt autem isti causam dicti sui: quia scientia omnium est scientia vniuersalis: & cum tunc omnia sciamus quando principia & causas scimus & elementa, necesse est etiam omnium principia esse vniuersalia. Hoc quidem est verum, si non propter hoc sint substantiæ separate, vt sæpè diximus: hoc tamen quod dicunt de scientia, maximam habet dubitationem inter ea que dicta sunt.

*Dicitur esse scientia*  
Quæret enim aliquis, si est verum quod dictum est, vel est non verum? Et ratio quidem solutionis huius questionis est: quia sicut dictum est in secundo posteriorum analyticorum, quod scientia duplex est, quemadmodum & scire: quorum vnus quidem motus est scire in potentia, alius autem est scire in actu. Scire ergo in potentia est scire quasi in materia, secundum quod materia designatur cum potentia ad formam, secundum quod designatur per genus: & huius est scientia quæ est vniuersalis & indefinita, sicut & materia talis & genus non dicunt nisi substantiam cuius sunt confusæ & indefinitæ & vniuersales: idem autem scire secundum quod est ens alicuius finiri in propria natura & esse, est scientia huius alicuius: & quando est scientia in actu sic existens in actu huius alicuius, tunc secundum accidens est etiam scientia vniuersalis, in quo illud est in potentia. Sed secundum hoc accidens est id quod aliud: cum enim scimus hoc, tunc per consequens scimus vniuersale: & sciendo hominem, scimus animal, quoniam homo est animal: sicut vi-

sum dicimus vniuersalem colorem aspicere, et quod hic color particularis quem aspicit, est color: & sicut dicimus cum speculatur grammaticus hoc determinatum a. dicimus, quod ipse speculatur. a. quia hoc a. est a. vniuersaliter. Sed nihil horum esset verum si vniuersale haberet esse separatum à particulari. Sed potius hoc ideo est: quia non est aliud esse vniuersale & particularis: quia vniuersalis natura est particularis, non quidem secundum quod est vniuersale, quia sic non est substantia, sed secundum quod est natura simplex cui accidit esse vniuersale, & esse in intellectu, sicut in quinto huius sapientie libro determinatum est. Verum igitur quia si necesse est principia substantiæ vniuersalia esse, necesse est etiam ea que sunt ex his esse vniuersalia: sed hæc sunt principia non vt in natura, sed vt in demonstrationibus accepta: & licet eadem sint secundum esse principia essendi & sciendi, tamen non sunt eodem modo accepta, vt in multis locis sæpè diximus. Si autem nihil principiorum substantiæ est separabile, sicut dictum est, constat quod nec substantia separabilis est eo modo separationis vt illi dicunt: sed hoc palam est, quia scientia vno quidem modo est vniuersalis, & ex vniuersalibus principijs: sed hoc est vniuersale non separatum secundum esse, sed quod abstrahit ab hoc & ab illo quolibet. Alio autem modo scientia non est vniuersalis secundum quod vniuersale dicunt illi separatum secundum esse & distinctum: quia sic non est de esse alicuius.

*Est enim sicut essentia & scire. Et principia, non tamen secundum vnum & eundem modum sumpta*



LIBER

LIBER TERTIVSDECIMVS.  
TRACTATUS I

DE PRINCIPIIS EORVM EX  
quibus generatur substantia.

CAPVT I.

De his qui dixerunt vnum & æquale & inæquale esse principia, & qualiter entia diuersa procedere dixerunt.

In Philo-  
sopho. 14.  
met. cap. 1.



MANEVS igitur habitis quæ antiqui de principijs substantiæ separate posuerunt, restat nunc inquirere qualiter ex huius principijs generationem fieri, & entia diuersa procedere dixerunt: de substantia igitur separata quæ principium est sensibilem substantiarum, tot sunt dicta, quor in precedenti libro inducta sunt. De generatione verò aliarum substantiarum ex substantiis separatis volentes loqui antiqui Philosophi omnes in hoc conueniunt, quod faciunt principia generationis contraria: & hoc quidem concorditer faciunt: quia sicut in physicis videntur esse principia contraria, ita dicunt etiam contraria esse circa immobiles & separate substantias. Si autem hoc est verum, quod in anti habitis viderimus huius philosophiæ libri sufficienter probatum est, quod videlicet in quod est principium omnium & primum nihil est prius, tunc sequitur: ex hoc quod illud principium non est in sua substantia diuersum, sed potius simplex & in fine simplicitatis. Igitur non contingit ipsum diuersum quid esse, & hoc est sicut si aliquis dicat principium album esse, non quidem in quantum diuersum est & congregatum ex substantia & accidente, sed potius in quantum album, & albedo est ipsa, ille quidem dicit principium esse quod est de subiecto & diuersum siue congregatum ex subiecto & accidente, sed non dicit ipsum esse principium in quantum tale, sed potius in quantum est album & albedo: sic enim prius erit: & sic de substantia loquentes quod est principium, oportet substantiam quæ est subiectum, prius esse in eo quod est substantia. Dicunt autem, quod omnia sunt ex contrariis tanquam ex subiecto aliquo, quod contrariis substat: ergo necesse est hoc existere, quod videlicet substantiam habeant, vel quæ maximè sunt contraria: & hæc sunt contraria prima quæ omnibus alijs sunt contrarietatis cau-

sa. Omnia igitur contraria sunt de subiecto aliquo, & nihil est quod à substantia separabile sit contrariarum: substantia igitur erit principium, ante omnia primum: videtur autem, quod nihil sit substantiæ contrarium, quod & ipsa testatur ratio: nihil igitur contrariarum proprie loquendo est principium, ita quod sit principium omnium: sed id erit omnium principium, quod diuersum est à contrariis omnibus.

Quid autem sit illud quod diuersum est à contrariis, quod est principium, diuersimodè determinatum est ab antiquis. Quidam autem dixerunt, quod diuersum à contrariis quod est principium omnium, est materia. Alij verò dixerunt, quod est vnum: & dicunt, quod vnum est æquale primum, & addunt ei dualitatem vt inæqualitatis principium: & dicunt, quod hoc vnum æquale cum inæqualitatis principio est natura & substantia materialis omnis pluralitatis. Alij verò parum discordantes ab his dicunt, quod vnum est natura substantia: & addunt ei pluralitatem, eo quod sicut dicunt, numeri generantur ex his duobus, ex vno sicut ex materia, & ex pluralitate sicut ex indeterminate potentia generis. Sic enim diuersificati sunt antiqui, quod quidam eorum dicunt, quod numeri generantur ex vno & dualitate quæ est inæqualitatis principium: & hanc dualitatem in substantiis generalibus dicebant esse magnum & paruum: & alij dixerunt, quod generantur ex substantia vnius & ex pluralitate confusa & indeterminate quæ potentia est omnis numerus, & sit actu, quando per formam numeri determinatur: & sic, vt dicunt, numerus entium quo subsistunt entia, generantur ab his ambobus. Dicunt enim, quod elementa entium sunt inæquale & vnum: inæquale verò dicunt, quod substantia est ex magno & paruo, quæ duo dicunt esse primam principium in dualitatem: eo quod omnia putabant generari tanquam per compositionem & congregationem quantitatis: vnum dicebant esse sicut entia ipsa secundum substantiam, circa quod dicebant esse principia inæquale quod est magnum & paruum: & dicens hanc sententiam, non determinauit quæ ratione, & non determinauit etiam inæqualitatem aliquo numero: sed dixit tantum omnia componi ex inæqualibus, & vnum esse sicut substantiam in ipsis.

Sed isti non bene reddunt principia prima,  
Na 4 que



quæ vocantur elementa: quia licet vnum conuertibile sit cum ente, non tamen dicit id quod est contrarium subiectum, & ipsius generati substantia: & similiter magnum & paruum non dicunt ea quæ verè sunt contraria & agentia & patientia, nec etiam quæ sunt elementa substantia generata: quia substantia generati non producit in esse per aggregationem magni & parui, sed aliter sicut in physicis est determinatum. Ideo alij fuerunt qui dixerunt, quod magnum & paruum quæ prima sunt inæqualitatis principia, cum vno quod est substantia entium, sunt tria entium elementa & numerorum. Sed duo quæ sunt magnum & paruum, dixerunt esse materiam: eo quod substantia omnium colligitur ex magnis & paruis. Vnum autem dixerunt esse formam: eo quod forma vnit magna & parua collecta in substantia entium. Alij autem dixerunt quidem vnum esse principium sicut formam, sed materialia principia dixerunt esse multum & paucum: eo quod videbantur magnum & paruum magis esse continua quæ ad mensuram pertinent: omnium autem substantias dicebant colligi ex multis & paucis, & multum & paucum dicebant esse ante magnum & paruum: quia dixerunt, quod multum cadit in ratione magni, & paucum in ratione parui: magnum enim est, quod componitur ex multis, & paruum quod componitur ex paucis. Alij autem adhuc vnum dicentes esse formale principium, acceperunt id quod est magis vniuersale in istis contrariis materialibus, & dixerunt, quod cum vno principia sunt excedens & excessum: & illi omnia quæ dixerunt contraria, dicebant esse inæqualitatis principia, siue esset magnum & paruum, siue multum & paucum, siue excedens & excessum: medium autem inter omnia hoc est æquale. Dicitur autem nihil ab his quæ dicta sunt, ut si dicatur contrarietas per una esse ad quædam consequentium sicut ad bonum & malum, & amorem & odium, sicut etiam quidam antiquorum dixerunt: quia semper in omnibus his est aliquid quod est magis ut privatio, & alterum quod est magis ut substantia: & privatio in ratione mali & odiosi: & oppositum privationi, est in ratione boni & diuini & optimi & amari: & quamuis hæc in ipsa positione ipsorum non habeant differentiam, tamen differunt ad logicas positiones quas isti seruant: eo quod non per causas essentielles rerum, sed per signa remota & probabilia locuti sunt de principis. Unde etiam ipsi logice dictorum suorum afferunt probationes siue demonstrationes, quæ verè demonstrationes non sunt, sed propter logicas quasdam difficultates inciderunt in illas, sicut si componitur vnum quodque ex his in quæ res soluitur, res soluitur autem omne corpus in parua & magna: ergo componitur ex illis sicut ex elementis, & congregatio istorum in ipso sua ex illis est generatio. Si ergo inciderunt in has positiones, præter hoc solum quod excedens & excessum dixerunt eisdem rationis principia cum aliis qui dixerunt magnum & paruum & vnum & multum: hoc enim ex proprio dixerunt videntes excedens & excessum esse vniuersalia in discretis quam in continuis: magnum autem & paruum esse in contrariis tantum, &

multum & paucum in discretis tantum: sed magnum & paruum dicebant esse prius & esse ex elementis diuisiue, excedens & excessi, similiter autem dicebant, quod etiam multum & paucum sic essent ex dualitate eorum, quæ per una elementa esse dixerunt, quæ sunt excedens & excessum, sicut iam diximus: hæc namque vtrique magis sunt vniuersalia: & ideo dicunt ista esse principia & non illa. Alij autem tanquam principia ponunt, dicunt quidem vnum sicut alij, sed componunt ad vnum duo alia quæ vocantur diuersum: & aliud vnum quidem dicentes esse formale, diuersum autem oppositum in forma, & aliud indiuisum secundum materiam: & isti dicebant vnum esse sicut genus, & diuersum sicut differentia, quæ confusione generis determinat: & aliud ab his dicebant esse materiam & substantiam: & omnes isti respiciunt ad æquale & inæquale. Alij autem videntes semper differentias quæ exeunt ab vno in pluralitate consistere, dixerunt quod principia ex quibus omnia fiunt, sunt pluralitas & vnum.

CAPVT II.

De comparatione opinionum inductarum & improbatione earum.

Si autem sunt, ut quique vult, principia quæ sunt de numero contrariorum, & vnum est contrarium vni aut nihil, sicut in decimo huius philosophiæ libro determinatum est, & in magnitudine est quædam contrarietas secundum quod magnitudo est pluralitas quædam quæ est æquale & inæquale, diuersum verò & aliud sunt ipsa contraria quod est idem, tunc maxime habent quædam opinionem rationabilem qui componunt vnum pluralitati: nec tamen hi dicunt sufficienter: vident enim, quod secundum hoc sequatur, quod vnum sit paucum: quia sicut diximus in decimo huius philosophiæ libro, pluralitas est multitudo: multum autem opponitur paucis. Si ergo opponitur pluralitas vni, & vnum vni opponitur, oportet quod vnum sit paucum: & hoc est improbatum in antè habitis. Vnum verò ideo quod significat metrum vniuersumque sicut in antè habitis probatum est, palam est quia primum subiectum vnius in quolibet re est diuersum ab aliqua re alterius generis, & est minimum quod est in illo genere, & in harmonia musica discretum, & in mensura continuorum digitus, aut pes, aut aliquod tale, & in rythmis basis, aut huiusmodi: & dico basis in quo fundatur concordia rythmi. Similiter autem in gravitate libra est quædam definitio ad quam terminatur pondus: & generaliter in quantis quantum quoddam, quod aliquo modo indiuisibile est secundum mensuram, vel simpliciter, vel positione. Et indiuisibile simpliciter est indiuisibile secundum speciem. Indiuisibile autem positione, est indiuisibile ad sensum.

Sic igitur in diuersis generibus diuersum est vnum quasi non existente aliquo vno secundum

nam vnam naturam determinato, quod sit substantia omnium: & est secundum rationem rectam & veram: quia significat vnam quasi metrum alicuius pluralitatis: & quia numerus est pluralitas mensurata, ideo etiam numerus est metrum rerum numeratarum: propter quod etiam rationabiliter dictum est, quod vnum non est numerus: id enim quod non habet nisi ratione metri & non mensurari, non est numerus: vnum autem est principium & metrum numeri: sed id quod est metrum vniuersumque, oportet quod sit aliquid vnum & idem in se omnibus eiusdem generis, sicut dicimus, quod equus est metrum eorum quæ sunt in genere equi & specie: tunc metrum erit equus, qui maxime habet vniuersam naturam equi: & si homo est metrum hominum, homo magis habens simplicem naturam hominis erit metrum. Sed si aliqua plura sunt in vno genere, & mensurantur in natura illius generis, ut sic homo & equus & Deus sunt animalia, tunc forsitan eorum numerus erit animal secundum simplicem naturam animalis participatam ab ipsis. Et dico forsitan quia cum genus non dicat aliquid determinatum & distinctum, non proprie est mensura nisi propter determinata natura eius in specie: nec Deus commentatur homini & equo: quia animalitatem hæc tria non vna ratione participant, sed potius per prius & posterius, vel æquociter: & non mensuratur in ipsa nisi prius reducat ad vnum & vniuersum. Sic ergo generis alter loquendo vnum quod est in quolibet genere, est aliquid quod est substantia minima illius generis: & ideo non est vnum metrum aliquod quod mensuret omne ens in omni genere: vnde si est vnum subiecto homo & album & vadens, quæ sunt congregata ex his quæ sunt in diuersis generibus, sicut homo qui est in genere vno substantia, non est numerus eorum: ideo quia ei omnia iniant, & sunt vnum secundum numerum subiectum & accidens: quia sic omnia vno numero erant, quod falsum est, & in superioribus est improbatum: attamen grauius erit numerus aut alicuius alterius appellationis talis quæ ab vna sit natura.

Cum igitur vnum non sit vnius nature in omnibus, sed diuersarum est natura in diuersis generibus entium, non rationabiliter fuit dictum, quod vnum quod est numeri principium, sit principium omnium: & similiter inæquale quod dicunt esse principium, est vtrahque vnum vnius nature in omnibus: & ideo etiam illud rationabiliter est positum principium: sed illi qui faciunt & ponunt dualitatem ut indefinitum principium magnum & parui, quæ dicunt esse elementa, longe ab omnibus aliis differentes, dicunt quod minimum habet rationis ab omnibus aliis opinionatis & possibilibus: quia hoc omnino est impossibile, quod magnum & paruum prima dualitate indeterminate quæ est forma dualitatis, diuisa sint entium elementa: magnum enim & paruum dicunt quædam accidentia circa qualitates, vel quantum. Igitur ista sunt passiones & accidentia magis quam substantia ex quibus aliquid fiat. Ista igitur non sunt subiecta numeris & mensuris. Multum enim & paucum sunt passiones numeri, & magnum & paruum sunt passiones mensuræ siue conti-

nui, sicut etiam passiones sunt par & impar, & lenes & asperum, rectum & curuum: & ideo magis ista sunt principia à subiecto aliquo, quam quod ipsa sunt subiectum. Amplius autem secundum dicta istorum necessario sequitur, quod magnum & paruum sunt cum eodem puncto ad aliquid: quia comparatum puncto paruum est magnum, & comparatum excedenti est paruum. Idem ergo est magnum & paruum: & sic est de omnibus quæ sunt ad aliquid: id autem quod est ad aliquid, nullatenus potest esse subiectum categoriarum, sed potius substantia est illa quæ categoriarum est subiectum. Adhuc autem ad aliquid est ens posterius qualitate & quantitate, & per posterius dicitur ens quæ quantitas & quantitas: est enim passio quædam quantitatis ad aliquid quod dicitur æquale & inæquale: & sic nullo modo conuenienter potest dici entium esse materia. Si quidem omne quod est ad aliquid, & communiter secundum genus & specialiter in partibus suis & speciebus, semper cum hoc quod est ad aliquid, est diuersum ab aliquid: quia cum ad aliquid sit comparationis respectus, non potest esse per se, sed in diuerso sui à natura, in quo est comparationis ille respectus: vnde non est aliquid magnum vel paruum, vel animalium, vel paucum, vel omnino & vniuersaliter ad aliquid, quod non sit aliquid diuersum cum hoc quod est ad aliquid, quod ens in quo est respectus ille, est multum vel paucum, aut magnum vel paruum, quod per respectum quo comparatur ad aliud, dicitur esse ad aliquid. Signum est autem hoc: quia ad aliquid est debilis esse, & non est substantia aliqua omnino, nec est ens absolutum id quod est ad aliquid: quia ipsum est solum inter ea quæ sunt, cuius nec generatio est, nec corruptio, nec motus quemadmodum motus est eius quod est secundum quantitatem ens qui est crementum & decrementum, & sicut alteratio est secundum qualitatem, & secundum locum est loci mutatio, & secundum instantiam est simplex generatio & simplex corruptio. Sed nullus penitus motus est secundum ad aliquid, sine omni enim motu sui est aliquid, quandoque quidem magnum, quandoque quidem minus siue magnum & paruum, quandoque diuersis comparatur: & sic etiam ad aliquid est æquale, quod diuersis comparatum est maius & minus & æquale. Si autem est hoc secundum quantitatem, palam est, quod altero modo est secundum quantitatem quam secundum quod motus est in quantitate. Igitur ad aliquid non est materia ex quo non est mobile, nec in ipso est motus. Adhuc autem necessarium est cuiuslibet materiam esse potentia tale quale est ipsum quod est substantia & actus: ad aliquid verò nec potentia est, nec substantia, nec est actu, eo quod nihil sit absolutum. Inconueniens igitur est & magis impossibile est inter ea quæ dicta sunt ab antiquis, quod substantiarum dicantur esse elementa non substantia, quæ sunt ad aliquid, & quod dicantur esse prius quam substantia. Omnes enim hæc & huiusmodi categoriæ sunt posterius post substantiam.

Amplius autem elementa non prædicantur de his quodrum sunt elementa: quia sicut in 7. & 8. huius philosophiæ libro probatum est, materia



tertia non predicatur nisi per denominationem. Sed multum & paucum & separatum & similia predicantur de his quorum sunt ut de numeris, & longum & breue de linea, & latum & strictum de superficie. Igitur nullum istorum est principium sicut materia. Adhuc autem sicut pluralitas ipsa multitudo inuenitur quædam pluralitatis quæ semper est paucum, & nunquam conuenit ei multum esse: & hæc est dualitas: quia si daretur, quod dualitas est multum, sequeretur quod unum esset paucum, sicut superius diximus: quarum multum simpliciter sit decas: & si non est decas multum simpliciter, tunc mille erit simplex multum, vel aliquis alius numerus magni excessus. Si autem hoc sic est, quod aliquis numerus est semper paucus, & aliquis semper multus, quomodo ergo potest dici, quod numerus sit ex paucis & multo sicut ex elementis? Si enim essent elementa, tunc sine ipsis ambobus non fieret aliquis numerus: aut enim ambo elementa oportet predicari de elemento, aut neutrum. Sed nunc ostensum est, quod alterum solum de aliquo predicatur.

## CAPVT III.

*De improbatione eorum qui dixerunt ideas ex numeris componi, & cetera entia ex passionibus numerorum, & quomodo multa procedant ex vno.*

Simpliciter autem hic oportet intendere, si possibile est ideas ex elementis his componi, ex quo numeri & elementa numerorum ponantur esse principia omnium & esse ante omnia. Si enim ideas ex his componuntur, id quod compositum est, habet materiam, eò quod elementum sit materiale componens. Amplius necessarium est, quod id quod nunc est ex aliquo, quod semper sit ex aliquo, si ipsum est semper, quamquam & hoc verum sit, quod si aliquid factum est ex aliquo, quod ex ipso fiat per generationem: omne autem quod sic fit, sit hoc quod sit ex potentia ente: non enim sit aliquid ex hoc quod impossibile est fieri, nec erat unquam ex hoc quod impossibile fuit esse illud. Id autem quod est possibile, id contingit agere & non agere: quia quod potest esse, potest non esse. Quia igitur maximè est semper numerus, cum sit separatus & perpetuus, ut dicunt, aut quodcumque aliud quod habet materiam, ut isti dicunt, ex qua fit, sequitur, quod contingit non esse: quia omne quod fit ex materia, contingit non esse id quod habet unam diem: & hoc quod habet quantumcumque amplius temporis dummodo ex materia factum sit: hoc aut non oportet de hoc quod habet quidem materiam, sed non est factum, sicut est videre in celo quod habet materiam: & quia non factum non habet potentiam ad non esse secundum sui materiam. Si igitur sit substantia numeri, facta est ex materia. Et licet in tanto tempore non sit finis de esse eius, tamen non erit sempiterna, si concesserimus, quod hoc non est sempiternum quod contingit esse: quia quod

contingit esse, contingit non esse, sicut in aliis sermonibus physicis contingit tractari: atqui si est verum vniuersaliter quod nunc dictum est, quia nulla est sempiterna substantia quæ non est actu, & actus simpliciter non permixtus potentia, elementa verò quæ dicunt, sunt materia substantiæ, sequitur quod nulli sempiternæ substantiæ erunt elementa, ex quibus est ipsa substantia existentibus elementis in ipsa. Cum igitur numerum ponunt esse ex elementis, sequitur quod numeri non sunt substantiæ sempiternæ: & cum iterum ponunt numeros ideales substantias, sequitur quod ideas aut non sunt sempiternæ, aut non componantur ex numeris & numerorum elementis. Super autem quidam, sicut iam ante diximus, qui dualitatem quidem indeterminatam, sive indefinitam quæ est simpliciter forma dualitatis abstracta faciunt elementum numerorum & entium cum ipso vno primo. Irrationabiliter autem dicunt generari numerum entium ab inæquali quod est dualitas quæ est inæqualitatis principium: quia sicut diximus, inæquale efficitur in eo quod est ad aliquid elementum cum vno: hoc enim necesse est per syllogismum accidere sic dicentibus.

Qui verò sunt extra istam opinionem & ponunt numerum idealem esse substantiam entium & non numerum simpliciter, etiam illis necesse est inesse talia inconuenientia, dummodo ista numeri ponant, elementa, sive faciant ex eis numerum specierum idealium, sive mathematicum: multæ verò sunt causæ, quod ad istas mathematicas causas ut ad principia entium conuersi sunt Philo'sophi: maxima tamen causarum fuit quæ eos ad hoc conuertit dubitatio, quam Philo'sophi omnes habebant antiquitus. Videbat enim eis, quod omnia quæ per generationem futura sunt entia, essent ipsum ens: quia ex ente non fit nisi ens simile illi, cum ex non ente nihil penitus fiat: hoc enim omnes confitebantur: & sic videbatur, quod omnia non essent nisi unum ens, nisi quis soluere volens hoc vadat simili ratione qua iuit Anaximenes Philo'sophus dicens, quod aliquando sit diuersum, sicut sunt diuersa incisione quando non de more plantata sunt, sicut quando diuersa generis planta inseritur in aliam quæ alterius generis est ab ea: & sic etiam dicebat, quod semper sunt eadem ex eisdem, nisi diuersi generis fiant principia, sicut materia & duo contraria: & hoc dicebat esse diuersa diuersorum, sed secundum veritatem loquendo necesse est ostendere non ens, si quod est non ens, quod possit esse principium. Sic enim ex ente quod est non ens potentia, tamen ens & alio quodam quod est actus, sunt entia quæcumque sunt futura multa: quia actus diuidit inter multa ea quæ sunt unum in materia. Et primum quidem attendendum, quod ens dicitur multipliciter: hoc enim ens dicitur, quod significat substantiam: aliud verò dicitur ens, quia significat quantitatem: & aliud, quia qualitatem: & sic est de aliis categoriis: unum autem conuertitur cum ente: & cum entia dicuntur unum, eò quod unum predicatur de entibus sicut & ens, quarumvis, quale unum sit illud quod entia dicuntur unum: Sed non sunt illud non ens, sicut diximus, quod est potentia ens, sed sunt unum quod est vna natura actu.

actu existens. Queramus enim, utrum illud  
vnum sit substantia, aut passiones qualitarum,  
aut aliud aliquid similiter omnium predicamen-  
torum. Dicimus enim vnum hoc quod est sub-  
stantia, & dicimus vnum hoc quod est tale siue  
quale: & sic secundum alias categorias quæcun-  
que vnum significant: hoc enim antiquis ma-  
ximè fuit causa erroris: quia videbant, quod  
vnum & ens sunt principia quedam, & non  
potuerunt videre quid esset principium multi-  
tudinis eorum, quæ sunt ex vno: sed absurdum  
& magis ad hoc impossibile est quam illud quod  
quidam dicunt, quod vna natura genita sit cau-  
sa entis, sic quod sit causa quod hæc est substan-  
tia, & hoc quantum, & hoc vbi, & hoc quale,  
& sic de aliis. Si enim hoc genitum sit, tunc  
oportet, quod sit in aliquo genere ens: & prin-  
cipia illius generis erunt causa ipsius, & non  
ipsa erit causa entis in genere illo.

Deinde queramus, si entia sunt ex non ente,  
ex quali non ente sunt ea quæ sunt? dicitur  
enim non ens multipliciter: non ens enim hoc  
significat quidem ens, sed non significat ens  
hominem. Similiter non rectum significat non  
esse tale secundum actum, & similiter non tri-  
cubicum significat non esse tantum secundum  
actum. Queramus igitur, ex quo ente & non  
ente sunt multa entia, ex quo vnumque dicitur  
multipliciter? propter quod antiqui dixerunt,  
quod oportet aliquid falsum supponere, sicut &  
geometriae falsum supponunt: quia lineam pe-  
dalem esse supponunt quæ descripta non est pe-  
dalis: ita dicebant, quod oportet supponere non  
ens quod non est non ens, sed ens actu. Sed hoc  
est impossibile: sic se habere: non enim geome-  
triæ aliquid falsum supponunt, sicut patet in  
his quæ de hoc in duodecimo huius sapientie  
libro determinata sunt: & similiter in physicis  
cum dicitur non ens id quod est potentia ens,  
non supponitur aliquid falsum: quia propo-  
sitiones quæ sunt in syllogismo, sunt de simpli-  
citer non ente, nec entia sunt ex simpliciter  
non ente, sed potius ex illo non ente in quod  
corruptur ens actu: non autem corruptur  
in simpliciter non ens, sed potius idem: quia  
non ens secundum casum denominationes  
dicitur pariter categoriis hoc quasi subiectum  
omnium dicitur non ens id de quo per deno-  
minationem & casum omnia alia dicuntur: &  
quod sic est non ens ens, ens tamen secundum  
potentiam, ex hoc est generatio omnium,  
vnum, cum ipsum videtur vnum subiectum eo-  
rum, ut ex non homine actu, potentia vero ho-  
mine est homo: & ex non albo actu, potentia  
vero albo est album. Similiter siue fiat vnum ex  
illo, siue multa, appotentiam tamen habet qua-  
estio quam maxime fecerunt antiqui omnes: quia  
ex quo supposuerunt, quod vnum est princi-  
pium ex quo sunt entia, vnam autem non est  
causa multitudinis, dubium est, quomodo mul-  
ta sunt entia generata, etiam in illo ente quod  
secundum substantiam est dictum. Hæc autem  
est questio propter quam solvendam multa di-  
xerunt de principiis per utilitatis antiqui: tamen  
quia numeri & longitudines & corpora secun-  
dum esse sunt insensibilibus, & sensibilia per se  
genita sunt, oportet quod & ista genita sint il-  
lus generis: & ideo absurdum est illa ponere ge-

nerationis & multitudinis generatorum princi-  
pia. Et similiter absurdum est querere primo  
quomodo multum est id quod est, & non qua-  
rere primo quomodo sint quid substantia, aut  
qualia, aut quanta ea quæ sunt: huius enim  
causa quod hoc sit, quid & hoc quale & hoc  
quantum, non potest esse indefinita dualitas,  
quæ est forma dualitatis duobus vnis non de-  
terminata, nec magnum, nec paruum quæ qui-  
dam ponunt primam dualitatem, potest esse  
causa, quod sint duo alba, aut quod ea quæ  
multa sunt colores, aut humores, aut figurae. Si  
enim hæc essent multitudo, tunc essent numeri  
vel vnitates, si causarentur, sicut illi dicunt, à  
primo vno, & pluralitate prima. Si autem an-  
tiqui pertransissent ista non primo inuestigan-  
tes causam multitudinis, sed quidditatis eius  
quod sit, tunc profecto vidissent causam veram  
generationis, & veram generationis principia, que  
sunt in ipsis causa propria: illa enim causa ex-  
cessu multiplicante, sunt causa multitudinis en-  
tium: quia sic cognouissent rerum proprias  
formas, per quas ipsæ res ponuntur in nume-  
rum: qui numerus est causa, quod multa sunt  
generata.

Similiter ab antiquis queruntur opposita  
entis, & vnius, ex quibus cum his duobus quæ  
sunt ens & vnum, fiant entia: videbant enim,  
quod nihil sit ex non ente, & quod vnum cum  
ente conuertitur: & ideo sicut sunt entia ex  
ente, ita sunt ex vno. Videbant etiam principia  
generationis opposita esse: eod quod mutatio  
est de opposito in oppositum: & ideo quære-  
bant opposita enti & vno, ex quibus fiant en-  
tia: & ideo talia opposita supponebant esse que-  
dam quæ sunt ad aliquid, ut est inæquale, quod  
nec est contrarium, nec negatio illorum quæ  
sunt ens & vnum quæ sunt vna natura, ut ma-  
teria entium, quemadmodum natura quorun-  
dam est, quod sine substantia: & sicut vna na-  
tura est quale eorum quæ sunt in qualitate: in  
omnibus enim generibus est vnum & ens ali-  
quod natura eorum quæ sunt in genere illo,  
quod nec est contrarium, nec negatio aliquo-  
rum, quæ sunt in genere illo, sed potius est pri-  
mum subiectum omnium, cum hoc posuerunt  
dualitatem contrariorum, quæ sunt & contraria  
adiuicem & negatiua, licet non habeant op-  
positionem ad id quod est primum subiectum,  
quæ, sicut dixerunt, sunt vnum & ens in quo-  
libet genere: & dicebant illa esse causas multi-  
tudinis detruatæ ex vno & ente. Sed tunc qua-  
rere oportet etiam hoc quod dicant, quomodo  
ipsum ad aliquid quod dicunt esse principium,  
sit multa & non vnum. Nunc enim querendum  
est quomodo multa vnitates sunt circa primum  
vnum, & querendum est quomodo nunc sint  
multa inæqualia præter primum inæquale: non  
enim ex dictis antiquorum sufficiens haberetur  
ratio de illis: dicebant enim vnum & vnum non  
facere differentiam, nisi forma dualitatis super-  
ueniat, quæ inæqualitatis est principium: &  
sic ab inæqualitate dicebant causari multitudi-  
nem: videntur enim talibus principiis & dicunt  
magnum & paruum, multum & paucum esse  
quoddam magnum & paruum, ex quibus nu-  
meri sunt: productum autem & breue dicunt  
quoddam magnum & paruum esse, ex quibus  
lineæ



linea siue longum: latum autem & arcum esse quoddam magnum & paruum, ex quibus fit superficies: profundum autem siue alrum & humile est quoddam magnum & paruum, ex quibus fit corpus siue moles corporis: & adhuc ampliores & plures species eius quod est ad aliquid, dicunt esse principia entium, & causare multitudinem in eis.

Sed nos queramus ab eis, quæ sit causa talibus, quod ipsa sunt multa: Constat enim, quod sicut in præhabitis dictum est, quod talia sunt genita, & principia suæ generationis & multitudinis habent: cum autem causam non possunt assignare, necesse est, quod supponant, quod & veritas est, quod potestate ens est vnicuique proprium: & quia proximæ potestatis sunt diuersa, ideo diuersa sunt quæ sunt entia: & hæc diuersitas causa est multitudinis: hoc autem quod est potestate ens & principium subiectum, enuntiat qui dicit, quod aliquid est potestate ens, quod est substantia: & hoc quidem est non ens secundum se, vt dicit ille qui dicit potestate ens: quia est ad aliquid non ens, ad ens videlicet actu, siue illud sit quale, siue quantum, siue aliquid aliud: quod quidem non potestate est vnum aut ens, sed actu: nec est negatio vnius aut entis, sed est vnum quid entium in aliquo genere multo magis, vt dictum est. Sed ista quæ sunt, quomodo multa sunt entia: alia enim sunt substantia, & alia passiones, & alia ad aliquid: & hæc omnia sunt ex potestate entis: & queritur, quomodo hoc fiat? Ad hanc questionem solvendam dicimus, quod in aliis quidem categoriis id quod factum est ex potestate entis, habet id quod factum est quiddam, & aliud, qui in illis est congregatum, & non vnit: & ideo in illis habet intentionem quomodo multa: nam per hoc quod illa prædicamenta non sunt separabilia, & ideo ipsa & subiecta sunt multa: & sic aliqua intentio est qualia quidem esse multa & quanta esse multa, tamen oportet quandam naturam esse subiectam singulis generibus, quæ est natura generis primi, sicut primum subiectum est in genere substantiæ, excepto hoc solo, quod impossibile est separabilem esse naturam generum aliorum à substantiis in quibus sunt: sed in genere substantiæ est separata natura generis: unde in his aliquibus quandam habet rationem quæstio qua querunt, quomodo est multa id quod sit, & hoc aliquid: nisi forte id quod sit & sunt aliquid, & hoc aliquid sit in natura aliqua talis, sicut quod ex potentia sit actu: hoc enim est vnum & non multa: quia non est in natura alia, sed est in natura actus eandem potentie in qua sunt potestate, sicut in libris: & huius philosophiæ determinatum est: unde magis est dubitatio secundum isto, unde sunt multa actu substantiæ, & non vna ex subiecto vno & ente: est enim vna quæ est aliquid subiecti, & idem est hoc aliquid & non diuersum.

De quantis autem non queritur quomodo & quare multa: quia non est vnum subiectum primæ substantiæ & quantitatis: & ideo substantia quantæ est duo. Sed quanti potest quomodo ipsa quanta, secundum quod quanta sunt multa: si enim id quod est esse, dicit quantum quoddam, eo quod quantitas discreta est vni-

uersum: & hoc idem materialiter significat vnitatem, quando vnum non accipitur necessarium, sed vt materia vniuersi: vnitatem enim significat id quod est secundum quantitatem indivisibile: & hæc est materia vniuersi: & ideo si est diuersum quantum & quod est sine substantia non dicitur ipsum quod quid est ex aliquo sicut ex potentia, quando ponitur potentia ad substantiam: potentia enim substantia secundum quod est substantia, non est potentia quantum necessarium: nec etiam dicitur quomodo est multa id quod sic est ex potentia. Si autem dicatur, quod idem est potentia quid eas & potentia quantum, tunc ille qui dicit hoc, multas sustinet contradictiones & contrarietates: quia duæ sunt natura, substantia & quantitas: & illa quæ sunt prima substantia illorum generum, non sunt eadem: etsi potentia non sunt vna, nec ea quæ sunt in actu, sunt vnum, sed multa: & illius multitudinis oportet assignare rationem. Sic ergo quæstio habet aliquam rationem, & non aliter vbi enim prima subiecta diuersa sunt, ibi etiam entia actu sunt diuersa.

## CAPVT IV.

*De collatione opinionum quæ sunt de numeris, & improbabilitate earum.*

Insuper autem adhuc aliquis persequitur de numeris, & querit unde oportet accipere fidem, quia sunt tales numeri separati qui sunt substantia entium: illi enim qui ponunt, quod numeri sunt ideæ, ponunt eos ideo quia dicunt eos prestare quandam causam in entibus, si ita ponantur, quod cuiuslibet numerorum est idea aliqua: eo quod omnis idea videtur secundum proportionem aliquam esse idea eius cuius est: aliter enim, vt dicunt, non ligaretur cum entibus: numeris enim omnia dicunt ligari: ideæ vero sic numero aliquo perfecta aliis posterioribus, vt dicunt, causa est existendi quandounque existant. Sic enim est eis subiectus numerus, quod hoc numerus huic ideæ subicitur. Hoc autem modo proprio facto numerus his & ideis his ideo quia difficultates quædam videntur inesse circa ideam: quia aliter non bene potest determinari de paritate idearum & idearum, nisi numeris proportionalibus illa paritas causaretur: propter quod etiam Plato ideam vocans sementem generationis, dicit eas ad par exequendas. Sed si hæc ita se habent, tunc contingit facere numeros ideales: quia tunc numerus & ideæ sunt diuersæ substantiæ, sicut proportio numeri diuersa à numerato. Si autem dicatur necessarius esse numerus secundum quem accipitur proportio, non oportet nisi mathematicum numerum & non numerum idearum: & si ponatur talis esse numerus mathematicus, qui applicabilis est cuiuslibet numerato, non oportet credere, quod sit alius talis numerus quem dicunt idealem esse numerum: ad quid enim egemus aliis numeris, quando mathematicus habetur? Similis enim rei numerato natura est quæ doceat esse idealem numerum.

In philosopho quarto de primo metaphysicæ cap. 2. & est viciniam ordine.

numerosum. Sed natura vniuersalisque numerati docet eum esse, quasi aliam quandam naturam quae sit secundum se in qua res numeratae sint sicut in metro & mensura: nec videretur esse propter ea quorum causa ponitur hoc esse idearum: nam theorematum & contemplationes siue considerationes arithmeticonum quae de numeris sunt, omnia existunt de his numeris, qui sunt secundum esse de sensibilibus in quibus diuisio est causa numeri, sicut in ante habitis dictam est. Igitur illi qui ponunt ideas esse, & dicunt eas esse numeros, dicunt eas accipere secundum expositionem & comparationem vniuersalisque numeri circa multa: quia vnus numerus est multorum numeratorum: unde tentant per numeros dicere modo quodam quid est quodlibet entium: sed non dicit quare sunt huiusmodi numeri, ita quod causam necessariam quare numeri sint, assignet: sed tantum asserit, quia necessarii sunt ad existentiam eorum quae sunt. Ea autem quae dicunt, non possibilia sunt: nec dicendum est, quod talis numerus sit propter ea quae dicunt. Pythagorici vero eo quod vident, quod multa passiones numerorum sunt in corporibus sensibilibus, fecerunt numeros esse causa non separabilia a sensibilibus: sed tamen dixerunt eos esse in eis, ita quod sint causa entium sensibilibus, & substantia: quia non possent esse causa nisi essent substantia formales entium. Quare vero sic dicant, respondent dicentes: quia passiones numerorum in harmoniis siue musicis faciunt melodiam, & existunt in caelo & in multis aliis, & determinant ea ad esse & motum: Alij vero mathematicum solum dicunt esse numerum, & hunc dicunt tamen esse causam omnium entium: sed nihil penitus tale contingit dicere secundum illas suppositiones quae sunt communes animi conceptiones, & quas quisque probat auditas: sed ideo dictum est, quod dicunt: quia tunc verae scientiae numerorum & entium quae sunt & non extabant, quando isti philosophari sunt. Nos autem dicitur sicut diximus prius, & palam est per se, quia mathematica non sunt separata secundum esse: & hoc patet per hoc quod substantiarum separatarum passiones non existunt in corporibus sensibilibus, cum corpora sensibilia non sint subiecta earum: Pythagorici ergo numeri secundum hoc, quod ipsi ponunt numeros esse non separatos & causas entium, non sunt aliquid rei numeri, vt causa substantiales eius existant, sicut Pythagorici faciunt ex numeris physica corpora. Et cum viderent, quod numeri non haberent grauitatem & leuitatem, videbantur loqui de alio caelo, & de aliis corporibus sensibilibus, qui clauduntur, vt dicunt, in istis. Et omnia haec sunt ficta & coacta ad positionem sustinendam, & non secundum rei veritatem dicta.

Alius autem aliquis videns istas difficultates accidere Pythagoricis, fecit numerum secundum esse separabilem: eo quod dignitates numerorum quibus esse numeri & passiones probantur, non sunt in sensibilibus. Vera enim sunt dicta de numeris & necessariis, cum de sensibilibus nihil verum & necessarium dici possit, vt dicunt: & persuadent numerum esse animam, & suscipiunt omnia talia quae numero-

rum sunt esse separabilia. Similiter autem dicunt & mensuras mathematicas esse numerum, sicut diximus in ante habitis. Palam ergo est ex dictis, quod ratio ista aduersans est sibi ipsi & contraria dicit: & quia numerus est dimensiones, numerus non est separatus: quia dimensiones non anima sunt separata: similiter autem cum in eo quod anima separata non sit, & numerus sit anima, numerus non est separatus. Et quod modo dubitatum est ab istis, propter quod hoc separatum ponunt numerum, soluitur ab ita dicentibus, quod verum quidem est, quod passiones numerorum secundum quod probantur de propriis subiectis, nullatenus sunt in sensibilibus, quae sunt de numero existentium: quia passiones insensibilium secundum rationem diffinitiuam abstractorum, non sunt passiones sensibilibus secundum rationem diffinitiuam cum materia conceptorum: tamen secundum esse nihil prohibet eas esse in ipsis sensibilibus. Sunt autem quidam alij, qui propter hoc quod punctum & linea & superficies sunt termini, punctum quidem linea, & linea superficies, & superficies corporis, existimant, quod necesse sit, quod tales naturae sint species & formales causa rerum: decepti in hoc quod forma est terminata, & extremitatis, licet terminus & qui hoc cohercat eisdem: & oportet nos hanc rationem non minus inspicere quam eam quae est de numeris inquantum est infinita, & ostendere infinitatem ipsius: non enim substantia & substantiales formae sunt vltima quantitatis propter hoc quod terminant: sed sunt magis omnia illa termini: multa enim terminant quae non sunt formae substantiales: quoniam & ambulationis, & omnis motus localis processum est aliquis terminus. Sed si verum esset quod isti dicunt, sequeretur quod deueniens ad talem terminum, esset hoc aliquid & substantia aliqua, quod est absurdum. In aliis autem motibus & mutationibus terminus est forma substantialis vel accidentalis, sicut in alteratione & generatione. In augmento autem terminus est perfectio quantitatis: adhuc sensibilibus quorundam quae sunt apud nos, anima erit terminus & forma, & punctus & linea & superficies non sunt quid siue quidditas ipsorum: in his enim quae sunt animata, dicit ratio diffinitiuam talem esse terminum. Quare igitur & propter quam causam mathematica ponuntur esse separabilia, vt sint termini & formae sensibilibus, per quae sint & sciuntur sensibilia?

Amplius autem aliquis non valde ens optimus, sed improbus, contra istos quare de numero omni quem ponunt: & similiter de mathematico: cum enim ponantur multi esse numeri, non videntur confecti sibi aliquid inuicem priora posterioribus. In talibus enim causis posteriores exeunt a prioribus. Sic autem non est, quod posterior numerus mathematicus exeat a priori, qui est idealis: nec iterum numerus mathematicus non confert aliquid ad esse dimensionis, quem si ponamus non esse numerum, non propter hoc minus erunt dimensiones apud eos qui solas dimensiones dicunt esse mathematica, & existentibus solis dimensionibus nihil prohibet animam & corpora sensibilia esse sine omni numero: non enim videretur esse

Anima in  
quantum  
anima non  
est separata.



parentela quedam inter hoc, ut ex idealibus numeris sint mathematici, & ex mathematicis numeris sint dimensiones, & ex dimensionibus mathematicis sensibilia: natura enim existens accidentaliter ad aliquid non videtur esse, sicut ex parentibus, sicut lugubres tragedias parentum in filios distribuunt poëta: quia numerus accidit dimensionibus, & possunt esse dimensiones & sensibilia sine numeris.

Hoc autem inconueniens, quod modo dictum est, diffugit ab eis qui ponunt ideas: illi enim faciunt & generant mensuras ex materia prima, quam dicunt esse indefinitam quantitatem, & ex numero, dicentes punctum esse unitatem positam, & hanc in materia fluere in duo, & facere lineam, & per fluxum lineæ in quatuor puncta generant superficiem, & per fluxum superficiæ in materiam & in octo puncta fieri dicunt corpus: & ideo bisarium dicunt esse primum linearem numerum, quaternarium autem primum quadratum, & octonarium primum esse cubicum: & quia sic ex numeris producunt dimensiones, effugit eos illud inconueniens, quod est priora non conferre posterioribus: dicunt enim, quod nisi materia ponatur ex qua sunt dimensiones, quod nihil erit quod sit fundamentum potens formam numeri: sed ea omnia quæ sic sunt numero, prius erunt ideas, quæ sunt prima forma separata. Et si ita non dicatur, tunc quis esset locus idearum? tunc enim non haberent locum inter causas, nec aliquid conferrentur entibus: & licet hoc pro inconuenienti concludant, tamen sicut apud diximus, pro certo ideas nihil conferunt ad esse, sicut nec mathematica apud illos qui eas ponunt esse causas, aliquid conferunt ad esse entium, vel ad scientiam ipsorum: nullum enim penitus theorema in mathematicis qualiter hoc vel illud mathematicum constituat hanc vel illam substantiam, nisi aliquis velit mouere & transferre mathematica per similitudines adaptationum, & sic facere velit quaedam proprias non vniuersales opiniones, quæ non sunt theorema demonstrabilia. Hæc autem non difficile sic accipere quacunque suppositiones mathematicas, & ad alia quædam eas producere & conglutinare eas eis per adaptationes similitudinum. Igitur omnes isti ea causa quæ dicta est, ideis inhiantibus plus quam oportet, peccant in mathematicis principiis quæ ponunt.

Alij vero primo faciunt duo genera numerorum, quæ dicunt esse principia speciei, videlicet numerum & mathematicum. Et isti nullatenus dicunt, nec etiam ex his quæ posuerunt, habuerunt facultatem dicendi, quomodo & ex quo sicut ex principio erit mathematicus numerus ex ideali numero. Hi enim faciunt mathematicum numerum medium inter idealem sive spiritualem numerum & sensibilem. Si enim isti volunt dicere, quod mathematicus numerus producitur ex magno & paruo, idem illi numeri erunt ipsi qui sunt idearum numeri: quia magnum & paruum absoluta non sunt, nisi ideas magni & parui. Alius vero numerus secundus, ut dicunt, est numerus parui & magni: quia isti mensuras faciunt ex numero parui & magni indefinitate accepto. Si autem aliquis dicit aliquid diuersum à numero parui & ma-


gni esse elementum magnitudinum quas faciunt ex numeris, ille plura dicit esse elementa quam dualitatem parui & magni. Et hoc est contra hypotheseum: quia ex vno cum dualitate, ut diximus, omnia dicunt generari: & si dicatur, quod vnum quid vniuersale, parui videlicet & magni, est commune principium, tunc quaeremus quid erit ipsum vnum quod in ipsis principium commune est? Adhuc autem quaerendum est, quomodo tunc multitudo quedam sit magnum & paruum, cum ipsa sint vnum quod est in eis, & quomodo contingat simul cum hoc numerum fieri ex eis, cum sint vnum? Magnum enim & paruum secundum istos sunt prima simplicia contraria, quæ in se habent pluralitatem dualitatis indefinitæ. Adhuc autem aliter obiciendo secundum illum qui sic dicit vnum esse magnum & paruum, impossibile est esse omnia ea ex vno & dualitate indefinita: quia secundum eum dualitas redit ad unitatem.

Sed proculdubio sicut prius diximus, ista quæ dicunt antiqui, aduersantur & sibipsum inuicem, & aduersantur his quæ secundum veritatem sunt rationalia: & videtur esse in eis Simplicis poëta longa oratio: quasi sicut ille, ita & iste nihil sanum dicunt. Vident etiam isti non ex ratione quidem ponere magnum & paruum esse elementa, sed potius videntur ea violenter acclamare per contentiones & attracta contrarietati naturam: nullatenus enim potest aliquid generare numerum, nisi duplicatum ab vno secundum progressionem, cum numerus sit coactio unitatum: & sic ad numerum nihil faciunt magnum & paruum. Absurdum est etiam facere generationem eorum quæ sunt sempiterna entia: & est hoc magis vnum quid de numero impossibile, quam quod ponatur esse verum. Non oportet ergo nos dubitando inquirere, utrum Pythagorici verè faciunt generationem, aut non faciant. Manifestè enim dicunt, quod vno constituto quod dicunt unitatem sensibilem, siue hoc constituitur ex superficiebus mathematicis, siue ex calore qui est forma physica simplicis corporis, siue ex spermate quod est genitura animalium, siue etiam constituantur ex quibusdam quæ dubitant dicere esse principia, sicut est rectum indeterminatum, quod proxime est infinito quod dicunt esse principium: ut generaliter dicatur, quocunque modo constituitur vnum, hoc est attractum ad esse & terminatum termino essentiali: quia aliter vnum non esset diuisum ab aliis, nisi esset sic terminatum: & sic patet quid dicunt eorum quæ sunt esse generationem. Sed quæ dictis factis sic decorant, & physice dici volunt, iustum est eos inuestigare ea quæ sunt de natura per principia naturalia: & hoc quidem non faciunt.

Sed tractatus iste præsens modo dimittatur à nobis: quia nos hæc quaerimus principia quæ sunt in immobilibus substantiis: propter quod etiam talium numerorum quales induximus, à nobis hic est perscrutanda generatio: quia illi immobiles esse substantie ab antiquis ponebantur. Antiqui autem numeri quidem imparis generationem non dicunt, quasi palam sit quia existit impar numerus per generationem numeri paris: parem autem primum inter pares numeros qui est dualitas, faciunt ex inæqualibus

bus quidem ipsorum, quae inaequalia dicunt esse magnum & paruum aequata, & ad aequalitatem reducta. Si autem verum est quod dicunt, necessarium est, quod illis aequatis prius inaequalitas ex qua reducta sunt ad aequalitatem. Si enim semper fuissent aequata sine aequalia, tunc non fuissent primo inaequalia: cum autem iplo numero magno & parui nihil sit prius, videtur quod non fuerunt prius inaequalia: &

ideo palam est, quod non faciunt generationem numerorum speculandi causa & demonstrandi, sed prius ut ostendant sensibilia esse ex ipso, secundum speculationem enim, ut iam habitum est, non potest fieri binarius ex inaequalibus aequatis: quia aequati dicebant in qualia per mixtionem magno & parui ad quanti generationem.



# TRACTATUS II.

IN QVO INQUIRITUR QVALITER  
preinducta principia se habent ad bonum & optimum.

## CAPVT I.

In quo ponitur opinio eorum qui bonum & optimum non dicebant esse principium, sed potius potentia aequali regnare bonum & malum.

In Philo-  
sopho. cap.  
2. ubi. H.  
bet autem  
du. uatio-  
nem & be-  
ne dubi-  
ti inrepa-  
tionem,  
quasi et  
habent ad  
bonum &  
malum e-  
lementa.



Ab est autem dybitationem magnam, si non contenti sumus, quod loquamur in communi de principijs, sed inuestigauerimus primi principij interpretatione, quid sit secundum naturam & suppositum: sic enim ut in vndecimo huius philosophiae lib. ostendimus, prima substantia separata est bonum & optimum omnis boni. Quare igitur ab his qui numeros dicunt esse substantias separatas & principia entium, quomodo se habent principia quod ponunt ad id quod est bonum & valde bonum, & optimum, ad hoc enim secundum aliquem modum oportet quod se habeant principia prima, & elementa quae isti ponunt. Dubitatio enim est quid eorum sit principium bonum, & utrum est aliquod illorum principiorum id quod volumus & intendimus dicere bonum & optimum, aut non est aliquod principiorum bonum & optimum: sed sicut dixerunt quidam, bonum & optimum sunt ex principijs posterius genita. A theologis enim quibusdam qui sunt de adhuc tempore Aristo. praesentibus in vita & philosophia, videtur esse confessum hoc quod bonum & optimum non sunt principia, sed genita ex principijs. Et illorum fuit Eudoxus, & quidam alij tunc praesentes in philosophia. Ipsi enim non dicunt apparere valde bonum & optimum nisi praueientem materia entium, & sicut in ante habitis dictum est, perfectum & bonum dicebant esse principiatum & imperfectum, & malo permixtum dicebant esse principium boni & optimi. Hoc autem fecerunt ideo: quia ad

entis entiam dudi fuerunt ex quadam vera difficultate quam obiciebant sophistae contra omnes illos qui dicebant vnum esse principium omnium materiale, sicut quidam antiquorum dixerunt: secundum enim illos accidit pro certo imperfectum esse principium perfecti, & permixtum malo priuationis esse principium boni & optimi. Est autem haec difficultas eueniens, non ideo quia bonum reddatur sine attributarum hoc quod dicunt, ita quod ipsum quod vere principium existens sit sicut dicunt, sed potius ideo, quia dicunt vnum esse principium & elementum materiale entium: & dicunt, quod numerus est ex vno potestate: & quia numerus ex vno est potestate, & numerus est causa entium, ideo potestatem dicunt esse principium entium: & sic imperfectum & permixtum malo dicunt esse principium. Propter quod etiam antiqui videntes, quod ex vno materiali principio procedunt entia, per contrariorum actionem & passionem, dicebant bonum & malum esse principia, & principium lucis, & principium tenebrarum, & principium humoris, & abyssum absorbens omnia. Et ideo dixerunt similiter inaequali potentia & regnare & principia non quidem primos deos qui sunt principia imperfecta secundum eos, qui sunt ut nox & caelum, quorum vnum est principium praecedentium, & alterum principium lucis sequentis, aut etiam chaos quod est abyssus absorbens quae praecedat, aut Oceanum qui principium est humoris qui vita est subiectum, sed Iouem perfectissimum omnium & sublimem Deum non dicebant primo regnare, sed postea ex alijs dijs genitum.

His autem contingit talia dicere propter hoc quod vident, quod illi qui principiantur in entibus, secundum omnes virtutes suas sunt continue transmutabiles & amittentes virtutem ex contrariorum successione: quoniam dicere contingit, quod omnia sunt permixta ex permixtione istorum principiarum: & hoc dicunt non fabulariter, sed expressa veritate sine tegumento fabularum: & hoc modo dixit Fe-

D. Alberti Mag. Metaphy.



nicida Philo'sophus; & alij sapientium quidam, qui dicunt, quod primum dignitate quod est bonum & optimum, est generatum ex principiis primis & elementis. Hoc etiam quidam magni de numero posteriorum sapientiam dixerunt, vt Empedo. & Anaxago. quorum quidem Empedo. videlicet dixit amorem esse elementum omnium: ille vero, scilicet Anaxa. dixit omnium principium esse intellectum. Sed inter eos qui immobiles substantias dixerunt esse principia, hi quidem dicunt, quod ipsum vnum siue veritas est principium quod est valde bonum: & dicunt vnum & veritatem esse substantiam omnium: quia putant, quod vnum maxime sit ens & entium causa. Ea igitur dubitatio in qua nunc sumus, est; vtum oportet nunc dicere bonum, sit valde bonum, & quod ipsum per se sufficiens sit & salus, & non accipiat illa ab alio sicut id quod egreditur de potentia ad actum: quod enim incorruptibile est, non est propter aliud quod ipsum ad esse deducatur: quod enim incorruptibile est non eo siue ab eo quod bene se habet, nec est per se sufficiens sicut generata sunt propter generans, quod bene se habet ad agentis naturam: nec tamen est per se sufficiens, sicut generans determinatum, vt homo bene quidem se habet, sed tamen siue primo vniuersaliter mouente non est sufficiens. Impossibile est igitur, quod primum principium appareat esse tale, quod sit ipsum vnum quod est numeri principium: aut etiam si hoc non est principium, impossibile est, quod appareat nunc elementum: & tale elementum quod sit elementum quorumcumque numerorum: quia talis principium, vt diximus, est potentia & imperfectum & malitiam permixtum. Accidit enim ex hoc, si ita dicatur, multa difficultas, quam quidam fugientes abdicauerunt & a positione recesserunt: cum tamen aliquando dixissent vnum quidem principium esse primum & elementum, & negauerunt verum esse quod prius verum esse confitebantur. Mathematici autem qui mathematica omnium dicebant esse principia, dixerunt numerum esse principium omnium: dicunt enim, quod in numero omnes veritates sunt & generantur, quemadmodum sit & generatur valde bonum & optimum quid.

CAPVT II.

Qualiter malum participatur ab entibus, & est regio & locus secundam opinionem aliquorum.

ET multa & multiplex est inuestigatio inter Philosophos valde bonorum. Amplius autem si species ideales ponantur esse numeri tantum secundum hoc quod numeri sunt primæ substantiæ separata, sequitur quod omnes spe-

cies sunt bonum quid: quia sunt & quidditates & bonum, quod vt diuinum appetunt omnia. Sed quocumque vult ponat aliquis ideas: nam si detur, quod ideas sunt de numero bonorum solum, sequitur quod ideas sunt substantiæ entium. Si autem est bonum etiam substantiarum, tunc sequitur, quod omnia alia & planæ sunt bona, & ea quæ etiam participant bonum & optimum: & hoc non dixerunt auctores idearum, qui vnam ideam dixerunt esse, sicut alterius entis quod est in genere vno: bonum enim dixerunt esse ens in genere qualitatibus. Hæc autem inconuenientia accidit: & accidit etiam quod si vnum est elementum, quod etiam contrarium vni & bono sit elementum, sicut quidam dicunt, illud vni contrarium elementum esse pluralitatem, siue etiam quod illud sit inæqualitas quæ est magnum & paruum, ex quibus sunt omnia cum vno: & dicit, quod ipsum elementum inæqualitatis & pluralitatis est ipsum malum: propter quod etiam ille quem effugit bonum, ita quod non potest copulare ipsum vni quod est in potentia omnia, eo quod necessarium sit quod sit ex contrariis generatio boni perfecti secundum actum, dicit malum esse pluralitatis naturam forte ideo: quia bonum est ex vna & tota sola causa: malum autem est omnifariam, sicut determinatur in ethicis.

Alij vero dicunt inæquale mali naturam esse, & non copulant bonum cum vno: eo quod est vnum elementum & potestate quadam ens, bonum autem secundum actum: & secundum vtroque hos accidit omnia participare malo sicut participant pluralitatis vel inæqualitatis naturæ, præter vnum quod est semper vnum idem. Et hoc est vnitas ipsa, & maxime accidit participare malo, in eo quod permixtum est & participat numeros aut mensuras: & isti dicunt, quod malum est regio & locus boni: eo quod eandem dicebant esse receptionem loci & receptionem materiæ: quod tamen non est verum, sicut ostensum est in quarto physicorum: & dixerunt, quod corruptibile desiderat bonum, sicut dictum est in fine primi physicorum: vnum enim contrarium corruptiuum est alterius: & vt generaliter dicatur, quemadmodum diximus, quia materia est potestate, sicut id quod est ignis actu, prius est potestate ignis: sic dicunt, quod ipsum malum est potestate bonum: malum enim in talibus est contra naturam formæ esse: & ideo malum secundum suppositum quod supponit, est materia sub priuatione.

Hæc autem inconuenientia omnia accidunt ex diuersis quæ iuponunt quæ sunt facta circa prima principia: hoc enim quod dicunt, quod bonum est generatum, sequitur ex hoc quod dicunt, quod illud principium quod est omnium primum, est elementum. Quot autem & quales sint principatus mali & boni, sequitur ex hoc quod dicunt, quod prima principia sunt contraria. Quod autem perfectum & optimum sit potentia numerus & multiplicetur, sequitur ex hoc quod concedunt, quod vnum quod est principium numeri, sit primum principium & substantia entium. Quod autem bonum & optimum sit numerus & species idealis, sequitur

4-phy tex com 16. & 17. Primo phy. t. c. 21.

ex hoc quod dicunt, quod primæ substantiæ sint numerus & species ideales & separabiles. Si ergo secundum istorum dicta sequitur, quia poni bonum inter principia est impossibile, & quod non poni ipsum inter principia sit iterum impossibile, palam est quod hoc est ideo: quia secundum dicta eorum principia male reducuntur & adaptantur entibus, quæ si recte ponerentur, nihil sequeretur inconueniens: nec prima principia inter ea quæ sunt principia, recte ponuntur procedere ab his quæ non sunt indefinita: sicut est materia & ea quæ sunt potestate: prima enim principiorum definita sunt, & a nullo sunt, sed sunt causa omnium. Illi autem dicunt, quod sunt imperfectiorum imperfectissima. Dicunt enim, quod sunt potentia proxima, ex quibus sit vnum quodque, quæ sunt quidem imperfectæ, sed inter alia imperfecta sunt perfectiora quædam: cum tamen tamen totum contrarium sit verum: quia sunt perfectissima, & sunt actus deducentes ad actum esse imperfectum. Hæc igitur est causa propter quam sic se habere res dicunt in primis principis, & ideo dicunt, quod etiam ipsum vnum quod est principium, non est ens quid determinatum, sed potestate est quid ens: & hoc totum accidit, vt diximus: quia dicunt, quod idem est principium & elementum: & cum elementum non sit nisi potestate, dicunt quod principium non sit nisi potestate. Sunt autem & hic apud nos, vt modo non loquamur de primis principis, sed de proximis quædam principia perfecta secundum actum, existentia, ex quibus sunt ea quæ sunt imperfecta: homo enim qui est actu perfectum principium generationis, generat, & ab ipso est sperma: & ideo sperma non est primum generans: & ita poterant scire, quod ante omnia quæ sunt potestate, sunt ea quæ sunt actu, & quod prima principia sunt perfectissima nihil contrarium habentia: sed quia in antè habitis hæc sufficienter determinata sunt, ideo hic relinquuntur.

CAPVT III.

Et est contradictio contra eos qui dicunt mathematica esse in loco, & contra eos qui dicunt quod ea quæ sunt ex elementis prima, sunt numeri discreti.

Aburdum autem est quod dixerunt, quod solida mathematica haberent locum: quia licet determinatum sit in quarto physicorum, quod locus dandus sit mathematicis, tamen hoc non fuit intellectum, nisi secundum quod locus est quantitas, & non secundum quod locus est naturalis & principium generationis: locum autem secundum quod est principium generationis, dederunt mathematicis illi qui mathematica principia entis & generationis esse dicebant. Et hoc est absurdum: locus enim sic dictus mensura est esse & singularium sensibilibus est proprius. Cuius signum est: quia illa separabilia sunt a loco per motum, & mouentur de loco ad locum, & non mathematica: quia non sunt sic vbi sicut physica: & ideo quæra-

D. Alber. Mag. Metaphy.

mus ab eis quid est dicere, quia hæc modo vbi erant? & iterum quæramus, quid est locus in quo sunt mathematica? & non poterunt respondere. Similiter autem & nunc oportet, quod illi qui dicunt entia ex elementis esse quibusdam intelligibilibus, dicunt cum hoc, quod prima quæ sunt ex illis, sint numeri diuisiue discreti: quæramus enim ab eis, quomodo sit dicere sic aliud ex alio esse? quæ enim transmutatione numerus est ex numero, aut ex principis numeri? Quæramus enim, vtum aliqua mixtura elementorum numeri numerus est ex principis numeri: hoc enim dici non potest, quia sicut patet per ea quæ in fine primi per geneleos dicta sunt, non omne factum potest misceri: & inter alia quæ misceri non possunt, sunt principia numerorum: & ipsi numeri ipsum etiam factum quod sit quod est vnum, non sit diuersum & alteratum a se per mixtionem, cum remaneat seipsum tale & separatum & discretum: & hoc modo coniungi aliqua non est de ratione miscibilium & mixtionis: nec potest dici, quod sit alio modo commixtio quam quæ est miscibilium alteratorum adinuicem vno.

Alij autem adhuc respondentes, quod non sit talis vnus & principiorum numeri commixtio, sed sit ibi compositio, ad entium & numerorum constitutionem, sicut in syllaba componuntur literæ quæ tamen manent discretæ in sonis elementorum, quamuis indistincte pronuntientur. Si autem sic dicatur, tunc necesse est, quod numeri quæ sunt causa entium, sint & existant separatim ex vno: & ille qui intelligit ea per compositiua, intelligit vnum quod est substantia numeri, & intelligit pluralitatem quæ est quasi forma numeri: in hoc enim est constitutus numerus per hunc modum: vnitas vt substantia numeri, aut pluralitas vt forma numeri: aut si cum vno inæquale est principium numeri, tunc numerus secundum hoc erit vnum & inæquale discretæ & compositæ, sicut discretæ & compositæ sunt litteræ in syllaba: & quoniam ex talibus taliter compositis est esse numeri, est pro certo vt ex eis quæ insunt discretiue posita & composita, & vnum quidem est principium numeri, quasi id quod nondum est numerus, sed potestate est omnis numerus: sic enim vnitas est principium numeri, quasi de numero, eorum quæ insunt numero existens: & hoc modo vnum non est nisi generatio siue potentia generationis eorum numerorum quorum ipsa vnitas est principium: sed hoc est, vt diximus, per modum illud per quem ex spermate est generatio, quæ est ex eo quod est potentia. Sed non dicitur hoc quod sint numeri, ex vno quod possibile sit aliquid abire ex ipso per diuisionem, cum sit indiuisibilis: sed ideo dicitur, quia numeri secundum substantiam suam materialem non subsistunt ex contrariis. Sed quæcumque sic sunt, vnus materialis principio, oportet quod etiam ex aliquo alio sint substantia, quod sit formale in ipsis, sicut differentia constituit ea in esse. Et ideo quia aliquis antiquorum ponit, quod vnum sit contrarium pluralitati. Alius autem ponit, quod sit contrarium ei quod est inæquale: & ideo videtur vno tanquam equali: & sic dicit, quod quasi ex contrariis est numerus. Sic ergo secundum antiquos aliquid est diuersum ab vnitate.

Primo de generatio. q. 22. c. 6. 83.



tate, ex quibus numerus est aut factus est, quorum unum est sicut subsistens quod est unitas, & alterum est sicut forma contracta vno secundum quod est sub numero privatione.

Amplius autem disputantes contra istos, queramus, quare omnia alia quecumque sunt ex contrariis, aut etiam quibus sunt alia contraria, ut simplicibus elementis, corrumpuntur, numerus autem quamquam ex omni contrarietate sit, non corrumpitur: nihil enim de hoc dicitur ab antiquis, & videmus, quod ipsum quod inest in aliquo contrarium, corrumpit ipsum, sicut Empedocles dixit, quod odium corrumpit mixturam. Cum autem numerus non corrumpatur ab aliquo quod inest sibi, non oportebat numerum ex contrariis componi dicere: non enim est aliquid contrarium numero. Peccant autem in hoc antiqui: quia cum dicerent numerus esse causas & substantias entium, nihil diffinitum est ab eis de hoc, utrum numeri sint causa esse & substantiarum, & qualiter sint causa, utrum videlicet sint causa sicut termini dicuntur causa, sicut quidam dicunt puncta causas & terminos formales mensurarum, sicut diximus in antecedentibus. Eurippus autem quidam de rebus istarum, ordinavit, quis numerus, cuius esset entis causa, ut quod hoc quidem numerus esset causa hominis, alius vero equi ad modum arithmeticoz qui numeros qui sunt dicentes esse ad figuras & figurarum ordines. Et ideo de figuratis & superficialibus numeris dicunt unum esse triangulum, & alium quadrangulum. Et sic isti ex similibus enumerationibus dicunt quosdam numeros esse formas plantarum ideo: quia sunt illi numeri, aut ratio, aut consonantia quaedam numerorum reponens complexionem plantarum. Similiter autem etiam hunc numerum dixerunt esse aliorum quodlibet passionum: & passiones vero numeri dicunt esse album, & dulce, & calidum per adaptaciones quasdam: & sic attribunt omnia numeris.

## CAPVT IV.

*Quod numeri nec sunt cause formales, nec efficientes, nec substantiales entium.*

**Q**uod autem numeri non sint substantie & forme dantes esse entibus, palam est ex his que nunc dicentur. Substantia enim est ratio distinctiva rei & quidditas. Numerus autem est materia, sicut est materia canis, aut ossis, numerus quidem elementorum & substantiarum que componunt carnes & ossa. Dicunt enim, quod sic commixta terra ignis & aqua duo constarunt carnes aut ossa, sicut dixit Empedo. quod os est ex octo partibus, quarum quatuor dantur vulcano: & sic dicunt, quod semper aliquis numerus est id quasi sit sic semper numerus aliquorum, ut igneus, aut terreus: & dicunt, quod monadicus est aliquando, quando id quod est unius & simplicis est nature: sed substantia formalis est tamen hoc esse secundum id quod est, & est ad tantum hoc quod secundum mixturam & mixtionem rationem est.

Hoc autem non est numerus, sed potius formalis ratio mixtura numerorum corporalium, aut quorumlibet numerorum aliorum materialium, qui commixti sunt. Sicut autem numeri non sunt cause formales entium, ita nec sunt faciendi causa que vocatur causa efficiens. Et hoc patet per se: quia non qui numerus aliquid de numero agentium, vel mouentium: unde generaliter loquendo nec numerus pluralis, nec monadicus est causa aliqua, que sit ratio, vel materia, vel species, vel efficiens causa rerum.

Sed forte dicit aliquis, quod numerus est cuius causa & finis: & tunc dubitabit aliquis quid est illud ens siue unum quod est ex numeris. Si enim gratia exempli referamus ad bonum in medicina, dicemus, quia in numero est mixtura quedam: & illa mixtura aut est in mixtura rationabili & proportionali mixtorum ad finem sanitatis, aut est in mixtura impari que non est proportionabilis sanitati: nunc autem potest esse, quod nihil sanius est ter tria committere si debeat fieri melliceratam per mixtum: sed aliquando magis iuuat quando est aquo unum, in nulla ratione proportionis existens, quam si sit partium aequo unum: & tamen sit in numero & per portione seruat & mixtum: eo quod sunt diuersa infirmitates, propter quas oportet plus & minus esse aquo unum. Amplius rationales mixtura tales sunt in additione numerorum secundum quas additiones sunt diuersa proportiones, que sunt per mixtionem que sit in numeris, sicut dicimus ter tria se habere ad duo in quadruplici sexquialtera proportione, sed in hac eadem proportione non dicimus, quod sic se habeant ad ter duo, sed potius ad ter duo se habeant ter tria in proportione sexquialtera tantum. In similibus enim proportionibus, oportet idem genus esse multiplicationis: propter quod etiam oportet mensurari numerum proportionalem, sicut si dicamus, quod sit principium penes quod attenditur proportio, oportet esse verum quod id quod est a. b. g. quod est numerus proportionatus. Et similiter d. quod est ratio proportionis & principium, oportet conuerti super d. & e. proportionatum numerum. Omnia igitur que sunt in eadem proportione, mensurantur per idem, & sic dicunt, quod s. e. g. proportionata sic sunt ignis que sunt tria. Aquæ vero numerus eo quod spissior est, non est tria, sed ter tria, que sunt triplum ad tria: & sic ignis & aqua sunt proportionata. Et similiter dicunt esse de aliis elementis. Quod si verum est, necesse est, quod omnia communi ent numeris proportionalibus: & necesse est, quod multa eadem sint: & hoc sepe necesse est, quod idem numerus sit in hoc ente & in alio: & tunc etiam illa entia erunt unum ens, quod falsum est: quia duo nunquam erunt unum. Oportet ergo dicere, quod hæc sit causa, sicut dictum est, & quod propter illam causam sit res ipsa in esse formali id quod est: aut oportet dicere, quod non est manifestum per quem modum est aliquis numerus cursum & motum solis. Et iterum non est manifestum per quem modum sit numerus eorum que sunt luna propria, & cuiuslibet vite & ætatis animalium horum omnium secundum ea que dicta sunt, oportet omnem quandam numerum, qui tamen non est manifestus.

In Philo-  
sopho cap.  
2. ubi sumit  
inter autem  
homo &  
aliorum  
vni quod-  
que.



manifestus. Queramus ergo ab istis qui dicunt omnium causas esse numeros, quid prohibeat horum numerorum qui sunt causa vitæ & solis & luna, quosdam esse quadrangulos, & quosdam cubos & æquales in eo quod æqualiter sunt in se & in radice ducti, que admodum cubum perficiant: & alios quosdam esse duplos, & alios in aliis esse proportionibus: non enim potest assignari aliquid quod prohibeat, sed potius necesse est eisdem & eisdem figuræ numeros & eiusdem proportionis, conueniri sepius ad idem & ad diuersa entia. Si hoc concedatur quod dicunt, quod omnia entia communica- uerunt numeros: & sic contingit, quod illa que differant specie & numero, cadunt sub eodem numero.

Si igitur accidisset, quod aliqua inferiora ha- buissent eundem numerum, illa efficerentur ead- dem adinueniem, cum eandem numeri habeant spe- ciem: & sic sol & luna possent esse eadē cū aliqui- bus inferioribus eundem numerum essentialē cau- sam sui esse habentibus: quod est absurdum & inconueniens. Queramus enim ab istis, quare hæc causæ sunt causæ? Scimus enim in septena- rio numero multa esse: septem enim apud Græ- cos sunt vocales, & septem sunt chordæ in ali- quo instrumeto musico, aut etiam septem harmonie secundum antiquos, septem quoque sunt pleiades: & etiam aliqui ponunt quendam in numero que sunt 7. & 10. & que iam dicunt non esse in numero illo. Item septem sunt por- ticus qui sunt Thebis. Queramus igitur, an propter hoc quod talis & tantus est hic nume- rus, ideo illa que dicta sunt, facta sunt septem? Sic oportet dicere, quod septenarius est causa istorum, ita quod propter hoc quod talis est septenarius, pleiades sint stellarum 7. aut illi qui sunt apud Thebas, sint porticus septem: aut e conuerso septenarius est talis numerus, quia pleiades sunt septem stellæ, & quia porticus sunt septem apud Thebas: aut quod uerius est, hoc est propter aliam aliquam causam.

Hanc autem causam quam diximus septena- rij computationem, ita numeramus, cum ta- men nihil causalitatis habeat ad ista que per septenarium numeramus: quia in anima nune- ramus alio numero, sicut arcturi stellas quidem numeramus per duodecim: alij uero plures po- nunt in eo quam centum, quia numerus stel- larum imaginum cæli apud diuersos diuersimodè numeratur: & consonantias quidem dicunt esse tres. Et cum queritur ab eis, quare sit cau- sa, quod sint tres? assignant causam, dicen- tes, quia & hæc que quædam alia sunt, tria sunt: & si illa fuissent decem millia, non curaretur, quod assignarentur pro causis: & hoc uideretur esse ridiculum, quod eo aliquid sit causa alterius, quia est eisdem numeri cum illo: nam quodcumque signorum cæli acceptimus, dicentes illud esse d. k. p. erit unum si- gnum quodcumque stellarum: & ideo non pos- sumus dicere quod est in tali numero, quod quodlibet aliorum est duplum ad illud: aliud autem non est duplum. Causam ueram enim inspicendo dicimus esse talem, sicut si causare uelimus quare sunt tria loca piscarorum super litus maris: & dicamus, quia hæc tria sunt in- per que uilius inferitur sagena quando de mari

extrahitur: sed non dicemus, quod illa sunt tria: quia tres sunt consonantia, acuta, grauis, & media: quoniam secundum rei ueritatem con- sonantia sunt plures, sed sint sint tot: sine plures, sine pauciores, nihil facit ad hoc quod tria sint super mare loca piscarorum. Hæc autem ita posuimus ad ostendendum, quod inconue- nienter ponunt causas, qui numeros dicunt esse causas entium: sed tamen hæc nondum possu- mus eos qui de talibus secundum poeticas fabu- las multa inconuenienter dixerunt, sicut est Gymiles, & alij quidam ex Homericis poetis, qui propter pauca similitudines, quas uident in rebus, statim dicunt unam esse causam atri- us propter unam similitudinem: & ui- dentur esse ista sicut somniorum, & metapho- rarum adaptationes. Sed isti magnas conuenien- tias que sunt in ueris & conuertibilibus causis, non uident, sed præter uident. Dicunt enim quidam istorum multa talia, sicut debent rati- onem reddere de his que sunt apud Mediam, ubi sunt due distantie in partibus, quarum una est 9. & 8. alia patio ubi ratio summe est, quod sunt in uicino decem & septem, qui nume- rus est æquinumerus in substantiis. Veniunt autem in dextra quidem nouem syllabæ & in sinistra octo illorum qui numerant syllabas con- sonantiarum: & dicunt, quod quia æqualis est distantia ab a. ad h. que sunt signa illarum sylla- barum, & a nichæ ad acutissimam petram hec- tem uocantur in partibus denominatis, ideo sunt, ut dicunt, tot syllabæ in quantum nu- merus cæli est æqualis his secundum longitudi- nem uel latitudinem: rariorem enim distat locus a loco in inferioribus, quantum est inter æqui- noctialem & locum ad quem mensuratur de gra- dius meridiani secundum quantum est inter punctum orientis & zenith capitis, & parti- bus circuli longitudinis in quo mouetur sol ab oriente usque ad zenith capitis illius locis, ad quem extenditur longitudo, & in quo accipi- tur zenith capitis. Omnia autem hæc sic dicere, iudicium est: quia in omnibus non causa pro- pria assignatur: & ideo non refert sine ista exempla que nos ponimus, siue altera magis nota ponatur: que nos enim ponimus, sunt secundum Aristoteli exposita: & forte corruptus est liber. Unde tale est ac si dicatur, quod quia qua- tuor sunt plagæ mundi, ideo quatuor sunt hu- mores corporum complexionariorum: & quia c. senatores fuerunt Romæ, ideo sunt c. provin- cia que Romanis subdeantur: & quia tres sunt stellæ in triangulo qui apud Astronomos positio Egypti uocatur, ideo tres sunt dimen- siones corporis, uel aliud quodcumque ponatur.


Videre enim oportet ne quis talia dubitando di- piter, nec dicat, nec inueniat per adapta- tiones in sempiternis que non generantur: sed quod aliquand, similia inuenit in his que sunt corruptibilia: quia in his numeris sunt ligæ nature & contraria naturarum, ut ea que sunt, ligentur & non seinuicem destruant, sicut dicit Boëtius. Qui numeris elementa ligas, ut signora flammis, arida conueniant liquidis: & sicut in natura ligant numeros, ita in ipsis naturali- bus agentibus & patientibus totaliter ligant ea que sunt in mathematicis, sicut quidam di- cunt:

Sunt: talia enim faciunt causas nature. Sed hæc, sicut diximus, in sempiternis cauendum est: quia illa non sunt ex contrariis: & ideo non oportet, quod ligetur numeris ad hoc quod non dissoluantur, tamen etiam in istis sensibilibus videtur sic philosophantibus tota natura eorum diffugeret: nullo namque modorum quos secundum veritatem determinauimus circa principia entium, aliquid istorum numerorum est causa.

Faciunt autem illi qui dicunt numeros causas, hoc quod dicunt manifestum: quia dicunt, quod talis numerus existit, & est eiusdem coelevationis: in partibus suis cum partibus rei cuius est numerus: & dicunt, quod impar quidem numerus est boni: & similiter positione quorundam numerorum sunt boni, & quorundam mali, sicut est videre in sphaera quam de prognosticationibus fecit Pythagoras, in qua si decem ad superiorem numerum, signum est mortis & infamij: & sic etiam dicunt conuenire horas faustas vel infestas ad numeros tales vel tales: & alia quæcunque dicunt colligentes ea ex mathematicis theorematibus, & attribuentes ea naturalibus & periodicis vitæ & ætatum: omnia enim talia huius habent potentiam qualem diximus: unde assirantur non causas quidem, sed coincidentis accidentalibus. Hæc enim sunt accidentia sibi inuicem secundum quasdam proprias coincidentias & proportionales, & non sunt cause adinuicem: id enim quod est proportionale, aliquo modo est unum secundum proportionis unitatem, sicut diximus, quod sicut rectum est in longitudine, sic est in latitudine leue siue planum: & in numero impar,

& in colore album: omnia enim hæc sunt ea quæ magis & p. imò sunt conuenientia secundam naturam: & hoc modo intendunt aptare numeros entibus: nec tamen propter hoc, sunt cause. Amplius non potest dici, quod numeri sint cause specierum & formarum: numeri dico eorum quæ harmonica sunt & harmonicam habent compositionem & talium huiusmodi existentium. Differunt enim numeri ab inuicem, quamuis sint æquales specie: etenim unitates differunt in talibus numeris omnibus. Species autem in nullo differunt: & ideo numeri & unitates non sunt faciende species: ergo ea quæ accidunt ex syllogismo, inconuenientia sunt ea quæ dicta sunt: quamquam amplius multò plura colligi possunt ab aliquo si quis velit ad hoc intendere. Videtur autem esse thegmon siue argumentum eius quod diximus, quod videlicet numeri non sunt cause entium hæc, quod multa patiuntur male ex inconuenientibus obiectis sibi circa generationem eorum quæ sunt quæ dicunt esse ex numeris, & tamen nullo modo possunt complecti, quod non sint separabilia & separata mathematica à sensibilibus, sicut illi dicunt ea separata esse. Et quis non possunt complecti ea esse separata, non possunt probare ea esse sensibilibus principia. Hic igitur sit finis disputationis istius, in qua non dixi aliquid secundum opinionem meam propriam, sed omnia dicta sunt secundum positiones Peripateticorum: & qui hoc voluerit probare, diligenter legat libros eorum, & non me, sed illos laudet, vel reprehendat.

INDEX



INDEX  
In libros de anima.



**A**  
EXTRACTIONIS gradus. libro tractatu 3. capite 4.  
Abubacher & Auempace dixerunt intellectum agentem esse separatum, possibilem autem esse coniunctum corpori. l. 1. tr. 2. c. 6.  
Pet. Accidentia venimus in cognitionem substantie. l. 1. tr. 1. c. 5. tex. 11.  
Achelo flumij pisces branchiis sonitant, vel aliqua simili parte. l. 2. tr. 3. c. 2. tex. 87.  
Actus primus & secundus quid. l. 2. tr. 1. c. 1. tex. 2. & c. 1. tex. 1. item tr. 3. c. 2. tex. 55.  
Actus secundus presupponit primum. l. 2. tr. 1. c. 3. tex. 10.  
Actus sunt præuij potentis quoad nos secundum rationem, licet simpliciter & secundum esse sint posteriores. l. 2. tr. 1. c. 1. tex. 13.  
Actus intellectus & sensus sunt actus perfecti & simplices. l. 1. tr. 3. c. 2. tex. 18.  
Aer qui est in aure, continuatur aeri qui est extra. l. 2. tr. 3. c. 20.  
Aramenta quare præ omnibus corporibus sonora sunt. l. 2. tr. 1. c. 17. tex. 77.  
Astimatiua quare differt ab imaginatiua. l. 3. tr. 1. c. 2.  
Agens & patiens qualem debent habere communicantiam. l. 2. tr. 3. c. 6.  
Agens est semper præstabilius patiente. l. 3. tr. 2. c. 18. tex. 19.  
Verum Alatur contrarium contrario, vel simile simili. l. 2. tr. 2. c. 5. tex. 43. & seq.  
Alcmaon asseruit animam esse quoddam diuinum, quod mouetur semper mouens seipsum. l. 1. tr. 1. c. 3. tex. 32.  
Alexandri opinio, qui dixit elementorum compositionem habere in se inchoationem animæ. l. 1. tr. 2. c. 11.  
Alexandri error, qui dixit quod intellectus sit præparatio ad intelligibilia inscipienda ex complexione elementorum facta. l. 3. tr. 2. c. 4.  
Habens scientiam & per illam speculans, non alteratur, aut aliqd alterationis est genus. l. 2. tr. 3. c. 2. tex. 57.  
Anaxagoras dixit animam per se & essentialiter esse mouentem. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 13. & c. 3. tex. 3.  
Quare differat à Democrito circa definitionem animæ. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 24.  
Solus Anaxagoras dixit intellectum passione vacare & nihil prorsus cum cæteris habere commune. l. 1. tr. 1. c. 4. tex. 34.

Index in libros de anima.

Anaxagoras laudandus, quod dixerit intellectum esse inmixtum, vt imperet omnibus. l. 3. tr. 2. c. 2. tex. 4.  
Anima rationalis est physica considerationis vt est hominis perfectio. l. 1. tr. 1. c. 1.  
Scientia de anima cæteras partes naturalis philosophiæ antecellit obiecti dignitate & demonstrationum certitudine. l. 1. tr. 1. c. 2. tex. 1. & seq.  
Substantia primum, deinde affectiones animæ tam propria quam ipsi & corpori communes considerandæ sunt. l. 1. tr. 1. c. 3. tex. 3.  
Difficillimum est quantum ad quæsitæ & quantum ad modum inquisitionis accipere aliquam fidem firmam & certam de anima. l. 1. tr. 1. c. 3. tex. 4. & 5.  
Animæ quæ dnam sit genus & quæ differentia, inuestigandum. l. 1. tr. 1. c. 4. tex. 6.  
Verum anima sit composita vel simplex, & verum anima differant solo numero, vel specie, & genere. l. 1. tr. 1. c. 4. tex. 7. & 8.  
Verum prius inquitendum de tota anima, vel de partibus. l. 1. tr. 1. c. 5. tex. 9.  
Verum potentia animæ prius querenda quam operationes. l. 1. tr. 1. c. 5. tex. 10.  
Verum anima habeat operationes proprias, quæstio est quam maxime desiderant homines scire de anima. l. 1. tr. 1. c. 6. tex. 11.  
Si anima propriam habet operationem quam sine organo exerceat, contingit eam separari à corpore & esse perfecte. l. 1. tr. 1. c. 6. tex. 11.  
Quædam passiones animæ sunt coniuncti & non animæ tantum. l. 1. tr. 1. c. 6. tex. 14.  
Animæ consideratio pertinet ad physicum. l. 1. tr. 1. c. 6. tex. 15.  
Quæ ad animam spectant, quam diuerso modo considerantur à physico, dialectico, mathematico, metaphysico & mechanico. l. 1. tr. 1. c. 6. tex. 16. & seq.  
Animatum ab inanimato maxime differre motu & sensu, à maioribus nostris accepimus. l. 1. tr. 1. c. 7. tex. 20.  
Animam qui definitur per motum. ibid. & tex. 21. & seq.  
Animam qui definitur per sensum seu cognitionem. l. 1. tr. 2. c. 2. tex. 25. & seq.  
Animam qui definitur per motum & sensum simul. l. 1. tr. 2. c. 3. tex. 28. & seq.  
Animæ tria substantialiter inesse dixerunt antiqui, scilicet motum, cognoscituum & incorporatum. l. 1. tr. 1. c. 4. tex. 33. & seq.  
Quo



# Index rerum.

Quo motu dixerunt antiqui animam moueri. l. 1. tr. 2. c. 4. tex. 35.  
Non solum animæ non est substantiale moueri, sed etiam impossibile est eam moueri. l. 1. tr. 2. c. 5. tex. 36. & seq.  
Animam non esse in corpore sicut in loco seu in vase. l. 1. tr. 2. c. 5. tex. 41.  
Anima quomodo ex harmonicis numeris componatur. l. 1. tr. 2. c. 6.  
Animas exutas à corporibus moueri de loco ad locum ex petras est Author. l. 1. tr. 2. c. 6.  
Animæ motum non esse à sphaeris indissolubilibus contrariè mouentibus ex quibus componatur. l. 1. tr. 2. c. 7. tex. 44.  
Anima est in consilio æternitatis & temporis. l. 1. tr. 2. c. 4. tex. 35. & c. 7. tex. 45.  
Quomodo in anima secundum Platonem est respectus rectus, quem Deus deorum flexit in circulum. l. 1. tr. 2. c. 7. tex. 45.  
Anima mundi quare secundum Platonem intellectualis sit. l. 1. tr. 2. c. 7. tex. 46.  
Animam intellectualem non esse circulum & magnitudinem continuam. l. 1. tr. 2. c. 7. tex. 46. & seq.  
Animam non esse harmoniam. l. 1. tr. 2. c. 8. tex. 54. & seq.  
Melius dicitur non animam, sed hominem anima misereri, vel dicere. l. 1. tr. 2. c. 9. tex. 64.  
Animæ motus aliquando sunt ab exterioribus ad ipsam, ut in apprehensionibus sensibilibus, aliquando ab ipsa ad organa sensuum, ut in remissi cœntia. ibid.  
Animæ intellectualis immortalitas demonstratur. l. 1. tr. 2. c. 9. tex. 65. item l. 3. tr. 3. c. 12.  
Animam non esse numerum per seipsam mouentem. l. 1. tr. 2. c. 10. tex. 67.  
Animam ex omnium elementis esse ut omnia cognoscatur, impossibile est. l. 1. tr. 2. c. 11. tex. 5. & seq.  
Anima quomodo habet esse nobile & antiquum & proprium, & præsertim intellectus. l. 1. tr. 2. c. 12. tex. 8.  
Animam non esse in toto vniuerso permixtam. l. 1. tr. 2. c. 12. tex. 86. & seq.  
Quare aliqui opinari sunt animam esse in elementis & specialiter in aere. l. 1. tr. 2. c. 13. tex. 88.  
Verum animæ vegetabilium & brutorum sint ex traduce. ibid.  
Quare anima intellectiua non ex materia produci dicitur, sed ab extrinseco ingredi. ibid.  
Non esse plures animas in eodem supposito. l. 1. tr. 2. c. 15. tex. 90. & seq. item l. 3. tr. 4. c. 4.  
Anima non est corpus. l. 1. tr. 1. c. 1. tex. 2. & c. 3. tex. 7.  
Anima est forma corporis naturalis, potentia vitam habentis. l. 2. tr. 1. c. 1. tex. 4.  
Anima vegetatiua quomodo dicitur esse semper in actu secundo. l. 2. tr. 1. c. 2. tex. 5.  
Vnde pronenit, quod anima est multorum operum productiua. l. 2. tr. 1. c. 3. tex. 6.  
Quæ anima separabilis est, & quæ non. l. 2. tr. 1. c. 4. tex. 11.  
Anima ex suis operibus inuestiganda. l. 2. tr. 1. c. 5. tex. 12.  
Nullam aliam localitatem habet anima nisi suarum partium. l. 1. tr. 1. c. 7. tex. 20.  
Anima rationalis est umbra intelligentiæ, & sensibilis respectu rationalis animæ, & vegetabilis respectu sensibilis. l. 2. tr. 1. c. 8. & tex. 21.  
Animam vnã numero esse in omni corpore, cur aliqui dixerint. ibid.  
Animam formaliter & non materialiter vniq; & ipsam esse actum huius corporis & non cuiuslibet. l. 2. tr. 1. c. 9. tex. 22. & seq.  
Eadem est ratio animæ & figuræ. l. 2. tr. 1. c. 11. tex. 30. & 31.  
Anima qualiter est viuens, corporis causa & principium. l. 2. tr. 1. c. 2. tex. 36. & seq.  
Animas à compatibus sibi stellis non descendere, componibus vniendas. l. 3. tr. 2. c. 10.  
Animam non constare materia & forma. l. 3. tr. 2. c. 11.  
Quomodo anima est omnia quodammodo quæ sunt. l. 3. tr. 3. c. 12. tex. 37.  
Ex omnibus animabus tantum vnã remanere post mortem, absurdum est. l. 3. tr. 3. c. 13.  
Quomodo animal vniuersale aut nihil est, aut posterius est. l. 1. tr. 1. c. 4. tex. 8.  
Animalia auulosa quare diuisa per transversum, viuunt, sed diuisa per totam longitudinem sui corporis, statim moriuntur. l. 1. tr. 2. c. 16. tex. 94.  
Animalia latitantia tempore hyemis & cessantia ab inquisitione alimenti extrinseco quomodo nutriuntur. l. 2. tr. 2. c. 2. tex. 5.  
Animalia multa loco immobilia. l. 1. tr. 1. c. 6. tex. 16.  
Animalia quæ dicantur imperfecta. l. 3. tr. 4. c. 9.  
Animalis corpus simplex esse non potest. l. 3. tr. 4. c. 3. tex. 6. & seq.  
Animatorum cetera est quantitas in qua stat & extra quam non saluatur species. l. 2. tr. 2. c. 4. tex. 41.  
Appetitus irascibilis & concupiscibilis in homine quomodo differunt à seipsis ut sunt in brutis. l. 3. tr. 4. c. 10.  
Apprehensio vniuersaliter loquendo quatuor habet gradus. l. 2. tr. 3. c. 4.  
Error opinantium Araneam cuncta animalia præcellere sensu tactus, & erroris causa. l. 2. tr. 3. c. 17. tex. 94.  
Aristoteles quare in multis locis laudat Anaxagoram. l. 1. tr. 2. c. 4. tex. 34.  
Attractio qualiter tribus maxime inuenitur, scilicet similitudine, vacuitate & calore. l. 2. tr. 2. c. 8.  
Auerrois deliramentum, quod intellectus possibilis sit vnicus & indissolubilis in omnibus. l. 3. tr. 2. c. 8.  
Auerrois propositio, intellectus omnibus modis sit intellectus, quomodo verificatur. l. 3. tr. 3. c. 6.  
Quæ augentur, æqualiter omni ex parte augentur. l. 2. tr. 1. c. 6. tex. 14.  
Augmentatiua potentie officia. l. 2. tr. 2. c. 6. tex. 47.  
Augmentatiua deseruit generatiua. l. 2. tr. 1. c. 9.  
Augmentum & alimentum non fieri per virtutem ignis. l. 2. tr. 1. c. 4. tex. 40. & seq.  
Avicebron existimauit intellectum possibilem & materiam primam esse eiusdem naturæ. l. 3. tr. 2. c. 9.  
Auris qualiter habet connaturalitatem ad audiendum. l. 2. tr. 3. c. 20.  
Differencia

# Index rerum.

**B**  
Differencia inter bonum honorabile & bonum vile. l. 1. tr. 1. c. 2. tex. 1.  
Bonum simpliciter est semper & ybique bonum. l. 3. tr. 3. c. 6. tex. 53.  
**C**  
Cælestibus corporibus quare natura non dedit sensus. l. 3. tr. 4. c. 1. tex. 61.  
Calor pueri & iuuenis quomodo sunt æquales in radice secundum Galenum. l. 2. tr. 2. c. 6. tex. 47.  
Capita multorum sine cernice primo exorta, deinde per amicitiam germanis cernicibus fuisse coniuncta, sicut Empedocles. l. 3. tr. 3. c. 1. tex. 21.  
Color quomodo mouet visum secundum actum lucidi. l. 2. tr. 3. c. 7. tex. 67.  
Color duplex habet esse, scilicet materiale & formale. ibidem.  
Colorem quare Pythagorici vocabant epiphantum. ibid.  
Qualiter color in lumine videtur, & non sine lumine. l. 2. tr. 3. c. 14. tex. 71. & 72.  
Vtrum cognoscatur simile simili. l. 1. tr. 2. c. 12. tex. 79. & seq. & c. 14.  
Confidentia est ex protensione spiritus & sanguinis ex corde ad exteriora. l. 1. tr. 2. c. 6. tex. 12.  
Aliud est Corpori communicare in actione & passione, & aliud est communicare ei quod communicat corpori. ibid.  
Corpora maxime videntur ad sensum esse substantia, licet substantia separate sint verius substantia. l. 2. tr. 2. c. 1. tex. 3.  
Corpora physica videntur esse magis substantia quam artificialia. ibid.  
Corporum physicorum quedam animata, quedam inanimata. ibid.  
Corpus animatum amittit nomen & rationem suam, quando separatur ab eo anima. l. 2. tr. 1. c. 3. tex. 8.  
Corpus animatum ex simplici corpore componi non potest, triplici de causa. l. 1. tr. 2. c. 31. tex. 111.  
Corpuscula quæ videntur in sphaera solis, quare continuè mouentur. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 2.  
Corruptibile & incorruptibile quomodo non sunt vnus substantia. l. 2. tr. 2. c. 1. tex. 33.  
Cicilia opinatus est animam esse sanguinem. l. 1. tr. 1. c. 3. tex. 32.  
**D**  
Definitio tribus viis inuestigatur, scilicet demonstratione, diuisione, & compositione. l. 1. tr. 1. c. 3. tex. 4. & 5.  
Definitio debet constare genere & differentia. l. 1. tr. 1. c. 4. tex. 6.  
Definitio subiecti quomodo potest esse medium in demonstratione. l. 1. tr. 1. c. 5. tex. 11.  
In definitione non solum oportet cognoscere principia essentialia, sed etiam accidentalia. ibidem.  
Definitiones dialecticæ & vanae quæ sint. ibid.  
Index in libros de anima.

Definitiones physice, dialecticæ, mathematicæ, metaphysicæ & mechanicæ quæ se differunt. l. 1. tr. 1. c. 7. tex. 16. & seq.  
Democritus dixit animam esse ignem aut calorem. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 20. & c. 3. tex. 30.  
Democritus vitam in respiratione constituit. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 21.  
Sensus & intellectus eandem voluit esse virtutem. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 23.  
Item lumen esse defluxum corporis. l. 2. tr. 3. c. 9. tex. 74.  
Item per vacuum posse videri. l. 2. tr. 3. c. 15. tex. 74.  
Diaphani natura, & qualiter lumen est actus eius. l. 1. tr. 3. c. 8. tex. 68. & seq.  
Digestiua iuuatur duobus, scilicet calido & humido. l. 2. tr. 1. c. 8.  
Digestio quadruplex. ibid.  
Diogenes existimauit animam esse aërem. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 32.  
Diuina quomodo intelliguntur. l. 3. tr. 3. c. 6. & seq.

**E**  
Echo qui est sonus reflexus, quomodo generatur. l. 2. tr. 3. c. 19. tex. 80.  
Differencia inter tinnitum & echo secundum Latinos. ibid.  
Vera Electio non est anima sensibilis, sed aliquid simile electioni. l. 3. tr. 3. c. 3.  
Omnia Elementa iudicata sunt esse anima ab aliquo antiquorum præter terram. l. 1. tr. 2. c. 3. tex. 32.  
Empedocles constituit animam ex omnibus elementis. l. 1. tr. 2. c. 2. tex. 25. & c. 8. tex. 54. & seq.  
Rationes quæ inducuntur Empedocles, ut crederet animam esse harmoniam. l. 1. tr. 2. c. 8. tex. 66.  
Empedocles non recte dixit lumen moueri localiter, & extendi tandem inter terram & cælum, motu imperceptibili. l. 2. tr. 3. c. 13. tex. 70.  
Empedocles existimauit sensus & intellectus eandem esse virtutem. l. 3. tr. 4. c. 5. tex. 150.  
Empedocles locus de intellectu indissolubili. l. 3. tr. 4. c. 1. tex. 21.  
Expulsiua quatuor inuenitur potissimè, scilicet caliditate, humiditate, frigiditate & siccitate. l. 2. tr. 2. c. 8.

**Q**  
Qualiter febrientes febre critica, cum habeant maiorem calorem febrientibus febre putrida, non sentiunt calorem suum. l. 2. tr. 3. c. 33.  
Fons duplex, quo, & cui. l. 2. tr. 2. c. 2. tex. 37.  
Forma dupliciter sumi potest, scilicet ut est actus & pars rei, & ut est intentio rei abstracta à re. l. 1. tr. 1. c. 7. tex. 16.  
Formæ artificiales non sunt in potentia in lapidibus, & lignis secundum quod sunt signa aut lapides, sed secundum quod subiunguntur instrumentis, artis & formæ artis quæ est in mente artificis. l. 1. tr. 2. c. 13.  
Forma consequens vnde habet, quod potest omnium præcedentium formarum potestates operari. l. 2. tr. 1. c. 11. tex. 31.  
P p 2      Forma



# Index rerum.

Formae simplicitati non repugnat compositio.  
potestaria. 1.2.tr.1.c.11.tex.31.  
Forma rei & intentio rei differunt. 1.2.tr.3.c.4.  
Forma quomodo se sola agit in actione spiri-  
tuali siue intentionali. 1.2.tr.3.c.6.  
Forma qualiter potest subici aliquibus acciden-  
tibus. 1.3.tr.2.c.11.  
Quatuor differentiae inter formas existentes in  
materia, & inter formas existentes in intelle-  
ctu. 1.3.tr.2.c.13.  
Frigiditas per se non confert ad opera vitae, sed  
per accidens. 1.2.tr.2.c.8.  
Frigiditatem non ingredi opus naturae, quomo-  
do intelligitur. ibid.

## G

Generativa virtutis instrumenta. 1.2.tr.2.  
c.7.  
Generationem non fieri ex aliquo quod sit actu  
pars animati. 1.2.tr.2.c.7.  
Genus quomodo à materia sumi dicitur. 1.2.  
tr.1.c.7.tex.17.  
Grilli quare amputatis capitibus adhuc cantant.  
1.2.tr.3.c.21.tex.87.  
Gustus non est per medium extrinsecum, sed in-  
trinsecum. 1.2.tr.3.c.27.tex.101.  
Gustus quomodo distinguitur à tactu. ibid.  
Gustus organum est nervus gustativus diffusus  
in lingua & in superficie concava faucium.  
1.2.tr.3.c.28.tex.104.

## H

Hepar, cerebrum & huiusmodi qualiter non  
sentiunt nisi merito panniculi involu-  
entis. 1.2.tr.1.c.34.  
Herachus fumum cordis & vaporem dixit esse  
animam. 1.1.tr.2.c.3.tex.32.  
Hippus dixit animam esse huiusmodi aqueum.  
ibidem.  
Hominum diversitas in apprehensione univer-  
sali. 1.1.tr.1.c.5.tex.12.  
Homo quare non bene odorat. 1.2.tr.3.c.23.  
tex.92.  
Homines percipiunt odores, sicut animalia  
aquatica duros oculos habentia sentiunt co-  
lores. 1.2.tr.3.c.23.tex.93.  
Homo ceteris animalibus excellentius tactu  
percipit, & idem prudens. 1.2.tr.3.c.23.tex.94.  
Homines molles & non laxae carnis sunt inge-  
niosi. ibid.  
Tenuitas vaginum & capillorum subtilitas,  
bonae habitudinis sunt argumentum. ibid.  
Humidum duplex, scilicet feminale & nutrimentale.  
1.2.tr.2.c.6.tex.47.

## I

Quis non proprie nutritur, neque augetur.  
1.2.tr.2.c.4.tex.11.  
Augmentum ignis in quantitate interminatum  
est. ibid.  
Ignorantia est magis propria animalibus quam  
scientia. 1.3.tr.1.c.5.tex.151.  
Imaginatio diversa est à sensu, intelligentia, opi-  
nitione, & estimatione. 1.3.tr.1.c.6.tex.153.  
& 154.

Imaginatio sumitur dupliciter, scilicet proprie & me-  
taphoricè. 1.3.tr.1.c.7.tex.155.  
Imaginatio qua re differt à sensu. 1.3.tr.1.c.7.  
tex.156.  
Imaginationem an formicæ & apes habeant,  
ibidem.  
Imaginatio qua re differt ab opinione. 1.3.tr.1.  
c.7.tex.157.  
Imaginatio non est opinio cum sensu. 1.3.tr.1.  
c.7.tex.158.& 159.  
Imaginatio est motus à sensu secundum actum  
facto. 1.3.tr.1.c.8.tex.160.& 161.  
Imaginatio duas habet causas falsitatis. 1.3.tr.1.  
c.8.tex.161.  
Imaginatio derivatum nomen à visu habet,  
phantasiaque dicitur, id est, visio vel appari-  
tio. 1.3.tr.1.c.9.tex.162.  
Ex forti imaginatione quomodo provenit ali-  
quid in effectu. 1.3.tr.3.c.4.tex.32.  
Imaginativa quid, & quomodo differt à sensu  
communi. 1.3.tr.1.c.11.  
Bene imaginantes disponuntur ad mathematica  
& ad prophetiam. ibid.  
Imago ligua Mineruae vel Veneris à Dædalo  
fabricata, quomodo mouebatur. 1.1.tr.2.c.7.  
tex.44.  
Indivisum dicitur dupliciter, scilicet potentia & actu.  
1.3.tr.3.c.1.tex.23.  
Intellectus qualiter est alterum genus animæ,  
& separabilis. 1.1.tr.1.c.8.tex.21.  
Intellectus qua re differt à sensu. 1.4.tr.1.c.3.  
tex.52.  
Intellectus non est passibilis siue transmutabilis  
secundum se sicut corpus, neque per alterius  
transmutationem sicut virtus in corpore, ta-  
men est susceptivus specierum, & est poten-  
tia speciei illarum, non actu. 1.3.tr.2.c.1.tex.3.  
Intellectus non est hoc aliquid, ibid. & c.3.  
Intellectus se habet ad intelligibilia, sicut sen-  
sus ad sensibilia. 1.3.tr.2.c.1.tex.5.& c.12.  
Intellectus qualiter est immixtus, & receptivus  
omnium quæ sunt. 1.3.tr.2.c.2.tex.4.& c.3.  
& c.5.& c.12.  
Intellectus possibilis per hoc quod est intelle-  
ctus, determinatur ad ens incorporatum per hoc  
quod est possibilis, priusquam omnium formis  
quæ potentia sunt in ipso. 1.3.tr.1.c.2.tex.5.  
Intellectus quomodo ponitur separatus à Peri-  
pateticis. 1.3.tr.2.c.3.  
Intellectum non esse preparationem ad intelli-  
gibilia suscipienda ex complexione elemen-  
torum factam. 1.3.tr.2.c.4.  
Intellectum possibilem distingui à phantasia.  
1.3.tr.2.c.6.  
Intellectum esse partem animæ. 1.3.tr.2.c.8.  
Intellectum possibilem non esse materiam pri-  
mam. 1.1.tr.2.c.9.& c.13.  
Intellectus possibilis qualiter est immixtus, &  
separatus, & impassibilis, & non hoc aliquid.  
1.3.tr.1.c.12.  
Ex intellectu & intelligibili quomodo fit unum.  
ibidem.  
Decem rationes quibus Peripatetici probant  
intellectum non esse potentiam organicam.  
1.3.tr.2.c.14.  
Idem probatur per hoc quod passibilitas intel-  
lectus non est similis passibilitati sensus. 1.3.  
tr.2.c.15.tex.6.

Intellectus

# Index rerum.

Intellectus quare dicitur locus specierum. ibid.  
Intellectum esse subiectum intelligibilem f. r-  
matum, quomodo intelligitur. ibid.  
Vnus intellectus est, qui distinguit inter sensibi-  
le & intelligibile. 1.3.tr.2.c.16.tex.9.& seq.  
Intellectus qualiter intelligitur se. 1.3.tr.2.c.17.  
tex.11.& 15.  
Intellectus qualiter est subiectum receptionis &  
non transmutationis. 1.3.tr.1.c.17.tex.14.  
Intellectus agens necessarius quo perficiatur  
intellectus possibilis. 1.3.tr.2.c.18.tex.17.&  
seq.  
Intellectus agens assimilatur arti, & intellectus  
possibilis assimilatur materie. 1.3.tr.2.c.18.  
tex.17.  
Intellectus agens est vt habitus & perinde ac  
lumen, quo intelligibilia potentia sunt intel-  
ligibilia actu. 1.3.tr.2.c.18.tex.18.  
Intellectus agens qua re differt à possibili. 1.3.  
tr.2.c.19.tex.19.  
Intellectum agentem esse partem animæ. ibid.  
In intellectu agente intelligens & intellectum  
non differunt, nisi sicut lumen in se, & lu-  
men quo imbuti sunt colores ad actum ibid.  
Intellectus agens est abstrahere formas intelli-  
gibiles, & illuminare intellectum possibilem.  
1.3.tr.2.c.19.tex.19.  
Intellectus possibilis præcedit tempore opera-  
tionem intellectus agens, non autem sub-  
stantiam eius. 1.3.tr.2.c.19.tex.20.  
Intellectus quando procedit de potentia ad  
actum, virtus reminiscens & sensu & ima-  
ginatione, & sic est corruptibilis: cum autem  
iam habet scientiam, vocatur adeptus, &  
non conuersus ad phantasmata, sed ad agen-  
tem solum & ad seipsum, est incorruptibilis  
& non reminiscitur. ibid.  
Prima intellectus operatio est circa indivisibilia,  
deinde circa compositionem. 1.3.tr.3.c.1.  
tex.21.& seq.  
Quis intellectus est semper verus, & quis ali-  
quando verus & aliquando falsus. 1.3.tr.3.  
c.2.tex.26.  
Intellectus agens quomodo est prior in homi-  
nibus. 1.3.tr.3.c.2.tex.27.  
Idem est intellectus componens & dividens in-  
telligibilia, sicut est idem sensus communis.  
1.3.tr.3.tex.29.& seq.  
Quæ actus sunt in intellectu, tripliciter sunt in  
ipso. 1.3.tr.3.c.5.tex.31.  
Intellectus agens tribus modis coniungitur  
nobiscum. 1.3.tr.3.c.12.  
Vtrum intellecta maneat in intellectu, cessante  
actuali intellectione. ibid.  
Intellectus quadruplex, scilicet possibilis, universali-  
ter agens, speculativus & adeptus. 1.3.tr.3.  
c.13.  
Intellectus practicus & speculativus quatuor  
differunt discriminibus. 1.3.tr.3.c.4.tex.49.  
Intellectus practico apprehendenti formam vt  
est operationis principium, tria necessariò  
contingunt. ibid.  
Intellectus speculativus & practicus sunt idem  
subiecto, sed differunt secundum esse & fi-  
nem. ibid.  
Intellectus practicus semper est rectus, appetitus  
autem & phantasia recta & non recta. 1.3.  
tr.4.c.6.tex.51.  
Index in libros de anima.

Ita est accensio sanguinis cura evaporatione  
fellis. 1.1.tr.1.c.6.tex.12.  
Isaac Philosophus dixit animam rationalem esse  
vibrantem intelligentiam, & sensibilem respectu  
rationalis animæ, & vegetativam respectu  
sensibilis. 1.2.tr.3.c.8.tex.21. item 1.3.tr.2.  
c.12.

## L

Assuetudo quare accidit ex cogitando. 1.3.  
tr.1.c.1.tex.11.  
Lectura regula qualis fuerit. 1.3.tr.4.c.4.tex.51.  
Liberum arbitrium quid. 1.3.tr.4.c.10.  
Quæ sunt Lucentia corpora. 1.2.tr.3.c.12.  
Lumen non consistit coloris esse intentionale &  
spirituale. 1.2.tr.3.c.6.  
Lumen non esse necessarium visui propter colo-  
rem in se, sed propter medium. 1.2.tr.3.c.7.  
tex.67.  
Lumen est colorum hypostasis. ibid.  
Luminare, lux, lumen & splendor quomodo dif-  
ferunt. 1.2.tr.3.c.8.tex.68.  
Lumen non esse defluxum corporis. 1.2.tr.3.c.9.  
Lumen non esse corpus indivisibile. 1.2.tr.3.  
c.10.  
Lumen non esse formam substantialem, neque  
aliquid coloris. 1.2.tr.3.c.11.  
Lumen est actus perspicui secundum quod est  
perspicuum. 1.2.tr.3.c.8.tex.69.& c.12.  
Lumen habet esse spirituale in perspicuo, sicut  
color in medio. ibid.  
Lumen non est proprie contrarium tenebris,  
1.2.tr.3.c.13.tex.70.  
Lumen non mouetur nisi metaphoricè. ibid.  
Lumen colores qui sunt in potentia, actu colo-  
res quodammodo facit. 1.3.tr.2.c.8.tex.18.

## M

Magnæ animæ tribuit Melissus, per quam  
ferum trahit. 1.1.tr.2.c.3.tex.32.  
Aqua Maris fortiter mota scintillat. 1.2.tr.3.  
c.12.  
Materia quomodo est cognitionis principium.  
1.1.tr.1.c.7.tex.17.  
Differentia inter receptionem materie & intel-  
lectus. 1.1.tr.2.c.2.tex.25.  
Materia nuda ab omni forma est indivisibilis.  
1.1.tr.2.c.11.tex.68.  
Materia non est hæc nisi quia stat sub hæc for-  
ma: & idem impeditur universalitas pro-  
portionis eius ad omnem formam. 1.3.tr.2.  
c.1.tex.7.  
Mathematica scientia quare sunt certissima.  
1.1.tr.1.c.5.tex.11.  
Mathematica quomodo intelligatur. 1.3.tr.3.  
c.3.tex.35.  
Ex vitæ Medij non sequitur vitæ potentia.  
1.2.tr.3.c.11.tex.111.  
Membra infans senum & mulierum quare  
multum generantur. 1.2.tr.1.c.4.tex.8.  
Primus motor agit per instrumentum corpo-  
reum quadrupliciter. 1.1.tr.2.c.13.  
Morus quatuor species, scilicet mutatio, alteratio,  
augmentum & diminutio. 1.1.tr.2.c.5.  
tex.38.  
Quorum motus est ad locum unum eundem,  
P p 3 63



# Index rerum.

ea sunt eiusdem naturæ. 1.1. tr. 2. c. 5. tex. 40.  
 Motus distare facit mobile ab eo in quod moe-  
 netur. 1.1. tr. 2. c. 5. tex. 43.  
 Motui physico essentialiter conuenit esse actum,  
 accidens licet uero esse actum imperfecti.  
 1.3. tr. 1. c. 1. tex. 28.  
 Moueri dicitur aliquid dupliciter, scilicet per se, & per  
 accidens. 1.1. tr. 2. c. 5. tex. 37.  
 Non est uerum, quod omne mouens moueat ut  
 nihil in physicis. 1.2. tr. 4. c. 9. tex. 139.

## N

**N**atura nihil facit frustra, neque necessario-  
 rum quicquam omittit. 1.3. tr. 4. c. 2.  
 Si quis à Numero auferat numerum uel unita-  
 tem, relinquatur alia species numeri. 1.1. tr. 2.  
 c. 10. tex. 68.  
 Nutrimenti duplex motor, scilicet calor & potentia  
 anima. 1.2. tr. 2. c. 10.  
 Nutritiuæ potentie officia. 1.2. tr. 2. c. 6. tex. 17.  
 Quatuor differentie inter nutritiuam & au-  
 gmentariam uirtutem. ibid.  
 Nutritiuæ de. eruit augmentariæ & generatiuæ.  
 1.1. tr. 1. c. 9.

## O

**O**culus existeret separatus & esset animal,  
 potentia uisua esset anima eius. 1.2. tr. 1.  
 c. 3. tex. 9.  
 Oculi menstruarum quomodo inficiunt spe-  
 cula, & oculi basilici quomodo spargunt uen-  
 enum. 1.2. tr. 1. c. 1. tex. 54.  
 Oculi aspicientium aliquid excellens lucidum,  
 quare lachrymas emittunt. 1.2. tr. 3. c. 13.  
 tex. 71.  
 Odor fit in aere & aqua. 1.2. tr. 3. c. 16. tex. 77.  
 Odorum differentie per analogiam ad differen-  
 tias aptorum percipiuntur. 1.2. tr. 3. c. 24.  
 tex. 95.  
 Inodabile dicitur tripliciter. 1.2. tr. 3. c. 25.  
 An odor fit fumalis euaporatione. 1.2. tr. 3. c. 25.  
 tex. 97.  
 Olfactus est per medium distans, quod est aer  
 uel aqua. ibid.  
 Olfactus qualiter est in respirantibus & non re-  
 spirantibus. 1.2. tr. 3. c. 26. tex. 98. & seq.  
 Sensum olfactus fieri per aquam & aërem, quo-  
 modo debet intelligi. 1.2. tr. 4. c. 4. tex. 100.  
 Orpheus dixit aërem esse plenum diis, quos uo-  
 cauit animas, & corporum uiuentium animas  
 nihil aliud esse quam id quod animal attrahit  
 de aëre per respirationem. 1.1. tr. 2. c. 12. tex. 84.

## P

**D**ifferentia inter partes rei corporeæ & spi-  
 ritualis. 1.2. tr. 1. c. 11. tex. 19.  
 Passio anime duplex: alia incipit ab anima &  
 expletur per corpus: sicut uisus, alia incipit  
 in corpore & redundat ad animam, ut somnus.  
 1.1. tr. 1. c. 2.  
 Phantasia quid, & quomodo differat ab imagina-  
 tione & estimatiua. 1.3. tr. 1. c. 3.  
 Sine Phantasmate anima nunquam intelligit.  
 1.1.3. tr. 3. c. 6. tex. 30.

Phantasmatum eadem est analogia ad intelle-  
 ctum, quæ sensibilibus ad intellectum. 1.3.  
 tr. 1. c. 4. tex. 12.  
 Plantæ tardius uiuunt, quandiu possunt accipe-  
 re alimentum. 1.1. tr. 1. c. 6. tex. 14.  
 Plato in vno corpore plures admittit animas spe-  
 cie differentes. 1.1. tr. 1. c. 4. tex. 7.  
 Opinio Platonis constituentis animam ex prin-  
 cipis, non est iurifera. 1.1. tr. 1. c. 2. tex. 26. &  
 seq. item c. 2. tex. 45.  
 Plato qua ratione dixit punctum fluere ex unitate,  
 & lineam ex binario, & superficiem ex  
 ternario, & corpus ex quaternario. ibid.  
 Item qua ratione dixit animam habere intelle-  
 ctum ab vno, scientiam à binario, opinionem  
 à ternario & sensum à quaternario. 1.1. tr. 1.  
 c. 2. tex. 27.  
 Plato existimauit à comparibus stellis deprimi  
 animas in hæc corpora. 1.1. tr. 1. c. 5. tex. 12. &  
 7. tex. 35.  
 Platonis rationes quibus probat animam per se  
 mouere seipsam. 1.1. tr. c. 6.  
 Platonis error, quod animæ à comparibus sibi  
 stellis descendant, corporibus uiuenda. 1.3.  
 tr. 2. c. 10.  
 Differentia inter potentias actiuas & passiuas  
 penes ordinem procedendi in doctrina. 1.1.  
 tr. 1. c. 5. tex. 10.  
 Potentie principales anime sunt nutritiuam,  
 sensitiuam, appetitiuam, loco motiuam, &  
 intellectiuam. 1.2. tr. c. 10. tex. 27. & seq.  
 Inferioris potentie opus non aliud est in iupe-  
 riori quam in seipsa. 1.2. tr. 1. c. 11. tex. 29.  
 Potentia duplex, proxima & remota. 1.2. tr. 2.  
 c. 1. tex. 5.  
 Potentia passiuæ duplex: una quæ est subiectum  
 receptionis simplicis, & alia quæ est subie-  
 ctum receptionis & transmutationis. 1.3.  
 tr. 2. c. 7. tex. 14.  
 Differentia inter potentiam materie primæ, &  
 intellectus possibilis. ibid.  
 In omni genere entium in quo est potentia  
 passiuæ, debet esse agens quo educatur ad  
 actum. 1.3. tr. 2. c. 18. tex. 17. & tr. 3. c. 2.  
 tex. 27.  
 Priuatio in essentia est idem formæ, sed differat  
 ab ea secundum esse: & in subiecto est idem  
 materia, licet in essentia sit differens. 1.1.  
 tr. 2. c. 7. tex. 52.  
 Priuatio cognoscitur per habitum oppositum.  
 1.3. tr. 1. c. 7. tex. 25.  
 Pythagoras uolens ciues adducere ut pietatem  
 & iustitiam colerent, fabularis est animas  
 malorum ciuium exire de vno corpore in  
 aliud deterioris conditionis, prout ac si  
 quis dicat artem fabrilem ingredi fistulas.  
 1.1. tr. 2. c. 7. tex. 51.  
 Pythagorici dicebant animam esse decisiones  
 quæ sunt in aere, id est, corpora indiuisibilia  
 infinita, uel uirtutem quæ mouet ea. 1.1. tr. 2.  
 c. 1. tex. 22. & c. 7. tex. 14.  
 Pythagoricorum rationes ponentium plures  
 animas in eodem supposito. 1.1. tr. 2. c. 15.  
 tex. 90.

Quantitas

# Index rerum

## Q

**Q**uantitas differenter consideratur à physi-  
 co & à mathematico. 1.1. tr. 1. c. 7.  
 Quercus putrefacta quare luceat. 1.2. tr. 3. c. 12.  
 Quorum locus est indiuisibilis, & ipsa sunt in-  
 diuisibilia. 1.1. tr. 2. c. 10. tex. 70.

## R

**R**adius quid. 1.2. tr. 3. c. 10.  
 Recipiens est necessario denudatum à na-  
 tura recepti. 1.3. tr. 2. c. 2. tex. 4.  
 Differentia inter Regnum uoluntatis & intel-  
 lectus practici. 1.3. tr. 4. c. 5. tex. 50.  
 Retentiuæ qualiter tribus maxime inuenitur, scilicet  
 dissimilitudine, siccitate, & frigiditate. 1.2.  
 tr. 2. c. 8.

## S

**S**aporum sensum duo impediunt in lingua,  
 scilicet cum est ualde sicca, aut nimium humida.  
 1.2. tr. 3. c. 28. tex. 104.  
 Saporum differentie. 1.2. tr. 3. c. 29. tex. 105.  
 Sciendi modus quo homines naturaliter scire  
 desiderant, quis sit. 1.3. tr. 3. c. 11.  
 Scientiarum alia est principalis, alia instrumen-  
 talis: illa est bonum honorabile, hæc bonum  
 uile. 1.1. tr. 1. c. 2. tex. 1.  
 Scientiarum perfectio unde sit. ibid.  
 Semen formæ artis quæ est in artifice compara-  
 tum. 1.1. tr. 2. c. 13.  
 Differentia inter uirtutes formaruas quæ  
 sunt in sensibilibus plantaarum & animalium.  
 ibid.  
 Anima non est in semine, nisi sicut artifex in ar-  
 tificio. 1.2. tr. 1. c. 3. tex. 10.  
 Si Senex accipiat oculum iuuenis, uidebit sicut  
 iuuenis. 1.1. tr. 2. c. 9. tex. 65.  
 Sensibile per se, proprium & commune, & sensi-  
 bile per accidens. 1.1. tr. 3. c. 5. tex. 63.  
 Circa ensibile proprium error fieri nequit. ibid.  
 & 1.3. tr. 1. c. 8. tex. 16.  
 Sensibile habet duplex esse, scilicet materiale & inten-  
 tionale. 1.2. tr. 3. c. 6.  
 Sensibile quomodo producit suam intentionem  
 in medio. ibid.  
 Sensibile supra sensum positum non sentitur.  
 1.2. tr. 3. c. 17. tex. 75.  
 Sensibilis & sensus est idem actus secundum esse  
 differens. 1.2. tr. 4. c. 8. tex. 139. & c. 9. tex. 139.  
 Sensibile mouet non motum. 1.2. tr. 4. c. 9.  
 tex. 143.  
 Vehemens sensibile corrumpit sensum. 1.2. tr. 4.  
 c. 9. tex. 143.  
 Omnes uires anime sensibiles sunt organice.  
 1.3. tr. 1. c. 4.  
 Sensus primus propter quem animal est animal,  
 est sensus tactus. 1.2. tr. 1. c. 6. tex. 17.  
 Sensum esse potentiam passiuam. 1.1. tr. 3. c. 1.  
 tex. 51. & seq.  
 Sensus quomodo educitur de potentia in actum.  
 1.2. tr. 3. c. 1. tex. 19.  
 Sensus esse singularium. 1.2. tr. 3. c. 3. tex. 60. & c. 4.  
 Non dari sensum agentem, qui intentiones

sensibiles producat. 1.2. tr. 3. c. 6.  
 Sensum omnem esse susceptiuum specierum  
 sensibilibus. 1.2. tr. 4. c. 1. tex. 121. & seq.  
 Verum aliquid non habens sensum patitur à  
 sensibilibus. 1.2. tr. 4. c. 2. tex. 125. & seq.  
 Quomodo sensus & sensibile sunt correlatiua &  
 quomodo non. 1.2. tr. 4. c. 2. tex. 127. & c. 9.  
 tex. 142.  
 Nullum præter quinque exteriores sensum su-  
 peresse, probatur per naturam mediorum. 1.2.  
 tr. 4. c. 3. tex. 128. & seq.  
 Idem probatur per naturam organorum. 1.2.  
 tr. 4. c. 4. tex. 130.  
 Nullum deesse sensum probatur ab ipsis sensi-  
 bilibus. 1.2. tr. 4. c. 5. tex. 132.  
 Sensorum communium non esse aliquem sen-  
 sum proprium. 1.1. tr. 4. c. 6. tex. 133. & seq.  
 Quinque sensuum interiorum declaratio. 1.2.  
 tr. 4. c. 7.  
 Sensu communi sensimus nos uidere & audire  
 & secundum quemlibet sensum operari. 1.2.  
 tr. 4. c. 8. tex. 136. & seq.  
 Sensus communis componit & diuidit inter-  
 sensata diuersorum sensuum. 1.2. tr. 4. tex.  
 144. & seq.  
 Qualiter sensus communis est unus & indiuisi-  
 bilis & qualiter diuersus. 1.2. tr. 4. c. 11. tex.  
 147. & seq.  
 Sensus communis qualiter est medietas om-  
 nium sensuum. 1.2. tr. 4. c. 12.  
 Similitudines rerum in sensu aut in intellectu  
 existentes, proprie non sunt entia, sed aliquid  
 entis, non secundum esse rerum, sed secun-  
 dum esse abstractionis. 1.3. tr. 2. c. 12.  
 Somnus est quies anime ab exteriori opere sen-  
 suum. 1.2. tr. 1. c. 2. tex. 5.  
 Somnia quæ sunt prophetia futurorum, ple-  
 rumque applicata ad imagines, sunt illusio-  
 nes & deceptiones. 1.1. tr. 1. c. 3.  
 Somnus non potest fieri nisi in aere. 1.2. tr. 3. c. 16.  
 tex. 76.  
 Bona & mala sonantia quæ sunt. 1.2. tr. 3. c. 17.  
 tex. 77.  
 Si quis teneat campanam hæc sonantem, quare  
 obtunditur sonus, & quandoque campana  
 frangitur. 1.2. tr. 3. c. 17. tex. 78.  
 Qualiter sonus generatur. 1.2. tr. 3. c. 18. tex. 79.  
 Sonus auditur in aere & in aqua. ibid.  
 Sonus est in aere sicut in materia & medio, in  
 aqua uero non est nisi sicut in medio. ibid.  
 Quare pluuia & frigus obtundunt sonos. 1.2.  
 tr. 3. c. 19. tex. 81.  
 Duo soni in aere sibi obuiantes, quare non se  
 corrumpunt. ibid.  
 Qualiter sonus uenit ad auditum. 1.2. tr. 3. c. 20.  
 tex. 83.  
 Quare aliquis habens caput immersum sub  
 aqua, sonos audit. ibid.  
 Sonus quomodo sit sensibile naturale, licet uio-  
 lenta percussione exciteret. 1.2. tr. 3. c. 21.  
 tex. 85.  
 Sonorum differentia. 1.2. tr. 3. c. 23. tex. 86.  
 Speculorum varia genera. 1.1. tr. 3. c. 15.  
 Stoici animam esse numerum per se mouentem  
 asseruerunt. 1.1. tr. 1. c. 3. tex. 28.  
 Substantia diuisio in materiam, formam &  
 compositum, est analogia. 1.2. tr. 1. c. 1. tex. 2.  
 Substantia sumitur dupliciter, scilicet prout  
 est p[er] se

# Index rerum.

est predicamentalis, & prout opponitur accidenti. *ibid.*

T

**T**actus an sit vnus vel multiplex sensus. l. 2. tr. 2. c. 3. & seq. *ibid.*  
 Quare caro non est organum tactus. l. 2. tr. 3. c. 1. & seq. *ibid.*  
 Vtrum tactus indigeat aliquo medio extrinseco. l. 2. tr. 3. c. 3. & seq. *ibid.*  
 Tactus medium quid sit, & quot modis dicatur. l. 2. tr. 3. c. 3. & seq. *ibid.*  
 Tactus qualiter se habet ad tangibilia. l. 2. tr. 3. c. 3. & seq. *ibid.*  
 Talpa oculos qualiter natura cooperuit pelle. l. 2. tr. 4. c. 2. & seq. *ibid.*  
 Terra à paucis dicebatur elementum, sed sex omnium elementorum. l. 1. tr. 2. c. 3. & seq. *ibid.*  
 Theophrasti & Themistij opinio, quod nullus sit in anima intellectus possibilis in ratione possibilis. l. 3. tr. 2. c. 1. *ibid.*  
 Totius natura in quibusdam notior est quam partes, in quibusdam è conuerso. l. 1. tr. 1. c. 5. & seq. *ibid.*  
 Translationes Græcæ Aristotelis emendatiores quam Arabicæ. l. 1. tr. 1. c. 4. & seq. *ibid.*

V

**V**egetabilis potentia habet tres virtutes, nutritiuam, augmentatiuam & generatiuam. l. 2. tr. 2. c. 1. & seq. *ibid.*  
 Virtutes animæ vegetabilis quomodo naturales nuncupantur. l. 2. tr. 2. c. 9. & seq. *ibid.*  
 Vigilia est expansio quædam animæ in exteriora opera sensuum. l. 2. tr. 1. c. 2. & seq. *ibid.*  
 Violentum ex parte generantis, potest esse subiecto naturale. l. 2. tr. 3. c. 21. & seq. *ibid.*  
 Nulla Virtus est adeo passiva, quin per formam sui actiui existentem in ipsa agere possit. l. 2. tr. 3. c. 1. & seq. *ibid.*

Virus hominis & virus asini quomodo specie differunt. l. 1. tr. 2. c. 11. & seq. *ibid.*  
 Virus obiectum non habet nomen commune omnibus visibilibus. l. 2. tr. 3. c. 7. & seq. *ibid.*  
 Virus medium. l. 2. tr. 3. c. 7. & seq. *ibid.*  
 Visibile quot modis dicatur. *ibid.*  
 Quare cum obiectum circulariter in medio se multiplicet, non tamen videtur nisi directe obiciatur visui. l. 1. tr. 3. c. 14. & seq. *ibid.*  
 Quare res vilâ propè, apparet maioris quantitatis scripta vilâ à longè. *ibid.*  
 Quare non videtur res inuersa, cum anterior formæ visibilis veniat ad oculum, & id quod est interius in colorato, sit exterius in oculo. *ibid.*  
 Quare non videtur res dupla, cum vna forma visibilis in vno sigilletur oculo, & alia in alio. *ibid.*  
 Quare dextra non videtur sinistra, & è conuerso, cum dextra sit contra sinistram oculi, & è conuerso. *ibid.*  
 Quare nocte aliquis deponens oculos iuxta terram, longius videt quam ere us. *ibid.*  
 Quare per vacuum non potest videri. l. 1. tr. 3. c. 15. *ibid.*  
 Quare in carcere obscuro clausi, si in lucem procedant, lumen non possunt aspicere. l. 2. tr. 4. c. 9. & seq. *ibid.*  
 Vita dicitur secundum principium alendi & augendi & diminuendi. l. 1. tr. 1. c. 1. & seq. *ibid.*  
 Viuere est actus essentialis animæ. l. 1. tr. 1. c. 2. & seq. *ibid.*  
 Vniuersale quomodo nihil est, aut posterius. l. 1. tr. 1. c. 1. & seq. *ibid.*  
 Vniuersale triplex secundum Platonem, sc. anterem, in re, & post rem. *ibid.*  
 Vniuersale à diuersis diuersimodè apprehenditur. l. 1. tr. 1. c. 6. & seq. *ibid.*  
 Vox quomodo fiat. l. 2. tr. 3. c. 22. & seq. *ibid.*

# INDEX

# INDEX In libros Metaphysicorum.

A



**ACCIDENS** non accidit accidenti nisi quia vtrumque eidem accidit. l. 4. tr. 2. c. 4. & seq. *ibid.*  
 Accidens potius est esse quam essentia. *ibid.*  
 Accidens ratione sui nihil habet vnire. l. 5. tr. 2. c. 7. & seq. *ibid.*  
 Accidens quomodo potest sumi vt essentia quadam & secundum esse. l. 5. tr. 6. c. 14. *ibid.*  
 Accidens modi. l. 5. tr. 6. c. 15. & seq. *ibid.*  
 Accidens secundum aliquem modum non est ens, & ideo non est perfectè scibile. l. 6. tr. 2. c. 2. & seq. *ibid.*  
 Principia substantiæ, quomodo sunt principia accidentis. l. 7. tr. 1. c. 1. *ibid.*  
 Accidens non potest pleno intellectu intelligi, nisi finitum intelligatur per esse substantiæ. l. 7. tr. 1. c. 1. *ibid.*  
 Accidens quomodo potest dici essentia & quomodo non. l. 7. tr. 1. c. 4. & seq. *ibid.*  
 Nullum accidentium separabilem vel inseparabilem esse de quidditate substantiæ. l. 7. tr. 1. c. 12. & seq. *ibid.*  
 Quare subiectum in definitione accidentis in abstracto concepti cadit in obliquo. *ibid.*  
 Accidens veram definitionem non habere. l. 7. tr. 1. c. 8. & seq. *ibid.*  
 Quo pacto accidentia possunt habere definitionem. l. 7. tr. 1. c. 9. & seq. *ibid.*  
 Accidentia magnam partem conferre ad cognoscendum quod quid est, quomodo intelligitur. l. 7. tr. 2. c. 2. *ibid.*  
 Accidentia non habent materiam ex qua, sed in qua. l. 8. tr. 2. c. 2. & seq. *ibid.*  
 Accidentia communia prius conueniunt indiuiduis quam speciebus. l. 10. tr. 2. c. 10. & seq. *ibid.*  
 Actiones sunt circa singulare. l. 11. tr. 1. c. 9. *ibid.*  
 Actio licet ab agente sit, tamen in patiente est vt in subiecto. l. 5. tr. 5. c. 3. *ibid.*  
 Actus duplex in physicis & in potentiis animæ, sc. perfectus & imperfectus. l. 1. tr. 1. c. 7. *ibid.*  
 Quod est Actus, quid & quale sit. l. 9. tr. 3. c. 2. & seq. *ibid.*  
 Actum priorem esse potentia, substantia & ratione, & aliquo modo tempore. l. 9. tr. 4. c. 1. & seq. *ibid.*  
 Actus in bonis nobilior est potentia, in malis verò est deterior. l. 9. tr. 1. c. 1. & seq. *ibid.*  
 Actus in mathematicis nobilior est potentia. l. 9. tr. 4. c. 6. & seq. *ibid.*  
 De veritate & falsitate probatur actum esse non. *ibid.*

Index in libro metaphysicorum.

biliorem potentia. l. 9. tr. 4. c. 6. & seq. *ibid.*  
 Proprietates Admirari homines & nunc & primò, ceperunt philosophari. l. 1. tr. 2. c. 6. *ibid.*  
 Admiratio quid. *ibid.*  
 Egyptij liberalium scientiarum inventores. l. 1. tr. 1. c. 10. & seq. *ibid.*  
 Equale est vnum in quantitate. l. 10. tr. 2. c. 2. & seq. *ibid.*  
 Equale an contrarietur magno & paruo. l. 10. tr. 2. c. 6. & seq. *ibid.*  
 Differentia inter æquiuocum, vniuocum, analogum & multipliciter dictum. l. 1. tr. 1. c. 9. & seq. *ibid.*  
 Aer secundum Anaximenem & Diogenem est vniuersorum principium. l. 1. tr. 3. c. 5. *ibid.*  
 Alcmao Crotoniatis dixit quascumque contrarietates esse rerum principia. l. 1. tr. 4. c. 5. *ibid.*  
 Aliud quot modis dicitur. l. 10. tr. 2. c. 1. & seq. *ibid.*  
 Ambiguum quid. l. 3. tr. 2. c. 1. & seq. *ibid.*  
 Amor deorum & naturalis secundum Hesiodum & Parmenidem est mouens principium. l. 1. tr. 3. c. 11. *ibid.*  
 Amor quid & quatuorplex antiquis. *ibid.*  
 Amor est causa honorum, odium verò causa malorum secundum Empedoclem. l. 1. tr. 3. c. 12. *ibid.*  
 Anaxagoras Clazomenius dixit principia materialia esse infinita. l. 1. tr. 3. c. 8. & seq. *ibid.*  
 Anaxagore & Hermetimi opinio, afferentium vt in animalibus, ita in tota natura intellectum esse causam mundi & ordinis omnium. l. 1. tr. 3. c. 10. & seq. *ibid.*  
 Anaxagoras qualiter vritur intellectu vt principio mouente. l. 1. tr. 3. c. 13. *ibid.*  
 Anaximenes & Diogenis opinio, afferentium actum esse vniuersorum principium. l. 1. tr. 3. c. 5. *ibid.*  
 Angelus an sit specialis modus quantitatis. l. 5. tr. 3. c. 1. *ibid.*  
 Anima qualiter habet diuersimodè considerata rationem formæ, quidditatis & distinctionis. l. 7. tr. 3. c. 4. *ibid.*  
 An animam vniri corpori immediate. l. 8. tr. 2. c. 5. *ibid.*  
 Animam æquiuocè dici de superiori & inferiori anima. l. 1. tr. 2. c. 12. & seq. *ibid.*  
 Animalium quædam habent memoriam, & aliquod prudentiæ habere possunt: quædam habent memoriam & auditum, & hæc aliquid prudentiæ & disciplinæ sunt capacia. l. 1. tr. 1. c. 6. *ibid.*  
 Animalia plura videntur imbuta secundum liberales faciles quædam artes, pauca verò secundum artes mechanicas. *ibid.*

Q

Antithe



# Index rerum.

Antisthenici dixerunt nihil penitus esse diffinibile sensibilem. 1.8. tr. 1. c. 7. tex. 9.  
 Apes quomodo catent auditu. 1.1. tr. 1. c. 6.  
 Aqua secundum Thaletem & alios antiquiores curterum omnium principium existat. 1.1. tr. 3. c. 3. & 4.  
 Archite definitiones. 1.8. tr. 1. c. 5. tex. 6.  
 Aristippus causam finalem in genere causarum ponere neglexit. 1.1. tr. 2. c. 1. tex. 1.  
 Artes liberales propter se, mechanicæ verò propter alterius utilitatem queruntur. 1.1. tr. 1. c. 6.  
 Differentia inter artem & experientiam. 1.1. tr. 1. c. 7.  
 Ars præmetinet experientia quantum ad cognitionem. 1.1. tr. 1. c. 9.  
 Artium quædam ad utilitatem, quædam ad instructionem sunt inventa. 1.1. tr. 1. c. 10.  
 Ars sophistica maximè versatur circa accidens. 1.6. tr. 2. c. 2. tex. 4.  
 Astologia sola inter mathematicas disciplinas est de substantia. 1.11. tr. 2. c. 22. tex. 44.  
 Auditus potest dupliciter participari, sc. secundum coniunctam cum sensu utilitatem conferentiam, & in quantum est nominum conceptus rerum significantium. 1.1. tr. 1. c. 6.  
 Avicennæ opinio, quod cali motor propinquus sit anima, & motor remotus sit intelligentia. 1.11. tr. 3. c. 4.

## B

Binaris omnium numerorum imperfectissimus. 1.5. tr. 4. c. 2.  
 Bonitatis divinæ lumen quam diverso modo participatur à creaturis. 1.11. tr. 2. c. 6. tex. 36.  
 Bonum & malum sunt principia entis mobilis. 1.6. tr. 3. c. 1.  
 Bonum & optimum qualiter se habet in totius uniuersæ natura. 1.11. tr. 2. c. 36. tex. 52.  
 Bonum quomodo sit principium. 1.11. tr. 2. c. 38. tex. 53. & seq.  
 Primo bono & optimo nihil penitus est contrarium. 1.11. tr. 2. c. 38. tex. vlt.  
 Summi boni dominatus in omnibus bonis. 1.11. tr. 2. c. 39.  
 Error eorum qui bonum & optimum non dicebant esse principium, sed potius potentia æquali regnare bonum & malum. 1.11. tr. 2. c. 11.

## C

IN Cælo rectius subiectum quam materia ponitur. 1.8. tr. 2. c. 2. tex. 10.  
 Non est timendum, ne quandoque Cælum stet. 1.8. tr. 4. c. 3. tex. 17.  
 De Cælorum animabus opiniones Peripateticorum. 1.11. tr. 2. c. 10.  
 De Cælo & de animalibus inferioribus animam dici æquiuocè. 1.11. tr. 2. c. 12. tex. 39.  
 Anima Cæli quomodo est vna & quomodo separata secundum Peripateticos. 1.11. tr. 2. c. 13.  
 Cælum non habet virtutem ad motum nisi passivam & instructi. 1.11. tr. 2. c. 10.  
 Cælorum exitus in esse ab intelligentia & à prima causa, secundum mentem Peripateticorum declaratur. 1.11. tr. 2. c. 20.

De numero Cælorum quid tradiderit Calippus. 1.11. tr. 2. c. 23. tex. 47.  
 De eadem re opiniones modernorum. 1.11. tr. 2. c. 26.  
 Cælorum numerus incertus, sicut & motus eorum omnes à nemine comprehensi. 1.11. tr. 2. c. 25.  
 Quare primi duo Cæli nullam penitus habent stellam, tertium habet multas, & alij septem singuli singulas. 1.11. tr. 2. c. 26.  
 Cælum qualiter sit vnum & multa. 1.11. tr. 2. c. 8. tex. 49.  
 Cæli non sunt multiplicabiles per numerum. 1.11. tr. 2. c. 28. tex. 49 & tr. 3. c. 1.  
 Cæli motus, an sit motus naturæ, vel animæ, vel intelligentiæ. 1.11. tr. 3. c. 2.  
 Cæli motus non est propriè exitus de potentia ad actum. 1.11. tr. 3. c. 3.  
 Cæli motus est propter salutem sui esse, quæ salus est in continua acceptione luminis intelligentiæ, & explicatione ipsius per motum. ibid.  
 Error Avicennæ dicentis motorem Cæli propinquum esse animam, & motorem remotum esse intelligentiam. 1.11. tr. 3. c. 4.  
 Error dicentium motorem Cæli proximum esse animam imaginatiuam, & motorem primam esse intelligentiam. 1.11. tr. 3. c. 5.  
 Error dicentium Cælos & animas cælorum intelligentias constitui ex tribus modis contemplandi. 1.11. tr. 3. c. 6.  
 Causa quadruplex. 1.11. tr. 3. c. 1. item 1.5. tr. 1. c. 2. tex. 2. & c. 3.  
 Opiniones circa causam materialem. 1.11. tr. 3. c. 2.  
 Causam mouentem cum materiali admittere, qua ratione coacti sunt antiqui. 1.11. tr. 3. c. 9.  
 Veterum opiniones de causa efficiente. 1.11. tr. 3. c. 10.  
 Causa efficiens in generatione animalium & in natura generabilium secundum Anaxagoram & Hermetinum est intellectus. 1.11. tr. 3. c. 10.  
 Causam mouentem esse amorem deorum & naturalem opinati sunt Hesiodus & Parmenides. 1.11. tr. 3. c. 11.  
 Prima causa est vna quæ nullo modo vnitur numero. 1.11. tr. 4. c. 2.  
 Non esse plures causas quam quatuor colligitur ex opinionibus Epicureorum & Stoicorum. 1.11. tr. 4. c. 11 & c. 14. & tr. 5. c. 15.  
 In nullo causarum genere dari processum in infinitum. 1.2. tr. 1. c. 5. tex. 5. & seq.  
 Omnes causas in quolibet genere causæ resoluuntur ad vnam primam, quæ est causa omnium aliarum. 1.11. tr. 1. c. 6. tex. 6. & seq. item 1.11. tr. 2. c. 2. tex. 30.  
 Qualiter prima causa sit nominabilis. 1.11. tr. 2. c. 7.  
 Causarum consideratio æquè principaliter de qualibet causa accepta, distinetur est scientiarum: sed si principaliter & secundariò accipitur, tunc est sapientiæ primæ simpliciter, & physicæ secundum aliquam modum. 1.2. tr. 2. c. 1. tex. 3. & tr. 3. c. 1. & 2.  
 Causa quot modis dicitur. 1.5. tr. 1. c. 2. tex. 2. & seq.  
 Causas accidit sibi inuicem causas esse. 1.5. tr. 1. c. 2. tex. 2.

Causæ.

# Index rerum.

Causæ duplices effectus, sc. vniuersi & æquiuoci. 1.5. tr. 1. c. 3.  
 Cætiudinem mathematicam non oportet in omnibus querere. 1.2. tr. 1. c. 13. tex. 16.  
 Cibo egens non est sempiternum. 1.5. tr. 2. c. 10. tex. 15.  
 Cognitio sensibilis in homine ordinatur ad intellectuale vt ad finem. 1.11. tr. 7. c. 4.  
 Cognitione sensibilis secundum quod cognitio est, solus homo delectatur. ibid.  
 Colophon, siue diminutum, vel mancum dicitur multis modis. 1.5. tr. 6. c. 8. tex. 32.  
 Communicare se per essentiam, & communi- catione bonitates per essentiam, summæ libertatis est. 1.11. tr. 2. c. 2. tex. 30.  
 Complexiones diuersæ organorum sensibilium, qualiter ad diuersas scientias speculariuas disponunt. 1.11. tr. 1. c. 5.  
 Compositum per se generari, non materiam aut formam. 1.7. tr. 2. c. 7. tex. 26. item 1.8. tr. 1. c. 6. tex. 8. item 1.11. tr. 1. c. 6. tex. 12.  
 Tam in substantia quam in accidentibus quod sit est compositum, sed in accidentibus non semper sit hoc quod sit à conuenienti. 1.7. tr. 2. c. 11. tex. 32.  
 In omni Composito aliquid esse formam substantialem præter componentia. 1.7. tr. 5. c. 9. tex. 60.  
 Consuetudinis vis. 1.2. tr. 1. c. 11. tex. 14.  
 Contingens ad vtrumlibet esse solum secundum causam materialem. 1.6. tr. 2. c. 3.  
 Continuum est, cuius partes ad vnum communem terminum copulantur. 1.10. tr. 1. c. 1. tex. 1.  
 Inter duo extrema Contradictionis non esse medium. 1.4. tr. 4. c. 1. tex. 27. item 1.10. tr. 2. c. 5. tex. 15.  
 Contradictionis oppositio est omnium maxima. 1.4. tr. 4. c. 1. item 1.10. tr. 2. c. 5. tex. 15.  
 Veritas huius principij, Contradictoria non possunt esse simul vera, an sit ab aeterno. 1.4. tr. 4. c. 4. c. 4.  
 Contraria quare in motu sunt, non tamen denominant. 1.4. tr. 5. c. 3.  
 Contraria in eodem simul esse non posse. 1.4. tr. 3. c. 8. tex. 28.  
 Contrarietatem esse speciem quandam differentia. 1.10. tr. 2. c. 3. tex. 12.  
 Contrarietatem esse maximam & perfectam differentiam. 1.10. tr. 2. c. 3. tex. 13.  
 Vnum vni esse contrarium secundum oppositionem veræ contrarietatis. 1.10. tr. 2. c. 4. tex. 14.  
 Primum contrariorum esse priuationem & habitum. 1.10. tr. 2. c. 5. tex. 15.  
 Contrarietas & contradictio differunt per habere & non habere medium. ibid.  
 Contrariorum quædam habent medium, quædam non habent. ibid.  
 Quare quorundam contrariorum medium est nominatum, quorundam verò non, vel saltem non vno nomine. 1.10. tr. 2. c. 7. tex. 19.  
 Quare non omnis contrarietas facit differentiam secundum speciem. 1.10. tr. 2. c. 10. tex. 25.  
 Conueniens fieri à conuenienti, verificatur primo in naturalibus, postea in alijs. 1.7. tr. 2. c. 9. tex. 28. & c. 10. tex. 29. item 1.11. tr. 1. c. 6. tex. 13. & c. 8.

Index in libros metaphysicorum.

Corpus solum secundum Zenonem est verè ens. 1.3. tr. 1. c. 11. tex. 10.  
 Omnia quæ physicè contrahuntur, resoluuntur in ea ex quibus sunt. 1.3. tr. 2. c. 10. tex. 15.

## D

Definitio si verè scitur, omnis causa scitur. 1.11. tr. 1. c. 1.  
 Ad veram Definitionem quatuor requiruntur. 1.7. tr. 1. c. 8. tex. 12.  
 Quo pacto substantiarum ac aliorum sit definitio. 1.7. tr. 1. c. 9. tex. 15.  
 Distinctio definitionis & quidditatis. 1.7. tr. 1. c. 12. tex. 19.  
 Definitio aut substantiarum solum est, aut maximè primò & simpliciter. 1.7. tr. 1. c. 12. tex. 19.  
 Definitio non est nisi vniuersalis, & non particularis nisi per posterius & æquiuocè. 1.7. tr. 3. c. 5. tex. 35. & 37.  
 Definitionem diuerso modo considerant dialectici & diuini. 1.7. tr. 3. c. 1. tex. 42.  
 Definitio quare sit vnum & non multa. 1.7. tr. 4. c. 1. tex. 42. & c. 2. tex. 43.  
 Omne desinibile oportet esse compositum. 1.8. tr. 1. c. 7. tex. 9.  
 Definitio resoluitur in non desinibilia. ibid.  
 Definitio quomodo magis numero quam continuo assimilatur. 1.8. tr. 1. c. 1. tex. 10.  
 Quare definitio est vnum & non multa. 1.8. tr. 2. c. 4. tex. 15. & c. 5. tex. 16.  
 Definitio dara per genus & differentiam, quomodo habet potentiam & actum & materiam & formam. 1.11. tr. 1. c. 2. tex. 4.  
 Democritus omnes differentias rerum ad tres reducebat, sc. rhythmum, tropem, & diathigen, hoc est, figuram, conuersionem secundum situm, & ordinem. 1.11. tr. 3. c. 15. item 1.8. tr. 1. c. 4. tex. 5.  
 Democritus dixit ens & non ens inesse eidem atomo. 1.4. tr. 4. c. 1. tex. 20.  
 Democritus asseruit aut nihil esse verum aut nobis ignotum. 1.4. tr. 3. c. 4. tex. 23.  
 Demonstrationis principia inuestigare an sit vniuersæ scientiæ vel plurius. 1.5. tr. 2. c. 2. tex. 4. & tr. 3. c. 3.  
 De omnibus Demonstrationem esse est impossibile. ibid.  
 Desiderium naturale non potest esse vanum. 1.11. tr. 1. c. 4.  
 Desiderium naturale sciendi quid sit, & ad quid terminetur. 1.11. tr. 1. c. 5.  
 Desiderium qualiter in nobis æquiuocè est & in intelligentiis. 1.11. tr. 2. c. 6. tex. 36.  
 A Deo omnis relegatur inuidia. 1.11. tr. 2. c. 8.  
 Deum esse omnia qualiter asseruit Zenophanes. 1.11. tr. 4. c. 7.  
 Deus non est in genere substantiæ, tamen aliquo modo ipse solus est substantia & ens. 1.11. tr. 2. c. 8.  
 Error dicentium Deum, primam materiam, & primam naturam intellectus non distingui. ibidem.  
 Deum esse animal sempiternum nobilissimum quo sensu dixerunt Peripatetici. 1.11. tr. 2. c. 12. tex. 19.  
 Dialectici & sophistæ eandem quam Philosophus subeunt.

Q q 12

# Index rerum.

subeunt figuram. 1.4.rr.1.c.7.tex.5.  
 Differentia etiam non perficitur in esse generis, perficit tamen ipsum in esse. 1.5.rr.6.c.11.tex.33.  
 Rationalitas non est differentia, sed rationale. 1.5.rr.6.c.13.  
 In constitutione speciei non additur generi differentia ut penitus aliud, sed ut idem determinatum. ibid.  
 Differentia non includit quidditativè genus. 1.5.rr.6.c.17.tex.17.  
 Differentia quomodo differt à genere. 1.7.rr.4.c.1.  
 Differentia ultima per divisionem inuestiganda. 1.7.rr.4.c.3.tex.43.  
 Differentie quæ sunt in eodem genere, quomodo opponuntur. 1.10.rr.2.c.9.tex.4.  
 Quæ sunt essentialis differentie generis, & quæ non. 1.10.rr.2.c.9.tex.5.  
 Dimensiones an sint principia substantia coporum. 1.11.rr.2.c.12.tex.17.  
 Dispositionis modi. 1.5.rr.1.c.1.tex.24.  
 Diversi de differentis modi. 1.11.rr.2.c.7.tex.10.  
 & c. item. 1.10.rr.2.c.3.tex.12.  
 Omne Divisibile aut est divisibile secundum quantitatem, aut per formam siue speciem. 1.11.rr.2.c.9.tex.11.  
 Opera per se sunt bene eos dubitare qui veritatem investigare volunt. 1.3.rr.1.c.1.tex.1.  
 Dubitatio est mentis vinculum. ibid.

## E

**Q**uandocumque sunt duorum efficientium termini, duo sunt & non unum, & idè si aliud esset disponens materiam, & aliud inducens formam, tunc forma & formarum non essent unum in actu. 1.7.rr.2.c.12.tex.2.  
 Elementi variae acceptiones. 1.1.rr.1.c.1.tex.4.  
 Empedocles opinio, statuentis terram cum igne, aere & aqua principium materiale, & dicentis ex his semper manentibus alia generari congregatione, & corrupti disgregatione. 1.1.rr.1.c.1.tex.5.  
 Empedocles antrum. 1.1.rr.3.c.8.  
 Empedocles existimavit amorem esse causam bonorum, odium verò causam malorum. 1.1.rr.3.c.2. & 1.1.rr.3.c.10.tex.15.  
 Empedocles insufficienter de causis loquutus est, & sibi & evidenter notis contradixit. 1.1.rr.3.c.14.  
 Ens non potest esse genus. 1.3.rr.2.c.5.tex.10.  
 Vtrum ens & unum sint substantia rerum. 1.3.rr.2.c.11.tex.1. & tr.1.c.17.  
 Ens licet multipliciter, dicitur tamen ad vnam aliquam naturam, & idè non est æquivoquum. 1.4.rr.1.c.3.tex.2.  
 Ens & unum sunt idem & vna natura. 1.4.rr.1.c.4.tex.3. & c.5.  
 Ens nec diffinitur nec describitur potest. 1.5.rr.7.c.11.tex.13.  
 Modi entis. ibid.  
 Ens diminutum siue mutilum quid & quotuplex. 1.6.rr.2.c.1.tex.1.  
 Quæ sit causa & natura entis per accidens. 1.6.rr.2.c.5.tex.5.  
 De ente per accidens non dari scientiam. 1.6.rr.2.c.1.tex.1. & c.4.tex.6.

Ens per accidens omittendum esse, verumque ac factum, ac de ente ut ens est considerandas esse causas ac principia. 1.6.rr.3.c.2.tex.8.  
 Ens & unum non sunt substantia. 1.7.rr.5.c.6.tex.5.  
 Non ens dicitur tripliciter. 1.11.rr.1.c.5.tex.11.  
 Primum ens non esse in genere. 1.11.rr.2.c.8.  
 Primum ens & primam materiam non esse idem. ibid.  
 Epicureorum antiquorum de causis & principiis opiniones. 1.11.rr.3.c.2. & seq.  
 Epicuri dictum de principiis. 1.12.rr.2.c.10.  
 Esse in alio contingit dupliciter, aut quia constituit rem in actu, aut quia constituitur in esse per hoc quod est in alio. 1.11.rr.2.c.1.  
 Eudoxus prior fundamenta dedit in astrologia apud antiquos Chaldaeos. 1.11.rr.2.c.22.tex.45.  
 Eueni potest locus de necessitate quam violentia infert. 1.5.rr.1.c.6.tex.6.  
 Ex aliquo fit aliquid dupliciter, sc. improprie & proprie. 1.11.rr.1.c.7.tex.7.  
 Ex aliquo esse dicitur multis modis. 1.5.rr.6.c.1.tex.9.  
 Excitatio h. e. alia quæ sunt. 1.11.rr.2.c.7.  
 Experiencia autem facit, inesperienza casum. 1.11.rr.1.c.7.  
 Experiencia non videtur differre ab arte quantum ad actum. 1.11.rr.1.c.9.  
 Experti magis proficiunt in consequendo fine operis quam habentes vniuersalem artis rationem. ibid.

## F

**F**actum quot modis dicitur. 1.5.rr.6.c.14.tex.1.  
 Factum plus est in mente quam verum: quia in re nihil sibi correspondet. 1.6.rr.1.c.1.tex.8.  
 Fascinatio quid. 1.3.rr.1.c.1.tex.9.  
 Fascinationum scientia astrologia subalternatur. 1.4.rr.1.c.1.  
 Fides quid. 1.3.rr.2.c.1.tex.1.  
 Finis quomodo sit causa. 1.1.rr.1.c.3.  
 Eorum quæ sunt, quedam natura, quedam arte, quedam à cau fieri. 1.7.rr.2.c.5.tex.1.  
 Omne quod fit ex convenienti fieri secundum efficiens & secundum materiam. 1.7.rr.2.c.6.tex.2. & seq.  
 Non fieri nisi compositum. 1.7.rr.2.c.7.tex.26. & 17.  
 Hæc propositio, conueniens fit à conuenienti, verificatur in naturalibus primò, deinde in in aliis. 1.7.rr.2.c.9.tex.28. & c.10.tex.29.  
 Formas non esse ab extrinsecò, nec esse in materia actu, sed potentia. 1.11.rr.5.c.8.tex.31. item 1.3.rr.1.c.11.  
 Forma quæ est cognitionis principium, tripliciter accipitur, sc. ante rem, in re & post rem. 1.11.rr.1.c.10.  
 Vtrum forma sit vna vel multiplex. 1.2.rr.3.c.12.  
 Forma an toto mutato cedat in nihilum. 1.4.rr.3.c.9.  
 Forma quomodo non est in intellectu per informationem. ibid.  
 Forma qualiter est causa, quare actu sit materia. 1.5.rr.2.c.4.  
 Quid attribuit formæ propriam materiam. ibid.  
 Formam

# Index rerum.

Formam & figuram dari. 1.5.rr.3.c.3.  
 Quare formæ rerum prout sunt in anima, non habent contrarium. 1.6.rr.3.c.1.tex.8.  
 Formam esse maximè substantiam. 1.7.rr.1.c.5.tex.8.  
 Non dari aliquam formam à singularibus separatam. 1.7.rr.2.c.9.tex.28.  
 Forma quæ est in mente fabri, informat instrumenta quibus operatur faber. 1.7.rr.2.c.10.tex.29.  
 Forma substantialis non proprie elementum, sed principium dicitur. 1.7.rr.5.c.10.tex.60.  
 Forma infunditur secundum meritum materia. 1.8.rr.1.c.5.tex.6.  
 Formæ non generantur per se, neque corrumpuntur per se, nec habent materiam ex qua sed in qua. 1.8.rr.2.c.3.tex.14.  
 Forma an possit esse extra compositum cuius est forma. 1.11.rr.1.c.9.tex.15.

## G

**G**eneratio est medium inter esse & non esse. 1.2.rr.1.c.7.tex.7.  
 Generatio vniuersalis est corruptio alterius. ibid.  
 Generatio ex quo non ente fit. 1.11.rr.1.c.5.tex.11.  
 Impossibile est, aut species prædicari de differentiis propriorum generum essentiali prædicatione, aut genus prædicari de differentiis, si pura differentia accipiantur. 1.3.rr.2.c.5.tex.10.  
 Genus quomodo in duobus præcipue materia assimilatur. 1.5.rr.1.c.7.tex.10.  
 Generis modi. 1.5.rr.6.c.9.tex.3.  
 Generis natura declaratur, & qua re differat à materia, & cum ea conueniat. 1.5.rr.6.c.10.  
 Quæ sint in potestate generis & veræ differentie ipsius. 1.5.rr.6.c.11. & 12.  
 Modi quibus dicitur diuersum genere. 1.5.rr.6.c.12.tex.3.  
 Aliquid potest concomitari genus duobus modis, sc. ut subiectum tantum, & ut subiectum & principium quoddam. 1.3.rr.6.c.13.  
 Habitus generis ad differentiam qualiter dicitur esse ab habitu ad propriam passionem. 1.7.rr.1.c.10.tex.17.  
 Multa esse genera inordinata. 1.7.rr.2.c.9.tex.8.  
 Genus non est particeps differentie sicut subiectum accidentis. 1.7.rr.4.c.1.tex.41.  
 Aliquid potest simul esse genus & materia aliquotum, ut vox literatum. 1.7.rr.4.c.2.tex.43.  
 Gratias referre iustum est, non solum his quos quis existimat veritatem inuenisse, sed etiam illis qui superficialiter locuti sunt ad eam inuestigandam. 1.2.rr.1.c.3.tex.2.

## H

**H**abitus modi. 1.5.rr.5.c.2.tex.25.  
 Habere multipliciter dicitur. 1.5.rr.5.c.5.tex.28.  
 Respectus importatus per vbi, quomodo differt à respectu importato per habitum. ibid.  
 Habitus est principium cognitionis priuationis. 1.10.rr.2.c.1.  
 Index in libros metaphysicorum

Hippasi & Heracliti opinio dicentium ignem esse principium vniuersorum entium. 1.1.rr.3.c.6.  
 Heraclitus existimavit nihil penitus de aliquo verum posse dici. 1.4.rr.3.c.1.tex.2. & tr.4.c.3.tex.28.  
 Heuænes Trismegistus dixit hominem esse nexum Dei & mundi. 1.1.rr.1.c.1.  
 Hesiodistarum opinio, qui dixerunt aquam & Therim esse omnium principium, stygem cum vocantes. 1.1.rr.3.c.4.  
 Hesiodus & Parmenides opinati sunt amorem deorum & naturalem esse mouens principium. 1.1.rr.3.c.11.  
 Hesiodista ex diis omnia esse facta dixerunt. 1.3.rr.2.c.10.tex.15.  
 Homeri locus de Hectore. 1.4.rr.3.c.4.tex.21.  
 Homo nexum est Dei & mundi. 1.1.rr.1.c.1.  
 Omnes homines natura scire desiderant. 1.1.rr.1.c.4.  
 Hominum genus arte & rationibus viger. 1.1.rr.1.c.6.  
 Hominum natura multipliciter serua. 1.3.rr.1.c.8.  
 Non perficitur homo in philosophia nisi ex scientia duarum philosophiarum, Platonis & Aristotelis. 1.1.rr.5.c.15.  
 Hæc propositio, quidditas hominis est hominis simpliciter loquendo est falsa. 1.7.rr.1.c.1.tex.2.  
 Quid homines natura scire desiderant. 1.11.rr.2.c.35.  
 Qui natura nati sunt serui, qui liberi, qui domini, qui bestia. 1.11.rr.2.c.36.tex.52.

## I

**I**deas separatas non posse esse substantias reum insensibilium formales. 1.1.rr.5.c.3.tex.2. & seq. item 1.7.rr.5.c.3.tex.50. & seq. item 1.12.rr.2.c.11.  
 Ideas non esse ponendas eo modo quo ponuntur, sc. propter proprium rei intellectum per quem de re syllogizatur. 1.1.rr.5.c.6.tex.27. & seq. item 1.7.rr.2.c.3.tex.21. item 1.12.rr.1.c.6.  
 Ideas inuiciles esse ad motum, & scientiam & esse sensibilem. 1.1.rr.5.c.8.tex.31. & c.12. & c.14. item 1.7.rr.2.c.2.tex.20. & c.3.tex.21. & c.5.tex.22. item 1.12.rr.1.c.7.  
 Dicere ideas esse exemplaria opificis, vaniloquium & metaphora poetica. 1.1.rr.5.c.9.tex.2. & seq.  
 Ideas non esse numeros. 1.1.rr.5.c.10.tex.35. & seq.  
 Quiliter Platonis testimonio formæ nobiliori modo sunt in separatis ideis quam in seipsis. 1.1.rr.5.c.15.  
 Dubitationes de ideis. 1.3.rr.2.c.13.tex.18.  
 Modus positionis idearum secundum Platonem. ibid.  
 Ideas non prodesse ad generationem. 1.7.rr.2.c.5.tex.21. & c.8.tex.28.  
 Ideas non posse defini. 1.7.rr.5.c.4.tex.53. & seq.  
 Causa erroris ponentium ideas. 1.3.rr.5.c.5.tex.55.  
 Quid rectè aut non rectè dixerint Platonici de ideis. 1.7.rr.5.c.7.tex.58. item 1.11.rr.1.c.8.



# Index rerum.

Explicatio opinionis eorum qui ponebant ideas, & in quo differant à Sociate & Pythagoricis. l. 1. tr. 1. c. 5.  
 Ideas non componi ex numeris. l. 1. tr. 1. c. 5.  
 Idem similitudine & non inesse eidem & secundum idem est impossibile. l. 4. tr. 1. c. 2. tex. 9.  
 Idem quor modis dicitur. l. 5. tr. 2. c. 6. tex. 16. & c. 20. item l. 10. tr. 1. c. 2. tex. 11.  
 Idem est vnum in substantia. l. 10. tr. 2. c. 2. tex. 10.  
 Idem quor modis dicitur. ibid.  
 Omne ens omni enti aut idem est, aut diuersum. l. 10. tr. 2. c. 2. tex. 11.  
 In non entibus non est identitas neque diuersitas. ibid.  
 Ignis secundum Hippasum & Heraclitum est principium vniuersorum entium. l. 1. tr. 3. c. 6.  
 Impotentia quid & quod duplex. l. 9. tr. 1. c. 3. tex. 2.  
 In Individuis non est hoc prius, illud posterius. l. 1. tr. 1. c. 6. tex. 11.  
 Intellectus noster quam diuerso modo perficitur à scientiis specularibus. l. 1. tr. 1. c. 1.  
 Intellectus noster quando coniungitur continuo & temporis. l. 1. tr. 4. c. 8.  
 Intellectus quomodo se habet ad res cognoscendas. l. 1. tr. 1. c. 1. tex. 1.  
 Triplex est intellectus, sc. diuinus, & intelligentie separatae, & hominis. l. 2. tr. 1. c. 2.  
 Intellectus anime nostre se habet ad ea quae manifestissima sunt omnium natura, sicut vesperationem oculi se habent ad lucem diet. l. 2. tr. 1. c. 2. tex. 1.  
 Triplex inter ligibile, diuinum, mathematicum, & physicum. ibid.  
 Intellectum habens alicuius causa agit. l. 2. tr. 1. c. 8. tex. 9.  
 Intellectum possibilem non esse preparationem in corpore ad suscipienda intelligibilia. l. 4. tr. 3. c. 4. item l. 1. tr. 1. c. 9. tex. 17.  
 Intellectus diuinus non tollit possibilitatem à materia. l. 6. tr. 2. c. 6.  
 Intellectus quando intelligat plura simul. l. 7. tr. 3. c. 1. tex. 8.  
 Totum Intellectum remanere post corporis dissolutionem, quomodo ex intentione Peripateticorum forte impossibile est. l. 1. tr. 1. c. 9. tex. 17.  
 Intellectus separati qualiter dicuntur vni corporibus. l. 1. tr. 2. c. 13.  
 De intellectu materialitate error Auicbron. l. 1. tr. 2. c. 8. & c. 15. tex. 41.  
 Intellectus in nobis dependet à re intellecta, non in substantiis separatis. l. 1. tr. 2. c. 30. tex. 11. & c. 31.  
 Intellectus substantie separatae non est compositus. ibid.  
 Omnem intellectum à materia esse absolutum. l. 1. tr. 2. c. 31.  
 Intelligentiarum quaedam habere formas magis vniuersales, & quaedam minus vniuersales, quousu dicuntur. l. 1. tr. 2. c. 19.  
 Intelligentiarum exitus in esse à prima causa secundum mentem Peripateticorum declaratur. l. 1. tr. 2. c. 20.  
 Modus quo vna intelligentia est ab alia, declaratur. l. 1. tr. 2. c. 22.  
 Superiores intelligentie nulli inferiorum appli-

cantur, sed inferiores superioribus. l. 1. tr. 2. c. 22.  
 Intelligentie quomodo se habent respectu primae, & quomodo adinuicem. ibid.  
 Scientia intelligentiarum non est vniuersalis, neque particularis. l. 4. tr. 2. c. 3. & 34.  
 Ioannes Grammaticus dedit caelo virtutem finitam & motum finitum. l. 1. tr. 2. c. 6.  
 Irradiationem supernaturalem superioris in inferiora per rationem naturalem non esse perferendam. l. 1. tr. 2. c. 21.  
 Istia quid. l. 2. tr. 1. c. 7. tex. 7.  
 Melius se habet ad iudicandum, qui vtriusque rationes oppositas audit. l. 3. tr. 1. c. 1. tex. 1.  
 Iupiter quare dicitur iuuans pater. l. 5. tr. 4. c. 2.

## L

Latini reprehenduntur, quod omnem distinctionem solutionem esse reputent. l. 7. tr. 1. c. 5.  
 Leucippi & Democriti & Zenonis opinio potentium inane & atomos. l. 1. tr. 3. c. 15. item l. 1. tr. 1. c. 4. tex. 5.  
 Liber est, qui suimet & non alterius causa est. l. 1. tr. 2. c. 7.  
 Summa Libertatis est, communicare se per essentiam, & communicare bonitates per essentiam. l. 1. tr. 3. c. 1. tex. 0.  
 Logicae scientie potius sunt modi philosophiae speculatiuae quam aliqua pars essentialis. l. 1. tr. 1. c. 1.  
 Longitudinis & latitudinis multiplex acceptio. l. 5. tr. 2. c. 2.  
 Lycophron dixit, quod intelligere est coniuncti, & quod nulla operationum aut passionum sit anime propria. l. 8. tr. 2. c. 5. tex. 16.

## M

Magis & minus, ibi maximam. l. 1. c. tr. 1. c. 3. tex. 13.  
 Magnitudo an sit substantia rerum. l. 3. tr. 2. c. 12. tex. 17.  
 Malum non habet causam efficientem, sed deficientem. l. 1. tr. 3. c. 12. item l. 3. tr. 3. c. 15.  
 Malum non est in sempiternis. l. 9. tr. 4. c. 4. tex. 19.  
 Malum qualiter participatur ab entibus, & est regio & locus boni secundum aliquos. l. 1. tr. 2. c. 2.  
 Manichaei heresis omnium vilissima. l. 3. tr. 2. c. 10.  
 Masculinum & femininum quare non differunt specie. l. 10. tr. 2. c. 10. tex. 25.  
 Materia in communi sumpta, non determinata ad hanc vel illam, nec ad vnam rem vel plures, est principium omnium secundum opinionem antiquorum. l. 1. tr. 3. c. 2. & tr. 5. c. 1. tex. 11. & seq.  
 Materiae conditiones. ibid. & l. 1. tr. 1. c. 7. tex. 14.  
 Materia quomodo à seipsa dici potest habere possibilitatem & quomodo non. l. 1. tr. 4. c. 8.  
 Mouens materiam debet esse in materia. l. 1. tr. 5. c. 8. tex. 31.  
 Materiae aequiuoce dicitur de his quae sunt in potentia ad vbi tantum, & de his quae sunt in po-

# Index rerum

in potentia ad formam. l. 2. tr. 1. c. 13. tex. 16.  
 Materia nullo modo potest esse generationis aut entis principium, nisi secundum analogiam ad formam. l. 3. tr. 3. c. 8.  
 Materiae diuersi modi. l. 5. tr. 1. c. 3.  
 Verum Materia possit separari à forma corporeitatis. l. 5. tr. 2. c. 3.  
 Verum Materia sit vna numero. l. 5. tr. 2. c. 4.  
 Materiae quatuor conditiones, per quas primo aspectu videtur, quod sit maxime substantia. l. 7. tr. 1. c. 5. tex. 8.  
 Materia duplex consideratio, scilicet in quantum materia est, & in quantum est quaedam substantia. l. 7. tr. 1. c. 5. tex. 9.  
 Materia quare denominatiue praedicatur de materia. l. 7. tr. 2. c. 6. tex. 24.  
 Materia communis siue intellectualis est pars essentialis speciei, non autem materia designata siue indiuidua. l. 7. tr. 3. c. 2. tex. 34.  
 Materia circuli quae est quantitas, propinquior est formae, quae est rotunditas, quam materia sensibilis, quae est res quando in se sit rotunditas circuli. l. 7. tr. 3. c. 2. tex. 34.  
 Materia secundum seipsam ignota est. l. 7. tr. 3. c. 5. tex. 35.  
 Materia sensibilis & intelligibilis quae sit. ibid. & l. 8. tr. 2. c. 4. tex. 35.  
 Materia pertinet per se ad quidditatem rei materialis. l. 7. tr. 3. c. 5. tex. 39.  
 Materiam esse substantiam. l. 3. tr. 1. c. 2. tex. 4.  
 Materia omnium vna communis, cuiusque autem propria. l. 8. tr. 2. c. 1. tex. 11.  
 Ex vna materia contingit diuersa fieri propter mouentem causam. ibid.  
 Materia quomodo cognitionis potest esse principium. l. 8. tr. 2. c. 2. tex. 10.  
 Materiam & formam non esse idem. l. 8. tr. 2. c. 6.  
 Materia magis proprie dicitur elementum quam forma. l. 1. tr. 1. c. 12. tex. 23.  
 Materia quomodo praecedit formam in physicis. l. 1. tr. 1. c. 1.  
 Mathematica non multum indigent tempore & experimento. l. 1. tr. 1. c. 8.  
 Mathematica non esse physicorum principia. l. 1. tr. 1. c. 1. & tr. 5. c. 4. tex. 19. & seq. item l. 2. tr. 1. c. 3.  
 Mathematica an sint separata à sensibilibus. l. 3. tr. 3. c. 22.  
 Quid sit subiectum quod mathematica in sua ratione distinctiu concipiunt. l. 5. tr. 3. c. 2.  
 Quare in mathematicis non procedimus à nobis notis ad nota naturae. l. 7. tr. 1. c. 6. tex. 10.  
 Mathematica indiuidua intellectuali materia designata sunt. l. 7. tr. 3. c. 5. tex. 35.  
 Mathematica & physica quam diuerso modo concepta sunt cum materia. l. 7. tr. 3. c. 10. tex. 39.  
 In mathematicis actum nobiliorem esse potentiam. l. 9. tr. 4. c. 5. tex. 20.  
 Mathematica separata esse & subiectum habentia impossibile est esse in sensibilibus. l. 1. tr. 1. c. 2.  
 Mathematica quae esse habeant, & qualiter orationes & demonstrationes sunt de ipsis. l. 1. tr. 1. c. 3.  
 Mathematicae scientie qualiter considerant bonum, quod est species & ordo & commen-

suratio & determinatum esse. l. 1. tr. 1. c. 4.  
 Contra eos qui dicunt mathematica esse in loco. l. 1. tr. 2. c. 3.  
 Medium non impedit extremorum distantiam. l. 10. tr. 1. c. 6. tex. 18.  
 Media eiusdem generis esse cum extremis, & componi ex ipsis. l. 1. tr. 1. c. 8. tex. 22.  
 Compositio medij ex extremis duplex. l. 10. tr. 2. c. 8. tex. 83.  
 Megaricorum opinio negantium potentiam, nisi cum res sit in actu. l. 9. tr. 1. c. 1. tex. 5. & c. 2. tex. 5. & seq.  
 Melissus dixit omnia esse vnum ratione materiae, & hoc infinitum & immobile. l. 1. tr. 4. c. 6. & c. 9.  
 Memoriae multae in similibus effectibus accipit, quare potentiam vnius experimenti pariunt & non actum simplicem & perfectum. l. 1. tr. 1. c. 7.  
 Mensura est, quo quantitas cognoscitur. l. 10. tr. 1. c. 3. tex. 3.  
 Ratio mensurae primo inuenitur in quantitate discreta. ibid.  
 Quomodo ratio mensurae à quantitate discreta ad alias species deriuatur. ibid.  
 Mensura habet rationem indiuisibilis. ibid.  
 Mensura debet esse certa. ibid.  
 Non omnis mensura est quid vnum numero. l. 10. tr. 1. c. 4. tex. 4.  
 Mensura est homogenia mensurato. l. 10. tr. 1. c. 5. tex. 4.  
 Metaphysica inter scientias theoreticas est principalis & stabilis alias scientias. l. 1. tr. 1. c. 1.  
 Metaphysica vnde dicatur. ibid.  
 Metaphysicae subiectum non est causa vt causa, neque Deus & diuina, sed ens in quantum ens. l. 1. tr. 1. c. 2. item l. 4. tr. 1. c. 2. tex. 1. item l. 6. tr. 1. c. 1. item l. 1. tr. 1. c. 1. tex. 1. & seq.  
 Metaphysica qualiter est vna scientia. l. 1. tr. 1. c. 3. item l. 4. tr. 1. c. 3. tex. 2.  
 Metaphysica quare vocatur prima philosophia. l. 1. tr. 2. c. 3.  
 Metaphysica est maxime doctrinalis, & maxime desiderata. l. 1. tr. 2. c. 4.  
 Metaphysica est principalis & princeps scientiarum. l. 1. tr. 1. c. 5.  
 Non est actiua, sed contemplatiua. l. 1. tr. 2. c. 6.  
 Sola est libera inter scientias. l. 1. tr. 2. c. 7.  
 Est diuina & diuinae possessionis. l. 1. tr. 2. c. 8.  
 Est honorabilissima. l. 1. tr. 2. c. 9.  
 In quo continetur cum topica & sophistica, & in quo differat ab ipsis. l. 1. tr. 2. c. 12.  
 Quae ad eam spectant, reducuntur ad quatuor. ibidem.  
 Necessarium est & vtile bene eos dubitare, qui metaphysicam consequi volunt. l. 3. tr. 1. c. 1. tex. 1.  
 Quaestiones in primis ponenda in metaphysica. l. 2. tr. 2. c. 2.  
 Metaphysica qualiter omnes causas considerat. l. 3. tr. 2. c. 1. tex. 3. & tr. 3. c. 1. & 2.  
 Metaphysica est inuestigare principia demonstrationis vniuersalia. l. 3. tr. 2. c. 2. tex. 4. & tr. 3. c. 3.  
 Metaphysica sola qualiter cognoscit principia substantiae. l. 3. tr. 2. c. 2. tex. 5. & tr. 3. c. 4.  
 Metaphysica aliquo modo est de substantiis omnibus

# Index rerum.

omnibus, sed non est de omnibus accidentibus. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 6. & tr. 3. c. 5.  
Metaphysica determinat de eodem & diverso, de simili & dissimili, de equali & inaequali, de contrario & non contrario, de priori & posteriori. l. 5. tr. 1. c. 1. tex. 2. & tr. 3. c. 6.  
In operi de terminis de his que per se his eisdem accidunt. l. 1. tr. 1. c. 2. tex. 7. & tr. 1. c. 7.  
Metaphysica & logica quam diversimodo eadem considerant l. 1. tr. 1. c. 3. tex. 5. & tr. 1. c. 6.  
Metaphysica est scientia universalis, & nulli scientiam particularem est eadem. l. 1. tr. 1. c. 1. tex. 7.  
Est de his que insunt enti secundum quod ens, & conueniunt cum ipso, sicut est vnum. l. 4. tr. 1. c. 4.  
Metaphysica partes & ordo. l. 4. tr. 1. c. 6. tex. 4.  
Metaphysica, dialectica & sophistica versantur circa idem genus. l. 4. tr. 1. c. 7. tex. 5.  
Metaphysica congruit principium firmissimum. l. 4. tr. 1. c. 2. tex. 8.  
Qua sit propria ipsius inquisitio. l. 6. tr. 1. c. 1. tex. 1.  
Hec scientia est diuina & honorabilissima & vniuersalis & prima. l. 6. tr. 1. c. 3. tex. 3.  
Metaphysicus & physicus qualiter omne genus caute considerant. l. 1. tr. 1. c. 3. tex. 4.  
Morus simplicissimus est mensura omnium aliorum morum. l. 10. tr. 1. c. 4. tex. 4.  
Per motum generantium & corruptentium probatur dari vnum principium mouens semper & actu existens, nihil habens de potentia. l. 1. tr. 2. c. 5. tex. 32.  
Primus Motor immobilis qualiter mouet sicut desideratum & amatum. l. 1. tr. 2. c. 6. tex. 36.  
Qualiter mouet vt bonum, & per id quod mouet ad aliqd quod est motum, mouet omnia alia. l. 1. tr. 2. c. 9. tex. 37.  
Primo motori & aliis motoribus caelorum motus suos esse delectabilissimos. l. 11. tr. 2. c. 17. tex. 38.  
Primum Motorem Peripherici dixerunt esse animal sempiternum nobilissimum. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 39.  
Motorum separatorum pluralitas qua arte inuenienda est. l. 1. tr. 1. c. 17. tex. 42.  
Motorum numerus colligitur ex motibus sphaerarum secundum Eudoxum. l. 1. tr. 2. c. 22. tex. 44. & seq.  
Motorum naturas ex propriis primae philosophiae declaratur. l. 1. tr. 2. c. 25. & seq.  
Motorum numerus accipitur secundum numerum mobilium secundum eos qui fabulose loquantur, sicut secundum eos qui loquuntur de eis physice. l. 1. tr. 2. c. 28. tex. 50.  
Motas caeli quare dicatur esse tanquam vira existentibus omnibus. l. 6. tr. 2. c. 6.  
Demonstrationes de Motus aeternitate qualiter religioni Christianae non contradicunt. l. 11. tr. 2. c. 4. tex. 52.  
Malum concipere quomodo potest contingere. l. 7. tr. 2. c. 1. tex. 51.  
Multa dicuntur multipliciter sicut vnum. l. 5. tr. 1. c. 9. tex. 12. in fine.  
Ante Mundi creationem, haec neque vera neque falsa fuit, mundus erit. l. 4. tr. 4. c. 4.

## N

Natura modi. l. 5. tr. 1. c. 5. tex. 3.  
Naturam diuerso modo considerant metaphysicus & naturalis. ibid.  
Qua sit Natura in quolibet genere prima, vtrum separata vel coniuncta. l. 10. tr. 1. c. 7. tex. 6.  
Naturalis scientia esset prima, nisi esset aliqua substantia praeternaturalis. l. 6. tr. 1. c. 1. tex. 3.  
Necessarium dicitur quadrupliciter. l. 5. tr. 1. c. 6. tex. 6.  
Non omnia ex Necessitate fieri. l. 6. tr. 2. c. 5. tex. 7.  
Omne nomen significare substantiam cum qualitate, quare dicit Grammaticus. l. 4. tr. 1. c. 4. tex. 3.  
Nomen quomodo significat substantiam cum qualitate. l. 8. tr. 1. c. 7.  
Numerus triplex secundum Pythagoram, sc. instrumentalis, formalis & materialis. l. 1. tr. 4. c. 2. & tr. 5. c. 10. tex. 35. item l. 12. tr. 2. c. 1. & 2.  
Vtrum numerus & magnitudo sint substantiae rerum. l. 3. tr. 2. c. 11. tex. 17. item l. 12. tr. 2. c. 1.  
Numerus par est imperfectus ex defectu medi. l. 5. tr. 4. c. 2.  
Numerum specierum non esse mathematicum. l. 12. tr. 2. c. 6.  
Vna species Numeri de alia non praedicatur, neque diffinit eam. l. 5. tr. 1. c. 10.  
Numerus denarius non est formaliter id quod fit ex vno decies sumpto. ibid.  
Qua vnitatem numerus est vnus. ibid.  
Binarius mathematice loquendo non est numerus, sed pluralitatis principium. ibid.  
Numeros nec esse causas formales, nec efficientes, nec finales entium. l. 1. tr. 2. c. 4.

## O

Sicut nictitorum oculi ad lucem diei se habent, sic & animae nostrae intellectus ad ea que sunt omnium naturae manifestissima. l. 2. tr. 1. c. 2. tex. 1.  
Opinio quid. l. 3. tr. 2. c. 1. tex. 1.  
Prima species oppositionis est contradictio. l. 1. tr. 2. c. 5. tex. 15.  
Oppositorum & maxime contrariorum modi. l. 5. tr. 2. c. 9. tex. 16.  
Oppositorum quatuor genera. l. 1. tr. 2. c. 1.  
Non ens non opponitur non enti. ibid.  
Oppositio eiusdem & diuersi, & similis & dissimilis, & aequalis & inaequalis. l. 10. tr. 2. c. 2. tex. 10. & 11.  
In non entibus non est idemitas neque diuersitas. ibid.

## P

Pallas templi inscriptio, Pallas est quid quid est, & quidquid erat, & quidquid erit, & quidquid vides, cuius peplum nullus vnquam aspexitum reuelare potuit. l. 1. tr. 4. c. 7. in fine.  
Parmenides dixit omnia esse vnum ratione formae, & hoc finitum & immobile. l. 1. tr. 4. c. 6. & c. 10. Parmenides.



# Index rerum.

- Parinēides dixit eos qui mutant corporis dispositionem, mutare etiam prudentiam. 1.4. tr.3.c.4.tex.21.
- Partis modi. 1.7.tr.6.c.2.tex.30.item 1.7.tr.3.c.2.tex.34.
- Verum ratio partium poni debeat in ratione definitiva totius. 1.7.tr.3.c.1.tex.33.
- Passionis modi. 1.5.tr.5.c.3.tex.26.
- Per se, sine secundum quod dicitur multis modis. 1.5.tr.4.c.4.tex.23.
- Perfectum & imperfectum quoties sunt in vno & eodem secundum potestates diuersas, semper imperfectum ordinatur ad perfectum vt ad finem. 1.7.tr.1.c.4.
- Perfectum quot modis dicitur. 1.5.tr.4.c.tex.0.
- Declaratio modorum perfectionis, & plusquam perfecti, & ultra plusquam perfecti, & deficientis & abundantis. 1.5.tr.4.c.2.
- Philosophus amator fabularum. 1.1.tr.2.c.6.
- Philosophia Aristotelis & Platonis homini necessaria vt perfectus enadar Philosophus. 1.1.tr.5.c.15.
- Philosophi est de omnibus posse speculari. 1.4.tr.1.c.7.tex.5.
- Planetarum virtutes ad fieri & esse rei conferentes. 1.5.tr.4.c.2.
- Planetarum motus à diuersis esse motoribus, quorum quilibet est substantia quædam separata & immobilis motu quem mouet. 1.11.tr.2.c.18.tex.43.
- Platonis error, quod naturalia fundentur in mathematicis, & mathematica in diuinis. 1.1.tr.1.c.1.item 1.1.tr.4.c.13.tex.6.& seq.
- Platonis impugnatio asserentis scientiam animæ concreatam esse. 1.1.tr.1.c.9.
- Platonis locus de studio philosophiæ. 1.1.tr.1.c.11.
- Platonis sententia, Inuidia ab optimo relegata. 1.1.tr.1.c.8.
- Plato affectus opinionibus Cratili & Heracliti dicentium non esse scientiam naturalium, hoc postea ita arbitratus est. 1.1.tr.4.c.12.tex.5.
- Plato admittit in physicis vniuersale à Socrate in moralibus inuentum. 1.1.tr.4.c.12.tex.6.
- Plato imitationis nomen quo vrebantur Pythagorici, mutauit in participationem. ibid.
- Quæ sit vera mens Platonis de idea. ibid. & 1.1.tr.5.c.19.
- Rationes Platonis probantes quidditates rerum separatas esse à rebus. 1.7.tr.2.c.1.tex.20.
- Plato quomodo distinguit partes formales à materialibus. 1.7.tr.3.c.8.tex.38.
- Plato appellatur Socrates minor. 1.7.tr.3.c.9.tex.39.
- Platonici quid rectè aut non rectè dixerint de ideis. 1.7.tr.1.c.7.tex.58.item 1.7.tr.5.c.7.tex.58.item 1.1.tr.1.c.8.
- Pœtæ ad quid fabulas fingunt. 1.1.tr.1.c.6.
- Pœtria quomodo sub grammatica est & sub logica diuersis respectibus. ibid.
- Poli locus de experientia. 1.1.tr.1.c.7.
- Non omnia esse possibilia. 1.9.tr.2.c.2.tex.8.& 9.
- Potens dicitur multis modis. 1.5.tr.2.c.14.tex.1.
- Potentia diuersitas ex qua radice sumitur. 1.5.tr.2.c.12.
- Potentia & impotentia modi. 1.9.tr.2.c.1.tex.17.& c.1 item 1.9.tr.2.c.2.tex.2.
- Potentiam differentiam declarantur secundum posteriores Peripateticos. 1.9.tr.2.c.11.
- Potentia & actus sequuntur ens inquantum ens. 1.9.tr.2.c.1.tex.1.
- Potentia proprie est in materia motili ad formam. ibid.
- Potentia dicitur dupliciter, sc. proprie & metaphorice. 1.9.tr.2.c.1.tex.1.
- Ad potentiam actiuam omnis alia potentia realis reducitur. ibid.
- Potentia actiua & passiuæ est quodammodo vna potentia; & quodammodo non: illa est in agente, hæc in patiente. ibid.
- Nihil per se aptum natum est aliquid pati à seipso. ibid.
- Potentiarum animæ alia rationalis, alia irrationalis. 1.9.tr.1.c.4.tex.3.
- Potentia rationales se habent ad opposita, non autem irrationales. ibid. & tr.4.c.3.tex.18.
- Contra negantes potentiam præcedere actum. 1.9.tr.1.c.1.tex.5 & c.2.tex.5 & seq.
- Conditiones potentiarum præcedentium vel sequentium suos actus, & quo pacto potentia ad actum deducantur. 1.9.tr.3.c.1.tex.10.
- Quando aliquid dicendum est in potentia esse ad actum, & quando non. 1.9.tr.3.c.3.tex.12.
- Illud in potentia est in alio, quod vno motore attris vel nature producit ex ipso. ibid.
- Potentiam non præcedere actum in prima substantia. 1.11.tr.2.c.4.tex.37.
- Potentia ad forma substantialem quomodo præcedit natura potentiam ad formam accidentalem, est tempore simul sint. 1.11.tr.1.c.12.tex.25.
- Sex vltima Prædicamenta potius sunt habitudines quædam entis, quam ens. 1.3.tr.4.c.1.& tr.5.c.1 item 1.9.tr.1.c.1.tex.1.
- Omnia prædicamenta referuntur ad substantiam vt ad ens primum. 1.9.tr.1.c.1.tex.1.
- Quæ principia omnium dicantur. 1.1.tr.2.c.2.
- Rationes antiquorum asserentium vnum solum esse materiale Principium. 1.1.tr.3.c.2.
- Principia materialia secundum Anaxagoram sunt infinita. 1.1.tr.3.c.8.
- Prima rerum principia sunt per essentiam principia. 1.1.tr.3.c.14.
- Quæ per essentiam sunt principia actiua, vniuersi & eandem actionem habent in omnibus. ibidem.
- Principia decem secundum Pythagoricos, sc. finitum, infinitum: impar, par: dextrum; sinistrum: masculinum, femininum: quiescens, motum: rectum, curuum: lumen, tenebræ: bonum, malum: quadratum, longius altero latere. 1.1.tr.3.c.4.tex.1.& seq.
- Principia & elementa rerum vtrum sint genera, an ea ex quibus vnumquodque est sicut ex particularibus. 1.3.tr.1.c.4.tex.10.& tr.3.c.8.
- Quomodo eadem sunt principia essendi & cognoscendi. ibid item 1.11.tr.2.c.11.
- Vtrum prima genera an vltima ponenda sint principia. 1.3.tr.1.c.5.tex.10 & tr.1.c.11.
- Vtrum differentie magis sint principia quam genera. 1.2.tr.1.c.5.tex.11.

*Index in libros metaphysicorum.*

Ri Vtru

# Index rerum.

Verum principia essendi & cognoscendi sunt eadem numero vel specie. 1.3. tr. 2. c. 9. tex. 14. & tr. 3. c. 4.

Verum eadem sunt corruptibilem & incorruptibilem principia. 1.3. tr. 2. c. 10. tex. 15. & tr. 3. c. 11. & tr. 1.

Verum ens & vnum sint principia rerum. 1.3. tr. 2. c. 11. tex. 16.

Verum dimensiones sint principia substantialia corporum. 1.3. tr. 2. c. 12. tex. 17. tr. 3. c. 21. & 22.

Verum præter mathematica sint alia quedam principia sensibilia quæ dicuntur species. 1.3. tr. 2. c. 13. tex. 18.

Verum principia sint in potentia vel in actu. 1.3. tr. 2. c. 14. tex. 9. & tr. 3. c. 19.

Verum principia sint vniuersalia vel singularia. 1.3. tr. 2. c. 15. tex. 20. & tr. 3. c. 18.

Principium duplex: vnum intra genus principiarum, ut punctus: aliud extra, ut substantia respectu accidentis. 1.3. tr. 1. c. 5.

Principium omnium certissimum quatuor differentiarum alia excedit. 1.3. tr. 2. c. 2. tex. 8.

Illud principium est, idem simul inesse & non inesse eidem & secundum idem est impossibile. 1.3. tr. 2. c. 3. tex. 9.

Principij variae significationes. 1.3. tr. 2. c. 1. tex. 1.

Omnium entium vniuersalitatem reduci ad vnum & idem principium. 1.6. tr. 2. c. 6.

Verum eadem sint principia diuersorum numero, vel genere, vel specie. 1.11. tr. 1. c. 10. tex. 19. & seq.

Qualiter sint omnium eadem principia secundum analogiam. 1.11. tr. 1. c. 12. tex. 25. & seq.

Principia qualiter referuntur ad principia vniuersalia & particulariter, & qualiter sunt prima, & qualiter non. 1.11. tr. 1. c. 15. tex. 27. & 28.

Dati vnum principium mouens semper & actu existens, nihil habens de potentia. 1.11. tr. 2. c. 5. tex. 32.

Valde difficile est auctoritate Epicuri non bene habentibus principis & hypostasibus bene dicere. 1.12. tr. 2. c. 1.

Primum principium intelligit seipsum per seipsum. 1.12. tr. 2. c. 2. tex. 5. 1.

Priorum & Posteriorum modi. 1.5. tr. 2. c. 11. tex. 16.

Priuationis modi. 1.5. tr. 5. c. 4. item 1.9. tr. 1. c. 3. tex. 1. item 1.0. tr. 2. c. 5. tex. 16.

Quare a Priuatione ad habitum non datur regressus. 1.8. tr. 2. c. 1. tex. 14.

Non omnis priuatio est contrarietas. 1.10. tr. 2. c. 5. tex. 16.

Profunditatis multiplex acceptio. 1.5. tr. 2. c. 2. tex. 1.

Propositiones necessaræ sunt temporibus veteratis. 1.9. tr. 4. c. 6. tex. 22.

Pythagorici qualiter dicebant mathematica esse physicorum principia. 1.1. tr. 4. c. 1. & tr. 3. c. 4. tex. 19. & seq.

Pythagoras dixit triplicem esse numerum, scilicet instrumentalem, formalem & materialem. 1.1. tr. 4. c. 1.

Pythagoras qualiter numeros entibus adaptant. 1.1. tr. 4. c. 3.

Quidam Pythagorici duas dixerunt esse cistitias principiorum, vnam boni, & alteram mali. 1.1. tr. 4. c. 4.

Tres rationes quibus adductus fuit Pythagoras vt diceret ens sequi opinionem, & omnia esse vera quæ videntur alicui vera. 1.4. tr. 3. c. 1.

Pythagorici quomodo distinguunt partes formales à materialibus. 1.7. tr. 3. c. 8. tex. 38.

Pythagoras hominem ait mensuram esse cunctorum. 1.10. tr. 1. c. 6. tex. 5.

Pythagorici dixerunt optimum & nobilissimum non esse in primo principio rerum. 1.11. tr. 2. c. 4. tex. 40.

Pythagorici mathematicos numeros ponebant non esse separatos. 1.12. tr. 2. c. 7.

**Q**ualitates non esse substantias, sed accidentia. 1.3. tr. 3. c. 3.

Qualitatis modi. 1.5. tr. 3. c. 6. tex. 19.

Qualitates primas non esse formas substantiales elementorum. 1.8. tr. 1. c. 4. tex. 5.

Quanti & quantitatis natura & modi. 1.5. tr. 3. c. 1. tex. 18. & c. 2.

Quidditatis & definitionis distinctio. 1.7. tr. 1. c. 12. tex. 19.

Quidditates non esse diuersas à rebus quarum sunt quidditates. 1.7. tr. 2. c. 2. tex. 20.

Multa accidunt quidditati quæ non accidunt homini, & c. contera. 1.7. tr. 2. c. 4. tex. 21.

**R**elatio quale ens sit. 1.5. tr. 3. c. 7.

Genus huius entis proprie relatum est, & minus proprie relatio vocatur, & conuenientissime vocatur ad aliquid. ibid.

Relatiuorum modi. 1.5. tr. 3. c. 8. tex. 20.

**S**anitas quomodo dicitur esse in anima mendici. 1.7. tr. 2. c. 10. tex. 17.

Sapientia est circa primas causas. 1.1. tr. 1. c. 11.

Ad sapientem requisita. 1.1. tr. 2. c. 1.

Veræ sapientie partes. ibid.

Sarurno cur attribuebatur quies. 1.5. tr. 4. c. 2.

Sarurnus quare fingitur Iouis pater & ab eo expulsus e regno. ibid.

Scientie signum est posse docere. 1.1. tr. 1. c. 9.

Scientie theoricæ tres, scilicet physica, mathematica, & metaphysica. 1.1. tr. 1. c. 1.

Scientie particulates ad quid sint necessariae. 1.1. tr. 1. c. 2.

Scientie primum principium generatiuum est naturale sciendi desiderium. 1.1. tr. 1. c. 4.

Quæ scientie experimento generentur. 1.1. tr. 1. c. 8.

Scientiam non esse animæ concreatam. ibid.

Vnam scientiam alteri famulari contingit tripliciter. 1.1. tr. 2. c. 3.

Aburdum est simul scientiam & modum sciendi quare. 1.1. tr. 1. c. 1. tex. 15.

Scientia quot modis dicitur liberalis. 1.1. tr. 2. c. 7.

Scientie quadriuales & triuales quæ sint. ibid.

Verum vnius vel plurium scientiarum sit omnia genera causarum speculati. 1.3. tr. 2. c. 1. tex. 3. & tr. 3. c. 1.

Si diuersa

# Index rerum.

Si diuersæ causæ à diuersis scientiis considerantur, quæ illarum scientiarum dicenda est sapientia. ibid.

An sit vnius scientie vel plurium considerare principia demonstrationis vniuersalia. 1.3. tr. 2. c. 2. tex. 4. & tr. 3. c. 3. item 1.4. tr. 2. c. 1. tex. 7.

Vnius scientie est quid est cognoscere & accidentia eius. 1.4. tr. 1. c. 7. tex. 5.

Scientia vtrum sit substantia vel accidens. 1.5. tr. 3. c. 4.

Scientiarum speculatiuarum diuisio. 1.6. tr. 1. c. 2. tex. 2.

Honorabilissimam scientiam oportet circa honorabilissimum genus esse. ibid.

Non est scientia de ente per accidens. 1.6. tr. 1. c. 1. & c. 4. tex. 6.

Scientiam & sensum non esse mensuram, sed potius mensurari à rebus extra animam existentibus. 1.10. tr. 1. c. 6. tex. 5.

Scientia æquiuocè dicitur de scientia separatarum substantiarum, & de scientia nostra. 1.11. tr. 2. c. 3. 3.

Quod non scitur nisi per posterius se, secundum maiorem sui partem ignoratur. 1.7. tr. 1. c. 9. tex. 15.

Virtus informatiua existens in Semine, assimilat intellectui practico, & arti, & animæ & Deo. 1.7. tr. 2. c. 9. tex. 28.

Sempiternum non est in potentia, quæ sit potentia ad formam. 1.9. tr. 4. c. 3. tex. 17.

Sempiterno nihil inest malum. 1.9. tr. 4. c. 4. tex. 19.

In sempiternis quomodo possumus imaginari efficientiam & prioritatem causæ ad causam. 1.11. tr. 1. c. 20.

Simile est vnum quadrato. 1.10. tr. 2. c. 2. tex. 10.

Simile dicitur quatuor modis. 1.10. tr. 2. c. 2. tex. 11.

Similium & dissimilium modi. 1.5. tr. 2. c. 8. tex. 6.

Simonydis poetæ sententia, Solus Deus in sciendo habet honorem. 1.1. tr. 2. c. 8.

Nullum omnino simplex est passibile. 1.9. tr. 1. c. 2. tex. 1.

Contradictoria non esse simul vera. 1.4. tr. 2. c. 4. tex. 15. & seq.

Hororum qui ex sensibilibus motu dixerunt simul esse contradictoria. 1.4. tr. 3. c. 3. tex. 20. & c. 4. tex. 12.

Signum & congruum quomodo differunt. 1.6. tr. 1. c. 2. tex. 2.

Singularia non posse definiti. 1.7. tr. 5. c. 4. tex. 5. & seq.

Somnus quid, in quo, à quo. 1.8. tr. 2. c. 2. tex. 3.

Socrates circa moralia negotiatus est, & circa naturalia nihil. 1.1. tr. 4. c. 1. 2. tex. 5.

Qualiter à Sociate effluxerit idearum positio. 1.1. tr. 1. c. 5.

Socrati quid peculiare fuerit in disserendo. ibidem.

Speciei nomen æquiuocè sit proprium indiuidui. 1.7. tr. 3. c. 3. tex. 34. in fine.

Species sumitur dupliciter, scilicet pro forma, & pro vniuersali composito ex genere & differentia. 1.7. tr. 3. c. 2. tex. 34.

Ad speciem sumptam pro vniuersali pertinet Index in libros metaphysicorum.

materia communis siue intellectualis, non autem materia indiuiduata. ibid.

Speusippus nepos Platonis primo principio rerum negauit optimum & nobilissimum. 1.11. tr. 2. c. 1. tex. 40.

Sperma quomodo dici possit anima. 1.7. tr. 2. c. 11. tex. 31.

Stoicorum opiniones de principiis. 1.1. tr. 4. c. 1. & seq.

Stoici qualiter dicebant principia numerorum esse principia cunctorum existentium. 1.1. tr. 1. c. 2.

Studiorum diuersitas vnde sit. 1.1. tr. 1. c. 5.

Studium ad quid sit necessarium secundum Platonem. 1.1. tr. 5. c. 15.

Subiectum communius, certius, & dignius. 1.1. tr. 1. c. 3.

Subiectum aliud per accidens, aliud vero per se. 1.4. tr. 2. c. 4. tex. 14.

Subiectum qualiter est diuersimodè susceptibile contrarietatis. 1.8. tr. 2. c. 3. tex. 14.

Substantiarum omnium an sit vna scientia. 1.3. tr. 2. c. 2. tex. 5. & tr. 3. c. 4.

Verum solæ substantie sensibiles inueniantur. 1.1. tr. 1. c. 3. tex. 8.

Substantie definitio data per componentia substantie particularia, & data per vniuersalia formalia est vna & eadem, & non diuersa. 1.1. tr. 2. c. 4. tex. 1. & tr. 3. c. 8.

Verum sit vna substantia siue forma omnium existentium in vna specie, vt puta hominum. 1.1. tr. 1. c. 8. tex. 13. & tr. 1. c. 13.

Substantia quid sit, & quæ sint diuisiones eius generales & primæ. 1.5. tr. 2. c. 1.

Substantia corporea quid. 1.1. tr. 1. c. 2.

Substantie modi. 1.5. tr. 2. c. 5. tex. 15. item 1.7. tr. 1. c. 1. tex. 44.

Quæ sunt substantie acceptiones, & qualiter accidentis est substantie modus. 1.7. tr. 1. c. 1.

Substantiam quæ est principium substantie primæ, esse primam omnium entium. 1.7. tr. 1. c. 2. tex. 1.

Substantia est omnium entium primum tripliciter, scilicet notitia & ratione & tempore. 1.7. tr. 1. c. 3. tex. 4.

Quot modis substantia dicatur, & quæ proprie substantia sit. 1.7. tr. 1. c. 5. tex. 7. & seq.

Definitio formalis substantie licet non possit demonstrari per materialem demonstrationem propter quid, potest tamen demonstratione qua. 1.7. tr. 1. c. 11.

Quare in substantiis oportet præexistere aliquam substantiam in actu, à qua vt conuenienti generetur: in accidentibus autem non dicitur præsupponi aliquod accidens actu, sed potestate solum. 1.7. tr. 2. c. 1. 2. tex. 32.

Substantiam quorumlibet esse de numero vniuersaliter dictorum impossibile est. 1.7. tr. 5. c. 2. tex. 25. & seq.

Quid proprie substantiam dicere oporteat. 1.7. tr. 5. c. 8. tex. 9. & seq.

Substantie diuisi in materiam, formam & compositum. 1.8. tr. 1. c. 2. tex. 3. & c. 5. tex. 6. item 1.12. tr. 1. c. 7. tex. 14.

Substantias sensibiles necesse est habere materiam. ibid.

Quo pacto substantie numeri dici possunt. 1.8. tr. 1. c. 8. tex. 10.



# Index rerum

Ad quodlibet quæsitum de substantia sensibili, quales & quot causas debent reddi. l. 8. tr. 2. c. 2. tex. 10.

Substantia non prædicatur de materia & forma vniocè, sed per prius & posterius. l. 8. tr. 2. c. 6. in fine.

Substantiæ diuisio in vniuersalem & particularem, & quæ sit magis substantia & principium. l. 1. tr. 1. c. 2. tex. 4.

Substantiæ diuisio in incorruptibilem mobilem, & in corruptibilem mobilem, & in eam quæ est abstracta. l. 1. tr. 1. c. 3. tex. 5.

Substantiæ separatæ diuisio. l. 1. tr. 1. c. 4. tex. 5. & seq.

Substantiæ sensibilis mobilis & corruptibilis principia. l. 1. tr. 1. c. 6. tex. 12. & c. 12. tex. 23. & seq.

Dari substantiam insensibilem & immobilem. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 29.

Hanc substantiam esse actum purum. l. 1. tr. 2. c. 2. tex. 30.

Qualiter prima substantia est immaterialis & vbique & sola. l. 1. tr. 2. c. 3. tex. 30.

In prima substantia potentiam non præcedere actum. l. 1. tr. 2. c. 4. tex. 31.

Qualiter prima substantia est simplex & super omne nomen. l. 1. tr. 2. c. 7.

Prima substantia non est in genere, non habet vniuersale & particulare, tantò multiplicior est in relatione, quantò prior est & simplicior: & tantò distinctior est ab aliis, quantò perfectior aliis. l. 1. tr. 2. c. 8.

Error dicentium primam substantiam & primam materiam & primam naturam intellectus non distinguunt. ibid.

Qualis vita inest substantiis separatæ. l. 1. tr. 2. c. 12. tex. 39.

Primam Substantiam nec esse corpus, nec virtutem in corpore. l. 1. tr. 2. c. 15. tex. 41.

Qualis sit natura substantiarum separataram inferiorum quæ sunt post primam substantiam. l. 1. tr. 2. c. 19.

Modus intelligendi substantiarum separataram. l. 1. tr. 2. c. 30. tex. 51. & c. 33.

Substantias separatæ non esse multiplicabiles per numerum. l. 1. tr. 2. c. 28. tex. 49.

Separatæ substantiæ natura quæ sit. l. 1. tr. 2. c. 31.

Nullam substantiam moueri per se, nec per accidens. ibid.

Substantiæ separatæ qualiter se habent ad inuicem. l. 1. tr. 2. c. 32.

De substantiæ celestis principiis, quæ sunt materia & forma. l. 1. tr. 3. c. 1.

Dux via quibus processerunt antiqui Philosophi in cognitione principiorum substantiæ. l. 1. tr. 3. c. 7.

Syllogismos quid est scire facientes & generationes ab eodem procedere principio. l. 7. tr. 2. c. 1. tex. 31.

## T

**T**empus aut idem est cum motu, aut est passio eius. l. 1. tr. 2. c. 1. tex. 29.

Terminus quor modis dicitur. l. 5. tr. 4. c. 3. tex. 22.

Temarius est primus numerus perfectus. l. 5. tr. 4. c. 2.

Terra sola quare est iudicata esse principium. l. 1. tr. 3. c. 7. & tr. 5. c. 1. tex. 14.

Thaleris opinio ponentis aquam principium. l. 1. tr. 3. c. 3.

Thargelia, siue tragilia quid. l. 5. tr. 6. c. 1. tex. 19.

Totius modi. l. 5. tr. 6. c. 3. tex. 31.

Differentia totius & vniuersi quod minus proprie dicitur omne. l. 5. tr. 6. c. 4. tex. 31.

Differentia inter totum & vniuersale. l. 5. tr. 6. c. 7.

## V

**V**enus vnde dicitur. l. 5. tr. 4. c. 2.

Veritatis speculationem tam facilem, tum verò difficilem esse. l. 2. tr. 1. c. 4. tex. 11.

Veritatis scientia quæ sit. l. 1. tr. 5. c. 4. tex. 3.

Omnis veritas cauatur à verissimo. l. 1. tr. 5. c. 4. tex. 4.

Veritatis auditores quales debent esse. l. 2. tr. 1. c. 11. tex. 14.

Modi quinque in acquisitione veritatis. l. 2. tr. 1. c. 12. tex. 15.

Veritas amicis præferenda. l. 4. tr. 3. c. 2. tex. 19.

Veritas huius principij, contradictoria non possunt esse simul veræ, an sit ab æterno. l. 4. tr. 4. c. 4.

Error eorum qui dixerunt veram esse, quod apparet secundum sensum. l. 4. tr. 3. c. 4. tex. 21. & c. 6. tex. 24.

Qui dicit omnia vera quæ apparent esse, omnia entia facit ad aliquid. l. 4. tr. 3. c. 7. tex. 26.

Verum & falsum magis proprie dicuntur de ente in actu, quam de ente in potentia. l. 9. tr. 4. c. 6. tex. 21.

Causa veritatis vel falsitatis in opinione vel oratione, est compositione vel diuisione rei. ibidem.

Verum & falsum sunt in anima primo, & sunt ens animæ potius quam ens rationis extra animam. l. 6. tr. 3. c. 1. tex. 8.

Vinum cui non est materia mortui. l. 8. tr. 1. c. 3. tex. 14.

Vinum quare non est materia acci. ibid.

Vitis præ cæteris sensibus propter seipsum diligitur. l. 1. tr. 1. c. 4.

Vnius quidditas secundum quod est principium numeri declaratur. l. 5. tr. 1. c. 8.

An vnitas sit separabilis à re quæ dicitur vna. ibid.

Modi vnias indiuisibilis quantitate, aut speciei, siue forma. l. 5. tr. 1. c. 9. tex. 12.

Vnitas à quo sumat diuersitatem in diuersis generibus. ibid.

Vnitas est principium numeri, non numerus. l. 5. tr. 1. c. 7.

Vnum cum multipliciter dicatur, principales tamen eius modi sunt quatuor. l. 10. tr. 1. c. 1. tex. 1.

Reducuntur prædicti quatuor modi vnias ad vniam rationem. ibid.

Vnum non prædicatur vniocè de his quæ dicuntur vnum. l. 10. tr. 1. c. 1. tex. 2.

Vnius esse ac naturam maximè in hoc consistere, quod prima omnium mensura sit. l. 10. tr. 3. c. 3. tex. 3.

Vniuersalia maximè difficillima cognita. l. 1. tr. 2. c. 3.

Vniuersale

# Index rerum.

Vniuersale in moralibus primum inuentum à Sociate, postea in physicis admissum à Platone. l. 1. tr. 4. c. 2. tex. 6.

Vnum vniuersale sit quicquam præter singularia. l. 3. tr. 1. c. 7. tex. 12. & tr. 3. c. 10. & c. 11.

Vniuersale dicitur quatuor modis. l. 5. tr. 6. c. 1. item l. 7. tr. 5. c. 1.

Origo & causa vniuersalis. l. 5. tr. 6. c. 6. & 7.

Vniuersalia non esse substantias. l. 7. tr. 5. c. 2. tex. 4. & seq.

Vniuersale est, quod pluribus natura aptum est inesse. l. 7. tr. 5. c. 2. tex. 45.

Vniuersalia non esse substantias à sensibilibus separatæ. l. 7. tr. 5. c. 3. tex. 50. & seq.

Vniuersum esse vnum ens vel vniam naturam, qui senserint. l. 1. tr. 4. c. 6.

Vniuersum minus proprie dicitur omne. l. 5. tr. 6. c. 4. tex. 31.

Vniuersum qualiter sit ab vniocò. l. 7. tr. 2. c. 9. tex. 28. & c. 10. tex. 29. item l. 1. tr. 1. c. 6. tex. 13. & c. 8.

Vnum nihil est secundum Zenonem. l. 3. tr. 2. c. 11. tex. 16.

Vnum non addit aliquam formam supra ens, sed modum qui ex negatione resultat. l. 4. tr. 5. c. 5.

Vnum quod conuertitur cum ente, quomodo

non est idem vni quod est principium numeri. ibidem.

Modi vnias. l. 5. tr. 1. c. 7. tex. 7.

Secundum quem modum sit Vnum, quod est mensura in quolibet genere. l. 10. tr. 1. c. 4. tex. 4.

Vnum & ens significant idem, licet modo diuerso. l. 10. tr. 1. c. 7. tex. 8.

Vnum & multa principalius opponuntur vt indiuisibile & diuisibile. l. 10. tr. 2. c. 1. tex. 9.

Vnum secundum formam opponitur multo contrariè, & secundum nomen opponitur priuariuè. l. 10. tr. 2. c. 1. tex. 9.

Vnum & multa sunt prima contraria. l. 10. tr. 2. c. 6. tex. 17.

Quo pacto vnum & multa opponantur. l. 10. tr. 2. c. 7. tex. 20. & 21.

Vnum an sit prius speciebus numerorum secundum eos qui numerum separatam esse ponunt. l. 12. tr. 2. c. 8.


Ex vno quomodo procedunt multa. l. 13. tr. 1. c. 7.

## Z

**Z**enophanes quibus rationibus adductus fuit vt diceret omnia esse vnum Deum. l. 1. tr. 4. c. 7.



# FINIS.



*Errata in libro de anima.*

**P**AG. 108. col. 1. lin. 21. habuerunt, lege hantiant pag. 123. col. 1. lin. 54. effectus vel minz, lege affectus vel letitia.  
pag. 112. col. 2. lin. 41. d'annationes, lege deceptions. pag. 130. col. 2. lin. 21. & conuerso adco, lege conuersio ad ea.  
pag. 117. col. 1. lin. 24. docuit, lege mouit. pag. 138. col. 1. dele 1. lineata. pag. 145. col. 1. lin. 33. vires, lege vices.  
pag. 150. col. 1. lin. 24. fumitur, lege sumum. & lin. 25. est eo, lege est in eo & lin. 47. est, lege non est. & col. 2. lin. 32.  
aliud est, lege aliud quod ipsa sunt & aliud pag. 154. col. 1. lin. 50. iudicem, lege inuicem. pag. 158. col. 1. lin. 2. sancti-  
ficatur, lege falsificatur. pag. 178. col. 2. lin. 5. iucceffiuus, lege processiuus. lin. 7. in mobile, lege immobili.

*Errata in libro metaphysicorum.*

**P**AG. 4. col. 2. lin. 43. locicé, lege logicé. pag. 64. col. 1. lin. 6. p'xter, lege p'opter. pag. 4. col. 1. lin. 11. omnium, lege nomi-  
num. pag. 42. col. 1. lin. 4. finitum, lege infinitum. lin. 12. monibus, lege omnibus. pag. 81. col. 2. lin. 1. aem, &c. lege  
eam à datore exteriori. pag. 167. col. 2. lin. 20. resolutio, lege relatio. pag. 275. col. 1. lin. 1. 8. materiz, lege materia. lin. 50.  
imaginabilis, lege imaginabili. pag. 323. col. 1. lin. 55. positionem, lege potentiam. pag. 340. col. 2. lin. 38. medif, lege  
medium.